UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

Cicero, Marcus Tullius

Lutetiae Paris, 1522

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-431

Visual Library

Nro. 175.

Liber presbiterorū et clericorū dom⁹ pn̄ wyndenbach ro lony apud sanctū paulū leonens.

Q 22.

ab eō dominus p̄ ec. districtionē exsolui. sub. ap. tr. compellatis. Idem.

Q uidam ex parochianis b. dilectī archid. recto rūl ecclie de. n. metlegenū. q. ē. eo. molendinū quoddam ad ventum in terra eī unius fundi est parochie de cui⁹ recto pro ventibz decimal⁹ solebat ecclia papenheym molendinū et struxit. de cuius obuentionib⁹ decimal⁹ ei solue ēdicerent: in salutis sue periculo dimittere q̄ solue ēpi. ñ tenet. quia q̄ fidelis hō de oblatis que licite poss acquirere sine communione l'murmuratione decimal⁹ acquirere tenet. dis. u. p. a. l. m. q. p̄dictum molendinum. eo. ad solutionem decimarū de obuentionib⁹ q̄ de p̄dicto molendino sibi pueniunt. sil dimittatis aliq̄ p. ē. ec. sub. ap. ob. compellatis. Ale. m. Quidam in aplica tē. ñ. dare sicut ex literis suis accepim⁹. ē. ex una parte capitulū sci stephi. a capitulū de sal. ex altera mona chi de prato a sup decima quada quā a monachis ipsis p̄tendebant: in unū compromiserūt arbitrum. a nos parabz conuocatis cognouerūt de eā. monachi p̄tendebant de natione ipsius decime sibi a quodam milite fēam. a tuc. f. n. bruneti. archi epi diocesani cui accedente assensu confirmatam fuisse. se q̄ aut. terminū nunquā existere. scribens ad dominū: aut. si aliq̄ fuisset a laicis male detenta q̄ omnino unus nesciunt ēe in usum suū sibi essent monachorū. ego ñ loci ipsius pretente consensū: constabit eis ea p̄scripta firmiter subnixa. Ceterū pars allegabat ad hoc. assensum epi sui dicentium cō sensu nunq̄ sufficere. nec debuisse leonis p̄decessor. sic quod ep̄e de reb⁹ ecclie q̄ quā donare l'commutare nō uerisimile audebat: ñ forte ad hoc faciat: nec meliora p̄sumat. a tē consul cleri consilio aliq̄ mutauit ad eligendū. quod ñ sit dubium ecclie p̄fatum. tum ratio sup hoc. ac. dubitamus. sc. apostolice uoluntat. humiliter requirimus. utrū quā decima possideat. a laico si assertū. ad affirmandā donationē assensus epi sui cleri consensu sufficiat. sic deo. t. t. q. quod monendus est laicus q̄ decimā debet. ut eā restituat. ecclie: ad quā spectat. Quod si forte audire nec uerit. a cum ē diocesanus assensu alterius ecclie assignatum. p̄sertim religioso conuentui. habuit ipsa donatio p̄petua firmitate subnixa. aut. aū. p̄mittere debuit ñ sunt. cū fr adhibe. ē aliud sit alienare quod ab ecclia possidetur. a aliud quod detinet ad tanc ad usum ecclie tuendum uocare. In alienatione uero leonis pape requirit. assensus epi sui cleri consensu ñ sufficit. sed in reuocatione dubia responsio ē. rationi. sufficit consensus epi. ē. p utrumq⁹ multum ecclie consulat. Sed in lat. q. est inhibitum. ne quis liber religiosa p̄sona ecclias decimas de manib⁹ laicorū sine assensu epi recipiat. p quod recte datur intelligi. q̄ sufficit consensus epi: ut lectum sit ecclie de manu recipe laicū. hoc de illis decimis intelligit⁹ que p petuo in predium ē q̄ ecclie. Idem

Audiam unam nouit⁹ puenisse. q̄ quidā cupiditate dampnabili parochianam sū laudi p parte magna occupauerē. ad huc residuum de die in die occupare attendūt. Quia ñ p̄scripta sū laudi ecclia pp hoc magnā bonorū suorū iacturam metuit. dis. u. p. a. l. m. q. quidā qui in curiarū vtho mag⁹. mouent. insi ad cōpositionē unam decimal. a nouit⁹ puenit⁹ aliis q̄ de parochianis decimēt fidelibz si ibi instaurent consequent. ecclie sū predicti alius quoi parochial⁹ decimēt accepta. annis singulis sufficient. ac ego recognoscens curauer⁹ intra ecclm xpi carnaceres in seguros. seu uirilis sexus. seu femini ne certum. qui quidē obsequium. aut munus aliquod ab eis recipere aut re stituere. iam accepti. aut uendito nec aut locationes. eis eis cōtium. seu quilibet aliū cōtum inuit. q̄ eis aue dē. uel hēe colloquium. n̄ de sua correctione. l'cōmissione ulla p̄sumptione temptauim⁹. oi gñ. a timore ipsius ep̄i. ac. a ap. ecl. anathema. uinculo astrin gant. cui ñ uolum⁹ sine iuste subtrahe. quecūq⁹ uilis ad nram clusio nem. co stituī tuum seu arbitriū ipendere aut fauorem. Idem De regularib⁹ & monialibz. ad religiōe.

Audiam ap̄latus nū puenit. quod q uou diacon. b. nomine: uoluit in pbēn ordinari. archid. suū adiit. a nuncia ne pon archid. collata ut ei negotiū p̄mo uere: sic ē inpbēn ordinat. cui⁹ inter uentu. a auxilio. ordinat. tempe uo pce dente. ē cum eccia sua ordinatione accusaret. cōsilio prudentū utrorū cō silio. ad religionem sūm hospitalis iero lymitā. cū sit. in qua quidē religione sicut asserit decennio p̄manse. a nunc arctioris religionis optimū: ab eorū consortio separari. a uir laico deliberat. lo uitio p diginos p̄ne fructus uenā optime relictorū. sectare sacerdotale officiū exercendi. una quidē consuetudine observata. Sed cum ī p̄uilegia hospitalis manifestum p̄hibe tur. post eam in eadē domo p̄fessionē

Nro. 175.

Liber presbiterorum et clericorum domus pn̄ wyndenbach ro lony apud sanctum paulum leonens.

Q 22.

Quidam ex parochianis b. dilectī archid. recto rūl ecclie de. n. metlegenū. q. ē. eo. molendinū quoddam ad ventum in terra eī unius fundi est parochie de cui⁹ recto pro ventibz decimal⁹ solebat ecclia papenheym molendinū et struxit. de cuius obuentionib⁹ decimal⁹ ei solue ēdicerent: in salutis sue periculo dimittere q̄ solue ēpi. ñ tenet. quia q̄ fidelis hō de oblatis que licite poss acquirere sine communione l'murmuratione decimal⁹ acquirere tenet. dis. u. p. a. l. m. q. p̄dictum molendinum sibi pueniunt. sil dimittatis aliq̄ p. ē. ec. sub. ap. ob. compellatis. Ale. m. Quidam in aplica tē. ñ. dare sicut ex literis suis accepim⁹. ē. ex una parte capitulū sci stephi. a capitulū de sal. ex altera mona chi de prato a sup decima quada quā a monachis ipsis p̄tendebant: in unū compromiserūt arbitrum. a nos parabz conuocatis cognouerūt de eā. monachi p̄tendebant de natione ipsius decime sibi a quodam milite fēam. a tuc. f. n. bruneti. archi epi diocesani cui accedente assensu confirmatam fuisse. se q̄ aut. terminū nunquā existere. scribens ad dominū: aut. si aliq̄ fuisset a laicis male detenta q̄ omnino unus nesciunt ēe in usum suū sibi essent monachorū. ego ñ loci ipsius pretente consensū: constabit eis ea p̄scripta firmiter subnixa. Ceterū pars allegabat ad hoc. assensum epi sui dicentium cō sensu nunq̄ sufficere. nec debuisse leonis p̄decessor. sic quod ep̄e de reb⁹ ecclie q̄ quā donare l'commutare nō uerisimile audebat: ñ forte ad hoc faciat: nec meliora p̄sumat. a tē consul cleri consilio aliq̄ mutauit ad eligendū. quod ñ sit dubium ecclie p̄fatum. tum ratio sup hoc. ac. dubitamus. sc. apostolice uoluntat. humiliter requirimus. utrū quā decima possideat. a laico si assertū. ad affirmandā donationē assensus epi sui cleri consensu sufficiat. sic deo. t. t. q. quod monendus est laicus q̄ decimā debet. ut eā restituat. ecclie: ad quā spectat. Quod si forte audire nec uerit. a cum ē diocesanus assensu alterius ecclie assignatum. p̄sertim religioso conuentui. habuit ipsa donatio p̄petua firmitate subnixa. aut. aū. p̄mittere debuit ñ sunt. cū fr adhibe. ē aliud sit alienare quod ab ecclia possidetur. a aliud quod detinet ad tanc ad usum ecclie tuendum uocare. In alienatione uero leonis pape requirit. assensus epi sui cleri consensu ñ sufficit. sed in reuocatione dubia responsio ē. rationi. sufficit consensus epi. ē. p utrumq⁹ multum ecclie consulat. Sed in lat. q. est inhibitum. ne quis liber religiosa p̄sona ecclias decimas de manib⁹ laicorū sine assensu epi recipiat. p quod recte datur intelligi. q̄ sufficit consensus epi: ut lectum sit ecclie de manu recipe laicū. hoc de illis decimis intelligit⁹ que p petuo in predium ē q̄ ecclie. Idem

Audiam unam nouit⁹ puenisse. q̄ quidā cupiditate dampnabili parochianam sū laudi p parte magna occupauerē. ad huc residuum de die in die occupare attendūt. Quia ñ p̄scripta sū laudi ecclia pp hoc magnā bonorū suorū iacturam metuit. dis. u. p. a. l. m. q. quidā qui in curiarū vtho mag⁹. mouent. insi ad cōpositionē unam decimal. a nouit⁹ puenit⁹ aliis q̄ de parochianis decimēt fidelibz si ibi instaurent consequent. ecclie sū predicti alius quoi parochial⁹ decimēt accepta. annis singulis sufficient. ac ego recognoscens curauer⁹ intra ecclm xpi carnaceres in seguros. seu uirilis sexus. seu femini ne certum. qui quidē obsequium. aut munus aliquod ab eis recipere aut re stituere. iam accepti. aut uendito nec aut locationes. eis eis cōtium. seu quilibet aliū cōtum inuit. q̄ eis aue dē. uel hēe colloquium. n̄ de sua correctione. l'cōmissione ulla p̄sumptione temptauim⁹. oi gñ. a timore ipsius ep̄i. ac. a ap. ecl. anathema. uinculo astrin gant. cui ñ uolum⁹ sine iuste subtrahe. quecūq⁹ uilis ad nram clusio nem. co stituī tuum seu arbitriū ipendere aut fauorem. Idem De regularib⁹ & monialibz. ad religiōe.

Audiam ap̄latus nū puenit. quod q uou diacon. b. nomine: uoluit in pbēn ordinari. archid. suū adiit. a nuncia ne pon archid. collata ut ei negotiū p̄mo uere: sic ē inpbēn ordinat. cui⁹ inter uentu. a auxilio. ordinat. tempe uo pce dente. ē cum eccia sua ordinatione accusaret. cōsilio prudentū utrorū cō silio. ad religionem sūm hospitalis iero lymitā. cū sit. in qua quidē religione sicut asserit decennio p̄manse. a nunc arctioris religionis optimū: ab eorū consortio separari. a uir laico deliberat. lo uitio p diginos p̄ne fructus uenā optime relictorū. sectare sacerdotale officiū exercendi. una quidē consuetudine observata. Sed cum ī p̄uilegia hospitalis manifestum p̄hibe tur. post eam in eadē domo p̄fessionē

Nro. 175.

Liber presbiterorum et clericorum domus pn̄ wyndenbach ro lony apud sanctum paulum leonens.

Q 22.

Quidam ex parochianis b. dilectī archid. recto rūl ecclie de. n. metlegenū. q. ē. eo. molendinū quoddam ad ventum in terra eī unius fundi est parochie de cui⁹ recto pro ventibz decimal⁹ solebat ecclia papenheym molendinū et struxit. de cuius obuentionib⁹ decimal⁹ ei solue ēdicerent: in salutis sue periculo dimittere q̄ solue ēpi. ñ tenet. quia q̄ fidelis hō de oblatis que licite poss acquirere sine communione l'murmuratione decimal⁹ acquirere tenet. dis. u. p. a. l. m. q. p̄dictum molendinum sibi pueniunt. sil dimittatis aliq̄ p. ē. ec. sub. ap. ob. compellatis. Ale. m. Quidam in aplica tē. ñ. dare sicut ex literis suis accepim⁹. ē. ex una parte capitulū sci stephi. a capitulū de sal. ex altera mona chi de prato a sup decima quada quā a monachis ipsis p̄tendebant: in unū compromiserūt arbitrum. a nos parabz conuocatis cognouerūt de eā. monachi p̄tendebant de natione ipsius decime sibi a quodam milite fēam. a tuc. f. n. bruneti. archi epi diocesani cui accedente assensu confirmatam fuisse. se q̄ aut. terminū nunquā existere. scribens ad dominū: aut. si aliq̄ fuisset a laicis male detenta q̄ omnino unus nesciunt ēe in usum suū sibi essent monachorū. ego ñ loci ipsius pretente consensū: constabit eis ea p̄scripta firmiter subnixa. Ceterū pars allegabat ad hoc. assensum epi sui dicentium cō sensu nunq̄ sufficere. nec debuisse leonis p̄decessor. sic quod ep̄e de reb⁹ ecclie q̄ quā donare l'commutare nō uerisimile audebat: ñ forte ad hoc faciat: nec meliora p̄sumat. a tē consul cleri consilio aliq̄ mutauit ad eligendū. quod ñ sit dubium ecclie p̄fatum. tum ratio sup hoc. ac. dubitamus. sc. apostolice uoluntat. humiliter requirimus. utrū quā decima possideat. a laico si assertū. ad affirmandā donationē assensus epi sui cleri consensu sufficiat. sic deo. t. t. q. quod monendus est laicus q̄ decimā debet. ut eā restituat. ecclie: ad quā spectat. Quod si forte audire nec uerit. a cum ē diocesanus assensu alterius ecclie assignatum. p̄sertim religioso conuentui. habuit ipsa donatio p̄petua firmitate subnixa. aut. aū. p̄mittere debuit ñ sunt. cū fr adhibe. ē aliud sit alienare quod ab ecclia possidetur. a aliud quod detinet ad tanc ad usum ecclie tuendum uocare. In alienatione uero leonis pape requirit. assensus epi sui cleri consensu ñ sufficit. sed in reuocatione dubia responsio ē. rationi. sufficit consensus epi. ē. p utrumq⁹ multum ecclie consulat. Sed in lat. q. est inhibitum. ne quis liber religiosa p̄sona ecclias decimas de manib⁹ laicorū sine assensu epi recipiat. p quod recte datur intelligi. q̄ sufficit consensus epi: ut lectum sit ecclie de manu recipe laicū. hoc de illis decimis intelligit⁹ que p petuo in predium ē q̄ ecclie. Idem

Audiam unam nouit⁹ puenisse. q̄ quidā cupiditate dampnabili parochianam sū laudi p parte magna occupauerē. ad huc residuum de die in die occupare attendūt. Quia ñ p̄scripta sū laudi ecclia pp hoc magnā bonorū suorū iacturam metuit. dis. u. p. a. l. m. q. quidā qui in curiarū vtho mag⁹. mouent. insi ad cōpositionē unam decimal. a nouit⁹ puenit⁹ aliis q̄ de parochianis decimēt fidelibz si ibi instaurent consequent. ecclie sū predicti alius quoi parochial⁹ decimēt accepta. annis singulis sufficient. ac ego recognoscens curauer⁹ intra ecclm xpi carnaceres in seguros. seu uirilis sexus. seu femini ne certum. qui quidē obsequium. aut munus aliquod ab eis recipere aut re stituere. iam accepti. aut uendito nec aut locationes. eis eis cōtium. seu quilibet aliū cōtum inuit. q̄ eis aue dē. uel hēe colloquium. n̄ de sua correctione. l'cōmissione ulla p̄sumptione temptauim⁹. oi gñ. a timore ipsius ep̄i. ac. a ap. ecl. anathema. uinculo astrin gant. cui ñ uolum⁹ sine iuste subtrahe. quecūq⁹ uilis ad nram clusio nem. co stituī tuum seu arbitriū ipendere aut fauorem. Idem De regularib⁹ & monialibz. ad religiōe.

Audiam ap̄latus nū puenit. quod q uou diacon. b. nomine: uoluit in pbēn ordinari. archid. suū adiit. a nuncia ne pon archid. collata ut ei negotiū p̄mo uere: sic ē inpbēn ordinat. cui⁹ inter uentu. a auxilio. ordinat. tempe uo pce dente. ē cum eccia sua ordinatione accusaret. cōsilio prudentū utrorū cō silio. ad religionem sūm hospitalis iero lymitā. cū sit. in qua quidē religione sicut asserit decennio p̄manse. a nunc arctioris religionis optimū: ab eorū consortio separari. a uir laico deliberat. lo uitio p diginos p̄ne fructus uenā optime relictorū. sectare sacerdotale officiū exercendi. una quidē consuetudine observata. Sed cum ī p̄uilegia hospitalis manifestum p̄hibe tur. post eam in eadē domo p̄fessionē

M. TVLLII CICERO

nis Orationes diligentius recognitę, & aptiore serie repositę. Sunt autem cum actionibus in C. Verrem,& Philippicis in Mar. Antonium vniuersæ, LVII. Addita præterea est Inuectiua C. Crispi Sallustii in Ciceronẽ,& Ciceronis in eundem Recriminatio seu responsio. Parænesis autẽ de petendo Consulatu,suo loco inter Epistolas posita est.

Harũ autem series,& quoto quęq; folio incepta sit,patebit in Tabella ante indicem folio proximo ponenda.



Venundantur Ioanni Paruo,& Iodoco Badio,earundem impressori.

Iodocus Badius Ascensius, Draconi Budęo magnæ spei adulescenti, gtæceq; ac latine iuxta docto, bene agere.

VANdoquidem natura comparatum est, Draco indulgentissime, vt liberi fere parentum imitentur studia, neq; bona modo, sed etiã praua: feliciter tecũ actum censeo, qui beneuola in te prouidentia eum sortitus es patrem, quẽ sequi magnis passibus in omnibus tũ factis, tum dictis, tũ deniq; studiis prudenter coneris, ęquis in omnibus, ista pręsertim ætate, valeas. Nam siue cõsularem virũ & a secretis Regiis, ipse adulescens adhuc agere, siue græce siue latine dicere aut scribere, q̃ vel ad mores, vel ad interiores literas, vel ad sciẽtias cæteris adhuc mortalibus incompertas pertineant, moliaris: q̃q̃ in his omnibus, & ipso patre præeunte, & Maino pædonomo ac præceptore, plurimum profecisti, semper tamen habeas, vnde patrem tibi ascendenti quasi manum præbentem suspicias. Neq; id tu solus, sed mortales omnes. Quocirca cum illius sic meriti faustissimo ac integerrimo nomini oratoria Marci Tullii Ciceronis opera, abhinc ferme decennium, nuncuparim, & orationibus nuncupandis vacaret pagella, non ab re facturus mihi visus sum, si eas spectatissimæ indoli tuæ præscriberem: præsertim cũ viderem, eas in treis nuper tomulos sectas, totidem literariæ monetæ proceribus, a viro inter primos docto, & vti opinor nobis amico, suppresso q̃q̃ nomine, dicatas: & fiderem non minus diligẽter reposuisse in illis q̃plurima ad exemplar librorum patris tui in restituendis illis & vigilantissimi & doctissimi. Neq; tamen treis illas epistolas nũcupatorias, quia & eruditæ & ad rem facere visę sunt, duxi supprimendas. Perge itaq; quo feliciter cœpisti, Draco perspicacissime, atq; in hęc studia in quibus patrem tantopere excellere vides, studiosius incũbe, & has Orationes alia q̃ pridem & lõge iustiore serie compressas accuratius perlege: nam & paternę eloquentiæ in eis seminaria compluria offendes, & ipsis legendis non parum proficies. Cum enim Cicero eloquentiæ Romanæ parens & facile princeps in aliis operibus suis alios eloquentiæ nomine superarit, in his etiam sese superasse visus est. Quod & tibi nimirum videbitur si iuxta genii tui benignitatem & nominis etymon vigilantissimus eris, non horti Hesperidum, neq; Velleris aurei custos, sed vt legifer ille, & pater iste, æqui veriq; indefessus obseruator. Quod vt facias, te admonitum patere, ac Vale. E chalcographia nostra, in eunte Ianuario, supputatione Romana An. M.D.XXII.

Orationes Ciceronis qua serie repositę sunt.

Primo Volumine con

tentæ.

Pro P.Quintio,Oratio.I. fo.I.
Pro Sex.Roscio Amerino,Oratio.II. fo.VI.
Pro Q.Roscio Comœdo,Oratio.III. fo.XV.
Accusationis in C.Verrem, Liber.I. qui Diuinatio dicitur,Oratio.IIII. fo.XVIII.
Accusationis in C.Verrem Liber.II.Oratio numero vniuerso.V. fo.XXI.
Accusationis in C.Verrem Liber.III.Oratio.VI. folio XXIIII.
Accusatiõis in C.Verrem Liber.IIII. Oratio.VII. folio XXXV.
Accusationis in C.Verrem Liber.V.Oratio.VIII. folio XLVII.
Accusationis in C.Verrem Liber.VI. Oratio.IX. folio LXIIII.
Accusationis in C.Verrem Liber.VII. Oratio.X. folio LXXV.
Pro M.Fonteio Oratio mutilata & manca,numero.XI. fo.LXXXVII.
Pro Aulo Cecinna Oratio.XII. Fo.XC.

Secũdo Tomo cõtẽtę

Pro lege Manilia ad populum Romanum,Oratio.XIII. Folio.XCVI.
Pro A.Cluẽtio Habito cognomẽto,Oratio.XIIII. Folio CI.
Pro Lege Agraria,contra P.Seruilium Rullũ in senatu,Oratio.XV. Fo.CXIIII.
Pro lege Agraria,cõtra P.Seruiliũ Rullũ Trib.plebis,ad populum,Oratio.XVI. Fo.CXVI.
Pro Lege Agraria ad populũ Ro.contra Rullum Trib.plebis,Oratio.XVII. Folio.CXXII.
Pro C.Rabirio pærduellionis reo,ad Quirites,Oratio.XVIII. Fo.CXXIIII.
In L.Catilinã ĩ senatu,inuectiua seu Oratio.XIX. Folio CXXV.
In L.Catilinam ad Quirites inuectiua seu Oratio.XX. Fo.CXXVIII.
In L.Catilinam ad populum seu ad Quirites Oratio.XXI. Fo.CXXX.
In L.Catilinam in senatu inuecti,seu Orat. XXII. Folio CXXXII.
Pro L.Murena Oratio.XXIII. Fo.CXXXIIII.
Pro L.Flacco Oratio.XXIIII. Fo.CXLI.
Pro P.Sylla Oratio.XXV. Fo.CXLVII.
Pro A.Licinio Archia poeta Oratio XXVI. Folio CLIII.
Ad Equites Romanos anteq̃ iret in exilium, Oratio.XXVII. Fo.CLV.
Ad Quirites post reditũ suum, Oratio.XXVIII. Folio CLVII.
Post reditum in senatu Oratio.XXIX.Fo.CLIX.
Pro domo sua ad Pontifices Oratio XXX. Folio CLXII.
De Aruspicum responsis habita in senatu, Oratio.XXXI. Fo.CLXXI.
Pro Cn.Plancio,Oratio XXXII.Incipit Folio CLXXVI.

Tertio Volumine con

tentæ.

Pro P.Sestio,Oratio.XXXIII. Fo.CLXXXIII.
In Vatinium,Oratio.XXXIIII. Fo.CXCI.
Pro M.Cælio,Oratio.XXXV. Fo.CXCIIII.
Pro L.Cornelio Balbo,Ora.XXXVI.F.CXCIX.
De prouinciis consularibus,Oratio XXXVII. Folio CCIIII.
In L.Pisonem,Oratio XXXVIII.Est autem imperfecta. Fo.CCVII.
Pro T.Annio Milone, Ora.XXXIX.F.CCXIIII.
Pro C.Rabirio Posthumo,Ofo.XL. Fo.CCXXI.
Pro M.Marcello,Oratio.XLI. Fo.CCXXIII.
Pro Q.Ligario ad C.Cæsarem, Oratio XLII. Folio CCXXV.
Pro Rege Deiotaro ad C.Cęsarem,Oratio.XLIII. Folio CCXXVII.
In M.Antonium Philippica prima, quæ est Oratio.XLIIII. Fo.CCXXX.
In M.Antonium Philippica.II. Oratio XLV. Folio CCXXXII.
In M.Antonium Philippica.III.Oratio XLVI. Folio XXXIX.
In M.Antonium ad Quirites Philippica.IIII.Oratio.XLVII. Fo.CCXLII.
In M.Antonium Philippica.V.Oratio XLVIII. Folio CCXLIII.
In M.Antoniũ Philippica. VI.ad Quirites,Oratio.XLIX. Fo.CCXLVI.
In M.Antonium Philippica.VII.Oratio L. Folio CCXLVII.
In M.Antonium Philippica.VIII. Oratio LI. Folio CCXLIX.
In M.Antoniũ Philippica.IX.Oratio.LII.F.CCL.
In M.Antonium Philippica.X. Oratio LIII. Folio CCLII.
In M.Anto.Philip.XI.Ora.LIIII. Fo.CCLIII.
In M.Anto.Philip.XII.Ora.LV. Fo.CCLVI.
In M.Antonium Philippica.XIII. Oratio.LVI. Folio CCLVIII.
In M.Antonium Philippica.XIIII.Oratio.LVII. Folio CCLXII.
C.Crispi Sallustii in Ciceronem Oratio. Folio CCLXIIII.
M.T.Ciceronis recriminatio. Fo.eodem.

FINIS.

GYMNASIUM IN ELBERF

Orationum

Vocũ & locutionum nõ vulgarium in Oratio nib⁹ Ciceronis adnotãda rũ serie lfaria index. Quarũ nõnullas, nisi in exéplarib⁹ fere cõperiant, Ciceronianas esse nõ credas.

A

Baci.fo. lxviii.
Ab adolescentulo.fo. i.
Abdere literis. cliiii.
Abdomẽ isaturabile. cxc.
Abfuerī Antonio.cxlviii.
Abhorrebant. ciii.
Abis ī malã pestem. cclxi.
Abortio. ciii.
Abstineãt manus. xxiii.
Accẽsus miles. xxix.lviii.
Accersereť inuidioso crimine. xlii.
Accersio, quartæ. cxcv.
Accersio. liii.
Accipere seuere. cxcviii.
Accius. ccxxxii.
Accusandi difficultas. folio cxxxvii.
Accusatoꝝ vtilitas. ix.
Accusatore cõstituendo duo spectanda. xviii.
Accusatori necessaria. xix
Accusatoris partes sunt duæ. ci.
Acradina. lxxii.
Acroama festiuum. lxvii.
Acta. lxxx. Acta Cic. ccvii
Acta Cæs. ccxxxi.
Actionẽ intendere. ccxvi.
Actum est. xiiii.
Act⁹ primus vitæ. xxvi.
Actus. xciii. ccxxxiiii.
Actutum cclviii.
Aculei orationis. ci.
Ad Aquinum accederet. folio ccxxxviii.
Ad Castoris. ccxx.
Ad domum xxix. lxvi.
Ad frugem bonã recipere. cxcvii.
Ad Heracliam accederẽ. folio lxxxiii.
Ad inferos parricidii pœnas luent. cclxiii.
Ad Iuturnæ. cvii.
Ad Mutinã pfect⁹. cclvi.
Ad Numãt. vsq;. ccxxviii
Ad Opis. ccxxxvii.
Ad senatum deprehẽsus. folio ccix.
Ad tibicinẽ immolabantur. cxxii.
Ad vrbem esset. xxxvi.
Addicere. ccxiii.
Addo de meo. clxxiiii.
Adestote aīs. cxlix. ccxiiii.
Adhinnire. ccxii.
Administer. x. cv.
Admissarius. ccxii.
Aduentitia res. xxxiii.
Aduersaria. xv.
Aduersarium mihi erat. folio xviii.
Aduersaria res. clxxvi.
Aduespasceret. lxxxi. cxxx
Aduocatus reo cli.
Aedes sacrę clxx.
Aediculę. cxcv.
Aedificãt tãq; btī. cxxix.
Aedilitia munera. lxxvii.
Aedilitii iuuenes. cxxxvii
Aedilitię repulsę. clxxix.
Aegrotare. cxii.
Aequam atq; l.
Aequimelium. clxviii.
Aequum & bonũ. xciiii.
Aerarii sanguis liii.
Aerariũ sanctius. lxxiiii.
Aere dirutus. lxxvii.
Aes alienum. cxxviii.
Aestimatio lxi.
Aetatula clxxiiii.
Affecta ætate. lxxi.
Affectum bellum. ccv.
Affecta, perfecta. ccvi.
Afficere stipendio. cciii.
Affinis rei capitalis. xli.
Agedum conferte. cli.
Agere animam xvi.
Agere prisce. cxcvi.
Ager colonus. ccxlvi.
Agnosco ex me. clxxviii.
Agonis. xx.
Agricolæ memorabile exemplum. cxxi.
Agriculturę laus. ix.
Alauda legio gallica, ciuitate a Cęsare est donata. ccxxxi.
Alaudæ. ccxliii. cclviii.
Albani tumuli. ccxix.
Albatus. cxciii.
Albus, aterve. ccxxxiiii.
Alexander magn⁹ de Homero. cliiii.
Alex. Macedo. ccxlv.
Alienare. lxxiii.
Alii gtī casus. cxxxiii.
Aliud stans, aliud sedens sentis. cclxiiii.
Aliquapiam. clxxxviii.
Alleuamentũ. cli.
Alũn⁹ pacis Cicero. 247.
Amandare. viii. lxxix.
Amandatus clviii.
Amator. lviii.
Amicę Verris. lxxx.
Amicitia & fides. xi.
Amicitiæ lex. clxxvi.
Amicitię vinculũ. clxxvi.
Amicitia officiosa. clxxix
Amicitiæ. clxxx.
Amicus. lviii.
Amici pœreãt, dũ vna inimici intercidãt. ccxxviii
Αμνεσία. ccxxx.
Amores meretricios licere cxcvii.
Amplissimus ordo. cix.
Ancile potius q̃ Palladium. cclv.
Ancillatus. cclxv.
Aīaduertẽda peccata. xi.
Animus Anima. lvii.
Animus ęternus. clv.
Aīę immortalitatis opiniones clxxxvi.
Animi relaxatio in rebus turbidis ccxxxiiii.
Annibalem corrupit Capua cxv.
Annibal cxci.
Anniuersaria sacra. lxx.
Annius Milo clx. cxci.
Annona lxi. lxiii.
Annonę vilitas xcix.
Annona īgraueſceret. 162.
Annona durior clxiii.
Annonę perfugia ccl.
Annos nat⁹ ad quinquaginta cviii.
Annuli aurei lx.
Annus vertens cclix.
Ansa reph̃ẽiõis. clxxxii.
Ansas sermonis. clxxxiiii
Anser poeta Antonii. 259
Ante diẽ. iiii. xiii. xii. Calẽd. &c. fo. ii. ccxviii. 226.
Antesignani ccxliii.
Antetuleritis cxvi.
Antiochi de regno dictũ insigne ccxxix.
Antistitę lxxi.
Antipophora lxv.
Antiqui homines vii.
Antonius orator. lxxv. lxxvii. cur non scripserit orationes cx.
C. Anto. collega. clxxxiii.
Antoniũ triũuirũ crimināri incipit Cic. ccxxxv
Antonius hostis iudicatus ccxlii.
Aphrica omniũ prouinciarum arx ccxxvi.
Aphricanus xi. lxix.
Aphricani factum nobile. cix.
Aphricani laus cxxxix.
Aphricani discipul⁹. ccii.
Aposiopœsis lix.
Apothecę. cxcii. ccxxxvi.
Apparere cx.
Appellit Syracusas. lxxix.
Appendicula ccxxi.
Appẽdunt nõ numerant pecuniæ ccxxxviii.
Appia via ccxv.
Appii Cæci psopopœia. folio cxcvi.
Appositior lxxiii.
A puero cliiii.
Aq̃ & ignis ĩterdicat. 165.
Aqua & igni interdici. folio ccxxxi.
Aquila argentea Catilinæ cxxviii.
Aquilii vulnera lxxv.
Aquilii laus xciiii.
Ara legum xxxv.
Ara virtutis cclxiiii.
Arã tenẽtẽ iurare. cxlvi.
Arbitrium xv. bis.
Arbitror dixit iurās. 88.

Index.

Arbor infelix. cxxiiii.
Arbor fici. cxliii.
Arcē facere ex cloaca. 182.
Arceſſere. xxiiii. Arceſſere iudicio. 141. capitis. 129
Archimedes. lxxiii.
Archimedes nō meli⁹ potuit deſcribere cvi
Architectus ſceleris. ciiii
Arenarię ciii.
Areopagitæ cci.
Arethuſa. lxxii.
Argentariā facere. lxxxv
Argentaria xc.
Argentū purū lxvii.
Aricię laus cxl.
Ariſtarchus grāmaticus & Phalaris. ccxii.
Ariſteus lxxiii.
Ariſtides cxci.
Arma inſigne belli. ccxii.
Arma de manibus fluēt. cclvi.
Armamentaria publica. cxxiiii. Telluris. clxxiii.
Armariū. cxiii. cxcvii.
Armari xciii.
Arripe ex triuio. cxxxv.
Arrogātia ingenii atq; eloquētię moleſtiſſima. xix
Arrogātia Cāpana cxxi.
Artes duę gloriā pariūt. fo. cxxxvi.
Artium humanitatis cognatio cliii.
Aſię fœcunditas. xcvii.
Aſpendius cithariſta. 28.
Aſpergere xci.
Aſpernatos a ſuis aris. fo. cxiiii.
Aſperſeris ſeueritati. fo. cxxxix.
Aſperſus infamia. cxcv.
Aſpirabit in curiam. xl.
Aſſeclę. xlix.
Aſſumo mihi. cli.
At. ccxx.
Athenieñ. laus. cxlv.
Athenieñ. grauitas. cc.
Atratus cœnauit nemo. fo. cxciii.
Atria auctionaria. cxiiii.
Attalica. lxv.
Attendere animū. xxvi.
Attilius. ix.
Attingit. ccx. Auctio. vii.
Auctionatus. ccxxviii.
Auctorem rumorem. l.
Auctoritatem interponere. lvi.
Auctoritatem facere nobiſcum. xcvi.
Auctoritas ī bellis adminiſtrandis plurimū valet. xcix.
Auctoritas. cx. quatenus credendū illi. ibidem.
Aucupari orationē. cxc.
Audacia violat oīa. x.
Audientiam factura. xx.
Audiens dicto. lxv. lxxxi. ccxxviii. & ccxlvii.
Audire nuncium. xiii.
Auditiones. clxxx.
Audiui de parente. cc.
Auerſus a muſis. cliiii.
Auguror opinione. 89.
Aulœdi q citharœdi eſſe non poſſunt. cxxxvi.
Aures hebetes, oculos acutos habet Po. Ro. 180.
Aures pœgrināt. ccxvi.
Aures calent. cclxiiii.
Auriſex lxviii.
Aurium iudiciū improbat. cxxxvii.
Aurū Hieroſolymitanū cxlv. Põpeius victor nō attigit. ibidem.
Aurum coronariū. cxv. cxix. & ccxiii.
Auxiliū nō mihi, ſed me auxilio defuiſſe. clxxxii.

Allio leno. xvi.
Balneę Palatinę. vii.
Balneę Xenię. fo. cxcviii.
Balneator. cxcviii.
Bambalio. ccxl.
Barbari immanes. ccxxv.
Barbula. cxcvi.
Beatus ſomnio. cclxv.
Bellū inexpiabile. clxxi.
Belli nerui pecūia. ccxliii
Belli Punici ſecūdi cauſa. ccxliiii.
Belli grauis īdicia. ccxlvi
Bellicum canere. ccxlvii.
Bellum. ccxlix. cclvii.
Bellum expiabile. cclviii.
Beneficii gratia eſt onus leue. clxxxi.
Beneficia comederunt. fo. cclvi.
Bene habet. cxxxv.
Benigne facere mītis. 179
Beſtiarii. cxciiii.
Bibere more Greco. xxix
Byzantiarū virginū facinus. cciiii.
Blanditia. clxxviii.
Bonus ſemp beatus. ccx.
Bonitas ſumme popularis. ccxxvii.
Bruti fuga. ccxxx.
Brutus. cclvii.
Buſtum. clxx.

Caducæ hęreditates fo. cclii.
Cęcilia. xiiii.
Cęſari iungit Cic. ccvi.
Cæſaris laus. ccxxiii. bis.
Cæſar ſe ipm & Victoriā ipſam vicit. ccxxiiii.
Cęſaris vox. ccxxiiii.
Cæſar ſemel exorabatur. fo. ccxxvii.
Cæſar nihil niſi iniurias obliuiſci ſolit⁹. ccxxvii.
Cęſaris miſericordia. 227
Cæſaris interfectores. 233.
Cæſaris ad regnandum labores & ſtudia. folio ccxxxix.
Caię quæ. cxxxvi.
Cęſorum honor. cclxiii.
Calamitas. xxvii. xcvii. clxvi. & cxcix.
Calamitas fatalis. ccxxvi
Calamitoſa tēpeſtas. xxxi
Calamitoſum. cxxi.
Calliſthenes ccxxii.
Caluit crimē re recēti: in cauſa refrixit. clxxx.
Campanus ager pulcherrimus. cxx.
Campana arrogātia. cxxi
Campus æquitatis. xcv.
Campanus ager. ccl.
Cāpus ī Rep. magnus ad laudem. cclxiii.
Cancelli. lvii.
Candidatus prætorius. cxxxviii. cxl.
Canes publice alūtur. ix.
Canephorę. lxiiii.
Canit intus ſibi. cxx.
Capella ſcite facta. xl.
Capho veteran⁹. cclxiiii.
Capillatior. cxvi.
Capitalior. xlvi.
Capitolium terreſtre domicilium Iouis. cxxiii.
Cappadox. cix.
Captus membris. cxxv.
Captus mente. cxxxi.
Capua corrupit Annibalem. & ſuperbia illic nata. cxv.
Capua domicilium ſuphiæ. clx.
Careat ſcelere. cxcvii.
Caritas annonæ. lxiii.
Caro ſubrancida. ccxii.
Caſſiani iudices. xi. lvii.
Caſſianū dictū. ccxxxiiii.
Caſtor & Pollux. lxxxvii.
Caſus tulit. cxlvii.
Caſus & euentus nō duces ſed comites conſiliorum Pompeii. cc.
Carthago terror imperii Ro. cxxxviii.
Caſtra ſtatiua. lxxvii.
Catilinę voces nefariæ. fo. cxxxviii.
Catilinę mores. cxcv.
Cato de Sicilia. xxxv.
Catonis laus. lxxxv. clxiii virtutes. cxxxviii.
Catuli laus. c.
Cauillium facetum xx.
Caupona. ccxl.
Cauponula. ccxxxvii.
Cauſa mea. xxvi.
Cauſa cadere. cxxxiiii.
Cauſam dicere. cvii.
Cauſa nulla iuſta eſſe poteſt male de rep. meréti fo. clxxiiii.
Cautor. clxxxiiii.
Cęcilianus pater. cxcvi.
Cedant arma togę. ccxii.
Cede de Rep. clv.
Celata de illo. cxiii.
Cella penaria. xxxv.

Orationum

Censores siculi. xliii.
Cēsoria aiaduersio. cviii.
Cēsura nō habet vim rei iudicatę. cviii.
Census. cliiii.
Censoria potestas. clxx.
Cēsoria seuerítas ē magi stra pudoris & modestię ccviii. Centesimę. lix.
Centuriatus. xcix.clviii.
Cepit obliuio. cxx.
Cerarium ix.
Ceres Ennēsis. lxxii.
Cererē colūt Atheniē.eo.
Ceres & Libera lxxxvii.
Cererís sacra. cciii.
Cernere oculis cv.
Cerno animo cxxxiii.
Certe scio cclviii
Ceruices ccxxxv.
Charybdís.lxxxiiii. clxxvi.&.ccxxxvi.
Charum atq; iucundissimum. cxiiii.
Chrysas lxxi.
Cibaria menstrua lii.
Cibyratę fratres lxvi.
Cibyratici canes. lxvii.
Cybea nauis lxxvii.
Cícero cur dicat vi.
Cic.vitio datum lxxiiii
Cícero in senatu Syracusano.lxxiiii.ter ptor.xcvi
Ciceronis in initio dicendi timor ciiii.
Cícero q̄ beneficia ab Romanis acceperit. cxvi.
Ciceronē quattuor gña hoim violarunt. clviii.
Cic.redit⁹ ab exilio.clxvi
Cicero facetus. clxxviii.
Ciceronis pfectio in exilium clxxxii.
Ciceronis fiducia.ccxxxi.
Cice.vox ccxxxiii
Cic.de Octauio testioniū & pro eo spōsio. ccxlvi
Cicero alūnus pacis. ccxlvii. Nō vult pacem cū Antonío. ccxlviii.
Cícero filius cclii.
Cyclops lxxxiiii.
Cylones cclxv.
Cymbala. ccviii
Cincinnatus ganeo. clix.
Cyprum relegatur. clxvi
Circum amicos ii.
Circūforaneus ciii.
Circūretitus lxxxiiii.
Circūscriptor. cxxviii.
Circūscríbere cclxii.
Circūuenire iudicio.cxiii
Cisia.vii. Citare. xli.
Ciues mei. ccxx.tui.226.
Ciues boni cclix.
Ciuis Ro.sum. lxxxiiii.
Ciuis duarum ciuitatū Ro.nemo. cci.
Ciuitas honestíssima. li.
Ciuitas.oppidum lxix.
Ciuitatū exterminia.lxxv
Ciuitas qñ amittat.xcvi.
Ciuitatē aut libertatē nemo amittit inuit⁹.clxvi.
Ciuitates víles. clxxxix.
Ciuitatis mutandę ratio nes duę cci.
Ciuitas in sagís. ccl.
Cyzicus Asię ianua. 136.
Clam vos cclxv.
Claudum pilam retinere folio ccxii.
Clausa consilia. li.
Clausula cclxi.
Clodius stuprum intulit puluinaribus bonę deę. clxxii.
Clodíi vrtia. clxxv.
Clodius. clxxxvi.
Clodíi crímina. ccxviii.
Clodíi cędes ccxxxiii.
Clœlius.ix. Coacti.xciii.
Coactores. cxiii.ccxxii.
Coactores. ccxxiii.
Coactu istius. xxxvii.
Cœnę antelucanę cxxix.
Cogere stipendiū. xxix.
Cogitata. cxiiii.
Cogitare cū animis. cxx.
Cogitationes posteriores solent esse sapientiores. cclvi.
Cogitate aduerb. cliiii.
Cognomento Schola.217
Coire societatē. cxxv.
Coitus societas. vii.
Colētes religionū.clxxxi.
Collyb⁹.lx.Colluso. 243.
Coloníę. ccxxxviii.
Columen familiæ. lx.
Columen actionis. cxliii.
Columna Menia. cxc.
Columna execrata.ccxxx
Comederūt bñficia.cclvi
Comesse bona. cxlvi.
Comes qui sint. ccii.
Comici figmēti cā. viii.
Comitiorū ęstus.cxxxvi.
Comitia centuriata. clxi.
Comitiorū ratio. ccxxxvii.
Cōmissus.pmissus.lxxxix
Committere. xxx.
Commossem. clxxxii.
Commune. xxxi.
Comparant accusatores pecunia viii.
Compendium. cxli.
Compensari cxxxix.
Cōpēsare cū vno. ccxii.
Cōperendinare. xxiii.
Cōperēdinat⁹. xxvi.lxxvi
Compromissum. xv.
Concedere illi de familia ritate xlii.
Concedat laurea laudi. ccxii.
Cōceptis verbis peierare ccx.
Cōcipere scelus ccxx.
Conciliata pecunia. xliiii
Condemnatum de alea. ccxxxv.
Condíscipulus cxlviii.
Confectus. clxv.
Conficientíssima literarū ciuitas. cxliii.
Conflarat iudicíū. xlii.
Cōflare inuidiā. cxxvii.
Cōflarí periculū cxlviii.
Conniuere. clxxv.
Conscientię vis. ccxviii.
Cōscius cōsiliorū. cclxii.
Conseruare cclí.
Consilii mutatio est pœnitētí port⁹ optim⁹.256.
Consilia siccorum. cxiiii.
Consiliū publicū. xiiii.
Cōsolatio pxio. cclxiii.
Consþirare cxvi.
Cōsulare ímperium. ccxlii.
Consularis ętas. ccxlv.
Consulares togati cū in sagis ciuitas. ccl.
Cōsulís boni offm. cxxiii
Cōsul quis dicēdus. ccix.
Cōsultus nō magis iuris q̄ iustitię. ccli.
Constituti bene de rębus domesticís. clxxxix.
Conturbare. clxxx.
Conuitium .clxii. cxciiii.
Cooptare cclix.Copia cxl
Cor cumulat ira. cxcvi.
Corbís messoria. clxxxix.
Corínthi delēdi cā.xcvii.
Cornelii repente qui ím probi. lii.
Corollarium. lv.lxvii.
Corona ciuica. clxxxi.
Coronariū aurum. víde Aurum.
Corpora reip. cxxxviii.
Corporis ps sanctíssima. clix.Infirmitas. clxxiiii.
Correctio vrbana. cxcvi.
Cornicū oculos configere.cxxxv.cxliiii.
Crapulā exhalare. xlix.
Crassi sermo. lxxxviii.
Crassi facetię cx.
Creare periculum. clvi.
Creator Vrbis Romulus cci.
Crepidatus. ccxiii.
Crepidines vrbis. lxxxi.
Creta Asiatica. cxliii.
Cretula. lxviii.
Creuímus hęreditatē.118.
Crímen domesticū. lvii.
Críminor. cxxiii.
Crotalia. ccviii.
Crucís supplicíū teterrimum. lxxxv.
Crudelis Castor, ne dicā sceleratū & ipiū.ccxxvii
Cucurrerūt cursus.cxviii
Cuí bono fuerit. ccxvi.
Cuius tanti. ccxxviii.
Cuiusquemodi. xi.
Cuiusmodicūq;. cii.
Culpa delicti. cxxiii.
Cuniculi. cxiiii.
Cupído argēteus. xlii.
Cupísse te celasse. lxv.
Curator. xliii.cxvii.

Index.

Currentē incitare. ccxl.
Custos multorꝝ debet primū eē custos ſui. cclvíí.

DAmnatꝰ de maieſtate. xxiíí. Dānī infecti ſatiſdet. 34.
Damnatior. ccxíííí.
Dare. Reddeſ. xxíí. xxíííí
Dare opas. xlví. xcí.
Dare nomen. clxvíí.
De cęlo detraxiſtí. 238.
Decoctores, cxxviíí.
Decēuiri ſacrorū. lxxíí.
Decempędę. ccxíx. cclxíí.
Decēpędator cclxí.
Decertandū clxxxíí.
Deceſſiſſet Romę. clxv.
Deciſio xcví. cxlví.
Decimę Acílię xlvííí.
Decimę Ro. penſę. xcvíí.
Decumanꝰ ager. xlvííí.
Decumaní xlví. xlvííí.
Decíus clxxxvi.
Declamatío. ccxlíííí.
Decreſſent xxxv.
Dedícandę ędis tenetur poſtís clxíx.
Decuríare clxxíx.
De die viuere. cxxxvíí.
Dedíta opęra xí.
Deducere líí. lx.
Deduceř capuā. ccxxxvííí
De facie noſtí ccxííí.
Deferre nomen xxv.
Defectus. í. deſtítutꝰ. clví.
Deferbuiſſe cviíí.
Deferūt de me apud vos. folío cxxíí.
Deficiť cōſilío & rōne. uꝫ.
Defuit a me cxxxíííí.
Defunctus pietate. clvì.
Defugere cxlíx.
Deiectꝰ. xcíííí. Dupl'r. xcv.
Deiícere de ponte. xí.
Deiotarus rex. clxxííí.
capitis reus ccxxvíí.
De lapíde emptí ccíx.
Delatus xlví.
Deliacū fanum. xxvíí.
Delibutus capillus. xííí.
Demetrí⁹ Phaler. ccxxíí.
Demortuus xlííí.
Demiſſí homines. cxl.
De mł'ta nocte. clxxxvííí.
Deuitus ccxxxvííí.
Denceletę ccxííí.
Deos eſſe. clxxííí. Auerſarí ſcelera cxíííí.
Deorū vox clxxví.
Depaciſcí ad cōditiōes. lí.
Depęndere pœnas. cxxxíí.
Deperdere xcví.
Deplorare de incōmodís. folío xxxíx.
Depoſitā reip. ptē. xxv.
Deprecarí a vobís. xlvííí.
Deprecata eſt me a vobis folío clvííí.
Deprecarí cxxíí.
De príncípío clí.
De prodigíís & portentís futura prędicūt ccxlíí.
Depugnare xcííí.
Derepente ccxxví.
Deſcēdere ī cām. ccxlíx.
De ſcrípto dícta oratío. folío clxxxí. cclíí.
Deſperare ſaluti cv.
Deſperare fortunís clxí.
Deſperādi eſſent. cxxvííí.
Deſperatiſſimus ccxí.
Deſpicatuí ducí cxlv.
Deſponſa laus clxxí.
Deſponſa puincia ccví.
Deſuefactus cvííí.
Deſultorius cxxxvííí.
Deteſtātur a rep. ccxíííí.
Detrudí xcííí.
De viuo reſecandum. lv.
De viuo detrahit. cxlví.
Deuoratū ſpę cxlíííí.
Deuorare moleſtíā paucorū dierū ccxlvíí.
Deuouí caput clxxí.
Deus ac parens fortunæ ac nomínís cxcí.
Dianiū. xxx. lxxxíííí.
Díca. xxxvíí. dícit. ccxxxv.
Dícere pecuniā doti. cxlví
Dícere de ſcrípto cclíí.
Dictatura ſublata. ccxxx.
Dictatoris nomē ſublatū. folío ccxxxíí.
Dies mł'ta affert. ccxxxíx.
Dies ſacrificií eſt certus nō conſilíí ccxxxíx.
Digeſtío ccxlíííí.
Digitū tollere xxxííí.
Digítís extremís attíngere cxcví.
Dignítas cxxxv.
Dignus ímperíí clxxv.
Dignus facere cōtumelíā folío ccxl.
Díí faxínt cxl.
Díí omē obruāt. clxxíííí.
Díligētíus veníſſes x.
Díluceſcere cxxx.
Dímanare cxcíííí.
Dímídío carius clxíx.
Díplomata ccxííí.
Díruptus dírutuſq;. cclx.
Díſcríminare cclvíí.
Díſertí ad vínum. cxcíx.
Díuertíſſes domum. folío ccxxvííí.
Díuínare clxxíx.
Díuínare ſapiētís ccxxí.
Díuíſor líx. cxxxvííí.
Doctrína an natura plus poſſít clíííí.
Dolet ínterítū cclvíí.
Domí ſuę xxíx.
Domí alienę clxvííí.
Domí íntegrítas ccxxíx.
Domo ſe teneret clxí.
Domo me tenuí. clxíí.
Domus vníuſcuíuſq; cíuíū ſanctítas clxvííí.
Domícílíū ſermonū in aríbꝰ collocauerūt. ccxíí.
Domítíí ītegrítas. ccxxíx.
Draco theſaurū circūplexus çclíx.
Druſus ccxxí.
Ducere ratíonē xxxííí.
Ducer ſpūm líberū. clvíí.
Duces & comítes cc.
Ducibꝰ íllís vtílíus eſt errare, q̄ hoc magíſtro erudírí ccíííí.
Duo pro duos xxxví.

EBlādíta nō enucleata ſuffragía. clxxvíí
Ecce tibí ccx.
Econtra ccxxxíííí.
Eculeus ccxxvíí.
Ediſſa lxxx.
Edítítíí íudíces. clxxvííí.
Effundere ccxxxíx.
Egnatuleíí laus ccxlví.
Eheu cōditionē clvíí.
Eiectus xcíííí.
Eiurare. lvíí. cclvíí.
Elínguís cxlíí.
Elocatus lí.
Elogíū. cíx. ccxíí.
Elogíū cēſoríū cc'xv.
Eloquentía Cicero. honorífica cxxxíííí.
Eloquētię cur pauci ſint ſtudioſí cxcvíí.
Eloquentía cclxv.
Emancípari clxíííí.
Ementíri xííí.
Emere q̄ rogare malo. folío lxíííí.
Emíſſet de ſectorib⁹. cxíí.
Emergit ſe clxxv.
Emblemata lxvíí.
Embolía cxc.
Emiſſarií lííí.
Ennía vmbílícus Sícílíæ. folío lxxí.
Ennius Aphrícano charus clíííí.
Ennius cxcv. ccííí.
Eo loci clxxxvííí.
Ephebus cxíííí.
Ephemerís íííí.
Epílogí clxxxíí.
Epíſtolas amícorū nō díuulgandas ccxxxíí.
Epulæ ccxl.
Epulones Iouís clxxííí.
Equídem clxxvííí.
Equus troíanus. lxvíí. cxl. cxcíx. & ccxxxíííí.
Ergaſtulum cíí.
Erichthei fílię clxxxví.
Eriphyle. lxví. Erratū. cíx
Errare ē cuiuſuís, pſeuerare ín errore íſipientís. folío cclví.
Eſſe otíoſis líceat. cxcíííí.
Eſſedum ccxxxv.
Euerrículum lxvíí.
Euerſus bonís xxx.
E via languerē ccxxx.
Euolare pœnam ccv.
Exaggeratío crímínís. folío lxx. lxxxíí.
Exaudío cxxxííí.
Excellere cęterís xcíx.
Excídere cxl.
Excors clxxxí.

Excurſor cxxxv.ccxlii.
Exempla memorabilia.folio lxxv.cxxi. &.cc.
Exercitati ſubigēdis glebis cxxi.
Exercitatio frequens ſeu vſus ccii.
Exercitus lxxxix.
Exheredſimi xliii.
Exilere. ccxxxv.
Exiliū xcvi.
Eximere ex reis xli.
Eximere de reis lxvi.
Exiſto. x.xxvii.xxx.lxix. lxxi.cxxi.cxxvi.cxcvi.ccii
Eximius xx.
Exiſtimatio lvi.
Ex iure manu conſertum fo. cxxxv.
Ex memoria exponam, folio.cxxx. Exlex. cvii.
Exoleti pueri ccxvii.
Ex oratore arator factus. folio ccxl.
Exorbuit cxxxv.
Expenſum ferre xlvi.
Experiens cii.
Experientiſſimus l.
Experrecta nobilitas.xiiii.
Expiauerūt ſcelera in noſtros ccxiii.
Expiāde egeſtates cclxii.
Expiſcatus ccxii.
Ex pueris excedere cliii.
Extraordinē clxiii.
Extraordinariæ cupiditates lxxvii.
Extraordinariæ poteſtates clxiii.
Extra tumultū gallicum .i.excepto eo ccxlvi.
Exul clxvi.
Exulcerat⁹ aīus.ccxxvii.
Exuperabo anima clix..

FAbellę plurimę recitant folio cxcviii.
Fac periculum.ccxi.
Facere pecuniam. xxxvi.
Facere Iunoni ſoſpitę cōſules ſolent cxl.
Facere periculoſe q̄ppeti turpiter maluit ccxv.
Facere bellum lxxxix.
Faceſſant cxlvi.
Faceſſeris periculum. xx.
Faceſſetur negotium.cxi.
Facetię Siculorū lxxi.
Facetię Craſſi cx.
Facetias attende lxxiii.
Facetus Cicero. clxxviii.
Factū nō oportuit. lxvi.
Factus ad libidines.xxviii
Facultates i.
Fama hęſit ad metas. folio cxcix.
Fame dominante cv.
Familia xxiii.
Faſtigiū ccxxxix.
Faſtorū ꝓmulgatio. 135.
Fatalis neceſſitas. clviii.
Fatalis annus clix.
Fateor, ꝓfiteor cxxiiii.
Fatum Cicer. cclx.
Fauturus clxxvi.
Fer opem ccxxvi.
Ferramenta. cxxx.cl.
Ferre expenſum xv
Fęx ciuitatum cxlii
Fides diligentiaq; actori prędandę xc.
Fide tua venire. ccxiii.
Fidem fallere cclxi.
Fiducia cxliiii.
Finitor cxviii.
Fimbria viii.
Flagitare i.
Flagitat me id clxxvi.
Flamines deor. ccxxxviii.
Flaminia cclxi.
Floret ſemp nihil. cclvi.
Floſculos carpere atq; delibare cxc.
Fœcunditas Aſię xcvii.
Fœderati populi. lxxviii.
Fœd⁹.clxxxv.fœ.icer. ccii
Fore ccxix.
Fortunę mutatio cliii.
Fors dña campi ccvi.
Fortitudo cclviii.
Fortuna ſummis viris ad iuncta xcix.
Fortuna ęquabilis optanda clvii.
Fortuna Cęſ. ccxxiii.
Fortunę poteſtas in bello
Fortuna dña rerū humanarum ccxxiii.
Fortuna cęca cclix.
Fortuna extrema ſtetit. folio cclxv.
Forū purgare clxxxix.
Forū Aureliū cxxvii.
Frater germanus. xxxiii.
Fraterculus lviii.
Fraterne cxxvii.
Fratres gemini ciii.
Fratricida clxiii.
Frater patruelis.clxxviii.
Fraudi eſſe ccxlv.
Fretu pro freto lxxxvi.
Frugalitas ccxxix.
Fruges minutę xlviii.
Frugi tēporibus nemo nequā.folio lxxxix.
Frumētū decumanū.xxv.
Frumētaria cauſa triper tita xlviii.
Fruſta eſculēta. ccxxxvi.
Fuerint opinionis.cclxv.
Fuga mortis turpis. ccl.
Fugit.i.latet xcv.
Fulmen ſiniſtrum ſeu a lęua. ccxxxviii.
Fuit.i.eſſe deſiit lxxviii.
Fumoſę imagines. ccvii.
Fundatiſſima familia.folio clxviii.
Fundus quādo populus fiat. cci.ccii.cciii.
Funere elata reſp. clxiiii.
Furcifer cxcii.
Furię impiorum. ccx.
Furię. clii.Furere.ccx.
Furor eſt pœna maxima. folio clxxiiii.
Furti & pro ſocio dānatus cxliii.
Furūculus ccxii.
Fuſtuariū ccxl.
Futurū rē ſperāt. lxxxvi.

GAbini⁹ & Piſo.204.
Gallorū teſtimonium eleuat ac vituperat lxxxviii.
Gallor⁹ impietas.lxxxviii
Gallię laus ccxl.
Ganearū nidor ccviii.
Gaurus mons cxviii.
Geminus lviii.
Geminū cōſiliis ccviii.
Gentilitia ſacrificia anniuerſaria clxxiiii.
Germanus frater xc.
Germanitas clxxiiii.
Germani ccvi.
Germanū Cimber occidit cclxiii.
Geſtus eſt mos cxxxvii.
Gymnaſiarchus lxx.
Gynæceū ccxxxviii.
Gladiatorū mos ccxli.
Gladiator ccxlviii.
Gladius vagina vacuus. folio ccxxiiii.
Glaucię admonitio.ccxxi
Gloria vera cxc.
Glorię ſeges ccxvi.
Gloria ampliſſimū eſt virtutis prędium ccxx.
Gnatus clxxx.
Gorgonis os lxxiii.
Gradus Aurelii cvii.
Greco more bibere. xxix.
Græcis vſurpata latina nomina lxxxii.
Græca ſacra lxxii.
Græci leues ccxxv.
Græci & qd de eis ſentiat Cicero cxli.
Græcorū tria genera.folio cxlv.
Græcorū leuitas cxliiii.
Gratiæ excellētes cxvi.
Gratiæ referēdę ac pecuniæ ſoluendæ diſſimilis ratio clviii.
Gratiarū īmemor nemo eſt gratus inuētus. clx.
Gratiæ & pecuniæ debitio diſſimilis clxxx.
Gratiæ referendę nihil ineſt nimiū clxxxi.
Gratioſus xlvi.
Gratioſus. liii. cxxxiiii.
Gratioſi hoīes cxli.
Gratitudo clxxxi.
Gratus eē debet etiā q̄ ac cipere potuit beneficiū. folio ccvii.
Graue in populum. cci.
Greges equarū xxxvi.
Greges armentorū.ccxli.
Gubernatores a vectoribus qñ admoneant.248
Gurges vitiorū xlviii.
Gurguſtiū ccviii.

Index.

Gustare labris primoribus cxcvi.
HAbere sibi xxxix.
Habitare. xxx. millibus cxcv.
Hæreditates caducę. cclii
Hæres ex deunce xci.
Hastas abiecit cxxxvii.
Hasta ccxlix.
Hausi dolorem cxcviii.
Helluatus sanguinē reip. folio clxix.
Helluo. clxxxv. Helluonatus abdomini ccx.
Heluetii ccvi.
Herciscundæ familię. xci.
Herculis Agri. signū. lxx.
Herculanea via cxviii.
Hercules sacra docuit. folio clxx.
Herculis īmortalitas. 191.
Herculis metæ ccii.
Hesiod⁹ de sapiētib⁹. cvi.
Hydriæ argēteæ. xxxviii. & fo. lxxi.
Hieronica lex. xxxvii. & fo. xlviii.
Himera. xl. Hippia. 236.
His palam cclxv.
Homeri patria est incerta. cliiii.
Homicidii defēsio. ccxiiii
Homines noui lxx.
Homini nemini cxlix.
Hois propriū clxxxi.
Hominis vel dicam pecudis. ccxxxiiii.
Homulus ccxi.
Honoraria opera xc.
Honoꝝ gradus sunt pares, glię dispares. clxxx.
Honoris via cxc.
Hornotinū frumētū l.
Hortēsio minat. lxxxvi.
Hospes vrbis cxxv.
Hospes voluntate, hostis necessitate cclviii.
Hospita mulier xl.
Hospitalissimus xxviii.
Hospitiū publicū. lxxiiii.
Hospitii iura lxxxii.
Hostiū colloquia. cclviii.
Humanitatis studia. folio cxxxviii.
Humanitus ccxxx.
Humeris gestū agere. 222.
Humiles q̄ via emergāt. folio lxxxvi.
IAcerent prædiorū precia xvi.
Iacere cclii.
Ianiculum cxv.
Ianitores. xlviii. cxviii.
Ianus medius ccxlvii.
Icere fœdus cci.
Id pugnant ccliii.
Id temporis xli.
Idiotæ. lxiiii. ccx. ccxii.
Ieiunus animus. cclxiii.
Ignoratio sui cviii.
Ignoscere facin⁹. cxxxviii
Ignotum ab ignoscor. folio lxxiiii. & cxxix.
I lictor, colliga manus. folio cxxiiii.
Illędere cxci.
Illudere dignitati ix.
Illudere existimatiōi. xvii
Illuxisse cxxiiii.
Imbibisset animo. xxiiii.
Imbutus cclxii.
Immersit se in consuetudinem ciii.
Imminenti ingenio. xliii.
Impensam agere clvi.
Imperatorū in acie mos. folio xiiii. & ccxlii.
Impatorum nobilium pstantię lxxvi.
Imperatoris ornamenta quattuor xcviii.
Impatoriæ virtutes. ibid.
Impatores q̄ mereant appellari cclxii.
Imperii insignia atq; insulæ. cxiiii.
Impertire dolorem xl.
Impotenti animo clxxi.
Impcatio ī Verrē. lxxxvii
Improbitas robustior. folio ccxxxvi.
Impunius. lxvii. ccxxviii.
In amicitiā essent xxi.
In ante diem cxxvi.
Inauratę statuę xlii.
Incensus xcvi.
Incertū vulgus. cxxxvi.
Incisū ī tabula ęnea. xlii.
Incidere in æs lxxiiii.
Incidi in basi ccxiii.
In codicē referre cl.
Incredibili celeritate velis erat nauis lxxx.
Incumbere xcvii.
Incūbite ad salutē. cxxxii.
Indidem x.
Indiget celeritatis. ccxlvi
Indolere ccxxxvi.
Indoles Catonis lviii.
Inducere in rationē. xxxi.
Inducere animum. cxxvii
Inducī. cxx. Inducere. 222.
Inductus ccxxxvii.
Induciomarus lxxxix.
Indulgere in laqueos. xli.
Industrius cōparat. clxiii.
In ęs incidi ccxxxi.
Inferos nō credit Cic. cxii
Infatuare cxliiii.
Infelix arbor cxxiiii.
Infīciari cvi. cxxx.
Infirmissimus ccxi.
Informata cum ii.
Infractus clxvi.
Infudit non dedit. ccliiii.
Infulę imperii cxiiii.
Ingeniū tardum cxxiii.
Ingratis iiii.
Ingurgitare ccxxxvi.
Inhibere cclxi.
In horam viuere. ccxliiii
Inibat gratiam a nonnullis. clxxv.
Initis gratiā a nobis. xcv.
Inibi cclxii.
Iniens ætas xcvi.
Inimicitiarū causę. xlvii.
Inimicitiæ tacitę sunt timendæ lxxxvii.
Inimicitiæ reip. causa deositæ ccv.
Iniuriarū actio xcii.
In loco posita lxxvii.
In manū cōuenire. cxlvi.
In mētē venit dicere. xiii.
Illius lxxxiii.
Inobscurare ccli.
Inops ab amicis clxv.
In potestatē fuisse. xcviii.
Inquilinus ccxxxviii.
Inscientia cl.
Inscius ccxxxvii.
Inscriptū ī frōtē. cxxvii.
Insector lxxxvii.
Insepulta sepultura. folio ccxxx.
Insidię multę bonis. clxxx
Insidiatorē iure interfici posse ccxv.
Insignia imperii. cxiiii.
Insimulare cxlviii.
Insinuet ī familiaritatē. 58
Insinuare ī sermonē. cxvi
Insidiādis legatis. cxcvii.
Inspectio ccxxxvii.
Instar īmortalitatis. ccxi.
Institutū Ro. antiquū. 64.
Instrumentum li.
Insula cxcv.
Integrū est. cxlvii. cclvi.
Integrū eēvbi laudi. xxiiii
In summa clxxvii.
Intellīgo de gestu. cxciii.
Intendere periculum iudicii clxxi.
Intercalarius mēsis. xliii.
Intercedere ccxxxv.
Interesse magni liiii.
Interesse reip. clxvii
Inter falcarios. cxxvi. cl.
Intersit salutis. cxxxiiii.
Interdici aqua & igni. folio ccxxxi.
Intermortuæ reliquiæ. folio ccviii.
Interponere iudiciū. ccii.
Interpres. liii.
Interrex patricius. clxiiii.
Interrimentum. xxxiii.
Interuallum cxxi.
Interuersus clxix.
Inueterauit huic vrbi. folio cxlviii.
Inuidia timenda ci.
Inuidia virtute parta gloria. cxxvii.
Inuidiosior xxxvii.
Inuocatio cxxiii.
Inussisset famam. folio cxxxiiii.
Inustus dolor cxxix.
Inuulneratus cxci.
Ioue fulgente cxcii.
Iouis Velsuri fanū. ccxiii
Ioue tonante cū populo agi nefas. ccxliii.

Orationum

Iracundia inimica consi-
lio ccxxiiii.
Iracūde nō agit ccxlix.
Ironia. lxxiiii.lxxv.cxxv.
clx.ccxlix.ccliiii. cclvi.
cclvii.&.cclx.
Ista tua xxiii.xlii.
Iudæorum religionem ri
det cxlv.
Iudæi & Syri seruituti
nati cciiii.
Iudicare lviii.
Iudicandū ex facie xvi.
Iudicatus ccxxxi.
Iudicum reiiciendorum
numerus xl.
Iudices Cassiani. lvii.
Iudicum officium. lxvi.
Iudex hō sapiēs.lxxxviii.
Iudici sapienti cogitāda.
& eius officium cxi.
Iudicis sapientia ccxxi.
Iudicū noia ad ærarium
delata ccxliii.
Iudicio pærfundere x.
Iudicium xv.xviii.
Iudicia priuata tria. xv.
Iudiciū nūmariū. lvi.
Iudicia cur reperta. xc.
Iudiciorum æquorum de
finitio ci.
Iudiciū de dolo malo.145
Iudicium ex edicto dare.
folio cxlvi.
Iudicia populi modera-
ta clxiiii.
Iudicium ccxxxii.
Iuno Samia xxviii.
Iupiter Impator. lxxiii.
Eius signa ibidem
Iupiter stator.cxxviii.156
Iupiter sororis marítus.
folio clxvii.
Iupiter Capitolinus cur
optimus maxim⁹.clxxi.
Iupiter Latialis ccxix.
Iurat⁹ & iiurat⁹.xxiii.xc.
Iurisditio. xxxv.
Iure summo agere. lxxv.
Iuris interpretes & vtili-
tates xciiii.
Iure optimo pdia. cxxiii.
Iurisperitos taxat.cxxxv.
Iure agere cū plebe.clxiiii
Ius summum.ii.xc.xciiii.
Ius ciuile xciiii.
Ius cōtrouersum.cxxxvi.
Ius pōtificiū duplex.164.
Ius adoptionis ibidem.
Ius & vis clxxxix.
Ius qđ Iupiter fāxit.cclv.
Iusta Catilinę cxlvi.
Iustitiū. clxxv.ccxlv.
Iusti honores cxxxi.
Iuxta ac. clx.

LAbare. ccxlvi.
Labes seculi Cic.cc
Laborarent ex inui
dia xiiii.
Laborauit ex īuidia. 114.
Labris tremētibus.ccxiii.
Laborem caperes xvi.
Lacedęmoniorū laus.145.
Lacerna ccxxxvi.
Lachrymula clxxxi.
Lacuna reifamiliaris.xliii
Lętitiā dare clxxxiii.
Lampsacum xxviii.
Lanista ccix.
Lapidatio. lxxi.cxlviii.
Lapis rediuiuus. xxxiiii
Lapidem e sepulcro vene
rari clxxxii.
Lapsis diebus cclii.
Laqueo verbi capi. xcv.
Larē familiarem lvi.
Lartes Tolumnius ccli.
Latere mihi cxxvi.
Laternarius ccviii.
Latine nō accusatorie lo
qui. lxiiii.
Latine scire xciii.
Latiniēsis ager. clxxiii.
Latinienses clxxvi.
Latinis carnē petāt. 177.
Latona xxvii.
Latronū ritus. ccxxxvi.
Latrūculi mastrucati.ccv
Latumię xxv.
Latumię carcer. lxxxiiii.
Laudare facilius q̄ æmu-
lari cxlv.
Laudatoresdicere.lxxviii
Laudis studio trahimur
omnes clv.
Laus merces virtutis.clv
Laus a viro illaudato est
turpis cxciiii.
Lautus ccxxviii.
Lectuli Punicani. cxxxix.
Legati c.
Legati laudationis cau-
sa. cxlvii.
Legatorum cęsorum ho
nos ccli.
Legatorū potestas.cclviii
Legatio libera. ccxxx.
Legatio pacificatoria.256
Leges mortuę lxxviii.
Lege agere xxxvii.
Lege agi cxxxv.
Legum vis. cx.
Legē de ambitu tulit Ci-
cero cxxxiiii.
Leges sacratæ clxiiii.
Leges filēt īter arma.ccxv
Leges annales ccxlv.
Legio Martia ccxlii.
Legiōes cęlestes diuinęq;
folio ccxliiii.
Lemniscatus xii.
Lenocinium cxxxix.
Lentulus parens ac deus
vitę Ciceronis clix.
Lepidi laus cclviii.
Leucopetra ccxxx.
Lex ccxxxviii.
Lex de pecuniis repetēdis
cur sit cōstituta. xviii.
Lex Glaucia xxvi.
Lex Voconia xxxi.
Lex Cornelia xxxii.
Lex Rupilia xxxvii.
Lex curiata, cēturiata, &
tributa cxvii.
Lex Papiria de consecra-
tione clxx.
Lex Licinia de Sodalitiis.
folio clxxviii.
Lex Helia & Fusia. cxciii.
Lex Cornelia maiestatis,
& Iulia repetūdarū.ccx.
Lex cclv.
Libēti⁹ q̄ verius ccix.
Libere dicta clxxviii.
Liberi reip.debentur. lix.
Libertas,otiū cxvi.
Libertatis signum. clxx.
Libertas ī quo sit.clxxxii.
Libidies tenebricosę.cciiii
Libraria taberna.ccxxxiii
Librarii cxvii.
Librarioli cc.
Liceat esse otiosis. cxciiii.
Licet cōsulere. cxxxvi.
Licere liiii.xci.
Licet,oportet cc.
Licere cclix.
Liciti sunt. e lii.
Lydus seruus cxlv.
Liguriētē lucra. lx.
Ligus additamētū inimi-
corum clxxxviii.
Lingua flagellum sedi-
nis cxliiii.
Liqre & nō liq. cvi.cviii.
Lis cōtestata xvi.
Lis æstimata cvii.
Lysidicus cclliii.
Litare cxlvi.
Literā nullā. xxx. cliiii.
Litera nulla cxiii.
Literæ posteritatis causa
repertę cl.
Literarum lumen. cliiii.
Litera Salutaris A. Tri-
stis C.i.absoluo.conde
mno. ccxv.
Literæ Antonii cclix.
Literate respōdere. clxxii
Literatura ccxxxix.
Locus insignis lxxxi
Locus ridiculus. lxxxi.
Loci. clxxxi.
Longius ccxxii.
Loqui latine lxiiii.
Lucellum lii.
Luci cclvii.
Lucis vsura lxxx.
L.Cæsar. cxxxiii.ccxlix.
Luculli gesta xcvii.
Ludere alea. ccxxxv.
Ludius cxc.
Ludi votiui xxiii
Ludi maximi clxxii.
Ludorū solennia. clxxiii.
Ludi Romani ccxxxix.
Ludi Apollinares cclii.
Ludibūdus lviii.
Luere maculas sanguine.
folio lxxxii.
Lumina ciuitatis. cxxxi.
Lumina ptulistis clv.
Luminib⁹ obstruere. 169.
Lupę ccxvii.
Luperci cxcvi.cclx.

Index.

Lutulentus ſus. cclxiiii.
Luxuriã priuatã Po. Ro. odit cxxxix.

MActãdus malo. 194.
Mactare deos manes. cxcii.
Madefactus. cclxii.
Męandri. ccxi.
Magiſter ſcripturę lix.
Magiſtratus quos geſſit Cicero lxxvii.
Magiſtratũ pętenti quid obſit cxxxvii.
Magna mater clxxiii.
Maledicere aliud, & aliud accuſare cxciiii.
Maleuolẽtia ifuſcata. 177
Maledicentiſſima ciuitas folio cxli.
Maledictum maxime volucre clxxx.
Maledicus. cclxv.
Male parta male dilabuntur ccxxxvi.
Mali & audaces cclxii.
Malũ naſcẽs facile opprimitur, inueteratum fit robuſtius ccxliiii.
Mancipes lix.
Mandati iudiciũ xi.
Manicas accipere cclv.
Manliorũ nota. ccxxxi.
Manu precium ccxi.
Manum cognouit. cxxx.
Manus afferre. clxxxviii.
Manubię xi. xxxiiii.
Manubię Martis cõſecratę muſis clv.
Marcellea xxxviii.
M. Horatius ccxiiii.
Mari9. clxxxvii. ccii. cciii.
Marii laus cxxv.
Marmoratę laudes. cliii.
Mars cõmunis ccxvii.
Mars fortiſſimũ quęq; in acie pignerari ſolet. 263
Marte veſtro xlviii.
Martiales ciii.
Maſiniſſę religio lxxi.
Maſſilia lxxxvii.
Maſſilieñ. laus cxlv. ccl.
Maſtrucati ccv.
Mater Habiti. ci.
Matricidę. clxxiiii.
Matercula. cxlvi.
Materies Catonis. lviii.
Maturiſſime xc.
Mature xci.
Maxime remotiſſimi. xlv
Mea cauſa xxvi.
Medeę fuga xcviii.
Medicina cxc.
Medicus optim9 morbis difficillimis, cauſæ difficillimę adhibeẽt patronus deterrimus ciiii.
Medimna li.
Meditati ad ſtudiũ. 127.
Megaleſia clxxiii.
Mehercules. lxvi.
Melita & Melitẽſis veſtis folio xlvi. lxxi.
Melitenſis roſa lxxvi.
Memineſt bñficia. clxxxi.
Meminiſtis diſtribuiſſe. 13 fuiſſe. cciii. Defuiſſe. ccxx
Memoria teneo. ciii. cxxxi
Memoria ĩtermortua. 135.
Memoriter rñdero. cxcii.
Mendax facile peierat. 17.
Mendum xli.
Mentes bonoꝝ diuinę atq; æternę cxxv.
Mentem mẽtũq; deponeres cclx.
Mercatura cxx.
Mercatus. xliii. ccxli.
Mercat9 de pupillo. cxliiii
Mercede vna res duas. x.
Mercenariũ procœmiũ. 32.
Merere duodecĩ ęris. xvi.
Merere lxxxv.
Meretrix clxix.
Meretricii amores liciti. folio cxcvii.
Meritare lv.
Meritorii pueri. 238.
Metaphora clxiii.
Metuentes legum. clx.
Metuẽtes iudiciorꝝ. clxvi
Milciades cxci.
Militaris rei virt9. cxxxv
Militaris ſuffragatio. folio cxxxvii.
Militia vrbana. cxxxv.
Millies morereť. cxxiiii.
Milonis laudes. clxxxix.
Milonis liberalitas. ccxx.
Mimę. cxxxv. & ſeq.
Mimi exitus. cxcviii.
Miniſtrator cxliiii.
Minus dimidium. xxxii.
Myoparo xxx. lxi.
Myrmillo cclvii.
Miſerrimũ magis q̃ turpe clxxv.
Myſorum vltimus. cxlv.
Miſer exercitus. clxxxi.
Miſſa faciam xiii.
Mithridatis celeritas ĩ ne cãdis ciuibus Ro. xcvii.
Mithridatis potẽtia. 236
Mitylenę. cxviii.
Moderandũ mihi oratio ni meę liiii.
Monimenta maiorũ conſeruanda ſunt. lxix.
Monſtra Sicilię. lxxxiiii.
Morbus animi. cclxiiii.
Mores mutari cũ ætate. ſo. cxcvi. cxcvii.
Morum pręcepta mutata cxcvii.
Mors viri fortis. cxxxii.
Mors oĩb9 parata. cxxxiii
Mortem offerre. clxxxvi.
Morti adiicere cxciii.
Mortis fuga turpis. cci.
Mortales a diis immortalibus nihil vſu capere debent. clxxiii.
Mortales inimicitias, amicitias ſempiternas habere. ccxxii.
Mos veterum. xx.
Mos geſtus eſt. cxxxvii.
Mulieraria man9. cxcviii
Mulionia penula. clxxxix
Munia. cxxxix.
Municipiis acciti viri nobiles. ccxl.
Munire viam. xxviii.
Munitare. xiiii.
Murena abſolutus. cxlvi.
Mutia. xxxviii.

NArbo Martius. 87.
Naſcendi conditio incerta. cxxx.
Natalis Cice. cxc.
Natalitia. ccxxxiii.
Natio candidatorum. ſo. cxxxix. ccxi.
Natio optimatiũ. clxxxix
Naturæ ſatiffecit. cii.
Natura Carthaginiẽſiũ, Ligurũ, Cãpanoꝝ. cxxii
Natura nõ facile conuertitur. cli.
Natura inſitum. clii.
Natura an doctrina plus poſſit. cliiii.
Naturę blãdimẽta. cxcvii
Nauare operam. clxxi.
Naufrag9 patrimonio. cl
Nauicularian facere. 78.
Nauicularii. lxxxv.
Nauiculatores. xcvii.
Neapolis. lxxii.
Ne beſtię quidẽ ferre poſſent. xlviii.
Negligere. cxxxiii.
Nepos. lxxxiiii.
Nequam. xxxii. ccxxxvii.
Nequidem. lxxxiii.
Nerui vectigalium. liii.
Nerui Reip. xcvii.
Nerui belli. ccxliii.
Nexa. xcvi.
Nexu obligare. cxxxiiii.
Nitedula extracta. 188.
Nobis, cuius. cclxv.
Nobilitas blanda conciliatricula. clxxxiiii.
Nobilium pertinacia. ii.
Nobilia opera. lxxiii.
Nobilis Not9. xxii. cxcvi
Nocturna vota. lxxxiiii.
Nomenclator. cxxxix.
Nomina. lxxvi.
Nominatum Allobrogibus. cxlix.
Nonę Decemb. cxlvii.
Non cadit in hos mores. folio clii.
Non oẽs poſſunt eſſe patricii. cxlviii.
Non fere q̃. clxxxv.
Nõ modo, pro nõ modo nõ, poſitũ videť. cclv.
Non liquere. cvi. cviii.
Non ſolum. clxxxiii.
Norma rationis. cxxxiiii.
Notio. ccvii.
Notariſſimus. clxiii.
Noui homines. lxx.
Nouiſſimus. xvi.

Nouoꝝ calamitas. 87.
Nuda a magꝛatib⁹. clxv.
Nud⁹ a ꝓpigs. clvii. & ſe.
Nudiuſtertiuſdecimus. folio ccxliii.
Numantía terror ímperii Ro. cxxxviii.
Nũmarius ínterpres pacis. cvii.
Nũmatus Vene. cxix.
Nummatio. ccxxxix.
Nũmus ſeſterti⁹. ccxxiii.
Nunc ſam. xlvii.
Nunciatio. ccxxxvii.
Nũcupatio votoꝝ. lxxvii
Nundina ſ. xxxii.
Nundinatio iuris. cxv.
Nupta vni, ꝓpoſita omnibus. lxxvii.
Nutricula. cxci. ccliiii.

OBductio capitis. folio cxxiiii.
Obligurire. cxxviii
Oblíti cœno nõ cera. 86.
Obliterare. clx.
Obnũciare cõcilio. clix.
Obnunciare. clxxxviii.
Obſecro, Rogo. clviii.
Obſignatores. ciii.
Obſoleſcere cxv.
Obſolueſt chartę. cxcvii
Obſtrictus patrię. cxlvii.
Obtemperare. lxix.
Obteſtor oroq;. cxcix.
Obtrectandi bonos. cclii.
Occidere occiſiõe. cclxiiii
Octauii Cęſ. laus. ccxlv.
Cũ Põpeio cõpatio. ibiđ
Octauio qđ teſtímonium ꝑhibuit Cicero. ccxlvi
Oculis ínterntis contemplarí. cxlii.
Oculi habitant ín vultu eorum. cclvi.
Oderint dũ metuãt. 232.
Odiũ mitigatur. clviii.
Odium ínfinitum. cciii.
Offenſiuncula. clxxxix.
Officina nequitię. xiii.
Officiũ iudicũ. lxvi. cxi.
Officium cõſulis. cxxiii. cxxxiiii. Ciuis boni. 223.
Olympionices. cxliii.
Oliuetum. cxx.
Omen prærogatiuum. cxxxvii. deteſtabile. 254.
Oíbus antiqſſimis. xcvi.
Oía, de duobus. cxxxvi.
O forrtunatã natam me conſule Romã. cclxiiii.
O magna vis. cxcviii.
O mors fortunata. cclxiii
O nox ílla &c. cxlvii.
O tẽpora: o mores. cxxv.
Oꝑas dare. xlvi.
Onus qd appellãdũ. xlvii
Oꝑam ꝑdere. cxxxv.
Oꝑa nobília. lxxiii.
Oꝑę pro ſeruis. lxxviii.
Oꝑę. clxxxvii. cli.
Oꝑę publicę. ccxxx.
Oꝑis ſubciſiuis ſcripſit Cic. ccxxxiii.
Opes. i.
Opímus ꝓda. xxxiii.
Oportet, Licet. cc.
Oppianici ſcelera. cix.
Oppidũ. ciuitas. lxix.
Oppígnerari. cxc.
Oppoſitus. ccxxv.
Optímatiũ & tes. clxxxix
Orationis aculei. cl.
Oratio ꝑpetua. xxvi.
Oratio. clxii.
Oratorũ veterũ laus. 47
Oratorũ ſtudía in frequẽtia nituntur. ccxxvii.
Orba ab optímatib⁹. 144.
Orbis ſaltatorius. ccviii.
Orcheſtra. ccv.
Orcus alter Verres. lxxii
Ordo ampliſſimus. cix.
Ornatus publici. lxxx.
Os tradere. xiiii.
Os portus. lxxvii.
Oſtiatim. lxvii.
Otíi nõ mínus q̃ negotíi ratio extare debet. clxxx
Otium & pax. cxvi.
Otiũ cũ dignitate maxíme optabile. clxxxix.
Ouans. cclxii.

PAgani. clxvi.
Palatina. clxv.
Palmaris ſtatua. folío ccxlvii.
Panchreſtum medicamẽtum. lviii.
Panis & vínũ ā propola atq; de cupa. ccxii.
Pãſę plures animos optat Cicero. cclv.
Panſa vulneratus. cclxiii
Panurgus comœdus. xvi
Par ac ſimílis ſceleſtorũ. folío cclxv.
Paraſitorum nomina recitantur. ccxxxiii.
Parens. lxxxiiii.
Parentum íniuríæ ferendę ſunt. cii.
Parens, deus, ſalus noſtrę vítæ. clviii.
Parẽtes habẽdí ſunt chariſſimi. clix.
Parens eſt líberís pene deus. clxxviii.
Parricídii ímanitas. viii.
Parricidarũ pœna. x.
Parricídium purgauit ſomnus. x.
Parricida ciuiũ. cxxvii.
Parrícida. clxiii.
Parentare. cxlvi.
Parentalía. ccxxx.
Parta male dílabũtur male. ccxxxvi.
Partes. cclxi. bis.
Partim. xlv. cxviii.
Partim eius prædę. ccx.
Paſtus. cclíiii.
Pater filiũ dãnaret. lxxiii.
Pater conſcríptus. cclx.
Patíbulum. lxx.
Patientes laborum. cxc.
Patrię proſopopœia. 127.
Patrímus & matrímus puer. clxxiii.
Patrímoníũ paterní nomínis. clxxi.
Patrímonía duo. ccxxiii.
Patruus ꝑtriſtis. cxcvi.
Pax & Cõcordia ſunt popularía. cxv.
Pax. líbertas. cxvi.
Pax. ccxxxix.
Pacẽ negat Cic. ccxlviii.
Pacis nomẽ dulce. cclviii
Pecuarii. xxxvi.
Peculía. xxx.
Peculatus. xxv. lix.
Pecunię vis. xxii.
Pecunía auerſa. xxvii.
Pecunía nerui belli. 243.
Pecuniã compenſari pedíbus. cxlv.
Pecunię appẽdunt nõ numerantur. ccxxxviii.
Pecunioſus. xxi.
Pedem conferre. clxxix.
Pegaſi. v.
Peierat facile mẽdax. xvii
Peieranti nõ credẽdũ. 222.
Peius oderant. cliiii.
Pellícatus. ci.
Penates dii. cíi.
Penetrales foci. clxxvi.
Penſio ſoluenda. xvii.
Penſio. ccxxxix.
Percallere. ccxix.
Percitus animus. ccxviii.
Perducí. cxxvii.
Percuſſores. xi.
Perductores. xxvi.
Perduellionis iudiciũ. 124.
Perendinus dies. cxxxvi.
Perferre. lxiii.
Perferre vnũ ſtridorẽ. cxx
Perfunctus. cviii.
Perfunctus ſum. clxiiii.
Perhoſpitalis maxĩe. 64.
Perire nõ poſſe, niſi crura fracta eſſent. cclx.
Periclitanda eſt ſalus in vno. cxxvi.
Periuriſſimus. xvi.
Peripetaſmata. lxv.
Periſtylum. clxix.
Periſtromata cõchylíata folío ccxxxvi.
Permittere. xxx.
Pernoctare. ciii.
Perpendículum. & ad perpendículum. xxxiii.
Perpętuandus. cli.
Perpętuũ agmen. ccx.
Perpotationes. ccviii.
Perſarũ regũ mores. lii.
Perſoluere a vobis. 183.
Perſonam ímpoſuiſtis. folío cxix.
Perſonare. cxcvii.
Perſtringere. xi.
Peſſimus domicilium Matris deum. clxxiii.
Peroro. ccxxxvii.

MAgna quædã res est,& vt nihil fortasse pstantius,ita longe difficilius quiddã, q̃ homines opinañ,eloquentia excellere.vni est id homini a natura datũ:vt ea,quæ mente cõcipimus,cõmunicare iter nos,ac dicendo animi sensa eloqui possimus.hac vna re maxime a cæteris nos animantibus natura seiunxit.hæc iam inde ab initio hũani generis egregias nobis semp vtilitates attulit.atq; hæc cũ æque omnibus concessa sit, vnum quempiam e multis esse,quẽ magna cæteri cũ admiratione dicentẽ audiant:cui maximis ita plerũq; de rebus assentiañ,vt illi potius,q̃ sibi ipsis credendũ putent:qui clamores,qui lachrymas,qui risus,cũ velit,moueat:atq; oẽs adeo animoꝝ motus quasi habenis quibusdam regat:qui denicq; ita loquat,vt tãtũ propæ reliquæ hominum multitudini præstare videat,quantũ homines ipsi bestiis antecellunt:profecto id fieri necesse est, q̃ is,& lõge pstantiora quędã,q̃ alii omnes,cogitatione,atq; animo cõplectatur:& ea,q̃ cogitarit,admirabili ac diuina quadã dicẽdi ratione explicare,ac pferre possit. At hoc,si qs id recte cõsideret,eiusmodi est,vt eo oĩa, quæ in hominum cognitionem cadere possunt,cõprehendañ.quid enim illi,qui & res oẽs, de quib9 possit accidere vt aliquando loquendũ sit,optime omniũ teneat : qđ ei qui perfecte eloquens esse voluerit,necessarium est:& ornatissimis ac grauissimis eas verbis illustrare,atq; omni lumine orationis queat,deesse dicẽdũ est!Id vero q̃ arduũ,ac magnũ sit,vel ex eo facillime cognosci potest, q̃ cum nemo fere vnq̃ fuerit,qui non hanc sibi eloquentiæ gloriam summopere appetendã duxerit,permulti vero acerrimo ingenio homines nihil aliud sũmo studio tota vita egerint,perpauci tamen tot ætatibus inuẽti sunt,qui ita probati sint,vt nõ multa illis deesse viderentur. Et certe singulas quasq; artes egregie aliquem nouisse pærmagnum est,nedum vt plurimæ ab vno quopiam comprehendi possint.Sed vt ea quis etiam ingenii felicitate fuerit,vt omniũ sit maximarũ rerum scientiam consecutus:tum vero quotiẽs illi dicendũ sit,suo quicq; loco collocare,quantæ prudentiæ est! Iam res ipsas eo orationis genere,his verbis ornare,eaq; ipsa verba tam composite,tam concinne,tam apte inter se cõnectere,vt nihil illustrius,nihil auditu iucundius esse possit,id vero longe omnium difficillimum haberi debet.profecto cũ multa etiam in oratore alia requirañ,ab hac vna re tamẽ eloquentiæ inditum nomen est.Quid de actione dicam!huic primas,huic secũdas, huic tertias tribuisse Demosthenes dicit.hac vna si careat, vt cętera illi oĩa cumulatissime concessa sint, nihil est, q̃ magnũ ab se quippiã effici posse orator putet.at eiusmodi ea est, vt si cui a natura negata sit,paruum sit,& exile quiddã, qđ ab arte tradat.Sed & multo minus memoria aut pcreari,aut inseri arte vlla põt.ratio certe quędã,qua ea adiuuet,reperta est.sed hęc nulla sit,nisi id ipsum prius naturę bonũ in ingeniis nostris extiterit.at hæc in oratore q̃si fundamẽtũ qđdã est,quo sublato cætera omnia collabi necesse sit.Quãobrẽ cũ ex his eloquentia reb9 cõstet,quę partim maximo viri ingenio summa sibi ĩdustria ac labore parare tñ possũt: partim,nisi a natura cõtigerint,nulla ipsi nobis fingere ratione possumus:nihil dicendi laude difficilius,nihil perfecto oratore inuẽtu rarius existimãdũ est.Sed quo plures huic laudi ppositę difficultates sunt,eo magis,& vt eã adipiscañ eniti oẽs decet:& si quis adeptus fuerit,admirabilior,& q̃si qdã inter hoĩes de9 haberi debet.quid.n.ex oĩb9 hũanis reb9 ad deoꝝ ppius potestatẽ accedit!q̃ posse & inimicos,cũ velis,lædere,& amicis adiumẽto esse,& repugnãtes tuã in sentẽtiã adducere,& cõsentiẽtes cõfirmare,cõsolari,hortari , ad misericordiã, ad odiũ,ad quẽcũq; animi motũ,quos volueris,vel inuitos impellere . hæc ea nimirũ sunt,q̃ nõ fieri hũana vi,sed diuinũ esse qddã hoĩes arbitrenť. Atq; ĩ hac qdẽ re sunt q oĩm maxime greęcos hoĩes admirenť,ac longe illos nostrorũ ingeniis anteponant . Et pfecto,qđ ĩ oĩm ei studioꝝ gñe nõ minus cõtigit,summoꝝ semp oratoꝝ copia Greęcia redundauit.e Romanis q̃q̃ multos fuisse legim9,q plurimũ dicẽdo potuerit,q nihil nõ eloquẽtia assecuti sint:& cõplures ex his tñ nihil oĩno literis mãdauerũt:& eoꝝ q aliqd scripserũt,pręter vni9 Ciceronis nihil cuiusq̃ extat,qđ pferre possimus.Sed & in tãto hoc tñ eloquẽtię naufragio,magnę ob id saltẽ diis ĩmortalib9 a nobis gratię haberi debẽt, q̃ hũc potissimũ superesse voluerũt. tantũ eĩ vno ego in Cicerone ponẽdũ arbitror,vt huius vni9 dicẽdi facultate,non æquatã modo cũ greęcoꝝ omniũ eloquẽtia latinę orationis copiã,sed & lõge factã supiorẽ putẽ. Tria sunt,q̃ ab optimo effici oratore debeãt.docẽd9,delectãdus,pmouẽdus auditor. hinc tria etiã nata sũt dicẽdi genera,tenue,mediũ,graue.ad docẽdũ tenue accõmodatũ est,medio delectatio parit,pmouemur graui.qui vnũ aliquod horum genus assequi potuerunt,magni habiti

Eloquentię laus.

Eloquentię vnde nomẽ inditum.

Ciceronis laus.

Oratoris officia tria.

Dicẽdi genera tria.

oratores sunt : qui omnia,maximi. Ac fuerunt quidem e græcis aliqui,qui subtili quodam, & sententiarum,& verborum genere eo acumine atq; elegãtia dicerent,vt nihil illis limati9, nihil enucleatius esse posset.Expolitum alii ac suaue dicendi genus secuti,& audiẽtium ani mos maxime delectarunt,& celebre sibi inter oratores nomen pærere.Vberiores nonnulli & ampliore quadam orationis vsi dignitate,cũ magnã vim hominum mentibus admouerẽt, magnã ipsi eloquentiæ gloriã cõsecuti sunt.Cũ vero nõ eodem modo omnia dicẽda sint,sed vniuscuiusq; rei sit certa & ꝓpria quasi quædã vox:q idem cum res posceret, submisse humi lia,media temperate,ample grandia posset dicere:nemo fortasse ex his,ꝓter Demosthenẽ in uentus est.at nisi his omnibus generibus,ita oratio distincta sit,vt id semper qđ maxime de ceat,conseruet,nõ est qđ exactã se quisq; & absolutã eloquẽtiam adeptum arbitretur.His ita oĩbus generib9 noster præstitit,vt ne ex his quidẽ,qui in singulis floruerũt,in eo ipso gene re sit illi aliquis cõferendus.nemo hoc in paruis pressior,in temperatis ornatior , in magnis sublimior:nemo iudicem acutius docuit,delectauit iucundius,incitauit ardentius.Quæ vt ĩ Demosthene etiam paria fuerint,sunt tamen qui existimẽt longe illius orationẽ iucũdi9 his salibus,quibus maxime abundat Cicero,potuisse condiri.sunt qui cõmiserationes desiderẽt: quibus ille vt Athenien siũ lege sit vti prohibitus,magnum tñ quiddã est,qđ illi desit.qua in re ita omnibus præstare Cicero existimatus est,vt in his etiã causis,quas vna cũ illo Q.Hor tensius,aut alii ea tempestate summi oratores agerent,extremus tamen pærorandi locus eoꝝ ipsorum concessu,huic semper relinqueret.Iam in epistolis,cũ amborũ extent,tantus in no stro lepos,tanta vrbanitas,ea suauitas,is candor,tam purus sermo,ea cũ de rep.loquit̃,gra uitas,vt mirum sit quanto interuallo vincamus.Quid?vbertas ingenii,plurimarũ ac præcla rissimarũ rerũ cognitio conferri potest?illius græco tantũ sermone cõplures mõ orationes, & epistolas quasdam legimus.hic & græce homo Romanus eo ornatu plura scripsit:tam ꝑ clare nonnunq̃,cum res tulit,locutus dicitur,vt ipsi etiam græci huiusce facultatis peritissi mi homines,nõ minus suæ illi linguæ elegantiã concederent, q̃ hanc etiam sibi laudem eri pi moleste ferrent:& omnibus latinæ eloquentiæ partib9 vn9 satisfecit,neq; vllum non poste ris monimentorũ genus reliquit.orationes in oñi genere plurimas, magna epistolarũ volu mina edidit.Sed & a musis etiam nõ alienus fuit.quin & latinos oẽs,q ante se fuerant,poe tas facillime superauit:& multo etiã fortasse progredi lõgi9 potuit,nisi maioris cuiusdã glo rię ad se illũ splẽdor rapuisset.Ad hæc,ne ea quę magno sibi ipse labore atq; acerrimo studio peperisset,inuidere iuuẽtuti videret,de arte etiam dicẽdi sibi scribendum existimauit.quibus in libris cum peruulgata rhetorũ præcepta negligens, aliud quoddam ad eloquẽtiã esse iter diceret:vel ex eo id verũ esse,qđ ab se diceret,ostendit:q; de his ipsis rebus (qđ nulli vnq̃ dicẽdi magistri potuissent) elegãtissime locut9 est,& in eloquẽtię ꝑceptis tradẽdis,nullã nõ elo quentiæ vim adhibuit.Neq; vero his finib9 abundantis ingenii flumen tenuit: sed longe ef fusus latius in oẽs prope philosophiæ sinus delatus est:& in auitam tandem possessionẽ , ex qua eam nullo iure deiectã esse,sæpissime cõquestus fuerat,eloquentiã restituit:atq; ex angu stis extractam finibus paterno in regno collocauit:& id esse propriũ oratoris docuit,de vna quaq; re proposita posse & ornate & apte dicere.Sed nulla profecto ex re magis cognosci ꝑ stantia oratorum potest,q̃ ex eo,qđ ab his dicẽdo efficit.ac recte id mihi quidẽ dictũ videt: vt in fidibus ex eo,qui reddat,sono,illius qui pulset scientiã perspici:sic eloquentiæ vim,ex his maxime motibus,qui in audientiũ animis cernunt,intelligi.neq; vero dici potest,nõ mul ta Demosthenem effecisse dicendo.amens sim,si e maximis,atq; omnium illi summorum ho minum consensu tributis laudibus,quicq̃ coner detrahere. cum præsertim ipse etiam illum Cicero longe omnibus anteponat,& quotiẽs dicturus esset , e tota Græcia ad eum audien dum solitos fieri concursus affirmet.sed tamen cum maxime floreret Demosthenes,& præ latum etiam illi Demadem legimus,& Phocionis seu quædam acerrima dicendi vis,seu po pulo cognita vitæ integritas ita eum sæpe peruertit,vt ipse etiam suorum illũ verboꝝ secu rim sit solitus appellare.Ciceronis ætate,q̃q̃ nulla vnq̃ aut plures aut præstantiores orato res tulit,neq; pari tamen dicendi facultate q̃q̃ inuẽtus est,neq; tã ꝑbata vitę sanctitas in vl lo fuit,vt ea magis,q̃ illius oratione,homines mouerent.huius accusatiõis impetu perterri tus,a Verris patrocinio,cũ & eũ maxime defensum vellet,& nihil esset qđ nõ assequi dicẽdo posse crederet,Hortẽsi9 destitit.hic grauissimã illã M.Catonis auctoritatẽ,& dicẽdi seuerita tẽ,quo nemo oĩ virtute ꝓstãtior vnq̃ fuit, siqñ sibi obstitit,orationis copia & festiua quadã

Demosthenis cum Cicerone cõparatio.

Phocion Demosth. verborum securis.

comitate ſemper eluſit. Ac ne omnia cõquirere ambitioſius videar: vt toties pmotos iudices, toties ſenatũ, toties populũ ptermittã: vt oppreſſam Catilinę audaciã, vniuerſam in Antonii odiũ concitatã ciuitatẽ ſileam: quãta vis illius orationis fuerit, q̃ facile ad ea, quæ vellet, homines attraxerit, vel id vnũ nobis eſſe argumẽto poteſt, q̃ cũ pclaro illo ſtatim ab ſe inito cõſulatu, lege agraria ab ſeditioſis Tribunis plebis ppoſita, magnos in Rep. concitari motus in tueretur, & in concionẽ Tribunos vocare, & ipſo etiã diſceptatore populo, cuius obſiſtere cõmodis putabatur, vti nõ dubitauit. atq; hic ita locutus eſt, ita eor̃ quæ ad pertractãdos hominũ animos neceſſaria eſſent, nihil ptermiſit, vt nemo vnq̃ tanta populi volũtate popularе quicq̃ ſuaſerit, quãta hic maxime omniũ gratã, ac iucũdã populo legẽ euertit. Nõ immerito igitur & cũ viueret, regnare in iudiciis dictus eſt: & poſt mortẽ ad hodiernũ diẽ ſic apud oẽs gentes illius nomẽ viget, ſic in dies augeſcit, vt nulla id vnq̃ obliuio obſcuratura, nulla eius laudibus allatura finẽ æternitas videatur. Hic ipſam illã abſolutę eloquẽtię ſpeciem, quã ſuo ipſe in oratore q̃rit, quã vix animo intuemur, quã in nullo Antonius viderat, orator̃ omniũ vnus expreſſit. huic quo ſimilior aliquis, eo eloquẽtior haberi debet. huius ſcriptis ne cogitare quidẽ ornatiora poſſumus. vtinã quę eor̃ multa aut iniuria tẽporis, aut aſſidua tot ſępe bellis Italiæ vaſtatione perierũt, ea peruenire omnia ad manus noſtras potuiſſent. longe opulentior Romana lingua, longe inſtructior latinæ eloquentię ſupellex eſſet. Sed vt multa inter cepta ſint, bene id cecidit, q̃ ex his quas ſcripſit, orationibus, in quibus omnis dicẽdi vis, oĩs eloquẽtię ornatus explicatur, paucas admodũ deſideramus. q̃q̃ & in his id q̃ri poſſumus, q̃ quas nõ Antonii proſcriptio, nõ belli furor, nõ tot annor̃ ſpatium eripere nobis potuit: has ita proximorũ ſeculor̃ inſcitia, quaſi rubigo quędã, fœdauit, vt in ſuũ eas nitorem reſtituere immenſi cuiuſdã operis eſſe videatur. Nos quidẽ, quãtũ in nobis fuit, quãtũ vetera nobis exẽplaria adiumento eſſe potuerũt, quã potuimus opem afferre conati ſumus: neq; quicq̃ a nobis fieri potuiſſe exiſtimauimus, qđ magis his qui eloquentię ſtudio tenentur prodeſſet: q̃ ſi ipſę hę Ciceronis orationes, hoc eſt ipſius fontes eloquẽtię, vnde haurire abunde poſſent, per purgati a nobis eſſent. qua in re tãtũ tamẽ abeſt, vt nihil ptermiſſum eſſe affirmare velimus, vt iacta tãtũ fundamẽta a nobis eſſe, opus ipm ſi multi hoc exẽplo pari in id ſtudio ac labore incubuerint, tum demũ poſſe fortaſſe aliquãdo perfici exiſtimemus. Atq; has nos quidẽ orationes, ob id pcipue Leo Pontifex maxime, vt alia pmittã omnia, ſub tuo nomine exire voluimus, q̃ te q̃is in ea amplitudine collocatũ, vt nemo mortaliũ propius deum attingat, maximis ſemp occupationibus diſtineri neceſſe ſit: & his tamẽ maxime delectari, & nũq̃ intermittere literarũ ſtudia audimus: neq; quẽq̃ a te pluris fieri, q̃ qui aliquo optimatũ artiũ genere cæteris antecellat. Et huius quidẽ rei id iam inde ab initio ampliſſimę huius dignitatis tuæ indicio oĩbus eſſe potuit: q̃ Petrũ Bembũ, & Iacobum Sadoletum viros vti ſumma inter ſe beneuolentia cõiũctiſſimos, ita tũ moribus, tũ omni literarũ genere & q̃ſimillimos & noſtræ ætatis omniũ ornatiſſimos, a ſecretis habere voluiſti. Iam tũ magna mihi oblata ſpes eſt, fore vt omnes tuo auxilio bonę artes reuiuiſcerẽt: cũ tibi eos q̃ in his excellerent, adiũgẽdos, atq; omni dignitate honeſtãdos putares. Sed nõ hoc vno nobis tuus hac in re animus perſpectus eſt: permultis ſe ille aliis quotidie ſignis oſtẽdit. & pclariſſimor̃ ſemp ingenior̃ parens plurimos tibi Roma omni doctrina pſtantis viros ſufficit: & his nõ inferiores ex oĩbus eo terris, vt in cõmunẽ quãdã nationũ omniũ, ac totius terrarũ orbis patriã permulti cõfluũt. quippe eo iam inde ab initio nata fato Roma eſt, vt qđ vbiq; terrarũ egregii exortũ eſſet, vna ſuſciperet. Hos tu oẽs ita amplecteris, ita omni beneuolẽtia proſequeris, vt cũ nullo hominũ genere libẽtius viuas, nulli ad te aditus faciliores ſint, nulli tua magis liberalitas pateat. Ex his ego & plurimis illis quæ in te elucent, virtutibus, in eã opinionẽ adductus ſum, vt ob id ab Deo te optimo maximo & terris datũ & tori Chriſtianę Reip. præpoſitũ arbitrer, vt tu is ſis cuius ductu in antiquã illã tũ imperii, tum omniũ & virtutũ, & bonarũ artiũ amplitudinem Roma reſtituatur. Sed agendũ id profecto ex his tibi prius eſt, quo vrgemur magis: cui niſi occurſum fuerit, magnę eſſe nobis calamitati poteſt. Nimia iã audacia Chriſtiani in nos noĩs hoſtes efferũtur: nimis proterue nobis inſultant: dũ multos iã annos, oẽs eor̃ iniurias tolerамus, in maximũ cõtẽptũ venimus: neq; quicq̃ eſt, qđ ſibi in nos licere nõ putent. quas illi per hoſce annos regiones, quos agros nõ ſępius deuaſtarũt! quos nõ ſinus pœnetrarũt! quibus ex oris prædas nõ abegerũt! quã nobis ignominiã nõ inuſſerũt! quin etiã (fœdũ dii immortales facinus) florentiſſimã illã, illã & literarũ, & virtutũ omniũ parentẽ Greciã nobis tacentibus,

Orationis Ciceronianę vis.

Leoni X. cur orationes dicatę.

Romę fatũ

Chriſtiani nominis hoſtes.

atq; adeo prope tradẽtibus immaniſſimę gẽtes occuparũt.nos ſocios atq; amiciſſimos nobis Reges ante oculos prope noſtros opprimi,ac regnis exui paſſi ſumus.Noſtra tum ſcilicet res non agebatur!nihil eorũ ad nos calamitas pertinebat! ſatis erat ſuos quęq; fines tueri! nihil pręterea curandum erat!Nimirum noſtra hac negligentia id factum eſt,vt magnę illis breui tempore vires additæ, magna nobis auxilia detracta ſint, neq; ſuis illi viribus, ſed noſtra ſe cordia creuerunt.nos,nos inquã in nos eos aluimus:nos ita auxim⁹,vt multa iam ab illis me rito,niſi prouiſum fuerit,timeri poſſint.Sed prouidendũ profecto eſt:neq; quicq̃ iam, qđ tur pe nobis futurum ſit,ferre debemus.tuũq; adeo hoc eſſe munus, hoc tibi onus incũbere,oẽs exiſtimant. Neq; tamẽ(q̃q̃ ne hoc quidẽ pręter te alius quiſq̃ potuit)a te id ſolũ poſtulatur, vt a finibus eos noſtris auertas,vt exultantes ac temere in nos irruentes reprimas. maius qđ

Hortat ad bellũ ĩ Turcas ſuſcipiẽdum.

dam eſt,qđ tuę a te magnitudini deberi videatur.niſi vltro illato illis bello,& omnis ante ſuſ cepta nobis labes eorũ ſanguine eluatur: & illi penitus ne ſe aliquando in noſtram pernicięm efferre poſſint,excindantur:ſatiſſieri tantę de te omniũ expectationi nullo pacto poteſt.Neq; vero factu id difficillimũ futurũ eſt,ſi te auctore ſublatis,ſi q̃ intercedunt,ſimultatibus,chriſtiani inter ſe reges conſpirauerint,& in communẽ hoſtẽ cõmuni conſenſu ſuſcipiẽdum ſibi bellum eſſe exiſtimarint.quid em̃ his viri⁹ opponi poterit!verendũ credo nobis erit,ne pau cis illis peditum cohortibus,ne inermibus illis,vt innumerabiles ſint,equiti⁹ hoſtiũ,tot(vt alios omittam)inuictę Hiſpanorũ, tot Heluetiorũ legiones, inſtructiſſimus ille Gallorũ, ille Italorum equitatus pares eſſe nõ poſſint!ne primũ quidem impetum,ne clamorẽ illi quidem noſtri exercitus ferre poterunt.Agis tu quidẽ dies nocteſq; vnũ hoc oĩm maxime: neq; quicq̃ omittis,qđ ad conciliandos inter ſe,atq; in hoſtem inflãmandos chriſtianorũ animos fieri oporteat: atq; eo iam tuis monitis & hortatibus adducta res eſt, vt potentiſſimi iam Reges veterum iniuriarũ oblìti,& amicitiam ineant,& ad colloquia veniant: vt & communi⁹ vna de rebus conſiliũ capiant:& quę ad chriſtianę reip.ſalutẽ,ac dignitatẽ pertinere viſa fuerint, conſtituantur.ſed & reliquum tamen quiddã adhuc eſt,qđ tibi agendũ ſit.quę prope omnes iam prę ſe ferunt,ea quanta fieri celeritate poterit maturanda ſunt.neſcio quis iandiu Chriſtianorum mentes torpor inuaſit:qui vt optime tua auctoritate animati ſint,diutius tñ procraſtinantur,q̃ opus ſit,ac multas quotidie bene gerendę rei opportunitates prætermittunt. hunc dũ penitus ſomnũ excutias,hanc dum tollas ſegnitiem,nulla ſit res,quę ab eo te, qđ tã pręclare cœpiſti,deterrere poſſit.hoc vnũ cum effeceris, tũ deniq; qđ tandiu machinaris, qđ tanto opere moliris,qđ tecũ ſemper cogitas,effeceris.Erit,erit profecto dies illa,cũ te longiſſime prolatis finibus,deuictis oĩbus,quę Chriſtiano vnq̃ nomini infenſę fuerint,nationibus,cũ inſigni laurea redeuntẽ intueri liceat:cum tota te Italia,totus terrarũ orbis vt quendã ad leuanda noſtra incommoda e cælo delapſum deũ veneret:cum tibi obuiam cunctis ex oppidis omniũ generum,omniũ ętatum multitudo ſe omnis effundat:tibi patriam,tibi penates, tibi ſalutem,ac vitam deniq;, depulſo crudeliſſimorũ hoſtium metu,acceptam referat:cũ ipſi etiã ſe tibi agri noua quadam rerum omniũ vbertate lętiores oſtendant.Tum tu maximis omniũ plauſibus Regum medius Romã inuectus pulcherrimum ac iuſtiſſimũ triumphum ages: tũ demum pace terris omni⁹ per te parta frui nobis licebit: tum deniq; omni & bello & belli timore ſublato alumnę pacis atq; otii litterę vberrimo ſe prouentu efferent:tum plurima inter hoſtium ſpolia tot illa a veteribus illis grecis monimenta ſcriptis tradita, quę nunc in miſera & diuturna hac Gręcię ſeruitute oppreſſa deliteſcũt,per te ex tenebris extracta conſpiciẽtur.quin & latina fortaſſe pleraq; belli hinc impetu nobis ablata recipientur,aut certe pacatis iam rebus alicunde emergent, atq; ex omnibus ad te partibus deferent. tum & alia plurima,& Ciceronis fortaſſe tum ea,quę deſiderantur,in lucem prodibunt, tum hęc, quę manca & mutilata legimus,integra & emendata reperient.neq; vero in antiquorũ ſcriptis emendandis diutius teneri quẽq̃ neceſſe erit:ſed in maxima optimorũ librorum copia, maximo ac tutiſſimo otio exiſtent fortaſſe,qui maiora conentur,& ipſam etiam antiquitatem puocare ſcriptis audeãt.Profecto aut nunq̃ poſthac futurũ eſt, aut tua id hęc ętas videbit.Interea hos labores noſtros,qui tam corruptis veterum libris & neceſſario ſuſcipiẽdi,& maxime vtiles habẽdi ſunt,ne contemne:& ea,quę vt futura credamus,maximam tu ipſe nobis ſpem attuliſti, quę ſemper meditaris,quę animo ſemper agitas,quę immortalẽ tibi apud omnes gẽtes gloriã paritura ſunt,quę pfecto tibi debent, vti nulla interpoſita mora q̃celerrime fiãt appropera.

CVm multę ac varię Bębe, artes ſunt, qb⁹ maximã inter mortales gloriã cõſeq poſſum⁹; tũ duę p̃cipuę ĩ ampliſſimo & dignitatis & laudis gradu collocare hoĩes cõſueuerũt: res militaris, & eloquẽtia. Hę cũ eiuſmodi ſint, vt nulla ſit ars alia, q̃ plura in cõmunẽ vtilitatem afferat: neq; qcq̃ ab hoĩbus geri poſſit, qđ nõ harũ p̃ſidio egeat, & ſub earũ quaſi tutela cõtineaŧ: qppę illa bellũ adminiſtraŧ, hęc pacis moderatrix eſt: ĩ quarũ rerũ altera ciuitates ſemper eſſe neceſſe ſit: nullũ glorię, nullũ honoris prẽmiũ eſt, qđ nõ illis merito tribuendũ putetur. Sed quoniã ita natura cõparatũ eſt, vt longe acrius nos ea perturbent q̃ moleſta ſunt, q̃ iucunda delectent: atq; ea incõmoda, q̃ plurima inferre bellũ ſolet, Impęratoris ſcientia propulſantur: tũ id qđ primũ ab hominibus ducit, Impęrii ſępe fines p̃ferunt: ipſius deniq; pacis commodis, tũ demũ, cũ bellũ ſublatũ eſt, p̃frui poſſumus: hinc factũ eſt, vt a pleriſq; longe impęratoria laus, eloquẽtię p̃ferreŧ. Neq; vero in vllã mihi nunc partẽ diſputandum eſt: hoc tm̃ dixerim, ſi quis ipſas has per ſe artes conſideret, nõ eſſe cur tã facile inferior Impęratore Orator haberi debeat. Quid ille, vt præclare oĩa, quę ei cognoſcẽda ſunt, teneat: ſine pędita- tu, ſine equitibus, ſine reliquo belli apparatu efficere vnq̃ poterit? Quid? niſi fortuna affuerit? in cuius manu, cũ humana oĩa, tũ p̃cipue belli euentus eſſe exiſtimatur. Hic nullius pręterea opęra, aut auxilio indiget: ſolus ſibi ipſe ſufficit: ſolus ipſe ſine vllo comitatu, qđ ipſius artis eſt, p̃ſtare, ac ſuũ tueri munus poteſt. Quid, q; ſine dicẽdi vi, ne ipſe quidẽ Impator ſatis inſtructus haberi debet? Cõſolandi ſępe milites, reprimẽdi, animãdi in hoſtes ſunt. Ea plerũq; incidũt tẽpora, vt vna hęc ars maxĩe oĩm neceſſaria in caſtris ſit: huic vni magni ſępe exercitus p̃fligati, magnę partę victorię, debeanŧ. Sed hęc oĩs hoc tẽpore diſputatio omittaŧ: atq; id mõ mihi ſatis ſit: in pacatis ciuitatib⁹, nulla re magis hoĩes q̃ eloquẽtia, cęteris anteferri. Hoc vt vetuſtiora oĩa p̃termittã, nõne in noſtra maxĩe rep. intueri poſſum⁹? In qua cũ oĩbus bonis artib⁹ ſit ſuus ſemp honos habit⁹, nulli tñ ampliora, q̃ eloquẽtię, p̃mia cõſtituta ſunt. Q̃ multi patrũ memoria, q̃ multi noſtra, ob hãc vnã ad ſummos honorũ grad⁹ euecti ſũt? Neq; id ĩmerito. Cũ em̃ oĩa maiorũ noſtrorũ ĩſtituta, qb⁹ hęc vrbs adminiſtraŧ, nihil propę aliud, q̃ pacẽ ſpectẽt, qſnã poti⁹ ad huiuſcemodi reip. gubernacula admittẽd⁹ ſit, q̃ is, q pacis artib⁹ erudit⁹, quẽ ſibi illi p̃poſuerũt, tenere curſum poſſit? Vn⁹ p̃fecto Orator ẽ, q oĩa q̃ ad cõſeruãdũ hũc reip. ſtatũ neceſſaria ſunt, cõplectaŧ. Hic improbos eiicit: tueŧ bonos: alienã a reip. cõmodis & dignitate ſentẽtiã refellit: q̃ vtilia ſimul & decora exiſtimat, p̃ſuadere conatur: virtutes laudãdo, q̃ſi exẽpla q̃dã, q̃ imitari debeãt, ciuib⁹ p̃ponit: vitia improbãdo, qd fugiẽdũ maxime ac vitãdũ ſit, oſtẽdit: deniq; q̃ſi ĩ ſpęcula quadã poſit⁹, oĩa circũſpicit, ac nullã reip. ptẽ p̃termittit. Nõ eſt igit̃ qđ miremur: ſi eã artẽ, q̃ oĩm maxĩe hoĩm cõmodis ac ſaluti cõſulit, maxime hoĩes admiranŧ: & q ea p̃ſtat, p̃ſtare cęteris, & vnũ plurimũ poſſe volũt. Sed q̃q̃ maxima in hac rep. p̃poſita ſunt eloquẽtię p̃mia: & hac multi via ingreſſi, ad ſummos ſępe honores puenerũt: nõ ẽ adhuc tñ is noſtra ĩ ciuitate orator audit⁹, q pfecte eloquẽs dici poſſet. qđ nulla arte adhibita, ingenii vi & exercitatione, atq; vſu quodã effici potuit, id noſtri hoĩes cõſecuti ſunt: ornatior ille ex eruditiõe cult⁹, & ea q̃ maxime oratorẽ inſtruũt, p̃cepta defuerũt. Sed neq; id qđ oĩm maximũ exiſtimãdũ eſt, e pbatiſſimis quẽpiam ſibi vnq̃ illi, quẽ imitarenŧ p̃poſuerũt. Talẽ neminẽ cũ audirẽt: ne ex veterib⁹ qdẽ aliquẽ, q; alia eos lingua locutos videbãt, magnopere q̃rẽdũ eſſe iudicauerũt. Qua in re tãtũ abeſt, vt ego illis aſſentiar, vt id etiã cõtẽdã, alia nũq̃ ratiõe ſũmã illã eloq̃ntię gloriã acqrí poſſe. Ac latina nos qdẽ lĩgua iãpridẽ loq deſtitim⁹: & hęc, qua hodie vtimur, recẽtior, multos iã annos tota Italia ſucceſſit: ſed & ex illa tñ trãſferri ĩ hãc pmulta p̃nt: neq; vllus elegãtis oĩonis ornatus reperiri põt, quẽ ipſa hęc nõ recipiat. adhibẽdas mõ latinis ſcriptoribus noſtri hoĩes ſibi aures atq; aĩm exiſtimẽt: hinc rerũ cognitionẽ, hinc ea q̃ neceſſaria ad dicẽdũ p̃cepta ſunt, hĩc verborũ ornamẽta hauriãt: hĩc demũ ſibi aliquẽ deligãt, cui⁹ ſimiles velint eẽ: nõ ẽ qđ deſperẽ, ſi ad naturę vim & frequentẽ dicẽdi vſum hęc etiã acceſſerint, fore, vt aliq̃n nr̃a ẽt ĩ ciuitate ſũm⁹ orator audiri poſſit. Ne Romę qdẽ, q̃ hac maxĩe laude floruit, id pri⁹ cõtigit, q̃ eloq̃ntię ſtudioſi gręcorũ hoĩm ſibi ſcripta euoluẽda, & q̃ ab illis eẽnt tradita, p̃cipiẽda eſſe pœnit⁹ putauerũt. Tũ deniq; ita verbis, ita ſentẽtiis, ita oĩ dicendi copia, oĩ ornatus genere Romana ſe oſo locupletauit: vt ipſi⁹ ẽt harũ rerũ & iuẽtricis & pfectricis Gręcię felicitati breui tpe ſe adęquauerit. Idẽ nũc nobis faciẽdũ ẽ: vt a gręcis illi, ſic a latinis nr̃i, ſi eẽ aliqd volũt, ml̃tã trãſferãt neceſſe eſt. cũ oẽs antiq ſcriptores plegẽdi, tũ p̃cipue Ciceroĩs ſcripta, & ex his oſones maxĩe ſemp in manib⁹ habẽdę ſũt. null⁹ neq; ĩ iudiciis, neq; ĩ cõſultationib⁹ ĩcidere loc⁹ põt,

Militaris rei p̃ſtãtia.

Eloquentię pręſtantia.

Oratoris bona.

Romani a gręcis eloquẽtiã mutuati.

Cicero p̃cipue legẽd⁹,

cuius nō plurima hinc exēpla,tāq; e thesauro quodā depromi possint.Sūt qdē & alii q egrē gie scripserint:nec qsq; oīno e veterib⁹ illis est,quē ego nō plurimū pfuturū arbitrer:sed vnā fortasse illi aliquā eloquētię partē absoluerint:huic vni ita oēs illius opēs concessę sunt,vt eas nostri oratores si adepti fuerint,nihil sit qđ sibi pręterea desiderādū putēt.Ita em̄ locutus est,vt Ciceronis vox,ipsius vox esse eloquētię videat.Quā ob rē,cū huj⁹ orationes,quas (vt pleraq; oīa)vetustas pene delerat,mea nūc opera longe emendatiores factę,& facilius intelligi,& libētius legi possint:nō latinę solū linguę pfuisse:sed & meis etiā ciuibus,q dicendi facultate hominū sibi studia conciliare, atq; in rep.principes esse voluerint,si sibi has legē das duxerint,quo maius quiddā q̄ cęteri adhuc oēs cōsecuti sunt,adipiscant,nō parū opis attulisse existimādus sum.Qua in re,si excellēti eloquētia hoīes,pter cęteros reip.vtiles habendi sunt,nōnihil ipsi etiā Reip.pfuisse videri debeo. Harū ego orationū cū primū nuper Leoni Decimo Pōtifici Maxi.volumē miserim,cui hoc alterū a me poti⁹,q̄ tibi Bembe,mit tēdū fuit?Si amicus q̄rēdus,quē mihi ego te amiciorē putē?q nouū aliquod quotidie tuę in me beneuolētię signū ostēdas:neq; vnq̄ bene de me mereri desinas: vt tuus scilicet ille in me animus,q mihi qdē est pspectissimus,pspectior in dies tñ & mihi,& cęteris oīb⁹ esse possit. Si is cui plurimū deberē,ea sunt tua in me merita,vt ego ne ad habēdas quidē tibi gratias, parē me esse sentiā:& ea idcirco nō cōmemorē,ne cū & plurima & maxima a me dicta fuerint,& plura tñ & maiora pterita esse videant.Quid,q; Ciceronis scripta nemini apti⁹ mitti potuerūt,q̄ ei q ita illa sequit,vt pene assequat?Tibi quidē & felix,& ad omnes ęque res accōmodatū ingeniū est.sed nescio quo pacto tñ hac vna in re maxime elucet,q; quencunq; dignum statueris,quē æmulari velis,pclare tuis scriptis semper effinxeris.Atq; vt ea pterea,siqua a te greco sermone scripta sunt,cuius tu maximā tibi facultatē summo studio ac labore pperisti:ac de latinis loquar:quis soluta vnq̄ oratione ipsum hūc Ciceronē tā vberē, tam vnū ex oībus omni re absolutū oratorē felicius reddidit?Quis versibus diuinam illam Maronis vim & maiestatē propius accessit?Magnū qddā,hac pstertim tēpestate,fecisse videri solēt, q in horū altero ita elaborarint,vt nō oēm operā lusisse existiment:tu q in vtroq; excellis,q bus laudibus,quāta admiratione dignus es?Quid?nostra hac lingua,quā non secus nunc,ac veterē quōdā illā latini,sibi Hetrusci vendicāt,nōne hoc tibi idē cōtigit?cuius oēm ita elegā tiam assecutus es:vt cū & multa iā a pleriq; eo sermone scripta sint,q̄ nōnulli vel latinis etiam æquanda cēseant:neq; eorū tu cuiq̄ vllo in genere cedere videaris:longe tñ maius qddā, q̄ ad hāc diē effectū sit,de te sibi hoīes polliceant.Hanc adeo tua illa scripta,quę partim maxima cum tua laude in manib⁹ hominū iādiu versant:partim egregie inchoata,apud te ad huc sunt:expectationem excitarunt.Tu profecto is eras,qui eam gloriā,quam desiderari adhuc diximus,in nostram remp.inferre posses.sed alia te ab hac cura negotia auerterunt.ab Leone Decimo Pont.Max.accitus,qui illi a secretis esses,a nobis abstractus es:& earum qbus Orbis regitur curarum particeps,ita maximis semper rebus distineris, vt ne ea quidem,quę tam præclare cœperas,adhuc scripta perfici potuerint.Sed dabitur profecto id aliquādo,qđ & tu tantopere exoptas,otium:dabitur tempus id quo totum te ad literarum studia referre possis,quod tibi omne in optimis artibus summa cū tranquillitate animi tuo arbitratu consumendum sit.Tum certe id in te videbimus,quod plerūq; in agris fieri consueuit: qui intermisso cultu,maiore quadam vbertate,quasi referre gratiā quietis solent.Tū tu, q̄q̄ latinę linguę splendor ob oculos maxime tuos obuersabitur,hanc tñ nostrā ne contemnito,sed & illi etiā cogitationū tuarū aliquid impertire.Vetus illa tam multos in omni genere illustres scriptores habet,vt neq; vllius iā ingenio fieri possit ornatior,& tu illis fortasse par,superior quidē certe nullo modo esse possis:hęc ab nullo ita culta adhuc est,vt nō facilli mū tibi ipsi pręsertim sit,longo interuallo oībus anteferri,ac principē tibi locū sine vlla cōtrouersia vendicare.Et certe q; a patribus nobis nostris est tradita,q; ea loqui contigit,id a nobis illi quasi deberi videt,vt omniū maxime(quantū fieri a nobis potest)& vberem esse & ornatā velimus.In hanc tu rem si animū intēderis,breui tēpore futurū video,vt sicut a latinis quōdam illi ipsi,quos sibi proposuerāt,greci de possessione eloquētię deturbati sunt:sic nos neq; verborū copia,neq; vllo orationis ornatu a latinis vincamur. Hoc aut tu,aut nemo hac tēpestate facere alius potest.Quā ob rē,ad eā tu quidē te gloriā prępara:a nobis hęc,quātacūq; sunt,quoniā maiora nō possumus,ita accipito,vt maxima tñ existimes:quoniā maxima eoq; sunt,quę ab ingenio meo prouenire possunt.

Bēbo cur emittat.

Cicero orator absolutus.

Cōparatio apta.

SAepè ego mecum Sadolete,tum a natura editas, tũ ab hominibus inuentas res animo re putãs,eundem in omnib9 certa quadã ratione ſeruari ordinẽ ac progreſſum animaduer to.Primo quidem paruo quodã a principio ortum omnes trahunt.tum deinde augeſcen tes,eo paulatim per gradus quaſi quoſdã peruenĩũt,qđ in vniuſcuiuſq; natura pfectiſſimũ eſt. Tum vero poſtq̃ id adeptæ fuerint,referri rurſum ac ſeneſcere incipiunt:atq; ita ſenſim mi nuí,vt poſtremo ad interitũ etiam dilabãtur. Id & in natis e terra ſtirpibus,& in omni ani mantum genere intueri licet:quę vt imbecilla primo in lucem exierũt,hinc vires in dies ſu mãr,mox quę acquiſierint paulatim dependant,ac cõficiant̃ deniq; neceſſe eſt. Neq; vero fie ri potuit,vt non eandẽ hanc cõditionem,omnes item artes,omnia opera,omnia inuenta ho minum ſequerentur.Sed & hæc cum ab ortu adoleuerint,eadẽ poſtea vetuſtate tandem exta beſcunt.Tulit hanc ſcilicet legem natura,quę nulla vnq̃ vi abrogari poſſet,ſed vna ſine vlla exceptione inferiora hæc omnia neceſſitate quadam immutabili cõtineret.Ac ne multis ego exemplis conquirendis longius in re manifeſta immorer q̃ neceſſe eſt,vel ex ipſa id eloquen tia(cuius cauſa hæc a nobis dicta ſunt)cognoſci poteſt.Hæc(vt græcos omittam,quibus ta men hoc idẽ eueniſſe reperietur)cũ primum Romæ exorta eſt,per parua quędam incremen ta longo tempore paulatim ſe ad ſummum euexit.cũ rudis antea & ppe infans eſſet,primus Cato ei multũ addidit.longius Galba,Porcinna,Carbo,Gracchi puexerũt.Græcorum eam gloriæ,Antonius,Craſſus,Hortenſius,æquauerũt. ita ſumma demũ illi manus ab Cicerone impoſita eſt,vt nihil præterea cuiuſq̃ neq; ingenio,neq; induſtria,neq; vllo doctrinæ genere addi poſſet.Ab eo ruere,& ferri in prius cœpit.Ac primo qdẽ ſublata e ciuitate pax,& ea,cũ qua ſimul creuerat,extincta libertas eſt.Nam cum bellis cuncta ciuilibus diutius agitata eſ ſent,eorum deniq; is finis fuit,vt oppreſſa tandem poſt multas ciuium clades, reſpublica in vnius poteſtatem conceſſerit. Tum vero cum omnia ex vnius nutu penderent,nulla maioq; more iudicia exercerentur,nullæ in ſenatu ſententiæ,aut eę certe non liberæ dicerentur,nul læ ad populum conciones haberentur,ſed omne penitus ſublatum eloquentiæ theatrũ eſſet: aliis quibuſdã artib9,& iis prauis plerũq; ac flagitioſis, ſumma omnia homines cõſequeren tur:ſimul preclariſſimæ artis reſtingui indies ſtudium, ſimul ea euaneſcere paulatim cœpit. Poſt vero,cũ illa omnium populorum victrix,ac totius terrarum orbis imperio diu potita, eo tandem(vt humanarum rerum vices ſunt)redacta gens eſſet,vt nulli nõ nationi contem ptui ac prædæ eſſet:ac nouę quotidie,& eę ab omni humanitate alienæ gentes, vel ab extre mis etiam orbis finibus, Italiam deuaſtarent:extincto latinæ linguæ vſu, deleto pene Roma no nomine,factum eſt vt e tot cladibus vix vmbra quædam ad nos Eloquentiæ peruenerit. Sed & hæc etiã pene e manib9 nuper elapſa,pene omnis funditus extincta eſt. Quam em̃ poſt tot incommoda recreari iam aliquantum decuit,eam noua quędam calamitas excepit.Exor ta opinio eſt,& ea per plurimorum iam animos peruaſerat,vt nemo ſatis eruditus, nemo ſa tis vllo doctrinæ genere excultus iudicaretur,qui cognitis & vſitatis verbis vteretur.Hi de mũ præclare locuti,hi omni laude,omni admiratione digni præter cæteros putabantur,qui ita aliquid ſcripſerant,vt vix id percipi ab vllo poſſet.Imperiti quidam,& nullo vſu,nullo in genio homines,cũ ea plerũq; plurimi fieri vulgi iudicio viderent,quæ ab omnibus ignorarẽ tur,nec ſibi aliud ad cõmendationem hominũ patefieri iter animaduerterent,eo ſe poſſe per tenebras peruenire arbitrati ſunt,quo pauci luce potuiſſent. Quod cum primo illis in ma xima latinæ linguæ,atq; omnium bonarum artium inſcitia recte ceſſiſſet,tum non pauci eos ſecuti,eo tandem rem adduxerant,vt breui tempore veterem illam dicendi gloriam hac ca ligine obrui atq; aboleri penitus neceſſe eſſet.Nullas hi non vetuſtatis latebras perſcrutabã tur.Hinc verba vel ipſi etiam Romulo,& priſcis illis Latinis iam tum obſoleta & deſita pro ferebant.Quin vt obſcuriora ea eſſent quæ dicerent,græca etiam ſæpe pleraq;,ſæpe barbara congerebant:digni qui eo naturæ munere,quo tam male abutebantur,omnino carerent. Cũ enim ob id nobis ſermo datus ſit,vt hoc ea quæ animo occultãtur,depromi poſſint,quid fie ri alienius poteſt,q̃ ita quenq̃ loqui,vt nihilo magis intelligatur,q̃ ſi omnino nihil loquere tur!Nulla vnq̃ res magis omnem euertere eloquẽtiam potuit. Quippe & labefactatæ iam ac prope dirutę inciderat:& ſublata verborum elegantia,ipſum etiam illius ſolum ac fundamẽ ta eruebant̃.Quid,q; inſolentibus & ſordidis illis verbis hę ſentẽtiæ ſuberant, vt recte hoc ſaltem feciſſe videri queant,q; tam abiectas res,tam ſedulo tantis verborum tenebris occul

Rerũ incre menta.

Lex naturę abrogari nequit.

Eloquentię incremẽta.

In antiqua rios & obſ curitatis amatores.

tarint? Sed bene id profecto cecidit, ꝙ non melior huic q̃ cæteris rebus cõditio data est. cum late serpæret, ac non paruam iam Italiæ partem occupasset, atq; vbiq; iam se terrarum diffunderet, medio in cursu concidit. nõnulli his scilicet se viri doctissimi, vt infestissimis latini nominis hostibus obiecerunt. Quorum opẽ factum est, vt fœda illa barbarie profligata, ab proximo iam interitu Eloquentia vindicata sit. Et initium quidem bene gerendę rei ab Romanis ortũ est. Vna Roma quasi tutissima arx quædam fuit, a qua semper hæc labes reiecta sit: quo nullo vnq̃ conatu irruperit. hic tanq̃ pro aris, ac focis, summa vi certatũ est: vt cum cætera a maioribus tradita, amissa essent, hæc saltem parentum laus retineretur. Represso igitur fœdissimorũ hostium impetu, facilior de illis victoria facta est. Ac ne omnes a me hi, quorum egregia in hac re opera extitit, commemorẽtur: tu certe præter cæteros acerrime illos semper insectatus es. Tu afflictam semper Eloquentiam protexisti. Tu tuis scriptis, quorũ nemo nõ maxime elegantiam admiratur, quę illius, quæ latinæ linguæ vox esset, ostendisti. Factum est igit, vt nemo iam tota Italia sit, qui obscurũ id & incultũ dicendi genus nõ magnopere cõtemnat: qui nõ vnũ sibi maxime Ciceronẽ, tum vt quisq; Ciceroni simillimus est, & sæpissime pærlegendos, & omni studio sequendos putet. Quin & transalpinæ etiam nationes iã se nobis coniunxerunt: nec minus ab his feliciter arma pro latino nomine sumpta sunt. vt reliquos ex his omittam, tuus ille e tuis castris profectus, tuis præceptis instructus, tuis monitis excitatus, Longolius ita rem gerit: ita longius quotidie Romanæ linguæ fines profert: & ea ab aliis item nonnullis opera nauatur: vt si id desperandum sit, posse aliquando Eloquẽtiam in antiquam illam, e qua deiecta est, restitui dignitatẽ: id certe affirmari possit, eam linguam quæ quondam, tum, cum maxime floruit, Italiæ tm̃ finibus continebatur, nũc breui tẽpore in nullas non totius orbis partes peruenturam. Neq; tamen cessandum est: sed si vsq̃ latet, & vbiq; locoꝝ pærquirenda, & omni ratione eiicienda pœnitus hæc pestis est. Ego quidem quantum in me virium est, id omne in hanc rem confero: & cum maiora non audeam, id saltem enitor, vt Ciceronis scripta, quæ incuria quadam ac vetustate deformata circũferũtur, ex antiquis exemplaribus meo labore suæ dignitati reddantur, & emendatiora in lucem prodeant. Atq; alia quidem alias: nũc eius orationes damus. Quarum cum duo iam volumina, alterum Leoni. X. alterum Petro Bembo missum sit, tertium hoc Sadolete, sub tuo nomine in manus hominum perueniet. Recte tu mihi Bembo adiungi visus es, ambo eiusdem Pontificis a secretis estis: ambo & literis & omni morum elegantia præstantissimi: quin eo etiam inter vos amore deuincti, vt exemplo esse possitis, nullum esse ad confirmandam amicitiam arctius vinculum, q̃ morum similitudinem, ac studiorum societatem. Sed & ego tanti te facio, vt egregias tuas virtutes, neq; admirari, neq; de his, quoties aliqua offertur occasio, prędicare vnq̃ desinã. Tu adeo cũ mea ipse spõte libẽs facio: tum eo libentius etiam, ꝙ nihil arbitror posse a me Bembo gratius accidere. Multæ mihi cum illo ac magnæ necessitudinis causę intercedunt. coniunxit patria, communis vtriusq; nostrum parens. mea quædam prędictis ingenii admiratio, & non alienus illius a me animus, coniunctiores fecit. auctam in dies beneuolentiam assidua familiaritas confirmauit. plurimis illius in me meritis hæc omnia cumulata sunt. Quam ob rem, vt nihil me aliud ad id impellat, qui possum nõ summa te beneuolentia prosequi? cuius summa cum amicissimo mihi viro coniunctione nihil fit illustrius. Cum vero animi ad id tui ea etiam accedant ornamenta, quæ vel ignotos etiam vt amemus cogere consueuerunt, quam tandem meam in te esse voluntatem decet? Eam scilicet quę & amicissimo, & omni laude præstantissimo viro debetur. Accipe igitur paruum hoc mei in te amoris pignus: neq; eum tamen ex hoc metiri velis, sed ex eo potius, ꝙ pfectus a Leone Pontifice Maxi. cui literarum amantissimo, omnia literarum monimenta deberi videntur, & Petro Bembo, cui ego omnia debeo: neminem habui, quem tibi præferendum putarim.

Romani primi liguę suæ vindices.

Sadoleti pœconia.

Ciceronis laus.

Christophorus Longolius.

Orationũ volumina.

M. TVLLII CICERONIS

PRO P. QVINTIO, ORATIO. I.

QVAE RES IN CIVITATE DVAE PLVRIMVM possunt, hę cõtra nos ambę faciũt in hoc tẽpore, summa gratia, & eloquẽtia, quarũ alterã C. Aquili vereor, alterã metuo, eloquẽtia Q. Hortẽsii ne me dicẽdo impędiat, nõnihil commoueor: gratia Sex. Neuii ne P. Quintio noceat, id vero nõ mediocriter ptimesco. Neq; hoc tãtoære querẽdũ videret, hæc summa in illis esse, si in nobis essent saltẽ mediocria. verũ ita se res habet, vt ego, q̃ neq; vsu satis, & ingenio parũ possum, cũ patrono disertissimo cõparer: P. Quinti⁹, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorũ copię sunt, cũ aduersario gratiosissimo cõtẽdat. Illud quoq; nobis accedit ĩ cõmodũ, q̃ M. Iunius, q̃ hanc aliquoties apud te egit, homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multũ & sępe versatus, hoc tẽpore abest, noua legatione impeditus, & ad me ventũ est, qui, vt summa haberẽ cætera, tẽporis qdẽ certe vix satis habui: vt rem tantã, tot cõtrouersiis implicatã, possem cognoscere. ita, quod mihi consueuit in cæteris causis esse adiumẽto, id quoq; in hac causa deficit. nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligẽtiã cõparaui. quæ quanta sit, nisi tẽpus, & spatiũ datũ fit, intelligi nõ potest. Quæ quo plura sunt C. Aquili, eo te, & hos q̃ tibi in cõsilio adsunt, meliori mẽte nostra verba audire oportebit, vt multis incõmodis veritas debilitata, tandẽ æquitate taliũ virorũ recreet. Q̃ si tu iudex nullo præsidio fuisse videbere cõtra vim, & gratiã, solitudini, atq; inopię: si apud hoc cõsiliũ ex opibus, nõ ex veritate causa pendet: profecto nihil est iam sanctũ, atq; syncerũ in ciuitate: nihil qd humilitatẽ, cuiusq̃ grauitas & virtus iudicis cõsoleť. Certe, aut apud te, & eos q̃ tibi assũt, veritas valebit, aut ex hoc loco repulsa vi, & gratia, locũ vbi cõsistat, reperire nõ poterit. Nõ eo dico C. Aquili, quo mihi veniat ĩ dubiũ tua fides & cõstantia, aut quo nõ iis, quos tibi aduocasti, viris electissimis ciuitatis, spem summã habere P. Quintius debeat. quid ergo est? Primũ magnitudo pęriculi summo timore hominẽ afficit, q̃ vno iudicio de fortunis oĩbus decernit: idq; dũ cogitat, nõ minus sæpe ei venit in mentẽ potestatis, q̃ æquitatis tuæ, propterea q̃ oẽs, quorũ in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitãt, qd possit is, cuius in ditione ac potestate sunt, q̃ quid debeat facere. Deinde habet aduersariũ P. Quintius verbo Sex. Neuiũ, re vera huiusce ætatis hoĩes disertissimos, fortissimos, ornatissimos nostræ ciuitatis, q̃ cõmuni studio, summis opibus Sex. Neuiũ defendũt. si id est defendere, cupiditati alterius obtẽperare, quo is facili⁹ quẽ velit iniquo iudicio opprimere possit. Nã qd hoc iniquius aut indigni⁹ C. Aquili dici aut cõmemorari potest, q̃ me, q̃ caput alterius, famã, fortunasq; defendã, priore loco causam dicere? cum præsertim Q. Hortẽsius q̃ hoc iudicio partes accusatoris obtinet, cõtra me sit dicturus, cui summã copiã facultatẽq; dicẽdi natura largita est. Ita fit, vt ego q̃ tela depellere, & vulneribus mederi debeã, tũ id facere cogar, cũ etiã telũ aduersarius nullũ iecerit: illis aũt id tẽpus impugnãdi deť, cũ & vitãdi illorũ impetus potestas adẽpta nobis erit: & siqua in re, id qđ parati sunt facere, falsum crimen, quasi venenatũ aliqđ telũ iecerint, medicinæ faciendę locus nõ erit. Id accidit prętoris iniquitate, & iniuria. Primũ q̃ contra omniũ cõsuetudinẽ, iudiciũ prius de probro, q̃ de re maluit fieri. deinde q̃ ita cõstituit id ipsum iudiciũ, vt reus, anteq̃ verbũ accusatoris audisset, causam dicere cogereť. quod eorũ gratia, & potentia factũ est, q̃ quasi sua res, aut honos agať, ita diligẽter Sex. Neuii studio & cupiditati morẽ gerũt, & in eiusmodi rebus opes suas experiunť, in qbus quo plus propter virtutẽ nobilitatẽq; possunt, eo minus qd possint, debẽt ostẽdere. Cũ tot tãtisq; difficultatib⁹ affectus atq; afflictus in tuã C. Aquili fidẽ, veritatẽ, misericordiã P. Quintius cõfugerit, cũ adhuc ei ꝓpter vim aduersariorũ non ius par, nõ agẽdi potestas eadẽ, nõ magistratus æquus reperiri potuerit, cũ ei summã per iniuriã omnia inimica, atq; infesta fuerint, te C. Aquili, vosq; q̃ in cõsilio adestis, orat, atq; obsecrat, vt multis iniuriis iactatã atq; agitatã æquitatẽ, in hoc tandẽ loco cõsistere, & cõfirma-

Antecedens Cic. q̃ Quin. multis difficultatibus laborant

Opes. Facultates

Consequens: sunt igitur æquo animo audiendi

Prolepsis

Conclusio exordij

rí patiamíní. Id quo facílius facere poſſitis, dabo opẽrã, vt a príncipio res quẽadmodũ geſta

Narratio A & cõtracta ſit, cognoſcatis. C. Quíntius fuit P. Quíntii huius frater, ſane cæterarũ rerum
1 Societas C. Quintij & N. Neuij paterfamílías & prudẽs & attẽtus, vna ín re paulo mínus cõſideratus, q̃ ſocietatẽ cũ Sex. Ne
uio fecerít, víro bono, verũtamẽ non íta ínſtituto, vt iura ſocietatis, & offícia certí patríſfa-
mílías noſſe poſſet. nõ quo ei deeſſet ingeníũ: nam neq; parũ facetus ſcurra Sex. Neuíus, neq;
B ínhumanus pręco eſt vnq̃ exíſtímatus. quíd ergo eſt? cũ ei natura níhíl melíus q̃ vocẽ dedíſ-
ſet, patẽr níhíl præter líbertatẽ relíquíſſet, vocẽ ín quęſtũ cõtulít, líbertate vſus eſt, quo ím-
punius dícax eſſet. Quare q; ſocíũ tíbí eum velles adíũgere, níhíl erat, níſi vt ín tua pęcunía
cõdíſceret, quí pęcuníæ fructus eſſet. Tamẽ ínductus cõſuetudíne, ac famílíarítate Quíntíus
fecít, vt díxí, ſocietatẽ earũ rerũ, quę ín Gallía comparabant. erat ei pęcuaría res ampla, & ru
C ſtíca, ſane bene culta, & fructuoſa. Tollítur ab atríís Licíníís, atq; a pręconũ cõſeſſu ín Gallíã
Ab adoleſcentulo. Neuíus, & trans Alpes vſq; trãſfertur. fít magna mutatío locí, nõ ingenií. nam q ab adoleſcẽ
tulo quęſtũ ſíbí ínſtituíſſet ſine impendío, poſteaq̃ neſcío qd impendit, & ín cõmune cõtulít,
mediocrí quæſtu cõtentus eſſe nõ poterat. nec mírũ, ſí ís q vocẽ venalẽ habuerat, ea quæ vo-
D ce quæſíuerat, magno ſíbí quæſtuí fore putabat. Itaq; hercule haud mediocríter de cõmuní
quícquíd poterat, ad ſe ín príuatã domũ ſeuocabat. Qua ĩ re íta dílígẽs erat, quaſí íí, quí ma
gna fide ſocietatẽ gererent, arbítríũ pro ſocío cõdemnarí ſolerent. Verũ hís de rebus non ne
ceſſe habeo dícere ea, quæ me P. Quíntíus cupít cõmemorare, tametſí cauſa poſtulat. tamen
Poſtulare. quía poſtulat, nõ flagítat, præteríbo. Cum annos íam cõplures ſocietas eſſet, & cũ ſæpe ſuſpe
Flagitare. E ctus Quíntío Neuíus fuíſſet, neq; íta cõmode poſſet rationẽ reddere earũ rerũ, quas líbídíne
Repentino non ratíone geſſerat, morítur ín Gallía Quíntíus, cũ adeſſet Neuíus, & morítur repentíno.
heredem teſtamẽtò relíquít hũc P. Quíntíũ: vt ad quẽ ſummus mœror morte ſua veníebat,
1 inuer. 2 cau. fi. A cauſa ſocietatis. ad eũdẽ ſummus honos quoq; pęrueníret. Quo mortuo, nec íta multo poſt, ín Gallíã profící
ſcítur Quíntíus. ibí cũ íſto Neuío famílíarítẽr víuít, annũ fere vna ſunt, cum & de ſocietate
ínter ſe multa cõmunícarẽt, & de tota ílla ratíone atq; re Gallícana. neq; ínterea verbũ vllũ
ínterpoſuít Neuíus, aut ſocietatẽ ſíbí quíppíã debere, aut príuatím Quíntíũ debuíſſe. Cum
ærís alíení alíquãtulũ eſſet relictũ, qbus noíbus pęcuníã Romæ curarí oporteret, auctíonẽ ín
D Gallía P. híc Quíntíus Narbone ſe facturũ eſſe proſcríbít, earũ rerũ, quæ ípſíus erant príua-
tæ. Ibí tũ vír optímus Sex. Neuíus hominẽ multís verbís deterret ne auctíonẽ, eum non íta
cõmode poſſe eo tẽpore quæ proſcripſíſſet vendere, Romę ſíbí nummorũ facultatẽ eſſe, quã
ſí ſapęret, cõmunẽ exíſtímaret, pro fraterna ílla neceſſítudíne, & pro ípſíus affínítate. Nam P.
C Quíntíí cõſobrínã habet ín matrímonío Neuíus, & ex ea líberos. Quía qd vírũ bonũ facere
oportebat, íd loquebat Neuíus: credídít Quíntíus, eum q oratíonẽ bonorum ímítarẽ, facta
quoq; ímítaturũ. auctíonẽ velle facere deſíſtít, Romã proficíſcít, decedít ex Gallía Romã ſí-
mul Neuíus. Cũ pecuníã C. Quíntíus P. Scapulæ debuíſſet, pęr te C. Aquílí decidít P. Quín
tíus, qd líberís eíus díſſolueret. Hoc eo p te agebat, q; propter æraríã ratíonẽ nõ ſatís erat ín
B tabulís ínſpexíſſe quantũ deberet, níſi a quęſtoríbus quæſíſſet quantum ſolueret. Decídís, ſta
tuíſq; tu propter neceſſítudínẽ, quæ tíbí cũ Scapulís eſt, qd íís ad denaríũ ſolueret. Hæc oía
Quíntíus agebat auctore, & cõſuaſore Neuío. nec mírũ, ſí eíus vtebat cõſílío, cuí⁹ auxílíũ ſí
bí paratũ putabat. non modo eñ pollícítus erat ín Gallía, ſed Romę quotídíe, ſímulatq; ſíbí
hic annuíſſet, numeraturũ ſe dícebat. Quíntíus porro íſtũ poſſe facere, vídebat: debere, ıntel
H ligebat: mẽtírí, quía cauſa cur mẽtíret nõ erat, nõ putabat. quaſí domí nũmos haberet, íta cõ
ſtítuít Scapulís ſe daturũ, Neuíũ certíorẽ facít, rogat vt curet, qd díxíſſet. Tum íſte vír opti
mus (vereor ne ſe deríderí puret, q; ıterũ ıã díco optímus) q; hũc ín ſummas anguſtías addu-
A ctũ putaret, vt eũ ſuís cõdítíonibus ín ípſo artículo tẽporís aſtrıngeret, aſſem ſeſe negat da-
turũ, níſi prius de rebus rationíbuſq; ſocietatís oíbus decídíſſet, & ſcíſſet ſíbí cũ Quíntío cõ
trouerſię níhíl futurũ. Poſterius ínquít íſta vídebím⁹ Quíntíus, nũc hoc velím cures (ſí tíbí
vídetur) quod díxíſtí. negat ſe alía ratíone facturũ. quod promíſíſſet, nõ plus ſua referre, q̃ ſí
cũ auctíonẽ vẽderet, domíní íuſſu quíppíã promíſíſſet. Deſtítutíõe ílla pęrculſus Quíntíus,
B a Scapulís paucos díes aufert, ín Gallíã míttít, vt ea quæ proſcrípſerat, venírẽt. deterıore tẽ
pore abſens auctíonaꝛ, Scapulís dífficílíore condítíone díſſoluít. tũc appellat vltro Neuíũ, vt
quoníã ſuſpícarẽ alíqua de re fore cõtrouerſíã, víderet vt q̃prímũ & q̃mínima cũ moleſtía
tota res trãſígeretur. Dat íſte amícum M. Trebellíum: nos communẽ neceſſarium, quí íſtíus
C domí erat educatus, & quo vtebatur íſte plurímũ, propínquũ noſtrũ Sex. Alphenũ. Res cõ-

uenire nullo modo poterat: propterea q̄ hic mediocrē iacturam facere cupiebat, iste medio
cri præda cōtentus nō erat. itaq; ex eo tēpore res esse in vadimoniū cœpit. Cum vadimonia
sæpe dilata essent, & cum aliquātū tēporis in ea re esset cōsumptū, neq; quicq̄ perfectū esset,
venit ad vadimoniū Neuius. Obsecro C. Aquili, vosq; qui adestis in cōsilio, vt diligenter at
D tēdatis, vt singulare genus fraudis, & nouam rationē insidiarum cognoscere possitis. Ait se
auctionatū esse in Gallia: qđ sibi videretur, se vēdidisse: curasse ne quid sibi societas deberet:
se iam neq; vadari amplius, neq; vadimoniū promittere. si quid agere secum velit Quintius,
non recusare. Hic, cum rem Gallicanā cuperet reuisere, hominē in presentia nō vadatur. ita
sine vadimonio discēditur. Deinde Romę dies. XXX. fere Quintius cōmoratur, cum ceteris
F quæ habebat vadimonia differt, vt expeditus in Galliā proficisci posset. proficiscitur, Roma
egreditur ante diem. IIII. Cal. Februarii Spurione & Norbano Conss. quæso vt eum diē me- Ante diem
morię mādetis. L. Albius Sex. filius Quirinas, vir bonus & cōprimis honestus vna profectus iiii. Ca. Fe.
A est. Cum venissent ad Vada Volaterrana quæ nominant, vidēt perfamiliarē Neuii, q ex Gal Vada Vo-
lia pueros venales isti adducebat, L. Publiciū. qui vt Romā venit, narrat Neuio, quo in loco laterrana.
viderit Quintiū. qđ nisi ex Publicio narratū Neuio esset, non tam cito res in contētionē ve
nisset. Tum Neuius ipse, pueros circū amicos dimittit, ipe suos necessarios ab atriis Liciniis Circū ami
& a faucibus macelli corrogat, vt ad tabulā Sextiam sibi assint hora secūda postridie. veniūt cos.
B frequētes, testificantur isti P. Quintiū non stetisse, & se stetisse. tabulæ maximæ signis homi-
num nobiliū consignantur. discēditur. postulat a Burrieno prætore Neuius, vt ex edicto bo
na possidere liceat. iussit bona proscribi eius, quicum familiaritas fuerat, societas erat, affi- ¶ Assumptio
nitas liberis istius viuis diuelli nullo modo poterat. Qua ex re intelligi facile potuit, nullū ¶ Complexio
esse officium tam sanctum, atq; solenne, quod non auaritia cōminuere, atq; violare soleat. ¶ Propositio
C Etenī si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur, necesse est iste qui ami-
cum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se, & perfidiosum, & im-
piū esse fateatur. Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintii, familiaris & ꝑpinquus Sex.
Neuii deiicit, seruulum vnum quem iste prehenderat abducit, denunciat sese procuratorē
esse, istum æquum esse famæ fortunisq; P. Quintii cōsulere, & aduentum eius expectare. Qđ
D si facere nolit, atq; inhibuerit eiusmodi rationib⁹ illum ad suas cōditiones perducere, sese ni
hil precari, & si quid agere velit, iudicio defendere. Hæc dum Romæ geruntur, Quintius
interea contra ius & consuetudinem, edicto prætoris de saltu agroq; communi a seruis cō-
munibus vi detruditur. Existima C. Aquili id, modo & ratione omnia Romæ Neuiū fecisse,
si hoc, quod per literas istius ī Gallia gestum est, recte atq; ordine factum videtur. Expulsus
E atq; eiectus e prædio Quintius, accepta insigni iniuria, confugit ad C. Flaccū imperatorem,
qui tum erat in prouincia, quem vt ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. Is eam rē
q̄ vehementer vindicandam putarit, ex decretis eius poteritis cognoscere. Alphenus interea
Romę cum isto gladiatore vetulo quotidie pugnabat, vtebatur populo sane suo, propter
A ea q̄ iste caput petere non desinebat. Iste postulat vt procurator iudicatum solui satisdaret:
negat Alphenus æquum esse procuratorē satisdare, quod reus satisdare non deberet, si ipse
adesset. appellātur Tribuni. a quibus cum esset certum auxilium petitum, ita tamen discedi-
tur, vt Idibus Septēbribus P. Quintium sisti Sex. Alphenus ꝑmitteret. Venit Romā Quin-
tius, vadimonium sistit. iste homo acerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor, annum Vadimo-
B & sex menses nihil petit, quiescit, conditionibus hunc quoad potest producit. a Cn. Dolabel nium sistit.
la denique prætore postulat, vt sibi Quintius iudicatū solui satisdet, ex formula, quod ab eo
petat: quoniam eius ex edicto prætoris Romæ bona dies. XXX. possessa sint. Non recusabat
Quintius quin ita satisdare iuberet, si bona possessa essent ex edicto. decernit. q̄ equum, nihil
dico. vnum hoc dico, nouum. & hoc ipsum tacuisse mallem, quoniam vtrunq; quiuis intelli
C gere potuisset. iubet P. Quintium sponsionem cum Sex. Neuio facere, †si bona sua ex edicto †Ni bona.
P. Burrieni prætoris dies. XXX. possessa non essent. Recusabant qui aderant tum Quintio,
demōstrabāt de re iudiciū fieri oportere, vt aut vterq; inter se, aut neuter satisdaret: nō ne-
cesse esse famā alterius in iudicium venire. clamabat porro ipse Quintius, sese idcirco nolle
satisdare, ne videretur iudicasse bona sua ex edicto possessa esse. spōsionē porro si istiusmodi
D faceret, se (id qđ nūc euenit) de capite suo priore loco causam esse dicturū. Dolabella (quem Nobilium
admodum solent homines nobiles: seu recte seu perperam facere cœperunt, ita in vtroq; ex- pertinacia.
cellunt, vt nemo nostro loco natus assequi posset) iniuriam facere fortissime perseuerat:

aut satisdare,aut spõsionẽ iubet facere:& iterea recusantes nostros aduocatos acerrime sub
moueri.Cõturbat⁹ sane discedit Quintius,neq; mirũ,cui hęc optio tã misera tamq; iniqua
daret,vt aut ipse se capitis dãnaret,si satisdedisset:aut causam capitis,si spõsionem feciſſet, e
priore loco diceret.Cũ in altera re causę nihil esset,quin secus iudicaret ipse de se, qđ iudi-
ciũ grauissimũ est,in altera spes esset ad talẽ tamẽ virũ iudicẽ veniẽdi, vnde eo plus opis au
ferret,quo minus attulisset gratiæ,spõsionẽ facere maluit.fecit,te iudicẽ C.Aquili sumpsit, a
ex sponso egit.In hoc summa iudicii causaq; tota cõsistit.Iudiciũ esse C.Aquili nõ de re pe-
cuniaria,sed de fama fortunisq; P.Quintii vides.cum maiores ita cõstituerint,vt q pro ca-
pite diceret,is posteriore loco diceret,nos inaudita criminatione accusatorum,priore loco
causam dicere intelligis.eos porro qui defendere cõsuerũt,vides accusare,& ea ingenia con
uerti ad pernicieẽ,quę antea versabant in salute atq; auxilio ferẽdo. Illud etiam restiterat,qđ b
hesterno die fecerũt,vt te in ius adducerẽt,vt nobis tẽpus q̃diu dicerem⁹,pręstitueres.quã
rem facile a prætore impetrassent,nisi tu quod esset tuũ ius,& officiũ,potestasq;,docuisses.
Neq; nobis adhuc pręter te quisq̃ fuit,vbi nostrũ ius cõtra illos obtineremus:neq; illis vnq̃
satis fuit illud obtinere,quod probari omnibus posset.ita sine iniuria potẽtiã leuẽ atq; ino-
Constitutio cau pem esse arbitrant.Verũ quoniã tibi instat Hortensius,vt eas in cõsiliũ:a me postulat,ne di
sa. cendo tẽpus absumã:queriť priore patrono causam defendẽte,nunq̃ pẽrorari potuisse: non
patiar istã manere suspitionẽ,nos rem iudicari nolle.Nec illud mihi arrogabo,me posse cau e
sam cõmodius demõstrare,q̃ antea demõstrata sit.neq; tamẽ tam multa verba faciã,propter a
Informata causa. ea q; & ab illo qui tum dixit,informata iam causa est,& a me qui neq; excogitare, neq; pro-
nunciare multa possum,breuitas postulat,quę mihimetipsi amicissima est.Faciã quod te sæ
pe animaduerti facere Hortensi,totã causæ meæ dictionem certas in partes diuidam.Tu id
sępr facis,quia semp potes.ego in hac causa faciã,propterea q; in hac videor posse facere.
quod tibi natura dat vt sępr possis,id mihi causa dat vt hodie possim.Certos mihi fines b
terminosq; constituam,extra quos egredi non possim,si maxime velim,vt & mihi sit propo
sitũ de quo dicã,& Hortensius habeat expositа,ad quæ respondeat,& tu C.Aquili iam ante
Propositio animo prospicere possis,qbus de rebus auditurus sis. Negamus te bona P. Quintii Sexte
Partitio Neui possedisse ex edicto prætoris.In eo sponsio facta est.Ostendã primũ causam non fuisse,
cur a prætore postulares,vt bona P.Quintii possideres.deinde,ex edicto te possidere nõ po-
tuisse.postremo,non possedisse.Quæso C.Aquili vosq; qui estis in consilio, vt qd pollicitus c
sim,diligẽter memorię mandetis.& eũ rem facilius totã accipietis,si hęc memineritis:& me
facile vestra existimatione reuocabitis,si extra hos cancellos egredi conabor,quos mihi ipe
circundedi.Nego fuisse causam cur postularet.nego ex edicto possidere potuisse.nego posse
Prima pars con firmationis. dísse.hæc tria cum docuerꝰ,pẽrorabo. Non fuit causa cur postulares.qui hoc intelligi po b
test!quia Sex. Neuio neq; ex societatis ratione, neq; priuatim quicq̃ debuit Quintius. quis
huic rei testis est! idem qui acerrimus aduersarius.in hac re te inquã testẽ Neui citabo.an-
num & eo diutius post mortẽ C.Quintii fuit ĩ Gallia tecũ simul Quintius, doce te petiisse
ab eo istã nescio quam innumerabilẽ pecuniam,doce aliquando mentionẽ feciſſe, dixisse de-
beri,debuisse concedã.Moritur C.Quintius,qui tibi,vt ais,certis nominibus grandem pecu c
niã debuit.hæres eius P.Quintius ĩ Galliã ad te ipsum venit in agrũ cõmunẽ,eo deniq;,vbi
nõ modo res erat,sed ratio quoq; omnis,& oẽs literæ.quis tã dissolutus in re familiari fuis
set!quis tam negligẽs!quis tam tui Sexte dissimilis! qui cũ res ab eo,qcũ cõtraxisset, recessis
set,& ad hæredẽ peruenisset,non hæredẽ cum primum vidisset,certiorẽ faceret! appellaret!
Sũmũ ius. rationẽ afferret!si quid in controuersiã veniret,aut intra parietes,aut summo iure experire d
tur!Ita ne est!quod viri optimi faciũt, si q suos ꝓpinquos ac necessarios charos & honestos
esse atq; haberi volũt,id Sex.Neuius nõ faceret!qui vsq; eo feruet ferꝰq; auaritia,vt de suis
cõmodis velit aliquã partem amittere,ne quã partẽ huic propinquo suo vllius ornamẽti re
linquat. & is pecuniã siqua deberetur non peteret,qui quia quod debitũ nunq̃ est,id datum e
nõ est,non pecuniã modo,verũ etiã hominis propinqui sanguinẽ vitãq; eripere conať!Huic
tu molestus esse videlicet noluisti,quẽ nunc respirare libere nõ sinis!quẽ nunc interficere ne
farie cupis,eũ tũ pudẽter appellare nolebas! Ita credo,hominẽ propinquũ, tui obseruantẽ,a
virũ bonũ, pudẽtẽ,maiorẽ natu,nolebas,aut nõ audebas appellare.sæpe,vt fit,cũ ipse te cõ-
firmasses,cũ statuisses de pecunia mẽtionẽ facere,cũ paratus meditatusq; venisses,homo ti-
midus,virginali verecundia,subito ipse te retinebas,excidebat repente oratio, cum cupĕres

appellare,non audebas,ne inuitus audiret.id erat profecto.credamus hoc,Sex.Neuiũ,cuius
b caput oppugnet,eius auribus pepercisse.Si debuisset Sexte,petisses statim:si nõ statim, pau-
lo quidẽ post:si nõ paulo,at aliquãdo,sex quidem illis mẽsibus profecto:anno vertẽte sine cõ
trouersia,anno & sex mẽsib9 vero,cũ tibi quotidie potestas hois fuisset admonẽdi,verbũ nul
lũ facis:biẽnio iã cõsecto fere appellas.qs tã ꝑditus ac ꝑfusus nepos,nõ adesa iã,sed abũdanti
c pecunia sic dissolut9 fuisset,vt fuit Sex.Neuius:cũ hominẽ nomino, satis mihi videor dice-
re.debuit tibi C.Quinti9,nũq̃ petisti.mortuus est ille,res ad hęredẽ venit:cũ eũ quotidie vi
deres,post bienniũ deniq; appellas. dubitabit vtrũ sit ꝑbabilius,Sex.Neuiũ statim si qd debe
ret,petiturũ fuisse:an ne appellaturũ qdẽ biẽnio:Appellãdi tẽpus nõ erat:at tecũ anno plus vi
xit.ĩ Gallia agi nõ potuit:at & in ꝑuincia ius dicebat,& Romæ iudicia fiebãt.Restat,vt aut
d summa negligẽtia tibi obstiterit,aut vnica liberalitas.si negligẽtiã dices,mirabimur.si boni-
tatẽ,ridebim9.neq; ꝓterea qd possis dicere inuenio.Satis est argumẽti nihil esse debitum Ne
uio,q; tãdiu nihil petiuit. qd si hoc ipm qd nũc facit,ostẽdo testimonio esse,nihil deberi:qd
e emũ nũc agit Sex.Neuius:qua de re cõtrouersia est:qd est hoc iudiciũ,in quo iã bienniũ ver-
samur:qd negotii gerit,in quo ille tot & tales viros defatigat:pecuniã petit.nũc deniq;:ve-
rũtamẽ petit.audiamus.de rõnib9 & cõtrouersiis societatis vult diiudicari.sero. verũ aliquã
do tñ.cõcedam9.Nõ inqt id ago C.Aquili,neq; in eo nũc laboro.pecunia mea tot annos vtit
a P.Quintius.vtat sane.nõ peto.qd igit pugnas:an,qd sępe multis in locis dixisti, ne in ciuita
tate sit:ne locũ suũ quẽ adhuc honestissime defẽdit, obtineat:ne numeret inter viuos:decer
nat de vita & ornamẽtis suis oĩbus:apud iudicẽ causam priore loco dicat:& eã cũ orarit,tũ
deniq; vocẽ accusatoris audiat:quid:hoc quo pertinet:vt ocyus ad tuũ ꝑuenias:at,si id vel
les,iã pridẽ actũ esse poterat.vt honestiore iudicio cõflictere:at sine summo scelere P. Quin
b tiũ ꝓpinquũ tuũ iugulare nõ potes.vt facilius iudiciũ sit:at neq; C.Aquilius de capite alte-
rius libẽter iudicat,& Q.Hortẽsius cõtra caput nõ didicit dicere. Quid a nobis aũt C.Aqli
refertur:pecuniã petit.negamus deberi.iudiciũ fiat statim.nõ recusamus.nunqd prætereа:si
vereт vt res iudicio facto parata sit,iudicatũ solui satis accipiat.qbus a me verbis satis acci-
c piet,iisdẽ ipse qd peto,satisdet.actũ iã potest esse C.Aquili,iã tu potes discedere liberat9 mo
lestia ꝓpe dicã nõ minore,q̃ Quinti9.Quid agim9 Hortẽsi:qd de hac cõditiõe dicim9:possu
mus aliqñ depositis armis,sine piculo fortunarũ,de re pecuniaria disceptare: possum9 ita rẽ
nostrã psequi,vt hois ꝓpinqui caput incolume esse patiamur:possumus petitoris pẽrsonam
capere,accusatoris deponere:Immo inquit abs te satis accipiam,ego autem tibi non satisda-
d bo.quis tandẽ nobis ista iura tam æqua describit:quis hoc statuit,quod æquum sit in Quin
tium,id iniquum esse in Neuium:Quintii bona inquit ex edicto prætoris possessa sunt. ergo
id vt confitear,postulas:vt quod nũq̃ factũ esse iudicio defendimus,id perinde quasi factum
sit,nostro iudicio confirmemus.inueniri ratio C.Aquili non potest,vt ad suum quisq; q̃pri
mum sine cuiusq̃ dedecore,infamia,pernicieq; perueniat:Profecto si quid deberetur,peteret,
e non omnia iudicia fieri mallet,q̃ vnum illud vnde hęc omnia nascuntur. Qui inter tot an-
nos ne appellarit quidem Quintiũ,cum potestas esset agendi quotidie:qui quo tempore pri
mum male agere cœpit,in vadimoniis differendis tempus omne consumpserit: qui postea
a quoq; vadimonium missum fecerit , hunc per insidias vi de agro communi deiecerit: qui,
cum de re agendi nullo recusante potestas fuisset,spõsionem de probro facere maluerit:qui
cum reuocetur ad id iudicium vnde hæc nata sunt omnia,conditionem æquissimam repu-
diet,fateatur se nõ pecuniam sed vitam & sanguinem petere,is non hoc palam dicit:mihi si
quid deberetur peterem,atq; adeo iam pridem abstulissem, nihil hoc tanto negotio, nihil
b tam inuidioso iudicio,nihil tam copiosa aduocatione vterer,si petendum esset.extorquen-
dum est inuito atq; ingratis,quod non debet:eripiendum atq; exprimẽdum est: de fortunis
omnibus P.Quintius deturbandus est:potẽtes, diserti,nobiles omnes aduocandi sunt,adhi
benda vis est veritati,minæ iactentur,pericula intendantur,formidines opponãtur, vt his
rebus aliquãdo victus & perterrit9 ipe cedat.Quę mehercule oĩa,cũ q cõtra pugnẽt,video,
c & cum illum consessum considero,adesse atq; impendere videntur, neq; vitari vllo modo
posse.cum autem ad te C.Aquili oculos animumq; retuli,quo maiore conatu studioq; agũ
tur,eo leuiora infirmioraq; existimo.Nihil igitur debuit,vt tu ipse prędicas.Quid si debuis
set:continuo ne causa fuisset,cur a prætore postularet, vt bona possideres: non opinor id
d quidem , neq; ius esse, neq; cuiq̃ expedire . Quid igitur demonstrat? vadimonium sibi ait

Iteratio superioris syllogismi.
Propositio 1
Assumptio 2
Complexio 3.
alia prolepsis
[ ]
antecedens enthymematis
Ingratis.
consequens
11 argumentum, quod vadimonium non dereliquerit Quintius

esse desertũ. Anteq̃ doceo id factũ nõ esse: libet mihi C. Aquili ex officii ratione, atq; ex oĩm consuetudine rem ipsam & factũ simul Sex. Neuii considerare. ad vadimoniũ nõ venerat vt ais, is quicum tibi affinitas, societas, omnes deniq; causæ, & necessitudines veteres intercedebãt. illico ne ad Prętorẽ ire cõuenit? cõtinuo ne verũ fuit postulare: vt ex edicto bona possidere liceret? ad hæc extrema & inimicissima iura tã cupide decurrebas, vt tibi nihil in posterũ, qđ grauius atq; crudelius facere posses, reseruares? nã qd homini potest turpius, qd vero miserius, aut acerbius vsu venire? qđ tãtum euenire dedecus? quę tãta calamitas inueniri potest? Pecuniã si cuipiã fortuna ademit: aut si alicuius eripuit iniuria: tamẽ dũ existimatio est integra, facile cõsolatur honestas egestatẽ. at nõ nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi cõuictus, bonis qdẽ suis vtitur: alterius opes, id qđ miserrimũ est, non expectat. hoc tamen in miseriis adiumento & solatio subleuaĩ. Cuius vero bona venierũt, cuius non modo

Vide an fieri potest qđ dicit.

illę amplissimę fortunę, sed etiã victus vestitusq; necessarius sub pręcone cũ dedecore subiectus est, is nõ modo ex numero viuorũ exturbaĩ: sed, si fieri potest: infra etiam mortuos mãdatur. Etenim mors honesta sępe vitã quoq; turpẽ exornat. vita turpis ne morti quidẽ honestę locũ relinquit. Ergo hercule cuius bona ex edicto possidenĩ, huius oĩnis fama, & existimatio cũ bonis simul possidetur. de quo libelli in celeberrimis locis ꝓponunĩ, huic ne perire quidem certe tacite obscureq; concedit. cui magistri fiunt, & domini constituunĩ, qui qua lege & qua cõditione pereat, pronũciẽt, de quo homine pręconis vox ꝓdicat, & ꝓciũ cõficit, huic acerbissimũ viuo videtiq; funus ducit. si funus id habẽdũ sit, quo nõ amici cõueniũt ad exequias cohonestãdas, sed bonorũ emptores, vt carnifices, ad reliquias vitę lacerãdas, & distrahẽdas. Itaq; maiores nostri raro id accidere voluerũt: Prętores, vt cõsiderate fieret, cõparauerunt. viri boni cũ palã fraudanĩ, cũ experiũdi potestas nõ est, timide tamẽ & pedetẽtim istuc descẽdũt, vi ac necessitate coacti, inuiti, multis vadimoniis desertis, sępe illusi ac destituti. cõsiderant eĩm quid & quantũ sit, alterius bona ꝓscribere. Iugulare ciuẽ ne iure qdẽ qsq̃ bonus vult: mauult eĩm cõmemorare se, cũ posset ꝓdere, pepercisse, q̃ cũ parcere potuerit, perdidisse. Hæc in hoĩes alieniss̃imos, deniq; inimicissimos, viri boni faciũt, & hoĩm existimatiõis, & cõmunis humanitatis causa, vt cũ ipsi nihil alteri scientes incõmodarint, nihil ipsis iure incommodi cadere possit. Ad vadimoniũ nõ venit. quis? propinquus. si res ista grauissima sua spõte videret, tamẽ eius atrocitas necessitudinis noĩe leuaret. ad vadimoniũ nõ venit. quis? socius. etiã grauius aliqd ei deberes concedere, qcũ te aut voluntas cõgregasset, aut fortuna cõiunxisset. ad vadimoniũ nõ venit. quis? is qui tibi ꝓsto semp fuit. ergo in eũ q semel hoc cõmisit, vt tibi ꝓsto nõ esset, omnia tela cõiecisti, quę parata sunt in eos, q permulta male agẽdi causa fraudandiq; feceĩunt. Si de ꝓdiis tuis ageret Sex. Neui, si in paruula re captionis aliqd vererere, nõ statim ad C. Aquiliũ, aut ad eoĩ aliquẽ, qui cõsulunĩ, cõcurrisses? cũ ius amicitię, societatis, affinitatis ageret, cũ officii rationẽ atq; existimationis duci cõueniret, eo tẽpore tu nõ modo ad C. Aquiliũ, aut L. Lucullũ, Sed ne ipse quidẽ te cõsuluisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti, ne hęc quidẽ tecũ locutus es, horę duę fuerunt, Quintius ad vadimoniũ non venit, quid ago? Si mehercule hæc tecũ duo verba fecisses, qd ago? respirasset cupiditas, atq; auaritia paululũ, aliquid loci rationi & cõsilio dedisses, tu te collegisses, nõ in eã turpitudinẽ venisses, vt hoc tibi esset apud tales viros confitẽdũ, qua tibi vadimoniũ non sit obitum, eadẽ te hora consilium cœpisse, hoĩs ꝓpinq; fortunas funditus euertere. Ego ꝓ te nunc hoc consulo post tẽpus in aliena re, qđ tu in tua re, cum tẽpus erat, consulere oblitus es. quæro abs te C. Aquili, L. Luculle, P. Quintili, M. Marcelle, vadimoniũ mihi nõ obiit quidã socio & affinis meus, qcũ mihi necessitudo vetus, cõtrouersia de re pecuniaria recẽs, intercedit: postulo ne a prætore, vt eius bona mihi possidere liceat? an cũ Romæ domus eius, vxor, liberi sint, domũ potius denunciẽ? quid est qđ hac tãdẽ de re vobis possit videri? profecto si recte vestrã bonitatẽ atq; prudẽtiã cognoui, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri. primum expectare: deinde si latitare, ac diutius ludificare videatur, amicos conuenire, quærere quis ꝓcurator sit, domũ denunciare. dici vix potest q̃ multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, q̃ ad hãc rationẽ extremã necessariã deuenire. Quid ad hęc Neuio? ridet scilicet nostrã amentiã, q in vita sua rationẽ summi officii desideremus, & instituta bonorũ virorum requiramus. quid mihi inquit cum ista summa sanctimonia, ac diligentia? viderint

De scurra diues.

inqt ista officia viri boni. de me ista cõsiderẽt, nõ qd habeã, sed qbus reb⁹ inuenerim querãt, & quẽadmodũ natus, & quo pacto educatus sim. Memini, vetus est de scurra, multo facilius

diuitē, q̄ patrēfamilias fieri posse. hęc ille si verbis non audet, re quidem vera palam loquit. Etenim si vult virorū bonorū instituto viuere, multa oportet discat, atq; dediscat, quorū illi ętati vtrūq; difficile est. Nō dubitaui īquit cū vadimoniū desertū esset, bona proscribere, improbe, verū, quoniā tu id tibi arrogas, & cōcedi postulas, concedamus. quid si nunq̄ desertum fuit? si ista causa abs te tota per summā fraudē & malitiā ficta est? si vadimoniū omnino tibi cum P. Quintio nullū fuit? quo te nomine appellemus? improbū? at etiā si desertum vadimonium esset: tamē in ista postulatione & proscriptione bonorū improbissimus reperiebare. nū malitiosum? negas. fraudulentū? iam id quidē arrogas tibi, & præclarū putas. audacem? cupidū? pfidiosum? vulgaria & obsoleta sunt, res autē noua & inaudita. quid ergo est? vereor mehercule, ne aut grauioribus vtar verbis, q̄ natura fert, aut leuioribus, q̄ causa postulat. Ais esse vadimoniū desertū, quæsiuit a te statim, vt Romā rediit Quintius, quo die vadimoniū istuc factū esse diceres. respōdisti statim nonis Februarii. discedēs in memoriā rediit Quinti⁹ quo die Roma in Gallią profectus sit, ad Ephemeridē reuertit, inuenit dies profectionis, pri die Cal. Februarii. nonis februarii si Romæ fuit, cause nihil dicimus, quin tibi vadimonium promiserit. quid? hoc inueniri qui potest? profectus est vna L. Albius homo cū primis honestus. dicet testimoniū. prosecuti sunt familiares & Albiū & Quintiū. dicēt hi quoq; testimoniū. literę P. Quintii, testes tot, qbus oībus causa iustissima est cur scire potuerint: nulla, cur mētiant, cū a stipulatore tuo cōparabunt. & in hac eiusmodi causa P. Quintius laborabit? & diutius in tanto metu miser periculoq; versabit? & vehemētius eū gratia aduersarii perterrebit, q̄ fides iudicis consolabitur? vixit enim semp inculte atq; horride, natura tristi ac recōdita fuit, non ad solariū, nō in cāpo, non in conuiuiis versatus est. id egit, vt amicos obseruātia, rē parsimonia retineret, antiquā officii rationē dilexit, cui⁹ splēdor oīs his moribus obsoleuit. At si in causa pari discedere inferior videret, tñ esset nō mediocriter cōquerēdū. nūc in causa superiore, ne vt par qdē sit, postulat: īferiorē eē patit: dūtaxat vsq; eo, ne cū bonis, fama, fortunisq; oīb⁹ Sex. Neuii cupiditati crudelitatiq; dedat. Docui qd primū pollicit⁹ sum C. Aqli, causam oīno cur postularet, nō fuisse, q; neq; pecunia debebat: & si maxīe deberet, cōmissum nihil esset, quare ad istā rationē peruenīret. Attende nunc, ex edicto prętoris, bona P. Quintii possidere nullo modo potuisse. Tracta edictum. QVI FRAVDATIONIS CAVSA. Nō est is Quintius, nisi latitarit, q ad negotiū suū relicto procuratore proficiscit. CVI HAERES NON EXTABIT. Ne is quidem. QVI EXILII CAVSA SOLVM VERTERIT. Quo tēpore existimas oportuisse Neui absentē Quintiū defendi? aut quomodo? tū, cū postulabas, vt bona possideres, nemo affuit. neq; em quisq̄ diuinare poterat, te postulaturū. neq; quēq; attinebat id recusare, qd Præ. nō fieri, sed ex edicto suo fieri iubebat. q locus igit absentis defendēdi procuratori primus datus est? cū proscribebas. ergo affuit, nō passus est, libellos deiecit Sex. Alphen⁹. q prim⁹ erat officii grad⁹, seruatus est a procuratore summa cū diligētia. videamus quæ deinde sint consecuta. Hominē P. Quintii deprehendis in publico, conaris abducere, nō patitur Alphenus, vi tibi ademit, curat vt domū reducat ad Quintiū. hic quoq; summe cōstat procuratoris diligētis officiū. Debere tibi dicis Quintiū: procurator negat. vadari vis: promittit. in ius vocas: sequitur. iudiciū postulas: nō recusat. qd aliud sit absentē defendi, ego nō intelligo. At quis erat procurator? credo aliquē eiectū hominē, egētē, litigiosum, improbū, qui posset scurræ diuitis quotidianū conuiciū sustinere. nihil minus. Eques Ro. locuples, sui negotii bene gerēs, deniq; is quē quoties Neuius in Galliā profectus est, procuratorē Romæ reliquit. & audes Sex. Neui negare absentē defensum esse Quintiū, cū eū defenderit idē, q te solebat? & cū is iudiciū accipere pro Quintio, cui tu & rē & famā tuā cōmendare proficiscens, & cōcredere solebas, conaris hoc dicere, neminē extitisse q Quintiū iudicio defenderet? Postulabā inqt vt satisdaret. iniuria postulabas, ita videbare, recusabat Alphen⁹. ita, verū prętor decernebat. tribuni igit appellabātur. hic te inquit teneo, non est istud pati, neq; iudicio defendere, cum auxiliū a tribunis petas. Hoc ego, cum attēdo qua prudētia sit Hortēsius, dicturū esse eū non arbitror: cū aūt antea dixisse audio, & causam ipsam cōsidero, qd aliud dicere possit, nō reperio. fatetur enim libellos Alphenum deiecisse, vadimonium promisisse, iudicium quin acciperet in ea ipsa verba, quę Neuius edebat, nō recusasse: ita tamē more & instituto p eū magistratū, qui auxilii causa constitutus est. Aut hæc facta non sint, necesse est, aut C. Aquilius talis vir iuratus hoc ius in ciuitate cōstituat: cui⁹ procurator nō oīa iudicia acceperit, quę qsq; in verba

Epheme-
ris.

postularit:cuius procurator a Prętore ad Tribunos appellare ausus sit:eũ nõ defendi:eius bona recte possideri posse:ei misero,absenti,ignaro fortunarũ suarũ,omnia vitę ornamenta per summũ dedecus,& ignominiã diripi cõuenire. Qđ si ꝓbari nemini potest:illud certe probari oĩbus necesse est:defensum esse iudicio absentẽ Quintiũ. Quod cũ ita est:ex edicto bona possessa nõ sunt. At enim Tr.pl.ne audierũt quidẽ.fateor,si ita est,procuratorẽ decreto Pr.R.oportuisse parere. Quid si M.Brutus intercessurũ se dixit palã:nisi quid inter ipm Alphenũ & Neuiũ cõueniret? videt ne itercessisse appellatio tribunorũ:nõ morę sed auxilii causa? quid deinde fit? Alphenus vt oẽs intelligere possent:iudicio defendi Quintiũ: nequa subesse posset aliena aut ipsius officio,aut huius existimatione suspitio:viros bonos cõplures aduocat:testat isto audiente,se pro cõmuni necessitudine id primũ pętere:ne qd atrocius in P.Quintiũ absentẽ sine causa facere conetur. sin autẽ inimicissime atq; infestissime cõtendere pseueret:se paratũ esse omni recta atq; honesta ratione defendere. qđ pętat, nõ deberi.se iudicio,id qđ edat,accipere. Eius rei cõditionisq; tabellas obsignauerũt viri boni cõplures.res in dubiũ venire nõ potest.fit rebus omnibus integris,neq; pscriptis,neq; possessis bonis,vt Alphenus ꝓmittat Neuio sisti Quintiũ.venit ad vadimonium Quintius.tacet res in cõtrouersiis isto calumniãte bienniũ:vsq; dũ inueniret,qua ratione res ab vsitata consuetudine recederet:& in hoc singulare iudiciũ causa oĩs cõcluderet. Qđ officiũ Agli cõmorari ꝓcuratoris põt,qđ ab Alpheno pręteritũ esse videat? Quid afferẽ quare P.Quintius absens negat esse defensus? an vero id qđ Hortẽsiũ,qa nuper iniecit:& qa Neuius semp id clamitat:dicturũ arbitror:nõ fuisse Neuio parẽ certationẽ cũ Alpheno,illo tẽpore,illis dominantibus? Quod si velim cõfiteri:illud opinor cõcedẽt:nõ procuratorẽ P.Quintii neminem fuisse:sed gratiosum fuisse. Mihi autẽ ad vincendũ satis est, fuisse ꝓcuratorẽ,quicũ experiri posset.qualis is fuerit:si modo absentẽ defendebat per ius & magistratũ:nihil ad rẽ arbitror pertinere. Erat inquit illarũ partiũ.Quid ni? qui apud te esset educatus:quẽ tu a puero sic instituisses,vt nobili,ne gladiatori quidẽ hęreret:sicut tu semp summe cõcupisti.idẽ volebat Alphenus:ea re tibi cũ eo par cõtentio erat. Bruti inquit erat familiaris.itaq; is intercedebat. Tu cõtra Burrieni:qui iniuriã decernebat:oĩm deniq; illorũ,qui tũ & poterãt p vim & scelus plurimũ:& qđ poterãt id audebãt. An oẽs tu istos vincere volebas: q nũc tu vt vincas tãtopere laborãt? aude id dicere,nõ palã,sed his ipsis quos aduocasti.tametsi nolo eam rem commemorando renouare:cuius omnino rei memoriã omnem tolli funditus ac deleri arbitror oportere. Vnum illud dico:si propter partium studiũ potens erat Alphenus: potentissimus Neuius.si fretus gratia postulabat aliquid iniquius Alphenus:multo iniquiora Neuius impetrabat. Neq; enim inter studiũ vestrũ,quicq̃,vt opinor,interfuit.ingenio, vetusta te,artificio,tu facile vicisti. Vt alia omittã:hoc satis est. Alphenus cum his, & propter eos periit:quos diligebat. Tu postq̃,q tibi erãt amici,nõ poterant vincere:vt amici tibi essent,q vincebant:effecisti. Q; si tum par tibi ius cum Alpheno fuisse non putas,quia tum aliquẽ contra te aduocare poterat:quia magistratus aliquis reperiebat:apud quem Alpheni causa consisteret:quid hoc tẽpore Quintio statuendũ est? cui neq; magistratus adhuc ęquus inuẽtus est:neq; iudiciũ redditũ est vsitatũ:nõ conditio,non sponsio,non deniq; vlla vnq̃ intercessit postulatio,mitto ęqua:verum ante hoc tẽpus, ne fando qdẽ audita. De re pecuniaria cupio contendere,non licet. At ea controuersia est.nihil ad me attinet:causam capitis dicas oportet.accusa:vbi ita necesse est. Non inquit,nisi tu ante nouo modo priore loco dixeris. dicendũ necessario est.restituendę horę ad arbitriũ nostrũ.Iudex ipe arcessetur. Quid tum? tu aliquẽ patronũ inuenies hominẽ ant̃ qui officii:qui splendorẽ nostrũ & gratiã negligat? Pro me pugnabit L.Philippus,eloquentia,grauitate,honore,florentissimus ciuitatis. dicet Hortensius excellens ingenio,nobilitate,existimatione. Aderũt autẽ homines nobilissimi,ac potẽtissimi,quorũ frequentiã & cõsessum nõ modo P.Quintius,qui de capite decernit, sed quiuis, q extra periculũ sit:perhorrescat. Hęc est iniqua certatio:non illa qua tu contra Alphenum equitabas.huic ne vbi consisteret quidem contra te locũ reliquisti. Quare aut doceas oportet:Alphenũ negasse se procuratorẽ esse:nõ deiecisse libellos: iudiciũ accipere noluisse:aut,cũ hęc facta sint:ex edicto te bona P.Quintii nõ possedisse cõcedas. Etem̃ si ex edicto possedisti:q̃ro cur bona nõ venierint? cur cęteri spõsores & creditores nõ conuenerint? nemo ne fuit cui deberet Quinti? fuerũt:& cõplures fuerunt: ꝓpterea q̃ C. frater aliquantum ęris alieni reliquerat. Quid ergo est? hoĩes erãt ab hoc omnes alieniissimi: & his debeba

tur,neq; tñ quisq; inuẽtus est tã insignite improbus,q violare P. Quĩtii existimationẽ absen tis auderet.vnus fuit,affinis,socius,necessarius,Sex.Neuius:qui,cũ ipse vltro deberet,quasi eximio prẽmio sceleris exposito,cupidissime cõtenderet: vt p se afflictũ atq; euersum propin quũ suũ nõ modo honeste partis bonis,verũetiã cõmuni luce priuaret.vbi erãt cęteri credi tores!deniq; hoc tpe vbi sunt!quis est qui fraudatiõis causa latuisse dicat! quis q absentẽ de fensum neget esse Quintiũ!nemo inuenitur.At contra oẽs, quibuscũ ratio huic aut est,aut fuit,assunt:defendunt:fides huius multis locis cognita ne pærfidia Sex. Neuii derogetur:la borant.In huiusmodi spõsionem,testes dare oportebat,ex eo numero:qui hęc dicerẽt, vadi moniũ mihi deseruit:me fraudauit:a me nominis eius,qđ inficiatus esset,diem pętiuit:ego exęriri nõ potui:latitauit:procuratorẽ nullũ reliquit.horũ nihil dicitur.parant testes.qui hęc dicãt.verũ opinor viderimus,cũ dixerint.vnũ tñ hoc cogitẽt: ita se graues esse:vt,si ve ritatem volẽt retinere:grauitatem possint obtinere.si eam negligent: ita leues sint,vt oẽs intelligãt,nõ ad obtinẽdum mẽdaciũ,sed ad verũ probãdum,auctoritatẽ adiuuare.Ego hęc duo quęro,primũ qua rõne Neuius susceptũ negotiũ nõ trãsegerit,hoc est cur bona,quę ex edicto possidebat,nõ vẽdiderit.Deinde cur ex tot creditorib⁹ aliis ad istã rõnẽ nemo acces serit,vt necessario confiteare,neq; eoꝝ tã temerariũ quẽq; fuisse,neq; teipm id qđ turpissime suscepisses,pseuerare & trãsigere potuisse. Quid si tu ipse Sex.Neui statuisti bona P.Quĩtii ex edicto possessa nõ eẽ!opinor tuũ testimoniũ, qđ in aliena re leue esset:id in tua,qm cõtra te est:grauissimũ debet esse.Emisti bona Sex.Alpheni L.Sylla Dictatore vendente:sociũ tibi in huius bonis edidisti Quintiũ.Plura non dico.cũ eo tu voluntariã societatẽ coibas:qui te in hęreditaria societate fraudarat:& eũ iudicio tuo cõprobabas,quẽ spoliatum fama fortu niscq; oĩbus arbitrabare.Diffidebã mehercule C.Aquili satis aio certo & cõfirmato me pos se in hac causa cõsistere:sic cogitabã:cũ contra dicturus esset Hortensius: & cũ esset attente auditurus Philippus:fore vti pærmultis in reb⁹ timore prolaberer. Dicebã huic Q.Roscio, cuius soror est cũ P.Quintio:cũ a me pęteret:& summe cõtenderet:vt propinquũ suũ defen derẽ:mihi pærdifficile esse cõtra tales oratores nõ modo tãtã causam pærorare:sed oĩno ver bum facere conari.cũ cupidius instaret,homini p amicitia familiarius dixi:mihi videri ore durissimo esse,qui prẽsente eo gestũ agere conaretur.qui vero cũ ipso contenderẽt: eos etiã si quid antea recti aut venusti habere visi sunt, id amittere.ne qd mihi eiusmodi accideret: cũ contra talẽ artificẽ dicturus essem:me vereri.Tum mihi Roscius & alia multa confirmã di mei causa dixit,& mehercule si nihil diceret:tacito ipo officio:& studio,qđ habebat erga propinquũ suũ:quẽuis cõmoueret.Etem cũ artifex eiusmodi sit: vt solus dignus videat eẽ: qui in scena spectetur:tum vir eiusmodi est,vt solus dignus videatur: qui eo nõ accedat.Ve rũtamẽ,quid si inquit habes eiusmodi causam,vt hoc tibi planũ fit faciendũ:neminẽ esse,qui possit biduo,ad summũ triduo,septingẽta millia passuũ ambulare:tamẽ ne vereris vt possis hæc cõtra Hortensiũ cõtendere!minime inquã.Sed quid id ad rẽ!Nimirũ inquit in eo causa cõsistit.Quomodo! Docet me eiusmodi rẽ,& factũ simul Sex.Neuii:qđ si solũ proferret,sa tis esse deberet.Qđ,abs te C.Aquili,& a vobis qui adestis in cõsilio, quęso,vt diligẽter attẽ datis:profecto intelligetis,illinc ab initio cupiditatẽ pugnasse,& audaciam:hinc veritatẽ,& pudorẽ,quoad potuerit,restitisse.Bona postulas vt ex edicto possidere liceat,quo die!te ipm Neui volo audire:volo inauditũ facinus,ipsius,qui id cõmisit,voce cõuinci. Dic Neui diẽ. ante.V.Calend.intercalares.bene agis. q̃ lõge est hinc in saltũ vestrũ Gallicanũ!Neui te ro go.DCC.millia passuũ.Optime. De saltu deiicitur Quĩtius,quo die!possum⁹ hoc quoq; ex te audire!quid taces!dic inquã diẽ. pudet dicere. intelligo.verũ & sero , & nequicq̃ pudet. deiicitur de saltu C.Aquili pridie Cal.intercalares.biduo post,aut,vt statim de iure aliquis cõcurrerit:nõ toto triduo.DCC.millia passuũ cõficiũtur.O rem incredibilẽ,O cupiditatem incõsideratã:O nunciũ volucrẽ.at ministri & satellites Sex.Neuii Roma trans Alpeis in Se busianos biduo veniũt.O hoiem fortunatũ:qui eiusmodi nuncios seu potius Pegasos habe Pegasi, at.Hic ego si Crassi oẽs cũ Antoniis existãt:si tu L.Philippe,qui inter illos florebas:hãc cau sam voles cũ Hortensio dicere,tamẽ superior sim necesse est.Nõ em,quẽadmodum putatis: omnia sunt in eloquẽtia.est quędã tamen ita pærspicua veritas,vt eã infirmare nulla res pos sit.an anteq̃ postulasti, vt bona possideres:misisti, q curarẽt vt dominus de suo fundo a sua familia vi deiiceretur! Vtrũlibet elige.alterũ incredibile est:alterũ nefarium,& ante hoc tẽ pus vtrũq; inauditũ.Septingenta millia passuũ vis esse decursa biduo!dic,negas!ante igitur

miſiſti.malo. Si.n.illud diceres, improbe mẽtiri viderere. Cum hoc cõfiteris,id te admiſiſſe concedis,qđ ne mendacio quidẽ tegere poſſis.Hoc cõſiliũ Aquilio & talibus viris tam cupi dum,tam audax,tam temerariũ probabitur!quid hęc amẽtia!quid hæc feſtinatio!quid hæc immaturitas tãta ſignificat!nõ vim!nõ ſcelus!nõ latrocinium!nõ deniq; oñia potius q̃ ius, q̃ officium,q̃ pudorẽ!Mittis iniuſſu Prętoris.quo cõſilio!iuſſum ſciebas!quid!cum iuſſiſſet, tum mittere nõne poteras!Poſtulaturus eras.Quando!poſt dies.XXX.nempe ſi te nihil im pediret,ſi voluntas eadem maneret,ſi valeres,deniq; ſi viueres.Prętor iuſſiſſet. opinor ſi vel let,ſi valeret,ſi ius diceret,ſi nemo recuſaret,qui ex ipſius decreto & ſatiſdaret, & iudicium accipere vellet.Nã per deos immortales ſi Alphenus procurator P.Quintii tibi tum ſatiſda ret,& iudiciũ accipere vellet,deniq; omnia quę poſtulares,facere voluiſſet,quid ageres! re uocares eum quẽ in Galliã miſeras!at hic quidẽ iam de fundo expulſus,iam a ſuis diis pe natibus pręceps eiectus,iam,qđ indigniſſimũ eſt,ſuorum ſeruoꝝ manibus nuncio atq; imperio tuo violatus eſſet . Corrigeres hæc ſcilicet tu poſtea.De cuiuſq̃ vita dicere audes,q̃ hoc concedas neceſſe eſt,ita te cęcũ cupiditate & auaritia fuiſſe,vt cum poſtea quid futurũ eẽt, ignorares,accidere aũt multa poſſent,ſpem maleficii preſentis in incerto reliq̃ tẽporis euẽ tu collocares!Atq; hęc pęrinde loquor,quaſi ipſo illo tẽpore,cũ te Prętor iuſſiſſet ex edicto poſſidere,ſi in poſſeſſionẽ miſiſſes,debueris aut potueris P.Quintiũ de poſſeſſione deturba re.Omnia ſunt C.Aquili eiuſmodi,quiuis vt perſpicere poſſit, in hac cauſa improbitatẽ,& gratiã,cum inopia,& veritate cõtendere.Prętor te quẽadmodum poſſidere iuſſit!opinor ex edicto.Sponſio quę in verba facta eſt!ſi ex edicto Pr. bona P.Quintii poſſeſſa nõ ſunt.redea mus ad edictum,id quidem quẽadmodum iubet poſſidere!nũ quid eſt cauſæ C.Aquili,quin ſi longe aliter poſſedit,q̃ Prętor edixit, iſte ex edicto nõ poſſederit,ego ſpõſione vicerim!ni hil opinor.cognoſcamus edictum. QVI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM VE NERIT. De te loquitur Neui,quemadmodũ tu putas. ais eñ te ex edicto veniſſe.tibi quid facias,deſinit,te iſtituit,tibi p̃cepta dat.EOS ITA VIDETVR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. Quomodo!QVOD IBIDEM RECTE CVSTODIRE POTERVNT,ID IBIDEM CVSTODIANT.QVOD NON POTERVNT,ID AVFERRE ET ABDV CERE LICEBIT.Quid tũ!DOMINVM(inqt) INVITVM DETRVDERE NON PLA CET.eum ipſum,qui fraudandi cauſa latitet:eũ ipſum,quẽ iudicio nemo defendat:eũ ipm, qui cum omnibus creditoribus ſuis male agat,inuitũ de prędio detrudi vetat.proficiſcenti tibi in poſſeſſionẽ Prętor ipſe Sex. Neui palam dicit.ita poſſideto,vt tecum ſimul poſſideat Quintius: ita poſſideto, vt Quintio ius nõ auferatur.Quid! tu id quemadmodũ obſeruas? mitto illud dicere,eũ qui nõ latitarit, cui Romę domus,vxor,liberi, procurator eſſet,eum qui tibi vadimoniũ nõ deſeruiſſet.hæc omnia mitto,illud dico,dñm expulſum eſſe de præ dio,dño a familia ſua manus allatas eẽ ante ſuos lares familiares.hoc dico
Neuiũ ne appellaſſe quidem Quintiũ, cum ſimul eſſet, experiri poſſet quotidie. deinde q̃ o mnia iudicia difficillima cũ ſumma ſua inuidia,maximoq; periculo P. Quintii fieri mallet, q̃ illud pecuniariũ iudiciũ,qđ vno die tranſigi poſſet:ex quo vno hęc oñia nata,& profecta eſſe concedit.Quo in loco cõditionẽ tuli,ſi vellet pecuniã petere,P.Quintiũ iudicatũ ſolui ſatiſdaturũ,dũ ipſe,ſi quid peteret,pari cõditione vteretur. Oſtẽdi q̃ multa ante fieri cõue nerit, q̃ hoĩs propinqui bona poſſideri poſtularent,præſertim cũ Romę domus eius,vxor, liberi eẽnt,& procurator eque vtriuſq; neceſſarius.Docui cũ deſertũ eſſe dicat vadimoniũ,o mnino vadimoniũ nullũ fuiſſe:quo die hũc ſibi pmiſiſſe dicat,eo die ne Romę quidẽ eũ fuiſ ſe.id teſtibus me pollicitus ſum planũ facturũ,qui & ſcire deberẽt,& cauſam cur mẽtirẽtur, nõ haberẽt.Ex edicto aũt nõ potuiſſe bona poſſideri,demõſtraui, q̃ neq; fraudãdi cauſa la titaſſet,neq; exilii cauſa ſolũ vertiſſe diceretur. Reliquũ eſt,vt eũ nemo iudicio defenderit, qđ cõtra copioſiſſime defenſum eſſe cõtendi, nõ ab hoĩe alieno,neq; ab aliquo calũniatore, atq; improbo,ſed ab Equite Ro.ppinquo, & neceſſario ſuo,quẽ ipſe Sex.Neuius pcuratorẽ relinquere antea cõſueſſet.neq; eũ,ſi Tribunos appellarit,idcirco minus iudiciũ pati paratũ fuiſſe:neq; potẽtia procuratoris Neuio ius ereptum.cõtra iſtũ potentia ſua tum tantũmo do ſuperiorẽ fuiſſe,nunc nobis vix reſpirãdi poteſtatẽ dare. Queſiui quæ cauſa fuiſſet,cur bona nõ veniſſent,cũ ex edicto poſſiderent.deinde illud quoq; requiſiui,qua rõne ex tot cre ditoribus nemo neq; tũ idem fecerit,neq; nũc cõtradicat,omneſq; pro P. Quintio pugnẽt, præſertim cum in tali iudicio teſtimonia creditorum exiſtimentur ad rem maxime ptinere.

Postea sum vsus aduersarii testimonio: qui sibi eũ nuper edidit sociũ: quẽ quomodo nũc intendit: ne in viuor̃ quidem numero tũ demõstrat fuisse. Tũ illam incredibilẽ celeritatẽ seu potius audaciam protuli, cõfirmaui necesse esse, aut biduo. DCC. millia passuũ esse decursa, aut Sex. Neuiũ diebus cõpluribus ante in possessionẽ misisse, q̃ postularet, vti ei liceret bona possidere. Postea recitaui edictũ, qđ aperte dominũ de prędio detrudi vetaret: in quo cõstitit Neuiũ ex edicto nõ possedisse, cũ cõsiteretur ex prędio vi detrusum esse Quintiũ. Oĩa autẽ bona possessa nõ esse cõstitui, q̃ bonorũ possessio spectet nõ in aliqua parte, sed in vniuersis, quę teneri ac possideri possint. Dixi Romę domũ fuisse, quo iste ne aspirarit qdẽ: seruos cõplures, ex quibus iste possederit neminẽ, ne attigerit quidẽ. vnũ fuisse quem attingere conatus sit, prohibitũ fuisse, quieuisse. In ipsa Gallia cognostis in prędia priuata Quintii Sex. Neuiũ nõ venisse. Deniq̃ ex hoc ipso saltu, quem per vim expulso socio possedit, seruos priuatos Quintii nõ oms̃ electos esse. Ex quo, & ex ceteris dictis, factis, cogitatisq̃ Sex. Neuii, quiuis põt intelligere istũ nihil aliud egisse, neq̃ nunc agere, nisi vti per vim, per iniuriã, per iniquitatẽ iudicii, totũ agrũ qui cõmunis est, suũ facere possit. Nũc causa perorata, res ipsa & periculi magnitudo C. Aquili cogere videt, vt te, atq̃ eos, q̃ tibi in consilio sunt, obsecret, obtesteturq̃ P. Quintius per senectutẽ ac solitudinẽ suã, nihil aliud, nisi vt vestræ naturę bonitatiq̃ obsequamini: vt cũ veritas cũ hoc faciat, plus huius inopia possit ad misericordiã, q̃ illius opes ad crudelitatẽ. Quo die ad te iudicẽ venimus, eodẽ die illor̃ minas, quas ante horrebamus, negligere cœpimus. Si causa cũ causa cõtenderet, nos nostrã perfacile cuiuis ꝓbaturos statuebamus, q̃ vitæ ratio cũ rõne vitę decerneret. Idcirco nobis etiã magis te iudice opus esse arbitrati sumus. Ea res em̃ nũc †in discrimine versat, vtrũ ne pos- †in discri-
sit se cõtra luxuriẽ, ac licentiã, rusticana illa atq̃ inculta parsimonia defendere, an deforma- men vers.
ta atq̃ ornamẽtis oĩbus spoliata, nuda cupiditati, petulãtięq̃ addicat. Nõ cõparat se tecum gratia P. Quintius Sex. Neui, nõ opibus, nõ facultate cõtẽdit, omnis tuas artes, q̃bus tu magnus es, tibi cõcedit. Fatetur se nõ belle dicere, nõ ad voluntatem loqui posse, nõ ab afflicta amicitia transfugere, atq̃ ad florentẽ aliã deuolare, nõ profusis sumptibus viuere, nõ ornare magnifice splendideq̃ cõuiuiũ, nõ habere domũ clausam pudori & sanctimonię, patẽtem atq̃ adeo expositã cupiditati & voluptatibus. cõtra sibi officiũ, fidẽ, diligentiã, vitã omnino semp horridã, atq̃ aridã cordi fuisse. ista superiora esse, ac plurimũ posse his moribus sentit. Quid ergo est: nõ vsq̃ eo tñ vt in capite fortunisq̃ hoĩm honestissimor̃ dominẽtur hi, qui relicta bonor̃ viror̃ disciplina, & quęstũ & sumptũ Gallonii sequi maluerũt: atq̃ etiã, qđ in illo nõ fuit, cũ audacia perfidiaq̃ vixerũt. Si licet viuere eũ, quem Sex. Neuius nõ vult, si est homini honesto locus in ciuitate inuito Neuio, si fas est respirare P. Quintiũ cõtra nutũ dictionẽq̃ Neuii, si quę pudore ornamẽta sibi peperit, ea potest cõtra petulantiã te defendente obtinere, spes est & hũc miserũ atq̃ infelicẽ aliquãdo tandẽ posse cõsistere. sin & poterit Neuius id qđ libet, & ei libebit qđ nõ licet, quid agendũ est! qui deus appellandus est! cuius hominis fides implorãda est! q̃ deniq̃ questus, qui mœror dignus inueniri in calamitate tanta potest! Miserũ est exturbari fortunis oĩbus: miserius est, iniuria. acerbũ est ab aliquo circũueniri: acerbius, a ꝓpinquo. calamitosum est bonis euerti: calamitosius, cũ dedecore. funestũ est a forti atq̃ honesto viro iugulari: funestius, ab eo cuius vox in pręconio quęstũ prędicit. Indignum est a pari vinci aut superiore: indignius, ab inferiore, atq̃ humiliore. Luctuosum est tradi alteri cũ bonis: luctuosius, inimico. Horribile est cãm capitis dicere: horribilius, priore loco dicere. Omnia circũspexit Quintius, oms̃ periclitatus est C. Aquili: nõ Prętorẽ modo, a quo ius impetraret, inuenire nõ potuit, atq̃ adeo ne vnde arbitratu quidẽ suo postularet, sed ne amicos qdẽ Sex. Neuii, quor̃ sępe & diu ad pedes iacuit stratus, obsecrãs per deos immortales, vt aut secũ iure cõtenderẽt, aut iniuriã sine ignominia sibi ĩponerẽt. Deniq̃ ipsius inimici vultũ superbissimũ subiit, ipsius Sex. Neuii lachrymãs manũ apprehẽdit, in propinquor̃ bonis proscribẽdis exercitatã: obsecrauit per fratris sui mortui cinerẽ, per nomẽ ꝓpinquitatis, per ipsius cõiugem & liberos, q̃bus ꝓpior P. Quintio nemo est, vt aliq̃ misericordiã caperet: aliquã, si nõ ꝓpinquitatis, at ętatis suę, si nõ hoĩs, at humanitatis rõnẽ haberet, vt secũ aliquid integra sua fama, qualibet, dũmodo tolerabili cõditione transigeret. Ab ipso repudiatus, ab amicis eius nõ subleuat9, ab omni magistratu agitatus, atq̃ perterritus, quẽ pręter te appellet, habet neminẽ. tibi se, tibi suas omnis opes fortunasq̃ cõmẽdat, tibi cõmittit existimationẽ ac spem reliquę vitę. Multis vexatus cõtumeliis, plurimis iactat9 iniuriis,

non turpis ad te,ſed miſer cõfugit.e fundo ornatiſſimo deiectus, ignominiis omnibus appe
titus,cũ illũ in ſuis paternis bonis dominari videret,ipſe filię nubili dotẽ conficere nõ poſ
ſet,nihil alienũ tamen vita ſuperiore cõmiſit.Itaq; te hoc obſecrat C.Aquili, vt quã exiſti
mationẽ,quã honeſtatẽ in iudiciũ tuũ propẽ acta iã ętate decurſaq; attulit, eã liceat ei ſecũ
ex hoc loco efferre,ne is,de cuius officio nemo nunq̃ dubitauit,ſexageſimo deniq; anno de
decore,macula,turpiſſimaq; ignominia,notetur,ne ornamentis eius oĩbus Sex.Neuius p
ſpoliis abutatur,ne per te ferat,quo minus quę exiſtimatio P.Quintium vſq; ad ſenectutem
perduxit,eadem vſq; ad rogum proſequatur.

PRO SEX. ROSCIO AMERINO. ORATIO.II.

Cur ipſe dicat.

Exordium

REDO Ego vos Iud.mirari,quid ſit,q; cum tot ſummi oratores homineſq; nobiliſſimi ſedeant,ego potiſſimum ſurrexerim, q neq; ętate,neq; ingenio, neq; auctoritate ſim cũ his qui ſedeant, cõpa
rãdus.Oĩes eĩ hi,quos videtis adeſſe in hac cauſa, iniuriã nouo ſcelere cõflatã putant oportere defendi, defendere ipſi ꝓpter iniq
tatẽ tẽporũ nõ audẽt.ita fit,vt adſint ꝓpterea, q officiũ ſequunt, taceant aũt idcirco,quia periculũ metuũt.Quid ergo?audaciſſim? ego ex oĩbus?minime.at tãto officioſior q̃ ceteri? ne iſtius qdem laudis ita ſum cupidus,vt aliis eã prereptã velim.Quæ me igit res ꝓter ceteros impulit,vt cauſam Sex. Roſcii reciperẽ? quia ſi qs iſto
rum diciſſet, quos videtis adeſſe, in quibus ſumma auctoritas eſt,atq; amplitudo,ſi verbũ de Rep.feciſſet,id qd in hac cauſa fieri neceſſe eſt,multo plura diciſſe,q̃ diciſſet,putaretur. Ego etiã ſi oĩa quę dicẽda ſunt,libere dixero,nequaq̃ tamen ſimiliter oratio mea exire, atq; in vulgus emanare poterit. Deinde q ceterorũ neq; dictũ obſcurũ poteſt eſſe ꝓpter nobili
tatẽ,& amplitudinẽ,neq; temere dicto cõcedi ꝓpter ętatẽ & prudentiã. Ego fiqd liberius di xero,vel occultũ eſſe ꝓpterea, q nondũ ad Rẽpu.acceſſi,vel ignoſci adoleſcentię meę pote rit.tametſi nõ modo ignoſcendi ratio,verũ etiã cognoſcendi cõſuetudo iã de ciuitate ſubla ta eſt.Accedit illa quoq; cauſa,q a cæteris forſitan ita petitũ ſit vt dicerẽt,vt vtrũuis ſaluo officio ſe facere poſſe arbitrarent:a me aũt ii cõtenderũt,qui apud me,& amicitia, & benefi ciis,& dignitate plurimũ poſſunt:quorũ ego neq; beneuolẽtiã erga me ignorare, nec aucto ritatẽ aſpernari,nec voluntatẽ negligere debeã.His de cauſis ego huic cauſę patronus exti ti,non electus vnus,qui maximo ingenio,ſed relictus ex omnibus , q minimo periculo poſ ſem dicere:neq; vtiq; ſatis firmo preſidio defenſus Sex.Roſcius,verũ vti ne omnino deſertus eẽt.Forſitã quęratis qui iſte terror ſit,& q̃ tãta formido,quę tot ac taleis viros ĩpediat,quo minus pro capite & fortunis alterius,quẽadmodũ cõſueuerũt,cauſam velint dicere.qd ad huc vos ignorare nõ mirũ eſt, propterea q cõſulto ab accuſatoribus,eius rei quæ cõflauit hoc iudiciũ,mẽtio facta nõ eſt.Quę res ea eſt?bona patris huiuſce Sex.Roſcii,quę ſunt ſexa gies,quę de viro clariſſimo & fortiſſimo L.Sylla,quẽ honoris cauſa nomino,duobus millí bus nummũ ſeſe dicit emiſſe adoleſcẽs vel potẽtiſſimus hoc tẽpore noſtrę ciuitatis L. Cor nelius Chryſogonus.Is a vobis Iud.hoc poſtulat,vt quoniã in alienã pecuniã tã plenã, atq; preclarã nullo iure inuaſerit,quoniãq; ei pecunię vita Sex.Roſcii obſtare,atq; officere videa tur,deleatis ex animo ſuo ſuſpitionẽ oẽm,metũq; tollatis.ſeſe hoc ĩcolumi nõ arbitrat hu ius innocẽtis patrimoniũ tam amplũ & copioſum poſſe obtinere:dãnato & eiecto, ſperat ſe poſſe qd adeptus eſt per ſcelus,id per luxuriã effundere,atq; cõſumere. Hũc ſibi ex aĩo ſcru pulũ,qui ſe dies noctesq; ſtimulat,ac pũgit,vt euellatis poſtulat, vt ad hãc ſuã prędã tã ne fariã adiutores vos ꝓfiteamini.Si vobis equa & honeſta poſtulatio videt Iudices,ego cõtra breuẽ poſtulationẽ affero,&(quomodo mihi perſuadeo)aliquãto equiorẽ.Primũ a Chryſo gono peto,vt pecunia fortuniſq; noſtris cõtentus ſit,ſanguinẽ & vitã ne petat. Deinde a vo bis Iudices,vt audaciũ ſceleri reſiſtatis,innocẽtiũ calamitatẽ leuetis,& in cauſa Sex.Roſcii, periculũ qd in omnes intẽditur,propulſetis. Q si aut cauſa criminis,aut facti ſuſpitio, aut quęlibet deniq; vel minima res reperietur, quamobrem videantur illi nõnihil tamen in defe rendo noĩe ſecuti:poſtremo ſi preter eam prædã, quã dixi,quicq̃ aliud cauſę inueneritis,nõ recuſam? quin illoꝝ libidini Sex.Roſcii vita dedatur.ſin aliud agitur nihil, niſi vt iis ne qd deſit,quibus ſatis nihil eſt, ſi hoc ſolũ hoc tẽpore pugnatur,vt ad illã opimã preclarãq; prę

dã damnatio Sex. Roscii velut cumulus accedat, nõne cũ multa indigna, tũ vel hoc indignissimũ est, vos idoneos habitos, per quorũ sententias, iusq; iurandũ id assequantur, qđ antea ipsi scelere & ferro assequi consuerunt: qui ex ciuitate in senatũ propter dignitatẽ, ex senatu in hoc cõsiliũ delecti estis propter seueritatẽ, ab his hoc postulare homines sicarios, atq; gladiatores, nõ modo vt supplicia vitent, quę a vobis pro maleficiis suis metuere atq; horrere debent, verũ etiã vt spoliis Sex. Roscii hoc iudicio ornati auctiq; discedãt! His de rebus tantis, tamq; atrocibus, neq; satis me cõmode dicere, neq; satis grauiter cõqueri, neq; satis libere vociferari posse, intelligo. Nã cõmoditati ingeniũ, grauitati ętas, libertati tẽpora sunt impedimẽto. Huc accedit summus timor, quẽ mihi natura pudorq; meus attribuit, & vestra dignitas, & vis aduersariorũ, & Sex. Roscii pericula. Quapropter vos oro, atq; obsecro Iudices vt attẽte bonaq; cũ venia verba mea audiatis. Fide sapiẽtiaq; vestra fretus, plus oneris sustuli, q̃ ferre me posse intelligo. Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, ferã vt potero studio & industria Iudices. Sin a vobis (id qđ nõ spero) deserar, tamẽ animo nõ deficiã, & id qđ suscepi, quoad potero, pferã. Qđ si pferre non potero, opprimi me onere officii malo, q̃ id qđ mihi cũ fide semel impositũ est, aut ꝑpter pfidiã abiicere, aut ꝑpter infirmitatẽ animi, deponere. Te quoq; magnopere M. Fãni quæso, vt qualẽ te iã antea Populo Ro. ꝓbuisti, cum huic idẽ q̃stioni iudex preesses, talẽ te & nobis & P. R. hoc tẽpore impertias. Quãta multitudo hominũ cõuenerit ad hoc iudiciũ, vides: quę sit oĩm mortaliũ expectatio, q̃ cupiditas, vt acria ac seuera iudicia fiant, intelligis. Longo interuallo iudiciũ inter sicarios hoc primũ cõmittitur, cũ interea cędes indignissimę maximęq; factę sunt. Omnes hãc q̃stionem te ꝓtore manifestis maleficiis, quotidianoq; sanguine demissius spẽrãt futurã. Qua vociferatione in cæteris iudiciis accusatores vti cõsueuerũt, ea nos hoc tẽpore vtimur, qui causam dicimus. Petimus abs te M. Fanni, a vobisq; Iud. vt q̃acerrime maleficia vindicetis, vt q̃fortissime hominibus audacissimis resistatis, vt hoc cogitetis, nisi in hac causa, qui vester animus sit, ostendetis, eo prorũpere hominũ cupiditatẽ, & scelus, & audaciã, vt nõ modo clã, verũ etiã hic in foro, ante tribunal tuũ M. Fanni, ante pędes vestros Iudices, inter ipsa subsellia, cędes futurę sint. Et eñ quid aliud hoc iudicio tentat, nisi vt id fieri liceat! Accusant ii, qui in fortunas huius inuaserũt. Causam dicit is, cui ꝑter calamitatẽ nihil reliquerũt. Accusant ii, qbus occidi patrẽ Sex. Roscii bono fuit. Causam dicit is, cui nõ modo luctũ mors patris attulit, verũ etiã egestatẽ. Accusant ii, q hũc ipsum iugulare summe cupierũt. Causam dicit is, qui etiã ad hoc ipm iudiciũ cũ ꝑsidio venit, ne hic ibidem ante oculos vestros trucideť. Deniq; accusant ii, quos populus poscit. Causam dicit is, q vnus relictus ex illorũ nefaria cęde restat. Atq; vt facilius intelligere possitis Iud. ea quę facta sunt indigniora esse, q̃ hęc quę dicimus, ab initio res quẽ admodũ gesta sit, vobis exponemus: quo facilius, & huius hominis innocẽtissimi miserias, & illorũ audaciã cognoscere possitis, & Reip. calamitatẽ. Sex. Roscius pater huiusce, municeps Amerinus, fuit cũ genere, & nobilitate, & pecunia nõ modo sui municipii, verũ etiã ei? vicinitatis facile primus, tũ gratia, atq; hospitiis florẽs hominũ nobilissimorũ. Nã cũ Metellis, Seruiliis, Scipionibus, erat ei nõ modo hospitiũ, verũ etiã domesticus vsus & cõsuetudo. Quas (vt æquũ est) familias honestatis amplitudinisq; gratia nomino. Itaq; ex suis omnibus cõmodis hoc solũ filio reliqt. Nã patrimoniũ domestici prædones vi ereptũ possident, fama & vita innocẽtis ab hospitibus amicisq; paternis defendit. Hic cũ omni tempore nobilitatis fautor fuisset, tũ hoc tumultu ꝓximo, cũ oĩm nobiliũ dignitas & salus in discrimen veniret, pręter cæteros in ea vicinitate eã partẽ causamq; opera, studio, auctoritate defendit. Etenim rectũ putabat, pro eorũ honestate se pugnare, ꝑpter quos ipse honestissimus inter suos numerabať. Posteaq̃ victoria cõstituta est, ab armisq; recessimus, cũ proscriberenť hoies, atq; ex omni regione caperenť ii, q aduersarii fuisse putabanť, erat ille Romę frequẽs, atq; in foro, & in ore oĩm quotidie versabať, magis vt exultare victoria nobilitatis videreť, q̃ timere ne qd ex ea calamitatis sibi accideret. Erãt ei veteres inimicitię cũ duobus Rosciis Amerinis, quorũ alterum sedere in accusatorũ subselliis video, alterũ tria huiusce prædia possidere audio. Quas inimicitias si tã cauere potuisset, q̃ metuere solebat, viueret. Neq; eñ Iud. iniuria metuebat. Nam duo isti sunt Titi Roscii, quorum alteri Capitoni cognomen est: iste q adest, Magnus vocať. Hoies eiusmodi, alter plurimarum palmarũ vetus ac nobilis gladiator habetur. Hic aũt nuper se ad eũ lanistã cõtulit, qui, cũ ante hanc pugnã tiro esset, quod sciam, facile ipsum magistrum scelere, audaciaq; superauit. Nam cũ hic Sex. Roscius esset Amerię, Titus

Captatio benęuolentiæ ab auditorũ persona

Amplificatio

Amplificatio Articulus Correctio

Articulus

Oratio

Balneę Palatinę.

alter iſte Roſcius Romę,cũ hic filius aſſiduus in prędiis eſſet, cũq; ſe volũtate patris rei familiari vitęq; ruſticę dediſſet,iſte aũt frequens Romę eſſet,occiditur ad balneas Palatinas re diens a cœna Sex.Roſcius.Spero ex hoc ipſo nõ eſſe obſcurũ,ad quem ſuſpitio maleficii pertineat.Verũ id qđ adhuc eſt ſuſpitioſum, niſi perſpicuum res ipſa fecerit, hunc affinem cul pę iudicatote.Occiſo Sex.Roſcio primus Ameriã nunciat Manlius Glaucia quidam, homo tenuis,libertinus,cliens,& familiaris iſtius Titi Roſcii:& nunciat domũ, non filii, ſed Titi Capitonis inimici.Et cũ poſt horam primã noctis occiſus eſſet,primo diluculo nuncius hic

Ciſia.

Ameriã venit,decem horis nocturnis ſex & quinquaginta millia paſſuũ ciſiis peruolauit,nõ modo vt exoptatũ inimico nunciũ primus afferret,ſed etiã cruorẽ inimici q̃recẽtiſſimũ,tepidumq; pauloante e corpore extractũ oſtenderet.Quatriduo,quo hęc geſta ſunt,res ad Chryſogonum in caſtra L.Syllę Volaterras defertur,magnitudo pecuniæ demonſtratur, bonitas prædiorum(nam fundos decem & tres reliquit,q̃ Tyberim fere omnes tangunt)huius copia,& ſolitudo,cõmemoratur.Demonſtrant cũ pater huiuſce Sex.Roſcius homo tam ſplendidus,& gratioſus,nullo negotio ſit occiſus,perfacile hunc hominẽ incautum,& ruſticũ,& Romæ ignotum de medio tolli poſſe.Ad eam rem operã ſuã pollicentur.Ne diutius teneam

Coitur ſocietas.

Iud.ſocietas coitur.Cũ iam proſcriptionis mentio nulla fieret, & cũ etiam qui antea metuerant,redirent,ac iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur, hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis manceps fit Chryſogonus,tria prædia vel nobiliſſima Capitonis propria traduntur, quæ hodie poſſidet:in reliquas omnes fortunas iſte Titus Roſcius nomine Chryſogoni,quẽadmodum ipſe dicit,impetum facit.Hæc bona.lx.HS.emunt duobus millibus nummum.Hæc omnia Iud.imprudente L.Sylla facta eſſe certo ſcio.Neq; enim mirum, cum eodem tempore & ea quæ præterita ſunt,& ea quę videntur inſtare,pręparet,cũ & pacis conſtituendæ rationem,& belli gerendi poteſtatem ſolus habeat,cum omnes in vnũ ſpectent, vnus omnia gubernet,cum tot tãtiſq; negotiis diſtentus ſit,vt reſpirare libere non poſſit,ſi aliquid nõ animaduertat,cum pręſertim tam multi occupationẽ eius obſeruent,tempuſq; aucupentur,vt ſimul atq; ille deſpexerit,aliquid huiuſcemodi molianť.Huc accedit,q̃ q̃uis ille felix ſit,ſicut eſt,tamen in tanta felicitate nemo poteſt eſſe in magna familia,qui neminẽ neq; ſeruũ neq; libertum improbum habeat.Interea iſte Titus Roſcius vir optim⁹, procurator Chryſogoni,

Perditus luctu.

Ameriã venit,in prędia huius inuadit:hunc miſerũ,luctu perditum, qui nondũ etiã paterno funeri iuſta ſoluiſſet,nudũ eiecit domo,atq; focis patriis diiſq; pœnatibus præcipitẽ Iudices exturbat,ipſe ampliſſimę pecuniæ fit dominus. Qui in ſua re fuiſſet egentiſſimus,erat (vt fit)inſolẽs in aliena.Multa palã domũ ſuam auferebat,plura clam de medio remouebat,

Auctio.

non pauca ſuis adiutoribus large effuſeq; donabat,reliqua cõſtituta auctione vendebat.Qđ Amerinis vſq; eo viſum eſt indignum,vt vrbe tota fletus gemituſq; fieret.Etenim multa ſimul ante oculos verſabantur:mors hominis florentiſſimi Sex.Roſcii crudeliſſima:filii autẽ eius egeſtas indigniſſima,cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius, ne iter quidem ad ſepulcrum patrium reliquiſſet : bonorum emptio,flagitioſa poſſeſſio,furta,rapinę, donationes.Nemo erat qui non ardere omnia mallet,q̃ videre in Sex.Roſcii viri optimi,atq; honeſtiſſimi bonis iactãtem ſe,ac dominãtem T.Roſcium. Itaq; decurionum decretum ſtatim fit, vt decem primi proficiſcantur ad L.Syllam,doceantq; eum,qui vir Sex.Roſcius fuerit: conquerantur de iſtorum ſcelere & iniuriis:orent,vt & illius mortui famam, & filii innocentis fortunas conſeruatas velit.Atq; ipſum decretum quæſo cognoſcite. DECRETVM DECVRIONVM. Legati in caſtra veniunt.Intelligit Iud. id quod iam ante dixi,imprudente L.Sylla ſcelera hæc,& flagitia fieri.nam ſtatim Chryſogonus,& ipſe ad eos accedit,& homines nobiles allegat iis,qui peterent ne ad Syllam adirent,& omnia Chryſogono cũ quę vellent,eſſe facturum pollicerẽtur.Vſqueadeo autem ille pertimuerat,vt mori mallet,q̃ de

Antiq homines.

his rebus Syllam doceri.Homines antiqui,qui ex ſua natura cæteros fingerent,cum ille confirmaret,ſeſe nomen Sex.Roſcii de tabulis exempturum,prædia vacua filio traditurum, cũq; id ita futurum T.Roſcius Capito,qui in X.legatis erat,adpromitteret,crediderunt,Ame

Procraſtinare.

riam re inorata reuerterunt.Ac primo rem differre quotidie, ac procraſtinare iſti cœperũt: deinde aliquanto lentius, nihil agere, atq; deludere: poſtremo (id quod facile intellectum eſt)inſidias vitę huiuſce Sex.Roſcii parare,neq; ſeſe arbitrari poſſe diutius alienam pecuniam domino incolumi obtinere. Quod is ſimulatq; ſenſit, de amicorum cognatorumq; ſententia Romam confugit, & ſeſe ad Cęciliam nepotis filiam, quam honoris cauſa nomino,

contulit,qua pater vsus erat plurimũ.In qua muliere Iud.etiã nunc,id quod omnes semper existimauerunt,quasi exẽpli causa vestigia antiqui officii remanent.Ea Sex. Roscium inopẽ, eiectum domo,atq; expulsum ex suis bonis,fugientem latronum tela, & minas,recepit domum,hospitiq; oppresso iam,desperatoq; ab omnibus,opitulata est. Eius virtute,fide,diligentia,factum est,vt hic potius viuus in reos,q̃ occisus in proscriptos referretur. Nã postq̃ isti intellexerunt summa diligentia vitam Sex.Roscii custodiri,neq; sibi vllam cædis faciũdę potestatem dari, consilium ceperunt plenum sceleris, & audaciæ,vt nomen huius de parricidio deferrent,vt ad eam rem aliquẽ accusatorem veterem compararent, qui de ea re posset dicere aliquid,in qua re nulla subesset suspitio . deniq; vt quoniam crimine non poterãt, tempore ipso pugnarent.Ita loqui homines, q̃ iudicia tamdiu facta non essent, condemnari eum oportere,qui primus in iudiciũ adductus esset.Huic autem patronos ꝓpter Chrysogoni gratiam defuturos.De bonorum venditione, & de ista societate verbũ esse facturũ neminẽ.Ipso nomine parricidii,& atrocitate criminis,fore,vt hic nullo negotio tolleretur, cum ab nullo defensus esset.Hoc consilio,atq; adeo hac amentia impulsi,quẽ ipsi, cum cuperent, non potuerũt occidere,eũ iugulandũ vobis tradiderunt.Quid primũ querar!aut vnde potissimũ exordiar Iud!aut qđ,aut a quibus auxiliũ pętã! Deorũ ne immortaliũ! populi ne Romani!vestrã ne,qui summã potestatẽ habetis,hoc tempore fidẽ implorẽ! Pater occisus nefarie,domus obsessa,ab inimicis bona adempta,possessa,direpta:filii vita infesta,sępe ferro atq; insidiis appętita.quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videt! tamen hæc aliis nefariis cumulant,atq; adaugent.Crimen incredibile confingũt, testes in hunc & accusatores huiusce pecunia comparant,hanc conditionẽ misero ferunt,vt optet,vtrũ malit ceruices Roscio dare,an insutus in culeũ suppliciũ parricidarũ,per summũ dedecus vitam amittere! Patronos huic defuturos putauerũt,desunt.Qui libere dicat, qui cũ fide defendat, id qđ in hac causa est satis,quoniã quidẽ suscepi,non deest profecto Iudices.Et forsitã in suscipiẽda causa temere impulsus adolescentia fecerim : quoniã quidẽ semel suscepi, licet Hercules vndiq; omnes in me terrores,periculaq; impẽdeãt omnia,succurrã,atq; subibo.Certũ est,deliberatũq;,quę ad causam pertinere arbitror,omnia nõ modo dicere,verũ etiã libẽter,audacter, libereq; dicere.Nulla res tãta existat Iudices,vt possit vim mihi maiorẽ adhibere metus,q̃ fides.Etenim quis tã dissoluto animo est,qui hæc cũ videat,tacere ac negligere possit!patrẽ meũ,cũ proscriptus non esset,iugulastis:occisum,in proscriptorũ numerũ retulistis, me domo mea per vim expulistis,patrimoniũ meũ possidetis,qd vultis amplius!etiã ne ad subsellia cũ ferro atq; telis venistis,vt hic aut iuguletis,aut condemnetis Sex.Roscio!Hominẽ longe audacissimũ nuper habuimus in ciuitate C. Fimbriam, & quod inter omnes constat, nisi inter eos,q ipsi quoq; insaniunt,insanissimum.Is cum curasset in funere C.Marii,vt Q. Scæuola vulneraretur,vir sanctissimus atq; ornatissimus nostræ ciuitatis,de cuius laude neq; hic locus est vt multa dicantur,neq; plura tamen dici possunt,q̃ Populus Romanus memoria retinet,dixit Sceuolæ dixit,posteaq̃ comperit eum posse viuere. Cum ab eo quæreretur, quid tandem accusaturus esset eum,quem pro dignitate ne laudare quidem quisq̃ satis commode posset! aiunt hominem(vt erat furiosus)respondisse,q̃ non totum telum corpore recepisset. Quo Populus Romanus nihil vidit indignius, nisi eiusdem viri mortem. quæ tantum potuit,vt omnes ciues suos perdiderit & afflixerit . Quos quia seruare per compositionem volebat, ipse ab his interẽptus est.Est ne hoc illi dicto atq; facto Fimbriæ non simillimum!Accusatis Sex.Roscium. Quid ita! quia de manibus vestris effugit, quia se occidi passus non est.Illud quia in Sceuola factum est,magis indignum videtur.Hoc,quia fit a Chrysogono,non est ferendum.Nam per deos immortales,quid est in hac causa quod defensionis indigeat! qui locus ingenium patroni requirit!aut oratoris eloquentiam magnopere desiderat! Totam causam Iud.explicemus, atq; ante oculos expositam consideremus . Ita facillime quæ res totum iudicium contineat,& quibus de rebus nos dicere oporteat,& quid vos sequi conueniat,intelligetis. Tres sunt res quantum ego existimare possum, quæ obstent hoc tẽpore Sex. Roscio,crimen aduersariorum, & audacia , & potentia . Criminis confictionem accusator Erucius suscepit.Audaciæ partes, Roscii sibi popposcerunt.Chrysogonus autem is, qui plurimum potest, potentia pugnat . De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo . Quid igitur est ? non eodem modo de omnibus . Ideo , q̃ prima illa res ad meum officium pertinet , duas autem reliquas vobis Populus Romanus imposuit . Ego crimen

Cõparant accusatores pecunia

Fimbria.

Q. Scæuolę laus.

oportet diluam: vos & audacię resistere, & hominũ eiusmodi pernicioſam atq; intolerandã potentiã primo quoq; tẽpore extinguere atq; opprimere debetis. Occidisse patrẽ Sex. Roſcius arguitur. Sceleſtũ dii immortales ac nefariũ facinus, atq; eiusmodi, quo vno maleficio sce lera omnia cõplexa esse videant. Etem̃ si id qđ præclare a sapientibus dicitur, vultu sępe lædi tur pietas, qđ supplicĩũ satis acre reperietur in eũ, qui mortẽ obtulerit parenti? pro quo mo ri ipsum, si res postularet, iura diuina atq; humana cogebant. In hoc tãto, tã atroci, tã singu lari maleficio, qđ ita raro extitit, vt, siquando auditũ sit, portenti ac prodigii simile numere tur, quibus tandẽ te C. Eruci argumẽtis accusatorẽ censes vti oportere? nonne & audaciam eius, qui in crimen vocetur, singularem ostendere, & mores feros, immanẽq; naturã, & vitã vitiis flagitiisq; omnibus deditam, & denique omnia ad pernicie̊ pfligata atq; pdita? quorũ tu nihil in Sex. Roſciũ, ne obiiciendi quidẽ causa contulisti. Patrẽ occidit Sex. Roſcius. Qui ho mo? Adoleſcẽtulus corruptus, & ab hominibus nequã inductus? annos natus magis q̃dra ginta. Vetus videlicet ſicarius, homo audax, & sępe in cęde versat? at hoc ab accusatore ne dici quidẽ audistis. Luxuries igitur hominẽ nimirum, & æris alieni magnitudo, & indomitę animi cupiditates, ad hoc scelus impulerunt. De luxuria purgauit Erucius, cũ dixit, hũc ne in conuiuio qdẽ vllo fere interfuisse, nihil autẽ vnq̃ debuit. Cupiditates porro quę possunt esse in eo, qui (vt ipse accusator obiecit) ruri semper habitarit, & in agro colẽdo vixerit? quę vita maxime disiuncta a cupiditate, & cũ officio coniuncta. Quę res igitur tantũ istũ furorẽ Sex. Roſcio obiecit? Patri inquit non placebat. Patri non placebat? quam ob causam? Neceſſe est enim eã quoq; iustã, & magnã, & perspicuã fuisse. Nã vt illud incredibile est, mortẽ obla tam esse patri a filio, sine plurimis, & maximis causis, sic hoc verisimile nõ est, odio fuisse pa renti filiũ sine causis multis, & magnis, & neceſſariis. Rursus igitur eodẽ reuertamur, & quę ramus, quę tanta vitia fuerint in vnico filio, quare is patri displiceret. At perspicuũ est, nul lũ fuisse. Pater igitur amens: q odisset eũ sine causa, quem procrearat. At is quidem fuit oĩm constantissimus. Ergo illud iam perspicuũ profecto est, si neq; amẽs pater, neq; perditus filius fuerit, neq; odii causam patri, neq; sceleris filio fuisse. Neſcio inquit quę causa odii fuerit, fu isse odiũ intelligo: qa antea, cũ duos filios haberet, illũ alterũ, q mortuus est, secũ omni tem pore volebat esse, hũc in prędia rustica relegarat. Qđ Erucio accidebat in mala nugatoriaq; accusatione, idem mihi vsu venit in causa optima. Ille quomodo crimen cõmentitiũ confir maret, non inueniebat: ego res tã leues, qua ratione infirmẽ, ac diluam, reperire nõ possum. Quid ais Eruci? tot prædia, tã pulchra, tam fructuosa Sex. Roſcius filio suo relegationis, ac supplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat? quid hoc? Patres familiæ, qui liberos habẽt, p̃ sertim homines illius ordinis, ex municipiis rusticanis, nonne optatissimũ sibi putant esse, fi lios suos rei familiari maxime seruire? & in prędiis colẽdis operę plurimũ studiiq; cõsumere?

Amãdare. An amandarat hũc sic, vt esset in agro, ac tãtũmodo aleretur ad villã? vt cõmodis omnibus careret? quid si constat, hũc nõ modo colendis prędiis prępuisse, sed certis fundis patre viuo

Vita atten ta. fruí solitũ esse? tamẽ ne hęc attenta vita & rusticana, relegatio atq; amandatio appellabitur? Vides Eruci quantũ distet argumẽtatio tua ab re ipsa, atq; a veritate. Qđ consuetudine pa tres faciunt, id quasi nouũ reprehẽdis. Qđ beneuolentia fit, id odio factũ criminaris. Qđ ho noris causa pater filio suo concesserit, id eũ supplicii causa feciſſe dicis. Neq; hęc tu non intelli gis, sed vsq; eo quid arguas, non habes, vt nõ modo tibi cõtra nos dicendũ putes, verũ etiã contra rerũ naturam, contraq; consuetudinẽ hominũ, contraq; opiniones omnium. At enim cũ duos filios haberet, alterũ a se nõ dimittebat, alterũ ruri esse patiebatur. Quęso Eruci vt hoc in bonã partem accipias, non em̃ exprobrandi causa, sed cõmonendi gratia dicã. Si tibi fortuna non dedit vt patre certo nascerere, ex quo intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset, at natura certe dedit, vt humanitatis nõ parũ haberes. Eo accessit studiũ doctri næ, vt ne a literis quidem alienus esses. Quid tãdẽ tibi videt (vt ad fabulas veniamus) senex ille Cęcilianus minoris facere Eutychũ filiũ rusticũ, q̃ illum alterũ Cherestratũ? nam vt opi nor hoc nomine est. Alterũ in vrbe secũ honoris causa habere? alterũ rus supplicii causa re legasse? Quid ad istas ineptias abis, inges? quasi vero mihi difficile sit, q̃uis multos nomina tim proferre (ne longius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, qui suos liberos, quos pluri

Comici fi gmẽti cau sa. mi faciũt, agricolas assiduos esse cupiunt. Verũ homines notos sumere odioſum est, cũ & il lud incertũ sit, velint ne hi sese nominari: & nemo vobis magis notus futurus sit, q̃ est hic Eutychus: & certe ad rem nihil interſit, vtrũ hũc ego comicũ adoleſcẽtẽ, an aliquẽ ex agro

Parricidii imanitas.

Veiente nomínem. Etenim hæc confícta arbítror a poetis esse, vt effictos nostros mores in alienis pærsonis, expressamq; imaginem nostram vitæ quotídianæ víderemus. Age nũc, refer animum sis ad veritatem, & considera non modo in Vmbría, atq; in ea vicinitate, sed in his veteribus municipiis, quæ studia a patribusfamílias maxime laudentur: iam profecto te intelliges inopia críminum, summam laudem Sex. Roscio vitio & culpæ dedísse. At non modo hoc patrum voluntate liberi faciunt, sed pærmultos & ego nouí, & (nísi me fallit animus) vnusquísq; vestrum, qui & ipsi incensi sunt studio, quod ad agrum colendũ attinet, vitamq; hanc rusticam, quam tu probro & crimini putas esse oportere, & honestíssimam, & suauíssimam esse arbitrãtur. Quid censes hunc ipsum Sex. Roscium, quo studio, & qua intelligentia esse in rusticis rebus? vt ex iis propinquis eius hominibus honestíssimis audio, non tu in isto artificio accusatorio callídior es, q̃ hic in suo. Verum, vt opinor, quoniam ita Chrysogono vídetur, qui huic nullũ prædium reliquit, & artificium obliuíscatur, & studium deponat, licebit. Quod tametsi miserũ, & indignũ est, feret tamen æquo animo Iudices, si pær vos vitam & famam potest obtinere. hoc vero est, quod ferrí non potest, si & in hãc calamitatem venit propter prædiorum bonitatẽ, & multitudinẽ, & q̃ ea studiose coluit, id erit ei maxime fraudi: vt parũ míseriæ sit, q̃ aliis coluit, nõ sibi, nísi etiã q̃ omnino coluit, crimini fuerit. Nę tu Eruci accusator esses ridículus, si illis tẽporibus natus esses, cũ ab aratro arcessebant̃, q̃ cõsules fierent. Etenim qui prę̃esse agro colendo flagitiũ putes, profecto illum Attiliũ, quem sua manu spargentẽ semen, qui missi erant conuenerũt, hominẽ turpíssimũ, atq; inhonestíssimũ iudicares. At hercule maiores nostri longe aliter, & de illo, & de cæteris talibus viris existimabãt. itaq; ex minima tenuíssimaq; R. P. maximã & florẽtíssimã nobis reliquerũt. Suos em̃ agros studiose colebãt, nõ alienos cupide appętebãt. Quibus rebus, & agris, & vrbibus, & nationibus, Remp. atq; hoc imperiũ, & P. Ro. nomẽ auxerunt. Neq; ego hæc eo profero, quo cõ ferenda sint cũ hísce, de q̃bus nunc quærimus: sed vt illud intelligat̃, cum apud maiores nostros summi viri, clarissímiq; hoies, qui omni tẽpore ad gubernacula Reip. sedere debebant, tamen in agris quoq; colendis aliquantũ operæ tẽporisq; consumpserint, ignosci oportere ei homini, q̃ se fateatur esse rusticũ, cum ruri assíduus sęmper vixerit. cũ præsertim nihil esset, quod aut patri gratius, aut sibi iucũdius, aut re vera honestius facere posset. Odium igitur acerrimum patris in filium ex hoc opinor ostendit̃ Eruci, q̃ hunc ruri esse patiebatur. nunquid est aliud? Immo vero inquit est. nam istum exhęredare in animo habebat. Audio. nũc dícis aliquid, quod ad rem pertineat. Nam illa opinor tu quoq; cõcedís leuia esse atq; inepta. conuiuia cũ patre non ínibat: quippe qui ne in oppidũ quidẽ nísi pærraro veníret. domũ suã istum non fere quisq̃ vocabat. nec mirũ, qui neq; in vrbe viueret, neq; †rure vocaturus esset. Verũ hæc quoq; tu intelligis esse nugatoria. Illud quod cœpimus, videamus, quo certíus argumentum odii reperíri nullo modo potest. Exhæredare pater filiũ cogitabat. Mitto quærere, qua de causa. quæro, qui scias? tametsi te dicere, atq; enumerare causas omneis oportebat, & id erat certi accusatoris officiũ, qui tãti sceleris argueret, explicare oĩa vítia, atq; pęccata filii, q̃bus incensus parẽs potuerit animũ inducere, vt naturã ipsam vinceret, vt amorẽ illum pęnitus insitũ eíiceret ex animo, vt deniq; patrem esse sese obliuísceretur. quæ sine magnis huiusce pęccatis accidere potuísse non arbitror. Verum concedo tibi, vt ea prætereas, quæ cum taces, nulla esse concedís. Illum quidẽ voluísse exhæredare, certe tu planum facere debes. quid ergo affers, quare id factũ putemus? vere níhil potes dicere. fínge aliquid saltẽ cõmode, vt ne plane videaris id facere, q̃d apęrte facis, huius míseri fortunis, & horũ virorũ tam̃ liũ dignitati illudere. Exhęredare filiũ voluit. quã ob causam? nescio. exhæredauit ne? non. q̃s prohíbuit? cogitabat. cogitabat? cui dixit? nemini. Quid est aliud iudício, ac legibus, ac maiestate vestra abuti ad quęstum, atq; ad líbidinem, nísi hoc modo accusare, atq; id obíicere, q̃d planũ facere nõ modo nõ possis, verũ ne coneris quidẽ? Nemo nostrum est Eruci, quín sciat tibi inimicítias cum Sex. Roscio nullas esse: vidẽt omnes qua de causa huic inimicus venias: sciunt huiusce pęcunia te adductũ esse. Quid ergo est? ita tamẽ quæstus te cupidũ esse oportebat, vt horũ existímationẽ, & legẽ Memmiã putares aliquid valere oportere. Accusatores multos esse in ciuitate vtile est, vt metu cõtineat̃ audacía. verũtamẽ hoc ita est vtile, vt ne plane illudamur ab accusatoribus. Innocẽs est quíspiã, verũtamẽ q̃q̃ abest a culpa, suspitione tamẽ nõ caret. tametsi miserũ est, tamen ei qui hunc accuset, possim aliquo modo ignoscere. Cum enim aliquid habeat quod possit crímínose ac suspitiose dícere, apęrte ludificari, &

Sis p si vis

Agricultu ræ laus.

†reuocatu rus.

Illudere dignitati.

Lex Mẽmia Accusatorũ vtilitas.

calumniari ſciens non videat. Quare facile omnes patimur eſſe q̄plurimos accuſatores, q̄ in nocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt: nocens, niſi accuſatus fuerit, condemnari non poteſt. Vtilius eſt autē abſolui innocentē, q̄ nocentē cauſam non dicere. Anſeribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in capitolio, vt ſignificēt ſi fures venerint. At fures internoſcere non poſſunt, ſignificant tamē, ſi qui noctu in capitoliū venerint. & quia id eſt ſuſpitioſum, tametſi beſtiæ ſunt, tamē in eam partē potius pęccant, quæ eſt cautior. Q2 ſi luce quoq; canes latrēt, cū deos ſalutatū aliqui venerint, opinor iis crura ſuffringant, q̄ acres ſint etiam tum, cū ſuſpitio nulla ſit. Simillima eſt accuſatoꝝ ratio. Alii veſtrū anſeres ſunt: qui tantum modo clamāt, nocere nō poſſunt. Alii canes, q & latrare & mordere poſſunt. Cibaria vobis præberi videmus: vos aūt maxime debetis in eos impetū facere, q merent. hoc populo gratiſ ſimū eſt. deinde ſi voletis, etiā tū, cū veriſimile erit aliquē cōmiſiſſe, in ſuſpitione latratote. id quoq; cōcedi poteſt. Sin aūt ſic agetis, vt arguatis aliquē patrē occidiſſe, neq; dicere poſſi tis aut quare, aut quō, ac tātūmō ſine ſuſpitione latrabitis, crura quidē vobis nemo ſuffrin get: ſed ſi ego hos bene noui, literā illā, cui vos vſq; eo inimici eſtis, vt etiā eas omneis ode rītis, ita vehemēter ad caput affigent, vt poſtea neminē alium niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis. Quid mihi ad defendendū dediſti bone accuſator! quid hiſce autē ad ſuſpicādū! Ne exhęredaretur verītus eſt. audio. ſed qua de cauſa vereri debuerit, nemo dicit. Habebat pa ter in animo. planū fac. nihil eſt: non quicum deliberarit, quē certiorē fecerit, vnde iſtud vo bis ſuſpicari in mentē venerit. Cū hoc modo accuſas Eruci, nōne hoc palam dicis! ego quid acceperim, ſcio: quid dicā, neſcio. vnum illud ſpectaui, q̄ Chryſogonus aiebat neminē iſti pa tronum futurum: de bonorum emptione, deq; ea ſocietate neminem eſſe, qui verbum facere hoc tempore auderet. hæc te opinio falſa in iſtam fraudem impulit. non mehercule verbum feciſſes, ſi tibi quenq̄ reſponſurum putaſſes. Operępreciū erat, ſi animaduertiſtis Iudices, ne gligentiam eius in accuſando conſiderare. Credo cum vidiſſet, qui homines in hiſce ſubſel liis ſederent, quæſiſſe, num ille aut ille defenſurus eſſet: de me ne ſuſpicatum quidem, q̄ an tea cauſam publicā nullā dixerim. Poſteaq̄ inuenit neminē eorū, qui poſſunt, & ſolēt, ita ne gligēs eſſe cœpit, vt cū in mentē veniret ei, reſideret, deinde ſpatiarēt, nonnūq̄ etiā puerum vocaret, credo cui cœnā imperaret, prorſus vt veſtro conſeſſu & hoc conuentu pro ſumma ſolitudine abuteretur. Perorauit aliquando, aſſedit. ſurrexi ego. reſpirare viſus eſt, q̄ non alius potius diceret. cœpi dicere. vſq; eo animaduerti Iudices eum iocari, atq; alias res age re, anteq̄ Chryſogonū nominaui. quē ſimulatq; attigi, ſtatim homo ſe erexit, mirari viſus eſt. intellexi quid eum pupugiſſet. iterū ac tertio nominaui. Poſtea hoīes curſare vltro & ci tro nō deſtiterunt, credo qui Chryſogono nunciarent, eſſe aliquē in ciuitate, qui contra vo luntatē eius dicere auderet: aliter cauſam agi, atq; ille exiſtimaret: aperiri bonoꝝ emptionē, vexari pęſſime ſocietatē, gratiā, potentiāq; eius negligi, Iudices diligenter attendere, popu lo rem indignā videri. Quę quoniā te fefellerūt Eruci, quoniāq; vides verſa eſſe oīa, cauſam pro Sex. Roſcio ſi non cōmode, at libere dici, quē dedi putabas, defendi intelligis, quos tradi turos ſperabas, vides iudicare, reſtitue nobis aliquādo veterē tuā illam callidītatē, atq; pru dentiam: confitere huc ea ſpe veniſſe, q̄ putares hic latrociniū, nō iudiciū futurum. De par ricidio cauſa dicitur. Ratio ab accuſatore reddita non eſt, quā ob cauſam patrē filius occide rit. Quod in minimis †noxis, & in his leuioribꝰ pęccatis, quæ magis crebra, & iā propę quoti diana ſunt, maxime & primū quæritur, quæ cauſa maleficii fuerit, id Erucius in parricidio quæri non putat oportere. In quo ſcelere Iudices etiā cū multæ cauſæ cōueniſſe vnum in lo cū, atq; inter ſe cōgruere vident, tamē nō temere creditur, neq; leui cōiectura res pendītur, neq; teſtis incertus auditur, neq; accuſatoris ingenio res iudicatur: cū multa antea cōmiſſa maleficia, tum vita hominis pęrditiſſima, tū ſingularis audacia oſtendat neceſſe eſt, neq; au dacia ſolū, ſed ſummus furor, atq; amentia. Hęc cū ſint omnia, tamē extent oportet expreſſa ſceleris veſtigia, vbi, qua ratione, pęr quos, quo tēpore, maleficiū ſit admiſſum. Quę niſi mul ta & manifeſta ſunt, profecto res tam ſceleſta, tam atrox, tā nefaria credi non poteſt. Magna eſt enī vis humanitatis, multū valet cōmunio ſanguinis, reclamitat iſtiuſmodi ſuſpitioni bus ipſa natura: portentum, atq; monſtrum certiſſimū eſt, eſſe aliquem humana ſpecie, & fi gura, qui tantū immanitate beſtias vicerit, vt propter quos hanc ſuauiſſimā lucē aſpexerit, eos indigniſſime luce priuarit, cū etiam feras inter ſeſe partus, atq; educatio, & natura ipſa cōciliet. Nō ita multis ante annis aiunt T. Cloelium quendā Tarracinenſem hoīem nō obſcu-

Canū mu nus.
Significa re.
†noxiis.
T. Cloelius

rum,cum cœnatus cubitum in idē cōclaue cum duobus adoleſcentibus filiis iſſet, inuentū eſſe mane iugulatum.Cū neq; ſeruus quiſq; reperiretur,neq; liber,ad quem ea ſuſpitio pertineret,id ætatis aūt duo filii propter cubantes,ne ſenſiſſe quidē ſe dicerēt, nomina filiorum de parricidio delata ſunt. Quid poterat?ſane ſuſpitioſum. neutrum ne ſenſiſſe? auſum autē eſſe quenq; ſe in id conclaue committere?eo potiſſimum tempore, cum ibidē eſſent duo adoleſcentes filii,qui & ſentire & defendere facile poſſent?erat porro nemo in quem ea ſuſpitio conueniret.tamen cum planum iudicibus eſſet factum, aperto oſtio dormientes eos repertos eſſe,iudicio abſoluti adoleſcētes,& ſuſpitiōe oīi liberati ſunt. Nemo enī putabat quēq; eſſe,qui cum omnia diuina atq; humana iura ſcelere nefario polluiſſet,ſomnū ſtatim capere potuiſſet.propterea q; qui tantū facinus cōmiſerunt,nō modo ſine cura quieſcere,ſed ne ſpirare quidē ſine metu poſſunt. Videtis ne quos nobis poetæ tradiderūt patris vlciſcēdi cauſa ſuppliciū de matre ſumpſiſſe, cū præſertim deorū immortaliū iuſſis, atq; oraculis id feciſſe dicantur,tamen vt eos agitēt furiæ?neq; cōſiſtere vſq; patiant?q; ne pii quidē ſine ſcelere eſſe potuerunt.Sic ſe res habet Iudices,magnam vim,magnam neceſſitatem,magnā poſſidet religionē paternus maternuſq; ſanguis.ex quo ſiqua macula cōcepta eſt,nō modo †lauī nō poteſt,verū vſq; eo pmanat ad animū,vt ſummus furor,atq; amentia cōſequatur. Nolite em putare,quēadmodū in fabulis ſæpenumero videtis,eos q aliqd impie ſceleratecq; cōmiſerint, agitari,& pterreri furiarū tędis ardētibus.ſua quēq; fraus & ſuus terror maxime vexat,ſuū quēq; ſcelus agitat,amētiaq; afficit,ſuæ malæ cogitationes cōſciētięq; animi terrēt. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæq; furiæ,quæ dies nocteſq; parentū pœnas a cōſceleratiſſimis filiis repetant.Hæc magnitudo maleficii facit,vt niſi pene manifeſtū parricidiū proferat, credibile nō ſit,niſi turpis adoleſcentia,niſi oībus flagitiis vita inquinata,niſi ſumptus effuſi cū pbro,atq; dedecore,niſi prupta audacia,niſi tāta temeritas,vt nō pcul abhorreat ab inſania. Accedat huc oportet odiū parētis,animaduerſionis paternæ metus,amici improbi,ſerui cōſcii,tempus idoneū, locus opportune captus ad eam rem,pene dicam reſpersas manus ſanguine paterno Iudices videant oportet,ſi tantū facinus,tam immane,tam acerbum,creditu ri ſunt.Quare hoc quo minus eſt credibile,niſi oſtēditur,eo magis eſt,ſi cōuincitur,vindicā dum.Itaq; cū multis ex rebus intelligi poteſt, maiores noſtros nō modo armis plus q; cæteras nationes, verū etiā conſilio ſapiētiaq; potuiſſe,tum ex hac re vel maxime,q; in impios ſingulare ſupplicīū inuenerunt.Qua in re quantū prudentia præſtiterunt iis,qui apud cęteros ſapientiſſimi fuiſſe dicunt,conſiderate.Prudentiſſima ciuitas Athenienſiū,dum ea rerū potita eſt,fuiſſe traditur.eius porro ciuitatis ſapientiſſimū Solonem dicunt fuiſſe eum,qui leges,quibus hodie quoq; vtuntur,ſcripſerit.Is cum interrogaretur,cur nullū ſupplicium cōſtituiſſet in eum,qui parentē neciſſet,reſpondit,ſe id neminem facturū putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur,cum de eo nihil ſanxerit,quod antea commiſſum non erat,ne nō tam prohibere q; admonere videretur. Quanto maiores noſtri ſapientius, qui cū intelligerent, nihil eſſe tam ſanctū,quod nō aliquādo violaret audacia, ſupplicīū in parricidas ſingulare excogitauerunt,vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet,magnitudine pœnæ maleficio ſummouerentur.inſui voluerunt in culleum viuos,atq; ita in flumē deiici. O ſingularem ſapientiā Iudices.nōne videntur hūc hominē ex rerū natura ſuſtuliſſe,& eripuiſſe,cui repente cælū,ſolem,aquā,terramq; ademerunt?vt qui eum neciſſet,vnde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus,ex qbus oīa nata eſſe dicunt. Noluerūt feris corpus obiicere, ne beſtiis quoq;,quę tantū ſcelus attigiſſent, immanioribus vteremur.non ſic nudos in flumen deiicere,ne cum delati eſſent in mare,ipſum polluerent,quo cætera,quæ violata ſunt,expiari putant. Denicq; nihil tā vtile,neq; tam vulgare eſt,cuius partē vllā reliquerint. Etenī quid tam eſt cōmune,q; ſpiritus viuis?terra mortuis?mare fluctuantibus?littus eiectis? Ita viuūt dum poſſunt,vt ducere animā de cælo non queāt. ita moriuntur,vt eorum oſſa terra nō tangat. ita iactant fluctibus,vt nunq; abluant.ita poſtremo eiiciūtur, vt ne ad ſaxa quidē mortui cō quieſcant. Tanti maleficii crimen,cui maleficio tam inſigne ſupplicīū eſt cōſtitutū, probare te Erucī cenſes poſſe talibus viris, ſi ne cauſam qdē maleficii ptuleris? Si hūc apud bonorū emptores ipſos accuſares,eiq; iudicio Chryſogonus peſſet,tñ diligētius paratiuſq; veniſſes. Vtrū quid agat nō vides?an apud quos agat?Agit de parricidio,qđ ſine multis cauſis ſuſcipi nō poteſt.Apud hoīes aūt prudētiſſimos agit,q intelligunt neminē ne minimū quidē maleficium ſine cauſa admittere.Eſto,cauſam proferre non potes.tametſi ſtatim viciſſe debeo,

Sōnus parricidium purgauit.

†leniri.

Suus quenq; terror agitat.

Nihil tam ſanctū qđ non violet audacia.

Parricidarū pœna.

Diligētius paratiuſq; veniſſes.

tamẽ de meo iure decedã,& tibi qđ in alia cauſa nõ cõcederẽ,in hac cõcedã,fretus huius in

Quero abs te. nocẽtia.Nõ quæro abs te,quare patrẽ Sex.Roſcius occiderit:quero quomodo occiderit.Ita quæro abs te C.Eruci quomodo,& ſic tecũ agam,vt in eo loco vel reſpondẽdi vel interpelandi tibi poteſtatẽ faciã,vel etiã ſi qd voles,interrogãdi.quõ occidit?ipſe pcuſſit?an aliis occidẽdũ dedit?Si ipm arguis,Romę nõ fuit.ſi p alios feciſſe dicis,quero ſeruos ne,an liberos?

Indidem. quos hoies?indidẽ ne Ameria?an hoſce ex vrbe ſicarios?Si Ameria,q ſunt hi?cur nõ nominãtur?ſi Romę,vnde eos nouerat Roſcius,q Romã mltis annis nõ venit,neq; vnq̃ plus triduo fuit?vbi eos cõuenit?quicũ locutus eſt,quomodo perſuaſit?Preciũ dedit?cui dedit?per quem dedit?vnde?aut quantũ dedit?nõne his veſtigiis ad caput maleficii peruenirí ſolet? Et ſimul tibi in mẽtẽ veniat facito,quẽadmodũ vitã huiuſce depinxeris:hũc hominẽ ferũ atq; agreſtẽ fuiſſe,nũq̃ cum homine quoq̃ collocutũ eſſe,nũq̃ in oppido cõſtitiſſe.Qua in re prætereo illud,quod mihi maximo argumẽto ad huius innocentiã poterat eſſe,in ruſticis moribus,

Siĺitudo. victu arido,ĩ hac horrida ĩcultaq; vita,iſtiuſmodi maleficia gigni nõ ſolere. Vt nõ oẽm frugem neq; arborem in omni agro reperire poſſis,ſic non omne facinus in omni vita naſcitur.

Exiſto. In vrbe luxuries creatur,ex luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt,ex auaritia erumpat audacia. inde omnia ſcelera ac maleficia gignunt.Vita aũt hæc ruſtica,quam tu agreſtẽ vocas, parſimoniæ,diligentię,iuſtitiæ,magiſtra eſt.Verum hęc miſſa facio.illud quero:ís homo,quí,vt tute dicis, nunq̃ inter homines fuerit,per quos homines hoc tãtũ facinus, tam occultum, abſens præſertim,conficere potuerit? Multa ſunt falſa Iudices , quæ tamen argui ſuſpitioſe poſſunt:in his rebus ſi ſuſpitio reperta erit,culpam ineſſe concedam.Romæ Sex.Roſcius occiditur, cum in agro Amerino eſſet filius. literas credo miſit alicui ſicario, quí Romæ nouerat neminẽ.arceſſiuit aliquẽ.at quãdo?nunciũ miſit.quẽ?aut ad quẽ?precio, gratia,ſpe,pmiſſis,induxit aliquẽ?nihil horum ne confingi quidẽ poteſt,& tamẽ cauſa de parricidio dicitur. Reliquũ eſt,vt per ſeruos id admiſerit.O dii immortales rem miſerã,& calamitoſam. quod in tali crimine innocẽti ſaluti ſolet eſſe,vt ſeruos in quæſtionem polliceant:id Sex.Roſcio facere nõ licet: vos qui hũc accuſatis,oẽs eius ſeruos habetis: vnus puer victus quotidiani adminiſter ex tanta familia Sex.Roſcio relictus nõ eſt.Te nunc appello P.Scipio,te Metelle:vobis aduocatis,vobis agentibus,aliquoties duos ſeruos paternos in quæſtionẽ ab aduerſariis Sex.Roſcij poſtulauit.Meminiſti te T.Roſci recuſare?qd?ii ſerui vbi ſunt?Chryſogonũ Iudices ſectant,apud eũ ſunt in honore,& in precio.etiã nũc vt ex his quærat,ego poſtulo,hic orat,atq; obſecrat.qd facitis?cur recuſatis?Dubitate etiã nunc Iudices,ſi poteſtis,

Adminiſter. a quo ſit Sex.Roſcius occiſus.ab eo ne,qui propter illius mortẽ in egeſtate & inſidiis verſatur,cui ne querendi qdẽ de morte patris poteſtas permittit:an ab iis,qui queſtionẽ fugitãt, bona poſſidẽt,in cęde atq; ex cęde viuũt.Oĩa Iudices ĩ hac cauſa ſunt miſera,atq; ĩdigna:tũ hoc nihil neq; acerbius,nẽq; iniquius proferri poteſt.mortis paternę de ſeruis paternis queſtionẽ habere filio nõ licet:ne tandiu quidẽ dominus erit in ſuos, dũ ex iis de patris morte quæratur.Veniã neq; ita multo poſt ad hũc locũ:nã hoc totũ ad Roſcios pertinet,de quorum audacia tum me dicturũ pollicitus ſum,cũ Erucii crimina diluiſſem.Nunc Eruci ad te venio.conueniat mihi tecũ neceſſe eſt,ſi ad hunc,maleficiũ iſtud pertinet,aut ipſum ſua manu feciſſe,id qđ negas,aut per aliquos liberos,aut ſeruos. Liberos ne?quos neq; vt cõuenire potuerit,neq; qua ratione inducere,neq; vbi,neq; per quos,neq; qua ſpe,aut quo precio,potes oſtendere.Ego contra oſtendo,non modo nihil eorũ feciſſe Sex.Roſciũ,ſed ne potuiſſe qdẽ facere,q; neq; Romæ multis annis fuerit, neq; de prædiis vnq̃ temere diſceſſerit. Reſtare tibi videbat ſeruorũ nomẽ,quo quaſi in portũ reiectus a cæteris ſuſpitionib9 cõfugere poſſes,vbi ſcopulũ offendis eiuſmodi,vt nõ modo ab hoc crimẽ reſilire videas, verum omnem ſuſpitionẽ ĩ voſmetipſos recidere intelligas. Quid eſt ergo,quo tãdẽ accuſator inopia argumentorũ confugerit?eiuſmodi tẽpus erat inquit,vt homines vulgo impune occiderent.quare tu hoc propter multitudinẽ ſicariorum,nullo negotio facere potuiſti.Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res aſſequi velle,nos iudicio perfundere,accuſare autẽ eos ipſos a qb9 mercedẽ accepiſti.quid ais?vulgo occidebant?per quos?& a qbus?nõne cogitas te a ſectoribus huc adductũ eſſe?quid poſtea?neſcimus per iſta tẽpora eoſdẽ fere ſectores fuiſſe collorũ & bonorũ?Ii deniq; qui tũ armati dies noctesq; cõcurſabant,q Romæ erant aſſiduí, quí omni tempore in præda,& ſanguine verſabantur,Sex.Roſcio tẽporis illius acerbitatem,iniquitatemq; obiiciẽt?& illam ſicariorum multitudinem, in qua ipſi duces ac principes erant,

Vna mercede duas res.

Perfundere iudicio.

Sectores.

huic crimini putabũt fore? q nõ modo Romę nõ fuit, sed omnino qd Romæ ageret, nesciret, propterea q̃ rurí assiduus, quẽadmodũ tute cõfiteris, fuit. Vereor ne aut molest⁹ sim vobis Iudices, aut ne ingeniis vestris videar diffidere, si de tã pærspicuis rebus diutius disserã. Eru cii crimínatio tota, vt arbitror, dissoluta est, nisi forte expectatis, vt illa diluã, quę de pecula tu ac de eiusmodí rebus cõmentitiis inaudita nobis ante hoc tẽpus ac noua obiecit, quæ mi hi iste visus est ex alia oratione declamare, quã in aliũ reũ cõmentaret: ita neq̃ ad crimẽ par ricidii, neq̃ ad eũ q causam dicit, pertinebat, de qbus cũ verbo arguit, verbo satis est negare. Si quid est qđ ad testes reseruet, ibi nos quoq̃, vt ĩ ipsa causa, paratiores reperiet, q̃ putabat. Venio nũc eo, quo me nõ cupiditas ducit, sed fides. Nã si mihi liberet accusare, accusarẽ alí os potius, ex qbus possem crescere, qđ certũ est nõ facere, dũ vtrũuis licebit. Is em̃ mihi vide tur amplissimus, q̃ sua virtute in altiorẽ locũ peruenit, nõ q ascẽdit per alterius incõmodũ, & calamitatẽ. Desinam⁹ aliquãdo ea scrutarí, quæ sunt inania, quæramus vbí maleficium & est, & inueniri potest: iam intelliges Eruci certũ crimẽ, q̃ multis suspitionibus coarguatur. tametsi neq̃ oĩa dicã, & leuiter vnũquodq̃ tangã, neq̃ enĩ id facerẽ, nisi necesse esset. Et id erit signi me inuitũ facere, q̃ nõ p̃sequar lõgius, q̃ salus huius, & mea fides postulabit. Cau sam tu nullã repiebas in Sex. Roscio. At ego in T. Roscio repio. tecũ. n. mihi res est T. Rosci, quoniã istic sedes, ac te palã aduersariũ esse profiteris. de Capitone post viderimus, si quẽad modũ paratũ esse audio, testis p̃dierit. tũ alias quoq̃ suas palmas cognoscet, de qbus me ne audisse qdẽ suspicat. L. Cassius ille, quẽ Po. R. verissimũ & sapiẽtissimũ iudicẽ putabat, iden tidẽ in causis quærere solebat, cuí bono fuisset. Sic vita hoĩm est, vt ad maleficiũ nemo cone tur sine spe atq̃ emolumẽto accedere. Hũc quęsitorẽ, ac iudicẽ fugiebãt, atq̃ horrebãt ii, qb⁹ periculũ creabat: ideo q̃ tãetsi veritatis erat amicus, tñ natura nõ tã propensus ad misericor diã, q̃ implicat⁹ ad seueritatẽ videbat. Ego q̃q̃ preest huic quęstioní vir, & cõtra audaciã for tissimus, & ab innocẽtia clemẽtissimus, tamẽ facile me paterer, vel illo ipso acerrimo iudice quærẽte, vel apud Cassianos Iudices, quorũ etiã nũc ii, qbus causa dicẽda est, nomẽ ipsum re formidãt, pro Sex. Roscio dicere. In hac enĩ causa cũ viderẽt illos amplissimã pecuniã posside re, hunc in summa mẽdicitate esse, illud quidẽ nõ quęrerẽt, cuí bono fuisset, sed eo pærspicuũ crimẽ, & suspitionẽ potius ad p̃dã adiungerẽt, q̃ ad egestatẽ. Quid si accedit eodẽ, vt tenuis antea fueris? qd si vt auarus? quid si vt audax? quid si vt illius, qui occisus est, inimicissimus? num quærenda causa, quę te ad tãtũ facinus adduxerit? Quid ergo horum negari potest? Te nuitas hoĩs eiusmodí est, vt dissimulari nõ queat, atq̃ eo magis eluceat, quo magis occulta tur. Auaritiã præfers, q̃ societatẽ coieris de municipis, cognatiq̃ fortunis cũ alienissimo. Q̃ fis audax (vt alia obliuiscar) hinc omnes intelligere potuerũt, q̃ ex tota societate, hoc est ex tot sicariis, solus tu inuentus es, qui cũ accusatoribus sederes, atq̃ os tuũ nõ modo ostende res, sed etiã offerres. Inimicitias tibi fuisse cũ Sex. Roscio, & magnas rei familiaris cõtrouer sias, cõcedas necesse est. Restat Iudices vt hoc dubitemus, vter potius Sex. Rosciũ occiderit: is ad quẽ morte eius diuitię venerint: an is, ad quẽ mendicitas? is, qui antea tenuis fuerit: an is, qui postea factus sit egentissimus? is, qui ardens auaritia feratur infestus in suos: an is, qui semper ita vixerit, vt quæstum nosset nullũ, fructũ aũt eũ solũ, quem labore pæperisset? is, qui omniũ sector̃ audacissimus sit: an is, qui propter fori, iudiciorumq̃ insolentiam, non modo subsellia, verũ etiam vrbem ipsam reformidat? Postremo Iudices, id quod ad rẽ mea sentẽtia maxime pertinet, vtrũ inimicus potius, an filius? Hæc tu Eruci tot, & tanta si nactus esses in reo, q̃diu diceres? quo te modo iactares? Tẽpus hercule te citius, q̃ oratio deficeret. Etenĩ in singulis rebus eiusmodí materies est, vt dies singulos possis cõsumere. Neq̃ ego nõ possum: non enim mihi tantum derogo, tametsi níhil arrogõ, vt te copiosius q̃ me putem posse dice re. Verũ ego forsitan propter multitudinẽ patronor̃ in grege annumerer, te pugna Cannẽ sis accusatorẽ sat bonum facit. Multos cęsos non ad Thrasimenum lacum, sed ad Seruilium vidimus. qs ibi nõ est vulneratus ferro Phrygio? nõ necesse est oĩeis cõmemorare Curtios, Marios, deniq̃ Mamercos, quos iam ętas a pręliis auocabat. Postremo Priamũ ipsum senem, Antistium, quẽ nõ modo ætas, sed etiã leges pugnare prohibebant. Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt, qui inter sicarios, & de veneficiis accusabãt. qui oĩes (quod ad me attinet) vellem viuerent. Nihil enim mali est, canes ibi q̃plurimos esse, vbi per multi obseruandi, multaq̃ seruanda sunt. Verum (vt fit) multa sępe imprudẽtibus imperato ribus vis belli, ac turba molitur. dum is in aliis rebus erat occupatus, qui summam rerum

L. Cassius.

Creabatur periculum Clemẽtissi mus ab in nocentia.

Cassiani iu dices.

Canes mul tí níhil ob sunt vbí multí ob seruandi.

administrabat,erãt interea q̃ suis vulneribus mederent:qui tanq̃ si offusa Reip. sempiterna nox esset,ita ruebãt in tenebris,omniaq; miscebant.a quibus miror,ne quod iudiciorũ esset vestigiũ,non subsellia quoq; esse cõbusta.nam & accusatores,& iudices sustulerunt. Hoc cõ modi est,q; ita vixerunt,vt testes omnes,si cuperent, interficere non possent.nam dũ homi num genus erit,qui accuset eos,nõ deerit:dũ ciuitas erit,iudicia fient. Verũ vt cœpi dice re,& Erucius hęc si haberet in causa,quæ cõmemorauí,posset ea q̃vis diu dicere,& ego Iu dices possum.sed in animo est(quẽadmodũ ante dixi)leuiter trãsire,ac tantũmodo pẽrstrin gere vnãquãq; rem,vt oẽs intelligãt,me nõ studio accusare,sed officio defendere. Video igi tur causas esse permultas:quæ istum impellerẽt. Videamus nunc ecquæ facultas suscipiendi maleficii fuerit. Vbi occisus est Sex.Roscius?Romæ.Quid tu Rosci vbi tunc eras?Romæ.ve rũ quid ad rẽ?& alii multi.quasi nũc id agatur,quis ex tanta multitudine occiderit: ac non hoc quęrat,eum qui Romæ sit occisus,vtrũ verisimilius sit ab eo esse occisum,qui assiduus eo tẽpore Romæ fuerit,an ab eo,qui multis annis Romã omnino nõ accesserit. Age nũc,cæ teras facultates quoq; cõsideremus.erat tũ multitudo sicariorũ,id quod cõmemorauit Eru cius,& hoïes impune occidebantur.quid?ea multitudo quę erat?opinor,aut eorũ qui in bo nis erant occupati,aut eorũ,qui ab iis conducebant,vt aliquẽ occiderẽt. Si eos putas,q̃ alie num appetebãt,tu es in eo numero,qui nostra pecunia diues es.sin eos,quos,qui leuiore no mine appellãt,percussores vocant,quære in cuius fide sint,& clientela.mihi crede,aliquẽ de societate tua reperies.& quicquid tu cõtradixeris,id cũ defensione nostra contendito. ita fa cillime causa Sex.Roscii cũ tua conferet. Dices,quid postea,si Romę assiduus fui?Respondebo,at ego omnino non fui.Fateor me sectorẽ esse, verũ & alii multi.at ego(vt tute arguis) agricola & rusticus. Nõ cõtinuo,si me in gregẽ sicariorũ cõtuli,sum sicarius.at ego profecto,qui ne noui quidẽ quẽq̃ sicarium,longe absum ab eiusmodi crimine.Permulta sunt,quę dici possunt,quare intelligat summã tibi facultatẽ fuisse maleficii suscipiẽdi:quæ nõ modo idcirco prætereo,q; te ipsum nõ libẽter accuso,verũ eo magis etiã,q; si de illis cædibus velim cõmemorare,quæ tũ factæ sunt ista eadẽ ratione,qua Sex.Roscius occisus est,vereor ne ad plures oratio mea pertinere videat. Videamus nũc strictim,sicut cætera,quæ post mortẽ Sex.Roscii abs te T.Rosci facta sunt.quæ ita aperta & manifesta sunt, vt mediusfidius Iudices inuitus ea dicã.vereor em̃ cuiusquemodi es Rosci,ne ita hũc videar voluisse seruare,vt tibi oĩno nõ pepercerim. Cũ hoc vereor,& cupio tibi aliqua ex parte (qđ salua fide possim) parcere,rursus immuto voluntatẽ meã.venit em̃ mihi in mentẽ oris tui. Te ne cũ cæteri so cii tui fugerẽt,ac se occultarẽt,vt hoc iudiciũ nõ de illorũ præda,sed de huius maleficio fie ri videret,potissimũ tibi partes istas depoposcisse, vt in iudicio versarere, & sederes,cũ ac cusatore?Qua in re nihil aliud assequeris,nisi vt ab oĩbus mortalibus audacia tua cognosca tur,& impudẽtia.Occiso Sex.Roscio,q̃ primus Ameriã nũciat?Mallius Glaucia,quẽ iam an tea nominaui,tuus cliens,& familiaris.quid attinuit eũ potissimũ nunciare,qđ,si nullũ iam ante consiliũ de morte ac de bonis eius inieras,nullãq; societatẽ neq; sceleris,neq; prẽmii,cũ hoïe vllo coieras,ad te minime oĩm ptinebat?Sua sponte Mallius nũciat?quid quęso eius in tererat?an cũ Ameriã non huiusce rei causa venisset,casu accidit,vt id qđ Romæ audierat, primus nũciaret?cuius rei causa venerat Ameriã?nõ possum inquit diuinare.eo rẽiã adducam,vt nihil diuinatione opus sit.Qua ratione Roscio Capitoni primũ nunciauit?cũ Ame riæ Sex.Roscii domus,vxor,liberiq; essent,cũ tot propinqui cognatiq; optime cõuenientes, qua ratione factũ est,vt iste tuus cliẽs sceleris tui nuncius T.Roscio Capitoni potissimũ nũciaret?Occisus est a cœna rediens.nondũ lucebat,cũ Amerię scitum est.quid hic incredibilis cursus?quid hæc tanta celeritas,festinatioq; significat?non quæro quis percusserit. nihil est Glaucia quod metuas:non excutio te,si quid forte ferri habuisti, non scrutor, nihil ad me arbitror pertinere.quoniam cuius consilio occisus sit, inuenio:cuius manu sit percussus nõ laboro. Vnum hoc sumo,quod mihi apertum tuum scelus resq; manifesta dat.vbi aut vnde audiuit Glaucia? qui tam cito sciuit?fac audisse statim.quæ res eum nocte vna tantum itineris contendere coegit?que necessitas eum tanta premebat , vt si sua sponte iter Ameriam faceret,id tẽporis Roma proficisceretur,nullã partem noctis requiesceret?Etiã ne in tã perspicuis rebus argumẽtatio quærẽda,aut cõiectura capiẽda sit?nõne vobis hæc,quę audistis, cernere oculis videmini Iudices?nõ illũ miserũ,ignarũ casus sui,redeũtẽ a cœna videtis? nõ positas insidias?nõ impetũ repentinũ?nõ versat ante oculos vobis in cæde Glaucia? nõ adest

Perstringere.

Percussores.

Cuiusquemodi.

iſte T. Roſcius: nõ ſuis manibus in curru collocat Automedontẽ illum ſui ſceleris acerbiſſimi nefariæq; victoriæ nuncium: nõ orat vt eam noctẽ pervigilet: vt honoris ſui cauſa laboret: vt Capitoni q̃primũ nũciet: Quid erat qđ Capitonẽ primũ ſcire voluerit: neſcio, niſi hoc video: Capitonẽ in his bonis eſſe ſociũ: de tribus & decẽ fundis, tres nobiliſſimos fundos eũ video poſſidere. Audio præterea non hanc ſuſpitionem nunc primũ in Capitonem conferri, multas eſſe infameis palmas, hanc primã eſſe tamẽ lemniſcatam, quæ Romæ deferatur. nullũ modũ eſſe hoĩs occidẽdi, quo ille nõ aliquot occiderit, multos ferro, multos veneno. Habeo etiã dicere quẽ cõtra morẽ maiorũ, minorẽ annis. LX. de ponte in Tiberim deiecerit. qui ſi prodierit, atq; adeo cũ prodierit, ſcio eũ proditurũ eſſe, audiet. veniat modo, explicet ſuum volumen illud, quod ei planũ facere poſſum Erucium cõſcripſiſſe, qđ aiũt illũ Sex. Roſcio intentaſſe, & meditatũ eſſe, ſe oĩa illa pro teſtimonio eſſe dicturũ. O præclarũ teſtem Iudices. O grauitatẽ dignã expectatione. O vitã honeſtã, atq; eiuſmodi, vt libentibus animis ad eius teſtimoniũ veſtrũ iuſiurandũ accõmodetis. Profecto nõ tam perſpicue iſtorũ maleficia videremus, niſi ipſos cæcos redderet cupiditas, & auaritia, & audacia. Alter ex ipſa cede volucrem nunciũ Ameriã ad ſociũ atq; ad magiſtrũ ſuũ miſit, vt ſi diſſimulare oẽs cuperent, ſe ſcire ad quẽ maleficiũ pertineret, tamẽ ipſe apertũ ſuũ ſcelus ante oĩm oculos poneret. Alter (ſi diis immortalib⁹ placet) teſtimoniũ etiã in Sex. Roſciũ dicturus eſt. quaſi vero id nũc agat, vtrũ is qđ dixerit, credendũ, an qđ fecerit, vindicandũ ſit. Itaq; more maiorũ comparatũ eſt, vt in minimis rebus hoĩes ampliſſimi teſtimoniũ de ſua re nõ dicerẽt. Aphrican⁹, q̃ ſuo cognomine declarat, tertiã partẽ orbis terrarũ ſe ſubegiſſe, tamẽ ſi ſua res ageretur, teſtimoniũ nõ diceret. nam illud in talem virũ nõ audeo dicere: ſi diceret, nõ crederet. Videte nũc q̃ verſa & mutata in peiorẽ partẽ ſint oĩa. cum de bonis & de cæde agatur, teſtimoniũ dicturus eſt is, qui & ſector eſt, & ſicarius: hoc eſt, qui & illorũ ipſorũ bonorũ de qbus agit, emptor, atq; poſſeſſor eſt: & eum hominẽ occidendũ curauit, de cuius morte quærit. Quid tu vir optime! ecquid habes qđ dicas! mihi auſculta, vide ne tibi deſis, tua quoq; res pmagna agit. multa ſcelerate, multa audacter, multa improbe feciſti: vnũ ſtultiſſime, pfecto tua ſpõte, non de Erucii ſentẽtia, nihil opus fuit te iſti credere. neq; eĩ accuſatore muto, neq; teſte quiſq̃ vtit eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. Huc accedit, q̃ paulo tamen occultior atq; tectior veſtra iſta cupiditas eſſet: nũc qd eſt, qđ quiſq̃ ex vobis audire deſideret! cũ quę facitis, eiuſmodi ſint, vt ea dedita opera a vobis cõtra voſmetipſos facere videamini. Age nũc, illa videamus Iudices, quæ ſtatim cõſecuta ſunt. ad Volaterras in caſtra L. Sullæ, mors Sex. Roſcii quatriduo, quo is occiſus eſt, Chryſogono nunciat. quęrit etiã nũc quis eũ nũciũ miſerit. nõne perſpicuũ eſt, eundẽ q̃ Ameriã! Curat Chryſogonus, vt eius bona veneãt ſtatim, qui nõ norat hominẽ aut rem. at qui ei venit in mentẽ prædia cõcupiſcere hominis ignoti, quẽ omnino nũq̃ viderat! Soletis, cũ aliquid huiuſcemodi auditis Iudices, cõtinuo dicere: neceſſe eſt aliquẽ dixiſſe municipem, aut vicinũ. ii plerũq; indicãt, per eos pleriq; pdunt. Hic nihil eſt q̃ ſuſpitionẽ hoc putetis. non eĩ ego ita diſputabo: veriſimile eſt, Roſcios iſtã rem ad Chryſogonũ detuliſſe: erat eĩ eis cũ Chryſogono iam antea amicitia. nã cũ multos vetereis a maiorib⁹ Roſcii patronos hoſpiteſq; haberẽt, omneis eos colere atq; obſeruare deſtiterũt, ac ſe in Chryſogoni fidẽ & cliẽtelã cõtulerũt. hęc poſſum oĩa vere dicere. ſed in hac cauſa cõiectura nihil opus eſt. ipſos certo ſcio nõ negare, ad hæc bona Chryſogonũ acceſſiſſe impulſu ſuo. Si eũ, qui indicii partẽ acceperit, oculis cernetis, poteritis ne dubitare Iudices q̃ indicarit! Qui ſunt igitur in iſtis bonis, qbus partem Chryſogonus dederit! duo Roſcii. nũ quiſnam præterea! nemo eſt Iudices. nũ ergo dubiũ eſt, quin ii obtulerint hãc prædã Chryſogono, qui ab eo partẽ prædę tulerũt! Age nũc ex ipſius Chryſogoni iudicio Roſciorũ factum cõſideremus. Si nihil in iſta pugna Roſcii, qđ operæpciũ eſſet, fecerãt, quã ob cauſam a Chryſogono tãtis pręmiis donabant! Si nihil aliud fecerũt, niſi rẽ detulerũt, nõne ſatis fuit his gratias agi! deniq;, vt perliberaliter ageret, honoris aliqd haberi! cur tria prędia, tãtæ pecuniæ, ſtatim Capitoni dant! cur quę reliqua ſunt, iſte Roſcius oĩa cũ Chryſogono cõmuniter poſſidet! nõne perſpicuũ eſt Iudices has manubias Roſciis Chryſogonũ re cognita cõceſſiſſe! Venit in decẽ primis legatus in caſtra Capito, totã vitã, naturã, moreſq; hoĩs ex ipſa legatione cognoſcite, niſi intellexeritis Iudices nullũ eſſe officiũ, nullũ ius, tam ſanctũ, atq; integrũ, qđ nõ eiuſce vis atq; perfidia violarit, & imminuerit, virũ optimũ eſſe eũ iudicatote. Impędimẽto eſt quo minus de his rebus Sylla doceat: cæterorũ legatorũ cõſilia, & voluntatẽ Chryſogono enũciat: monet, vt puideat, ne palam res agatur: oſtendit, ſi ſublata ſit venditio bonorũ, illum pecuniã grandem

Lẽniſcatus

De ponte deiicere.

Aphricanus.

Dedita opera.

Manubiæ.

amiſſurum,ſeſe capitis pericul̃ aditurũ: illum acuere,hos qui ſimul erant miſſi,fallere: illũ identidẽ monere,vt caueret,hiſce inſidioſe ſpem falſam oſtendere: cũ illo cõtra hos inire cõ ſilia,horum conſilia illi enunciare:cum illo partẽ ſuam depaciſci, hiſce aliqua fretum hora ſemper omnis aditus ad Syllam intercludere. Poſtremo iſto hortatore,auctore, interceſſo re ad Syllam legati non adierunt,iſtius fide, ac potius perfidia decepti, id quod ex ipſis co gnoſcere poteritis,ſi accuſator voluerit teſtimonium eis denunciare,pro re certa ſpem fal ſam domũ retulerunt.In priuatis rebus ſi qui rem mandatã non modo malitioſius geſſiſſet, ſui quæſtus aut cõmodi cauſa, verũ etiã negligentius, eum maiores ſummũ admiſiſſe dede

Mandati iudicium.

eus exiſtimabãt.itaq; mãdati conſtitutũ eſt iudiciũ,nõ minus turpe q̃ furti.credo propterea q̃ quibus in rebus ipſi intereſſe nõ poſſumus,in his operæ noſtræ vicaria fides amicorũ ſup ponitur.quã q̃ lędit,oppugnat omniũ cõmune præſidiũ:& quantũ in ipſo eſt,diſturbat vitę ſocietatẽ.Nõ em̃ poſſumus omnia p̃ nos agere,alius in alia eſt re magis vtilis.Idcirco amici tiæ cõparant̃,vt cõmune cõmodũ mutuis officiis gubernet̃. Quid recipis mãdatũ,ſi aut ne glecturus,aut ad tuũ cõmodũ cõuerſurus es?cur mihi te offers?ac meis cõmodis officio ſi mulato officis,& obſtas?recede de medio,per aliũ tranſigã.Suſcipis onus officii, qđ te putas ſuſtinere poſſe,qđ minime videt̃ graue iis,q minime ipſi leues ſunt.Ergo idcirco turpis hęc culpa eſt,q̃ duas res ſanctiſſimas violat,amicitiã,& fidẽ.nã neq; mandat quiſq̃ fere, niſi ami co:neq; credit,niſi ei quẽ fidelem putat.Perditiſſimi eſt igitur hoĩs ſimul & amicitiã diſſol uere,& fallere eum,q læſus non eſſet,niſi credidiſſet.Ita ne eſt?in minimis rebus,qui manda tum neglexerit,turpiſſimo iudicio condemnet̃ neceſſe eſt.in re tãta, cũ is,cui fama mortui, fortunæ viui cõmendatæ ſunt,atq; cõcredit̃,ignominia mortuũ affecerit,is inter honeſtos hoĩes,atq; adeo inter viuos numerabit̃?In minimis priuatiſq; rebus etiã negligẽtia in crimẽ mandati iudiciiq; infamiã reuocat̃:propterea,q̃ ſi recte fiat,illum negligere oporteat, q mã darit,non illum,qui mandatum receperit.In re tanta,quæ publice geſta atq; commiſſa ſit, q non negligentia priuatum aliquod commodum leſerit:ſed perfidia,legationis ipſius cerimo niam polluerit,maculaq; affecerit:qua is tandẽ pœna affic̃etur?aut quo iudicio damnabit̃? Si hanc ei rem priuatim Sex.Roſcius mandauiſſet,vt cum Chryſogono tranſigeret,atq; de cideret,inq; eam rem fidem ſuam,ſi quid opus eſſe putaret, interponeret:ille,qui ſeſe factu rum recepiſſet, nonne ſi ex eo negotio tantulũ in rem ſuam conuertiſſet,damnatus per arbi trum,& rem reſtitueret, & honeſtatem omnẽ amitteret?Nunc non hãc ei rem Sex.Roſcius mandauit,ſed id quod multo grauius eſt,ipſe Sex.Roſcius cum fama,vita,boniſq; omnibus a decurionibus publice Roſcio mandatus eſt,& ex eo Titus Roſcius,non paulum neſcio qd in rem ſuam cõuertit,ſed hunc funditus euertit bonis:ipſe tria prædia ſibi depactus eſt, vo luntatem decurionum ac municipum omnium tantidem quanti fidem ſuã fecit. Videte iã porro cætera Iudices,vt intelligatis fingi maleficium nullum poſſe,quo iſte ſeſe non conta minarit.In rebus minoribus ſociũ fallere turpiſſimũ eſt,æque; turpe,atq; illud de quo ante dixi,neq; iniuria:propterea,q̃ auxiliũ ſibi ſe putat adiunxiſſe, q cum altero rẽ cõmunicauit. Ad cui9 igit̃ fidẽ cõfugiet,cũ per eius fidẽ lędit̃,cui ſe cõmiſerit?Atqui ea ſunt animaduer tenda peccata maxime,quæ difficillime pręcauẽtur.tecti eſſe ad alienos poſſum9.intimi mul ta apertiora videãt neceſſe eſt.ſociũ vero cauere q poſſum9?quẽ etiã ſi metuim9,ius officii lę dim9.Recte igit̃ maiores,eũ q ſociũ fefelliſſet,ĩ virorũ bonorũ nũero nõ putarũt haberi opor tere.At vero T.Roſcius nõ vnũ rei pecuniarię ſociũ fefellit(qđ tãetſi graue eſt,tamẽ aliquo modo poſſe ferri videt̃) verũ nouẽ hoĩes honeſtiſſimos,eiuſdẽ muneris,legatiõis,officii,mã datorumq; ſocios,induxit,decepit,deſtituit, aduerſariis tradidit,omni fraude & perfidia fe fellit,qui de eius ſcelere ſuſpicari nihil potuerunt,ſocium officii metuere non debuerunt, eius malitiam nõ viderũt,orationi vanæ crediderũt.Itaq; nũc illi homines honeſtiſſimi,pro pter iſtius inſidias parũ putãtur cauti,prouidiq; fuiſſe.Iſte qui initio proditor fuit,deinde p fuga:qui primo ſociorũ conſilia aduerſariis enũciauit,deinde ſocietatem cum ipſis aduerſa riis coiit,terret etiam nos,ac minatur,tribus prædiis,hoc eſt premiis ſceleris ornat9.In eiuſ modi vita Iudices,in his tot tãtiſq; flagitiis,hoc quoq; maleficiũ,de quo iudiciũ eſt,reperie tis.Etenim quærere ita debetis:vbi multa auare,multa audacter,multa improbe,multa per fidioſe facta videtis,ibi ſcelus quoq; latere,inter illa tot flagitia putatote. Tãetſi hoc quidẽ minime latet,qđ ita promptũ & propoſitũ eſt,vt non ex illis maleficiis,quæ in illo conſtant eſſe,hoc intelligatur,verum ex hoc etiam ſi quod illorum forte dubitatur, conuincatur.

Amicitia & fides duæ res ſanctiſſimę Cõcredit9.

Tãtidem, quanti.

Aĩaduertẽ da peccata. Socii fides Pro ſocio iudicium.

Quid tandem quęso Iudices, num aut ille lanista oĩno iam a gladiatore cessisse videtur? aut is discipulus magistro tantulum de arte cõcedere? Par est auaritia, similis improbitas, eadẽ impudentia, gemina audacia. Etem̃ qm̃ fidẽ magistri cognostis, cognoscite nũc discipuli ęquitatem. Dixi iã antea sępenumero, postulatos esse ab istis duos seruos in quęstionẽ, tu semp T. Rosci recusasti. quęro abs te, ii ne, qui postulabãt, indigni erant qui impętrarẽt? an iste nõ cõ mouebat, ꝓ quo postulabãt? an res ipa tibi iniqua videbat? Postulabãt hoĩes †nobilissimi, atq; integerrimi nostrę ciuitatis, quos iã antea noĩaui, qui ita vixerũt, talesq; a populo Ro. putantur, vt quicqd dicerẽt, nemo esset, qui nõ ęquũ putaret. Postulabant aũt ꝓ hoĩe miserrimo, atq; infelicissimo, qui vel ipse sese in cruciatũ dari cupęret, dũ de patris morte quęrereť. Res porro abs te eiusmodi postulabatur, vt nihil interesset, vtrũ eã rem recusares, an de maleficio cõfiterere. Quę cũ ita sint, quęro abs te quã ob causam recusaris? Cum occiditur Sex. Roscius, ibidẽ fuerunt. Seruos ipsos, qđ ad me attinet, neq; arguo, neq; purgo. ꝙ a vobis oppugnari video, ne in quęstionẽ dentur, suspitiosum est. ꝙ vero apud vos ipsos in honore tãto sunt, pfecto necesse est sciãt aliqd, qđ si dixerint, pernicios̃um vobis futurum sit. In dominos quęri de seruis iniquũ est. An ne quęritur? Sex. em̃ Roscius reus est. Neq; em̃ cũ de hoc quęritur, vos †dominos esse dicitis. Cũ Chrysogono sunt. Ita credo, literis eoꝝ, & vrbanitate Chrysogonus ducit, vt inter suos omniũ delitiarũ atq; omniũ artiũ pueruloś ex tot elegantissimis familiis lectos, velit hos versari hoĩes pene opęrarios ex Amerina disciplina patris familię rusticani. Nõ est ita profecto Iudices, nõ est verisimile, vt Chrysogonus horũ literas adamarit, aut humanitatẽ: nõ vt rei familiaris negotio diligentiã cognorit eoꝝ, & fidem. est quiddã qđ occultatur: qđ quo studiosius ab ipsis opprimitur, & absc̃ditur, eo magis eminet, & apparet. Quid igitur? Chrysogonus sui maleficii occultãdi causa quęstionẽ de his haberi nõ vult? minime Iudices. nõ in omneis arbitror oĩa cõuenire. Ego in Chrysogono, qđ ad me attinet, nihil eiusmodi suspicor, neq; hoc mihi nũc primũ in mentẽ venit dicere. Meministis me ita distribuisse initio causam: in crimẽ, cuius tota argumẽtatio pmissa Erucio est: & in audaciã, cuius partes Rosciis impositę sunt. quicqd maleficii, sceleris, cędis erit, proprium id Rosciorꝝ esse debebit: nimiam gratiã, potentiãq; Chrysogoni dicimus, & nobis obstare, & pferri nullo modo posse: & a vobis, quoniã potestas data est, nõ modo infirmari, verũ etiam vindicari oportere. Ego sic existimo, qui quęri velit ex iis, quos cõstat cũ cędes facta sit, affuisse, eũ cupere verũ inuenire. Qui recusset: eũ profecto tametsi verbo nõ audeat, tamẽ re ipsa de maleficio suo cõfiteri. Dixi initio Iudices, nolle me plura de istorũ scelere dicere, q̃ causa postularet, ac necessitas ipsa cogeret. Nã & multę res afferri possunt, & vnaquę ꝙ earũ multis cũ argumentis dici potest. Verũ ego qđ inuitus, ac necessario facio, neq; diu, neq; diligenter facere possum: quæ pręteriri nullo modo poterant, ea leuiter Iudices attigi: quæ posita sunt in suspitionibus, de qbus si cœpero dicere, pluribus verbis sit differendũ, ea vestris ĩgeniis cõiecturęq; cõmitto. Venio nũc ad illud nomẽ aureũ Chrysogoni, sub quo noĩe tota societas statuitur: de quo Iudices neq; quomodo dicã, neq; quomodo taceã reperire possum. Si em̃ taceo, vel maximã partẽ relinquo. Sin autẽ dico, vereor ne nõ ille solus (id qđ ad me nihil attinet) sed alii quoq; plures læsos se esse putent. Tametsi ita se res habet, vt mihi in cõmunẽ causam sectoꝝ dicendum nihil magnopere videatur. Hęc em̃ causa noua ꝓfecto & singularis est, bonorũ Sex. Roscii emptorẽ Chrysogonũ. Primũ hoc videam⁹, ei⁹ hominis bona qua rõne venierũt, aut quomodo venire potuerũt. Atq; hoc nõ ita quęrã Iudices, vt id dicã esse indignũ, hoĩs innocentis bona venisse. Si em̃ hęc audiẽtur, ac libere dicentur, nõ fuit tãtus homo Sex. Roscius in ciuitate, vt de eo potissimũ cõqueramur. Verũ ego hoc quęro, qui potuerũt ista ipsa lege, quę de ꝓscriptione est, siue Valeria est, siue Cornelia: non em̃ noui, nec scio. verũ ista ipsa lege bona Sex. Roscii venire qui potuerunt? Scriptũ em̃ ita dicũt eẽ, vt eoꝝ bona veneãt, qui proscripti sunt. quo in numero Sex. Roscius nõ est. aut eorũ, qui in aduersariorũ pręsidiis occisi sunt. Dũ pręsidia vlla fuerũt, in Syllę pręsidiis fuit: posteaq̃ ab armis recesserunt, in summo otio rediẽs a cœna Romæ occisus est. Si lege, bona quoq;, lege venisse fateor. Sin aũt cõstat, cõtra omneis nõ modo veteres leges, verũ etiam nouas occisum esse, bona quo iure, aut quomodo, aut qua lege venierint, quęro. In quẽ hoc dicã quęris Eruci? nõ in eum quẽ vis, & putas. Nã Syllam & oratio mea ab initio, & ipsius eximia virtus omni tpe purgauit. Ego hęc oĩa Chrysogonũ fecisse dico, vt emẽtiretur, vt malũ ciuẽ Roscium fuisse fingeret, vt eũ apud aduersarios occisum esse diceret, vt hisce de rebus

†honestissimi.

†cũ dño.

In mẽtẽ venit dicere. Meministis distribuisse.

Sectores.

Venire. i. vendi.

Ementiri.

a legatis Amerinorũ doceri L.Syllã passus nõ sit.Deniq; etiã illud suspicor,omnino hęc bona nõ venisse:id qđ postea,si p vos Iudices licitũ erit,apperietur.Opinor em̃ eẽ in lege,quã ad diẽ pscriptiones vẽditionesq; fiant.nimirũ Calen.Iunias.Aliquot post mẽses & homo occisus est,& bona venisse dicũtur.Profecto aut hęc bona in tabulas publicas nullas redierunt, nosq; ab isto nebulone facetiꝰ eludimur,q̃ putamus:aut si redierũt,tabulæ publicę corruptę aliqua rõne sunt.Nã lege quidẽ bona venire nõ potuisse cõstat.Intelligo me ante tẽpus Iudices hęc scrutari,& ꝑmodum errare,qui cũ capiti Sex.Roscii mederi debeã,†reduuiã curem.Nõ.n.laborat de pecunia,nõ vllius rationẽ sui cõmodi ducit,facile egestatẽ suã se laturum putat,si hac indigna suspitione,& ficto crimine liberatus sit.Verũ quæso a vobis Iudices,vt hęc pauca quę restant,ita audiatis,vt partim me dicere ꝑ me ipso putetis, partim ꝑ Sex.Roscio.Quę.n.mihi ipsi indigna,& intolerabilia videtur,quæq; ad omẽis,nisi ꝑuidemꝰ,arbitror ptinere, ea ꝑ me ipo,& animi mei sensu,ac dolore pnũcio.Quę ad huius vitę casum, causamq; ptineãt,& quid hic ꝑ se dici velit,& qua cõditione cõtentus sit,iã in extrema ora tione nostra Iudices audietis. Ego hęc a Chrysogono mea spõte remoto Sex.Roscio quæro.Primũ quare ciuis optimi bona venierint:Deinde quare hoĩs eius,q neq; apud aduersarios occisus est,bona venierint,cũ i eos solos lex scripta sit:Deide quare aliquãto post eã diẽ venierint,quę dies lege pfinita est:Deinde cur tãtulo venierit:Quę oĩa,si quẽadmodũ solẽt liberti nequã,& iprobi facere,in patronũ suũ voluerit cõferre,nihil egerit. nemo est em̃ qui nesciat, ꝓpter magnitudinẽ rerũ multa multos,partim cõniuẽte,ptim iprudẽte L.Sylla cõmisisse. Placet igit i his reb⁹ aliqd iprudẽtia pteriri:nõ placet Iudices,sed necesse est.Etem̃ si Iupiter Optimus Maximus,cuius nutu,& arbitrio cælũ, terra,mariaq; regũtur,sępe ventis vehemẽtioribus,aut immoderatis tẽpestatibus,aut nimio calore,aut intolerabili frigore hominibus nocuit,vrbes deleuit,fruges pdidit,quoq; nihil pernicii causa diuino cõsilio,sed vi ipsa,& magnitudine rerũ factũ putamus:at cõtra,cõmoda quibus vtimur, lucẽq; qua fruimur,spũmq; quem ducimus,ab eo nobis dari atq; impartiri videmus:quid miramur L.Syllam,cũ solus Remp.regeret,orbẽq; terrarũ gubernaret,imperiiq; maiestatẽ,quã armis recepe rat,legibus cõfirmaret,aliqua aiaduertere non potuisse:nisi hoc mirũ est, qđ vis diuina asse qui nõ possit,si id mens humana adepta nõ sit.Verũ vt hæc missa faciã, quę iam facta sunt, ex iis quę nũc maxime fiunt,nõne quiuis potest intelligere,omniũ architectum, & machinatorem vnum esse Chrysogonũ,qui Sex.Roscii nomẽ deferendum curauit:hoc iudicium,cuius honoris causa accusare se dixit Erucius.

†rediuiam Alii rẽ diuinã leg.

Ex Gellio.

Missa faciam.

DESVNT NON PAVCA.

Audire nũcium.

Vasa Corinthia & Deliaca.

Authepsa.

Officina nequitię.

Delibutus capillus.

aptã,& ratione dispositã se habere existimãt, qui in Salentinis aut in Brutiis habent,vnde vix ter in anno audire nũciũ possunt.Alter tibi descẽdit de palatio,& ędibus suis:habet animi causa rus amœnũ,& ſ̃burbanum, plura prętera prędia,neq; tñ vllũ nisi pręclarũ,& ꝑpinquum:domus referta vasis Corinthiis & Deliacis,in quibus est Authepsa illa,quã tanto precio nuper mercatus est,vt qui prętereuntes precium enumerare audiebãt, fundũ venire arbitrarentur.Quid prętera cælati argenti:quid stragulę vestis:quid pictarum tabularum:quid signorum:quid marmoris apud illũ putatis esse: Tantum scilicet,quãtũ e multis splẽdidisq; familiis,in turba & rapinis coaceruari vna in domo potuit. Familiã vero quantã,& q̃ variis cũ artificiis habeat,quid ego dicã:Mitto hasce arteis vulgares,coquos, pistores,lecticarios:animi & auriũ causa tot hoĩes habet,vt quotidiano cantu vocum, & neruorũ,& tibiarum,nocturnisq; conuiuiis tota vicinitas ꝓsonet.In hac vita Iudices quos sumptꝰ quotidianos,quas effusiones fieri putatis:Quę vero cõuiuia:honesta credo in eiusmodi domo: si domus hæc habenda est potius,q̃ officina nequitię,& diuersorium flagitiorum omnium. Ipse vero quẽadmodũ composito, & delibuto capillo passim per forum volitet cum magna caterua togatorum,videtis Iudices.Etiam videtis Iudices,vt omnes despiciat,vt hominem prę se neminẽ putet,vt se solũ beatũ,solũ potentẽ putet.Quę vero efficiat,& quę conetur,si velim cõmemorare,vereor Iudices,ne qs imperitior existimet,me causam nobilitatis victoriãq; voluisse lędere.tãetsi meo iure possum,si qđ i hac parte mihi nõ placeat, vituꝑare.Nõ em̃ vereor ne qs alienũ me aĩm habuisse a causa nobilitatis existimet.Sciũt ii,qui me norũt, me ꝑ illa tenui infirmaq; parte,posteaq̃ id qđ maxime volui, fieri non potuit,vt cõponeretur,id maxime defendisse,vt ii vincerent,q vicerunt.Quis em̃ erat,qui nõ videret, humilitatem cum dignitate de amplitudine cõtendere:Quo in certamine perditi ciuis erat,non se

ad eos iungere, qbus incolumibus, & domi dignitas, & foris auctoritas retineret. Quę pfecta esse, & suũ cuiq; honorẽ & gradũ redditũ, gaudeo Iudices, vehemẽterq; lętor: eaq; omnia deoꝝ voluntate, studio populi Romani, cõsilio, & imperio, & felicitate L. Syllę gesta esse intelligo. Q; animaduersum est in eos, qui cõtra omni rõne pugnarũt, nõ debeo reprehẽdere: q; viris fortibus, quoꝝ opera eximia in rebus gerẽdis extitit, honos habit⁹ est, laudo. Quæ vt fierent, idcirco pugnatũ esse arbitror, meq; in eo studio partiũ fuisse confiteor. Sin aũt id actũ est, & idcirco arma sumpta sunt, vt homines postremi, pecuniis alienis locupletarẽtur, & in fortunas vniuscuiusq; impetũ facerent, & id nõ modo re phibere nõ licet, sed ne verbis quidẽ vituperare, tũ vero in isto bello nõ recreatus, neq; restitutus, sed subactus, oppressusq; populus Romanus est. Verũ longe aliter est, nihil horũ est Iudices: nõ modo nõ lędetur causa nobilitatis, si istis hoibus resistetis, verũ etiã ornabitur. Etem̃ qui hęc vituperare volunt, Chrysogonũ tantũ posse querũtur. qui laudare volũt, cõcessum ei nõ esse cõmemorãt. Ac iã nihil est qd quisq̃ aut tam stultus, aut tam improbus sit, qui dicat, vellẽ quidem liceret, hoc dixissem: dicas licet. hoc fecissem. facias licet, nemo prohibet. hoc decreuissem. decerne, modo recte, omnes approbabũt. hoc iudicassem: laudabũt oms, si recte & ordine iudicaris. Dũ necesse erat, resq; ipsa cogebat, vnus oĩa poterat. qui posteaq̃ magistratus creauit, legesq; cõstituit, sua cuiq; procuratio, auctoritasq; est restituta. Quã si retinere volũt ii, q̃ receperũt, in pętuũ poterũt obtinere. Sin has cędes, & rapinas, & hos tãtos, tãq; profusos sumptus aut facient, aut approbabũt, nolo in eos grauius quicq̃, ne hoĩs quidẽ causa, dicere. Vnũ hoc dico, nostri isti nobiles, nisi vigilãtes, & boni, & fortes, & misericordes erũt, iis hoĩb⁹, in qbus hęc erũt, ornamẽta sua cõcedãt necesse est. Quapropter desinant aliqñ dicere, male aliquẽ locutũ esse, si quis vere ac libere locutus sit: desinãt suã causam cum Chrysogono cõmunicare: desinãt, si ille lęsus sit, de se aliqd detractũ arbitrari: videãt ne turpe, miserũq; sit, eos q equestrẽ splendorẽ pati nõ potuerũt, serui nequissimi dominationẽ ferre posse. Quę quidẽ dñatio Iudices in aliis rebus antea versabat: nũc vero quã viã munitet, qd iter affectet, videtis: ad fidem, ad iusiurandũ, ad iudicia vestra, ad id, qd solum ppe in ciuitate syncerũ, sanctũq; restat. Hic ne etiam sese putat aliqd posse Chrysogonus! hic etiã potẽs esse vult! O rem miserã atq; acerbam. Neq; mehercules hoc indigne fero, q; verear, ne qd possit: verum q; ausus est, q; speravit sese apud tales viros aliqd ad pernicię posse innocẽtis, id ipsum queror. Idcirco ne experrecta nobilitas armis atq; ferro Remp. recuperauit, vt ad libidinẽ suã liberti seruiliq; nobiliũ, bona, fortunas vestras, nostrasq; vexare possent! Si id actũ est, fateor me errasse, qui hoc maluerim: fateor insanisse, qui cũ illis senserim. tametsi inermis Iudices sensi. Sin aũt victoria nobiliũ ornamẽto, atq; emolumẽto Reip. populoq; Romano debet eẽ, tũ vero optimo, & nobilissimo cuiq; meã orationẽ grauissimã eẽ oportet. Q; si quis est, qui, & re, & causam lędi putet, cũ Chrysogonus vituperetur, is causam ignorat, se ipsum ppe nõ nouit. Causa em̃ splendidior fiet, si nequissimo cuiq; resistetur. Ille improbissimus Chrysogoni fautor, qui sibi cũ illo rõnem cõmunicatã putat, lędit̃, cũ ab hoc splendore causę separatur. Verũ hęc omnis oratio (vt iã ante dixi) mea est, qua me vti Respu. & dolor meus, & istoꝝ iniuria coegit. Sed Roscius hoꝝ nihil indignũ putat, neminẽ accusat, nihil de suo patrimonio queritur, putat homo imperitus morũ, agricola, & rusticus, ista oĩa, quę vos per Syllã gesta esse dicitis, more, lege, iure gentiũ, facta. culpa liberatus, & crimine nefario solutus, cupit a vobis discedere. si hac indigna suspitiõe careat, aĩo equo se carere suis oĩbus cõmodis dicit. rogat, oratq; te Chrysogone, si nihil de patris fortunis amplissimis in suã rem cõuertit, si nulla in re te fraudauit, si tibi optima fide sua omnia cõcessit, adnumerauit, appendit, si vestitũ, quo ipse tect⁹ erat, annulũq; dedit, os suũ tibi tradidit, si ex oĩbus rebus se ipm nudũ, neq; pręterea quicq̃ excepit, vt sibi per te liceat innocẽti amicoꝝ opibus vitam in egestate degere. Prędia mea tu possides, ego aliena misericordia viuo: cõcedo, & q; animus æquus est, & qa necesse est. mea domus tibi patet, mihi clausa est: fero. familia mea maxima veteris, ego seruũ habeo nullum: patior, & ferendũ puto. Quid vis amplius! quid insequeris! quid oppugnas! qua in re tuã voluntatẽ lędi a me putas! vbi tuis cõmodis officio! quid tibi obsto! Si spoliorũ causa vis hominẽ occidere, spoliasti. Quid queris amplius! Si inimicitiarũ: quę sunt tibi inimicitię cũ eo, cuius antea prædia possedisti, q̃ ipsum cognosti! Sin metuis: ab eo ne aliquid metuis, quẽ vides ipsum ab sese tã atrocem iniuriã propulsare nõ posse! Sin q; bona, quę Roscii fuerũt, tua facta sunt, idcirco hũc illius filiũ studes perdere, nõne ostendis id te vereri, qd pręter cæteros

Munito.

Experrecta nobilitas.

Os tradere

tu metuere nõ debeas,nequãdo liberis ꝓscriptorũ bona patria reddant?Facis iniuriã Chry
sogone,si maiorẽ ſpem emptionis tuę,in huius exitio ponis,q̃ in his rebus quas L.Sylla ges-
fit.Q; ſi tibi cauſa nulla eſt cur hũc miſerũ tãta calamitate afficí velis: ſi tibi omnia ſua prę
ter animã tradidit,nec ſibi quicq̃ paternũ,ne monumẽti quidẽ cauſa reſeruauit: ꝑ deos im-
mortales quę iſta tãta crudelitas eſt?quæ tam fera immaniſq; natura? Quis vnq̃ prædo fuit
tã nefarius?quis pirata tam barbarus?vt cũ integrã prędã ſine ſanguine habere poſſet,cruẽ-
ta ſpolia detrahere mallet?Scis hunc nihil habere,nihil audere,nihil poſſe, nihil vnq̃ cõtra
rem tuã cogitaſſe:& tamẽ oppugnas eum,quẽ neq; metuere potes,neq; odiſſe debes,nec q̃q̃
habere iã reliquí vides,qđ ei detrahere poſſis. niſi hoc indignum putas, q; veſtitum ſedere
in iudicio vides,quem tu e patrimonio tanq̃ e naufragio nudũ expuliſtí. Quaſi vero neſcias
Cęcilia. hunc & alí & veſtiri a Cęcilia Balearis filia,Nepotis ſorore,ſpectatiſſima fœmina:quæ cum
patrẽ clariſſimũ,ampliſſimos patruos,ornatiſſimũ fratrẽ haberet,tamẽ, cũ eſſet mulier,vir-
tute pꝛfecit,vt quãto honore ipſa ex illoꝝ dignitate afficeretur, nõ minora illis ornamen-
ta ex ſua laude redderet.An q; diligenter defenditur,id tibi indignum facinus videtur? Mi-
hí crede,ſi pro patris eius hoſpitiis,& gratia vellent omnes huius hoſpites adeſſe,& aude-
rent libere defendere,ſatis copioſe defenderetur.Sin autem pro magnitudine iniuriæ,proq;
eo,q; ſumma Reipu.in huius pꝛiculo tentatur, hæc omnes vindicarent,conſiſtere meher-
cule vobis iſto in loco nõ liceret.Nunc ita defenditur,nõ ſane vt moleſte ferre aduerſarii de
beant,neq; vt ſe potentia ſuperari putent.Quæ domi gerẽda ſunt,ea pꝛ Cęciliam tranſigũ
tur:fori iudiciiq; rõnem Meſſala,vt videtis Iudices,ſuſcepit. qui ſi iã ſatis ętatis atq; robo-
ris haberet:ipſe pro Sex.Roſcio diceret.Quoniã ad dicẽdum impędimẽto eſt ętas, & pudor,
qui ornat ętatem,cauſam mihi tradidit,quẽ ſua cauſa cupere,ac debere intelligebat. Ipſe af
ſiduitate,cõſilio,auctoritate,diligẽtia pꝛfecit,vt Sex.Roſcii vita erepta de manibus ſectoꝝ,
ſentẽtiis iudicum pꝛmitteretur. Nimirũ Iudices pro hac nobilitate pars maxima ciuitatis
in armis fuit:hęc acta res eſt,vti nobiles reſtituerẽtur in ciuitatẽ: qui hoc facerent,qđ face-
re Meſſalam videtis:qui caput innocẽtis defenderent:qui iniurię reſiſterent:qui quantũ poſ
ſent,in ſalute alterius,q̃ in exitio mallent oſtẽdere. Qđ ſi omnes qui eodẽ loco nati ſunt,fa-
Laborarẽt ex inuidia. cerent,& Reſp.ex illis,& ipſi ex inuidia minus laborarẽt.Verũ ſi a Chryſogono Iudices non
impętramus,vt pecunia noſtra cõtentus ſit,vitã ne pętat:ſi ille adduci nõ poteſt,vt cum ade
merit nobis omnia,quę noſtra erãt propria,ne lucẽ quoq; hanc,quę cõmunis eſt, eripere cu
piat:ſi nõ ſatis habet auaritiam ſuam pecunia explere,niſi etiam crudelitate ſanguinis præ-
ditus ſit: vnũ perfugium Iudices,vna ſpes reliqua eſt Sex.Roſcio,eadẽq; Reip. veſtra priſti-
na bonitas,& miſericordia:quæ ſi manet,ſalui etiam nunc eſſe poſſumus. Sin ea crudelitas,
quę hoc tẽpore in Rep.verſata eſt,veſtros quoq; animos(id qđ fieri ꝑfecto nõ poteſt)durio
Actum eſt. res,acerbioreſq; reddidit,actũ eſt Iudices,inter feras ſatius eſt ętatem degere,q̃ in hac tanta
immanitate verſari.Ad eã ne rem vos reſeruati eſtis?ad eam ne rem delecti?vt eos cõdemna
Imperatoꝝ in acie mos. retis,quos ſectores,ac ſicarii iugulare nõ potuiſſent?Solẽt hoc boni imperatores facere,cum
pręliũ cõmittunt,vt in eo loco,quo fugã hoſtiũ fore arbitrẽtur, milites collocent:in quos,
ſi qui ex acie fugerint,de improuiſo incidant. Nimirũ ſimiliter arbitrãtur iſti bonoꝝ empto
res,vos hic tales viros ſedere,qui excipiatis eos,qui de ſuis manibus effugerint. Dii prohi-
Cõſiliũ pu blicum. beant Iudices,vt hoc,qđ maiores conſilium publicũ vocari voluerũt, pręſidiũ ſectorũ exiſti
metur.An vero Iudices vos nõ intelligitis,nihil aliud agi,niſi vt proſcriptoꝝ liberi quauis
rõne tollãtur?& eius rei initiũ in veſtro iureiurando,atq; in Sex.Roſcii pꝛiculo quæri?Du-
bium eſt ad quẽ maleficium pertineat, cum videatis ex altera parte ſectorẽ,inimicum,ſicari-
um,eundẽq; accuſatorem hoc tẽpore,ex altera parte egentẽ,probatũ ſuis filium, in quo nõ
modo culpa nulla,ſed ne ſuſpitio quidẽ potuit conſiſtere?Nunquid hic aliud videtis obſta-
re Roſcio, niſi q; patris bona venierũt? Q; ſi id vos ſuſcipitis,& eadẽ in re operã veſtrã pro
fitemini:ſi idcirco ſedetis,vt ad vos adducantur eoꝝ liberi,quoꝝ bona venierunt:cauete ꝑ
deos immortales Iudices,ne noua,& multo crudelior pꝛ vos proſcriptio inſtaurata eſſe vi-
deatur.Illam priorem,quę facta eſt in eos,qui arma capere potuerũt, tamẽ ſenatus ſuſcipere
noluit,ne quid acrius q̃ more maiorũ cõparatũ eſt,publico conſilio factũ videretur. Hãc ve
ro quę ad eorum liberos, atq; ad infantium pueroꝝ incunabula pertinet, niſi hoc iudicio a
vobis reiicitis,& aſpernamini,videte per deos immortales,quẽ in locũ Remp.pꝛuenturam
putetis.Homines ſapiẽtes,& iſta auctoritate, & poteſtate prædítos,qua vos eſtis, ex quibus

rebus maxime Resp.laborat,iis maxime mederi cõuenit.Vestrũ nemo est,quin intelligat populũ Romanũ,qui quondã in hostes leniſſimus existimabatur,hoc tẽpore domestica crudelitate laborare. Hanc tollite ex ciuitate Iudices, hãc pati nolite diutius in hac Rep.versari, quę non mõ id habet in se mali,ꝙ tot ciues atrociſſime sustulit, verũ etiã hoibus leniſſimis ademit misericordiã consuetudine incõmodorum. Nã cum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus,aut audimus:etiam,qui natura mitiſſimi sumus,assiduitate molestiarum sensum omnẽ humanitatis ex animis amittimus.

Desit fortasse quippiam.

PRO Q.ROSCIO COMOEDO,ORATIO.III.

Multa,quæ desunt,quærenda.

Malitiam naturę,crederetur is scilicet vir optimus,& singulari fide prędit⁹,qui suo iudicio suis tabulis testibus vti conat.Solẽt fere dicere qui per tabulas hoies citi pecuniã expẽsam tulerunt.ego ne talem virtũ corrumpere potui, vt mea causa falsum in codicẽ referret! Expecto q̃ mox Cherea hac oratione vtatur.Ego ne hanc manũ plenã perfidię, & hos digitos meos impellere potui,vt falsum perscriberẽ nomẽ! Q; si ille suas ꝓferet tabulas,proferet suas quoꝙ Roscius:erit in illius tabulis hoc nomẽ:at huius nõ erit:cur potius illius,q̃ huius crederetur!scripsisset ille:si nõ iussu huius expẽsum tulisset!nõ scripsisset hic, qđ sibi expẽsum ferre iussisset! Nã quẽadmodum turpe est scribere,qđ nõ debeat:sic improbũ est nõ referre,qđ debeas.ęque eñ tabulę cõdemnãtur eius,qui verũ nõ retulit:& eius,qui falsum perscripsit. Sed ego copia & facultate causę cõfisus vide quo progrediar.Si tabulas C.Fannius accepti,& expensi profert suas,in suã rem, suo arbitratu scriptas,quo minus secundũ illum iudicetis,nõ recuso.qs hoc frater fratri,quis parẽs filio tribuit,vt quodcũꝙ retulisset,id ratum haberet! ratũ habebit Roscius,profer. qđ tibi fuerit persuasum, huic erit psuasum:qđ tibi fuerit probatũ,huic erit ꝓbatũ. Paulo ante M.Perpenna P.Saturi tabulas poscebamus: nunc tuas C.Fannii Chereę solius flagitamus,& quo minus secũdum eas lis detur,nõ recusamus.Quid ita nõ profers!nõ cõficit tabulas! immo diligẽtiſſime.non refert parua noia in codices!immo omneis summas.leue,& tenue hoc nomẽ HS.CCCLIII.sunt!quomodo tibi tãta pecunia extraordinaria iacet! quomodo HS.CCCLIII.in codice accepti,& expẽsi nõ sunt! Pro dii immortales,esse ne quenq̃ tanta audacia prędituũ,qui qđ nomẽ referre in tabulas timeat,id petere audeat!qđ in codicem iniuratus referre noluit,id iurare in litem nõ dubitet! qđ sibi probare nõ possit,id persuadere alteri conetur!Nimiũ cito,ait me indignari de tabulis,nõ habere se hoc nomẽ in codice accepti,& expensi relatũ cõfitetur,sed in aduersariis patere cõtẽdit.Vsqꝙ eo ne te diligis,& magnifice circũspicis,vt pecuniã nõ ex tuis tabulis, sed aduersariis petas!suũ codicem testis loco recitare arrogãtię est:suarũ perscriptionũ,& liturarum aduersaria proferre nõ amentia est!Q; si eandẽ vim,diligentiã,auctoritatẽꝙ habent aduersaria,quã tabulę,quid attinet codicẽ instituere!cõscribere!†ordinem cõseruare!memorię tradere literarũ vetustatẽ! Sed si ꝙ aduersariis nihil credimus, idcirco codicẽ scribere instituimus,qđ etiam apud omneis leue,& infirmũ est, id apud iudicẽ graue & sanctũ esse ducetur! Quid est,ꝙ negligenter scribamus aduersaria! quid est ꝙ diligenter conficiamus tabulas!qua de causa!quia hęc sunt menstrua,illę sunt æternę:hęc delentur statim,illę seruantur sancte:hæc parui tẽporis memoriã,illę perpetuę existimationis fidẽ,& religionẽ amplectunt: hęc sunt delecta,illę in ordinẽ confectę.itaqꝙ aduersaria in iudiciũ protulit nemo, codicẽ ꝓtulit,tabulas recitauit.Tu C.Piso tali fide,virtute,grauitate,auctoritate ornatus,ex aduersariis pecuniam petere non auderes.Ego quę clara sunt consuetudine,diutius dicere non debeo.Illud vero,qđ ad rem vehemẽter pertinet,quęro,q̃ pridem hoc nomẽ Fanni in aduersaria retulisti!Erubescit:quid respondeat,nescit:quid fingat extẽplo, nõ habet.Sunt duo mẽses iam dices.tamẽ in codicẽ acceptũ, & expẽsum referri debuit.Amplius sunt sex mẽses.cur tandiu iacet hoc nomẽ in aduersariis ? Quid si tandẽ amplius triennium est!quomodo,cum omnes qui tabulas conficiant,menstruas pene rõnes in tabulas transferãt,tu hoc nomẽ triẽnium amplius in aduersariis iacere pateris! Vtrum cętera noia in codicem accepti,& expẽsi digesta habes!an non!Si non,quomodo tabulas conficis!si etiam,quãobrem cum cętera no-

Q; mox.

Ferre expẽsum.

Tabulę acceptí & expensi.

Secũdũ tabulas litẽ dari.

Aduersaria.

†ordinare.

mina in ordinẽ referebas,hoc nomẽ triẽnio amplius,qđ erat in primis magnum,in aduerſa riis relinquebas!Nolebas ſciri debere tibi Roſcium.cur ſcribebas!Rogatus eras,ne referres. cur in aduerſariis ſcriptũ habebas!Sed hęc q̃q̃ firma eſſe video,tñ ipſe mihi ſatisfacere non poſſum,niſi a C.Fãnio ipo teſtimoniũ ſumo,hãc pecuniã ei nõ deberi.Magnũ eſt,qđ conor: difficile eſt,qđ polliceor:niſi eũdẽ & aduerſariũ & teſtẽ habuerit Roſcius,nolo vincat. Pecunia tibi debebat certa,quę nũc petitur p iudicẽ,in qua legitimę partis ſpõſio facta eſt. hic tu ſi ampli⁹ HS.nũmo petiſti,q̃ tibi debitũ eſt, cãm pdidiſti.propterea q̃ aliud eſt iudiciũ,aliud

Iudicium. Arbitriũ. eſt arbitriũ.Iudiciũ eſt pecunię certę,arbitriũ incertę.Ad iudiciũ hoc modo venimus,vt tantam litem aut obtineamus,aut amittamus.ad arbitriũ hoc animo adimus,vt neq̃ nihil,neq̃ tãtũ quãtũ poſtulauimus,cõſequamur.Eius rei ipſa verba formulę teſtimonio ſunt.Quid eſt in iudicio!directũ,aſperũ,ſimplex.Si peteret HS.LIII.dari hic,niſi planũ facit HS.LIII.ad

†libellum. †libellã ſibi deberi,cãm pdit. Quid eſt in arbitrio!mite, moderatũ,quãto equius & melius, id clarius.ille tñ confitetur,plus ſe petere,q̃ debeat:ſed ſatis ſupq̃ habere dicit, qđ ſibi ab arbitro tribuatur.Itaq̃ alter cauſę cõfidit,alter diffidit.Quæ cũ ita ſint,quęro abste,qd ita de

Cõpromiſſum. hac pecunia,de his ipſis HS.LIII.de tuarũ tabularũ fide,cõpromiſſum feceris, arbitrũ ſumpſeris,quãto equius & melius ſit dari repromittiq̃ ſi peteres ! Quis in hanc rẽ fuit arbiter! vtinã is quidẽ Romæ eſſet.Romę eſt.Iam vtinã adeſſet in iudicio, adeſt.vtinã ſederet in cõſilio C.Piſonis.ipſe C.Piſo eſt.eundẽ ne tu arbitrũ & iudicẽ ſumebas! eidẽ & infinitã largitionem remittebas,& eundẽ in anguſtiſſimã formulã ſponſionis cõcludebas!Quis vnq̃ ad arbitrum quantũ petit tantũ abſtulit!nemo. Quãtum.n.equius eſſet ſibi dari petit.De quo noſte ad arbitrũ adiſti,de eo ad iudicẽ veniſti.Cæteri cũ ad iudicẽ cãm labefactari aĩaduertunt,ad arbitrũ confugiunt.Hic ab arbitro ad iudicẽ venire eſt auſus,qui cum de hac pecunia,de tabularũ fide arbitrũ ſumpſit,iudicauit ſibi pecuniã nõ deberi.Iam duę partes cauſæ ſunt cõfectę:adulteraſſe ſeſe negat:expẽſum tuliſſe nõ dicit,cũ tabulas nõ recitat. Reliquũ eſt vt ſtipulatũ ſe eſſe dicat.præterea eñ quẽadmodũ certã pecuniã petere poſſit,nõ reperio. Stipulatus es!vbi!quo die!quo tẽpore!quo preſente!quis ſpopõdiſſe me dicit!nemo. Hic ego ſi finem faciã dicendi,ſatis fidei & diligẽtię meę,ſatis cauſę,& cõtrouerſię,ſatis formulę,& ſponſioni,ſatis etiã iudici feciſſe videar,cur ſecũdũ Roſciũ iudicari debeat.Pecunia petita eſt certa,cum tertia parte ſponſio facta eſt.Hęc pecunia neceſſe eſt,aut data, aut expẽſa lata,aut ſtipulata ſit.Datam nõ eſſe,Fannius cõfitetur: expenſam latam nõ eſſe, codices Fannii confirmant:ſtipulatam non eſſe,taciturnitas teſtiũ concedit.Quid ergo eſt!q̃ & res eius eſt,cuius & pecunia leuiſſima,& exiſtimatio ſanctiſſima fuit ſemper:& iudex eſt is, quem nos non minus bene de nobis exiſtimare,q̃ ſecundum nos iudicare velimus:& aduocatio ea eſt, quã p

Arbitriũ honorariũ pter eximium ſplẽdorem,vt iudicem vnum vereri debeamus:perinde ac ſi in hanc formulã omnia iudicia legitima,omnia arbitria honoraria, omnia officia domeſtica,concluſa & cõprehẽſa ſint:perinde dicemus.Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria,hęc erit volũtaria.illa ad iudicem,hęc ad C.Piſonẽ. illa pro reo,hęc pro Roſcio.illa victoriæ,hęc bonę exiſtimatiõis cauſa comparata.Pecuniam petis Fãni a Roſcio,quã!dic audacter,& aperte.Vtrum quæ tibi ex ſocietate debeatur!an quę ex liberalitate huius promiſſa ſit,& oſtentata! quorum alterũ eſt

Iudicia priuata tria. grauius,& odioſius:alterũ leuius,& facilius.Quę ex ſocietate debeatur!quid ais!hoc iã nec leuiter ferẽdum eſt,neq̃ negligenter defendẽdũ. Siqua enim ſunt priuata iudicia ſummę exiſtimationis,& pene dicã capitis,tria hęc ſunt,fiduciæ,tutelę,ſocietatis.eque enim perfidioſum,& nefariũ eſt,fidẽ frangere,quę cõtinet vitã:& pupillũ fraudare, qui ĩ tutelam puenit: & ſociũ fallere,qui ſe in negotio cõiunxit.Quæ cum ita ſint, qui ſit qui ſociũ fraudarit & fefellerit,cõſideremus.Dabit.n.nobis iam tacite vita acta,in alterutrã partem firmũ,& graue teſtimoniũ.Q.Roſcius!quid ais!nõne vt ignis in aquam cõiectus cõtinuo reſtinguitur,& refrigeratur,ſic referuens falſum crimẽ in puriſſimã & caſtiſſimã vitam collatũ ſtatim cõcidit, & extinguit!Roſcius ſociũ fraudauit!Poteſt hoc homini huic hęrere peccatũ! qui mediuſfidius(audacter dico)plus fidei q̃ artis:plus veritatis, q̃ diſciplinę poſſidet in ſe: quẽ populus Ro.meliorẽ virũ,q̃ hiſtrionẽ eſſe arbitratur:q ita digniſſim⁹ eſt ſcena ꝓpter artificiũ,vt digniſſimus ſit curia,ꝓpter abſtinẽtiã.Sed qd ego ineptus de Roſcio apud Piſonẽ dico!ignotum hoſtem ſcilicet pluribus verbis cõmẽdo.eſt ne quiſq̃ omniũ mortaliũ,de quo melius exiſtimes tu!eſt ne quiſq̃ q tibi purior,pudentior,humanior,officioſior,liberaliorq̃ videatur! Quid tu Saturi,q contra hunc venis,exiſtimas aliter! nonne quotieſcũq̃ in cauſa in nomen

huius incidiſti,toties hunc & virũ bonũ eẽ dixiſti,& honoris cauſa appellaſti? qđ nemo niſi aut honeſtiſſimo,aut amiciſſimo facere cõſueuit.Qua ĩ re mihi ridicule es viſus eẽ incõſtãs, q eundẽ & læderes,& laudares, & virũ optimũ,& hoĩem ĩprobiſſimũ eſſe diceres.eũdẽ tu & honoris cauſa appellabas, & virũ primariũ eſſe dicebas, & ſociũ fraudaſſe arguebas. Sed,vt opinor,laudẽ veritati tribuebas,crimẽ gratiæ cõcedebas:de hoc vt exiſtimabas,prędicabas, Chereę arbitratu cauſam agebas. Fraudauit Roſcius.eſt hoc quidẽ auribus,animiſq; hoĩm abſurdũ.Quid ſi tandẽ aliquem timidũ,dementẽ,diuitem,inertem,nactus eſſet, qui experiri nõ poſſet?tamẽ incredibile eſſet . Verũtamẽ quem fraudarit videamus. C.Fanniũ Cheream Roſcius fraudauit.oro,atq; obſecro,vos,qui noſtis,vitã inter ſe vtriuſq; cõferte:qui nõ noſtis,faciẽ vtriuſq; conſiderate.nõne ipſum caput,& ſupcilia illa pnitus abraſa olere malitiã, & clamitare callidꝰitatem videtur?nõ ab imis vnguibus vſq; ad vertícem ſummũ, ſi quã conĩectur̃ affert hoĩbus tacita corporis figura,ex fraude,fallaciis,mẽdaciis,cõſtare totus videtur?Qui idcirco capite,& ſuperciliis ſemp eſt raſis, ne vllũ pilum viri boni habere dicatur. Cuius pſonã præclare Roſcius in ſcena tractare conſueuit:neq; tñ pro beneficio ei par gratia refertur.Nã Ballionẽ illum improbiſſimũ,& periuriſſimũ lenonẽ cum agit,agit Chereã. pſona illa lutulenta,impura,inuiſa,in huius moribus,natura,vitaq; eſt expreſſa. Qui quã obrẽ Roſciũ ſimilẽ ſui in fraude, & malitia exiſtimarit, nihil videtur: niſi forte,q; præclare hunc imitari ſe in pſona lenonis animaduertit. Quãobrem etiã atq; etiam conſidera C.Piſo,quis quẽ fraudaſſe dicatur.Roſcius Fãnium?Quid eſt hoc?probus improbũ, pudens impudentem, periurũ caſtus,callidũ imperitus,liberalis auidum.incredibile eſt. quẽadmodũ ſi Fannius Roſciũ fraudaſſe diceretur,vtrũq; ex vtriuſq; pſona veriſimile videretur, & Fanniũ per malitiã feciſſe,& Roſciũ per imprudẽtiã deceptum eſſe: ſic cũ Roſcius Fanniũ fraudaſſe arguatur,vtrũq; incredibile eſt:& Roſciũ quicq̃ per auaritiam appetiſſe:& Fanniũ qcq̃ p ſe bonitate amiſiſſe.Principia ſunt huiuſmodi:ſpectemus relíqua.HS.LIII.Q.Roſcius fraudauit Fannium.qua de cauſa?ſubridet Saturius veterator,vt ſibi videtur.ait ꝓpter ipſa HS. LIII.Video:ſed tamẽ cur ipſa HS.LIII.tã vehemẽter cõcupierit quero.Nã tibi M.Perpenna, C.Piſo certe tanti non fuiſſet,vt ſocium fraudaretis. Roſcio cur tanti fuerit, cauſam requiro.egebat?immo locuples erat.debebat?immo in ſuis ſummus verſabatur.auarus erat?immo etiam anteq̃ locuples,ſemper liberaliſſimus, munificentiſſimuſq; fuit. Pro deum hominum q; fidẽ,qui HS.CCCLIII.CCCLIII.CCCLIII.queſtus facere noluit:nam certe HS.CCCLIII. CCCLIII.CCCLIII.merere & potuit,& debuit, ſi poteſt Dionyſia HS.CCCLIII. CCCLIII. merere:is per ſummã fraudẽ,& malitiã,& perfidiã,HS.LIII.appetiit?& illa fuit pecunia ĩmanis,hęc paruula.illa honeſta,hęc ſordida.illa iucũda,hęc acerba.illa propria,hæc in cauſa,& in iudicio collocata.Decẽ his annis proximis HS. ſexagies honeſtiſſime cõſequi potuit, noluit:laborẽ queſtus recepit,queſtũ laboris reiecit:populo Ro.adhũc ſeruire non deſtitit,ſibi ſeruire iã pridem deſtitit.Hoc tu vnq̃ Fanni faceres?ſed ſi hos queſtus recipere poſſes,nõ eodem tẽpore & geſtũ,& animã ageres?Dic nunc te ab Roſcio HS.LIII.circunſcriptũ eſſe,qui tantas,& tã infinitas pecunias nõ ꝓpter inertiam laboris,ſed propter magnificentiã liberalitatis repudiarit.Quid ego nũc illa dicã,q̃ vobis ĩ mẽtẽ venire certo ſcio?fraudabat te in ſocietate Roſcius.ſunt iura,ſunt formulę de oĩbus reb9 cõſtitutę,ne qs aut in gñe iniurię, aut rõne actiõis errare poſſit.expreſſę ſunt eñ ex vniuſcuiuſq; dãno,dolore,incõmodo,calamitate,iniuria,publicę a Prętore formulæ, ad quas priuata lis accõmodatur.Quę cũ ita ſint,cur nõ arbitriũ ꝓ ſocio adegeris Q.Roſciũ quero.formulã nõ noras?notiſſima erat.iudicio graui experiri nolebas?quid ita?propter familiaritatem veterẽ?cur ergo lędis?propter integritatem haĩs?cur igitur inſimulas?propter ægritudinem criminis? ita ne vero,quẽ per arbitrum circũuenire nõ poſſes,cuius de ea re proprium non erat iudicium, nunc per iudicem condemnabis,cuius de re nullũ eſt arbitriũ?quin tu hoc crimen aut obiice,vbi licet agere,aut tacere noli,vbi nõ oportet.tametſi iã hoc tuo teſtimonio crimẽ ſublatũ eſt. Nã quo tu tẽpore illa formula vti noluiſti,nihil hũc in ſocietatem fraudis feciſſe oſtendiſti. Num tabulas habet,an non?ſi nõ habet, quẽadmodum pactio eſt?ſi habet,cur nõ nominas?Dic nũc Roſcium abs te petiſſe vt familiarẽ ſuũ ſumeres arbitrum. nõ petiit.Dic pactionẽ feciſſe vt abſoluere tur.nõ pepigit.Quere quare ſit abſolutus?q; erat ſumma innocentia,& integritate. Quid.n. factum eſt?veniſti domũ vltro Roſcii:ſatiſfeciſti,qđ temere cõmiſiſti,in iudiciũ vt denunciaret,rogaſti vt ignoſceret,te affuturũ negaſti:debere tibi ex ſocietate nihil,clamitaſti iudici.

Ex figura & facie iudicandum

Ballio. Periuriſſimus.

Veterator

Agere animam.

hic denunciauit:absolutus est,tamẽ fraudis ac furti mentionẽ facere audes?Perstat in impudentia:pactionẽ eñ inquit mecũ fecerat.idcirco videlicet ne condẽnaretur:Quid erat causę cur metueret ne cõdemnaretur?res erat manifesta,furtũ erat apertũ.Cuius rei furtũ factum erat?Exordit magna cũ expectatione veteris histrionis exponere societatẽ.Panurgus inquit fuit Fannii,is fuit ei cũ Roscio cõmunis.hic primũ questus est nõ leuiter Saturius,cõmunẽ factũ esse gratis cũ Roscio,qui precio propriu fuisset Fannii.Largitus est scilicet homo liberalis,& dissolutus,& bonitate affluẽs Fannius Roscio?Sic puto.Quoniã ille hic cõstitit paulisper,mihi quoq; necesse est paulum commorari.Panurgum tu Saturi proprium Fannii dicis fuisse.At ego totum Roscii fuisse contendo.quid erat enim Fannii?corpus.Quid Roscii?disciplina. Facies non erat,ars erat preciosa. Ex qua parte erat Fannii, non erat HS.LIII.ex qua parte erat Roscii,amplius erat HS.CCCLIII.Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat,sed ex artificio Comico æstimabat.Nam illa membra merere per se non amplius poterant duodecim ęris:disciplina quæ erat ab hoc tradita,locabat se non minus HS. CCCLIII. O societatem captiosam & indignam, vbi alter HS.LIII.alter.CCCLIII.quod sit,in societatem affert.nisi idcirco molestę pateris q; HS.LIII.tu ex arca proferebas: HS.CCCLIII.ex disciplina,& artificio Roscius promebat.Quã.n.rem,& expectationẽ,qđ studium,& quẽ fauorem secũ in scenam attulit Panurgus?q; Roscii fuit discipulus,qui diligebãt hunc, illi fauebant:qui admirabãtur hunc,illum probabãt:qui deniq; huius nomẽ audierant,illũ eruditũ & perfectũ existimabãt. Sic est vulgus,ex veritate pauca,ex opiniõe multa ęstimat.Quid sciret ille,perpauci aĩaduertebãt:vbi didicisset,omes quęrebãt.nihil ab hoc prauum,& peruersum produci posse arbitrabãtur.si veniret ab Statilio,tametsi artificio Roscių superaret,aspicere nemo posset.Nemo eñ sicut ex improbo patre probũ filiũ nasci,sic ex pessimo histrione bonũ Comœdum fieri posse existimaret.Quia veniebat a Roscio,plus etiã scire,q̃ sciebat,videbatur. Qđ item nuper in Erote Comœdo vsu venit,qui posteaq̃ e scena nõ modo sibilis, sed etiã conuitio explodebaꝫ,sicut in aram cõfugit in huius domũ,disciplinã,patrocinium, nomẽ.itaq; perbreui tẽpore, qui ne in nouissimis quidẽ erat histrionibus, ad primos puenit Comœdos.Quę res extulit eũ?vna cõmẽdatio hui9. Qui tñ Panurgũ illũ, nõ solũ vt Roscii discipulus fuisse diceretur,domũ recepit,sed etiã summo cũ labore,stomacho,miseriaq; erudiit.Iam quo quisq; est solertior,& ingeniosior,hoc docet iracundius,& laboriosius.Qđ eñ ipse celeriter arripuit,id cũ tarde percipi videt, discruciatur.Paulo longius oratio mea prouecta est hac de causa,vt conditionẽ societatis diligenter cognoscere tis.quæ deinde sunt cõsecuta?Panurgũ inquit hunc seruũ cõmunẽ Q.Flauius Tarquiniẽsis quidã interfecit.in hãc rem inqt me cognitorẽ dedisti:lite cõtestata, iudicio damni iniuria cõstituto, tu sine me cũ Flauio decidisti. Vtrũ pro dimidia parte?an pro tota?planius dicã.vtrũ pro me?an & p̃ me, & pro te?p̃ me?potui,exẽplo multorũ licitũ est,iure fecerũt multi, nihil in ea re tibi iniurię feci.pete tu tuũ,exige,& aufer qđ debetur,suam quisq; partẽ iuris possideat,& persequaꝫ.At eñ tu tuum negotium gessisti bene. gere & tu tuũ bene. Magno tuã dimidiã partẽ decidisti.magno & tu tuã partẽ decide. HS.CCCLIII.tu abstulisti.si fit hoc vero,HS.CCCLIII.tu quoq; aufer.Sed hanc decisionẽ Roscii,oratiõe & opinione augere licet:re & veritate mediocrem,& tenuẽ esse inuenietis.Accepit eñ agrũ temporibus iis,cũ iacerẽt precia prędioꝝ.qui ager neq; villã habuit,neq; ex vlla parte fuit cultus: q nũc multo pluris est,q̃ tunc fuit.neq; id est mirũ.tum eñ propter Reip.calamitates omniũ possessiones erant incertę: nunc deum immortaliũ benignitate, omniũ fortunę sunt certę.tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cũ optima villa. Verũtamẽ,quoniã natura tã maleuolus es,nunq̃ ista te molestia,& cura liberabo.Preclare suũ negotiũ gessit Roscius,fundũ fructuosissimũ abstulit.quid ad te?tuã partem dimidiã quẽadmodũ vis decide.Vertit hic rõnem,& id qđ probare nõ potest,fingere conatur.de tota re inquit decidisti. ergo huc vniuersa causa deducitur, vtrum Roscius cũ Flauio de sua parte,an de tota societate fecerit pactionẽ. Nã ego Roscių si quid cõmuni noie tetigit,cõfiteor prestare debere societati. Societatis nõ suas lites redemit,cum fundũ a Flauio accepit.Quid ita,satis nõ dedit amplius a se neminẽ petiturũ?qui de sua parte decidit,reliquis integram relinquit actionẽ. qui pro sociis transigit, satisdat neminẽ eoꝝ postea petiturũ.Quid ita Flauio sibi cauere nõ venit ĩ mẽtẽ?nesciebat videlicet Panurgũ fuisse in societate?sciebat.nesciebat Fanniũ Roscio esse socium?preclare.Nã iste cum eo litem cõtestatam habebat.Cur igitur decidit,& nõ restipulatur,neminẽ amplí9 petiturũ?cur de fun

Panurgus seruus comœdus.

Merere duodecim ęris.

Vulgi iudicium.

Nouissim9

Lis cõtęsta ta.

Iacerẽt precia prędiorum.

do decidit, & iudicio nõ absoluitur?cur tam imperite facit,vt nec Roscium stipulatione alliget,neq; a Fãnio iudicio se absoluat? Est hoc primũ,& ex cõditiõe iuris, & ex cõsuetudine cautionis grauissimũ,& firmissimũ argumẽtũ.qđ ego pluribus verbis amplecterer,si nõ alia certiora,& clariora testimonia in causa habérem. Et ne forte me hoc frustra pollicitum esse prædices,te, te inquam Fanni ab tuis subselliis contra te testem susćitabo. Crimínatio tua quæ est?Roscium cum Flauio pro societate decidisse.Quo tempore?Abhinc annis.XV. Defensio mea quæ est?Roscium pro sua parte cũ Flauio transegisse.repromittis tu abhinc triennium Roscio.quid?recita istam restipulationem clarius.Attende quęso Piso:Fannium inuitum,& huc,atq; illuc tergiuersantem,testimonium contra se dicere cogo. Quid enim restipulatio clamat? QVOD A FLAVIO ABSTVLERO PARTEM DIMIDIAM INDE ROSCIO ME SOLVTVRVM SPONDEO. Tua vox est Fanni,quid tu auferre potes a Flauio,si Flauius nihil debet?quid? hic porro nunc restipulatur, quod iampridem ipse exegit?quid vero Flauius tibi daturus est,qui Roscio omne quod debuit dissoluit? cur in re tã veteri,in negotio tam confecto,in societate dissoluta, noua hæc restipulatio interponitur? Quis est huius restipulationis scriptor,testis,arbiter?quis?tu Piso. Tu enim Q. Roscio pro opera,labore,ꝙ cognitor fuisset,ꝙ vadimonia obisset,rogasti vt Fãnio daret HS.CCCLIII. hac cõditiõe,vt si qd ille exegisset a Flauio,partẽ ei⁹ dimidiã Roscio dissolueret.Satis ne ista stipulatio dicere tibi videt aperte Roscio ꝙ se decidisse?Etem forsitan hoc tibi veniat in mẽtem, repromisisse Fãnio Roscio,si qd a Flauio exegisset, eius partẽ dimidiã se dño exegisse. nihil.quid?tu nõ exitũ exactionis,sed initiũ repromissiõis spectare debes? neq; si ille persequẽdum,nõ qđ in se fuit,iudicauit,Roscio suas nõ societatis lites redemisse.Quid si tandem planum facio post decisionẽ veterẽ Roscii,post repromissionẽ recentẽ hãc Fánii, HS.CCCLIII. Fanniũ a Q.Flauio Panurgi noïe abstulisse,tamẽ diutius illudere viri optimi existimationi Q.Roscii audebit?Paulo ante quęrebã,id qđ vehementer ad rẽ pertinebat,qua de causa Flauius cũ de tota lite faceret pactionẽ, neq; satis acciperet a Roscio, neq; iudicio absolueretur a Fannio.Nũc vero(id qđ mirũ & incredibile est)requiro, quãobrẽ cũ de tota re decidisset cum Roscio,HS.CCCLIII.separatim Fãnio dissoluit?Hoc loco Saturi qd pares respondere, scire cupio.vtrũ oĩno Fanniũ a Flauio HS.CCCLIII.nõ abstulisse?an alio noïe,& alia de causa abstulisse?Si alia de causa,quę ratio tibi cũ eo intercesserat?nulla.addictus erat tibi?nõ.frustra tẽpus cõtero:oĩno ĩquit,CCCLIII.a Flauio nõ abstulit,neq; Panurgi noïe,neq; cuiusq;. Si planũ facio post hãc recentẽ stipulationẽ Roscii,HS.CCCLIII.a Flauio te abstulisse,nunqd causare,quin ab iudicio abeas turpissime victus?Quo teste igit hoc planũ faciã?venerat, vt opinor,hęc res in iudiciũ.certe.qs erat petitor?Fãnius.quis reus?Flauius.quis iudex? Cluuius.ex his vnus mihi testis est ꝓducẽdus,qui pecuniã datã dicat.qs est ex his grauissimus? sine cõtrouersia,qui oĩm iudicio cõprobatus est iudex.Quẽ igitur ex his tribus a me testem spectabis?petitorẽ?Fannius est.contra se nunq̃ testimoniũ dicet.reum?Flauius est. is iampridẽ est mortuus:si viueret,verba eius audiretis.Iudicẽ?Cluuius est.qd is dicit?HS.CCCLIII. Panurgi nomine Flauiũ Fannio dissoluisse.quẽ tu si ex censu spectas,Eques Ro.est:si ex vita, homo clarissimus est:si ex te,iudicẽ sumpsisti:si ex veritate,id qđ scire potuit,& debuit, dixit.Nega,nega nũc, Eqti Ro.homini honesto,iudici tuo,credi oportere.Circũspicit,estuat, negat nos Cluuii testimoniũ recitaturos.recitabim⁹, erras,inani & tenui spe te cõsolaris.Recita testimoniũ T.Manilii,& C.Luscii Ocreæ,duoꝝ Senatoꝝ,hoĩm ornatissimorũ, q ex Cluuio audierunt. Vtrum dicis,Luscio & Manilio,an & Cluuio nõ esse credendum?Planius atq; apertius dicam:vtrum Luscius & Manilius nihil de HS.CCCLIII. ex Cluuio audierunt? an Cluuius falsum Luscio,& Manilio dixit? Hoc ego lecto,soluto,& quieto sum animo,& quorsum recidat respõsum tuum nõ magnopere laboro. Firmissimis.n.& sanctissimis testimoniis virorꝝ optimorũ causa Roscii cõmunita est.Si iam tibi deliberatũ est,quibus abroges fidem iurisiurãdi,respõde.Manilio,& Luscio negas esse credendũ?dic.aude.est tuę cõtumacię,arrogantię,vitęq; vniuersę vox. Quid expectas , q̃mox ego Luscium & Maniliũ dicã ordine esse Senatores,ętate grãdes natu,natura sanctos,& religiosos,copiis rei familiaris locupletes,& pecuniosos?nõ faciam.nihil mihi detrahã,cum illis exactę ętatis seueríssime fructũ quẽ meruerunt retribuam:magis mea adolescentia indiget illorũ bona existimatione,q̃ illorum seueríssima senectus desiderat meam laudem.Tibi vero Piso diu deliberandum, & concoquendum est,vtrum potius Chereę iniurato in sua lite,an Manilio & Luscio iuratis in alieno iu-

Restipulatio.

Repromittere.

Illudere existimatiõi.

dicio credas. Reliquũ est vt Cluuiũ falsum dixisse Luscio, & Manilio cõtendat. qđ si facit, qua impudẽtia est, eũ ne testem improbabit, quẽ iudicẽ ꝓbarit! ei negabit credi oportere, cui ipse crediderit! eius testis ad iudicẽ fidẽ infirmabit, cuius ꝓpter fidẽ, & religionẽ iudicis testes cõparabat! quẽ ego si ferrẽ iudicẽ, refugere nõ deberet, cũ testẽ producã, reprehẽdere audebit! Dixit. n. inqt, iniuratus Luscio, & Manilio. si diceret iuratus, crederes! At qd ĩteresť inter ꝑiurũ, & mẽdacẽ! q mẽtiri solet, ꝑierare cõsueuit. quẽ ego vt mentiať inducere possum, vt ꝑieret exorare facile potero. Nã q semel a veritate deflexit, hic nõ maiore religiõe ad periuriũ, q̃ ad mẽdaciũ ꝓduci cõsueuit. Quis. n. deprecatione deoꝝ, nõ cõsciẽtiæ fide cõmoueť! Propterea, q̃ pœna ab diis ĩmortalib⁹ ꝑiuro, hęc eadẽ mẽdaci cõstituta est. Nõ. n. ex pactione verboꝝ, qbus iusiurandũ cõprehẽdiť, sed ex pfidia, & malitia, ꝑ quã insidię tendũtur ali cui, dii ĩmortales hoĩbus irasci, & succẽsere cõsuerũt. At ego hoc ex cõtrario cõtẽdo. Leuior esset auctoritas Cluuii si diceret iuratus, q̃ nũc est, cũ dicit iniurat⁹. tum eñ forsitan ĩpro bis nimis cupidus videreť, q qua de re iudex fuisset, testis eẽt. nũc oĩb⁹ ĩnimicis necesse est castissimus, & cõstantissimus esse videať, qui id qđ scit, familiarib⁹ suis dicit. Dic nũc si potes, si res, si causa patiť, Cluuiũ esse mẽtitũ. Mẽtitus est Cluuius! Ipsa mihi veritas manũ iniecit. & paulisper cõsistere, & cõmorari cogit, vnde hoc totũ ductũ & cõflatũ mẽdaciũ est. Roscí⁹ est videlicet homo callidus, & versut⁹, hoc initio cogitare cœpit: qm̃ Fãnius a me ꝑit HS. LIII. ꝑtã a C. Cluuio equite Ro. ornatissimo hoĩe, vt mea causa mẽtiatur, dicat decisionẽ factã esse, q̃ facta nõ est. HS. CCCLIII. a Flauio data esse Fãnio, quę data nõ sunt. Est hoc princi piũ improbi animi, miseri ingenii, † nullius cõsilii. Quid deinde! postea q̃ se pręclare cõfirmauit, venit ad Cluuiũ. quẽ hoĩem! leuẽ! immo grauissimũ. mobilẽ! immo cõstantissimũ. familiarẽ! imo alienissimũ. Hunc postea q̃ salutauit, rogare cœpit blãde, & cõcinne scilicet, mentire mea causa, viris optimis, tuis familiaribus pręsentibus: dic Flauiũ cũ Fãnio de Panurgo decidisse, q nihil trãsegit. dic HS. CCCLIII. dedisse, q assem nullũ dedit. Quid ille respondit! ego vero cupide, & libẽter mẽtiar tua causa: & siqñ me vis ꝑierare, vt paululũ tu cõpẽdii facias, paratũ fore scito. Nõ fuit causa, cur tantũ laborẽ caperes, & ad me venires: per nunciũ hoc, qđ erat tã leue, trãsigere potuisti. Pro` deũ hominũqꝫ fidẽ, hoc aut Roscius vnq̃ a Cluuio pętiisset, si HS. millies in iudicium haberet! aut Cluuius Roscio ꝑtenti cõcessisset, si vniuersæ prędę particeps esset! vix mediusfidius tu Fanni a Ballione, aut aliquo eius simili hoc exposturare auderes, & impetrare posses. qđ cũ est veritate falsum, tum rõne quoqꝫ est incredibile. Obliuiscor. n. Roscíũ, & Cluuiũ viros esse primarios: improbos, tẽporis causa, esse fingo. falsum subornauit testẽ Roscius Cluuiũ, cur tã sero! cur cũ altera pẽsio soluẽda esset! nõ tũ cũ prima! nã iam antea HS. LIII. dissoluerat. Deinde, si iam persuasum erat Cluuio vt mentireť, cur poti⁹ HS. CCCLIII. q̃. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. data dixit Fãnio a Flauio! cũ ex restipulatione pars eius dimidia Roscii eẽt. Iã intelligis C. Piso, sibi soli, societati nihil Roscíũ petisse. Hoc cũ sentit Saturius eẽ apertũ, resistere, & repugnare cõtra veritatẽ nõ audet: aliud fraudis, & insidiarũ in eodẽ vestigio diuerticulũ reperit. petisse † inqt suã partẽ Roscíũ a Flauio confiteor, vacuã, & integrã reliquisse Fãnii concedo: sed qđ sibi exegit, id cõmune societatis factũ esse cõtendo. quo nihil captiosius, neqꝫ indignius potest dici. Quæro. n. potuerit ne Roscius ex societate suã partẽ petere, nec ne! Si nõ potuit, quẽadmodũ abstulit! si potuit, quẽadmodũ nõ sibi exegit! Nã qđ sibi petitur, certe alteri nõ exigiť. An ita est! si qđ vniuersę societatis fuisset, petisset, qđ cũ redactũ esset, æqualiter oẽs partirẽtur, nunqd petierit, qđ suę partis esset! nunqd cũ abstulit, soli sibi exegit! Quid interest, inter eũ q per se litigat, & qui cognitorẽ dat! qui per se litem cõtestatur, sibi soli petit. alteri nemo potest, nisi q cognitor est factus. Ita ne vero! cognitor si fuisset tuus, qđ vicisset iudicio, ferres tuũ. suo noĩe petiit: quod abstulit, sibi, nõ tibi exegit. Q̃ si quisq̃ petere potest alteri, qui cognitor nõ est factus, quęro quid ita, cũ Panurgus eẽt interfectus, & lis contestata cum Flauio damni iniuria esset, tu in eam litem cognitor Roscii sis factus! cũ pręsertim ex tua oratione, qđcunqꝫ tibi peteres, huic peteres: quodcunqꝫ tibi exigeres, id in societatem recideret. Q̃ si ad Roscium nihil peruenireť, quod tu a Flauio abstulisses, nisi te in suam litem dedisset cognitorẽ: ad te peruenire nihil debet, qđ Roscius pro sua parte exegit, quoniã tuus cognitor nõ est factus. Quid. n. huic rei respondere poteris Fanni! cũ de sua parte Roscius transegit cum Flauio, actionẽ tibi tuã reliquit an nõ! Si nõ reliquit, quẽadmodũ HS. CCCLIII. ab eo postea exegisti! si reliquit, qđ ab hoc petis, qđ per te persequi & petere debes! Simillima eñ, & maxime gemina societas hę

Mendax facile ꝑierat

†nulli. pro nullius.

Caperes laborem.

Penſio ſoluenda.

†inquam.

Cognitor.

Societas ſimillima & maxime gemina hęreditatis.

reditatis est, quēadmodū socius in societate habet partē, sic hęres in hęreditate habet partē. Vt hęres sibi soli nō cohęredibus petit, sic socius sibi soli nō sociis petit: & quēadmodū uter q; pro sua parte petit, sic pro sua parte dissoluit: hęres ex sua parte, qua hęreditatē adiit: socius ex ea, qua societatem coiit. Quēadmodum suā partē Roscius suo nomine cōdonare potuit Flauio, vt eā tu nō peteres, sic cū exegit suā partē, & tibi integrā petitionē reliquit, tecū partiri nō debet. nisi forte tu puerso more qđ huius est, ab alio extorquere nō potes, huic eripere potes. Perstat in sententia Saturius, quodcūq; sibi petat socius, id societatis fieri. qđ si ita est, quę (malū) stultitia fuit! Roscius, q ex iuris peritorū consilio & auctoritate restipulare ā Fannio diligenter, vt qđ is exegisset a Flauio, dimidiā partē sibi dissolueret, si quidem sine cautione, & repromissione nihilo minus id Fannius societati, hoc est Roscio debebat.

Desiderantur non pauca.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM LIBER PRIMVS, QVI DIVINATIO DICITVR. ORATIO. IIII.

IQVIS Vestrum Iudices, aut eorum, qui adsunt, forte miratur, me qui tot annos in causis, iudiciisq; publicis ita sim versatus, vt defenderim multos, lęserim neminē, subito nunc mutata voluntate ad accusandū descendere: is si mei cōsilii causam, rationemq; cognouerit, una & id qđ facio probabit, & in hac causa profecto neminem mihi esse pręponēdū actorē putabit. Cū Quęstor in Sicilia fuissem Iudices, itaq; ex ea prouincia decessissem, vt Siculis omnibus iucundam diuturnamq; memoriā quęsturę nominisq; mei relinquerem, factum est, vti cū summū in ueteribus patronis multis, tum nōnullum etiā in me prędidium suis fortunis constitutū esse arbitrarētur. Qui nūc populati, atq; vexati, cuncti ad me publice sępe venerunt, vt suarū fortunarū omnium causam, defensionemq; susciperem. me sępe esse pollicitū, sępe ostendisse dicebant, si qđ tempus accidisset, quo tēpore aliquid a me requirerent, cōmodis eorū me non defuturū: venisse tempus aiebant, nō iam vt cōmoda sua, sed vt vitā salutemq; totius prouincię defenderem: sese iam ne deos quidē in suis vrbibus, ad quos confugerent, habere, q; eorum simulacra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset: quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumelijs, efficere potuisset, eas oēs sese hoc vno Prętore per triēniū pertulisse: rogare, & orare, ne illos supplices aspernarer, quos me incolumi nemini supplices esse oporteret. Tuli grauiter, & acerbe Iudices, in eū me locū adductū, vt aut eos homines spes falleret, qui opem a me, atq; auxilium petissent: aut ego, qui me ad defendendos hoīes ab ineunte adolescētia dedissem, tempore atq; officio coactus, ad accusandum traducerer. Dicebā habere eos actorē Q. Cęcilium, qui prędertim Quęstor in eadem prouincia post me quęstorē fuisset. Quo ego adiumēto sperabā hanc a me molestiā posse dimoueri, id mihi erat aduersariū maxime. Nā illi multo mihi hoc facilius remisissent, si istū nō nossent, aut si iste apud eos quęstor nō fuisset. Adductus sum Iudices officio, fide, misericordia, multorū bonorū exemplo, veteri cōsuetudine, institutoq; maiorū, vt onus hoc laboris, atq; officii, nō ex meo, sed ex meorū necessariorum tēpore mihi suscipiēdū putarē. Quo in negotio tñ illa me res Iudices cōsolatur, q; hęc quę videt eē accusatio mea, nō potius accusatio, q̄ defensio est existimāda. Defendo em̄ multos mortales, multas ciuitates, prouinciā Siciliā totā. Quāobrē si mihi vnus est accusandus, ꝑmodū manere ī instituto meo videor, & nō oīno a defendendis hoībus, subleuādisq; discedere. Q̄z si hanc causam tam idoneā, tam illustrem, tam grauem nō haberem, si aut hoc a me Siculi non petissent, aut mihi cū Siculis causa tantę necessitudinis nō intercederet, & hoc, qđ facio, me Reipu. causa facere ꝑfiterer, vt homo singulari cupiditate, audacia, scelere prędituſ, cuius furta, atq; flagitia nō in Sicilia solum, sed in Achaia, Asia, Cilicia, Păphylia, Romę denicq; ante oculos oīm, maxima, turpissimaq; nossemus, me agente in iudiciū vocaretur: quis tandem esset, qui meū factū aut cōsilium posset reprehendere! Quid est, pro deum hoīmq; fidem, in quo ego Reip. plus hoc tēpore prodesse possim! Quid est, qđ aut Populo Ro. gratius esse debeat! aut sociis exterisq; nationibus optatius esse possit! aut saluti fortunisq; omnium magis accōmodatum sit! Populatę, vexatę, funditus euersæ prouinciæ: socii, stipendariiq; Populi Romani afflicti, miseri, iā non salutis spem, sed exitii solatium quærunt. Qui iudicia manere apud ordinem Senatorū

Aduersarium mihi erat.

Remittere

volunt,querũtur,accusatores se idoneos nõ habere.Qui accusare possunt,iudiciorũ seueritatẽ desiderãt. Populus Ro.interea,tãetsi multis incõmodis difficultatibusq; affectus est,tamen nihil eque in Rep. atq; illã veterẽ iudiciorũ vim, grauitatẽq; reqrit. Iudiciorũ desiderio Tribunitia potestas efflagitata est. iudiciorũ leuitate ordo quoq; alius ad res iudicãdas postulatur.iudicũ culpa atq; dedecore etiã Censoriũ nomẽ,qđ asperius antea populo videri solebat,id nũc poscitur,id iã populare,atq; plausibile factũ est.In hac libidine hoĩm nocentissĩ morũ,in Po.Ro.quotidiana querimonia,iudiciorũ infamia, totius ordinis offensiõe, cũ hoc vnũ his tot incõmodis remediũ esse arbitrarer,vt hoĩes idonei, atq; integri causam Reip.le gũq; susciperent,fateor me salutis oĩm causa,ad eam partẽ accessisse Reip.subleuãdę,quę maxime laboraret.Nunc qm̃ qbus rebus adductus ad causam accesserim demõstraui,dicendum necessario est de cõtentione nostra,vt in constituẽdo accusatore, qđ sequi possitis,habeatis.

Duo spectãda in accusatore cõstituẽdo †factum.

Ego sic intellígo Iudices,cũ de pecuniis repetundis nomẽ cuiuspiã deferat, si certamẽ vnger aliquos sit,cui potissimũ delatio detur,hęc duo ĩ primis spectari oportere: quẽ maxĩe velint actorẽ esse ii,qbus†factę eẽ dicãtur iniurię:& quẽ minime velit is,q eas iniurias fecisse arguatur.In hac causa Iudices tametsi vtrũq; esse arbitror perspicuũ,tamẽ de vtroq; dicã,& de eo pri⁹,qđ apud vos plurimũ debet valere,hoc est de volũtate eorꝝ, qb⁹ iniurię factę sunt,quorũ causa iudiciũ de pecuniis repetundis est cõstitutũ.Siciliam prouinciam C.Verres per triẽnium depopulatus esse,Siculorũ ciuitates vastasse,domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. Adsunt,querũtur Siculi vniuersi:ad meam fidem, quã habent spectatam iam, & diu cognitam,confugiunt:auxiliũ sibi per me a vobis atq; a Populi Ro.legibus petunt:me defensorem calamitatũ suarum,me vltorem iniuriarũ,me cognitorẽ iuris sui, me actorem causæ totius esse voluerũt. Vtrum Q.Cęcili hoc dices,me nõ Siculorum rogatu ad causam accedere! an optimorũ fidelissimorũq; sociorũ voluntatem apud hos grauem esse nõ oportere! Si id audebis dicere,qđ C.Verres,cui te inimicum esse simulas,maxime existimari vult,Siculos hoc a me nõ petisse,primũ causam inimici tui subleuabis,de quo nõ prędiudicium, sed plane iudicium iã factũ putatur,q; ita percrebuit,Siculos oẽs actorẽ suę causę cõtra illius iniurias quę fisse.Hoc si tu inimicus eius,factũ negabis,qđ ipse,cui maxime hęc res obstat, negare nõ audet,videto ne nimium familiariter inimicitias exercere videare. Deinde sunt testes viri clarissimi nostrę ciuitatis,quos oĩes a me noĩari nõ est necesse.eos qui adsunt appellabo,quos, si mẽtirer,testes esse impudentię meę minime vellẽ.Scit is,qui est in cõsilio C.Marcellus:scit is,quem adesse video,Cn.Lentulus Marcellinus:quoꝝ fide, atq; presidio Siculi maxime vtũtur,q; omnino Marcellorũ nomini tota illa prouincia adiuncta est. Hi sciunt hoc nõ modo a me petitum esse,sed ita sępe,& ita vehemẽter esse petitum,vt aut causa mihi suscipiẽda fuerit, aut officium necessitudinis repudiandum.Sed qd ego his testibus vtor!quasi res dubia aut obscura sit.Adsunt hoĩes ex tota prouincia nobilissimi,q; presentes vos orant,atq; obsecrant Iudices,vt in actore causę suę deligẽdo,vestrũ iudiciũ a suo iudicio ne discrepet.Oĩm ciuitatum totius Sicilię legationes adsunt,pręter duas ciuitates:quarũ duarum si adessent, duo crimina vel maxima minuerentur,quę cũ his ciuitatibus C.Verri cõmunicata sunt.At enim cur a me potissimum hoc presidium petiuerunt! Si esset dubium,petissent a me præsidiũ,nec ne,dicerem cur petissent.Nunc vero,cũ id ita perspicuum sit,vt oculis iudicare possitis,nescio cur hoc mihi detrimẽto esse debeat,si id mihi obiiciatur,me potissimũ esse delectum.Verũ id mihi nõ sumo Iudices,& hoc non modo in oratione mea nõ pono, sed ne in opinione quidẽ cuiusq; relinquo,me omnibus patronis eẽ prępositũ.Nõ ita est,sed vniuscuiusq;,tẽporis,valetudinis,facultatis ad agendum, ducta ratio est.Mea fuit semp hæc in hac re voluntas,& sentẽtia,quẽuis vt hoc shallent,de his qui essent idonei,suscipere,q; me me vt mallent,q; neminẽ. Reliquũ est iam,vt illud quęramus,cũ hoc cõstet,Siculos a me petisse, ecquid hanc rem apud vos,animosq; vestros valere oporteat: ecquid auctoritatis apud vos in suo iure repetũdo socii populi Ro.supplices vestri habere debeant.De quo quid ego plura cõmemorẽ!quasi vero dubiũ sit,quin tota lex de pecuniis repetũdis sociorũ causa constituta sit.Nã ciuib⁹ cũ sunt ereptę pecunię,ciuili fere actiõe,& priuato iure repetũtur.Hęc lex socialis est,hoc ius nationũ exterarũ est,hãc habẽt arcem minus aliquãto munitã nunc quidem q; antea:verũtn̄,siqua relíqua spes est, q; socioꝝ aĩos consolari possit,ea tota in hac lege posita ẽ:cui⁹ legis nõ mõ a Po.Ro.sed etiã ab vltimis nationibus iãpridẽ seueri custodes requirunt.Quis igit est,q; neget,oportere eorꝝ arbitratu lege agi,quoꝝ causa lex sit constitu-

Prędiudiciũ Iudicium.

Lex de pecuniis repetundis cur constituta.

ta! Sicilia tota si vna voce loqueret, hoc diceret: qđ auri, qđ argẽti, qđ ornamentoꝝ in meis vrbibus, sedibus, delubris fuit, qđ in vnaquaq; re beneficio Senatꝰ Populiq; Ro. iuris habui, id mihi tu C. Verres eripuisti, atq; abstulisti. quo noīe abs te sestertiũ millies ex lege repeto. Si vniuersa, vt dixi, prouincia loqui posset, hac voce vteret. Qm̃ id nõ poterat, harum rerũ actorem quẽ idoneũ esse arbitrata est, ipsa delegit. In hmõi re quisq; tã impudens reperietur, qui ad alienam causam inuitis iis, quoꝝ negotium est, accedere, aut aspirare audeat! Si tibi Q. Cęcili hoc Siculi dicerent, te nõ nouimus, nescimus quis sis, nunq; te antea vidimus, sine nos per eum nostras fortunas defendere, cuius fides est nobis cognita: nonne id dicerent, qđ cuiuis ꝓbare deberent! nũc hoc dicũt: vtrũq; se nosse, alterũ se cupere defensorem esse fortunarũ suarum, alterũ plane nolle. Cur nolint, etiã si tacerent, satis dicunt. verũ non tacent. Tamen his inuitissimis te offeres! tamẽ in aliena causa loquere! tamẽ eos defendes, q se ab omnibus desertos potius, q̃ abs te defensos esse malunt! tamẽ his operã tuam pollicebere, qui te neq; velle suã causam, nec si cupias, posse arbitrantur. Cur eoꝝ spem exiguã reliquarũ fortunarũ, quã habent in legis & iudicii seueritate positã, vi extorquere conaris! Cur te interponis inuitissimis his, qbus maxime lex cõsultũ esse vult! Cur de qbus in prouincia nõ opti me es meritus, eos nunc plane fortunis oĩbus conaris euertere! Cur his nõ modo ꝓsequendi iuris sui, sed etiã deplorandę calamitatis adimis potestatẽ! Nam te actore quẽ eoꝝ affuturum putas! quos intelligis nõ vt per te alium, sed vt per aliquem te ipsum vlciscãtur labora re. At. n. solidũ id est, vt me Siculi maxie velint: alterũ illud credo obscurũ est, a quo Verres minime se accusari velit. Ecquis vnq̃ tam palã de honore, tã vehemẽter de salute sua cõtendit, q̃ ille, atq; illiꝰ amici, vt ne hęc mihi delatio detur! Sunt multa, quę Verres ĩ me esse arbitratur, quę scit in te Q. Cęcili non esse: quę cuiusmodi in vtroq; nostrũ sunt, paulo post cõmemorabo. Nũc tantũ id dicã, qđ tacitus tu mihi assentiare, nullã rem in me esse, quã ille cõtemnat: nullã in te, quã pertimescat. Itaq; magnus ille defensor, & amicus eius, tibi Hortẽsius suffragatur, me oppugnat: aperte ab iudicibus petit, vt tu mihi anteponare: & ait hoc se honeste, sine vlla inuidia, ac sine vlla offensione cõtẽdere. Nõ em̃ inquit illud peto, qđ soleo, cũ vehementius cõtendi, impetrare: reus vt absoluatur, nõ peto. Sed vt ab hoc potius q̃ ab illo accusetur, id peto. Da mihi hoc: concede, qđ facile est, qđ honestũ, qđ nõ inuidiosum: qđ cũ dederis, sine vllo tuo periculo, sine infamia illud dederis, vt is absoluatur, cuius ego causa laboro. Et ait idẽ, vt aliquis metus adiũctus sit ad gratiã, certos esse in cõsilio, qbꝰ ostẽdi tabellas velit. id esse perfacile. Non em̃ singulos ferre sententias, sed vniuersos cõstituere. Cęratã vnicuiq; tabellã dari cęra legitima, nõ illa infami ac nefaria. Atq; is nõ tã ꝓpter Verrẽ laborat, q̃ ꝙ eũ minime res tota delectat. Videt em̃ si a pueris nobilibus, quos adhuc elusit, si a quadruplatoribus, quos non sine causa contempsit semper, ac pro nihilo putauit, accusandi voluntas ad viros fortes, spectatosq; homines translata sit, se in iudiciis dominari non posse. Huic ego homini iam ante denuncio, si a me causam hãc vos agi voluerítis, rationem illi defendendi totam esse mutandam, & ita tamen mutandam, vt meliore & honestiore conditione sit, q̃ qua ipse esse vult: vt imitetur homines eos, quos ipse vidit amplissimos L. Crassum, & M. Antonium, qui nihil se arbitrabantur ad iudicia, causasq; amicorum, præter fidẽ, & ingeniũ afferre oportere. nihil erit, ꝙ me agẽte arbitretur iudiciũ sine magno multorũ periculo posse corrumpi. Ego in hoc iudicio mihi Siculorum causam receptam, Populi Ro. susceptam esse arbitror, vt mihi non vnus homo improbus opprimendus sit, id qđ Siculi petiuerunt, sed omnino improbitas, id qđ populus Ro. iandiu flagitat, extinguenda, atq; delenda sit. In quo ego quid eniti, aut quid efficere possim, malo in aliorum spe relinquere, q̃ in oratione mea ponere. Tu vero Cęcili qd potes! quo tẽpore, aut qua in re, nõ mõ speci mẽ cęteris aliqđ dedisti, sed tute tui pęriculũ fecisti! In mẽtẽ tibi nõ venit, qd negotii sit, cãm publicã sustinere! vitã alteriꝰ totã explicare! atq; eã nõ modo in animis iudicũ, sed etiã i oculis, cõspectuq; oĩm exponere! socioꝝ salutẽ, cõmoda ꝓuinciarũ, vim legũ, grauitatẽ iudiciorũ, defendere! Cognosce ex me, qm̃ hoc primũ tẽpꝰ discẽdi nactus est, q̃ multa eẽ oporteat in eo, q alterũ accusetur: ex qbꝰ si vnũ aliqđ in te cognoueris, ego iã tibi ipse istuc, qđ expetis, mea volũtate cõcedã. Primũ integritatẽ, atq; innocentiã singularẽ. Nihil est. n. qđ minus ferẽdũ sit, q̃ rõnem ab altero vitę reposcere eũ, q non possit suę reddere. Hic ego de te plura non dicam, vnum illud credo oẽs animaduertere, & adhuc ab nullis nisi a Siculis potuisse cognosci: Siculos hoc dicere, cũ eidẽ sint irati, cui tute inimicũ eẽ dicis, sese tamẽ te actore ad iudi

L. Crassus.
M. Antonius.
Receptus.
Susceptus.
Accusatori necessaria.

cium nõ affuturos.Quare negẽt, ex me nõ audies.Hos patere id suspicari,qđ necesse est.Illi quidem,vt est hoim genus nimis acutũ,& suspitiosum,non te ex Sicilia literas in Verrẽ de portare velle arbitrãtur, sed cũ iisdem literis illius Prętura & tua Quęstura consignata sit, asportare te velle ex Sicilia literas suspicãtur.Deinde accusatorẽ firmũ,verũq; esse oportet. Eũ ego si te putẽ cupere esse,facile intelligo esse nõ posse.Nec ea dico,quę si dicã,tñ infirma re non possis.Te,anteq̃ de Sicilia decesseris, in gratiã redisse cũ Verre: Potamonẽ scribam, & familiarem tuũ retentũ esse a Verre in prouincia,cũ tu decederes:M.Cęcilium fratrẽ tuũ lectissimũ,atq; ornatissimũ adolescentem nõ modo nõ adesse,neq; tecũ tuas iniurias plequi, sed esse cum Verre,cum illo familiarissime,atq; amicissime viuere.Sunt hęc,& alia in te falsi accusatoris signa pęrmulta,quibus ego nunc nõ vtor.hoc dico,si te maxime cupias,tamẽ verũ accusatorem esse nõ posse.Vides em̃ pęrmulta esse crimina,quoq; tibi societas cũ Verre eiusmodi est,vt ea in accusando attingere nõ audeas.Queritur Sicilia tota C.Verre-ab
Pedian⁹.II aratoribus cum frumẽtum sibi in cellam impęrauisset, & cũ esset tritici modius HS.V.pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse.Magnum crimẽ,ingens pęcunia, furtum impudens,iniuria nõ ferenda. Ego hoc vno crimine illum condemnem necesse est. Tu Cęcili quid facies!Vtrũ hoc tãtum crimẽ prętermittes!an obiicies! Si obiicies,id ne alteri crimini dabis,qđ eodem tempore in eadem prouincia tu ipse feciſti! audebis ita accusare alterũ,vt quo minus tute condẽnere,recusare nõ possis! Si prętermittes, qualis erit ista tua accusatio,quę domestici pęriculi metu,certissimi & maximi criminis nõ modo suspitionem, verũ etiam mentionem ipsam pertimescat!Emptum est ex S.C.frumẽtum ab Siculis p̃ tore Verre,pro quo frumento pęcunia omnis soluta nõ est.graue est hoc crimẽ in Verrem, graue me agente,te accusante nullum. Eras em̃ tu Quęstor,pęcuniam publicã tu tractabas: ex qua etiã si cupęret prętor,tñ nequa deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat.Hu ius quoq; igitur criminis te accusante mentio nulla fiet.Silebitur toto iudicio de maximis, & notissimis illius furtis,& iniuriis.Mihi crede Cęcili nõ potest in accusando,socios vere de
†Municipes. fendere is,qui cum reo criminũ societate cõiunctus est.†Mancipes a ciuitatibus pro frumẽto pęcuniã exegerunt.quid!hoc Verre prętore factũ est solum!non, sed etiã Quæstore Cęcilio.quid igit!daturus es huic crimini,qđ & potuisti prohibere ne fieret,& debuisti! An totum id relinques!Ergo id oĩno Verres in iudicio suo nõ audiet,qđ cũ faciebat,quẽadmodũ defensurus esset,nõ reperiebat.Atq; ego hęc quę in medio posita sunt, cõmemoro. Sunt alia magis occulta furta,quę ille,vt istius credo animos,atq; impętus retardaret,cum Quęstore suo benignissime cõmunicauit.Hęc tu scis ad me esse delata, quę si velim proferre, facile omnes intelligẽt,vobis inter vos nõ modo voluntatem fuisse cõiunctam,sed ne prędam quidẽ adhuc esse diuisam.Quapropter si tibi indiciũ postulas dari, q̃ tecũ vna fecerit,concedo, si id lege pęrmittit.Sin aũt de accusatione dicimus,cõcedas oportet iis, qui nullo suo pecca to impędiũtur,quo minus alterius peccata demõstrare possint.Ac vide quantũ interfuturũ sit inter meã,atq; tuã accusationẽ.Ego etiã quę tu sine Verre cõmisisti, Verri crimini daturus sum,q̃ te nõ prohibuerit, cũ summã ipse haberet potestatẽ. Tu cõtra,ne quę ille quidẽ fecit,obiicies, nequa ex parte cõiunctus cũ eo reperiare. Quid illa Cęcili! cõtemnẽda ne tibi videntur esse!sine qbus causa sustineri,presertim tãta,nullo modo potest.aliqua facultas agẽ di,aliqua dicẽdi cõsuetudo,aliqua in foro,iudiciis,legibus,aut ratio,aut exercitatio. Intelli
Arrogãtia ingenii atq; eloquentię molestissima. go q̃ scopuloso,difficilíq; in loco verser.Nã cũ oĩs arrogãtia odiosa est,tũ illa ĩgenii,atq; eloquẽtię multo molestissima. Quãobrẽ nihil dico de meo ĩgenio,neq; ẽ qđ possim dicere,neq; si eẽt,dicerẽ.Aut em̃ id mihi satis est,qđ est de me opiniõis,quicquid est:aut si id parũ est,ego maius id cõmemorando facere non possum. De te Cęcili iam mehercule hoc extra hanc cõtentionẽ certamẽq; nostrũ familiariter tecum loquar. Tu ipse quẽadmodum existimes vide etiã,atq; etiam:& tu te collige:& qui sis,& quid facere possis,confidera.Putas ne te posse de maximis,acerbissimisq; rebus,cum causam socioq; fortunasq; prouincię, ius Populi Ro.gratiatẽ iudicii,legũq; susceperis,tot res, tã graues,tã varias,voce,memoria, cõsilio,ingenio, sustinere!Putas ne te posse,quę C.Verres in Quęstura,quę in legatione,quę in Prętura,quę Romę,quę in Italia,quę in Achaia,Asia,Pãphyliaq; patrarit,ea quẽadmodum locis,tẽporibusq; diuisa sint,sic criminibus & oratiõe distinguere!Putas ne posse,id qđ in eiusmodi reo maxime necessarium est,facere,vt quę ille libidinose,quę nefarie,q̃ crudeliter fecerit,ea æque acerba & indigna videant̃ esse iis q̃ audiẽt,atq; illis visa sunt,q̃ senserũt!Magna sunt ea,quæ

díco, míhi crede, noli hęc cõtemnere: dicẽda, demonſtrãda, explicanda ſunt omnia: cauſa nõ ſolũ exponẽda, ſed etiã grauiter copioſeq; agẽda eſt. pficiendũ eſt, ſi qd agere aut pficere vis, vt hoíes te nõ ſolũ audiãt, verũ etiã libẽter, ſtudioſeq; audiãt. In quo ſi te multũ natura adiuuaret, ſi optimis a pueritia diſciplinis, atq; artibus ſtuduiſſes, & in his elaboraſſes, ſi literas grẽcas Athenis, nõ Lílybęi, latinas Romę, nõ in Sicilia didiciſſes, tñ eſſet magnũ, tantam cauſam, tã expectatã, & díligentía cõſequí, & memoría cõplecti, & oratione exponere, & voce, & yiríbus ſuſtinere. Fortaſſe dices, quid ergo hęc in te ſunt oía? vtinã qdẽ eſſent. verũtamẽ vt eſſe poſſent, magno ſtudío míhi a pueritia eſt elaboratũ. Q; ſi ego hęc ꝓpter magnítudinẽ rerũ, ac difficultatẽ aſſequí nõ potui, q in omní vita níhil aliud egí, q̃ longe tu te ab his rebus abeſſe arbitrare? quas nõ modo antea nunq̃ cogitaſtí, ſed ne nũc quidẽ, cũ in eas ingrederis, quę & quãtę ſint, ſuſpicari potes. Ego, qui, ficut oẽs ſciunt, in foro, in iudiciíſq; ita verſer, vt eiuſdẽ ętatís aut nemo, aut paucí, plures cauſas defenderint, & q oñe tẽpus, qđ míhi ab amicoꝝ negotiís datur, in his ſtudiís, laboríbuſq; cõſumã, quo paratior ad vſum forẽ ſem, promptíorq; eſſe poſſim, tñ ita deos míhi velím ꝓpitios, vt cũ illíus tẽporis míhi venit in mentẽ, quo die citato reo míhi dicendũ ſit, nõ ſolũ cõmoueor aío, ſed etiã toto corpore ꝑ horreſco. iã nũc mẽte, & cogitatiõe ꝓſpicio, quę tum ſtudia hoím, qui cõcurſus futurí ſint, quantã expectationẽ magnitudo iudicii ſit allatura, quantã auditoꝝ multitudinẽ C. Verrís infamia cõcitatura, quãtã deniq; audientiã orationi meę íprobitas illíus factura ſit. Quæ cũ cogito, iã nũc timeo, qdnã ꝓ offenſiõe hoím, q illí inimící, infenſiq; ſunt, & expectatiõe oím, & magnitudine rerũ, dignũ eloqui poſſim. Tu hoꝝ níhil metuís, níhil cogitas, níhil laboras: ſi qd ex vetere aliqua oratiõe, Iouẽ ego Optimũ Maximũ, aut, Vellẽ ſi fieri potuiſſet Iudices, aut aliqd eiuſmodí ediſcere potueris, pręclare te paratum in iudiciũ venturũ arbitraris. Ac ſi nemo tibí reſpõſurus eẽt, tñ ipſam cãm, vt ego arbitror, demõſtrare nõ poſſes. Nũc ne illud quidẽ cogitas, tibí cum homine diſertiſſimo, & ad dicendũ paratiſſimo futurũ eſſe certamẽ? qui cum modo differendum, modo omní oratione pugnãdum, certãdũq; ſit. Cuius ego ingenium ita laudo, vt nõ pertímeſcam: ita probo, vt me ab eo delectari facílius, q̃ decipí putẽ poſſe. Nunq̃ ille me opprímet cõſilio, nunq̃ vllo artificio pęruertet, nunq̃ ingenio me ſuo labefactare, atq; infirmare conabitur: noui oẽs hominis petitiones, rationeſq; dicẽdi: ſępe in iiſdẽ, ſępe in contrariís cauſis verſatí ſumus. Ita cõtra me ille dicet, q̃uis ſit ingenioſus, vt nonnullũ etiam de ſuo ingenio iudiciũ fieri arbitretur. Te vero Cęcilí quẽadmodum ſit eluſurus, q̃ omní rõne iactaturus, vídere iam videor: quoties ille tibí poteſtatẽ optionẽq; facturus ſit, vt elígas vtrum velís, factũ eſſe, nec ne, verũ eſſe, an falſum: vtrum dixeris, id contra te futurũ. Qui tibí ęſtus, qui error, quę tenebrę dii immortales erunt, hoímí minime malo? Quid cũ accuſationis tuę mẽbra diuidere cœperít, & in digitis ſuis ſingulas partes cauſę cõſtituere? Quid cũ vnũqđq; trãſigere, expedire, abſoluere? Ipſe pfecto metuere ĩcipies, ne ĩnocẽtí pęriculũ faceſſeris. Quid cũ cõmiſerarí, cõqueri, & ex illíus inuidía deonerare aliquid, & in te traíicere cœperít? cõmemorare quęſtoris cũ prętore neceſſitudinẽ conſtitutã? morẽ maiorum? ſortis religionẽ? poteris ne eius orationis ſubire inuidiã? Vide modo, etiã, atq; etiã cõſidera: míhi em̃ videt pęriculũ fore, ne ille nõ modo verbis te obruat, ſed geſtu ipſo, ac motu corporis ꝑſtringat aciẽ ingenií tui, teq; ab inſtitutis tuis, cogitatiõibuſq; abducat. Atq; huiuſce rei iudiciũ iã cõtinuo video futurũ. Sí. n. míhí hodie reſpõdere ad hęc quę díco, potueris, ſi ab iſto libro, quẽ tibí magiſter ludí neſcío qs ex alienis oratiõibus cõpoſitũ dedit, verbo vno diſceſſeris, poſſe te & illí quoq; iudicio nõ deeſſe, & cauſę atq; officio tuo ſatisfacere arbitrabor. Sin mecũ in hac pluſione nihil fueris, quẽ te in ipſa pugna cũ acerrimo aduerſario fore putem9? Eſto, ipe nihil eſt, nihil põt. at venit parat9 cũ ſubſcriptoríb9 exercitatis, & diſertis. Eſt tñ hoc aliqd, tametſi nõ eſt ſatis, oíb9 em̃ rebus ís, q princeps in agẽdo eſt, ornatiſſimus, & paratiſſim9 eẽ debet. Verũtñ L. Apuleiũ eẽ video ꝓximũ ſubſcriptorẽ, hoíem nõ ętate, ſed vſu forenſi, atq; exercitatione tironẽ. Deinde, vt opinor, habet Allienũ, hunc tamẽ a ſubſelliís, q qd in dicẽdo poſſit, nunq̃ ſatis attẽdí, in clamãdo qdẽ video eũ eẽ bene robuſtũ, atq; exercitatũ. in hoc ſpes tuę ſunt oẽs. hic, ſi tu eris actor cõſtitut9, totũ iudiciũ ſuſtinebit. Ac ne is qdẽ tantũ cõtendet in dicẽdo, quantũ põt, ſed cõſulet laudí, & exiſtimationí tuę, & ex eo qđ ipe poteſt in dicẽdo, aliquantũ remittet, vt tu tandẽ aliquid eſſe videare. Vt in actoribus grẽcis fieri vídemus, ſępe illũ qui eſt ſecũdarũ, aut tertiarũ partiũ, cũ poſſit aliquanto clarius dícere, q̃ ipe primarũ, multũ ſummittere, vt ille princeps q̃maxime excellat: ſic faciet

Audientiã factura.

Mos veterum.

Hortenſiũ intelligit.

Faceſſeris pericului.

Prolufio.

Allienus, tibi seruiet, tibi lenocinabit, minus aliquãto cõtendet, q̃ põt. Iã hoc cõsiderate, cuiusmodi accusatores in tãto iudicio simus habituri, cũ & ipse Allien⁹ ex ea facultate, si quã habet, aliquãtũ detracturus sit, & Cęcilius tum deniq; se aliqd †facturũ putet, si Allienus minus vehemẽs fuerit, & tibi primas in dicẽdo partes cõcesserit. Quartũ quẽ sit habiturus, nõ video, nisi quẽ forte ex illo grege oratorũ, qui subscriptionẽ sibi postularũt, cuicũq; vos delationẽ dedisse tis. ex qbus alienissimis hoibus ita paratus venis, vt tibi hospes aliqs sit recipiẽdus. Quibus ego nõ sum tantũ honorẽ habiturus, vt ad ea q̃ dixerint, certo loco, aut fingulatim vnicuiq; respondeã. Sic breuiter, qm̃ nõ cõsulto, sed casu in eorũ mentionẽ incidi: quasi pteriẽs satisfaciam vniuersis. Tãta ne vobis inopia videor esse amicorũ, vt mihi nõ ex his, quos mecũ adduxerim, sed de populo subscriptor addat? vobis aũt tãta inopia reorũ, vt mihi causam prẽripere conemini potius q̃ aliquos a colũna †Menia vestri ordinis reos reperiatis? Custodem inqt Tullio me apponite. quid? mihi q̃ multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero? qui nõ solũ ne qd enuncies, sed etiã ne qd auferas, custodiẽdus sis.

†futurum.

†tænea.

Vide Asc.

†vos.

Sed de isto custode toto sic vobis breuissime respõdebo, nõ esse †hos tales viros cõmissuros, vt ad causam tantã, a me susceptã, mihi creditã, quisq̃ subscriptor me inuito aspirare possit. Etem̃ fides mea custodẽ repudiat, diligẽtia speculatorẽ reformidat. Verũ vt ad te redeã Cęcili, q̃ multa te deficiant vides, q̃ multa sint in te, quæ reus nocens in accusatore suo cupiat esse, pfecto iã intellígis. qd ad hęc dici potest? Nõ. n. quęro qd tu dicturus sis: video mihi nõ te, sed hũc librũ esse respõsurũ, quẽ monitor tuus hic tenet. qui si te recte monere volet, suadebit tibi, vt hinc discedas, neq; mihi verbũ vllũ respõdeas. Quid. n. dices? an id qđ dictitas, iniuriã tibi fecisse Verrẽ? arbitror. neq; em̃ esset verisimile, cũ oĩbus Siculis faceret iniurias, te illi vnũ eximiũ, cui consuleret, fuisse. Sed cęteri Siculi vltorem suarũ iniuriarũ inuenerũt: tu dum tuas iniurias pr̃ te, id qđ nõ potes, persequi conaris, id agis, vt cæterorũ quoq; iniurię sint impunitę, atq; inultę: & hoc te pterit, nõ id solũ spectari solere, q̃ debeat, sed etiã illud, qui possit vlcisci. In quo vtrũq; sit, eũ superiorẽ esse: in quo alterũ, in eo, nõ quid is velit, sed quid facere possit, quęri solere. Q̃ si ei potissimum censes pr̃mitti oportere accusandi potestatẽ, cui maximã C. Verres iniuriã fecerit, vtrũ tandẽ censes hos iudices grauiꝰ ferre oportere? te ab illo esse lęsum, an prouinciam Siciliã esse vexatam, ac perditam? Opinor cõcedis, multo hoc esse grauius, & ab oĩbus ferri grauius oportere. Cõcede igitur, vt tibi ante ponatur in accusando puincia. Nã prouincia accusat, cũ is agit causam, quẽ sibi illa defensorem sui iuris, vltorẽ iniuriarũ, actorẽ totius causę adoptauit. At eã tibi C. Verres fecit iniuriã, quę cęterorũ quoq; aĩos posset alieno incõmodo cõmouere. minime. nam id quoq; ad rẽ pr̃tinere arbitror, qualis iniuria dicatur, quę causa inimicitiarũ proferat. Cognoscite ex me. nam iste eam pfecto, nisi plane nihil sapit, nunq̃ proferet. Agonis est quędã Lilybętana liberta Veneris Erycinę, quæ mulier ante hunc quæstorẽ copiosa plane, & locuples fuit. Ab hac pręfectus Antonii quidã symphoniacos seruos abducebat per iniuriã, quibus se in classe vti velle dicebat. Tum illa, vt mos in Sicilia est omniũ Venereorũ, & eorũ qui a Venere se liberauerũt, vt pręfecto illi religionem Veneris, nomẽq; obiiceret, dixit & se, & omnia sua Veneris esse. Vbi hoc quęstori Cęcilio, viro optimo, & homini equissimo nunciatũ est, vocari ad se Agonidem iubet, iudicium dat statim, si pateret eam se, & sua Veneris esse dixisse. iudicãt Recuperatores id, qđ necesse erat. neq; enim erat cuiq̃ dubium, quin illa dixisset, iste in possessionem bonorum mulieris mittit, ipsam Veneri in seruitutem adiudicat. deinde bona vẽdit, pecuniam redigit. Ita dum pauca mancipia Veneris noĩe Agonis, ac religione retinere vult, fortunas omnes libertatemq; suam istius iniuria pr̃didit. Lilybęum Verres venit postea, rẽ cognoscit, factum improbat, cogit quęstorẽ suum pecuniam, quã ex Agonidis bonis rẽdegisset, eam mulieri omnẽ annumerare, & reddere. Est adhuc, id qđ vos omnes admirari video, nõ Verres, sed Q. Mutius. Quid em̃ facere potuit elegantius ad hominũ existimationẽ? equius ad leuandam mulieris calamitatem? vehementius ad Quęstoris libidinẽ coercendã? Summe hęc omnia mihi vidẽtur esse laudanda. Sed repẽte e vestigio ex hoĩe, tanq̃ aliquo Circeo poculo, factus est Verres: redit ad se, atq; ad mores suos. Nam ex illa pecunia magnam partẽ ad se vertit, mulieri reddidit quãtulum visum est. Hic tu si lęsum te a Verre esse dices, patiar, & concedã: si iniuriã tibi factã quereris, defendã, & negabo. Deinde de iniuria quę tibi facta sit, neminẽ nostrum grauiorẽ iudicem esse oportet, q̃ te ipsum cui facta dicit. Si tu cum illo postea in gratiã redisti, si domi illius aliquoties fuisti, si ille apud te postea cœnauit, vtrum

Agonis.

Recuperatores.

Facetũ caullium.

te perfidiosum, an prævaricatorẽ existimari mauis? Video esse necesse alterutrũ. Sed ego te-
cum in eo non pugnabo, quo minus, vtrũ velis eligas. Quid si ne iniuriæ quidẽ, quæ tibi ab
illo facta sit, causa remanet? quid habes, qđ possis dicere, quamobrẽ nõ modo mihi, sed cuiq̃
anteponare? nisi forte illud, qđ dicturũ te esse audio, quæstorẽ illius fuisse. Quę causa grauis
esset, si certares mecũ vter nostrũ illi amicior esse deberet: in contentione suscipiendarũ ini-
micitiarũ, ridiculũ est putare, causam necessitudinis, ad inferẽdũ periculũ iustã videri opor
tere. Etenim si plurimas a tuo prætore iniurias accepisses, tamẽ eas ferẽdo maiorẽ laudem, q̃
vlciscẽdo mererere. Cum vero nullũ illius in vita rectius factũ sit, q̃ id qđ tu iniuriam appel
las, hi statuent hanc causam, quã ne in alio quidem probarent, in te iustã ad necessitudinem
violãdã videri? Qui si summã iniuriã ab illo accepisti, tamẽ quoniã quęstor eius fuisti, nõ po
tes eum sine vlla vituperatione accusare. si vero nulla tibi facta est iniuria, sine scelere eũ ac
cusare nõ potes. Quare cũ incertum sit de iniuria, quẽq̃ esse horũ putas, qui non malit te si-
ne vituperatione, q̃ cum scelere discedere? At vide quid differat inter meã opinionẽ, ac tuã.
Tu cum oĩbus rebus inferior sis, hac vna in re te mihi anteferri putas oportere, ꝙ quæstor
illius fueris. ego si superior cæteris rebus esses, te hanc vnã ob causam accusatorem repudia
ri putarẽ oportere. Sic enim a maioribus nostris accepimus, Prętorẽ Quæstori suo, parentis Prętor quę
loco esse oportere: nullã neq; iustiorẽ, neq; grauiorẽ causam necessitudinis posse reperiri, q̃ stori paren
coniunctionẽ sortis, q̃ prouinciæ, q̃ officii, q̃ publicã muneris societatẽ. Quamobrem si iure tis loco.
eum possis accusare, tamẽ, cum is tibi parentis numero fuisset, id pie facere nõ posses. Cũ ve
ro neq; iniuriam acceperis, & prætori tuo periculũ crees, fatearis necesse est, te illi iniustũ im
piumq; bellũ inferre conari. Etenĩ ista quęstura ad eam rem valet, vt elaborandũ tibi in ratio
ne reddenda sit, quamobrem, qui quęstor eius fueris, accuses: nõ vt ob eam ipsam causam po
stulandũ sit, vt tibi potissimũ accusatio detur. Neq; fere vnq̃ venit in cõtentionẽ de accusan
do qui quæstor fuisset, quin repudiaretur. Itaq; neq; L. Philoni in C. Seruilĩũ nominis deferẽ
di potestas est data, neq; M. Aurelio Scauro in L. Flaccum, neq; Cn. Pompęio in T. Albutiũ:
quorũ nemo propter indignitatẽ repudiatus est, sed ne libido violãdę necessitudinis auctori
tate iudicũ cõprobaret. Atq; ille Cn. Pompęius ita cũ C. Iulio cõtendit, vt tu mecũ. Quęstor
enim Albutii fuerat, vt tu Verris. Iulius hoc secũ auctoritatis ad accusandũ afferebat, ꝙ vt
hoc tẽpore nos ab Siculis, sic tũ ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat. Sẽper hæc cau-
sa plurimũ valuit, semper hęc ratio accusandi honestissima, pro sociis, pro salute prouinciæ,
pro exterarũ nationũ cõmodis, inimicitias suscipere, ad periculum accedere, opera, studium,
laborẽ interponere. Etem̃ si probabilis est eorũ causa, qui iniurias suas persequi volunt, qua
in re dolori suo nõ Reip. cõmodis seruiũt, quãto illa causa honestior, quę nõ solũ probabilis
videri, sed etiã grata esse debet, nulla priuatim accepta iniuria, sociorũ atq; amicorũ Po. Ro.
dolore atq; iniuriis cõmoueri? Nup cũ in P. Gabiniũ vir fortissim⁹ & innocẽtissim⁹ L. Piso de
lationẽ nois postularet, & cõtra Q. Cæcilius peteret, isq; se veteres inimicitias iandiu suscep
tas persequi diceret, cũ auctoritas & dignitas Pisonis valebat plurimũ, tũ illa erat causa iu
stissima, ꝙ eum sibi Achęi patronũ adoptarãt. Etenim cũ lex ipsa de pecuniis repetundis so-
ciorũ, atq; amicorũ Populi Ro. causa parata sit, iniquũ est, nõ eum legis iudiciiq; actorẽ ido-
neum maxime putari, quẽ actorem causæ suæ socii, defensorẽq; fortunarũ suarũ potissimũ
esse voluerũt. An qđ ad cõmemorãdum est honestius, id ad probandũ non multo videri de-
bet equius? vtra igitur est splẽdidior? Vtra illustrior cõmemoratio? accusaui eum, quicũ quę
stor fuerã, qcũ me sors consuetudoq; maiorũ, quicum me deorũ hominũq; iudiciũ coniun-
xerat: an, accusaui rogatu sociorum, atq; amicorum, delectus sum ab vniuersa prouincia,
qui eius iura fortunasq; defenderẽ? Dubitare q̃sq̃ potest, quin honestius sit eorũ causa apud
quos quæstor fueris, q̃ eum cuius quæstor fueris, accusare? Clarissimi viri nostrę ciuitatis, tẽ
poribus optimis, hoc sibi amplissimũ, pulcherrimũq; ducebãt, ab hospitib⁹, clientibusq; suis,
ab exteris nationibus, quæ in amicitiã Po. Ro. ditionemq; essent, iniurias propulsare, eorũq; In amicitiã
fortunas defendere. M. Catonẽ illũ sapientẽ, clarissimũ virũ, & prudẽtissimũ, cum multis gra ditionẽq;
ues inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorũ, apud quos Cõsul fuerat, iniurias. Nu essent.
per Cn. Domitiũ scimus Decimo Syllano diẽ dixisse propter vni⁹ hominis Egritomari pa-
terni amici, atq; hospitis iniurias. Neq; enĩ magis animos hominũ nocentiũ res vnq̃ vlla cõ
mouit, q̃ hęc maiorũ cõsuetudo lõgo interuallo repetita, atq; relata: sociorũ querimonię de
latę ad hominẽ nõ inertissimũ: susceptæ ab eo, qui videbatur eorũ fortunas fide, diligẽtiaq;

sua posse defendere. Hoc timẽt hoïes, hoc laborant, hoc instituí, atq; adeo institutũ referrí, ac renouari moleste ferunt. putãt fore, vti, si paulatim hæc cõsuetudo serpere, ac prodire cœperit, per homines honestissimos, viroſq; fortissimos, nõ imperitos adolescẽtulos, †aut illius modi quadruplatores, leges iudiciaq; administrent. Cuius cõsuetudinis, atq; instituti patres maioresq; nostros nõ pœnitebat, tũ cũ P. Lentulus is, q princeps Senatus fuit, accusabat M. Aquiliũ, subscriptore C. Rutilio Rufo: aut cum P. Aphricanus homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, posteaq̃ bis Consul & Censor fuerat, L. Cottã in iudicium vocabat. Iure tũ florebat Populi Ro. nomẽ, iure auctoritas huius imperii, ciuitatisq; maiestas gratuis habebat. nemo mirabatur in Aphricano illo, quod in me nunc homine paruis opibus, ac facultatibus prædito, simulant sese mirari, cum moleste ferant. Quid sibi iste vult? accusatorem ne se existimari, qui antea defendere cõsueuerat? nũc præsertim ea iam ętate, cum ędilitatem petat? Ego vero ætatis non modo meæ, sed multo etiã superioris, & honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitososq; defendere. Et pfecto aut hoc remedium est ægrotæ, ac propẽ desperatæ reipublicæ, iudiciisq; corruptis, ac contaminatis pauorum vitio, ac turpitudine, homines ad legum defensionẽ, iudiciorumq; auctoritatẽ q̃honestissimos, & integerrimos, diligentissimosq; accedere: aut, si ne hoc quidem prodesse poterit, profecto nulla vnq̃ medicina his tot incommodis reperietur. Nulla salus Reip. maior est, q̃ eos, qui alterum accusant, nõ minus de laude, de honore, de fama sua, q̃ illos qui accusantur, de capite, ac fortunis suis pertimescere. Itaq; semp hi diligentissime, laboriosissimeq; accusarunt, qui se ipsos in discrimẽ existimationis venire arbitrati sunt. Quãobrem hoc statuere iudices debetis, Q. Cęciliũ, de quo nulla vnq̃ opinio fuerit, nullaq; in hoc ipo iudicio expectatio futura sit, q neq; vt ante collectã famã cõseruet, neq; vti reliq tẽporis spem cõfirmet, laborat, nõ nimis hãc causam seuere, nõ nimis accurate, nõ nimis diligẽter acturũ. habet em nihil, qđ in offensiõe depdat, vt turpissime flagitiosissimeq; discedat: nihil de suis veteribus ornamẽtis reqrit. A nobis multos obsides habet Po. Ro. quos vt incolumes cõseruare, tueri, cõfirmare, ac recuperare possimus, omni ratione erit dimicãdũ. Habet honorem, quem petimus: habet spem, quam propositam nobis habemus: habet existimationem multo sudore, labore, vigiliisq; collectã. vt si in hac causa nostrũ officiũ, ac diligentiam probauerimus, hæc quæ dixi, retinere per Po. Ro. incolumia, ac salua possimus. Si tãtulum offensum, titubatũq; fit, vt ea quæ singulatim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Quapropter Iudices vestrum est, deligere quem existimetis facillime posse magnitudinẽ causæ, ac iudicii sustinere fide, diligẽtia, consilio, auctoritate. Vos si mihi Q. Cæciliũ antepositeritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: Populus Romanus ne tam honestam, tam seueram, diligẽtemq; accusationẽ, neq; vobis placuisse, neq; ordini vestro placere arbitretur, prouidete.

†haud. Quadruplatores.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER. II. ORATIO. V.

QVOD ERAT OPTANDVM MAXIME IVDICES, ET qđ vnũ ad inuidiã vestri ordinis, infamiãq; iudiciorũ sedandã, maxime ptinebat, id nõ humano consilio, sed ppe diuinitus datũ, atq; oblatũ vobis summo Reip. tẽpore videt. Inueterauit em iã opinio pernicioſa Reip. vobisq; piculoſa, quę nõ modo Romę, sed & apud exteras nationes omniũ sermone pcrebuit, his iudiciis, q̃ nũc sint, pecuniosum hominẽ, q̃uis sit nocens, neminẽ posse damnari. Nũc in ipso discrimine ordinis, iudiciorũq; vestrorũ, cũ sint parati, q cõcionibus, & legibus, hãc inuidiã senatus inflãmare conent, reus in iudicium adductus est C. Verres, homo vita, atq; factis, omniũ iã opinione damnatus: pecuniæ magnitudine, sua spe, ac prędicatiõe absolutus. Huic ego causę Iudices cum summa voluntate, & expectatione Populi Rom. actor accessi, non vt augerem inuidiam ordinis, sed vt infamię communi succurrerem. Adduxi enim hominem, in quo recõciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum Populo Romano, satisfacere exteris nationibus possetis, depeculatorem ærarii, vexatorem Asię, atq; Pamphylię, prędonem iuris vrbani, labem atq; pernicicm prouinciæ Siciliæ. De quo si vos seuere, religioseq; iudicaueritis, auctoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hęrebit. Sin istius ingentes diuitiæ iudiciorum religionem, veritatemq; perfregerint, ego hoc tamen assequar, vt iu-

Pecuniosus.

dicium potius Reipublicæ,q̃ aut reus iudiciis, aut accusator reo defuisse videatur. Equidem,vt de me confitear Iudices,cũ multæ mihi a C. Verre insidiæ terra mariq; factæ sint, quas partim mea diligentia deuitarim,partim amicorum studio,officioq; repulerim, nunq̃ tamen,neq; tantũ periculum mihi adire visus sum, neq; tantopere pertimui, vt nunc in ipso iudicio. Neq; tantum me expectatio accusationis meæ,concursusq; tantę multitudinis,quibus ego rebus vehementissime perturbor,commouet,quantum istius insidiæ nefariæ, quas vno tempore mihi,M. Glabrioni Prætori,sociis, exteris nationibus, ordini, nomini deniq; senatorio facere conatur. qui ita dictitat,iis esse metuendum, qui quod ipsis solis satis esset, surripuissent:se tantum rapuisse,vt id multis satis esse possit. Nihil esse tam sanctum, quod non violari:nihil tam munitum , quod non expugnari pecunia possit. Q7 si q̃ audax est ad conandum,tam esset obscurus in agendo, fortasse aliqua in re nos aliquando fefellisset. Verum hoc adhuc percommode cadit,q; cum incredibili eius audacia, singularis stultitia coniuncta est. Nam vt apertus in corripiendis pecuniis fuit, sic in spe corrumpendi iudicii perspicua sua consilia,conatusq;,omnibus fecit. Semel ait se in vita pertimuisse, tum cum primum reus a me factus sit: q; cum e prouincia recens esset,inuidiaq;,& infamia non recenti, sed vetere ac diuturna flagraret,tum ad iudiciũ corrumpendũ tẽpus alienũ offenderet. Itaq; cum ego diẽ in Sicilia inquirendi perexiguam postulauissem,inuenit iste qui sibi in Achaia biduo breuiorẽ diem postularet,nõ vt idẽ cõficeret diligentia,& industria sua, qđ ego meo labore,& vigiliis cõsequutus sum. Etenim ille Achaicus inquisitor ne Brundusiũ qdem peruenit,ego Siciliam totã quinquaginta diebus sic obii,vt omniũ populorũ,priuatorũq; literas,iniurias cognoscerẽ. vt pspicuũ cuiuis esse possit,hominẽ ab isto quęsitũ esse,non q reũ suũ adduceret,sed q meũ tempus obsideret. Nũc homo audacissimus, atq; amẽtissimus hoc cogitat:intelligit me ita paratũ,atq; instructũ in iudiciũ venire,vt non modo in aurib9 vestris,sed in oculis omniũ sua furta, atq; flagitia defixurus sim. Videt senatores multos esse testes audaciæ suę:videt multos equites Romanos,frequentes præterea ciues,atq; socios,quibus ipse insignes iniurias fecerit: videt etiã tot graues ab amicissimis ciuitatibus legationes cum publicis auctoritatibus,ac testimoniis conuenisse. Quæ cum ita sint,vsq; eo de oẽibus bonis male existimat,vsq; eo senatoria iudicia perdita,profligataq; esse arbitratur,vt hoc palam dictitet,nõ sine causa se cupidũ pecuniæ fuisse,quoniã tantũ in pecunia prędiũ experiatur esse:sese(id qđ difficillimũ fuerit)tẽpus ipsum emisse iudicii sui,quo cętera facilius emere posset:vt quoniã criminũ vim subterfugere nullo modo poterat,procellam tẽporis deuitaret. Q7 si non modo in causa,verũ in aliquo honesto præsidio,aut in alicuius eloquentia, aut gratia,spem aliquã collocasset,profecto nõ hæc omnia colligeret,atq; aucuparetur:non vsq; eo despiceret,cõtemneretq; ordinẽ senatoriũ, vt arbitratu eius deligeretur ex senatu,q reus fieret,q dũ hic quæ opus essent,cõpararet,causam interea ante eũ diceret. Quibus ego rebus qd iste speret,& quo animũ intendat,facile perspicio:quãobrem vero se confidat aliqd perficere posse hoc Glabrione Prætore,& hoc cõsilio,intelligere non possum. Vnũ illud intelligo,qđ prætor in reiectione iudicũ iudicauit,ea spe istum fuisse prædituũ,vt omnẽ rationẽ salutis in pecunia poneret:hoc erepto præsidio, vt nullã sibi rem adiumento fore arbitraretur. Etenim qđ est ingeniũ tantũ! quæ tanta facultas dicendi, & copia, quæ istius vitam tot vitiis flagitiisq; cõiunctã,iampridẽ omniũ voluntate iudicioq; damnatã,aliqua ex parte possit defendere! Cuius vt adolescentiæ maculas ignominiasq; prætereã, Quæstura primus gradus honoris quid aliud habet in se,nisi Cn. Carbonẽ spoliatũ a quęstore suo pecunia publica! nudatũ & proditũ consulẽ! desertũ exercitũ! relictam prouinciã! sortis necessitudinẽ,religionẽq; violatã! Cuius legatio,exitiũ fuit Asiæ totius, & Pamphyliæ: quibus in prouinciis multas domos,plurimas vrbes,omnia fana depeculatus est:cũ in Cn. Dolabellam scelus suũ illud pristinũ renouauit,& instaurauit quęstoriũ:cum eum,cui legatus,& pro quęstore fuisset,& in inuidiã suis maleficiis adduxit,& in ipsis periculis nõ solũ deseruit,sed etiam oppugnauit,ac prodidit. Cuius ptura vrbana ædiũ sacrarũ fuit,publicorũq; operũ depopulatio, simul in iure dicendo bonorũ possessionũq; cõtra oĩm institutа addictio,& cõdonatio. Iam vero oĩm vitiorũ suorũ plurima & maxima constituit monimenta, & indicia in prouincia Sicilia:quã iste per trienniũ ita vexauit,ac perdidit,vt ea restitui in antiquũ statũ nullo modo possit,vix autem per multos annos ĩnocentesq; prætores aliqua ex parte recreari aliquãdo posse videat. Hoc ptore Siculi neq; suas leges, neq; nostra Senatusco̅sulta, neq; cõmunia

Pecunię vis.

Recẽs e prouincia esset.

Asco. literis p auctoritatibus.

Quæstura prim9 gradus honoris.

iura,tenuerunt.tantũ quiſq; habet in Sicilia,quãtũ hoĩs auariſſimi,& libidinoſiſſimi aut im prudentiã ſubterfugit,aut ſatietati ſuperfuit. Nulla res per triẽniũ niſi ad nutũ iſtius iudica ta eſt:nulla res cuiuſq; tam patria,atq; auita fuit,quæ non ab eo, imperio iſtius abiudicare tur.Innumerabiles pecuniæ ex aratorũ bonis nouo nefarioq; inſtituto coactæ:ſocii fideliſſi mi in hoſtiũ numero exiſtimati:Ciues Ro.ſeruilẽ in modũ cruciati,& necati: hoĩes nocẽtiſſi mi propter pecuniã iudicio liberati:honeſtiſſimi,atq; integerrimi abſentes rei facti, indicta cauſa damnati,& eiecti:portus munitiſſimi,maximę tutiſſimęq; vrbes,piratis,prędonibuſq; patefactæ:nautæ,militeſq; Siculorũ,ſocii noſtri,atq; amici fame necati: claſſes optimæ, atq; opportuniſſimæ cũ magna ignominia Populi Ro.amiſſæ,& perditæ. Idem iſte Prætor moni menta antiquiſſima partim regũ locupletiſſimorũ,quę illi ornamẽto vrbibus eſſe voluerũt,

Dare. partim etiã noſtrorũ Imperatorũ,quæ victores ciuitatibus Siculis aut dederũt, aut reddide

Reddere. rant,ſpoliauit,nudauitq; omnia.Neq; hoc ſolũ in ſtatuis publicis,ornamẽtiſq; fecit,ſed etiã delubra oĩa ſanctiſſimis religionibus conſecrata,depeculatus eſt.Deũ deniq; nullũ Siculis, q ei paulo magis affabre atq; antiquo artificio factus videretur,reliquit.In ſtupris vero, & fla gitiis nefarias eius libidines cõmemorare pudore deterreor:ſimul illoq; calamitatẽ cõmemo rando augere nolo,quibus liberos coniugeſq; ſuas integras ab iſtius petulantia conſeruare nõ licitũ eſt.At enĩ hæc ita cõmiſſa ſunt ab iſto,vt nõ cognita ſint ab oĩbus?Hominẽ eſſe ar bitror neminẽ,q nomẽ iſtius audierit,quin facta quoq; eius nefaria commemorare poſſit.vt mihi magis timendũ ſit, ne multa crimina prætermittere, q̃ nequa in iſtũ fingere exiſtimer. Neq; enĩ mihi videt hęc multitudo,quæ ad audiendũ cõuenit,cognoſcere ex me cauſam vo luiſſe,ſed ea quę ſcit,mecũ recognoſcere.Quæ cũ ita ſint,iſte hõ amens,ac perditus alia me cum ratione pugnat.nõ id agitur,vt alicuius eloquẽtiã mihi opponat:nõ gratia, nõ aucto ritate cuiuſq̃,non potentia nitit:ſimulat his ſe rebus cõfidere,ſed video quid agat. neq; enĩ agit occultiſſime.proponit inania mihi nobilitatis,hoc eſt hominũ arrogantiũ noĩa,qui nõ

Nobilis. tam me impediunt,q; nobiles ſunt,q̃ adiuuant,q; noti ſunt:ſimulat ſe eorum præſidio confi

Notus. dere:cũ interea aliud qddã iandiu machinet.Quã ſpem nunc habeat in manibus, & qd mo liatur,breuiter iam Iudices exponam:ſed prius vt ab initio res ab eo conſtituta ſit,quęſo co gnoſcite.Vt primũ e prouincia rediit,redẽptio eſt huius iudicii facta grandi pecunia:man ſit in conditione atq; pacto vſq; ad eũ finẽ,dum Iudices reiecti ſunt. poſteaq̃ reiectio iudicũ facta eſt,q; & in ſortitione,iſtius ſpem fortuna populi Romani,& in reiiciẽdis iudicibus,mea

†conditio. diligentia iſtorũ impudentiã vicerat,renunciata eſt tota†cõductio.Præclare ſe res habebat: libelli nominũ veſtrorũ conſiliiq; huius,in manibus erant omniũ,nulla nota, nullus color,

†adimi. nullæ ſordes videbant his ſentẽtiis†allini poſſe:cũ iſte repente ex alacri,atq; læto,ſic erat hu milis,atq; demiſſus,vt nõ modo Po.Romano,ſed etiã ſibi ipſe cõdemnatus videret.Ecce au tẽ repente,his diebꝰ paucis,comitiis cõſularibus factis, eadẽ illa vetera cõſilia pecunia maio re repetunt,eædẽq; veſtrę famæ,fortuniſq; omniũ inſidię per eoſdẽ hoĩes cõparant.Quę res primo Iudices pertenui nobis argumento,indicioq; patefacta eſt:poſt aperto ſuſpitionis in troitu ad oĩa intima iſtorũ conſilia ſine vllo errore peruenimus.Nam vt Hortẽſius Conſ.de ſignatus domũ reducebat e cãpo cũ maxima frequẽtia a multitudine,fit obuiã caſu ei multi tudini C.Curio,quẽ ego hominẽ honoris potius,q̃ contumeliæ cauſa nominatum volo. Et enĩ ea dicã,quæ ille ſi cõmemorari noluiſſet,nõ tãto in cõuentu,tam aperte,palãq; dixiſſet. quę tũ a me pedetẽtim, cauteq; dicent,vt amicitię noſtrę,& dignitatis illiꝰ habita ratio eſſe

Fornix Fabianus. intelligat.Videt ad ipſum fornicẽ Fabianũ in turba Verrẽ,appellat hominẽ,& ei voce maxi ma victoriã gratulat:ipſi Hortẽſio,q conſul erat factus,propinquis,neceſſariiſq; eius,q tum aderant,verbũ nullũ facit:cũ hoc cõſiſtit,hunc amplexat,hunc iubet ſine cura eſſe.renuncio inqt tibi,te hodiernis comitiis eẽ abſolutũ.Quod cũ tã multi hoĩes honeſtiſſimi audiſſent, ſtatim ad me defert:immo vero,vt q̃ſq; me viderat,narrabãt.aliis illud indignũ,aliis ridicu lũ videbat. Ridiculũ iis,q iſtius cauſam in teſtiũ fide,in criminũ ratione,i iudicũ poteſtate, nõ in comitiis cõſularibus poſitã arbitrabant.Indignum iis,q altius perſpiciebãt,& hãc gra tulationẽ ad iudiciũ corrũpẽdũ ſpectare arbitrabant.Etenĩ ſic ratiocinabant,ſic honeſtiſſimi hoĩes inter ſe,& mecũ loquebant,aperte iam & perſpicue nulla eſſe iudicia:q reus pridie iã ipſe ſe cõdemnatũ putabat,is poſteaq̃ defenſor eius Conſul eſt factus,abſoluit. Quid igit?q̃ tota Sicilia,q; oẽs Siculi, oẽs negotiatores,oẽs publicæ,priuatæq; literæ Romæ ſunt, nihil ne id valebit?nihil,inuito Cõſ.deſignato. Quid Iudices?nõ crimina,nõ teſtes,nõ exiſtimatio

nem Po. Ro. sequẽtur? nõ: oĩa in vnius potestate, ac moderatione vertent. Vere loquar Iudices, vehemẽter me hæc res cõmouebat. optimus em̃ qsq; ita loquebat: iste quidẽ tibi eripiet, sed nos nõ tenebimus iudicia diutius. Etem̃ qs poterit Verre absoluto de transferẽdis iudiciis recusare? Erat oĩb⁹ molestũ, neq; eos tã istius pærditi subita lętitia, q̃ hoĩs amplissimi noua gratulatio cõmouebat. Cupiebã dissimulare, me id moleste ferre, cupiebã animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate cælare. ecce aũt illis ipsis diebus, cũ prætores designati sortirẽtur, & M. Metello obtigisset, vt is de pecuniis repetundis quæreret, nunciat̃ mihi, tantã gratulationẽ isti esse factã, vt is quoq; domũ pueros mitteret, q̃ vxori suæ nũciarẽt. Sane ne hęc quidẽ res mihi placebat: neq; tãtopere qd in hac sorte metuẽdũ mihi esset, intelligebã. vnum illud ex hoĩbus certis, ex qbus oĩa cõperi, reperiebã, fiscos cõplures cũ pecunia Siciliẽsi a quo dã senatore ad equitẽ Romanũ esse translatos: ex his quasi. X. fiscos ad senatorẽ illũ relictos esse. cõmitiorũ nomine, diuisores omniũ tribuũ noctu ad istũ vocatos. Ex qbus quidã qui se oĩa mea causa facere debere arbitrabat̃, eadẽ illa nocte ad me venit. demõstrat qua iste oratione vsus esset: cõmemorasse istũ q̃ liberaliter eos tractasset etiã antea, cũ ipse prætura petisset, & proximis cõsularibus, prætoriisq; comitiis: deinde esse pollicitũ quantũ vellẽt pecuniæ, si me ædilitate deiecissent. hoc alios negasse audere: alios respõdisse, nõ putare id pærfici posse. inuentũ tamẽ esse fortẽ amicũ, ex eadẽ familia, Q. Verrem Romilia ex optima diuisorum disciplina, patris istius discipulũ, atq; amicũ, q̃ HS. quingentis millibus depositis, id se pærfecturũ pollicerẽt: & fuisse tamẽ nõnullos, q̃ se vna facturos esse dicerẽt. quę cũ ita essent, sane beneuolo animo me, vt magnopære cauerẽ, p̃monebat. Sollicitabar rebus maximis vno, atq; eo pærexiguo tẽpore. vrgebãt comitia: & his ipsis oppugnabar grandi pecunia. instabat iudiciũ: ei quoq; negotio fisci Siculienses minabant̃. agere quæ ad iudiciũ pertinebãt libere, comitiorũ metu deterrebar. petitioni toto animo seruire, propter iudiciũ nõ licebat. minari deniq; diuisoribus ratio nõ erat, propterea, q̃ eos intelligere videbã, me hoc iudicio districtũ, atq; obligatũ futurũ. Atq; hoc ipso tẽpore Siculis denunciatũ esse audio, primũ ab Hortensio, domũ ad illũ vt venirẽt. Siculos sane in eo liberos fuisse, q̃ quãobrẽ accerserent̃ cũ intelligerent, nõ venisse. Interea comitia nostra, quorũ iste se, vt cęterorũ hoc anno comitiorũ, dñm esse arbitrabat̃, haberi cœpta sunt. Cursare iste homo potẽs, cũ filio blando, & gratioso circũ tribus, paternos amicos, hoc est diuisores appellare omnes, & cõuenire. Qd̃ cũ esset intellectũ, & animaduersum, fecit animo libentissimo populus Romanus, vt cuius diuitiæ me de fide deducere nõ potuissent, ne eiusdẽ pecuniis de honore deiicerer. Posteaq̃ illa petitionis magna cura liberatus sum, animo cœpi multo magis vacuo, ac soluto, nihil aliud nisi de iudicio agere, & cogitare. Reperio Iudices hæc ab istis cõsilia inita, & cõstituta, vt quacunq; opus esset ratione, res ita ducerẽt̃, vt apud M. Metellũ prætorẽ causa diceret̃, in eo cẽ hæc cõmoda: primũ M. Metellũ amicissimũ, deinde Hortensiũ Cons. nõ solũ, sed etiã Q. Metellũ, qui q̃ isti sit amicus attendite. dedit em̃ prærogatiuã suæ volũtatis eiusmodi, vt isti p prerogatiuis iam reddidisse videat̃. An me taciturũ tantis de rebus existimauistis? & in tãto Reip. existimationisq; meę periculo cui q̃ consulturum potius, q̃ officio & dignitati meę? Accersit alter Cons. designatus Siculos, veniũt nõnulli, propterea q̃ Q. Metellus esset prætor in Sicilia: cũ iis ita loquit̃, se Consulẽ esse, fratrẽ suũ, alterũ Siciliã prouinciã obtinere, alterũ esse quæsiturũ de pecuniis repetũdis, Verri ne noceri possit multis rationib⁹ esse prouisum. Quid est quęso Metelle iudiciũ corrũpere: si hoc nõ est? testes, pręsertim Siculos, timidos homines, & afflictos, nõ solũ auctoritate deterrere, sed etiã cõsulari metu, & duorũ prætorum potestate? quid faceres pro hoie innocente, & propinquo, cum propter hominẽ pærditissimũ atq; alienissimum, de officio, ac dignitate decedis, & cõmittis, vt qd̃ ille dictitat, alicui, q̃ te ignorat, verũ esse videat̃? nã hoc Verrẽ dicere aiebãt, te nõ fato, vt cęteros ex vestra familia, sed opera sua cõsulẽ factũ. Duo igitur Consl. & †quæsitor erunt ex illius voluntate. non solũ effugiemus inquit hominẽ in quærẽdo nimiũ diligentẽ, nimiũ seruientẽ populi existimationi, M. Glabrionẽ: accedet nobis etiã illud, iudex est M. Cesonius collega nostri accusatoris, homo in rebus iudicandis spectatus, & cognitus, quẽ minime expediat esse in eo consilio, qd̃ conemur aliqua ratione corrumpere: propterea, q̃ iam antea, cum iudex in Iuniano cõsilio fuisset, turpissimũ illud facinus nõ solũ grauiter tulit, sed etiã in mediũ protulit. Hunc iudicem ex Cal. Iun. nõ habebimus. Q. Manliũ, & Q. Cornificiũ duos seueriss̃imos, atq; integerrimos iudices, q̃ Tri. Pl. tũ erũt, iudices non habebimus. P. Sulpitius iudex tristis, & integer

Fisci. Ad senatorẽ relictos.

†quæstor.

Actio. II.

magiſtratũ ineat neceſſe eſt nonis Decẽbribus. M. Crepereius ex acerrima illa equeſtri familia & diſciplina, L. Caſſius ex familia tum ad cæteras res, tum ad iudicandũ ſeueriſſima, Cn. Tremellius homo ſumma religione, & diligẽtia, tres hi hoĩes veteres Tribuni militares ſunt de ſignati, ex Cal. Ianuar. non iudicabunt. Subſortiemur etiã in M. Metelli locũ, quoniã is huic ipſi quæſtioni præfuturus eſt. Ita ſecundũ Cal. Ian. & prætore, & propẽ toto conſilio cõmutato, magnas accuſatoris minas, magnãq; iudicii expectationẽ ad noſtrũ arbitriũ, libidinemq; eludemus. Nonæ ſunt hodie Sextiles, hora nona cõuenire cœpiſtis. hũc diẽ iam ne numerãt quidẽ. Decẽ dies ſunt ante ludos votiuos, quos Cn. Pompeius facturus eſt. hi ludi dies quinque auferẽt, deinde cõtinuo Romani conſequent. Ita propẽ. XL. diebus interpoſitis, tũ decim nicq; ſe ad ea, quę a nobis dicta erũt, reſpõſuros eſſe arbitrant. deinde ſe ducturos & dicẽdo, & accuſando facile ad ludos Victorię. cũ his plebeios eſſe cõiunctos, ſecũdũ quos aut nulli aut pauci dies ad agẽdũ futuri ſunt. ita defeſſa, ac refrigerata accuſatiõe rẽ integrã ad M. Metellũ eſſe venturã. quẽ ego hominẽ ſi eius fidei diffiſus eſſem, iudicẽ nõ retinuiſſem. nũc tamen eo animo ſum, vt eo iudice q̃ prætore hãc rem trãſigi malim, & iurato ſuã q̃ iniurato aliorum tabellas cõmittere. Nunc ego Iudices iam vos cõſulo, qd mihi faciendũ putetis. id enim cõſilii mihi profecto taciti dabitis, qđ egomet mihi neceſſario capiendũ intellígo. Si vtar ad dicendũ meo legitimo tẽpore, mei laboris, induſtriæ, diligẽtiæq; capiã fructũ: & ex accuſatione pærficiã, vt nemo vnq̃ poſt hominũ memoriã paratior, vigilantior, cõpoſitior ad iudiciũ veniſſe videat. ſed ĩ hac laude induſtriæ meę, reus ne elabat ſummũ piculũ eſt. Quid eſt igit, qđ fieri poſſit: nõ obſcurũ opinor, neq; abſconditũ. fructũ iſtũ laudis, q ex pærpetua oratione pærcipi potuit, in alia tẽpora reſeruemus: nũc hominẽ tabulis, teſtibus, priuatis, publiciſq; literis, auctoritatibuſq; accuſemus. Res omnis mihi tecũ erit Hortẽſi: dicã apærte. ſi te mecum dicendo ac diluendis criminibus in hac cauſa cõtendere putarẽ, ego quoq; in accuſando, atq; in explicandis criminibus operã cõſumerẽ. nunc quoniã pugnare contra me inſtituiſti, nõ tam ex tua natura, q̃ ex iſtius tẽpore, & cauſa, malitioſæ neceſſe eſt iſtiuſmodi rationi aliquo cõſilio obſiſtere. Tua ratio eſt, vt ſecũdũ binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, vt ante primos ludos cõperendinẽ. ita fiet vt tua iſta ratio exiſtimet aſtuta, meũ hoc cõſiliũ neceſſarium. Verum illud qđ inſtituerã dicere, mihi rem tecũ eſſe, huiuſmodi eſt. ego cum hãc cauſam Siculorum rogatu recepiſſem, idq; mihi amplũ, & præclarũ exiſtimaſſem, eos velle meæ fidei, diligentiæq; periculũ facere, qui innocentiæ, abſtinentiæq; feciſſent, tum ſuſcepto negotio maius mihi quiddam propoſui, in quo meam in Remp. voluntatẽ populus Ro. perſpicere poſſet. Nã illud mihi nequaq̃ dignũ induſtria, conatuq; meo videbatur, iſtũ a me in iudicium iam omniũ iudicio condemnatũ vocari, niſi iſta tua intolerabilis potẽtia, & ea cupiditas, qua per hoſce annos in quibuſdam iudiciis vſus es, etiam in iſtius hominis deſperati cauſa interponeret. Nũc vero, quoniã hæc te omnis dominatio, regnũq; iudiciorũ tantopere delectat: & ſunt homines, quos libidinis, infamiæq; ſuę, neq; pudeat, neq; tedeat, qui quaſi de induſtria in odiũ offenſionemq; populi Ro. irruere videantur: hoc me profiteor ſuſcepiſſe, magnum fortaſſe onus, & mihi periculoſum, verũtamen dignum in quo omnes neruos ætatis, induſtriæq; meæ contenderem. Quoniã totus ordo paucorũ improbitate, & audacia premitur, & vrgetur infamia iudiciorũ, profiteor huic generi hominũ me inimicum, accuſatorẽ, odioſum, aſſiduum, acerbum aduerſariũ. hoc mihi ſumo, hoc mihi depoſco, qđ agam in magiſtratu, qđ agam ex eo loco, ex quo me populus Ro. ex Cal. Ian. ſecũ habere de Repu. ac de hoĩbus iprobis voluit. Hoc munus ædilitatis meæ populo Ro. ampliſſimũ, pulcherrimumq; polliceor. moneo, prædico, ante denuncio, qui aut deponere, aut recipere, aut accipere, aut polliceri, aut ſeq̃ſtres, aut ĩterpretes cõrũpẽdi iudicii ſolẽt eẽ, qq; ad hãc rẽ aut potẽtiã, aut impudẽtiã ſuã pfeſſi ſunt, abſtineãt in hoc iudicio manus animoſq; ab hoc ſcelere nefario. Erit tũ cõſul Hortẽſius cũ ſummo ĩperio, & poteſtate: ego aũt ędilis, hoc eſt paulo amplius, q̃ priuat⁹. Tamẽ hæc huiuſmodi res eſt, quã me acturũ eẽ polliceor, ita po. Ro. grata, atq; iucunda, vt ipſe Cõſ. in hac cauſa, prę me minus etiã, ſi fieri poſſit, q̃ priuatus eſſe videat. oĩa nõ mõ cõmemorabunt, ſed etiã expoſitis certis rebus agent, quę intra decẽ annos, poſteaq̃ iudicia ad ſenatũ trãſlata ſunt, in reb⁹ iudicãdis nefarie, flagitioſeq; facta ſunt. Cognoſcet ex me Po. Ro. qd ſit, quãobrẽ cũ equeſter ordo iudicaret, annos prope quinquaginta cõtinuos nullo iudice equite Ro. iudicãte, ne tenuiſſima quidẽ ſuſpitio acceptæ pecunię ob rẽ iudicãdam conſtituta ſit. qd ſit, q iudiciis ad ſenatoriũ ordinem tranſlatis, ſublataq; populi Romani in

Ludi votiui.

Iuratus. Iniuratus.

Secũdũ bínos ludos. Cõperendinare.

Iſta tua.

Abſtineant manus.

vnũquẽq; noſtrũ poteſtatẽ, Q. Calidius damnatus dixerit, minoris HS. XXX. prætoriũ ho
minẽ honeſte nõ poſſe damnari. qd ſit, q; P. Septimio ſenatore damnato Q. Hortẽſio præto
re de pecuniis repetũdis, lis æſtimata ſit eo nomine, q; ille ob rem iudicandã pecuniã accepiſ
ſet. q; in C. Herennio, q; in C. Popilio ſenatoribus, qui ambo peculatus damnati ſunt, q; in
M. Attilio, q; de maieſtate damnatus eſt, hoc planũ factũ eſt, eos pecuniã ob rem iudicandam Dãnat⁹ de
accepiſſe. q; inuenti ſunt ſenatores, q; C. Verre Pr. vrbano ſortiente, exirẽt in eum reũ, quem maieſtate.
incognita cauſa condemnarent. q; inuentus eſt ſenator, q; cum iudex eſſet, in eodẽ iudicio ab
reo pecuniã acciperet, quã iudicibus diuideret, & ab accuſatore, vt reũ damnaret. Iam vero
quomodo illam labẽ, ignominiã, calamitatẽq; totius ordinis conquerar? hoc factũ eſſe in hac
ciuitate, cũ ſenatorius ordo iudicaret, vt diſcoloribus ſignis, iuratorũ hominũ ſentẽtiæ no
tarentur. Hæc omnia me diligẽter ſeuereq; acturũ eſſe polliceor. quo me tandẽ animo fore pu
tetis, ſi quid in hoc ipſo iudicio intellexero, ſimili aliqua ratione eſſe violatũ, atq; cõmiſſum?
cũ præſertim planũ facere multis teſtibus poſſim, C. Verrem in Sicilia multis audientibus
ſæpe dixiſſe: ſe habere hominẽ potẽtẽ, cuius fiducia prouinciã ſpoliaret: neq; ſibi ſoli pecuniã
quærere, ſed ita trienniũ illud præturæ Siciliẽſis diſtributũ habere, vt ſecũ præclare agi dice
ret, ſi vnius anni quæſtũ in rem ſuã conuerteret, alterũ patronis & defenſoribus ſuis trade
ret, tertium illũ vberrimũ queſtuoſiſſimũq; annũ totũ iudicibus reſeruaret. Ex quo mihi ve
nit in mentẽ illud dicere, qd apud M. Glabrionẽ nuper cũ in reiiciendis iudicibus cõmemo
raſſem, intellexi vehemẽter populũ Ro. cõmoueri. me arbitrari fore, vti nationes exterę lega
tos ad populũ Ro. mitterent, vt lex de pecuniis repetundis iudiciumq; tolleret. ſi enĩ iudicia
nulla ſint, tantũ vnũquẽq; ablaturũ putant, quantum ſibi ac liberis ſuis ſatis eſſe arbitretur.
nunc q; eiuſmodi iudicia ſint, tantũ vnũquẽq; auferre, quãtũ ſibi, patronis, aduocatis, præ
toribus, iudicibus ſatis futurũ ſit. hoc profecto infinitũ eſſe: ſe auariſſimi hoſis cupiditati ſa
tisfacere poſſe, nocentiſſimæ victoriæ non poſſe. O cõmemoranda iudicia, præclarãq; exiſti
mationẽ noſtri ordinis, cũ ſocii populi Ro. iudicia de pecuniis repetundis fieri nolũt, quæ a
maioribus noſtris ſocioq; cauſa cõparata ſunt. An iſte vnq; de ſe bonã ſpem habuiſſet, niſi de
vobis malã opinionẽ animo imbibiſſet! Quo maiore etiã ſi fieri põt, apud vos odio eſſe de- Imbibiſſet
bet, q; eſt apud populũ Romanũ, cũ in auaritia, ſcelere, periurio, vos ſui ſimiles arbitretur. Cui animo.
loco per deos immortales iudices cõſulite, ac prouidete. moneo, predicoq;, id qd intelligo, tẽ
pus opportuniſſimũ vobis hoc diuinitus datũ eſſe, vt odio, inuidia, infamia, turpitudine, to
tũ ordinẽ liberetis. nulla in iudiciis ſeueritas, nulla religio, nulla deniq; exiſtimant eſſe iudi
cia, itaq; a populo Ro. contemnimur, deſpicimur, graui diuturnaq; iam flagramus infamia.
Neq; enĩ vllam aliã ob cauſam populus Ro. tribunitiã poteſtatẽ tãto ſtudio requiſiuit: quã
cũ poſcebat, verbo illã poſcere videbat, re vera iudicia poſcebat. Neq; hoc Q. Catulũ hoiem
ſapientiſſimũ, atq; ampliſſimũ fugit, qui Cn. Pompeio viro fortiſſimo, & clariſſimo de tribu
nitia poteſtate referẽti, cũ eſſet ſentẽtiã rogatus, hoc initio eſt ſumma cũ auctoritate vſus,
Patres conſcriptos iudicia male & flagitioſe tueri. q; ſi in rebus iudicandis populi Ro. exiſti
mationi ſatisfacere voluiſſent, nõ tãtopere hoies fuiſſe tribunitiã poteſtatem deſideraturos.
Ipſe deniq; Cn. Pompeius, cũ primũ concionẽ ad Vrbẽ Conſ. deſignatus habuit, vbi qd maxi
me expectari videbat, oſtendit, ſe tribunitiã poteſtatẽ reſtituturũ, factus eſt in eo ſtrepitus, &
grata concionis admurmuratio. Idem in eadẽ concione cũ dixiſſet, populatas, vexataſq; eſſe
prouincias, iudicia aũt turpia, & flagitioſa fieri, ei rei ſe prouidere, ac cõſulere velle, tũ vero
non ſtrepitu, ſed maximo clamore ſuã populus Ro. ſignificauit volũtatẽ. Nunc aũt hoies in
ſpeculis ſunt, obſeruant quẽadmodũ ſe vnuſqſq; veſtrũ gerat in retinenda religione, conſer
uandiſq; legibus: videt adhuc poſt legẽ tribunitiã vnũ ſenatorẽ vel tenuiſſimũ eẽ damnatũ.
qd tametſi nõ reprehendunt, tamẽ magnopere qd laudẽt, nõ habẽt. Nulla eſt enĩ laus, ibi eſſe Nulla laus
integrũ, vbi nemo eſt, q; aut poſſit, aut conet corrũpere. Hoc eſt iudiciũ ĩ quo vos de reo, po ibi eẽ inte-
pulus Ro. de vobis iudicabit: in hoc hoie ſtatuet, poſſit ne ſenatoribus iudicantibus homo grum, vbi
nocentiſſimus pecunioſiſſimuſq; damnari. Deinde eſt huiuſmodi reus, in quo hoie nihil ſit, nullus poſ
præter ſumma peccata, maximãq; pecuniam: vt ſi liberatus ſit, nulla alia ſuſpitio, niſi ea, quę ſit aut co-
turpiſſima eſt, reſidere poſſit. nõ gratia, nõ cognatione, nõ aliis recte factis, nõ deniq; aliquo net corrũ-
mediocri vitio, tot tãtaq; eius vitia ſubleuata eẽ exiſtimabunt. Poſtremo ego cauſam ſic agã pere.
Iudices, eiuſmodi res, ita notas, ita teſtatas, ita magnas, ita manifeſtas proferã, vt nemo a vo
bis vt iſtũ abſoluatis per gratiã conet contẽdere. Habeo aũt certã viã atq; rationẽ, qua oẽs

illorũ conatus inuestigare,& cõsequi possim.Ita res a me aget, vt in eorũ cõsiliis omnibus nõ modo aures hoim,sed etiã oculi Populi Ro.interesse videant. Vos aliquot iam p annos con ceptã huic ordini turpitudinẽ,atq; infamiã delere potestis.Constat inter oẽs, post hæc iudi cia,quibus nũc vtimur,nullũ hoc splẽdore,atq; hac dignitate cõsiliũ fuisse. Hic si qd erit of fensum,oẽs hoies nõ iã ex eodẽ ordine alios magis idoneos,qd fieri nõ potest,sed aliũ omni no ordinẽ ad res iudicãdas q̃rendũ arbitrabunt.Quapropter primũ ab diis immortalib9,qd sperare mihi videor,hoc idẽ Iudices pæto:vt in hoc iudicio nemo improbus p̃ter eũ, q iãpri dẽ inuẽtus est,reperiat.Deinde si plures improbi fuerint,hoc vobis,hoc Populo Ro.Iudices cõfirmo,vitã mehercule mihi prius,q̃ vim, perseuerantiãq; ad illorũ improbitatẽ persequen dã defuturã.Verũ qd ego laborib9,piculis,inimicitiisq; meis, tũ cũ admissum erit,dedecus seuere me pſecuturũ esse polliceor, id ne accidat tu tua sapientia,auctoritate,diligentia M. Glabrio potes ꝓuidere.Suscipe causam iudiciorũ,suscipe causam seueritatis,integritatis, fi dei,religionis:suscipe causam senatus,vt is hoc iudicio probat9,cũ populo Ro.& in laude,& in gratia esse possit.Cogita quo loco sis:qd dare Populo Romano, qd reddere maiorib9 tuis debeas.Fac tibi paternę legis Aciliæ veniat in mẽtẽ,qua lege Populus Ro.de pecuniis repetũ dis optimis iudiciis seueriſſimisq; iudicibus vsus est. Circũstant te summæ auctoritates,quę te obliuisci laudis domesticæ nõ sinãt:quę te dies,nocteſq; cõmoneãt,fortissimũ tibi patrẽ,sa pientissimũ auũ,grauissimũ socerũ fuisse.Quare si Glabrionis patris vim,& acrimoniã cepe ris ad resistendũ hoibus audacissimis,si aui Scęuolæ prudentiã ad ꝓspiciẽdas insidias,q̃ tuæ atq; horũ famæ cõparant,si soceri Scauri cõstantiã,vt ne qs te de vera,& certa possit senten tia dimouere,intelliget populus Ro.integerrimo,atq; honestissimo p̃tore,delectoq; consilio nocenti reo magnitudinẽ pecunię plus habuisse momenti ad suspitionẽ criminis,q̃ ad ratio nẽ salutis.Mihi certũ est nõ cõmittere,vt in hac causa p̃tor nobis,cõsiliũq; mutet:non patiar rẽ in id tẽpus adduci,vt Siculi,quos adhuc serui designatorũ CONSS. nõ mouerũt,cũ eos nouo exẽplo arcesserẽt,eos tum lictores cõsulũ vocẽt,vt hoies miseri, antea socii,atq; amici populi Ro.nũc serui,ac supplices,nõ modo ius suũ,fortunasq; oẽs eorũ imperio amittãt,ve rũ etiã deplorandi iuris sui potestatẽ nõ habeãt.Nõ sinã ꝓfecto causa a me perorata.XXX. diebus interpositis,tũ nobis deniq; respõdeãt, cũ accusatio nostra in obliuionẽ diuturnita tis adducta sit.Nõ cõmittã vt tũ res iudicet,cũ hęc frequẽtia totius Italię Roma discesserit: quæ cõuenit vno tẽpore vndiq;,comitiorũ,iudiciorũ,cẽsendiq; causa:huius iudicii, & lau dis fructũ,& offensionis pericũlũ,vestrũ:laborẽ sollicitudinẽq;,nostrã:scientiã qd agat, me moriãq; qd a quoq; dictũ sit,oim puto esse oportere.Faciã hoc nõ nouũ: sed ab aliis,q nunc principes nostrę ciuitatis sunt,ante factũ,vt testibus vtar statim.Illud a me nouũ Iudices co gnoscetis, q̃ ita testes cõstituã,vt crimẽ totũ explicẽ:vbi id interrogando,argumentis,atq; oratione firmauero,tũ testes ad crimẽ accõmodẽ:vt nihil inter illã vsitatã accusationẽ,atq; hãc nouã iterfit, nisi q̃ in illa tũc,cũ oia dicta sunt, testes dant,hic in singulas res dabunt, vt illis quoq; eadẽ iterrogãdi facultas,argumẽtãdi,dicẽdiq; sit.Si qs erit, q perpetuã oratio nẽ,accusationẽq; desideret,altera actione audiet.nunc id qđ facimus,ea rõne facim9,vt mali tię illoꝝ,cõsilio nr̃o occurram9,necessario fieri intelligãt.Hęc primę actionis erit accusatio. Dicim9 C.Verrẽ,cũ multa libidinose,mlta crudeliter,i ciues Ro. atq; i socios,multa i deos hoiesq; nefarie fecerit,tũ p̃terea.CCCC.Sestertia ex Sicilia cõtra leges abstulisse.hoc testib9, hoc tabulis,priuatis publicisq; auctoritatib9,ita vobis planũ faciemus,vt hoc statuatis,etiã si spatiũ ad dicẽdũ nr̃o cõmodo,vacuosq; dies habuissemus,tñ or̃one lõga nihil opus fuisse.

Dare.
Reddere.
Acilia lex.
Arcessere.
Asconi9 legit,vt nos.

ACCVSATIONIS IN C.VERREM, LIBER.III. ORATIO.VI.

De Prętura vrbana, & anteacta vita,vt inquit Asco.

NEMINEM VESTRVM IGNORARE ARBITROR ,IVDIces,hũc p hosce dies sermonẽ vulgi,atq; hãc opinionẽ Po.Ro. fuis se,C.Verrẽ altera actiõe respõsurũ nõ eẽ, neq; ad iudiciũ affuturũ. Quæ fama nõ idcirco solũ emanarat, q̃ iste certe statuerat,ac deli berauerat,nõ adesse,verũ etiã,q̃ nemo quẽq̃ tã audacẽ, tã amẽtẽ,tã impudẽtẽ fore arbitrabat,q tã nefariis criminib9,tã multis testibus euictus,ora iudicũ aspicere,aut os suũ Po.Ro.ostẽdere auderet.Est idẽ Verres q fuit semp,vt ad audẽdũ ꝓiectus, sic paratus ad audiẽ dũ. præsto est,respõdet,defendit.ne hoc qdẽ sibi reliqui fecit, vt in rebus turpissimis,cũ manifesto teneat,si reticeat,absit,tñ ipudẽtiæ

Proiect9 ad audendũ.

ſuę pudẽtẽ exitũ quæſiſſe videaꝫ. Patior Iudices, & nõ moleſte fero, me laboris mei, vos vir-
tutis veſtrę fructũ eſſe laturos. Nã ſi iſte id feciſſet, qđ primo ſtatuerat, vt nõ adeſſet, minus
aliquãto q̃ mihi opus eſſet, cognoſcereꝫ, quid ego in hac accuſatione comparãda, cõſtituen
daq; elaboraſſem. Veſtra vero laus tenuis plane, atq; obſcura Iudices eſſet. Neq; enim hoc a
vobis populus Ro. expectat: neq; eo poteſt eſſe cõtentus, ſi cõdemnatus ſit is, q̃ adeſſe nolue-
rit, & ſi fortes fueritis in eo, quẽ nemo ſit auſus defendere: immo vero adſit, reſpõdeat, ſum-
mis opibus, ſummo ſtudio potentiſſimorũ hominũ defendaꝫ: certet mea diligentia cũ illorũ
omnium cupiditate, veſtra integritas cũ iſtius pecunia, teſtiũ conſtantia cũ illius patronorũ
minis, atq; potẽtia. Tum demũ illa victa videbunꝫ, cũ in cõtentionem certamenq; venerint.
Abſens ſi iſte eſſet damnatus, non tã ipſe ſibi conſuluiſſe, q̃ inuidiſſe veſtrę laudi videreꝫ. Ne
q; enim ſalus vlla maior Reip. hoc tempore reperiri poteſt, q̃ populum Ro. intelligere, dili-
genter reiectis ab accuſatore iudicibus, ſocios, leges, Remp. ſenatorio conſilio maxime poſſe
defendi. Neq; tanta fortunis omnium pnicies poteſt accedere, q̃ opinione populi Ro. ratio-
nem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari. Itaq; mihi videor ma-
gnã, & maxime egrã, & propę depoſitã Reip. partem ſuſcepiſſe: neq; in eo magis meę q̃ veſtrę Depoſitã
laudi exiſtimationiq; ſeruiſſe. Acceſſi em̃ ad inuidiã iudiciorũ leuandã, vituperationẽq; tol- reip. ptem.
lendam: vt cũ hęc res pro volũtate populi Ro. eſſet iudicata, aliqua ex parte mea diligentia
conſtituta auctoritas iudiciorũ videretur. Poſtremo vt eſſet hoc iudicatũ, vt finis aliquan-
do iudiciariæ cõtrouerſiæ cõſtitueretur. Etem̃ ſine dubio Iudices in hac cauſa ea res ĩ diſcrimẽ
adducit. reus eſt em̃ nocẽtiſſimus. q̃ ſi cõdemnaꝫ, deſinẽt hoſtes dicere, his iudiciis pecuniam
plurimũ poſſe. ſin abſoluiꝫ, deſinemus nos de iudiciis trãſferẽdis recuſare. tametſi de abſolu-
tione iſtius, neq; ipſe iam ſperat, nec populus Ro. metuit. De impudẽtia ſingulari, q; adeſt,
q; reſpondet, ſunt q̃ mirenꝫ: mihi propter eius audaciã, atq; amentiã ne hoc qdẽ mirandum
videt. multa em̃ & in deos, & in hoſtes impie, nefarieq; cõmiſit. quorũ ſcelerũ pœnis agitaꝫ,
& a mente, conſilioq; deducitur. Agunt eum præcipitẽ pœnæ ciuiũ Romanorum, quos par-
tim ſecuri percuſſit, partim in vinculis necauit, partim implorantes iura libertatis, & ciuita
tis, in crucẽ ſuſtulit. Rapiunt eum ad ſupplíciũ dii patrii, q; iſte inuentus eſt, qui e complexu
parentũ abreptos filios ad necẽ duceret, & parẽtes preciũ pro ſepultura liberũ poſceret. Re- Poſcere p̃
ligiones vero, cerimoniæq; oĩm ſacrorũ, fanorũq; violatæ, ſimulacraq; deorũ, quę nõ modo cium.
ex ſuis tẽplis ablata ſunt, ſed etiã iacent in tenebris ab iſto retruſa, atq; abdita, cõſiſtere eius
animũ ſine furore, atq; amentia nõ ſinũt. Neq; iſte mihi videt ſe ad damnationẽ offerre ſolũ:
neq; hoc auaritię ſupplicio cõmuni, qui tot ſceleribus ſe obſtrinxerit, contentus eſſe: ſingula
rem quãdã pœnam iſtius immanis atq; importuna natura deſiderat. nõ id ſolum quæritur,
vt iſto damnato bona reſtituantur iis, quibus erepta ſunt: ſed & religiones deorum immor
talium expiandæ, & ciuiũ Ro. cruciatus, multorũq; innocentiũ ſanguis, iſtius ſupplicio luen Sanguis lu
dus eſt. Nõ enim furem, ſed ereptorẽ: non adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ: nõ ſacri endus ſup
legũ, ſed hoſtẽ ſacrorũ, religionũq;: nõ ſicariũ, ſed crudeliſſimũ carnificẽ ciuium ſociorũq; in plicio.
veſtrũ iudiciũ adduximus. vt ego hũc vnũ eiuſmodi reũ, poſt hoĩm memoriã fuiſſe arbitrer,
cui damnari expediret. Nam qs hoc nõ intelligit, iſtũ abſolutũ diis hoĩbuſq; inuitis, tamẽ ex
manibus populi Ro. eripi nullo modo poſſe? qs hoc non perſpicit, preclare nobiſcũ actũ iri, ſi
populus Ro. iſtius vnius ſupplicio contentus erit? ac non ſic ſtatuerit, nõ iſtum maius in ſe-
ſe ſcelus concepiſſe, cum fana ſpoliaret, cum tot hoĩes innocentes necaret, cum ciues Roma
nos morte, cruciatu, cruce affecerit, cũ prædonum duces accepta pecunia dimiſerit, q̃ eos, ſi
q iſtũ tot, tantis, tã nefariis ſceleribus coopertũ iurati ſentẽtia ſua liberarẽt? Nõ eſt, nõ eſt in
hoĩe quiq̃ peccãdi locꝰ Iudices, nõ is eſt reus, nõ id tẽpus, nõ id cõſiliũ (metuo ne qd arrogã
tius apud tales viros videar dicere) ne actor qdẽ eſt is, cui reus tã nocens, tam perditus, tam
victus, aut occulte furripi, aut impune eripi poſſit. His ego Iudicibus nõ ꝓbabo C. Verrẽ cõ
tra leges pecunias cepiſſe? ſuſtinebũt tales viri, ſe tot ſenatoribus, tot equitibꝰ Romanis, tot
ciuitatibus, tot hoĩbus honeſtiſſimis, ex tã illuſtri prouincia, tot populorũ priuatorũq; lite-
ris nõ credidiſſe? tantæ populi Ro. volũtati reſtitiſſe? ſuſtineãt. reperiemus, ſi iſtum viuum ad
aliud iudiciũ perducere potuerimus, quibus probemus, iſtũ in quęſtura pecuniã publicã Cn.
Carboni Conſ. datam auertiſſe: quibus perſuadeamus, iſtũ alieno nomine a quæſtoribus vr- Frumentũ
banis, quod priore actione didiciſtis, pecuniam abſtuliſſe. Erũt qui & in eo quoq; audaciam Decuma-
eius reprehendant, q; aliquot nominibus de capite quantum commodum fuerit frumẽti de num.

Peculatus. cumani,detraxerit. Erũt etiã fortaſſe Iudices,q illũ eius pculatũ vel acerrime vindicãdũ pu
tent,p iſte M.Marcelli,& P.Aphricani monimenta,quæ nomine,illorũ:re vera, populi Ro.
& erant,& habebanť,ex fanis religioſiſſimis,ex vrbibus ſociorũ,atq; amicorũ non dubitaue
rit auferre.Emerſerit ex pculat9 ẽt iudicio:mediteť de ducib9 hoſtiũ,quos accepta pecunia
liberauit:videat qd de illis reſpõdeat,quos in eorũ locũ ſubditos domi ſuæ reſeruauit: quæ
rat nõ ſolũ quẽadmodũ noſtro crimini,verũ etiã quo pacto ſuę cõfeſſioni poſſit mederi:me-
minerit ſe priore actione clamore populi Ro.infeſto,atq; inimico excitatũ,cõfeſſum eſſe, du
ces a ſe prædonũ ſecuri nõ eſſe percuſſos:ſe iam tũ eſſe veritũ,ne ſibi crimini dareť,eos ab ſe
pecunia liberatos:fateať id qd negari nõ poteſt,ſe priuatũ hoĩem prędonũ duces viuos,atq;
incolumes domi ſuæ,poſteaq̃ Romam redierit,vſq; dum per me licuerit,tenuiſſe.hoc in illo
maieſtatis iudicio ſi licuiſſe ſibi oſtẽderit,ego oportuiſſe cõcedã.Ex hoc quoq; euaſerit: pſi-
ciſcar eo quo me iã pridẽ vocat populus Romanus.de iure enim libertatis, & ciuitatis ſuũ
putat eſſe iudiciũ,& recte putat.cõfringat iſte ſane vi ſua,conſilia ſenatoria,quęſtiones oĩm
perrumpat,euolet ex veſtra ſeueritate,mihi credite arctioribus apud populum Ro. laqueis
tenebitur.credet iis equitibus Ro.populus Romanus,q ad vos antea producti teſtes,ipſis in
ſpectantibus ab iſto ciuẽ Romanũ,q cognitores hoĩes honeſtos daret,ſublatũ eſſe in crucem
dixerunt:credẽt omnes.V.&.XXX.tribus homini grauiſſimo,atq; ornatiſſimo M. Annio,
qui ſe præſente ciuẽ Ro.ſecuri percuſſum eſſe dixit:audieť a populo Romano vir primarius
eques Ro.L.Flauius,q ſuũ familiarẽ Herẽniũ negotiatorẽ ex Aphrica,cum eũ Syracuſis am
plius cẽtũ ciues Ro.cognoſcerent,lachrymãteſq; defenderẽt,pro teſtimonio dixit ſecuri eſſe
percuſſum:pbabit fidẽ,& auctoritatẽ,& religionẽ ſuã L.Suetius homo omnibus ornamẽtis
Latumiæ. prędĩtus,qui iuratus apud vos dixit,multos ciues Romanos in Latumiis iſtius imperio cru
deliſſime per vim morte eſſe multatos.Hanc ego cauſam cũ agã beneficio Po.Ro. de loco ſu
periore,non vereor ne aut iſtum vis vlla ex Populi Ro.ſuffragiis eripere: aut a me vllũ mu-
nus Aedilitatis amplius aut gratius Populo Ro.eſſe poſſit. Quapropter oẽs in hoc iudicio
Peccare ve conentur omnia,nihil eſt iã qd in hac cauſa peccare Iudices quiſq̃,niſi veſtro periculo poſ-
ſtro piculo ſit.Mea quidẽ ratio cũ in præteritis eſt rebus cognita,tũ in reliqs explorata,atq; prouiſa eſt.
Ego meũ ſtudiũ in rempublicã, iã illo tẽpore oſtendi, cũ lõgo interuallo veterẽ cõſuetudi-
Deferre no nem retuli,& rogatu ſociorũ,atq; amicorũ populi Ro.meorũ aũt neceſſariorũ,nomen hoĩs
men. audaciſſimi detuli.Qd meũ factũ lectiſſimi viri,atq; ornatiſſimi,quo in numero e vobis cõ-
plures fuere,ita probarunt:vt ei q iſtius q̃ſtor fuiſſet, & ab iſto lęſus inimicitias iuſtas perſe
queretur,nõ modo deferẽdi nominis , ſed ne ſubſcribendi quidem,cũ id poſtularet,facerent
poteſtatẽ.In Sicilią ſum ingrendi cauſa profectus:quo in negotio induſtriã meã celeritas re
ditionis,diligentia multitudo literarũ,& teſtiũ declarauit: pudorẽ vero, ac religionẽ,p cũ
veniſſem Senator ad ſocios populi Romani, q in ea prouincia quęſtor fuiſſem, ad hoſpites
meos,ac neceſſarios,cauſæ cõmunis defenſor,diuerti potius,q̃ ad eos,q a me auxiliũ petiuiſ
ſent.Nemini meus aduẽtus labori,aut ſumptui,neq; publice,neq; priuatim fuit.Vim in in-
quirẽdo tantã habui,quantã mihi lex dabat,nõ quãtã habere poterã iſtorũ ſtudio,quos iſte
vexarat. Romã vt ex Sicilia redii,cũ iſte,atq; iſtius amici hoĩes lauti & vrbani ſermones hu
iuſcemodi diſſipaſſent,quo animos teſtiũ retardarẽt, me magna pecunia a vera accuſatione
eſſe deductũ,tametſi probabať nemini, p ex Sicilia teſtes erãt ii, q quæſtorẽ me in puincia
cognouerant,& hinc hoĩes maxime illuſtres,qui vt ipſi noti ſunt,ſic noſtrũ vnũquẽq; opti-
me norũt,tñ vſq; eo timui,ne qs de mea fide,atq; integritate dubitaret,donec ad reiiciẽdos
Reiicere Iudices venimus. Sciebã in reiiciẽdis iudicibus nõnullos memoria noſtra pactionis ſuſpitio
iudices. nẽ nõ vitaſſe,cũ in ipa accuſatione eoſũ induſtria,ac diligẽtia probareť.Ita reieci iudices,vt
hoc cõſtet,poſt hũc ſtatũ populi Ro.quo nũc vtimur,ſimili ſplẽdore,& dignitate cõſiliũ nul
lũ fuiſſe.Quã iſte laudẽ cõmunẽ ait ſibi eſſe mecũ,q cũ P.Galbã iudicẽ reieciſſet,M.Lucretiũ
retinuit:& cũ eius patronus ex eo quæreret,cur ſuos familiariſſimos Sex.Peduceũ,Q.Cõſi
diũ,Q.Iuniũ reiici paſſus eſſet,reſpõdit, p eos in iudicãdo nimiũ ſui iuris, ſententiæq; co-
gnoſceret.Itaq; iudicibus reiectis ſperabã iam onus meũ vobiſcũ eſſe cõmune,putabã nõ ſo-
lũ notis,ſed etiã ignotis probatã meã fidẽ eſſe,& diligentiã.qd me nõ fefellit . Nam comitiis
meis,cũ iſte infinita largitione contra me vtereť,populus Ro.iudicauit,iſtius pecuniã,quæ
apud me cõtra fidẽ meã nihil potuiſſet,apud ſe cõtra honorẽ meũ nihil poſſe debere.Quo q
dem die primum Iudices citati in hunc reũ conſediſtis,quis tam inimicus huic ordini fuit!

quis tam nouarũ rerũ, iudiciorũ, iudicumq; cupidus, qui nõ conſpectu, conſeſſuq; veſtro cõ
moueret? Cum in eo veſtra mihi dignitas fructũ diligentię referret, id ſum aſſecutus, vt vna
hora, qua cœpi dicere, reo audaci, pecunioſo, profuſo, perdito, ſpem iudicii corrũpendi præci
derẽ: vt primo die teſtiũ tãto numero citato populus Ro. iudicaret, ipſo abſoluto Rẽp. ſtare
nõ poſſe: vt alter dies amicis iſtius, & defenſoribus nõ modo ſpem victoriæ, ſed etiã volunta
tẽ defenſiõis auferret: vt tertius dies ſic hominẽ pſterneret, vt morbo ſimulato nõ qd reſpõ
deret, ſed quẽadmodũ nõ reſpõderet, deliberaret. Deinde reliquis diebus, his criminibus, his
teſtibus, & vrbanis, & prouincialibus, ſic obrutus, atq; oppreſſus eſt, vt his ludorum diebus
interpoſitis, nemo iſtũ cõperẽdinatũ, ſed cõdẽnatũ iudicaret. Quapropter ego, qđ ad me atti Cõperendi
net Iudices, vici. nõ enĩ ſpolia C. Verris, ſed exiſtimationẽ Po. Ro. cõcupiui. Meũ fuit, cũ cau natus.
ſa accedere ad accuſandũ. quę cauſa fuit illuſtrior, q̃ a tã illuſtri ꝓuincia defenſorẽ conſtitui,
& deligi? Reipublicæ cõſulere. quid iã Reip. honeſtius, q̃ in tãta inuidia iudiciorũ adducere
hoiem, cui⁹ dãnatione totus ordo cũ Po. Ro. & in laude, & in gratia poſſit eſſe? Oſtẽdere, ac
perſuadere hominẽ nocẽtẽ adductũ eſſe. quis eſt in Po. Ro. q hoc nõ ex priore actione abſtu-
lerit: oĩm ante dãnatorũ ſcelera, furta, flagitia, ſi in vnũ locũ cõferant, vix cũ hui⁹ parua par
te æquari, cõferriq; poſſe? Vos qđ ad veſtrã famã, exiſtimationẽ, ſalutẽq; cõmunẽ pertinet Iu
dices, ꝓſpicite, atq; cõſulite. ſplẽdor veſter facit, vt peccare ſine ſũmo reip. detrimẽto, ac peri-
culo nõ poſſitis. nõ em̃ põt ſperare Po. Ro. eſſe alios in ſenatu q recte poſſint iudicare, vos ſi
nõ potueritis. neceſſe eſt cũ de toto ordine deſperarit, aliud genus hoĩm, atq; aliã rationẽ iu
diciorũ reqrat. Hoc ſi vobis ideo leuius videt, q̃ putatis onus eſſe graue, & incõmodũ iudi-
care, intelligere debetis, primũ intereſſe, vtrum id onus voſmetipſi reiecerit is: an q̃ probare Probare
populo Ro. fidẽ veſtrã, & religionẽ nõ potueritis, eo vobis iudicãdi poteſtas erepta ſit. Dein populo fi-
de etiã illud cogitate, quãto periculo vẽturi ſim⁹ ad eos Iudices, quos ꝓpter odiũ veſtri Po. dem.
Ro. de vobis voluerit iudicare. Verũ vobis dicã id qđ intellexi Iudices, hoies ſcitote eẽ quoſ
dã, quos tãtũ odiũ veſtri ordinis teneat, vt hoc palã iã dictitẽt, ſe iſtũ, quẽ ſciãt eſſe hoiem i-
probiſſimũ, hoc vno noĩe abſolui velle, vt ab ſenatu iudicia p ignominiã, turpitudinẽq; au-
ferant. Hæc me Iudices pluribus verbis vobiſcũ agere coegit nõ timor meus de veſtra fide,
ſed ſpes illorũ noua, q̃ cũ Verrẽ a porta ſubito ad iudiciũ retraxiſſet, nõnulli ſuſpicati ſunt
nõ ſine cauſa illius cõfiliũ tã repente eſſe mutatũ. Nũc ne nouo querimonię genere vti poſſit
Hortenſius, & ea dicere, opprimi reũ, de quo nihil dicat accuſator: nihil eſſe tã periculoſum
fortunis innocentiũ, q̃ tacere aduerſarios: & ne aliter q̃ ego velim, meũ laudet ingeniũ, cum
dicat, me ſi multa dixiſſem, ſubleuaturũ fuiſſe eũ, quẽ cõtra dicerẽ: qa nõ dixerim, perdidiſſe:
morẽ illi gerã, vtar oratione ꝓpetua, nõ quoniã hoc ſit neceſſe, verũ vt experiar, vtrũ ille fe- Oratio per
rat moleſtius, me tũc tacuiſſe, an nũc dicere. Hic tu fortaſſe eris dicẽs, ne quã ego horã de petua.
meis legitimis horis remittã: niſi oĩno tpe, qđ mihi lege cõceſſum eſt, abuſus ero, q̃rere: deũ
atq; hominũ fidẽ ĩplorabis, circũueniri C. Verrẽ, q̃ accuſator nolit tãdiu, q̃diu liceat, dice-
re. Qđ mihi lex mea cauſa det, eo mihi nõ vti nõ licebit? Nã accuſandi mihi tẽpus mea cau-
ſa datum eſt, vt poſſem oratione mea crimina cauſamq; explicare. hoc ſi nõ vtor, non tibi in
iuriam facio, ſed de meo iure aliquid, & cõmodo detraho. Cauſam enĩ inquit cognoſci opor
tet. ea re quidem, q̃ aliter condemnari reus non poteſt, q̃uis ſit nocens. id igitur tu moleſte
tuliſti, a me aliquid factum eſſe, quo minus iſte cõdemnari poſſet? Nam cauſa cognita multi
poſſunt abſolui, incognita quidem condemnari nemo poteſt. Adimo enim † comperendina- †cõperẽdi-
tum, quod habet lex in ſe moleſtiſſimum, bis vt cauſa dicatur. quod aut mea cauſa potius nationem.
eſt conſtitutum, q̃ tua, aut nihilo tua potius, q̃ mea, nam ſi bis dicere eſt commodum, certe Mea cauſa
vtriuſq; commune eſt. ſi eum qui poſterius dixit, opus eſt redargui, accuſatoris cauſa, vt bis
ageretur, conſtitutum eſt. Verum vt opinor Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur Glaucia
reus: antea vel iudicari primo poterat, vel † amplius pronunciari. Vtram igitur putas le- lex.
gem molliorem? opinor illam veterem, qua vel cito abſolui, vel tarde condemnari licebat. †ampliari.
Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, qua lege multi ſemel accuſati, ſemel dicta cauſa, ſe-
mel auditis teſtibus cõdẽnati ſunt, nequaq̃ tam manifeſtis, neq; tantis criminibus, quãtis tu
cõuinceris. puta te non hac tam atroci, ſed illa lege mitiſſima cauſam dicere. accuſabo. reſpõ
debis. teſtibus editis ita mittã in cõſiliũ, vt etiã ſi lex ampliandi faciat poteſtatẽ, tñ iſti turpe
ſibi exiſtimẽt, nõ primo iudicare. Verũ ſi cauſam cognoſci opus ẽ, parũ ne cognita eſt? diſſi-
mulamus Hortenſi, qđ ſæpe in dicendo experti ſumus, quis nos magnopere attendit vnq̃, in

hoc qdē genere cauſarū : vbi aliqd ereptū aut ablatū a quopiā dicit? nōne aut in tabulis, aut in teſtibus oīs expectatio iudicū eſt? Dixi prima actiōe me planū eſſe facturū C.Verrem HS. quadrigēties cōtra legē abſtuliſſe. quid? hoc planiꝰ egiſſē, ſi ita narraſſē? Dio qdā fuit Calefinꝰ: qui cū eius filio ptore Sacerdote hereditas a ppīquo pmagna veniſſet, nihil habuit neq; negotii, neq; cōtrouerſię. Verres ſimul ac tetigit puīciā: ſtatī Meſſanā literas dedit: Dionē euocauit: calūniatores ex ſinu ſuo appoſuit: q illā hereditatē Veneri Erycinę cōmiſſā eſſe diceret. Hac de re oſtēdit ſe ipſum cogniturū. Poſſum deinceps totā rē explicare, deinde ad extremū id, qđ accidit, dicere, Dionē HS. decies cētena millia numeraſſe, vt cauſam certiſſimā obtineret: præterea greges equarū eius iſtū abigēdos curaſſe: argēti veſtiſq; ſtragulę, qđ fuerit, curaſſe auferēdū. Hæc neq; cū ego dicerē, neq; cū tu negares, magni mōmēti noſtra eſſet oratio. Quo tēpore igit aures iudex erigeret, animūq; attēderet? cū Dio ipſe prodiret, cū ceteri, q tū in Sicilia negotiis Dionis interfuiſſent: cū p eos ipſos dies, p quos cauſam Dionis diceret, reperiret pecunias ſumpſiſſe mutuas, noīa ſua exegiſſe, pdia vēdidiſſe: cū tabulę virorū bonorum pferrent: cum q pecuniam Dioni dederūt, dicerēt, ſe iam tum audiſſe eo nummos ſumi, vt Verri darentur: cum amici, hoſpites, patroni Dionis hominis honeſtiſſimi, hæc eadem ſe audiſſe dicerēt. Opinor cū hęc fierēt, tū vos audiretis, ſicut audiſtis, tū cauſa agi videretur. Sic a me ſunt acta oīa priore actione, vt in criminibus oībus nullū eſſet, in quo qſq; veſtrū perpetuā accuſationē requirat. Nego eſſe quicq; a teſtibus dictū, qđ aut veſtrū cuipiā eſſet obſcurū, aut cuiuſq; oratoris eloquētiā quęreret. Etenī ſic me ipſum egiſſe memoria tenetis, vt in teſtibus interrogādis oīa crimina pponerē, & explicarē: vt cū rem totā in medio propoſuiſſem, tū denicp teſtē interrogarē. Itaq; nō modo vos, qbus eſt iudicādū, noſtra crimina tenetis, ſed etiā populus Ro. totā accuſationē, cauſamq; cognouit. tametſi ita de meo facto loquor, quaſi ego illud mea volūtate potius, q̄ veſtra iniuria adductus fecerim. Interpoſuiſtis accuſatorē, q cum ego mihi. C. &. X. dies ſolos in Siciliam poſtulaſſem, C. VIII. ſibi in Achaiā poſtularet: menſes mihi tres cū eripuiſſetis ad agēdum maxime appoſitos, reliquum oīne tēpus huius anni me vobis remiſſurū putaſtis: vt cū horis noſtris nos eſſemꝰ vſi, tu bīnis ludis interpoſitis, quadrageſimo poſt die reſpōderes. Deīde ita tēpꝰ duceret, vt a M. Glabrione Pr. & a magna pte horū iudicū, ad prętorē aliū, iudiceſq; alios veniremus. Hęc ſi ego nō vidiſſem, ſi me nō oēs noti ignotiq; monuiſſent, id agi, id cogitari, in eo laborari, vt res illd tēpus reiiceret, credo ſi meis horis in accuſando vti voluiſſem, vererer ne mihi crimina nō ſuppeterēt, ne oratio deeſſet, ne vox viresq; deficerēt, ne quē nemo prima actione defendere auſus eſſet, eū ego bis accuſare nō poſſem. Ego meū cōſiliū tū iudicibus, tū Po. Ro. probaui. nemo eſt q alia ratione iſtorū iniurię, atq; impudētię potuiſſe obſiſti arbitret. Etenī qua ſtultitia fuiſſem, ſi, qtā diē qui iſtū eripiēdum redemerūt, in cautione viderūt, cū ita cauerēt, ſi poſt Cal. Ian. in cōſilium iretur, in eā diē ego, cū potuiſſem vitare, incidiſſem? Nunc mihi tēporis eius, qđ mihi ad dicēdū dat, quoniā in animo eſt cauſam oēm exponere, habenda ratio eſt diligēter. Itaq; primū illū actū iſtius vitę turpiſſimū, & flagitioſiſſimū prętermittā: nihil a me de pueritię ſuę flagitiis, peccatiſq; audiet, nihil ex illa impura adoleſcētia ſua, quę qualis fuerit, aut meminiſtis, aut ex eo, quē ſui ſimillimū pduxit, recognoſcere poteſtis. Omnia præteribo, q̄ mihi turpia dictu videbunt, neq; ſolū qd iſtū audire, verū etiā quid me deceat dicere, cōſiderabo. Vos quæſo date hoc, & cōcedite pudori meo, vt aliquā ptē de iſtius impudētia reticere poſſim. Oīne illud tēpus, qđ fuit, anteq̄ iſte ad magiſtratus, Remq; publicam acceſſit, habeat p me ſolutū, ac liberū: fileatur de nocturnis eius bacchationibus, ac vigiliis: lenonū, aleatorū, pductorū nulla mētio fiat: damna, dedecora, quę, res patris eius, ætas ipſius pertulit, prętereant: lucret indicia veteris infamię, patiatur eius vita reliqua nō hanc tātā iacturā criminū facere. Quęſtor Cn. Papirio Cōſuli fuiſti, abhinc annos quattuordecim: ex ea die ad hāc diē quę feciſti in iudiciū voco. Hora nulla vacua a furto, a ſcelere, crudelitate, flagitio, reperiet. Hi ſunt anni cōſumpti in quęſtura, & legatiōe Aſiatica, & Prętura vrbana, & Prętura Siciliēſi. Quare hęc eadē erit quadriptita diſtributio totius accuſationis meæ. Quæſtor, ex S.C. Prouinciā ſortitus es, obtigit tibi Cōſularis, vt cū Conſ. Cn. Carbone eſſes eamq; prouinciam obtineres. Erat tū diſſenſio ciuium, de qua nihil ſum dicturus quid ſentire debueris: vnū hoc dico, in eiuſmodi tempore, ac ſorte, ſtatuere te debuiſſe, vtrū malles ſentire atq; defendere. Carbo grauiter ferebat, ſibi Quęſtorē obtigiſſe, hominem ſingulari luxuria, atq; inertia, verūtamē ornabat eū bnficiis oībus. Ne diutius teneā, pecunia attributa

Attēdere animum.

Actus primus vitæ.

Perductores.

Quadriptita diſtributio accuſat.

numerata est, profectus est quæstor in prouinciã, venit in Galliã expectatus ad exercitũ Cõsularẽ cũ pecunia: simulac primũ ei occasio visa est (cognoscite hoïs principũ magistratuũ gerendorũ, & Reip. administrandæ) auersa pecunia publica quæstor cõsulẽ, exercitũ, prouinciãq; deseruit. Video quid egerim, erigit se, sperat sibi aurã posse aliquã afflari in hoc crimine, volũtatis, dissensionisq; eorũ, qbus Cn. Carbonis mortui nomẽ odio sit: qbus illã reiectionem, proditionẽq; cõsulis sui gratã sperat fore, quasi vero id cupiditate defendẽdæ nobilitatis, au studio partiũ fecerit, ac nõ apertissime cõsulẽ, exercitũ, prouinciãq; cõpilarit, & propter impudẽtissimũ furtũ aufugerit. est enim obscurũ, & eiusmodi factũ eius, vt possit aliqs suspicari, C. Verrẽ, q terrere nouos hoïes nõ potuerit, ad nobilitatem, hoc est ad suos trãsisse, nihil fecisse propter pecuniã. Videamus rationes quẽadmodũ retulerit: iã ipse ostẽdet, quãobrẽ Cn. Carbonẽ reliquerit, iã se ipse indicabit. primũ breuitatẽ cognoscite. ACCEPI ingt VICIES DVCENTA TRIGINTAQVINQVE MILLIA QVADRINGENTOS XVII. NVMMOS. DEDI STIPENDIO, FRVMENTO, LEGATIS, PROQVAESTORIBVS, COHORTI PRAETORIAE. HS. MILLE SEXCENTA TRIGINTA QVINQVE MILLIA QVADRINGENTOS. XVII. NVMMOS, RELIQVI ARIMINI HS. SEXCENTA MILLIA. Hoc est rationes referre! hoc modo aut ego, aut tu Hortensi, aut quisq; hominũ retulit! qd hoc est! quæ impudentia! quæ audacia! qd exemplũ ex tot hominũ rationibus relatis huiusmodi est! Illa tamẽ HS. sexcenta millia, quæ neq; falso qdem potuit describere, qbus data essent, quę se Arimini scribit reliquisse, quę ipsa HS. sexcẽta millia reliqua facta sunt, neq; Carbo attigit, neq; Sylla vidit, neq; in ærariũ relata sunt. Oppidũ sibi elegit Ariminũ, qd cũ iste rationes ferebat, oppressum, direptũq; erat. nõ suspicabat id, qd nũc sentiet, satis multos ex illa calamitate Ariminẽsiũ, testes nobis in hãc rẽ reliquos esse. recita denuo. P. LENTVLO, L. TRIARIO QVAESTORIBVS VRBANIS RES RATIONVM RELATARVM. recita. EX S. C. vt hoc pacto rationẽ referre liceret, eo Syllan⁹ repente fact⁹ est, nõ vt honos, & dignitas nobilitati restitueret. Q; si illinc inanis pfugisses, tũ ista tua fuga, nefaria: pditio cõsulis tui, scelerata iudicaret. Malus ciuis, improbus cõsul, sedi tiosus homo Cn. Carbo fuit, fuerit aliis, tibi qñ esse cœpit! posteaq; tibi pecuniã, rẽ frumẽtariã, rõnes oẽs suas, exercitũq; cõmisit. nã si tibi antea displicuisset, idem fecisses, qd anno post M. Piso quæstor: cũ L. Pisoni cõsuli obtigisset, nõ attigit pecuniã, nõ ad exercitũ pfect⁹ est: qd de rep. sensit, ita sensit, vt nec fidẽ suã, nec morẽ maiorũ, nec necessitudinẽ sortis læderet. Et enĩ si hæc pturbare oïa, & pmiscere volum⁹, totã vitã piculosam, inuidiosam, infestãq; reddemus, si nullã religionẽ sors habebit, nullã societatẽ cõiunctio secũdæ, dubięq; fortunæ, nullã auctoritatẽ mores atq; instituta maiorũ. Oïm est cõmunis inimicus, q fuit hostis suorũ. Nemo vnq; sapiẽs pditori credẽdũ putauit. Ipse Sylla, cui aduẽtus istius gratissim⁹ esse debuit, ab se hoïem, atq; ab exercitu suo remouit, Beneuẽti eẽ iussit apud eos, quos suis partib⁹ amicissimos esse intelligebat, vbi iste sũmę rei, causęq; nocere nihil posset. ei pmia postea tamẽ liberaliter tribuit: bona quædã proscriptorũ in agro Beneuẽtano diripiẽda cõcessit. Habuit honorem vt proditori, nõ vt amico fidem. Nunc, q̃uis sint homines, qui mortuum Cn. Carbonem oderint, tamẽ hi debent, non quid illi accidere voluerunt, sed quid ipsis in tali re mẽtuendum sit, cogitare. Cõmune est hoc malum: cõmunis metus: cõmune periculum. Nullæ sunt occultiores insidiæ: q̃ hę quæ latent in simulatione officii, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum qui palam est aduersarius: facile cauendo vitare possis. Hoc vero occultum, intestinum, ac domesticum malum nõ modo non existit, verũ etiã opprimit, anteq̃ perspicere, atq; explorare potueris. Ita ne vero! tu cum Quæstor ad exercitũ missus sis, custos non solũ pecunię, sed etiam Cõsulis: particeps omniũ rerũ, cõsiliorumq; fueris: habitus sis in liberũ loco, sicut mos maiorũ ferebat: repẽte relinquas! deseras! ad aduersarios trãseas! O scelus: O portẽtũ in vltimas terras exportãdũ. Nõ enĩ potest ea natura quæ tãtũ facinus cõmiserit, hoc vno scelere esse cõtenta: necesse est semper aliquid eiusmodi moliatur: necesse est in simili audacia perfidiaq; versetur. Itaq; idem iste, quẽ Cn. Dolabella postea C. Malleolo occiso pro Quęstore habuit (haud scio, an maior etiam hęc necessitudo fuerit, q̃ illa Carbonis: ac plus iudicium volũtatis valere, q̃ sortis debeat) idem in Cn. Dolabellam, qui in Cn. Carbonem fuit. Nam quæ in ipsum valebant crimina: contulit in istum: causamq; illius omnem ad inimicos accusatoresq; detulit. Ipse in eum cui Legatus pro quæstore fuerat: inimicissimũ atq; improbissimum testimonium dixit: ille miser cum esset, tum proditione istius nefa

Pecunia auersa.

Ex Asconio emẽdat⁹ p Budæ⁹ locus.

Existo.

Liberum loco.

ria,tũ improbo,& falso eiusdẽ testimonio,tũ multo ex maxima parte istius furtorum,ac fla
gitiorũ inuidia cõflagrauit.qd hoc hoie faciatis!ad aliquã spem,tã perfidiosum,tã importu
nũ aĩal reseruetis!q in Cn.Carbonẽ sortẽ,in Cn.Dolabellã volũtatem neglexerit,ac violarit,
eosq; ambos nõ solũ deseruerit,sed etiã ꝓdiderit,atq; oppugnarit.Nolite quẽso Iudices bre-
uitate orationis meæ potius,q̃ rerũ ipsarũ magnitudine crimina põderare.mihi em̃ prope-
randũ necessario est,vt oĩa vobis,quæ mihi cõstituta sunt,possim exponere. Quãobrẽ quæ
stura istius demõstrata,primiq; magistratus,& furto,& scelere perspecto, reliqua attendite.
In qbus illud tẽpus Syllanarũ proscriptionũ,ac rapinarũ prętermittã,neq; ego istũ sibi vllã
ex cõmuni calamitate defensionẽ sinã sumere,suis eũ certis,propriisq; criminibus accusabo.
Quãobrẽ hoc omni tẽpore Syllano ex accusatione circũscripto,legationẽ eius pręclaram co
gnoscite.Posteaq̃ Cn.Dolabellæ prouincia Cilicia cõstituta est,O dii immortales,quãta iste
cupiditate,qbus allegationibus illã sibi Legationẽ expugnauit!id qd Cn. Dolabellæ princi-
piũ maximæ calamitatis fuit. Nã vt iste profectus est,quacunq; iter fecit,eiusmodi fuit, nõ
Calamitas vt legatus populi Ro.sed vt quędã calamitas puadere videret.In Achaia (prætermittã mi-
nora oĩa,quorũ simile forsitan alius quoq; aliqd aliquando fecerit:nihil dicã,nisi singulare,
nisi qd si in aliũ reũ diceret,incredibile videret)magistratũ Sicyoniũ nũmos poposcit.ne sit
hoc crimẽ in Verrẽ,fecerũt alii.cũ ille nõ daret,aĩaduertit.improbũ,sed nõ inauditũ.genus
animaduersionis videte,quęretis ex quo genere hominẽ istũ iudicetis.Ignem ex lignis viridi
bus,atq; humidis in loco angusto fieri iussit:ibi hominẽ ingenuũ,domi nobilẽ,Po.Ro.sociũ
atq; amicũ,fumo excruciatũ,semiuiuum reliquit.Iam quæ iste signa,quas tabulas pictas, ex
Achaia sustulerit,nõ dicã hoc loco,est alius mihi locus ad hãc cupiditatẽ demõstrandã ser
uatus.Athenis audistis ex æde Mineruæ grande auri põdus ablatũ.Dictũ hoc est in Cn.Do
labellæ iudicio.dictũ!etiã æstimatũ.Huius consilii nõ modo participẽ C.Verrẽ,sed principẽ
fuisse reperietis.Delũ venit,ibi ex Fano Apollinis religiosissimo noctu clã sustulit signa pul-
cherrima,atq; antiquissima,eaq; in onerariã nauẽ suã cõiicienda curauit.Postridie cũ spolia
Deliacum tum fanũ viderẽt ii,q Delũ incolebant,grauiter ferebant.est em̃ tanta apud eos eius fani re-
Fanum. ligio,atq; antiquitas,vt in eo loco ipsum Apollinẽ natũ esse arbitrent.verbũ tamẽ facere nõ
audebant,ne forte ea res ad Dolabellã ipsum pertineret.Tũ subito tẽpestates coortę sunt ma
ximæ Iudices,vt nõ modo proficisci,cũ cuperet,Dolabella nõ posset,sed vix in oppido cõsi-
steret.ita magni fluctus eiiciebant.Hic nauis illa prædonis istius onusta signis religiosis,ex-
pulsa,atq; eiecta fluctu,frãgit, in littore signa illa Apollinis reperiunt,iussu Dolabellæ repo
nunt,tẽpestas sedat,Dolabella de loco proficiscit.Non dubito,quin,tametsi nullus in te sen
sus humanitatis,nulla ratio vnq̃ fuit religionis,nunc tamẽ in metu periculoq; tuo,tuorum
tibi scelerũ veniat in mentẽ.Potest ne tibi vlla spes salutis cõmoda ostẽdi, cum recordaris,in
deos immortales q̃ impius,q̃ sceleratus,q̃ nefarius fueris!Apollinẽ ne tu Deliũ spoliare au-
sus es!illi ne tu tẽplo,tã antiquo,tã sancto, tã religioso manus impias, ac sacrilegas afferre
conatus es!Si in puerilia nõ his artibus,& disciplinis institutus eras,vt ea quæ literis man-
data sunt,discere,atq; cognoscere,ne postea qdẽ,cũ in ea ipsa loca veniste,potuisti accipe-
Latona. re id qd est proditũ memoriæ,ac literis!Latonã ex longo errore,& fuga,grauidã,& iam ad
pariendũ vicinã,tẽporibus exactis fugisse Delũ,atq; ibi Apollinẽ Dianamq; peperisse.Qua ex
opinione hominũ illa insula eorũ deorũ sacra putat,tãtaq; eius auctoritas religionis & est,
& semp fuit,vt ne Persæ quidẽ,cũ bellũ toti Græciæ diis hoibusq; indixissent,& mille nume
ro nauiũ classem ad Delũ appulissent,quicq̃ conarent aut violare,aut attingere. Hoc tu fa-
num depopulari homo improbissime,atq; amẽtissime audebas!fuit illa cupiditas tanta,quę
tantã extingueret religionẽ! & si tum hæc nõ cogitabas,ne nũc qdẽ recordaris,nullũ esse tã
tũ malũ,qd nõ tibi pro sceleribus tuis iandiu debeat!In Asiã vero postq̃ venit,qd ego aduẽ
tus istius prandia,cœnas,equos,muneraq; cõmemorẽ!nihil cũ Verre de quotidianis crimi-
nibus acturus sum.Chio per vim signa pulcherrima dico abstulisse, item Erythris, & Hali-
Tenes. carnaso.Tenedo(prætereo pecuniã quã eripuit)Tenẽ ipsum,q apud Tenedios sanctissimus
deus habet,q vrbẽ illã dicit cõdidisse,cuius ex noie Tenedus nominat:hunc ipsum inquam
Tenẽ,pulcherrime factũ,quẽ quondã in comitio vidistis,abstulit magno cum gemitu ciuita
tis.Illa vero expugnatio Fani antiquissimi,& nobilissimi Iunonis Samiæ, q̃ luctuosa Samiis
fuit!q̃ acerba toti Asiæ!q̃ clara apud deos!q̃ nemini vestrũ inaudita!De qua expugnatione
cũ legati ad C.Neronẽ in Asiã Samo veniissent,responsum tulerunt,eiusmodi querimonias,

quæ ad Legatũ populi Romani pertinerẽt, nõ ad Prætorẽ, sed Romã deferri oportere. Quas iste tabulas illinc, quæ signa sustulit? quæ cognoui egomet apud istum in ędibus nuper, cum obsignandi gratia venissem. Quę signa nũc Verres vbi sunt? illa quęro, quę apud te nuper ad omnes columnas, omnibus etiã intercolumniis, in sylua deniq; disposita sub dio vidimus. Cur ea q̃diu aliũ prætorẽ, cum iis iudicibus, quos in horum locum subsortitus es, de te in cõsiliũ iturũ putasti, tandiu domi fuerũt? posteaq̃ nostris testib⁹ nos, q̃ horis tuis vti malle vidisti, nullũ signũ domi reliquisti? præter duo, quæ in mediis ædibus sunt, quæ ipsa Samo sublata sunt. Nõ putasti me tuis familiarissimis in hanc rem testimonia denunciaturũ, q tuæ domi sæpe fuissent, ex qbus quærerẽ signa scirẽt ne fuisse, quæ non essent? Quid tũ hos de te iudicaturos arbitratus es, cũ viderẽt, te iam nõ contra accusatorẽ tuũ, sed contra †quęstorẽ, sectorẽq; pugnare? Qua de re Charidemũ Chiũ testimonium priore actione dicere audistis: sese, cũ esset Aristarchus, & Verrem ex Asia decedentem prosequeret, iussu Dolabellæ fuisse vna cũ isto Sami, seseq; tũ scire, spoliatum esse fanũ Iunonis, & oppidũ Samum: posteaq; se causam apud Chios ciues suos Samiis accusantibus publice dixisse: eoq; se esse absolutum, q planũ fecisset, ea quæ legati Samiorũ dicerent, ad Verrẽ, nõ ad se pertinere. Aspendũ vetus oppidũ, & nobile in Pamphylia scitis esse, plenissimũ signorũ optimorũ. non dicã illinc hoc signũ ablatũ esse, & illud: hoc dico, nullũ te Aspendi signum Verres reliquisse, omnia ex fanis, ex locis publicis, palam, spectãtibus omnibus, plostris euecta, asportataq; esse. Atq; etiam illum Aspendiũ Citharistã, de quo sæpe audistis id, qđ est græcis hoibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebãt, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, vt etiã illũ ipsum artificio suo superasse videat. Pergæ fanũ antiquissimũ, & sanctissimũ Dianæ scimus esse. id quo q; a te nudatũ & spoliatũ esse, ex ipsa Diana qđ habebat auri detractũ, atq; ablatũ esse dico. Quę, malũ, est ista tanta audacia, atq; amẽtia? quas enim sociorũ, atq; amicorum vrbes adisti legationis iure, & nomine, si in eas vi, cum exercitu imperioq; inuasisses, tamẽ opinor quæ signa, atq; ornamẽta ex his vrbibus sustulisses, hæc nõ in tuã domũ, neq; in suburbana amicorum, sed Romam in publicũ deportasses. Quid ego de M. Marcello loquar, q Syracusas vrbẽ ornatissimã cepit? quid de L. Scipione, qui bellũ in Asia gessit, Antiochũq; regem potentissimum vicit? quid de Flaminio, qui regem Philippũ, & Macedoniã subegit? quid de L. Paulo, q regem Persen vi, ac virtute superauit? quid de L. Mummio, qui vrbem pulcherrimã, atq; ornatissimam Corinthũ plenissimã rerũ omniũ sustulit, vrbesq; Achaiæ, Bœotięq; multas sub imperiũ populi Ro. ditionẽq; subiunxit? quorũ domus cũ honore & virtute florerent, signis & tabulis pictis erant vacuæ. at vero vrbẽ totam, templa deorum, omnesq; Italiæ partes illorum donis, ac monimentis exornatas videmus. Vereor ne hæc forte cuiq̃ nimis antiqua, & iam obsoleta videantur. ita enim tum æquabiliter omnes erant huiusmodi, vt hæc laus eximiæ virtutis, & innocentiæ, non solum hominum, verũ etiam temporum illorum esse videatur. P. Seruilius vir clarissimus, maximis rebus gestis adest, de te sentẽtiam laturus est: Olynthum vi, copiis, consilio, virtute cepit, vrbem antiquam, & omnibus rebus auctam, & ornatam. recẽs exemplũ fortissimi viri profero. Nã postea Seruilius Imperator populi Ro. Olynthum vrbem hostium cepit, q̃ tu in hisdem illis locis legatus quæstorius oppida pacata sociorum, atq; amicorũ diripienda, ac vexãda curasti. Tu quę ex fanis religiosissimis per scelus, & per latrocinium abstulisti, ea nos videre nisi in tuis, amicorumq; tuorum tectis nõ possumus. P. Seruilius quæ signa atq; ornamenta ex vrbe hostium, & virtute capta, belli lege, atq; imperatorio iure sustulit, ea populo Ro. asportauit, per triumphum vexit, in tabulas publicas ad ærarium perscribenda curauit. Cognoscite ex literis publicis hominis amplissimi dili gentiã. Recita. RATIONES RELATAE P. SERVILII. Nõ solũ numerũ signorum, sed etiã vniuscuiusq; magnitudinẽ, figurã, statũ, literis definiri vides. Certe maior est virtutis, victorięq; iucũditas, q̃ ista voluptas, quæ percipit ex libidine, & cupiditate. multo diligẽtius habere dico Seruiliũ prædã po. Ro. q̃ te tua furta notata, atq; descripta. Dices tua quoq; signa & tabulas pictas ornamẽto vrbi, foroq; Po. Ro. fuisse. memini, vidi simul cũ Populo Ro. forũ, comitiũq; adornatũ ad speciẽ magnifico ornatu: ad sensum, cogitationẽq; acerbo, & lugubri: vidi collucere omnia furtis tuis, preda prouinciarũ, spoliis sociorũ, atq; amicorũ. Quo quidẽ tẽpore Iudices iste spem maximã reliquorũ quoq; peccatorũ nactus est. vidit em̃ eos, q iudiciorũ dominos se dici volebãt, harũ cupiditatum esse seruos. Socii vero, nationesq; exteræ, spem oĩm tum primum abiecere rerum, ac fortunarum suarum, propterea, q casu legati ex

† quęsitorẽ

Aspendius Citharista

Subiunxit sub ĩperiũ.

Actio. III.

Asia, atq; Achaia plurimi Romæ tũc fuerũt, q deorũ simulacra ex suis fanis sublata in foro venerabanť: itẽq; cætera signa & ornamẽta cũ cognoscerẽt, alia alio in loco lachrymãtes intuebanť. Quorũ oím hunc sermonẽ tũ esse audiebamus, nihil esse, quod quisq̃ dubitaret de exitio sociorũ, atq; amicorũ, cũ quidẽ viderẽt in foro populi Ro. quo in loco antea q sociis iniurias fecerãt, accusari, & condemnari solebãt, ibi esse palã posita ea, quæ ab sociis per scelus ablata, ereptaq; essent. Hic ego nõ arbitror illũ negaturũ, signa sese plurima, tabulas pictas innumerabiles habere: sed vt opinor, solet hæc quæ rapuit, & furatus est, nõnunq̃ dicere, se emisse. Quoniã qdem in Achaiã, Asiã, Pamphyliã, sumptu publico, & legatiõis nomine mercator signorũ tabularũq; pictarũ missus est: habeo & istius, & patris eius accepti tabulas oẽs, quas diligentissime legi, atq; digessi. patris, quoad vixit: tuas quoad ais te cõfecisse. nam in isto Iudices hoc nouũ reperietis. Audimus aliquẽ tabulas nũq̃ cõfecisse, quę est opinio hominũ de Antonio falsa. Nã fecit diligẽtissime. verũ sit hoc genus aliqđ minime probãdũ. Audim⁹ aliũ nõ ab initio fecisse, sed ex tẽpore aliquo cõfecisse. est aliqua etiã huiusce rei ratio. Hoc vero nouũ, & ridiculũ est, qđ hic nobis respõdit, cũ ab eo tabulas postularem⁹: vsq; ad M. Terẽtiũ, & C. Cassium Consules cõfecisse, postea destitisse. Alio loco hoc cuiusmodi sit, considerabimus: nũc nihil ad me attinet. horum enĩ tẽporũ, in qbus nunc versor, habeo tabulas & tuas, & patris. Plurima signa pulcherrima, plurimas tabulas deportasse te, negare nõ potes, atq; vtinã neges. vnũ ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptũ esse, vicisti. ne hæc qdẽ duo signa pulcherrima, quę nũc ad ĩpluuiũ tuũ stant, quę multos annos ad valuas Iunonis Samiæ steterũt, habes quõ emeris. hæc inquã duo, quæ in ædibus tuis sola iã sunt, quę sectorẽ expectãt, relicta, ac destituta a cæteris signis. At credo in hisce solis rebus indomitas cupiditates, atq; effrenatas habebat: cæteræ libidines eius ratione aliqua aut modo cõtinebanť. Q̃z multis istũ ingenuis, q̃ multis matribusfamilias, in illa tetra, atq; impura Legatione vim attulisse existimatis! ecquo in oppido pẽdẽ posuit, vbi nõ plura stuprorũ, flagitiorũq; suorũ. q̃ aduentus sui vestigia reliquerit! Sed ego oĩa, quę negari poterũt, prętermittã: etiã hæc quæ certissima sunt, & clarissima, relinquã. vnũ aliqđ de nefariis istius factis eligam, quo facilius ad Siciliã possim aliquãdo, quæ mihi hoc oneris, negotiiq; imposuit, peruenire. Oppidũ est in Hellespõto Lãpsacũ Iud. in primis Asiæ prouincię clarũ, & nobile: homines aũt ipsi Lãpsaceni, tũ summe in oẽs ciues Romanos officiosi, tum pręterea maxime sedati, & quieti propę pręter cęteros, ad summũ Gręcorũ otiũ potius, q̃ ad vllam vim, aut tumultũ accõmodati. Accidit, cũ iste a Cn. Dolabella efflagitasset, vt se ad regẽ Nicomedẽ, regẽq; Sadalã mitteret, cũq; iter hoc sibi magis ad quæstũ suũ, q̃ ad Reip. tẽpus accõmodatum depoposcisset, vt illo itinere veniret Lãpsacũ, cũ magna calamitate, & propę pernicie ciuitatis. deducit iste ad Ianitorẽ quendã hospitẽ, comitesq; eius itẽ apud cæteros hospites collocanť. vt mos erat istius, atq; vt eũ suæ libidines flagitiose facere admonuerãt, statim negotiũ dat illis suis comitib⁹, nequissimis, turpissimisq; hoĩbus, vt videãt, & inuestigẽt, ecquę virgo sit, aut mulier, digna, quãobrẽ iste Lãpsaci diutius cõmoraret. Erat comes eius Rubrius quidã, homo factus ad istius libidines, q miro artificio, quocũq; venerat, hęc inuestigare oĩa solebat. is ad eũ rẽ istã defert, Philodamũ esse quẽdã genere, honore, copiis, existimatiõe, facile principẽ Lãpsacenorũ, ei⁹ esse filiã quę cũ patre habitaret, ꝓpterea q virũ nõ haberet, mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate pudicitiaq; existimari. Homo vt hæc audiuit, sic exarsit ad id qđ nõ mõ ipe nũq̃ viderat, sed ne audierat qdẽ ab eo q ipse vidisset, vt statim ad Philodamũ migrare se diceret velle. Hospes Ianitor q nihil suspicaret, veritus ne qd in ipso se offenderit, hominẽ summa vi retinere cœpit. iste q hospitis relinquẽdi causam reperire nõ posset, alia sibi ratione viã munire ad stuprũ cœpit. Rubrium delitias suas in omnibus eiusmodi rebus adiutorẽ suũ & cõscium parũ laute diuersari dicit, ad Philodamũ deduci iubet. Quod vbi est Philodamo nunciatũ, tametsi erat ignarus, quãtum sibi, ac liberis suis iam tum mali constitueret, tamen ad istũ venit, ostendit munus illud suũ non esse: se cum suæ partes essent hospitum recipiendorum, tum ipsos tamen prætores, & consules, non legatorũ assectas recipere solere. Iste, qui vna cupiditate raperetur, totum illius postulatum causamq; neglexit: per vim ad eum, qui recipere non debebat, Rubrium deduci imperauit. Hic Philodamus, posteaq̃ ius suum obtinere non potuit, vt humanitatẽ cõsuetudinẽq; suam retineret, laborabat. homo qui semper hospitalissimus, amicissimusq; nostrorum hominum existimatus esset, noluit videri ipsum illum Rubrium inuitus in domum suam

Tabulæ accepti.

Ad impluuiũ stant. Iuno Samia.

Lampsacũ

Factus ad istius libidines.

Munire viam.

Hospitalissimus.

recepisse: magnifice, & ornate, vt erat in primis inter suos copiosus, cõuiuiũ comparat, rogat Rubriũ vt quos ei cõmodũ sit inuitet, locũ sibi soli si videat relinquat. vt etiã filiũ suũ lectissimũ adolescentẽ foras ad ꝓpinquũ suũ quendã mitteret ad cœnã. Tum Rubrius istius comites inuitat. eos omnes Verres certiores facit, quid opus esset. mature veniunt, discũbitur, fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Greco more biberetur, hospes hortatur, poscũt maioribus poculis, celebratur omniũ sermone, lętitiaq; cõuiuiũ. Posteaq̃ satis calere res Rubrio visa est, quęso inqt Philodame, cur ad nos filiã tuã nõ intro vocari iubes? Homo qui & suma grauitate, & iam id ętatis, & parens esset, obstupuit hominis improbi dicto. instare Rubrius. tum ille, vt aliquid responderet, negauit moris esse Greçorum, vt in conuiuio virorũ accumberent mulieres. Hic tum alius ex alia parte: enimuero ferendũ hoc non est, vocetur mulier. & simul seruis suis Rubrius, vt ianuã clauderent, & ipsi ad fores assisterent, imperat. Quod vbi ille intellexit, id agi, atq; id parari, vt filię suę vis afferretur, seruos suos ad se vocat, his imperat, vt se ipsum negligant, filiã defendant, excurrat aliquis, q̃ hoc tantũ domestici mali filio suo nunciet. Clamor interea fit tota domo inter seruos Rubrii, atq; hospitis, iactatur domi suę vir primus, & homo honestissimus, ꝓ se quisq; manus affert, aqua deniq; feruẽti a Rubrio ipso Philodamus perfundit. Hęc vbi filio nũciata sunt, statim exanimatus ad ędes contẽdit, vt & vitę patris, & pudicitię sororis succurreret. Oẽs eodẽ animo Lampsaceni, simul vt hoc audiuerunt, ꝙ eos tum Philodami dignitas, tum iniurię magnitudo mouebat, ad ędes noctu cõuenerũt. Hic lictor istius Cornelius, qui cũ eius seruis erat a Rubrio, quasi in præsidio ad auferendã mulierẽ collocatus, occiditur: serui nõnulli vulnerãtur, ipse Rubrius in turba sauciatur. Iste, qui sua cupiditate tãtos tumultus cõcitatos videret, cupere aliqua euolare, si posset. Postridie mane homines in concionẽ veniũt, quęrũt quid optimũ factu sit: pro se quisq;, vt in quoq; erat auctoritatis plurimũ, ad populũ loquebat: inuẽtus est nemo, cuius nõ hęc & sententia esset, & oratio, non esse metuendũ, si istius nefarium scelus Lampsaceni vlti vi, manuq; essent, ne Senatus populusq; Ro. in eam ciuitatẽ animaduertendum putaret. Q; si hoc iure legati populi Ro. in socios, nationesq; exteras vterẽtur, vt pudicitiã liberoꝝ seruare ab eorũ libidine tutam nõ liceret, quiduis esse pœpeti satius, q̃ in tãta vi, atq; acerbitate versari. Hęc cũ omnes sentirent, & cũ in eam rationem ꝓ suo quisq; sensu, ac dolore loqueretur, oẽs ad eã domũ, in qua iste diuersabatur, profecti sunt, cędere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmẽta circũdare, ignem subiicere cœperũt. Tũ ciues Ro. qui Lampsaci negotiabãtur, cõcurrunt. orãt Lampsacenos, vt grauius apud eos nomẽ legationis, q̃ iniuria legati putaretur. sese intelligere hominẽ illũ eẽ impurũ, ac nefarium: sed qm̃ nec perfecisset qd̃ conatus esset, neq; futurus esset Lampsaci postea, leuius eoꝝ peccatum fore, si homini scelerato pepercissent, q̃ si legato nõ pepercissent. Sic iste multo sceleratior, & nequior, q̃ ille Adrianus, aliquãto etiam felicior fuit. Ille ꝙ eius auaritiam ciues Ro. ferre non potuerant, Vtice domi suę viuus exustus est. Idq; ita illi merito accidisse existimatũ est, vt lętarentur oẽs, neq; vlla animaduersio cõstitueretur. Hic sociorũ ambustus incendio, tamẽ ex illa flãma, periculoq; euolauit, neq; adhuc causam vllam excogitare potuit, quãobrẽ cõmiserit, aut qd euenerit, vt in tantũ periculũ veniret. Non em̃ potest dicere, cũ seditionem sedare vellem, cũ frumẽtum imperarẽ, cum stipendiũ cogerem, cum aliquid deniq; Reip. causa gerem, ꝙ acrius imperaui, ꝙ animaduerti, ꝙ minatus sum. quæ si diceret, tamen ignosci non oporteret, si nimis atrociter imperando sociis, in tantũ adductus periculum videretur. Nũc cum ipse causam illius tumultus neq; verã dicere, neq; falsam confingere audeat: homo aũt ordinis sui frugalissimus, qui tum Accensus C. Neroni fuit, P. Tettius hęc eadem se Lampsaci cognosse dixerit: vir omnibus rebus ornatissimus C. Varro, qui tũ in Asia Tribunus militum fuit, hæc eadem ipsa se ex Philodamo audisse dicat: potestis dubitare, quin istum fortuna non tã ex illo periculo eripere voluerit, q̃ ad vestrũ iudicium reseruare? Nisi vero illud dicet, qd̃ & in testimonio Tettii priore actione interpellauit Hortẽsius, quo tempore quidẽ signi satis dedit, si qd esset qd̃ posset dicere, se tacere nõ posse: vt q̃diu in cæteris rebus tacuerit, scire omnes possemus, nihil habuisse qd̃ diceret. Hoc tum dixit, Philodamũ & eius filiũ a C. Nerone esse damnatos. de quo ne multa disseram, tantum dico secutũ id esse Neronẽ, & eius consilium, ꝙ Cornelium lictorẽ occisum esse constaret: putasse nõ oportere esse, ne in vlciscenda quidẽ iniuria, cuiq̃ hominis occidendi potestatẽ. In quo video Neronis iudicio non te absolutũ esse improbitatis, sed illos dãnatos esse cędis. Verũ ista dãnatio tamẽ cuiusmo

Greco more biberet.

Domi suę.

Ad domũ profecti.

Cogere stipendium.

Accensus miles.

di fuit! Audite quęso Iudices,& aliqñ miseremini socioꝝ,& ostẽdite aliqd his in vestra fide
prędii esse oportere. Q; toti Asię iure occisus videbat istius ille, verbo lictor,re vera mini
ster improbissimę cupiditatis,ptimuit iste ne Philodamus Neronis iudicio liberaret.rogat,
& orat Dolabellã, vt de sua prouincia decedat, ad Neronẽ proficiscatur:se demõstrat inco-
lumẽ esse nõ posse,si Philodamo viuere,atq; aliqñ Romã venire licuisset.Cõmotus est Dola
bella,fecit id,qđ multi reprehẽderũt,vt exercitũ,puinciã,bellum relinqueret,& in Asiã ho-
minis nequissimi causa,in alienã puinciã proficisceret.Posteaq; ad Neronẽ venit, cõtẽdit ab
eo,vt Philodami causam cognosceret.Venerat ipse,q esset in cõsilio, & primus sententiã di
ceret.adduxerat etiã prędectos,& tribunos militares suos,quos Nero oẽs in cõsiliũ vocauit.
erat in cõsilio etiã ędissimus iudex,ipse Verres:erãt nõnulli togati creditores Gręcoꝝ,qui
bus ad exigẽdas pecunias improbissimi cuiusq; legati plurimũ pdest gratia.Ille miser defen-
sorem reperire neminẽ poterat.Quis.n.eẽt aut togatus,q Dolabellę gratia,aut Gręcus,qui
eiusdẽ vi,& imperio nõ moueretur! Accusator aũt apponit ciuis Ro.de creditorib9 Lampsa
cenoꝝ:qui,si dixisset qđ iste iussisset,per eiusdẽ istius lictores a populo pecuniã posset exige
re.Cũ hęc oĩa tanta cõtentiõe,tãtis copiis agerẽtur,cũ illũ miserũ multi accusarẽt,nemo de
fenderet,cũq; Dolabella cũ suis prædectis pugnaret in cõsilio, Verres fortunas agi suas dice
ret,idẽ testimoniũ diceret,idẽ esset in cõsilio,idẽ accusatorẽ parasset: hęc cũ oĩa fierẽt,& cũ
hoiem cõstaret occisum,tamẽ tãta vis istius iniurię,tanta in isto improbitas putabat,vt de
†ampli9 p Philodamo †ampliaret.Quid ego nunc in alterã actionẽ Cn.Dolabellę spiritus! quid huius
nunciaret. lachrymas,& cõcursiones proferã!quid C.Neronis viri optimi,atq; innocẽtissimi nõnullis
in rebus animũ nimis timidũ,atq; demissum!qui in illa re qd facere potuerit,nõ habebat:ni
si forte id qđ omnes tũ desiderabãt,vt ageret eã rem sine Verre,& Dolabella:qcquid esset si
ne his actũ,oẽs probarẽt.Tũ vero qđ pnunciatũ est,nõ per Neronẽ iudicatũ,sed p Dolabel-
lam ereptũ existimabat.Cõdemnat em̃ perpaucis sentẽtiis Philodamus, & eius filius.Adest,
instat,vrget Dolabella,vt q̃primũ securi feriãtur,quo q̃minime multi ex illis de istius nefa
rio scelere audire possent.Cõstituitur in foro Laodiceę spectaculũ acerbum,& miserũ,& gra
ue toti Asię prouincię:grandis natu parens adductus ad supplicium,ex altera parte filius:ille
p pudicitiã liberorum,hic p vitã patris,famãq; sororis defenderat.Flebat vterq;,nõ de suo
supplicio,sed pater de filii morte,de patris filius. Quid lachrymarũ ipsum Neronẽ putatis
pfudisse!quẽ fletũ toti9 Asię fuisse!quẽ luctum,& gemitũ Lampsacenoꝝ! securi eẽ percussos
hoies innocẽtes,nobiles,socios populi Ro.atq; amicos,ppter hois flagitiosissimi singularem
†liberum. negtiã,atq; iprobissimã cupiditatẽ!Nemo iam Dolabella neq; tui,neq; tuoꝝ †liberorũ,quos
tu miseros in egestate atq; in solitudine reliquisti,misereri potest. Verres ne tibi tanti fuit,
vt eius libidinem hominũ innocentũ sanguine lui velles!Idcirco ne exercitũ,atq; hostem re
linquebas,vt tua vi,& crudelitate,istius hominis iprobissimi pericula subleuares! Q; em̃ eũ
tibi Quęstoris in locũ constitueras,idcirco tibi amicũ in perpetuũ fore putasti!Nesciebas ab
eo Cn.Carbonem Cons.cuius re vera Quęstor fuit,nõ modo relictũ, sed etiã spoliatũ auxi-
liis,pecunia,nefarie oppugnatũ,& proditũ!Expertus igitur es istius perfidiam tum,cũ se ad
inimicos tuos cõtulit,cũ in te homo ipse nocens acerrimũ testimoniũ dixit, cũ rationes ad
erariũ nisi dãnato te referre noluit.Tãtę ne tuę Verres libidines erunt , vt eas capere,ac sus
tinere nõ prouincię Po.Ro.nõ natiões exterę possint! Tu ne qđ videris,qđ audieris,qđ con-
cupieris,qđ cogitaris,nisi id ad nutũ tuum prędto fuerit,nisi libidini tuę cupiditatiq; parue
†amittent rit,†immittẽtur hoies!expugnabũtur domus!ciuitates nõ modo pacatę,verũ etiam sociorũ
homines. atq; amicoꝝ,ad vim atq; ad arma cõfugiẽt, vt ab se atq; ab liberis suis Legati Po.Ro.scelus,
atq; libidinẽ ppulsare possint ! Nã quęro abs te,circũsessus ne sis Lãpsaci! cœperit ne domũ,
in qua diuersabare,illa multitudo incendere!voluerint ne legatũ Po.Ro.comburere viuum
Lampsaceni!negare non potes.Habeo enim testimonium tuũ,qđ apud Neronem dixisti:ha-
beo quas ad eundẽ literas misisti.Recita hũc ipsum locũ de testimonio. TESTIMONIVM
C.VERRIS IN ARTEMIDORVM. NON MVLTO POST IN DOMVM.Bellũ ne Po-
pulo Ro.Lampsaci ciuitas facere conabatur! Deficere ab imperio ac nomine nostro volebat!
Video enim,& ex his quę legi,& audiui,intelligo, in qua ciuitate non modo Legatus Popu
li Romani circumsessus,non modo igni,ferro,manu,copiis,oppugnatus, sed aliqua ex par-
te violatus sit,nisi publice satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici, atq; inferri solere. Quæ
fuit igitur causa, cur cuncta ciuitas Lampsacenorum de concione quemadmodum tute

ſcribis, domũ tuam cõcurrerẽt! Tu. n. neq; in literis, quas Neroni mittis, neq; in teſtimonio, cauſam tanti tumultus oſtẽdis vllam. obſeſſum te dicis, ignem allatum, ſarmẽta circũdata, lictorẽ tuũ occiſum eſſe dicis, prodeundi tibi in publicũ poteſtatẽ factam negas, cauſam huius tanti terroris occultas. Nam ſi quã Rubrius iniuriã ſuo noĩe, ac nõ impulſu tuo, & tua cupiditate feciſſet, de tui comitis iniuria, queſtũ ad te potius, q̃ te oppugnatũ venirent. Cũ igitur, quę cauſa illius tumultus fuerit, teſtes a nobis producti dixerint, ipſe cęlarit, nonne cauſam hãc, quã nos propoſuimus, tum illoꝝ teſtimonia, tũ iſtius taciturnitas pęrpetua cõfirmat! Huic homini parcetis igitur Iudices! cuius tãta pęccata ſunt, vt hi, qbus iniurias fecerit, neq; legitimũ tẽpus expectare ad vlciſcendũ, neq; vim tantam doloris in poſterũ differre potuerũt. Circũſeſſus es. a qbus! a Lampſacenis, barbaris hoĩbus credo, aut iis q populũ Ro. contẽnerẽt. immo vero ab hoĩbus, & natura, & cõſuetudine, & diſciplina leniſſimis: porro aũt Po. Ro. conditione ſociis, fortuna ſeruis, voluntate ſupplicibus. vt pęrſpicuũ ſit omnibus, niſi tanta acerbitas iniurię, tãta vis ſceleris fuiſſet, vt Lampſaceni moriendũ ſibi potius, q̃ pęrpetiendũ putarent, nunq̃ illos in eum locum progreſſuros fuiſſe, vt vehemẽtius odio libidinis tuę, q̃ metu legationis mouerẽtur. Nolite pęr deos immortales cogere ſocios, atq; exteras nationes, hoc vti pęrfugio, quo, niſi vos vindicatis, vtẽtur neceſſario. Lampſacenos in iſtum nunq̃ vlla res mitigaſſet, niſi eũ pœnas Romę daturũ credidiſſent. Etſi talem acceperãt iniuriam, quã nulla lege ſatis digne pęrſequi poterãt, tamẽ incõmoda ſua veſtris cõmittere legibus, & iudiciis, q̃ dolori ſuo pęrmittere maluerũt. Tu mihi, cũ circũſeſſus a tam illuſtri ciuitate ſis ꝓpter tuũ ſcelus atq; flagitium: cũ coegeris hoĩes miſeros, & calamitoſos quaſi deſpęratis noſtris legibus, & iudiciis, ad vim, ad manus, ad arma, cõfugere: cum in oppidis, & ciuitatibus amicoꝝ nõ legatum Po. Ro. ſed tyrannũ libidinoſum, crudelẽq; præbueris: cũ apud exteras nationes imperii, noiſq; noſtri famã tuis probris flagitiiſq; violaris: cum te ex ferro amicoꝝ Po. Ro. eripueris, atq; e flamma ſocioꝝ euolaris: hic tibi pęrfugium ſpęras futurũ! erras. vt huc incideres, nõ vt hic cõquieſceres, illi te viuum exire paſſi ſunt. & ais, iudicium eſſe factum, te iniuria circũſeſſum eſſe Lampſaci, q; Philodamus cũ filio cõdẽnatus ſit. Quid ſi doceo, ſi planũ facio, teſte hoĩe nequã, verũ ad hanc rem tamẽ idoneo (te ipſo inquã teſte docebo) te huius circũſeſſionis tuæ cauſam, & culpam in alios tranſtuliſſe! neq; in eos, quos tu inſimularas, eſſe aĩaduerſum! iam nihil te iudiciũ Neronis adiuuat. Recita quas ad Neronẽ literas miſit. EPISTOLA C. VERRIS AD NERONEM. THEMISTAGORAS ET THESSALVS. Themiſtagorã & Theſſalum ſcribit populũ cõcitaſſe. quem populũ! qui te circũſedit, qui te viuũ comburere conatus eſt. vbi hoc pęrſequeris! vbi accuſas! vbi defendis ius nomẽq; Legati! In Philodami iudicio dices id actũ. cedo mihi ipſius Verris teſtimonium. videamus quid idẽ iſte iuratus dixerit. Recita. AB ACCVSATORE ROGATVS RESPONDIT: IN HOC IVDICIO NON PERSEQVI: SIBI IN ANIMO ESSE ALIO TEMPORE PERSEQVI. Quid igit te iuuat Neronis iudiciũ! quid Philodami damnatio! Legatus cũ eſſes circũſeſſus, cũq;, quẽadmodũ tute ad Neronem ſcripſiſti, Po. Ro. cõmuniq; cauſę legatoꝝ facta eſſet iniuria inſignis, nõ es perſecutus: dicis tibi in animo eſſe alio tẽpore pęrſequi. qd fuit id tẽpus! quãdo es pęrſecutus! cur imminuiſti ius legationis! cur cãm Po. Ro. deſeruiſti, ac prodidiſti! cur iniurias tuas cõiunctas cũ publicis reliquiſti! Nõne te ad Senatum cãm deferre! nõ de tam atrocibus iniuriis conqueri! nõ eos hoĩes, qui populũ concitarant, conſulum literis euocãdos curare oportuit! Nuper M. Aurelio Scauro poſtulante, q; is Epheſi ſe Queſtorẽ vi prohibitũ eſſe dicebat, quo minus e fano Dianę ſeruũ ſuum, qui in illud Aſylũ cõfugiſſet, abduceret, Pericles Epheſius homo nobiliſſimus Romã euocatus eſt, q; auctor iniurię illius fuiſſe argueret. Tu, ſi te legatũ ita Lampſaci tractatũ eſſe Senatum docuiſſes, vt tui comites vulnerarẽtur, lictor occideret, ipſe circũſeſſus pęne incẽderere, eius aũt rei duces, & auctores, & principes fuiſſe, quos ſcribis Themiſtagorã & Theſſalum, quis nõ cõmoueretur! quis nõ ex iniuria quę tibi eſſet facta, ſibi prouideret! qs nõ in ea re cauſam tuã, periculum cõmune agi arbitraretur! Etem̃ nomẽ legati eiuſmodi eẽ debet, qd nõ modo inter ſociorũ iura, ſed inter hoſtiũ tela incolume verſetur. Magnũ hoc Lampſacenũ crimẽ eſt, libidinis, atq; ĩprobiſſimę cupiditatis. Accipite nũc auaritię ꝑmodũ in ſuo genere nõ leuius. Mileſios nauẽ popoſcit, quę eũ præſidii cauſa Myndum ꝑſequeretur. Illi ſtatim Myoparonẽ egregium de ſua claſſe, ornatum, atq; armatũ dederũt. Hoc pręſidio Myndum profectus eſt. nam, quid Mileſiis lanę publicę abſtulerit, item de ſumptu in aduentũ, de contumeliis, & in-

Cõmittere Permittere.

Legatorũ iura.

Popoſcit nauẽ Mileſios.

Myoparo.

Actio.III.

iuriis in Magistratũ Milesium, tametsi dici tum vere, tum grauiter, & vehemẽter potest, tamẽ dicere prętermittã, eaq; oĩa testibus integra reseruabo. Illud, qđ neq; taceri vllo modo potest, neq; dici ꝑ dignitate, cognoscite. Milites, remigesq; Miletũ Myndo pędibus reuerti iubet, ipse Myoparonẽ pulcherrimũ, de decẽ Milesiorũ nauibus electum, L. Magio, & L. Rabio, qui Myndi habitabãt, vendidit. Hi sunt hoĩes, quos nuper senatus in hostiũ numero cẽsuit habẽdos. hoc illi nauigio ad omnes Po. Ro. hostes vsq; ab Dianio, qđ in Hispania est, ad Sino pam, quę in Ponto est, nauigauerũt. O dii immortales, incredibilẽ auaritiam, singularẽq; audaciam. nauẽ tu de classe Po. Ro. quã tibi Milesia ciuitas, vt te ꝑsequeretur, dedisset, ausus es vẽdere! Si te magnitudo maleficii, si te hominũ existimatio nõ mouebat, ne illud quidẽ cogitabas, huius improbissimi furti, siue adeo nefarię prędę, tam illustrẽ ac tam nobilẽ ciuitatem testem futurã! an quia tum Cn. Dolabella in eũ, qui Myoparoni prępuerat, Milesiisq; rem gestã renunciarat, aĩaduertere tuo rogatu conat9 est, renũciationẽq; eius, quæ erat in publicas liteas relata illoꝝ legibus, tolli iusserat: idcirco te ex hoc crimine elapsum esse arbitrabare? Multũ te ista fefellit opinio, & quidẽ multis in locis. Semper emĩ existimasti, & maxime in Sicilia, satis cautum tibi ad defensionẽ fore, si aut referri aliquid in literas publicas vetuisses: aut qđ relatũ esset, tolli coegisses. Hoc q̃ nihil sit, tametsi ex multis Sicilię ciuitatibus prior actione didicisti, tamẽ etiam in hac ipsa ciuitate cognosce. Sunt illi quidẽ dicto audiẽtes, q̃diu adsunt hi, qui imperãt: simul ac discesserũt, nõ solũ illud perscribũt, qđ tũ ꝓhibiti sunt, sed etiã causam adscribũt, cur nõ tum in literas relatũ sit. Manent istę literę Mileti, manent, & dum erit illa ciuitas, manebũt. Decẽ enim naues iussu L. Murenę, populus Milesius ex pecunia vectigali populi Ro. fecerat, sicut ꝑ sua quæq; parte Asiæ cęterę ciuitates. Quãobrem vnam ex decẽ nõ prędonũ repentino aduentu, sed legati latrocinio, nõ vi tẽpestatis, sed hac horribili tẽpestate socioꝝ amissam in literas publicas retulerunt. Sunt Romæ legati Milesii hoĩes nobilissimi, ac principes ciuitatis, qui tametsi mẽsem Februarium & Coss. designatoꝝ nomẽ expectant, tamẽ hoc tantũ facinus nõ modo negare interrogati, sed ne producti quidẽ reticere poterũt. Dicẽt inquã & religione adducti, & legũ domesticarũ metu, quid illo Myoparone factũ sit, ostendẽt C. Verrẽ in ea classe, q̃ cõtra piratas ędificata sit, piratã ipm cõsceleratum fuisse. C. Malleolo quęstore Cn. Dolabellę occiso, duas sibi hęreditates venisse arbitratus est. vnam Quęstorię ꝑcurationis. nam a Dolabella statim pro quęstore iussus est esse. alterã tutelæ. Nam cũ pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetũ fecit. Nam Malleolus in prouinciã sic copiose profectus erat, vt domi prorsus nihil relinqueret. Prętereà pecunias occuparat apud populos, & syngraphas fecerat, argenti optimi cęlati grãde pondus secum tulerat (Nam ille q̃q; ꝺ sodalis istius erat in hoc morbo & cupiditate) grãde pondus argẽti, familiã magnã, multos artifices, multos formosos hoĩes reliquit. Iste qđ argenti placuit, inuasit: quę mãcipia voluit, abduxit. vina, cętera q; quę in Asia facillime cõparantur, quę ille reliq̃rat, asportauit, reliqua vẽdidit, pecuniã exegit. Cũ ad †HS. XXD. q̃quies redegisse cõstaret, vt Romã rediit, nullam literã pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit: seruos artifices pupilli cũ haberet domi, circum pędes autẽ hoĩes formosos & literatos, suos esse dicebat, se emisse. Cum sępius mater, & auia pueri postularẽt, vti, si nõ redderet pecuniã, nec rationem daret, diceret saltẽ quantũ pecunię Malleoli deportasset, multis efflagitatus ali quãdo dixit. HS. decies. deinde in codicis extremã cętã nomẽ infimũ in flagitiosa litura fecit: expensa Chrysogono seruo HS. sexcenta millia, accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies HS. sexcenta sunt facta, quomodo. DC. eodem modo quadrarint, vt illa de Cn. Carbonis pecunia reliqua HS. sexcenta facta sunt, quomodo Chrysogono expensa lata sunt, cur id nomẽ infimũ, in liturag; sit, vos existimabitis. Tñ HS. sexcẽta millia cũ accepta retulisset, HS. q̃q; millia soluta non sunt. Homines, posteaq̃ reus factus est, alii reddiri, alii etiam nũc retinẽtur: pecunia omniũ, vicariiq; retinẽtur. Hęc est istius prędara tutela. En cui tuos liberos cõmittas, en memoria mortui sodalis, en met9 viuoꝝ existimationis. Cũ tibi se tota Asia spoliandã, ac vexandã tradidisset, cum tibi exposita esset omnis ad prędandũ Pamphylia, cõtentus his tam opimis rebus nõ fuisti! manus a tutela, manus a pupillo, manus a sodalis filio abstinere nõ potuisti! Iam te nõ Siculi, nõ aratores (vt dictitas) circũueniunt, nõ hi, q decretis edictisq; tuis in te concitati, infestiq; sunt. Malleolus a me productus est, & mater eius atq; auia, quę miserę, flentes, euersum a te puerũ patris bonis esse dixerunt. Quid expectas! an dum ab inferis ille Malleolus existat! atq; abs te officia tutelę, sodalitatis, familiaritatisq;

Dianiũ. Sinopa.

Retulerũt in literas publi.

Syngraphæ. Sodalis.

†HS. XXVIII. Nullã literã.

Quadrare.

Peculia.

Euersus bonis.

Existo.

flagitet! ipsum putato adesse, homo auarissime & spurcissime, redde bona sodalis filio. Si nõ quę abstulisti, at quæ cõfessus es. Cur cogis sodalis filiũ hanc primã in foro vocẽ cum dolore, & querimonia emittere! Cur sodalis vxorem, sodalis socrum, domũ deniq; totam sodalis mortui, cõtra te testimoniũ dicere! Cur pudẽtissimas, electissimasq; fœminas in tantũ virorum cõuentum insolitas inuitasq; prodire cogis! Recita oĩm testimonia. TESTIMONIVM MATRIS ET AVIAE. Pro quęstore vero quomodo iste cõmune Meliadũ vexarit, quomodo Lyciam, Pamphyliam, Pisidiam, Phrygiãq; totam frumẽto imperãdo, ęstimando, hac sua quã tũ primũ excogitauit, Sicilienſi ęstimatione afflixerit, nõ est necesse demonstrare verbis. Hoc scitote, his noĩbus, quę res per eum gestę sunt, cũ iste ciuitatibus frumẽtũ, coria, cilicia, saccos imperaret, neq; ea sumeret, pro his rebus pecuniã exigeret, his nominib⁹ solis Cn. Dolabellę HS. ad tricies litem esse ęstimatã. Quę omnia, etiã si voluntate Dolabellę fiebãt p istũ oĩa tñ gerebãtur. Cõsistã in vno noĩe, multa sunt ex eodẽ gñe. Recita. DE LITIBVS AESTIMATIS CN. DOLABELLAE POPVLO RO. PECVNIAE REDACTAE. QVOD A COMMVNI MELIADVM. Te hęc coegisse, te ęstimasse, tibi pecuniã numeratã eẽ dico: ea dẽq; vi, & iniuria cũ pecunias maximas cogeres, p oẽs ptes puinciæ te, tanq̃ aliquã calamito sam tẽpestatẽ, pestẽq; peruasisse demonstro. Itaq; M. Scaurus, qui Cn. Dolabellã accusauit, istũ in sua potestate ac ditione tenuit. homo adolescens cũ istius in inquirẽdo multa furta, ac flagitia cognosceret, fecit perite, & callide, volumẽ eius rerũ gestarũ maximũ, isti ostẽdit, ab homine quę voluit in Dolabellã abstulit, istũ testem produxit, dixit iste quę velle accusatorẽ putauit. Quo ex genere mihi testiũ, q cũ isto furati sunt, si vti voluissem, magna copia fuisset: qui vt se periculo litium, cõiunctione criminũ liberarent, quo ego vellem descẽsuros pollicebantur. Eorũ ego volũtatẽ oĩm repudiaui, nõ modo proditori, sed ne perfugę qdem locus in meis castris cuiq̃ fuit. Forsitan meliores illi accusatores habẽdi sunt, qui hęc omnia fecerũt: sed ego defensorem in mea persona, nõ accusatorem maxime laudari volo. Rationes ad ęrarium, anteq̃ Dolabella cõdemnatus est, nõ audet referre. Impetrat a senatu vt dies sibi prorogaretur. q tabuas suas ab accusatoribus Dolabellę obsignatas diceret, perinde quasi exscribẽdi potestatẽ nõ haberet. solus est hic, qui nunq̃ rõnes ad ęrarium referat. Audistis Quęstoriam rõnem tribus versiculis relatam: legationis, nõ nisi cõdẽnato & eiecto eo, qui posset reprehendere: nunc deniq; pręturę, quã ex S. C. statim referre debuit, vsq; ad hoc tẽpus nõ retulit. †Quęstorẽ se in senatu expectare dixit. proinde quasi nõ & Quęstor sine prętore posset rationem referre, vt tu Hortensi, vt oĩes, eodẽ modo sine Quęstore prętor. Dixit idẽ, Dolabellam imperasse omnẽ magistratibus cõscriptis, qua causa placuit probauerunt. Verũ Quęstores quoq; iam pridẽ venerunt: cur nõ retulisti! illarũ rõnum ex ea fęce legationis, Quęstoriæq; tuę procuratiõis illa sunt noĩa, quę Dolabellę necessario sunt ęstimata. EX LITIBVS AESTIMATIS DOLABELLAE PR. ET PROPR. Q; minus Dolabella Verri acceptũ retulit, q̃ Verres illi expensum tulerit, HS. quingenta triginta quinq; millia: & q plus fecit Dolabella Verrem accepisse, q̃ iste in suis tabulis habuit, HS. ducenta triginta duo millia: & q plus frumenti fecit accepisse istum, HS. decies & octingẽta millia, q tu homo castissimus alius ud in tabulis habebas. Hinc illę extraordinarię pecunię, quas nullo duce, tamẽ aliqua ex particula inuestigamus, redũdarũt. Hinc ratio Q. & Cn. Posthumiis, Curtiis, multis noĩb⁹, quorum in tabulis iste habet nullum. Hinc HS. quater decies P. Tadio numerata Athenis testibus planum faciam. Hinc empta apertissime prętura. nisi forte id etiam dubiũ est, quomodo iste Prętor factus sit. Homo scilicet, aut industria, aut opera probata, aut frugalitatis existimatiõe pręclara, aut q deniq;, id qđ leuissimũ est, assiduitate: qui ante Quęsturã cũ meretricibus, lenonibusq; vixisset: Quęsturã ita gessisset, quẽadmodum cognouistis: Romę post Quęsturam illam nefariam vix triduũ constitisset: absens nõ in obliuione iacuisset, sed in assidua cõmemoratione oĩbus omniũ flagitioꝝ fuisset: is repente, vt Romam venit, gratis Prętor factus est. Alia porro pecunia ne accusaretur data, nihil ad me, nihil ad rẽ ptinere arbitror, da tam quidẽ esse tum inter oĩes recenti negotio facile constabat. Homo stultissime, & amẽtissime tabulas cum cõficeres, & cum †extraordinarię pecunię crimẽ subterfugere velles, satis te elapsurum omni suspitione arbitrabare, si qbus pecuniam credebas, iis expẽsum nõ ferres! ne q; in tuas tabulas vllum nomẽ referres, cum tot tibi noĩbus acceptũ Curtii referrent! quid p derat tibi te expensum illis nõ tulisse! an tuis solis tabulis te causam dicturum existimasti! Verũ ad illam iam veniamus pręclaram prętura, criminaq; ea quę notiora sunt his, qui ad

Cõmune. i. rẽp. cõem.

Calamitosa tẽpestas.

†Quęstores.

†extraordinaria pecunia.

ſunt,q̃ nobis,qui meditati ad dicendũ,paratiq; venimus:in qbus nõ dubito,quin offenſionẽ negligentię vitare,atq; effugere nõ poſſim.Multi em̃ ita dicẽt,de illo nihil dixit,in quo ego interfui:illam iniuriã nõ attigit,quę mihi,aut amico meo facta eſt, quibus ego in rebus interfui.His omnibus,qui iſtius iniurias norunt,hoc eſt Po.Ro.vniuerſo,me vehemẽter excuſatum volo,nõ negligẽtia mea fore,vt multa pręteream, ſed q̃ alia teſtibus integra reſeruari velim,multa aũt ꝓpter rationem breuitatis, ac tẽporis prętermittenda exiſtimẽ. Fatebor etiã illud inuitus,me prorſus,cũ iſte punctũ tẽporis nullum vacuũ peccato prętereirę paſſus ſit,omnia quę ab iſto cõmiſſa ſunt, nõ potuiſſe cognoſcere. Quapropter ita me de prętura exigendorũ,ea poſtuletis,quę maxime digna ſunt eo reo, cui paruũ,ac mediocre obiici nihil oporteat. Nã vt Prętor factus eſt,qui auſpicato a Chelidone ſurrexiſſet,ſortẽ nactus eſt vrbanę ꝓuinciæ, magis ex ſua,& Chelidonis,q̃ ex Po.Ro.voluntate. qui principio,qualis in edicto conditoꝝ do fuerit,cognoſcite. P.Annius Aſellus mortuus eſt C.Annio Sacerdote Prętore. is cũ haberet vnicã filiam,neq; cenſus eſſet,qđ natura hortabat̃,lex nulla prohibebat,fecit vt filiam bonis ſuis hęredẽ inſtitueret.hęres erat filia,faciebant oĩa cũ pupilla,legis ęquitas, volũtas patris,edicta Prętorũ,cõſuetudo iuris eius,qđ erat tũ,cũ Aſellus eſt mortuus.Iſte prętor de ſignatus(vtrũ admonitus,an tentatus,an qua eſt iſte ſagacitate in his rebus,ſine duce vllo, ſine indice ꝑuenerit ad hãc improbitatẽ,neſcio.vos tantũ hoĩs audaciã,amentiãq; cognoſcite)appellat hęredẽ L.Anniũ,qui erat inſtitutus ſecũdũ filiã.Nõ.n.mihi ꝑſuadetur, iſtũ ab illo pri⁹ appellatũ. Dicit ſe poſſe ei cõdonare edicto hęreditatẽ,docet hoĩem qđ poſſit fieri,illi bona res,huic vendibilis videbatur.Iſte tametſi ſingulari eſt audacia,tamen ad pupillę matrem ſummittebat , malebat pecuniam accipere,ne quid noui ediceret,q̃ vt hoc edictum tam improbũ,& inhumanũ interponeret. Tutores,pecuniã Prętori ſi pupillę noĩe dediſſent, grãdẽ ꝑſertim,quẽadmodũ in rationẽ inducerẽt,quẽadmodũ ſine periculo ſuo dare poſſent, nõ videbant:ſimul & iſtum fore tam improbũ nõ arbitrabãtur, ſępe appellati pernegauerũt. Iſte ad arbitriũ eius,cui cõdonarat hęreditatẽ ereptã liberis,q̃ ęquũ edictũ ſcripſerit, quęſo cognoſcite. CVM INTELLIGAM LEGEM VOCONIAM.Quis vnq̃ crederet Verrẽ mulierum aduerſarium futurum!an ideo aliquid cõtra mulieres fecit, ne totũ edictum ad Chelidonis arbitriũ ſcriptum videretur! Cupiditati hominũ ait ſe obuiã ire. Quid potius,non modo his temporibus,ſed etiã apud maiores noſtros! quis tã remotus fuit a cupiditate! dic quęſo cętera.Delectat enim me hoĩs grauitas,ſcientia iuris,auctoritas. QVI AB AVLO POSTHVMIO,Q.FVLVIO CENSORIBVS POST VEEA,FECIT,FECERIT.Fecit, fecerit!quis vnq̃ edixit iſto modo!quis vnq̃ eius rei fraudẽ,aut periculũ propoſuit edicto,qđ neq; poſt edictum,neq; ante edictũ prouideri potuit!Iure,legibus,auctoritate omnium,q cõſulebant̃,teſtamentũ P.Annius fecerat nõ improbum,non inofficioſum,non inhumanũ. qđ ſi ita feciſſet,tamen poſt illius mortẽ nihil de teſtamento illius noui iuris conſtitui oporteret.Voconia lex te videlicet delectabat:imitatus eſſes illũ ipſum C.Voconium, qui lege ſua hęreditatẽ ademit nulli neq; virgini,neq; mulieri:ſanxit in poſterũ,qui poſt eos Cẽſores cenſus eſſet,ne quis hęredem virginẽ,neve mulierem faceret.In lege Voconia nõ eſt,fecit,fecerit,neq; in vlla prętęritũ tempus reprehẽditur,niſi eius rei,quę ſua ſponte ſcelerata, ac nefaria eſt,vt etiam ſi lex nõ eſſet,magnopere vitãda fuerit.Atq; in his rebus multa videmus ita ſancta eſſe legib⁹,vt ante facta in iudiciũ nõ vocẽtur.Cornelia,Teſtamẽtaria,Nummaria,cętere cõplures:in quibus nõ ius aliquod nouum populo cõſtituitur, ſed ſancitur,vt qđ ſemper malũ facinus fuerit,eius quęſtio ad populum pertineat ex certo tẽpore.De iure vero ciuili ſi quid noui quis inſtituit,oĩa quę ante acta ſunt,rata eẽ patitur.Cedo mihi legem Atinias,Furias,Fuffias:ipſam,vt dixi,Voconiã,omnes prętereа de iure ciuili:hoc reperies in omnibus ſtatui ius,quo poſt eã legem populus vtatur.Qui plurimum tribuũt Edicto,Prętoris edictum legem annuam dicunt eſſe.tu edicto plus complecteris q̃ lege.Si finẽ edicto Prętoris afferũt Calen.Ianuarii,cur nõ initium quoq; edicti naſcitur a Calend.Ianuarii!an in eũ annũ ꝓgredi nemo poterit edicto,quo Prętor alius futurus eſt:in illũ,quo Prætor ali⁹ fuit, regredietur!Ac ſi hoc iuris nõ vnius cauſa hoĩs edixiſſes,cautius cõpoſuiſſes.ſcribis,ſi quis hæredem fecit fecerit.q; ſi plus legarit,q̃ ad hęredem hæredesve peruenìat,qđ per legẽ Voconiam ei qui cenſus non ſit,licet,cur hoc cum in eodem genere ſit,non caues!quia non generis,ſed hoĩs cauſam verbis amplecteris,vt facile appareat te precio eẽ cõmotũ.Atq; hoc ſi

Pũctũ temporis.

Sarta tecta

Inducere ĩ rationem.

Lex Voconia.

Prętoris edictũ, lex annua.

in posterũ edixisses, minus esset nefarium, tamẽ esset improbũ. Sed tum vituperari posset, in dubiũ venire nõ posset. nemo. n. cõmitteret. nunc est eiusmodi edictũ, vt quiuis intelligat, nõ populo esse scriptũ, sed P. Annii secundis heredibus. Itaq; cũ a te caput illud tam multis verbis mercenario ꝓmio esset ornatũ, ecquis est inuẽtus postea Prętor, qui illud idẽ ediceret! nõ modo nemo edixit, sed ne metuit qdẽ quisq̃, ne qs ediceret. nã post te Prętorẽ multi testamenta eodẽ modo fecerũt. in his nuper Annia. ea de multoꝝ propinquoꝝ sententia, pecunio sa mulier, q̃ censa nõ erat, testamẽto fecit heredẽ filiam. Itaq; hoc magnũ iudiciũ hominũ de istius singulari improbitate, qd̃ Verres sua sponte instituisset, id neminẽ metuisse, ne quis reperiretur, qui istius institutũ sequi vellet. Solus em̃ tu inuentus es, cui nõ satis fuerit corrigere volũtates viuoꝝ, nisi etiã rescinderes mortuoꝝ. Tu ipse ex Sicilienſi edicto hoc sustulisti. voluisti, ex ĩprouiso si q̃ res natę eẽnt, ex vrbano edicto decernere: quã postea tibi tu defensionẽ relinquebas, in ea maxime offendisti, cũ tuam auctoritatẽ tute ipse edicto ꝓuinciali repudiabas. Atq; ego nõ dubito, quin vt mihi, cui filia maxime cordi est, res hęc acerba videatur, atq; indigna, sic vnicuiq; vestrum, qui simili sensu, atq; indulgentia filiarũ cõmouemini. Quid. n. natura nobis iucũdius! qd charius eẽ voluit! quid est dignius, in quo omnis nostra diligẽtia indulgẽtiaq; consumatur! Homo importunissime cur tantã iniuriã P. Annio mortuo fecisti! cur hũc dolorẽ cineri eius, atq; ossibus inussisti, vt liberis eius bona patria, voluntate patris, iure, legibus tradita eripęres, & cui tibi esset cõmodũ, condonares! Quibuscũ viui bona nr̃a partimur, his Prętor adimere nobis mortuis bona, fortunasq; poterit! Nec petitionẽ inquit, nec possessionẽ dabo. Eripies igitur pupillę togam prętextam! detrahes ornamenta nõ solum fortunę, sed etiã ingenuitatis! Miramur ad arma cõtra istũ hoiem Lampsacenos isse! miramur istum de prouincia decedentẽ clam Syracusis profugisse! nos si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus, vestigiũ istius in foro nõ esset relictũ. Pater dat filię, prohibes: leges sinunt, tamẽ te interponis: de suis bonis ita dat, vt ab iure nõ abeat. quid habes qd̃ reprehendas! nihil opinor. At ego cõcedo, prohibe si potes, si habes qui te audiat, si potest tibi † edicto audiens esse quisq̃, eripias tu voluntatẽ mortuis, bona viuis, ius oĩbus: hoc Po. Ro. nõ manu vindicasset, nisi te huic tempori, atq; huic iudicio reseruasset! Posteaq̃ ius Prętorium cõstitutũ est, semper hoc iure vsi sumus, si tabulę testamẽti nõ proferrentur, tum vti quẽq; potissimũ heredem esse oporteret, si is intestato mortuus esset, ita secundũ eũ possessio daretur. Quare hoc sit ęquissimũ, facile est dicere. sed in re tam vsitata, satis est ostẽdere, omnes antea ius ita dixisse, & hoc vetus edictum translatitiũq; esse. Cognoscite aliud hominis in re vetere edictũ nouum, & simul, dum est vnde ius ciuile discatur, adolescẽtes ei in disciplinã tradite, mirũ est hominis ingeniũ, mira prudentia. Minutius quidã mortuus est ante istum Prętorem, eius testamentũ erat nullum, lege hęreditas ad gentẽ Minutiam veniebat. Si habuisset iste edictũ, qd̃ ante istũ, & postea oẽs habuerũt, possessio Minutię gẽti eẽt data: si quis testamẽto se heredẽ esse arbitraretur, qd̃ tum nõ extaret, lege ageret in hereditatem, aut pro prędę litis vindiciarũ, cũ satisaccepisset, sponsionẽ faceret. ita de hereditate certaret. Hoc opinor iure & maiores nostri, & nos semp vsi sumus. videte vt hoc iste correxerit. Cõponit edictũ his verbis, vt quiuis intelligere possit, vnius hominis causa cõscriptum esse, tantũ q̃ hominẽ nõ nominat, causam quidẽ totã perscribit, ius, cõsuetudinẽ, ęquitatẽ, edicta oĩm negligit. EX EDICTO VRBANO. SI DE HAEREDITATE AMBIGITVR SI POSSESSOR SPONSIONEM NON FACIET. Iam quid id ad Prętorẽ, vter possessor sit! nõne id quęri oportet, vtrũ possessorẽ eẽ oporteat! ergo quia possessor est, nõ moues possessione: si possessor nõ esset, nõ dares. nusq̃ enim scribis, neq; tu aliud quicq̃ edicto amplecteris, nisi eam causam, pro qua pecuniã acceperas. Iam hoc ridiculũ est. SI DE HAEREDITATE AMBIGITVR, ET TABVLAE TESTAMENTI OBSIGNATAE NON MINVS MVLTIS SIGNIS, QVAM E` LEGE OPORTEAT, AD ME PROFERENTVR, SECVNDVM TABVLAS TESTAMENTI POTISSIMVM HAEREDITATEM DABO. Hoc translatitiũ est. sequi illud oportet, si tabulæ testamenti non proferentur. Quid ait! se ei daturũ qui dicat heredẽ esse. Quid ergo interest proferantur nec ne! si protulerit, vno signo vt sit minus q̃ ex lege oportet, nõ des possessionem: si oĩno tabulas nõ proferet, dabis. Quid nunc dicam, neminẽ vnq̃ postea alium edixisse! valde sit mirum, neminẽ fuisse qui istius se similem dici vellet: ipse in Sicilienſi edicto hoc non habet, exegerat em̃ iam mercedem. Itẽ, vt illo edicto, de quo ante dixi, in Sicilia de hereditatum possessionibus dandis, edixit idem, qd̃

Mercenariũ prœmium.

Dolere alienã vicem.

† dicto.

Translatitium.

Ironia.

omnes Romę prętер íſtum. EX EDICTO SICILIENSI. SI DE HAEREDITATE AMBIGITVR. At pęr deos immortales qd eſt qđ de hoc dici poſſit! Iterũ em̃ iam quęro abs te, ſicut modo in illo capite Anniano de mulierũ hæreditatibus, nunc in hoc de hęreditatũ poſſeſſionibus, cur ea capita in edictũ prouinciale trãſferre nolueris! Vtrũ digniores homines exiſtimaſti eos, qui habitabant in prouincia, q̃ nos, qui ęquo iure vteremur! an aliud Romæ ęquũ eſt! aliud in Sicilia! Nõ em̃ hoc poteſt hoc loco dici, multa eſſe in prouinciis aliter edicenda: nõ de hęreditatũ quidẽ poſſeſſionibus, nõ de mulierum hęreditatibus. Nã vtroq; genere video nõ modo cęteros, ſed te ipſum totidem verbis edixiſſe, quot verbis edict Romæ ſolet. Quę Romę magna cũ infamia, precio accepto edixeras, ea ſola te, ne gratis in prouincia male audires, ex edicto Sicilienſi ſuſtuliſſe video. Et cum edictum totũ eorũ arbitratu q̃
Nũdinari. diu fuit deſignatus, cõponeret, qui ab iſto ius ad vtilitatem ſuam nundinarẽtur, tum vero in magiſtratu cõtra illud edictum ſuũ ſine vlla religione decernebat. Itaq; L. Piſo multos codices impleuit earũ rerũ: in quibus ita interceſſit, ꝙ iſte aliter, atq; vt edixerat, decreuiſſet. qđ vos oblitos eſſe nõ arbitror, quę multitudo, qui ordo ad Piſonis ſellam iſto Prętore ſolitus ſit cõuenire. Quem iſte collegam niſi habuiſſet, lapidibus coopertus eſſet in foro: ſed eo leuiores iſtius iniurię videbãtur, ꝙ erat in ęquitate, prudentiaq; Piſonis paratiſſimũ perfugium, quo ſine labore, ſine moleſtia, ſine impenſa, etiã ſine patrono hoſtes vterentur. Nã quæ ſo redite in memoriã Iudices, quæ libido iſtius in iure dicendo fuerit, quæ varietas decretorũ, quæ nundinatio, q̃ inanes domus eorũ omnium, qui de iure ciuili conſuli ſolent, q̃ plena atq; referta Chelidonis, a qua muliere cum erat ad eum ventum, & in aurem eius inſuſurratum, alias reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, decretumq; mutabat: alias inter alios contrarium ſine vlla religione decernebat, ac proximis paulo ante decreuerat. Hinc illi homines erant, qui etiam ridiculi inueniebantur ex dolore. quorum alii, vt audiſtis, negabant
Nequam. mirandum eſſe, ius tam nequã eſſe Verrinum. alii etiã frigidiores erant: ſed quia ſtomachabantur, ridiculi videbantur eſſe, cum Sacerdotem execrabãtur, qui Verrem tam nequã reliquiſſet. Quæ ego nõ cõmemorarẽ, neq; enim pęrfacete dicta, neq; porro hac ſeueritate digna ſunt, niſi vos illud vellem recordari, iſtius nequitiam, & iniquitatẽ, tum in ore vulgi, atq; in cõmunibus puerbiis eſſe verſatã. In plebem vero Romanã vtrũ ſuperbiã prius memorẽ! an crudelitatẽ! Sine dubio crudelitas grauior eſt, atq; atrocior. Oblitos ne igit hos putatis eſſe, quẽadmodũ ſit iſte ſolitus virgis plebẽ Romanã cõcidere! quã rem etiã Trib. ple. in concione egit, cum eũ, quẽ virgis iſte ceciderat, in proſpectũ Po. Ro. produxit. Cuius rei cognoſcendæ faciam vobis ſuo tẽpore poteſtatẽ. Superbia vero quę fuerit, quis ignorat! quẽadmodũ is tenuiſſimũ quẽq; cõtẽpſerit, deſpexerit, liberũ eſſe nunq̃ duxerit. P. Trebonius viros bonos, & honeſtos complures fecit hęredes: in his fecit ſuũ libertũ. is A. Treboniũ fratrẽ habuerat proſcriptũ: ei cum cautum vellet, ſcripſit, vt hęredes iurarent, ſe curaturos, vt ex ſua quiſq;
Minus dimidium. parte, ne minus dimidiũ ad A. Trebonium fratrem illũ proſcriptum pęrueniret. Libertus iurat, cęteri hęredes adeunt ad Verrem, docent nõ oportere ſe iurare facturos eſſe, qđ contra
Lex Corn. legem Corneliã eſſet, quę proſcriptũ iuuari vetat, impętrant vt ne iurẽt. dat his poſſeſſionẽ. Id ego nõ reprehendo. Etem̃ erat iniquum homini proſcripto, egenti, de fraternis bonis q̃cq̃ dari: & ille libertus, niſi ex teſtamẽto patroni iuraſſet, ſcelus ſe facturũ arbitrabatur. Itaq; ei Verres poſſeſſionem hęreditatis negat ſe daturum, ne poſſet patronũ ſuum proſcriptũ iuuare: ſimul vt eſſet pœna, ꝙ alterius patroni teſtamẽto obtẽpęraſſet. Das poſſeſſionẽ ei q̃ non iurauit, concedo, Prętorium eſt. adimis tu ei qui iurauit! quo exẽplo! proſcriptum iuuat. Lex eſt, pœna eſt. quid ad eũ qui ius dicit! Vtrum reprehẽdis ꝙ patronum iuuabat eũ, qui tũ in miſeriis erat! an ꝙ alterius patroni mortui voluntatẽ conſeruabat, a quo ſummũ beneficiũ acceperat! Vtrũ horum reprehẽdis! Et hoc tum de ſella vir optimus dixit, Equiti Ro. tã locupleti libertinus ſit homo hęres! O modeſtũ ordinem, ꝙ illinc viuus ſurrexit. Poſſum ſexaginta decreta proferre, in q̃bus vt ego pecuniam nõ dicam interceſſiſſe, ipſa decretorũ nouitas iniquitaſq; declarat. Verum vt ex vno, de cęteris cõiecturam facere poſſitis, id qđ priore actione cognoſtis, audite. C. Sulpitius Olympius fuit. is mortuus eſt C. Sacerdote prętore, neſcio an anteq̃ Verres prætura pętere cœperit. fecit hæredem M. Octauium Ligurem, Ligur hęreditatem adiit, poſſedit Sacerdote Prętore ſine vlla controuerſia. Poſteaq̃ Verres Magiſtratum iniit, ex edicto iſtius, quod edictũ Sacerdos nõ habuerat, Sulpitii patroni filia ſextam partem hęreditatis ab Ligure pętere cœpit. Ligur nõ aderat. L. frater eius cauſam age

bat,aderant amici,ꝓpinqui:dicebat iſte,niſi cũ muliere decideretur,in poſſeſſionẽ ſe ire iuſ-
ſurum.L.Gellius cauſam Liguris defendebat:docebat edictũ eius nõ oportere ad eas hęredi
tates valere,quę ante eũ Prętorẽ veniſſent: ſi hoc tũ fuiſſet edictũ,fortaſſe Ligurẽ hęredita-
tẽ aditurũ nõ fuiſſe.Aequa poſtulatio,ſumma hoĩm auctoritas,precio ſuperabat. Venit Ro
mã Ligur,nõ dubitabat,ꝙn ſi ipſe Verrẽ cõueniſſet,ęquitate cauſę, & auctoritate ſua cõmo
uere hoĩem poſſet.domũ ad eũ venit,rẽ demõſtrat:q̃ prídẽ ſibi hęreditas veniſſet,docet:qđ
facile in cauſa æquiſſima homini ĩgenioſo fuit:multa,q̃ quẽuis mouere poſſent,dixit: ad ex
tremũ petere cœpit,ne vſꝙ eo ſuã auctoritatẽ deſpiceret,gratiãꝙ contẽneret,vt ſe tãta ĩiu-
ria afficeret.Homo Ligurẽ accuſare cœpit,qui in re aduẽtitia,atꝙ hęreditaria tã diligẽs,tã Aduẽtitia
attentus eſſet:debere eũ aiebat ſuã quoꝙ rõnem ducere,multa ſibi opus eſſe,multa canibus res.
ſuis,quos circa ſe haberet.Nõ poſſum illa planius cõmemorare,q̃ ipſum Ligurẽ ꝓ teſtimo- Ducere ra
nio dicere audiſtis.Quid eñ Verres:Vtrũ ne his qdem teſtibus credet:an hæc ad rẽ nõ per tionem.
tinẽt:nõ M.Octauio:nõ L.Liguri:ꝙs nobis crederet:cui nos: qđ eſt Verres qđ planũ fieri te
ſtibus poſſit,ſi hoc nõ fit:an id qđ dicũt,leue eſt:Nihil leuius,q̃ Prętorẽ Vrbis hoc iuris in
ſuo magiſtratu cõſtituere,oĩbus his, quibus hęreditas venerit,cohęredẽ Prętorẽ eſſe opor-
tere.An vero dubitam⁹,quo ore iſte cęteros hoĩes ĩferiore loco,auctoritate,ordine,quo ore
hoĩes ruſticanos ex municipiis,quo deniꝙ ore,quos nunq̃ liberos hoĩes duxerit, ſolitus ſit
appellare,qui ob ius dicendũ,M.Octauiũ Ligurẽ,hominẽ ornatiſſimũ loco,ordine,noĩe,vir-
tute,ingenio,copiis,poſcere pecuniã nõ dubitarit: In ſartis tectis vero quẽadmodũ ſeſe geſ Sarta tecta
ſerit,quid ego dicã:dixerũt q ſenſerũt.Sunt alii qui dicãt:notę res,ac manifeſtę ꝓlatæ ſunt,
& ꝓferũtur.Dixit C.Fãnius Eques Ro.frater germanus Q.Titinii iudicis tui,tibi ſe pecuniã Frater ger
dediſſe.Recita Teſtimoniũ C.Fannii. Nolite C.Fannio dicenti credere,noli inquã tu Q.Ti- manus.
tini C.Fannio fratri tuo credere.Dicit eñ rẽ incredibilẽ,C.Verrẽ inſimulat auaritię, & au-
dacię,quę vitia videntur in quẽuis potius,q̃ in iſtum cõuenire.Dixit Q.Tadius homo fami
liariſſimus patris iſtius,nõ alienus a matris eius genere,& noĩe:tabulas ꝓtulit, quibus pecu
niã ſe dediſſe oſtendit.Recita noĩa Q.Tadii. Recita teſtimoniũ Q.Tadii. Ne tabulis qdem
Q.Tadii,nec teſtimonio credetur.Quid igitur in iudiciis ſequemur:quid eſt aliud oĩbus o-
mnia peccata,& maleficia cõcedere,niſi hoc,hoĩm honeſtiſſimorũ teſtimoniis, & virorũ bo
norũ tabulis nõ credere:Nã quid ego de quotidiano ſermone querimoniaꝙ Po.Ro. loquar,
de iſtius impudẽtiſſimo furto,ſeu potius nouo,ac ſingulari latrocinio:auſum eſſe in ęde Ca
ſtoris,celeberrimo clariſſimoꝙ moniměto,qđ templũ in oculis,quotidianoꝙ aſpectu Popu-
li Ro.eſt poſitũ,quo ſępenumero ſenatus cõuocatur,quo maximarũ rerũ frequẽtiſſimę quo
tidie aduocationes fiunt,in eo loco,in ſermone hoĩm,audacię ſuæ monimentũ eternũ relin-
quere.Aedẽ Caſtoris Iudices P.Iunius habuit tuendã,L.Sylla Q.Metello cõſulibus. is mor
tuus eſt,reliquit pupillũ paruũ filium.cũ L.Octauius,C.Aurelius Conſ. ædes ſacras locauiſ
ſent,neꝙ potuiſſent omnia ſarta tecta exigere,neꝙ ii Prætores,quibus erat negotium datũ,
C.Sacerdos,& M. Cæſius, factum eſt S.C.quibus de ſartis tectis cognitum, & iudicatum
non eſſet, vti C.Verres,P. Cælius Prætores cognoſcerent, & iudicarent. Qua poteſtate
iſte permiſſa,vt ex C.Fannio,& ex Q.Tadio cognouiſtis, verũtamen cum eſſet omnibus in
rebus apertiſſime, impudentiſſimeꝙ prædatus, hoc voluit clariſſimum relinquere indici-
um latrociniorum ſuorum, de quo non audire aliquando, ſed videre quotidie poſſemus.
Quæſiuit quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere.Iunium ipſum mortuum eſſe
ſciebat:ſcire volebat,ad quem illa res pertineret:audit pupillum eſſe filiũ. homo qui ſemper
ita palam dictitaſſet, pupillos & pupillas certiſſimam prædam eſſe Prætoribus,optatum ne
gotium ſibi in ſinum delatum eſſe dicebat. Monimentum illa amplitudine, illo opere, q̃is
ſartum tectum integrumꝙ eſſet, tamen aliquid inuenturum in quo moliri prædariꝙ poſ-
ſet,arbitrabatur.L.Rabonio ædem Caſtoris tradi oportebat, is caſu pupilli Iunii tutor erat
teſtamento patris. cum eo ſine vllo intertrimento conuenerat iam, quemadmodum trade- Intertrimẽ
retur.Iſte ad ſe Raboniũ vocat,quęrit,ecquid ſit,quod a pupillo traditum non ſit,quod exi tum.
gi debeat.Cum ille id quod erat,diceret,facilem pupillo traditionem eſſe,ſigna,& dona cõ-
parere omnia,ipſum templũ omni opere eſſe integrum,indignũ iſti videri cœpit,ex tãta ęde
tantoꝙ opere ſe nõ opimum prędam,preſertim a pupillo,diſcedere.Venit ipſe in ædem Caſto Opimum
ris,conſiderat tẽplũ,videt vndiꝙ tectũ,pulcherrime laqueatũ,preterea cętera noua,atꝙ inte prędam.
gra. Verſat ſe,quęrit quid agat:dicit ei quidam ex illis canib⁹,quos iſte Liguri dixerat, eſſe

Actio. III.

Ad perpendiculum.

circa se multos. Tu Verres hic qđ moliare, nihil habes, nisi forte vis ad perpendiculum columnas exigere. Homo oim rerũ imperitus, querit, quid sit ad perpẽdiculũ. Dicũt ei, fere nullam esse columnam, quæ ad perpendiculũ esse possit. Nã mehercule, inquit, sic agamus: columnę ad perpendiculũ exigantur. Rabonius qui legem nosset, qua in lege numerus tantũ columnarũ traditur, perpendiculi mentio fit nulla, & qui nõ putaret sibi expedire, ita accipere, ne eodem modo reddẽdũ esset, negat id sibi deberi, negat oportere exigi. Iste Raboniũ quiescere iubet, & simul ei nõnullam spem societatis ostendit. Hominẽ modestũ, & minime pertinacẽ facile coercet, columnas ita se exacturum esse confirmat. Noua res, atq; improuisa pupilli calamitas nunciatur statim C. Mustio vitrico pupilli, qui nup est mortuus, M. Iunio patruo, P. Potitio tutori homini frugalissimo. Hi rem ad virũ primariũ summo officio, ac virtute prędituũ M. Marcellũ, qui erat pupilli tutor, deferunt. Venit ad Verrẽ M. Marcellus, petit ab eo pro sua fide, ac diligentia pluribus verbis, ne per summã iniuriã pupillũ Iunĩ sortunis patris conetur euertere. Iste qui iã spe, & opinione prędã illã deuorasset, neq; vlla equitate orationis, neq; auctoritate M. Marcelli cõmotus est. Itaq; quẽadmodũ ostendisset, se id exacturũ esse respondit. Cum sibi omnes ad istũ allegationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius intercluſos viderent, apud quẽ nõ ius, non equitas, non misericordia, non propinqui oratio, non amici voluntas, non cuiusq̃ auctoritas pro precio, nõ gratia valeret, statuũt id sibi optimũ esse factu, qđ cuiuis venisset in mentẽ, petere auxiliũ a Chelidone, quę isto prętore, nõ modo in iure ciuili, priuatorũq; oim controuersiis populo Romano prefuit: verum etiã in his sartis tectis dominata est. Venit ad Chelidonẽ C. Mustius eques Ro. publicanus, homo cũ primis honestus: venit M. Iunius patruus pueri, frugalissim⁹ homo, & castissimus: venit homo summo honore, pudore, & summo officio, spectatissim⁹ ordinis sui P. Potitius tutor. O multis acerbam, O miserã, atq; indignã pręturam tuam: vt mittam cętera, quo tandem pudore tales viros, quo dolore meretricis domũ venisse arbitramini! qui nulla cõditione istam turpitudinẽ subissent, nisi officii, necessitudinisq; ratio coegisset. Veniũt, vt dico, ad Chelidonẽ, domus erat plena: noua iura, noua decreta, noua iudicia petebãtur, mihi det possessionẽ, mihi ne adimat, in me iudiciũ ne det, mihi bona addicat, alii nummos numerabant: alii tabulas obsignabãt: domus erat nõ meretricio cõuentu, sed pretoria turba referta. Simul ac potestas primũ data est, adeũt hi quos dixi. loquit̃ Mustius, rẽ demõstrat, petit auxiliũ, pecuniã pollicet̃. Respõdit illa, vt meretrix, nõ inhumane, libẽter ait se esse facturã, & se cũ isto diligẽter sermocinaturã: reuerti iubet. tũ discedũt. postridie reuertũtur. negat illa posse hominẽ exorari, permagnã eũ dicere ex illa re pecuniã cõfici posse. Vereor ne qs forte de populo, qui priori actiõe nõ affuit, hęc, qa ꝑpter insignẽ turpitudinẽ sunt incredibilia, fingi a me arbitret̃. ea vos antea Iudices cognouistis. dixit iuratus P. Potitius tutor pupilli Iunii. dixit M. Iunius tutor, & patruus. Mustius dixisset, si viueret: sed ꝑ Mustio, recẽti re de Mustio audito dixit L. Domitius. Qui cũ sciret me ex Mustio viuo audisse, q eo sum vsus plurimũ. etẽm iudiciũ, qđ ꝑpe oim fortunarũ suarũ C. Mustius habuit, me vno defendẽte vicit. cum hoc, vt dico, sciret L. Domitius me scire, ad eũ res oẽs Mustiũ solitũ esse deferre, tñ de Chelidone reticuit, quoad potuit, alio respõsionẽ suã deriuauit. Tãtus in adolescẽte clarissimo, ac principe iuuẽtutis, pudor fuit, vt aliquãdiu, cũ a me premeretur, oĩa potius respõderet, q̃ Chelidonẽ noĩaret. Primo necessarios isti⁹ ad eũ allegatos eẽ dicebat: deinde aliqñ coactus Chelidonem noĩauit. Nõ te pudet Verres, eius mulieris arbitratu gessisse pręturã, quam L. Domitius ab se noĩari vix sibi honestũ esse arbitrabat̃! Reiecti a Chelidone capiũt cõsiliũ necessariũ, vt suscipiãt ipsi negotiũ. cũ Rabonio tutore, qđ erat vix HS. quadragĩta millĩũ, trãsigũt HS. ducẽtis millibus. Refert ad issũ rẽ Rabonius, vt sibi videbat̃, satis grãdẽ pecuniã, & satis impudentẽ esse. Iste q aliquãto plus cogitasset, male accipit verbis Raboniũ, negat eũ sibi illa decisione satisfacere posse, ne multa, locaturũ se esse cõfirmat. Tutores hęc nesciũt: qđ actũ erat cũ Rabonio, putãt id esse certissimũ, nullã maiorẽ pupillo metuũt calamitatẽ. Iste vero nõ ꝑcrastinat, locare incipit nõ ꝑscripta, neq; edicta die, alienissimo tẽpore, ludis ipsis Romanis foro ornato. Itaq; renũciat Rabonius illã decisionẽ tutoribus, accurrũt tñ ad tempus tutores, digitũ tollit Iunius patruus. Isti color imutatus est: vultus, oratio, mens deniq; excidit, qd ageret cœpit cogitare. Si op⁹ pupillo redimeret̃: si res abiret ab eo mãcipe, quẽ ipse appositisset, sibi nullam predam esse. Itaq; excogitat. quid! nihil ingeniose, nihil qđ qsq̃ possit dicere improbe, verũ callide: nihil ab isto tectum, nihil veteratorium expectaueritis:

Deuorare spe.

Publicanꝰ honestus.

Priori actione.

Procrastinare.

Digitũ tollere.

omnia apta, oĩa pꝛſpicua ſ reꝛeriẽt, impudẽtia, amẽtia, audacia. Sí pupíllo opus redímitur, míhí prꝛda de manib⁹ erípitur. Quod eſt igitur remediũ? qđ? ne líceat pupíllo redímere. vbí íllꝛ conſuetudo in bonís, prędíbus, prędíiſq; vendẽdís omnium Conſ. Cenſorum, Prę. Quæſtorum denícq;? vt optíma conditione ſit ís, cuía res ſit, cuíum pꝛículum? Excludit eum ſolũ cui propꝛ dícam ſolí poteſtatem factam eſſe oportebat. Quíd enim quiſq; ad meam pꝛcuníam me ĩuíto aſpírat? Quíd accedít? Locatur opus íd, quod ex mea pꝛcunía reficíatur. Ego me re fecturum eſſe díco. probatío futura eſt tua, quí locas: prædíbus & prædíis populo cautum eſt. & ſi non putas cauta, ſcílícet tu Prę. in mea bona quos voles ímmíttes? me ad meas fortunas defendẽdas accedere non ſínas? Oꝛępꝛecíũ eſt ípſam legẽ cognoſcere, dícetís eũdem conſcrípſiſſe quí íllud edictum de hæredítate. EX OPERE FACIVNDO QVAE PVPILLI IVNII. Díc, díc quęſo clarius. C. VERRES PR. VRBIS ADDIDIT. Corrígantur leges Cenſoríę. Quod enim vídeo in multís veterĩbus legibus, Cn. Domítius, L. Metellus, L. Caſſíus, Cn. Seruílíus Cenſores addíderunt, vult alíquíd eíuſmodí C. Verres. díc quíd addídít? QVI DE L. MARTIO, M. PERPENNA CENSORIBVS. SOCIVM NE ADMITTITO: NEVE PARTEM DATO: NEVE REDIMITO. Quíd ita? ne vítioſum opus fíeret? At erat probatío tua. Ne parum locuples eẽt? at erat, & eſſet amplíus, ſí velles, populo cautum prędíbus, & prędíis. Híc te ſí res ípſa, ſí índígnítas íníurię tuę non commouebat, ſí pupílli calamítas, propínquorum lachrymę, D. Brutí, cuíus prędía ſubíerũt pꝛículum, M. Marcellí tutoꝛís auctoꝛítas, apud te ponderís níhíl habebat, ne íllud quídem aĩaduertebas? eíuſmodí fore hoc pꝛccatum tuũ, qđ tu neq; negare poſſes, ín tabulas ením re tulíſtí, neq; cum defenſione alíqua confíteꝛí. Addícít íd opus HS. DLX. míllíbus, cum tutoꝛes HS. LXXX. millíbus íd opus, ad íllíus hominís íníquíſſimí arbítríũ ſe effecturos eſſe clamarent. Etem̃ quíd erat opꝛís? íd qđ vos vídíſtís. omnes íllę columnæ, quas dealbatas vídetís, machína appoſíta, nulla ímpenſa deiectæ, eíſdemq; lapídíbus repoſítæ ſunt. Hoc tu HS. DLX. míllíb⁹ locauíſtí. Atq; in íllís columnas dico eſſe, quę a tuo redẽptoꝛe cõmotę nõ ſint: díco eſſe ex qua tãtũ tectoꝛíũ vetus deletũ ſit, & nouũ inductũ. Q; ſí tãta pꝛcunía columnas dealbaꝛí putaſſem, certe nunq; ædílítatem pꝛtíuiſſem. At vt vídeatur tamen res agí, & non eꝛípí pupíllo. SI QVID OPERIS CAVSA RESCIDERIS, REFICITO. Quíd erat quod reſcínderet, cum ſuo quenq; loco lapídem reponeret? QVI REDEMERIT, SATIS DET DAMNI INFECTI EI, QVI A VETERE REDEMPTORE ACCEPERIT. Deríꝛdet, cũ ſíbí ípm̃ iubet ſatíſdare Raboníũ. PECVNIA PRAESENS SOLVATVR. Quíb⁹ de bonís? eíus, q qđ tu HS. DLX. míllíbus locaſtí, HS. LXXX. míllíbus effecturũ eſſe clamauít. Quíbus de bonís? pupílli, cuíus ętatẽ, & ſolítudínem, etíã ſí tutoꝛes nõ eſſent, defendere Prętoꝛ debuít, tutoꝛíb⁹ defendẽtíbus nõ modo patrías eíus fortunas, ſed etíã bona tutoꝛũ ademíſtí. HOC OPVS BONVM SVO CVIQVE FACITO. Lapís alíqs cędẽdus & apportandus fuit, machína ſua. nã íllo nõ ſaxũ, nõ materíes aduecta eſt: tantũ opꝛís & ín íſta locatíone fuít, quantũ paucę opꝛę fabꝛoꝝ mercedes tulerũt, & manus preciũ machínę. Vtrũ exíſtímatís mínus opís eſſe, vnã columnã efficere ab íntegro nouã, nullo lapíde redíuíuo, an quatuor íllas reponeꝛe? Nemo dubítat, qn multo maíus ſit nouã facere. Oſtẽdã ín ędíbus príuatís lõga, difficilíq; vectura, columnas ſíngulas ad ímpluuíũ HS. quadragenís míllíbus nõ mínus magnas locatas. Sed íneptũ eſt de tã pꝛſpícua íſtíus ímpudẽtía pluríbus verbís díſputaꝛe, pꝛeſertím cũ íſte apꝛte tota lege oĩm ſermonẽ, atq; exíſtímatíonẽ cõtempſerít, quí etíã ad extremũ cõſcrípſerít. REDIVIVA SIBI HABETO. Quaſi quícq; redíuíuí ex opꝛe íllo tolleꝛetur, ac nõ totum opus ex redíuíuís cõſtítueꝛetur. At enim ſí pupíllo redími nõ lícebat, nõ neceſſe erat rẽ ad ípſum pꝛuenírꝛe: poterat alíquís ad íd negotíũ de populo accedere. oẽs excluſí ſunt, nõ mínus apꝛte, q̃ pupíllus. Díẽ pꝛeſtítuit opꝛí faciũdo Calen. Decẽbꝛís. locat círcíter Idus Septẽbꝛís. anguſtíís temporís excludũtur omnes. Quíd ergo? Raboníus íſtã díẽ quomodo aſſequítur? Nemo Rabonío moleſtus eſt neq; Calen. Decẽbꝛís, neq; nonís, neq; Idíbus. Denícq; alíquãto ín prouíncíã íſte proficíſcítur príus, q̃ opus effectum eſt. Poſteaq̃ reus factus eſt, prímo negabat opus in acceptũ referre poſſe. cũ ínſtaꝛet Raboníus, ín me cauſam cõferebat, q tũ codícẽ obſignaſſem. Petit a me Raboníus, & amícos allegat, facile ĩpꝛtrat. íſte qd ageret, neſcíebat. ſí ín acceptũ nõ retulíſſet, putabat ſe alíquíd defenſionũ habíturũ. Raboníum porro íntellígebat rẽ totã eſſe patefacturũ. tametſi qd poterat eſſe apertíus, q̃ nunc eſt, vt vno mínus teſte haberet Rabonío? Opus in acceptum retulít quadríẽnío poſt q̃ díem ope

†apeꝛient.

Prædíbus & prædíis cautum.

Tectoríũ inductum.

Damní ínfecti ſatíſdet.

Lapís redíuíuus.

Referre ín acceptum.

ri dixerat.Hac cõditione, ſi quis de populo redemptor acceſſiſſet, cũ die cęteros redẽptores excluſiſſet,tum in eius arbitriũ ac poteſtatẽ venire nolebat,qui ſibi ereptã prędam arbitrare tur.Nõne argumẽtamur quo iſta pecunia peruenerit?fecit ipſe iudiciũ.Primũ cũ vehementius cũ eo D.Brutus cõtenderet,q̃ de ſua pecunia HS.CCL.millia numerauit, ꝙ iã iſte ferre nõ poterat opem addicto,prędibus acceptis de HS.DLX. millibus,remiſit D.Bruto HS. CX.millia.Hoc,ſi aliena res eſſet,certe facere non potuiſſet. Deinde nummi numerati ſunt Cornificio,quẽ ſcribã ſuũ fuiſſe negare nõ poteſt.Poſtremo ipſius Rabonii tabulę prędam illam iſtius fuiſſe clamãt. Recita noia Rabonii. Hic etiã priore actione Q.Hortẽſius pu-

Prętextat⁹ pillum Iuniũ veniſſe prętextatũ in veſtrũ cõſpectũ,& teſtes ſecũ,patruo teſtimoniũ dicente, queſtus eſt:& me populariter agere,atꝙ inuidiam cõmouere,ꝙ puerũ ꝓducerẽ,clamitauit. Quid erat Hortẽſi tandẽ in illo puero populare?quid inuidioſum?Gracchi credo,aut Saturnini,aut alicuius hoĩs eiuſmodi,ꝓduxerã filiũ,vt noĩe ipſo,& memoria patris, animos ꝛnperitę multitudinis concitarẽ.P.Iunii erat,hoĩs de plebe Romana filius, quẽ pater moriens tum tutoribus,& ꝓpinquis,tũ legibus,tũ ęquitati magiſtratuũ,tũ iudiciis veſtris cõmẽdandũ putauit.Hic iſtius ſcelerata locatione,nefarioꝙ latrocinio bonis patriis,fortuniſꝙ oĩbus ſpoliatus venit in iudiciũ,ſi nihil aliud,ſaltẽ vt eũ,cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus,paulo tamẽ obſoletius veſtitũ videret.Itaꝙ tibi Hortẽſi nõ illius ętas,ſed cauſa,nõ veſtitus,ſed fortuna popularis videbaꝫ: neꝙ te tã cõmouebat,ꝙ ille cum toga prętexta,q̃ ꝙ ſine bulla venerat.Veſtitus.n.neminẽ cõmouebat is,quẽ illi mos,& ius ingenuitatis dabat.qđ ornamẽtũ puericię pater dederat,indiciũ,atꝙ inſigne fortunę,hoc ab iſto prędone ereptum eſſe,grauiter,& acerbe hoĩes ferebant.Neꝙ erant hę lachrymę populares magis,q̃ noſtrę,q̃ tuę Q.Hortẽſi,q̃ hoꝝ qui ſentẽtiam laturi ſunt.Ideo ꝙ cõmunis eſt cauſa, cõmune periculum,cõmuni pręſidio talis improbitas,tanq̃ aliqđ incẽdium,reſtinguenda eſt. Habemus eñ liberos paruos,incertũ eſt q̃ longa noſtrũ cuiuſꝙ vita futura ſit:conſulere viui,ac proſpicere debemus,vt illorum ſolitudo,& puericia q̃firmiſſimo præſidio munita ſit.Quis eſt enim, qui tueri poſſit liberum noſtrorum puericiam contra improbitatem magiſtratuum? Mater credo.ſcilicet magno pręſidio fuit Annię pupillę mater fœmina primaria: min⁹,illa deos hominesꝙ implorante,iſte infanti pupillæ fortunas patrias ademit.Tutores ne defenderẽt? per facile vero, apud iſtiuſmodi Prætorem, a quo M. Marcelli tutoris in cauſa pupilli Iunii & oratio,& volũtas,& auctoritas repudiata eſt.Quæremus etiã, qd iſte in vltima Phrygia,qd in extremis Pamphyliæ partibus fecerit?qualis in bello prædonum prædo ipſe fuerit, qui in

Manubię. foro populi Romani pirata nefarius reperiatur?Dubitamus quid iſte in hoſtium pręda mo-

†Marcelli. litus ſit,qui manubias ſibi tãtas ex†L.Metelli manubiis fecerit?qui maiore pecunia quattuor columnas dealbandas,q̃ ille omnes ædificandas locauerit? Expectemus quid dicant ex Sicilia teſtes? quis vnq̃ templum illud aſpexit,quin auaritię tuæ, quin iniuriæ, quin audaciæ teſtis

Vertumn⁹ eſſet?Quis a ſigno Vertumni in circum maximum venit,quin is vno quoꝙ gradu de auari-

Thenſę. tia tua commoneretur?Quam tu viam thenſarum,atꝙ pompæ eiuſmodi exegiſti,vt tu ipſe illa ire nõ audeas?Te putet quiſq̃,cum ab Italia freto diſiunctus eſſes,ſociis tẽperaſſe,qui ędẽ Caſtoris teſtem furtorũ tuorum eſſe volueris,quã populus Romanus quotidie,Iudices etiã tum,cum de te ſententiam ferrent,viderent?Atꝙ etiam iudicium in Prætura publicum exercuit. non eñ prętereundum eſt ne id quidẽ.petita mulcta eſt apud iſtum prętorẽ a Q.Opimio,qui adductus in iudiciũ verbo,ꝙ cum eſſet Tri.Ple.interceſſiſſet cõtra legem Cornelią,

†re ꝙ. †ꝙ in Tribunatu dixiſſet cõtra alicuius hominis nobilis voluntatẽ.De quo iudicio ſi velim dicere omnia,multi appellandi, lędendiꝙ ſunt,qđ mihi non eſt neceſſe:tantũ dicam,paucos homines arrogantes hoc adiutore Q.Opimium per ludum, & iocũ fortunis omnibus euertiſſe.Is mihi etiam queritur,ꝙ a nobis VIIII.ſolis diebus prima actio ſui iudicii trãſacta ſit, cum apud ipſum tribus horis Q.Opimius Senator populi Ro.bona,fortunas,ornamenta omnia amiſerit.Cuius ꝓpter indignitatẽ iudicii,ſępiſſime eſt actũ in Senatu,vt genus hoc totum mulctarũ,ac iudicioꝝ eiuſmodi tolleret.Iã vero in bonis Q.Opimii vendẽdis quas iſte prędas,q̃ apte,q̃ improbe fecerit,lõgũ eſt dicere.Hoc dico,niſi vobis id hoĩm honeſtiſſimoꝝ tabulis planũ fecero,fingi a me hoc totũ tẽporis cauſa putatote.Iã qui ex calamitate Senatoris Po.Ro.cũ Prętor iudicio eius prefuiſſet,ſpolia domũ ſuã referre,& manubias detrahere, conatus eſt,is vllã ab ſeſe calamitatẽ poterit deprecari?Nã de ſubſortitiõe illa Iuniana Iudicum nihil dico.Quid enim?contra tabulas,quas tu protuliſti,audes dicere? difficile eſt. Nõ

em̃ me tua solũ,& iudicũ auctoritas,sed etiã annulus aureus scribę tui deterret. Nõ dicam id qđ ꝓbare difficile est:hoc dicã,qđ ostẽdã.multos ex te viros primarios audisse,cũ diceres ignoscí tibí oportere,ꝙ falsum codicẽ ꝓtuleris. Nã qua inuidia C.Iunius cõflagrarit,ea nisi prouidisses,tibí ipsi tum peundũ fuisset. Hoc modo iste sibi,& saluti suę ꝓspicere didicit,referẽdo in tabulas & priuatas & publicas qđ gestũ nõ esset, tollendo qđ esset,& semp aliquid demendo,mutãdo,curãdo ne litura appareat,interpolando. Eo em̃ vsq; ꝓgreditur,vt ne dẽ fensionẽ qdẽ maleficioꝝ suorũ sine aliis maleficiis reperire possit. Eiusdẽ modí sortitionẽ homo amẽtissimus suoꝝ quoq; Iudicũ fore putauit,per sodalẽ suũ Q.Curtiũ Iudicem quęstionis:cui nisi ego ví populí,& hominũ clamore,atq; cõuitio restitissem,ex hac decuria nostra, cuius mihí copiam q̃largissime factam oportebat, erepta esset facultas eorum,quos iste annuerat,in suũ consilium sine causa subsortiebatur.

Desideratur quippiam.

ACCVSATIOMIS IN C.VERREM LIBER.IIII.ORATIO.VII.

VLTA mihí necessario Iudices prætermittenda sunt,vt possim aliquo modo aliquando de his rebus,quę meę fidei cõmissę sunt,dicere.Recepí em̃ causam Sicilię:ea me ad hoc negotiũ prouincia attraxit.Ego tamẽ hoc onere susceptο, & recepta causa Sicilienſi,amplexus animo sum aliquãto amplius. Suscepi.n.causam totius ordinis, suscepí causam populi Ro.ꝙ putabã tum deniq; recte iudicarí posse, si non modo reus improbus adduceretur, sed etiam diligens, & firmus accusator ad iudicium veniret. Quo mihí maturius ad Siciliæ causam veniendũ est,relictis cęteris eius furtis,ac flagitiis,vt & viribus q̃integerrimis agere,& ad dicẽdũ temporis satis habere possim. Atq; adeo anteq̃ de incõmodis Sicilię dico,pauca mihí vidẽtur esse de prouincię dignitate, vetustate,vtilitate,dicenda. Nã cum omniũ sociorum prouinciarũq; rationem diligẽter habere debetis,tum pręcipue Sicilię Iudices,plurimis,iustissimisq; de causis.Primũ ꝙ omnium nationũ exterarum princeps Sicilia se ad amicitiam fidemq; populí Ro. applicuit: prima omniũ,id qđ ornamẽtum imperii est,prouincia est appellata:prima docuit maiores nostros,q̃ preclarũ esset exteris gẽtibus imperare:sola fuit ea fide,beneuolẽtiaq; erga populum Romanum,vt ciuitates eius insulę,quę semel in amicitiam nostram venissent, nunq̃ postea deficerent:plereq; aũt,& maxime illustres in amicitia perpetuo manerẽt.Itaq; maioribus in Aphrícam ex hac prouincía gradus imperii factus est. Neq; em̃ tam facile opes Carthaginis tantæ concidissent,nisi illud,& rei frumentarię subsidiũ,& receptaculum classibus nostris pateret. Quare P. Aphricanus Carthagine deleta, Siculorũ vrbes signis, monimẽtisq; pulcherrimis exornauit,vt quos victoría populí Ro.maxime lętarí arbitrabatur, apud eos monimẽta victorię plurima collocaret.Deniq; ille ipse M.Marcellus, cuius in Sicilia virtutem hostes,misericordiam victi,fidẽ cęterí Siculí perspexerunt, nõ solum sociis in eo bello consuluit,verũ etiam superatis hostibus tẽperauit: vrbem pulcherrimã Syracusas, quę cum manu munitissima esset,tum locí natura terra,ac mari claudebatur, cũ ví consilioq; cepisset, nõ solum in columẽ passus est esse,sed ita reliquit ornatã, vt esset idem monimentũ victoriæ, mansuetudinis,continentię:cum homines viderẽt, & quid expugnasset,& quibus pepercisset, & quæ reliquisset. tantum ille honorem Sicilię habendum putauit, vt ne hostium quidem vrbẽ ex sociorum insula tollendam arbitraretur.Itaq; ad omnes res Sicilia prouincía semper vsi sumus,vt quicquid ex sese posset efferre,id nõ apud eos nasci,sed domi nostræ conditum putaremus.Quando illa frumentum,quod deberet, nõ ad diem dedit? quando id qđ opus esse putaret,nõ vltro pollicita est?qñ id qđ imperaret,recusauit? Itaq; ille M. Cato sapiẽs cellam penariã Reip.nostrę,nutricẽ plebis Romanę,Siciliã noũauit.Nos vero experti sumus,Italico maximo difficillimoq; bello,Siciliã nobis nõ ꝓ penaria cella, sed pro ęrario illo maioꝝ vetere,ac referto fuisse. Nã sine vllo sũptu nr̃o,coriis,tunicis, frumẽtoq; suppeditato, maximos exercitꝰ nostros vestiuit,aluit,armauit. Quid illa?qđ forsitan ne sentimꝰ qdẽ Iudices,quãta sunt?ꝙ multis locupletioribꝰ †ciuibus vtimur,ꝙ habẽt ꝓpinquã,fidelẽ,fructuosamq; ꝓuinciam,quo facile excurrãt, vbí libẽter negotiũ gerant.quos illa partim mercibus suppeditan-

De iurisdítione, quã secũdũ accusationis Cicero ipe vocat in oratore.

Sicilię dignitas.

Catonis de Sicilia sententia.

Cella pœnaria.

†ciuitatibus.

dis cũ quęstu cõpendioq; dimittit:partim retinet,vt arare,vt pascere,vt negotiari libeat,vt deniq; sedes,ac domiciliũ collocare.qđ cõmodum nõ mediocre Po.Ro.est, tãtum ciuiũ Ro. numerũ,tã propę ab domo,tã bonis,fructuosisq; rebus,detineri.Et quoniã quasi quędã prę- dia Po.Ro.sunt,vectigalia nostra, atq; ꝓuincię,quẽadmodũ propinquis vos vestris prædiis maxime delectamini,sic Po.Ro. iucũda suburbanitas est huiusce ꝓuincię. Iam vero hominũ ipsorũ Iudices ea patientia,virtus,frugalitasq; est, vt proxime ad nostrã disciplinã illam ve terẽ,nõ hãc,quę nũc increbuit,videantur accedere.nihil cęterorę simile Gręcorę,nulla desi- dia,nulla luxuria:cõtra summus labor in publicis,priuatisq; reb⁹,summa parsimonia, sũma diligẽtia.Sic porro nostros hoies diligunt,vt his solis neq; publicanus,neq; negotiator odio sit.Magistratuũ autẽ nostrorũ iniurias ita multorũ tulerũt,vt nũq; ante hoc tempus ad arã
Ara legũ. legum,prędidiũq; vestrũ publico consilio cõfugerent.tametsi & illũ annũ pertulerant,qui sic eos afflixerat,vt salui eẽ nõ possent,nisi C.Marcellus quasi aliquo fato venisset,vt bis ex ea- dem familia salus Sicilię cõstitueret,postq; M.Antonii infinitũ illud imperiũ senserant. Sic a maioribus suis acceperãt,tãta Po.Ro.in Siculos esse beneficia,vt etiã iniurias nostrorũ ho- minũ perferẽdas putarẽt.In neminẽ ciuitates ante hũc testimoniũ publice dixerũt.Hũc deni q; ipsum pertulissent,si humano modo,si vsitato more,si deniq; vno aliquo in gñe peccasset. sed cũ perferre nõ possent luxuriẽ,crudelitatem,auaritiã,superbiam: cũ omnia sua cõmoda, iura,beneficia S.P.Q.Ro.vnius scelere ac libidine perdidissent, hoc statuerũt:aut istius in- iurias per vos vlcisci,& persequi:aut si vobis indigni essent visi, qb⁹ opem auxiliũq; ferretis, vrbes ac sedes suas relinquerẽt: quãdoqdẽ iam ante istius iniuriis exagitati reliquissent.Hoc consilio a L.Metello legationes vniuersę petiuerũt, vt q̃primũ isti succederet.Hoc animo to
Postulata. ties apud patronos de suis miseriis deplorarunt.Hoc commoti dolore postulata cõsulibus, quę nõ postulata,sed in istũ crimina viderẽtur esse,ediderunt.Fecerũt etiã,vt me,cuius fidẽ continentiãq; cognouerãt,propę de vitę meę statu,dolore,ac lachrymis suis deducerent, vt ego istum accusarẽ,a quo mea longissime ratio volũtasq; abhorrebat. q̃q̃ in hac causa mul- to pluris partes mihi defensionis, q̃ accusationis suscepisse videor. Postremo hoies ex tota ꝓuincia nobilissimi,primiq; publice priuatimq; venerũt:grauissima,atq; honestissima quęq; ciuitas vehemẽtissime suas iniurias psecuta est.At quẽadmodũ Iudices venerũt!Videor eñ mihi liberius apud vos iã pro Siculis loqui debere,q̃ forsitan ipsi velint.Saluti.n.eorę potius consulã,q̃ voluntati. Ecquẽ existimatis vnq̃ vlla in ꝓuincia reũ absentẽ, cõtra inquisitionẽ accusatoris,tãtis opibus,tãta cupiditate esse defensum!Quęstores vtriusq; ꝓuincię, qui isto Prę.fuerãt,cũ fascibus mihi pręsto fuerũt.hi porro,qui successerũt, vehemẽter isti⁹ cupidi, liberaliter ex istius cibariis tractati, nõ minus acres contra me fuerũt.Videte qd potuerit,q quattuor in ꝓuincia quęstores studiosissimos defensores,propugnatoresq; habuerit:Prętorẽ vero,cohortẽq; totã sic studiosam,vt facile appareret,nõ tã illis Siciliã, quã inanẽ offende-
Decressent rant,q̃ Verrẽ ipsum,qui plenus decesserat,ꝓuinciam fuisse. Minari Siculis si decressent lega tionẽ,quę cõtra istũ diceret:minari,si qui essent profecti: aliis si laudarent benignissime pro mittere:grauissimos priuatarũ rerũ testes,qbus nos pśentibus denũciauimus,eos vi custo- diisq; retinere.Quę cũ oĩa facta sunt,tñ vnã solam scitote esse ciuitatẽ Mamertinã,quę publi ce legatos,q̃ istũ laudarẽt,miserit. Eius aũt legatiõis principẽ ciuitatis nobilissimũ, C.Heiũ iuratũ dicere audistis,isti nauẽ onerariã maximã Messanę esse publice coactis operis ędifica tam.idẽq; Mamertinorũ legatus,istius laudator,nõ solũ istũ bona sua, verũ etiã sacra, deos q; penates a maioribus traditos ex ędibus suis eripuisse dixit.Preclara laudatio,cũ duab⁹ in rebus legatorę vna opera cõsumitur,in laudãdo,atq; repetendo. Atq; ea ipsa ciuitas qua ra- tione illi amica sit,dicetur certo loco.Reperietis.n.q̃ causę beneuolẽtię sint Mamertinis erga istũ,eas ipsas causas satis iustas eẽ damnatiõis.Alia ciuitas nulla Iudices publico cõsilio lau dat:vis illa summi ĩperii tantũ potuit apud ꝑpaucos hoies,nõ ciuitates,vt aut leuissimi quí dam ex miserrimis,desertissimisq; oppidis inuenirẽtur,q̃ iniussu populi,ac senatus ꝓficisce- rent:aut hi q̃ cõtra istũ legatos decreuerãt,& testimoniũ publicũ,mãdataq; acceperãt,vi ac metu retinerẽtur.Qđ ego in paucis tamẽ vsu veniisse nõ moleste fero,quo reliquę tot,& tã- tę,& tã graues ciuitates,tota deniq; Sicilia,plus auctoritatis apud vos haberet,cum videre tis nulla vi retineri,nullo piculo ꝓhiberi posse,quo mín⁹ experirent, ecquid apud vos que- rimonię valerẽt antiqssimorę,fidelissimorũq; sociorę.Nã qđ fortasse nõ nemo vestrũ audie- rit,istũ a Syracusanis publice laudari, id tametsi priore actione ex Heraclii Syracusani testi

monio cuiuſmodi eẽt cognouiſtis, tñ vobis alio loco, vt ſe tota res habeat, qđ ad eã ciuitatẽ attinet, demõſtrabit. Intelligetis. n. nullis hoĩbus quẽq; tãto odio, quãto iſtũ Syracuſanis eẽ, & fuiſſe. At. n. iſtũ ſoli Siculi pſequũtur: ciues Ro. q in Sicilia negotiant̃, defendũt, diligũt, ſaluũ eſſe cupiũt. Primũ ſi ita eſſet, tñ vos in quęſtione de pecuniis repetũdis, quę ſocioꝝ cauſa cõſtituta eſt, lege iudicioq; ſociali, ſociorũ querimonias audire oporteret: ſed intelligere potuiſtis priore actiõe ciues Ro. ex Sicilia plurimos honeſtiſſimos, maximis de rebꝰ, & quas ipſi accepiſſent iniurias, & quas ſcirent aliis eſſe factas, p teſtimonio dicere. Ego hoc qđ intelligo Iudices, ſic confirmo. Videor mihi gratũ feciſſe Siculis, q eorũ iniurias meo labore, inimicitias periculo ſim perſecutus. Nõ minus hoc gratũ me noſtris ciuibus intelligo feciſſe qui hoc exiſtimãt, iuris, libertatis, rerũ, fortunarũq; ſuarũ ſalutẽ, in iſtius damnatione conſiſtere. Quapropter de iſtius Pretura Sicilienſi nõ recuſo, qn ita me audiatis, vt ſi cuiq; generi hoĩm, ſiue Siculoꝝ, ſiue noſtroꝝ ciuiũ, ſiue cuiq; ordini, ſiue aratorũ, ſiue pecuariorum, ſiue mercatorũ probatus ſit, ſi nõ hoꝝ omniũ cõmunis hoſtis prędoq; fuerit, ſi cuiq; deniq; vlla in re vnq; tẽperauit, vt vos quoq; tẽperetis. Pectarii. Qui ſimulatq; ei ſorte puincia Sicilia obuenit, ſtatim Romę, & ab vrbe anteq; pficiſceret, quęrere ipſe ſecũ, & cogitare cũ ſuis cœpit, qbuſnã rebus in ea puincia maximã vno anno pecuniã facere poſſet. Nolebat in agẽdo diſcere, tãetſi nõ prouincię rudis erat, & tiro: ſed in Siciliã paratus ad prædam, meditatuſq; venire cupiebat. Facere pecuniã. O preclare cõiectũ a vulgo in illã prouinciã omen cõmunis famę, atq; ſermonis, cum ex noĩe iſtius, qd in puincia facturus eẽt, perridiculi hoĩes augurabãtur. Etem̃ qs dubitare poſſet, cũ iſtius in quęſtura fugam, & furtũ recognoſceret: cũ in legatione oppidorũ, fanorumq; ſpoliationes cogitaret: cũ videret in foro latrocinia Preturę: qualis iſte in quarto actu ĩprobitatis futurus eſſet! Atq; vt intelligatis eũ Romę quęſiſſe nõ modo genera furandi, ſed etiã noĩa, certiſſimũ accipite argumentũ, quo facilius de ſingulari eius impudẽtia exiſtimare poſſitis. Actu quarto. Quo die Siciliã tetigit (videte ſatis ne paratus ex illo omine vrbano ad euertendã prouinciã venerit) ſtatim Meſſana literas Haleſam mittit, quas ego iſtũ in Italia ſcripſiſſe arbitror. Aſconius actunõ gradu legit. Nã ſimulatq; e naui egreſſus eſt, dedit operã vt Haleſinus ad ſe Dio cõtinuo veniret: ſe de hereditate velle cognoſcere, quę eius filio a ppinquo hoĩe Apollodoro Laphirone veniſſet. Ea erat Iudices pgrãdis pecunia. Hic eſt Dio Iudices, nũc beneficio Q. Metelli ciuis Ro. factus, de quo multis viris primariis teſtibus, multorũq; tabulis vobis priore actione ſatiſfactũ eſt, HS. vndecies numeratũ eſſe, vt eã cauſam, in qua ne tenuiſſima quidẽ dubitatio poſſet eſſe, iſto cognoſcẽte obtineret. Greges equarũ. Preterea greges nobiliſſimarũ equarũ abactos: argenti, veſtiſq; ſtragulę, domi qđ fuerit, eſſe direptũ. Ita HS. vndecies Q. Dionẽ, q hæreditas ei obueniſſet, nullã aliã ob cauſam, pdidiſſe. Quid! hęc hæreditas quo pretore Dionis filio venerat! Eodẽ, quo P. Annii Senatoris filię, eodẽ, quo M. Liguri ſenatori, C. Sacerdote Pretore. Quid! tum nemo moleſtus Dioni fuerat! nõ plus, q̃ Liguri Sacerdote pretore. Quid! ad Verrẽ quis detulit! nemo, niſi forte exiſtimatis ei quadruplatores ad fretũ præſto fuiſſe. Preſto fuiſſe. Ad vrbem cum eſſet, audiuit Dioni cuidam Siculo permagnam veniſſe hæreditatem, hæredem ſtatuas iuſſum eſſe in foro ponere: niſi poſuiſſet, Veneri Erycinę eſſe mulctatum. Tametſi poſitæ eſſent ex teſtamento, putabat tamen, quoniam Veneris nomen eſſet, cauſam pecuniæ ſe reperturũ. Ad vrbem eſſet. Itaq; apponit qui petat Veneri Erycinæ illam hæreditatem. Non enim Quęſtor petit (vt eſt cõſuetudo) is qui Erycum montẽ obtinebat. petit Neuius Turpio quidã iſtius excurſor & emiſſarius, homo oĩm ex illo conuẽtu quadruplatoꝝ deterrimus, C. Sacerdote Pretore condemnatus iniuriarũ. Excurſor & emiſſarius. Etem̃ erat eiuſmodi cauſa, vt ipſe Pre. cũ q̃reret calumniatorẽ, paulo tamen cõſideratiorẽ reperire nõ poſſet. Hunc hominẽ Veneri abſoluit, ſibi cõdemnat: maluit videlicet homines peccare, q̃ deos: ſe potius a Dione, qđ non licebat, q̃ Venerẽ, qđ non debebatur, auferre. Quadruplatores. Quid ego nũc hic Sex. Põpęii Chlori teſtimoniũ recitẽ! qui cauſam egit Dionis, q oĩnibꝰ rebus interfuit, hoĩs honeſtiſſimi, tametſi ciuis Ro. virtutis cauſa iãdiu eſt, tamen omnium Siculorũ primi, ac nobiliſſimi. Quid ipſius Q. Cęcilii Dionis hoĩs pbatiſſimi, ac prudentiſſimi! Quid L. Vetecilii Liguris, T. Manlii, L. Caleni! quorũ omnium teſtimoniis de hac Dionis pecunia confirmatũ eſt. Dixit hoc idẽ M. Lucullus, ſe de his Dionis incõmodis pro hoſpitio, qđ ſibi cũ eo eſſet, iam ante cognoſſe. Quid! Lucullus, qui tũ in Macedonia fuit, melius hęc cognouit, q̃ tu Hortẽſi, qui Romę fuiſti, ad quẽ Dio cõfugit, q de Dionis iniuriis grauiſſime p literas cum Verre queſtus es! noua tibi hęc ſunt, & inopinata! nunc primum hoc aures tuę crimẽ accipiũt! nihil de Dione! nihil de ſocru tua, fœmina primaria, Ser

uilia vetere Dionis hoſpita audiſti? nõne multa mei teſtes, quę tu ſcis, neſciũt? nõne te mihi teſtẽ in hoc crimine eripuit, nõ iſtius innocẽtia, ſed legis exceptio? TESTIMONIA M. LVCVLLI, CHLORI, DIONIS. Satis ne vobis magnã pecuniã Venerius homo, q̃ e Chelidonis ſinu in puinciã pfectus eẽt, Veneris noĩe queſiſſe videt? Accipite aliã in minore pecunia nõ minus impudentẽ calumniã. Soſippus, & Epicrates fratres ſunt Agyrinenſes, horũ pater abhinc duo &. XX. annos eſt mortuus. in cuius teſtamẽto quodã loco ſi cõmiſſum q̃d eſſet, mulcta erat Veneri ipſos. XX. annos. Cũ tot ĩterea Prętores, tot Queſtores, tot calũniatores in puincia fuiſſent, hæreditas ab his Veneris nomine petita non eſt. cauſam Verres cognoſcit, per Volcatiũ pecuniã accepit, fere ad HS. CCCC. millia ab duobus fratribus. Multorum teſtimoniũ audiſtis antea, vicerunt Agyrinẽſes fratres, ita, vt egentes inaneſq; diſcederent. At eñ ad Verrem pecunia iſta nõ puenit. Quę eſt iſta defenſio? vtrum aſſeuerat in hoc an tentatur? Mihi eñ res noua eſt. Verres calũniatores apponebat, Verres adeſſe iubebat, Verres cognoſcebat, Verres iudicabat, pecunię maximę dabãtur: qui dabant, cauſas obtinebant. tu mihi ita defendas? Nõ eſt iſta Verri numerata pecunia. Adiuuo te, mei quoq; teſtes idẽ dicũt, Volcatio dicũt ſeſe dediſſe. Quę vis erat Volcatio tãta, vt HS. CCCC. millia duobus hominibus auferret? & quis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, vnã libellã dediſſet? veniat nũc, experiat, recto recipiet nemo. At ego ampliꝰ dico. HS. quadringẽties accepiſſe te arguo contra leges, nego tibi ipſi vllum nummũ eſſe numeratum. ſed cũ ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata, pecunię dabãtur, nõ erat quęrẽdũ cuius manu numerarẽtur, ſed cuius iniuſſu cogerẽtur. Comites illi tui delecti, manus erant tuę: Prefecti, Scribę, Medici, Accenſi, Aruſpices, Precones, manus erãt tuę: quo quiſq; te maxime cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maxime manus tua putabatur. cohors tota illa tua, quę plus mali Siciliæ dedit, q̃ ſi centum cohortes fugitiuoꝝ fuiſſent, tua manus ſine cõtrouerſia fuit. qcquid ab horũ quopiam captũ eſt, id nõ modo tibi datum, ſed tua manu numeratũ iudicari neceſſe eſt. Nã ſi hãc defenſionẽ probabis, nõ accepit ipſe, licet omnia de pecuniis repetundis iudicia tollatis: nemo vnq̃ tam reus, tã nocens adducetur, qui iſta defenſione nõ poſſit vti. Etẽñ cũ Verres vtatur, quis erit vnq̃ poſthac reus tam perditus, qui nõ ad Q. Mutii innocentiã referat, ſi cũ iſto cõferatur? Neq; nũc tã mihi iſti Verrẽ defendere videtur, q̃ in Verre defenſionis tentare rationẽ. Qua de re Iudices vobis magnopere prouidẽdũ eſt. pertinet hoc ad ſummã Reip. & ad exiſtimationẽ ordinis, ſalutẽq; ſocioꝝ. Si eñ innocentes exiſtimari volumus, nõ ſolum nos abſtinẽtes, ſed etiã noſtros comites pręſtare debemus. Primũ omniũ opera tãta danda eſt, vt eos nobiſcũ ducamus, qui noſtrę famę capitiq; conſulãt. Deinde ſi in hominibus eligẽdis nos ſpes amicitię fefellerit, vt vindicemus, miſſos faciamus, ſemp ita viuamus, vt rationẽ reddendam nobis arbitremur. Aphricani eſt hoc hominis liberaliſſimi, verũtamẽ ea liberalitas eſt probãda, quę ſine periculo exiſtimationis eſt, vt in illo fuit. Cũ ab eo quidã vetus aſſectator ex numero amicorũ nõ impetraret, vt ſe prefectũ in Aphricã duceret, & id ferret moleſte, noli inquit mirari, ſi tu a me hoc nõ impetras: ego iampridẽ ab eo, cui meam exiſtimationẽ charã fore arbitror, peto, vt mecũ prefectus proficiſcatur, & adhuc impetrare nõ poſſum. Etẽñ re vera multo magis eſt petendum ab hoĩbus, ſi ſalui eſſe volumus, vt eant nobiſcũ in prouinciã, q̃ hoc illis in beneficii loco deferẽdum. Sed tu, cũ & tuos amicos in puinciã quaſi in predã inuitabas, ac cũ illis, ac per eos predabare, & eos in cõcione annulis aureis donabas, nõ ſtatuebas tibi nõ ſolũ de te, ſed etiã de illoꝝ factis rationẽ eſſe reddẽdã? Cũ hos ſibi queſtus cõſtituiſſet magnos atq; vberes, ex his cauſis, quas ipſe inſtituerat in conſilio, hoc eſt cũ ſua cohorte cognoſcere, tum infinitũ genus inuenerat ad innumerabilẽ pecuniã corripiendã. Dubiũ nemini eſt, qn õẽs oĩm pecunię poſitę ſint in eoꝝ poteſtate, qui iudicia dant, & eoꝝ qui iudicãt: quin nemo noſtrũ poſſit ędes ſuas, nemo fundũ, nemo bona patria obtinere, ſi cũ hęc a quopiã veſtrũ petita ſunt, ptor ĩprobus, cui nemo ĩterdicere poſſit, det quẽ velit iudicẽ: iudex nequã & leuis, q̃d Prętor iuſſerit, iudicet. Si vero illud quoq; accidet, vt Prętor in ea verba iudiciũ det, vt vel Octauius Balbus iudex, homo & iuris, & officii peritiſſimus non poſſit aliter iudicare, ſit eiuſmodi L. Octauius iudex, eſto, ſi apparet fundum Capenatem quo de agitur ex iure equum P. Seruilii eſſe, neq; is fundus Q. Catulo reſtituetur, non neceſſe erit L. Octauio Iudici cogere P. Seruilium Q. Catulo fundum reſtituere? aut condemnare eum, quem non oporteat? Eiuſdem modi totum ius Prætorium, eiuſdem modi omnis res iudiciaria fuit in Sicilia per triẽnium Verre Prætore, decreta eiuſ-

Antique duo, aut duos legẽdum. ſipſo. xx. anno.

Pedianus iã tollite legit.

Q. Mutii innocentia

Aphricani dictum.

modi. SI NON ACCIPIT QVOD TE DEBERE DICIS, ACCVSES. SI PETITVR, DVCAS. C. Fuficium duci iuſſit petitorem: L. Suetium, L. Racilium. iudicia huiuſmodi. QVI CIVES RO. ERANT, SI SICVLI ESSENT, TVM SI EORVM LEGIBVS DARI OPORTERET. QVI SICVLI SI CIVES RO. ESSENT. Verum vt totum genus amplectamini iudiciorũ, priùs iura Siculorum, deinde iſtius inſtituta cognoſcite. Siculi hoc iure ſunt, vt qđ ciuis cũ ciue agat, domi certet ſuis legibus: qđ Siculus cũ Siculo nõ eiuſdẽ ciuitatis, vt de eo prętor iudicet ex P. Rupilii decreto. qđ is de decẽ legatorũ ſententia ſtatuit, quã legẽm Siculi Rupiliã vocant, ſortiatur. Qđ priuatus a populo petit, aut populus a priuato, Senatus ex aliqua ciuitate, q iudicet, datur: cũ alternæ ciuitates reiectæ ſunt. Qđ ciuis Romanus a Siculo petit, Siculus iudex datur: qđ Siculus a ciue Romano, ciuis Ro. dat. Cæterarũ rerum ſelecti iudices ex ciuiũ Romanorũ conuentu proponi ſolent. Inter aratores & decumanos lege frumentaria, quã Hieronicã appellant, iudicia fiunt. Hæc omnia iſto prætore nõ modo pturbata, ſed plane & Siculis, & ciuibus Ro. erepta ſunt. Primũ ſuę leges: qđ ciuis cũ ciue ageret, aut eũ iudicẽ, quẽ cõmodũ erat, prętorẽ, Aruſpicẽ, Medicũ ſuũ dabat: aut ſi legibus erat iudiciũ conſtitutũ, & ad ciuẽ ſuũ iudicẽ venerant, libere ciui iudicare non licebat. Edictum em̃ hominis cognoſcite, quo edicto oẽia iudicia redegerat in ſuã poteſtatẽ. Si quis perperam iudicaſſet, ſe cogniturũ: cũ cognoſſet, animaduerſurũ. Idq; cũ faciebat, nemo dubitabat, quin cũ iudex aliũ de ſuo iudicio putet iudicaturũ, ſeq; in eo capitis periculũ aditurũ, voluntatẽ ſpectet eius, quẽ ſtatim de capite ſuo putet iudicaturũ. Selecti e conuẽtu aut propoſiti ex negotiatoribus iudices, nulli. hęc copia, quã dico iudicũ, cohors nõ Q. Scęuolę, q tamẽ de cohorte ſua dare nõ ſolebat, ſed C. Verris. Cuiuſmodi cohortẽ putatis hoc principe fuiſſe? ſicuti videtis edictũ. SI QVID PERPERAM IVDICARIT SENATVS. Eum quoq; oſtendã, ſiquãdo ſit datus, coactu iſtius, qđ nõ ſenſerit, iudicaſſe. Ex lege Rupilia ſortitio nulla, niſi cũ nihil intererat iſtius: lege Hieronica iudicia plurimarũ cõtrouerſiarũ ſublata vno nomine oẽia. de cõuentu, ac negotiatoribus nulli iudices. Quantã poteſtatem habuerit videtis, quas res geſſerit cognoſcite. Heraclius eſt Hieronis filius Syracuſanus, homo in primis domi ſuæ nobilis, & ante hunc Pr. vel pecunioſiſſimus Syracuſanorũ, nunc nulla alia calamitate, niſi iſtius auaritia, atq; iniuria pauperrimus. Huic hæreditas facile ad HS. tricies venit teſtamẽto propinqui ſui Heraclii: plena domus cęlati argenti optimi, multęq; ſtragulæ veſtis, p̃cioſiſſimorumq; mancipiorũ. quibus in rebus iſtius cupiditates, & inſaniã quis ignorat? Erat in ſermone res, magnã Heraclio pecuniã veniſſe: non ſolũ Heraclĩ diuitẽ, ſed etiã ornatũ ſupellectili, argento, veſte, mancipiis futurũ. audit hæc etiã Verres, & primo, illo ſuo leuiore artificio Heraclĩ aggredi conatur, vt eũ roget inſpiciẽda, quæ non reddat. Deinde a qbuſdã Syracuſanis admoneẽ. Hi aũt qdam erãt affines iſtius, quorũ vxores iſte nunq̃ alienas exiſtimauit, Cleomenes, & Heſcrio: q quantũ apud iſtum, & q̃ turpi de cauſa potuerint, ex reliquis criminibus intelligetis. Hi vt dico hominẽ admonent, rem eſſe pręclarã, refertã oẽibus rebus: ipſum aũt Heraclĩ hominẽ eſſe maiorẽ natu, nõ promptiſſimũ, & eũ pręter Marcellos, patronũ, quẽ iure ſuo adire, aut appellare poſſet, habere neminẽ. eſſe in eo teſtamẽto, quo ille hęres eſſet, ſcriptũ: vt ſtatuas in palęſtra deberet ponere. Faciemus vt palęſtritæ negent ex teſtamento eſſe poſitas, petãt hæreditatẽ, q̃ eã palęſtrę cõmiſiſſe dicãt. Placuit ratio Verri. nam hoc animo prouidebat, cũ tanta hæreditas in cõtrouerſiam veniſſet, iudicioq; peteret, fieri nõ poſſe, vt ſine præda ipſe diſcederet. approbat cõſilium, auctor eſt vt q̃primũ agere incipiãt, hominẽq; id ætatis minime litigioſum q̃tumultuoſiſſime adoriant. ſcribit Heraclio dica. Primo mirant oẽs ĩprobitatẽ calumnię. deĩde, q iſtũ noſſent, partim ſuſpicabant, partim plane videbãt adiectũ eẽ oculũ hęreditati. Interea dies aduenit, quo die ſeſe ex inſtituto, ac lege Rupilia Dicas ſortiturũ Syracuſis iſte edixerat: paratus ad hanc dicã ſortiendam venerat. tum eum docet Heraclius nõ poſſe eo die ſortiri, q̃ lex Rupilia vetaret diebus. XXX. ſortiri dicam, qbus ſcripta eſſet. dies. XXX. nondum fuerãt. Sperabat Heraclius, ſi illũ diẽ effugiſſet, ante alterã ſortitionẽ Q. Arriũ, quẽ prouincia tũ maxime expectabat, ſucceſſurũ. Iſte oĩbus iudiciis diẽ diſtulit, & eam diẽ cõſtituit, vt hãc Heraclii dicam ſortiri poſt dies. XXX. ex lege poſſet. Poſteaq̃ ea dies venit, iſte incipit ſimulare ſe velle ſortiri: Heraclius cũ aduocatis adit, & poſtulat, vt ſibi cũ palęſtritis, hoc eſt cũ populo Syracuſano æquo iure diſceptare liceat. Aduerſarii poſtulant, vt in eam rẽ Iudices dentur ex his ciuitatibus, quæ in id forũ cõuenirẽt, electi q Verri viderent. Heraclius cõtra, vt Iudices

Hieronica lex.

Roget inſpicienda.

Dica.

Coactu iſtius.

Actio.IIII.

e lege Rupília dentur: vt ab ínſtitutís ſuperiorũ, ab auctorítate Senatus, ab iure omniũ Sícu
lorũ ne recedatur. Quíd ego íſtius in iure dícẽdo líbídínẽ demõſtrẽ? qs veſtrũ non ex vrbana
Lege agere iuriſdítione cognouít? qs vnq̃ íſto Prætore Chelídone ínuita lege agere potuít? Non íſtũ vt
non neminẽ prouíncía corrupít: ídem fuít q̃ Romę. Cũ íd qđ oẽs íntellígebant, díceret Hera
Lex Rupí- clíus, ius eſſe certũ Sículís, ínter ſe quo iure certarẽt, legẽ eſſe Rupílíã, quã prætor Rupílius
lía. ex S.C. de decẽ legatorũ ſententía dedíſſet: hoc oẽs ſemper in Sícílía conſules prætoreſq̃ ſer
uaſſe: negauít ſe Iudíces e lege Rupílía ſortíturũ: quínq̃ Iudíces, quos cõmodũ ípſí fuít, de-
dít. Quíd huíc homíní facías? qđ ſupplíciũ dígnũ líbídíní eius ínuenies? Preſcríptũ tíbí cũ eſ
ſet homo deterríme, & ímpudẽtíſſíme, quẽadmodũ ínter Sículos íudíces dares: cũ ímperato
rís Po.Ro. auctoritas, legatorũ decẽ ſummorũ hominũ dígnitas, Senatus C. íntercederet, cu
íus conſulto P. Rupílíus Prætor ex legatorũ ſentẽtía leges in Sícílía conſtítuerat: cũ omnes
ante te preſtores Rupílías leges in ceteris rebus, & in íudícíís maxime obſeruaſſent: tu vſus
es pro níhílo præ tua præda tot res ſanctíſſímas ducere? tíbí nulla lex fuít? nulla religio? nul-
lus exíſtímatíonís pudor? nullus íudícíí metus? nullíus apud te grauís auctorítas? nullũ exẽ-
plũ, qđ ſequí velles? Verũ vt ínſtítuí dícere, quínq̃ íudícíbus nulla lege, nullo ínſtítuto, nul
la religíone, nulla ſorte, ex líbídíne íſtíus datís, non q̃ cauſam cognoſcerent, ſed q̃, qđ ímpera
tũ eſſet, íudícarent, eo díe níhíl actũ eſt, adeſſe iubent poſtrídíe. Heraclíus ínterea cũ omnes
ínſídías a prætore fortunís ſuís fierí víderet, capít cõſílíũ de amícorũ, & propínquorũ ſentẽ
tía, nõ adeſſe ad íudícíũ. ítaq̃ Syracuſís ílla nocte profugít. Iſte poſtero díe mane, cum multo
maturíus, q̃ vnq̃ antea, ſurrexíſſet, íudíces cítarí íubet. vbí cõperít Heraclíũ nõ adeſſe, coge-
re íncípít eos, vt abſentẽ Heraclíũ cõdemnarẽt. Illí eũ cõmonefacíũt, vt ſí eí vídeat, vtat ínſtí
tuto ſuo, nec cogat ante horã decímã de abſente, ſecũdũ præſentẽ íudícare. ímpetrãt. ínterea
ſane pturbatus & ípe, & eiꝰ amící, & cõſílíaríí, moleſte ferre cœperũt, Heraclíũ profugíſſe: pu
Inuídío- tabãt abſentís dãnatíonẽ, præſertím tãtę pecunię, multo ſuídioſorẽ fore, q̃ ſí preſens dãnatus
ſíor. eſſet. Eo accedebat, ꝙ Iudíces e lege Rupílía datí non erãt, multo etíã rẽ turpíorẽ & íníquío
rẽ víſum írí íntellígebãt. Itaq̃ hoc dũ corrígere vult, apertíor eiꝰ cupíditas, ímprobítaſq̃ fa
cta eſt. Nã íllís quínq̃ íudícíbus vtí ſeſe negat: íubet íd qđ ínítío e lege Rupílía fierí oportue
rat, cítarí Heraclíũ, & eos q̃ dícã ſcrípſerant: aitq̃ Iudíces e lege Rupílía velle ſortírí. qđ ab
eo prídíe, cũ multís lachrymís eũ oraret, atq̃ obſecraret Heraclíus, ípetrare nõ potuerat, íd
eí poſtera díe venít ín mẽtẽ, e lege Rupílía ſortírí dícas oportere. Educít ex vrna tres: íís vt
abſentẽ Heraclíũ cõdemnẽt ímperat. ítaq̃ cõdemnant. Quę, malũ, íſta fuít amentía? ecquando
te ratíonẽ factorũ tuorũ redditurũ putaſtí? ecquãdo hís de rebus tales víros aduíturos exí-
ſtímaſtí? petat hæredítas ea, quæ nulla debeat, ín prædã prætorís? ínterponat nomẽ cíuítatís?
ímponat honeſtæ cíuítatí turpíſſíma perſona calumníę? Neq̃ hoc ſolũ, ſed íta res agít, vt ne
ſímulatío qdẽ æquítatís vlla adhíbeat. Nã per deos ímmortales, qd íntereſt, vtrũ prætor ím-
peret, víq̃ cogat alíquẽ de ſuís bonís oĩbus decedere? an huíuſmodí íudícíũ det, quo íudícío
índícta cauſa fortunís oĩbus euertí neceſſe ſít? Profecto em̃ negare nõ potes, te ex lege Rupí
lía ſortírí íudícíũ debuíſſe, cũ præſertím Heraclíus íd poſtularet. Sín íllud díces, te Heraclíí
volũtate ab lege receſſíſſe, ípſe te ímpedíes, ípſe tu tua defenſíone ímplícabere. Quare em̃ prí
mũ ílle ípſe adeſſe noluít, cũ ex eo numero Iudíces haberet, quos poſtularat? deínde tu cur
poſt íllíus fugã Iudíces alíos ſortítus es, ſí eos q̃ erant antea datí, vtríuſq̃ dederas volũtate?
Deínde cęteras dícas oẽs íllo foro M. Poſthumíus quęſtor ſortítus eſt, hãc ſolã tu íllo cõuẽ
tu reperíere ſortítus. Ergo, ínquíet alíquís, donauít populo Syracuſano íllã hæredítatẽ. prí-
mũ ſí íd confíteri velím, tamẽ íſtũ cõdemnetís neceſſe eſt. Neq̃ enim permíſſum eſt, vt ímpu
ne nobís líceat, qđ alícuí erípuerim9, íd alterí tradere. Verũ ex íſta reperietís hæredítate íta
íſtum prædatum, vt perpauca occulte fecerít, populum quídem Syracuſanum in maximã in
uídíam ſua ínfamía alíeno præmío peruenıſſe: paucos Syracuſanos, eos quí ſe nunc publíce
laudatíonís cauſa veníſſe dícunt, & tunc partícípes prædæ fuíſſe, & nũc non ad íſtíus lauda-
tíonem, ſed ad cõmunẽ lítíũ ęſtímatíonẽ veníſſe. Poſteaq̃ damnatus eſt abſens, non ſolũ íllíus
hæredítatís, de qua ambígebatur, quæ erat HS. trícíes, ſed omniũ bonorũ paternorum ípſi9
Heraclíí, q̃ non mínor erat pecunía, palęſtrę Syracuſanorũ, hoc eſt Syracuſanís poſſeſſío tra
dítur. Quę eſt íſta prętura? erípís hęredítatem, quæ venerat a propínquo, venerat teſtamẽto,
Vtẽda bo- venerat legíbus: quæ bona, ís quí teſtamentũ fecít, huíc Heraclío, anteq̃ eſt mortuus, omnía
na. vtẽda ac poſſídẽda tradíderat: cuí9 hæredítatís, cũ ílle alíquãto ante te ptorẽ eſſet mortuus,

controuersia fuerat nulla, mentionē fecerat nemo. Verū esto, eripe hereditatē propinquis, da palestritis, prædare in bonis alienis nomine ciuitatis, euerte leges, testamēta, volūtates mortuorū, iura viuorū, num etiā patriis Heraclīū bonis exturbare oportuit? q simulac profugit, q impudēter, q palā, q acerbe dii immortales illa bona direpta sunt, q illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri, turpis Syracusanis, miseranda oībus videbat. Nam illud qdem statim curat, vt qcqd celati argenti fuit in illis bonis, ad istū deferat, quicquid Corinthiorū vasorū, stragulæ vestis. Hęc nemo dubitabat, quin nō modo ex illa domo capta, & oppressa, verum extota prouincia ad istū cōportari necesse esset. Mancipia quę voluit abduxit, alia diui fit: auctio facta est, in qua cohors istius inuicta dominata est. Verū illud est præclarū. Syracusani q præfuerant his Heraclii bonis verbo redigendis, re dispertiendis, reddebāt eorū negotiorū rationē in senatu: dicebant scyphorū paria complura, hydrias argenteas, precioſam vestē, stragulā, multa mancipia preciosa Verri data esse: dicebāt quātū cuiq eius iussu nummorum esset datū. Gemebant Syracusani: sed tamē patiebant. repente recitat vno noīe. HS. CCL. millia iussu prætoris data. fit maximus clamor omniū, non modo optimi cuiusq, neq eorū qbus indignū semp visum erat bona priuati, populi noīe per summā iniuriā erepta, verū etiā ipsi illi auctores iniurię, & ex aliqua particula socii prædæ, ac rapinarū, clamare cœperunt, sibi vt haberet hæreditatē. tantus in curia clamor factus est, vt populus cōcurreret. Res ab omni conuentu cognita celeriter domū nunciat. homo inimicus iis, q recitassent: hostis oībus, q acclamassent: exarsit iracundia, ac stomacho. Verūtamen fuit tum sui dissimilis, nostis os hois, nostis audaciā, tamē tū rumore populi, & clamore, & furto manifesto grandis pecuniæ perturbatus est. vbi se collegit, vocat ad se Syracusanos. quia nō posset negare ab illis pecuniā datā, nō quæsiuit procul alicunde: neq em pbaret: sed proximū pene alterū filiū quē illā pecuniā diceret abstulisse, ostendit se reddere coacturum. Qui posteaq id audiuit, habuit dignitatis, & ætatis, & nobilitatis suæ rationē: verba apud Senatū fecit, docuit ad se nihil pertinere de isto, id qđ oēs videbant: neq ille qdē obscure locutus est. Itaq illi Syracusani statuā postea statuerunt, & is vbi primū potuit, istum reliquit, de prouinciaq decessit. Et tamen aiunt eum queri solere nōnunq, se miserū, q nō suis, sed suoꝝ comitū peccatis, & criminibus prematur. Triennū prouinciā †obtinuit: genere electus adolescēs vnū annū tecum fuit, sodales viri fortes legati tui primo anno te reliquerunt: vnus legatus P. Tadius, q erat reliquus, nō ita multū tecum fuit: q si semper vna fuisset, tamen summa cura tum tuæ, tum multo etiā magis suæ famæ pepercisset. quid est qđ tu alios accuses? quid est quāobrē putes, te tuā culpā nō modo deriuare ī aliquē, sed cōmunicare cū aliquo posse? Numerant illa HS. ducenta quinquaginta Syracusanis. ea quemadmodū ad istū postea per Pseudotyron reuertantur, tabulis, vobis & testibus Iudices planū faciam. Ex hac iniquitate istius, & improbitate Iudices, q præda ex illis bonis ad multos Syracusanos inuitō populo Senatuq Syracusano venerat, & illa scelera quoq per Theomnastū, & Hesicrionem, & Dionysodoꝝ, & Cleomenē inuitissima ciuitate facta sunt. primum vt vrbs tota spoliaret, qua de re alius mihi locus ad dicendū est constitutus: vt omnia signa iste per eos homines, quos nominaui, omne ebur ex ædibus sacris, oēs vndiq tabulas pictas, deorū deniq simulacra quę vellet auferret. Deinde vt in curia Syracusis, quē locū illi Buleuterum vocant, honestissimo loco & apud illos clarissimo, sub illius ipsius M. Marcelli, q cum Syracusanis locū eum eripere belli ac victoriæ lege posset, conseruauit, & reddidit, statua ex ære facta, ibi inauratam istius & alterā filio statuā posuerunt: vt dū istius hois memoria maneret, Senatus Syracusanus sine lachrymis & gemitu in curia esse nō posset: per eosdē istius iniuriarū, furtoꝝ, vxorumq socios istius imperio Syracusis Marcellea tollunt maximo gemitu, luctuq ciuitatis: quē illi diē festum cū recentibus beneficiis M. Marcelli debitū reddebant, tum generi, nomini, familiæ Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Mitridates in Asia, cū eam prouinciā totā occupasset, Mutia non sustulit. hostis, & hostis in cæteris rebus nimis ferus, & immanis, tamen honorem hois deorum religione cōsecratū violare noluit. Tu Syracusanis vnū diem festū Marcellis imperiri vetuisti, per quos illi adepti sunt, vt cæteros dies festos agere possint. At vero præclarū diē reposuisti, Verrea vt agerent, & vt ad eum diē, quæ sacris, epulisq opus essent, in cōplures annos locarent. Iam in tanta istius impudētia remittendū aliqd videt, ne oīa contendamus, ne oīa cū dolore agere videamur. Nā me dies, vox, latera deficiant, si hoc nūc vocifera re velim, q miserū indignūq sit, istius nomine apud eos diē festū esse, qui sese isti⁹ opera fun-

Vestis stragula.

Hydriæ argenteæ.

†obtinuisti

Marcellea.

Mutia.

Verrea.

Vocifera re.

ditus extinctos esse arbitrent.O Verrea preclara,quoq; si accessisti,quo nõ attuleris tecũ istũ diem.Etenim quã tu domũ,quã vrbem adiisti,qđ fanũ deniq;,qđ nõ euersum,atq; extersum

A verrẽdo & corradẽ do.

reliqueris!Quare appellentur sane ista Verrea,quę nõ ex noie, sed ex manibus,naturaq; tua constituta esse videantur.Q; facile serpat iniuria,& peccandi cõsuetudo q̃ nõ facile reprimatur,videte Iudices.Bidis oppidũ est tenue sane,nõ longe a Syracusis.Huius lõge primus ciuitatis est Epicrates qdam.huic hęreditas HS.quingentorũ milliũ venerat a muliere quadã propinqua,atq; ita propinqua,vt ea etiã si intestata esset mortua,Epicratẽ Bidinorũ legíb9 hæredẽ esse oporteret.Recens Syracusana erat illa res,quã ante demõstraui,de Heraclio Syracusano,q bona nõ perdidisset,nisi ei venisset hęreditas.Huic quoq; Epicrati venerat,vt dixi,hęreditas.cogitare cœperũt eius inimici nihilo minus eodẽ prętore hũc euerti bonis posse,quo Heraclius esset euersus.Rem occulte instituũt,ad Verrẽ per eius interpretes deferũt: ita causa cõponitur,vt item palęstritæ Bidenses peterẽt ab Epicrate hęreditatẽ,quẽadmodũ palęstritę Syracusani ab Heraclio petissent.Nunq̃ vos prętorẽ tam Palęstricũ vidistis.verum ita palęstritas defendebat,vt ab illis ipse vnctior discederet.q statim cũ presensisset,iubet cuidã suorũ amicorũ numerari HS.LXXX.Res occultari satis nõ potest:p quẽdã eorũ,q inter fuerat,fit Epicrates certior.primo neglígere,& cõtemnere cœpit,q causa prorsus,qđ dubitari posset,nihil habebat.Deinde cũ de Heraclio cogitaret,& isti9 libidinẽ nosset,cõmodissimũ putauit esse,de prouincia clam abire.itaq; fecit, profectus est Rhegyũ.qđ vbi auditũ est,

Venerat hęreditas.

†tum.

æstuare illi q dederãt pecuniã,putare nihil agi posse absente Epicrate.nam Heraclius †tamẽ affuerat,cũ primũ dati sunt Iudices.de hoc,q anteq̃ in ius aditũ esset, anteq̃ deniq; mentio cõtrouersiæ facta esset,discessisset,putabant nihil agi posse.hoies Rhegyũ proficiscunt,Epicratẽ cõueniũt:demonstrant id qđ ille sciebat,se HS.LXXX.dedisse,rogãt eum vt id qđ ab ipsis abisset pecuniæ,curet:ab sese caueat quẽadmodũ velit,de illa hæreditate cum Epicrate neminẽ esse acturũ.Epicrates homines multis verbis male a se acceptos dimisit.Redeunt illi Rhegyo Syracusas,queri cũ multis,ita vt fit icipiũt,sese HS.LXXX.nũmũ frustra dedisse.res percrebuit,in ore,atq; sermone omniũ cœpit esse:Verres refert illã suã Syracusanam,ait sese velle de illis HS.LXXX.cognoscere:aduocat multos.dicũt Bidini Volcatio se dedisse, illud nõ addũt,iussu istius.Volcatiũ vocat,pecuniã referri imperat.Volcatius animo æquissimo nummos affert,q nihil amitteret:reddit inspectantibus multis,Bidini nũmos auferũt.

Via. Semita.

Dicet aliquis.quid ergo in hoc Verrẽ reprehendis!qui nõ modo ipse fur non est,sed ne alitẽ quidẽ passus est esse.Attendite,iam intelligetis hanc pecuniã qua via modo visa est exire ab isto,eadem semita reuertisse.Quid em̃ debuit prætor,cũ consilio re cognita, cum cõperisset suum comitẽ iuris,decreti,iudicii corrumpendi causa,qua in re ipsius prętoris caput, existimatioq; ageret,pecuniã accepisse:Bidinos autẽ contra prętoris famã,ac fortunas dedisse!nõ & in eum,q accepisset,animaduertisse!& in eos qui dedissent! Tu qui institueras in eos animaduertere,qui perperã iudicassent,qđ sæpe per imprudentiã fit, hos pateris impune discedere,qui ob tuũ decretũ,ob tuũ iudiciũ,pecuniã aut dandã,aut accipiendã putarãt!Volcatius idem apud te postea fuit,eques Romanus,tanta accepta ignominia. Nam quid est turpius ingenuo!quid minus libero dignũ,q̃ in conuentu maximo cogi a magistratu furtũ reddere! Qui si eo animo esset,quo nõ modo eques Roman9,sed quiuis liber debet esse,aspicere te postea nõ potuisset,inimicus,hostis esset,tanta cõtumelia accepta, nisi tecũ collusisset, & tuæ potius existimationi seruisset,q̃ suæ.qui q̃ tibi amicus non modo tum fuerit,q̃diu tecũ in prouincia fuit,verũ etiã nunc sit,cũ iam a cęteris amicis sis relictus,& tu intelligis,& nos existimare possumus. An hoc solum argumentũ est nihil isto imprudente factum,q Volcatius ei nõ succensuit!q iste nec in Volcatiũ,nec in Bidinos animaduertit! est magnũ argumentũ:verũ illud maximum,q illis ipsis Bidinis,qbus iratus esse debuit,a qbus comperit,q iure agere cũ Epicrate nihil possent,etiã si adesset, idcirco suũ decretũ pecunia esse tentatũ: his inquã ipsis nõ modo illã hæreditatẽ,quæ Epicrati venerat,sed vt in Heraclio Syracusano,item in hoc,paulo etiam atrocius,q Epicrates appellatus omnino nõ erat,bona patria, fortunasq; eius,Bidinis tradidit.Ostẽdit em̃ nouo modo,si quis qd absente peteret, se auditurũ.adeunt Bidini,petunt hæreditatẽ,procuratores postulant,vt se ad leges suas reiiciat, aut ex lege Rupilia dicam scribi iubeat.Aduersarii nõ audebãt cõtradicere,exitus nullus reperiebat.insimulãt hoies fraudãdi causa discessisse,postulant vt bona possidere liceat.Debebat Epicrates vllũ nummũ nemini. amici,si qs qd peteret iudicio, se passuros,iudicatũ solui

ſatiſdaturos eſſe dicebāt. Cum oīa iudicia frigerent, admonitu iſtius inſimulare cœperunt, Epicratē literas publicas corrupiſſe, a qua ſuſpitione ille aberat plurimū. actionē eius rei poſtulant. amici recuſare, ne qđ nouū iudiciū, ne quæ ipſi⁹ cognitio, illo abſente de exiſtimatione eius cōſtitueret: & ſimul idem illud poſtulare nō deſiſtebant, vt ſe ad leges ſuas reiiceret. Iſte amplā occaſionē calumniæ nactus, vbi videt eſſe aliqd q̄ amici abſentē Epicratē nollent defendere, aſſeuerat ſe eius rei in primis actionē eſſe daturū. Cū oēs pſpicerēt ad iſtū non modo illos nummos, q̄ per ſimulationē ab iſto exierāt, reuertiſſe, ſed multo etiā plures eum poſtea nummos abſtuliſſe, amici Epicratē defendere deſtiterunt. Iſte Epicratis bona Bidinos omnia poſſidere, & ſibi habere iuſſit. ad illa HS. D. millia hæreditaria, acceſſit ipſius antiqua HS. quindecies pecunia. Vtrū res ab initio ita ducta eſt? an ad extremū ita pducta eſt? an ita parua eſt pecunia? an is homo Verres? vt hæc, quæ dixi, gratis facta eſſe videant? Hic nūc de miſeria Siculorū Iud. audite. & Heraclius ille Syracuſanus, & hic Bidinus Epicrates expulſi bonis oībus Romā venerūt: ſordidati, maxima barba & capillo, Romę biēniū ppe fuerūt. Cū L. Metellus in prouinciā profectus eſt, tū iſti bene cōmēdati cū Metello vna proficiſcuntur. Metellus ſimulac venit Syracuſas, vtrunq; reſcindit, & de Epicrate, & de Heraclio. In vtriuſq; bonis nihil erat, qđ reſtitui poſſet, niſi qđ moueri loco nō poterat. Fecerat hęc egregie primo aduētu Metellus, vt oēs iſtius iniurias, quas modo poſſet, reſcinderet, & irritas faceret. Heraclīū reſtitui iuſſerat: nō reſtituebat: quiſq; erat ductus Senator Syracuſanus ab Heraclio, duci iubebat. Itaq; permulti ducti ſunt. Epicrates qdē continuo reſtitutus eſt. Alia iudicia Lilybęi, alia Agrigenti, alia Panormi reſtituta ſunt: cenſus qui iſto prętore ſunt habiti, nō ſeruaturū ſe Metellus oſtēderat: decumas quas iſte cōtra legē Hieronicā vendiderat, ſe ſe venditurū Hieronica lege dixerat. Oīa erāt Metelli eiuſmodi, vt totā ſuā prętura retexere videret. Simulatq; ego in Siciliā veni, mutatus eſt. venerat ad eū illo biduo Letilius qdā, homo non alienus a literis. itaq; eo iſte tabellario ſemp vſus eſt. Is epiſtolas cōplures attulerat: in his †vnā domo, quę totū immutarat hoiem. repente cœpit dicere, ſe oīa Verris cauſa vel le: ſibi cū eo amicitiā, cognationēq; eſſe. mirabant oēs, hoc ei tū deniq; in mentē veniſſe, poſt eaq̄ tā multis eū factis, decretiſq; iugulaſſet. Erant q̄ putarēt Letiliū legatū a Verre veniſſe, q̄ gratiā, amicitiā, cognationēq; cōmemoraret. Ex illo tēpore a ciuitatib⁹ laudationē pętere, teſtes nō ſolū deterrere verbis, ſed etiā vi retinere cœpit. Quod ego niſi meo aduētu illius conatus aliquātulū repreſſiſſem, & apud Siculos nō Metelli, ſed Glabrionis literis, ac lege pugnaſſem, tam multos huc euocare nō potuiſſem. Verū, qđ inſtitui dicere, miſerias cognoſcite Siculorū. Heraclius ille, & Epicrates lōge mihi obuiam cū ſuis oībus proceſſerūt, veniēti Syracuſas egerunt gratias flentes, Romā decedere mecū cupierūt. Q⁊ erāt mihi oppida cōplura etiā reliqua, quæ adire vellē, conſtitui cū hoībus, quo die mihi Meſſanæ præſto eſſent. eo mihi nunciū miſerūt, ſe a prætore retineri. qbus ego teſtimoniū denūciaui, quorum noīa edidi Metello: cupidiſſimi veniēdi, maximis iniuriis affecti, adhuc nō venerūt. Hoc iure ſunt ſocii, vt his ne deplorare qdē de ſuis incōmodis liceat. Iam Heraclii Centuripini optimi, nobiliſſimiq; adoleſcētis teſtimoniū audiſtis, a quo HS. C. millia per calumniā, malitiāq; petita ſunt. Iſte pœnis cōpromiſſiſq; interpoſitis, HS. CCC. extorquēda curauit: qđq; iudiciū ſecundum Heracliū de cōpromiſſis factū erat, qđ ciuis Centuripinus inter duos ciues iudicaſſet, id irritū iuſſit eſſe, eūq; iudicē falſum iudicaſſe iudicauit: in ſenatu ne eſſet, locis, cōmodiſq; publicis vti vetuit: ſi qs eū pulſaſſet, edixit ſeſe iudiciū iniuriarū nō daturū: quicqd ab eo peteret, iudicē de ſua cohorte daturū, ipſi autē nullius actionē rei ſeſe daturū. quæ iſtius auctoritas tātū valuit, vt neq; illū pulſaret quiſq̄, cū prętor in prouincia ſua verbo pmitteret, rehortaret: neq; qſq̄ ab eo quicq̄ peteret, cū iſte calumnię licētiam ſua auctoritate† poſſediſſet. ignominia aūt illa grauis tādiu in illo hoīe fuit, q̄diu iſte in prouincia manſit. Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nullo exēplo, ecquā rē putatis eſſe in Sicilia niſi ad nutū iſtius iudicatā? Vtrū id ſolū videt eſſe actū, qđ eſt tamē actū, vt Heraclio pecunia eriperet? an etiā illud in quo præda erat maxima, vt noīe iudiciorū, omniū bona, atq; fortunę in iſtius vnius eſſent poteſtate? Iam vero in rerū capitaliū quæſtionibus qd ego vnāquāq; rē colligā, & cauſam? ex multis ſimilibus ea ſumā, quæ maxime improbitate excellere videbunt. Sopater quidā fuit Haliciēſis, homo domi ſuæ cū primis locuples, atq; honeſtus. is ab inimicis ſuis apud C. Sacerdotē prętorē rei capitalis cū accuſatus eſſet, facile eo iudicio eſt liberatus. Huic eidē Sopatro iidē inimici ad C. Verrē, cū is Sacerdoti ſucceſſiſſet, eiuſdē rei nomē detulerūt. Res

Habere ſibi.

Retexere. Nō alien⁹ a literis. †vna.

Iugulaſſet decretis.

Deplorare de incommodis.

† pbuiſſet.

Actio.IIII.

Sopatro facilis videbaꝫ,& ꝙ erat innocẽs,& ꝙ Sacerdotis iudicium improbare iſtũ auſurũ nõ arbitrabaꝫ.citaꝫ reus,cauſa agiꝫ Syracuſis,crimina tractanꝫ ab accuſatore ea,quę erãt an tea nõ ſolũ defenſione,verũ etiã iudicio diſſoluta. Cauſam Sopatri defendebat Q.Minutius eques Ro.in primis ſplẽdidus,atq; honeſtus,vobiſq; Iudices nõ ignotus.nihil erat in cauſa, qd metuendũ,aut omnino qd dubitandũ videreꝫ.Interea iſtius libertus, & accenſus idẽ Timarchides,q eſt,id qd ex plurimis teſtibus priore actione didiciſtis, rerũ huiuſmodi omniũ trãſactor,& adminiſter,ad Sopatrũ venit,monet hoĩem ne nimis iudicio Sacerdotis, & cau

†ob abſoluendum.

ſæ cõfidat:accuſatores,inimicoſq; eius habere in aĩo pecuniã prętori dare,Prætorẽ th†ob ſa

†ab abſoluto.

lutẽ malle accipere,& ſimul malle,ſi fieri poſſet, rẽ iudicatã nõ reſcindere.Sopater,cũ hoc il li improuiſum,atq; inopinatũ accidiſſet,cõmotus eſt ſane,neq; in præſentia Timarchidi qd reſpõderet habuit,niſi ſe cõſideraturũ,qd ſibi de ea re eſſet faciendum:& ſimul oſtẽdit, ſe in ſumma difficultate eſſe nãmaria. poſt ad amicos retulit.qui cũ ei fuiſſent auctores reclinen dę ſalutis,ad Timarchidẽ venit:expoſitis ſuis difficultatibus,hominẽ ad HS.LXXX.pẽdu cit,eãq; ei pecuniã numerat.Poſteaq̃ ad cauſam dicẽdã ventũ eſt,tũ vero ſine metu, ſine cu ra oẽs erãt,q Sopatrũ defendebãt,crimẽ nullũ erat,res iudicata, Verres nummos acceperat. qui poſſit dubitare qdnã eſſet futurũ?Res illo die nõ perorabaꝫ,dimittiꝫ iudiciũ.iterũ ad Sopa trũ Timarchides venit,ait accuſatores eius multo maiorẽ pecuniã prætori polliceri,q̃ quan

Et Siculus & reus.

tam hic dediſſet:proinde,ſi ſaperet,videret qd ſibi eſſet faciendũ.Homo,q̃q̃ erat & Siculus, & reus,hoc eſt & iure iniquo,& tẽpore aduerſo,ferre tamẽ,atq; audire diutius Timarchidẽ nõ potuit.Facite inquit qd vobis libet,daturus nõ ſum amplius.idẽq; hoc amicis eius,& de fenſoribus videbaꝫ.atq; eo etiã magis,ꝙ iſte,quoquo modo ſe in ea quęſtione prębebat,tamẽ in cõſilio habebat hoĩes honeſtos e cõuentu Syracuſano,q Sacerdotis quoq; in cõſilio fue rãt,tũ cũ eſſet idẽ hic Sopater abſolutus.hoc rationis habebãt,facere eos nullo modo poſſe, vt eodẽ crimine,iiſdẽ teſtibus Sopatrũ cõdemnarẽt iidẽ hoĩes,q antea abſoluiſſent.itaq; hac vna ſpe ad iudiciũ veniꝫ.Quo poſteaq̃ ventũ eſt,cũ in cõſiliũ frequẽtes cõueniſſent iidẽ q ſo lebant,& hac vna ſpe tota defenſio Sopatri niteretur,cõſilii frequẽtia,& dignitate,& ꝙ erant, vt dixi,iidẽ q antea Sopatrũ eodẽ illo crimine liberarãt,cognoſcite hoĩs apertã,ac nõ modo non ratione,ſed ne diſſimulatione quidẽ tectã improbitatẽ,& audaciã.M.Petilium equitem Ro.quẽ habet in conſilio,iubet operam dare,ꝙ rei priuatæ iudex eſſet.Petilius recuſabat,ꝙ ſuos amicos,quos ſibi in conſilio eſſe vellet,ipſe Verres retineret.Iſte homo liberalis,negat ſe quenq̃ retinere eorũ,qui Petilio vellent adeſſe.itaq; diſcedunt omnes. Nam cæteri quoq; impetrant,ne retineantur:qui ſe velle dicebant alterutri eorũ, qui tum illud iudicium habe bant,adeſſe.Itaq; iſte ſolus cũ ſua cohorte nequiſſima relinquitur.Nõ dubitabat Minutius, qui Sopatrũ defendebat,quin iſte,quoniã conſilium dimiſiſſet,illo die rem illam quæſiturus non eſſet:cũ repente iubetur dicere.reſpondet,ad quos:ad me inquit,ſi tibi idoneus videor, qui de homine Siculo,ac Græculo iudicẽ. Idoneus es inquit,ſed peruellẽ adeſſent hi,q̃ affue rant antea,cauſamq; cognorãt.Dic inquit,illi adeſſe nõ poſſunt.Nam hercule,inquit Q.Mi nutius,me quoq; Petilius,vt ſibi in cõſilio adeſſem,rogauit.& ſimul a ſubſelliis abire cœpit. Iſte iratus hominẽ verbis vehementioribus proſequiꝫ, atq; ei grauius etiã minari cœpit,ꝙ in ſe tantũ crimẽ,inuidiamq; conflarit.Minutius qui Syracuſis ſic negotiareꝫ,vt fui iuris,di gnitatiſq; meminiſſet:& qui ſciret,ita ſe in prouincia rem augere oportere, vt ne quid de li bertate deperderet:homini quæ viſa ſunt,& quæ tẽpus illud tulit,& cauſa,reſpõdit.cauſam ſeſe dimiſſo,atq; ablegato conſilio defenſurũ negauit. Itaq; a ſubſelliis diſceſſit, idemq; hoc pręter Siculos cęteri Sopatri amici aduocatiq; fecerũt.Iſte q̃q̃ eſt incredibili ĩportunitate & audacia,tamẽ ſubito ſolus deſtitutus pertimuit,& conturbatus eſt.quid ageret,quo ſe ver teret,neſciebat.Si dimiſiſſet eo tẽpore quæſtionem,poſt illis adhibitis,quos ablegarat, abſo lutum iri Sopatrum videbat.ſin autem hominem miſerum,atq; innocentem condemnaſſet,

Prętor ſine conſilio iudicare non debebat.

cũ ipſe prætor ſine conſilio,reus autem ſine patrono,atq; aduocatis fuiſſet,iudiciũq; C. Sacerdotis reſcidiſſet,inuidiam ſe ſuſtinere nõ poſſe tantã arbitrabatur.Itaq; æſtuabat dubita tione,verſabat ſe in vtrãq; partẽ nõ ſolũ mente,verũ etiã corpore:vt omnes,qui aderant,in telligere poſſent,in animo eius metũ,cupiditatẽq; pugnare. Erat hominũ conuentus maxi mus,ſummũ filẽtiũ,ſumma expectatio, quonã eſſet eius cupiditas eruptura. crebro dimitte bat ſe accẽſus ad aurem Timarchides.Tũ iſte aliquãdo, age dic inquit.Sopatrus implorare hominum atq; deum fidem,vt cum cõſilio cognoſceret.Tum repente iſte teſtes citari iubet.

Dicit vnus, & alter breuiter, nihil interrogat. præco, dixisse pnũciat. Iste, quasi metueret, ne Petilius priuato illo iudicio transacto, aut dilato, cũ cæteris in cõsiliũ reuerteret, ita properans de sella exiluit, hoiem innocentẽ, Sacerdote absolutũ, indicta causa, de sentẽtia Scribæ, Medici, Aruspicisq; cõdẽnauit. Retinete, retinete hominẽ in ciuitate Iudices, parcite, & conseruate, vt sit q vobiscũ res iudicet, q in Senatu sine vlla cupiditate de bello, & pace sentẽtiã ferat. tametsi minus id qdẽ nobis, minus Po. Ro. laborandũ est, qualis istius in senatu sententia futura sit. quę eñ eius auctoritas erit! quãdo iste sentẽtiã dicere audebit! aut poterit! quãdo aũt homo tãta luxuria, atq; desidia, nisi Februario mẽse aspirabit in curiã! verũ veniat sane, decernat bellũ Cretẽsibus, liberet Byzantios, regẽ appellet Ptolemęũ, quæ vult Hortensius, oia dicat, & sentiat. minus hæc ad nos, minus ad vitæ nostræ discrimẽ, minus ad fortunarũ nostrarũ pericului pertinent. illud, illud est capitale, illud est formidolosum, illud optimo cuiq; metuẽdũ, qđ iste ex hoc iudicio si aliqua vi se eripuerit, in iudicib9 sit necesse est: sententiã de capite ciuis Ro. ferat, sit in eius exercitu signifer, q imperiũ iudiciorũ tenere vult, hoc populus Ro. recusat, hoc ferre nõ potest, clamat: permittitq; vobis, vt si istis hoibus delectemini, si ex hoc genere splendorẽ ordini, atq; ornamẽtũ curię cõstituere velitis, habeatis sane vobiscũ istũ senatorẽ: istũ de vobis iudicẽ, si vultis, habeatis. De se hoies, si q extra istũ ordinẽ sunt, qbus ne reiiciundi qdẽ amplius q̃ triũ iudicũ præclaræ leges Corneliæ faciũt potestatẽ, hũc hominẽ tã crudelẽ, tã sceleratũ, tam nefariũ nolũt iudicare. Etem̃ si illud est tam flagitiosum (qđ mihi omniũ rerũ turpissimũ, maximeq; nefariũ videt) ob rem iudicandã pecuniã accipere, precio habere addictã fidẽ, & religionẽ, quãto illud flagitiosius, improbius, indignius! eũ a quo pecuniã ob absoluendũ acceperis, cõdẽnare, vt ne prędonũ qdẽ prętor in fide retinẽda cõsuetudinẽ cõseruaret. Scelus est accipere ab reo, quãto magis ab accusatore! quãto etiã sceleratius ab vtroq;! Fidẽ cũ proposuisses venalẽ in puincia, valuit apud te plus is, q pecuniã maiorẽ dedit. Cõcedo, forsitan aliqs aliquãdo eiusmodi qppiã fecerit. cũ vero fidẽ ac religionẽ tuã alteri addictã pecunia accepta habueris, post eãdẽ aduersariis tradideris maiore pecunia, vtrũq; falles! & trades cui voles! & ei quẽ fefelleris, ne pecuniam qdẽ reddes! Quẽ mihi tu Bulbũ! quẽ Stalenũ! qđ vnq̃ huiusmodi monstrũ, aut prodigiũ audiuimus, aut vidim9! Qui cũ reo trãsigat: post cũ accusatore decidat: honestos hoies, q causam norint, ab leget, cõsilioq; dimittat: ipse solus reũ absolutũ, a quo pecuniã acceperit, cõdẽnet, pecuniãq; nõ reddat: hunc hominẽ iudicũ numero habebimus! hic alterã decuriã senatoriã iudex obtinebit! hic de capite libero iudicabit! huic iudicialis tabella cõmittet! quã iste nõ modo cęra, verũ etiã sanguine, si visum erit, notabit. Quid eñ horũ se negat fecisse! illud videlicet vnũ, qđ necesse est, pecuniã accepisse. Quid ni iste neget! at eques Ro. q Sopatrũ defendit, q oibus eius cõsiliis, rebusq; interfuit, Q. Minutius iuratus dicit pecuniã datã, iuratus dicit Timarchidẽ dixisse maiorẽ ab accusatoribus pecuniã dari. Dicẽt hoc Siculi oẽs, dicẽt oẽs Halicienses, dicet etiã prætextatus Sopatri filius, q ab isto hoie crudelissimo, patre innocẽtissimo, pecuniaq; patria priuatus est. Verũ si de pecunia testibus planũ facere nõ possem, illud negare posses! aut nũc negabis! te cõsilio tuo dimisso, viris primariis, q in cõsilio C. Sacerdotis fuerant, tibiq; esse solebãt, remotis, de re iudicata iudicasse! teq; eũ, quẽ C. Sacerdos adhibito cõsilio, causa cognita, absoluisset: eũdẽ remoto cõsilio, causa incognita cõdemnasse! Cũ hęc cõfessus eris, quæ in foro palam Syracusis, in ore, atq; oculis prouincię gesta sunt: negato sane si voles, pecuniã accepisse. reperies credo aliquẽ, q cũ hæc quæ palã gesta sunt, videat: quærat quid tu occulte egeris, aut q dubitet vtrũ malit meis testibus, an tuis defensoribus credere. Dixi iam antea, me nõ oia istius, quę in hoc genere essent, enumeraturũ: sed electurũ ea, quę maxime excellerẽt. Accipite nũc aliud eius facinus nobile, & multis locis sæpe cõmemoratũ, & eiusmodi, vt ĩ vno oia maleficia inesse videant. attẽdite eñ diligẽter, inuenietis id facinus natũ a cupiditate, auctũ per stuprũ, crudelitate perfectũ, atq; cõclusum. Sthenius est, is qui nobis assidet, Thermitanus, antea multis propter summã virtutẽ, summãq; nobilitatẽ, nunc propter suã calamitatem, atq; istius insignẽ iniuriã oibus notus. Huius hospitio Verres cũ esset vsus, & cũ apud eũ nõ modo Thermis sæpenumero fuisset, sed etiam habitasset, domo eius oia abstulit, quę paulo magis animũ cuiuspiã, aut oculos possent cõmouere. Etem̃ Sthenius ab adolescẽtia paulo studiosius hæc cõparabat, supellectilẽ ex ære elegantiorẽ, & Deliacam, & Corinthiã, tabulas pictas, etiã argenti †benefacti, prout Thermitani hois facultates ferebãt, satis, quæ, cũ esset in Asia adolescẽs, studiose, vt dixi, cõparabat, nõ tã suæ delectatiõ

Aspirabit in curiã.

De numero deiicendorum Iudicum.

†fabrefacti.

nis cauſa,q̃ ad inuitationes,aduentuſq; noſtrorũ hominũ,ſuoq; amicorũ,atq; hoſpitũ.Quę poſteaq̃ iſte oĩa abſtulit,alia rogando,alia poſcendo,alia ſumẽdo, ferebat Sthenius vt poterat.tãgebať tamẽ animi dolore neceſſario,ꝙ domũ eius exornatã,atq; inſtructã fere iam iſte reddiderat nudã,atq; inanẽ.Verũtamen dolorem ſuũ nemini impertiebat,prætoris iniurias tacite,hoſpitis placide ferendas arbitrabatur.Interea cupiditate iſte illa ſua nota,atq; apud omnes peruulgata,cũ ſigna quædã pulcherrima,atq; antiquiſſima Thermis in publico poſita vidiſſet,adamauit:a Sthenio petere cœpit,vt ad ea tollẽda operã ſuã profiteretur, ſeq; adiuuaret.Sthenius vero non ſolũ negauit,ſed etiã oſtendit id fieri nullo modo poſſe,vt ſigna antiquiſſima,monimẽta P.Aphricani,ex oppido Thermitanoq; incolumi illa ciuitate,imperioq; populi Ro.tollerenť.Etenĩ vt ſimul P.Aphricani quoq; humanitatẽ cognoſcatis,oppidum Himerã Carthaginẽſes quondã ceperant,qđ fuerat in primis Siciliæ clarũ & ornatum. Scipio q hoc dignũ populo Ro.arbitraretť,bello cõfecto ſocios ſua per noſtrã victoriã,recuperare,Siculis oĩbus Carthagine capta quæ potuit,reſtituẽda curauit.Himera deleta,quos ciues belli calamitas reliquos fecerat,ii ſeſe Thermis collocarãt in hiſdem agri finibus,neq; longe ab oppido antiquo.Hi ſe patrũ fortunã ac dignitatẽ recuperare arbitrabanť, cum illa maiorũ ornamenta in eorũ oppido collocabanť.Erant ſigna ex ære cõplura, in his mira pulchritudine ipſa Himera in muliebrẽ figurã,habitumq; formata,ex oppidi noĩe, & fluminis. Erat etiã Steſichori poetę ſtatua,ſenilis,incurua,cũ libro,ſummo vt putãt artificio facta ab eo qui fuit Himeræ,ſed eſt,& fuit tota in Græcia ſummo propter ingeniũ honore & noĩe. Hęc iſte ad inſaniã cõcupierat.Etiã qđ pene pręterii,Capella q̃dã eſt,ea qdẽ mire,vt etiã nos, qui rudes harum rerũ ſumus,intelligere poſſumus,ſcite facta,& venuſte.Hæc & alia Scipio nõ negligẽter abiecerat,vt homo intelligẽs Verres auferre poſſet,ſed Thermitanis reſtituerat,nõ quo ipſe hortos,aut ſuburbanũ,aut locũ omnino,vbi ea poneret, nullũ haberet, ſed ſi domũ abſtuliſſet,nõ diu Scipionis appellarenť,ſed eorũ ad quoſcũq; ipſi⁹ morte veniſſent. Nũc his locis poſita ſunt,vt mihi ſemper Scipionis fore videanť,itaq; dicanť.Hęc cũ iſte poſceret,agereťq; ea res in Senatu,Sthenius vehemẽtiſſime reſtitit:multaq;, vt in primis Siculorũ in dicendo copioſus eſt,cõmemorauit:vrbẽ relinquere Thermitanos eſſe honeſtius, q̃ pati tolli ex vrbe monimẽta maiorũ, ſpolia hoſtium,beneficia clariſſimi viri,indicia ſocietatis populi Ro.atq; amicitię.Cõmoti animi ſunt omniũ,repertus eſt nemo,quin mori diceret ſatius eſſe.Itaq; hoc adhuc oppidũ Verres inuenit prope ſolũ in orbe terrarũ,vñ nihil eiuſmodi rerũ de publico p vim,nihil occulte,nihil imperio,nihil gratia,nihil precio poſſet auferre.Verũtamẽ haſce eius cupiditates exponã alio loco, nũc ad Sthenĩũ reuertar.Itaq; iſte vehemẽter Sthenio infenſus,hoſpitiũ ei renunciat,domo eius emigrat,atq; adeo exit, nam iam ante migrarat.Eum aũt inimiciſſimi Sthenii domũ ſuã ſtatim inuitãt,vt animũ eius in Sthenĩũ inflammarẽt,emẽtiendo aliqd,& criminãdo.Hi aũt erant inimici, Agathinus homo nobilis,& Dorotheus,q habebat in matrimonio Callidamã Agathini eius filiã, de qua iſte audierat.itaq; ad generũ Agathini migrare maluit. Vna nox interceſſerat,cũ iſte Dorotheũ ſic diligebat,vt diceres oĩa inter eos eſſe cõmunia:Agathinũ ita obſeruabat,vt aliquẽ affinẽ ac propinquũ.cõtemnere etiã ſignũ illud Himeræ iam videbať,ꝙ eũ multo magis figura, & lineamẽta hoſpitę delectabãt.Itaq; hortari hoĩes cœpit,vt aliqd Sthenio periculi crearẽt,criminiſq; cõfingerẽt.Dicebãt ſe illi nihil habere,qđ dicerẽt.Tum iſte his aperte oſtendit,& cõfirmauit,eos in Sthenĩũ qcqd vellẽt dicerẽt, ſimulatq; ad ſe detuliſſent,pbaturos.Ita illi nõ procraſtinãt,Sthenĩũ ſtatim educũt,aiunt ab eo literas eſſe corruptas.Sthenius poſtulat,vt ſecũ ſui ciues agãt de literis publicis corruptis,eiuſq; rei legibus Thermitanorũ actio ſit: cũ S.Po.q; Romanus Thermitanis,ꝙ ſemper in amicitia,fideq; manſiſſent,vrbes,agros,legeſq; ſuas reddidiſſet,P.q; Rutilius poſtea leges ita Siculis ex S.C.de decẽ legatorũ ſententia dediſſet,vt ciues inter ſe legibus ſuis agerẽt,idẽq; hoc habuerit Verres ipſe in edicto, vt de his oĩbus cauſis ſe ad leges reiiceret.Iſte homo omniũ æquiſſimus, atq; a cupiditate omniũ remotiſſimus,ſe cogniturũ eſſe cõfirmat,paratũ ad cauſam dicendã venire hora octaua iubet. Nõ erat obſcurũ qd homo improbus,ac nefarius cogitaret.neq; eĩ ipſe ſatis occultarat,nec mulier tacere poterat.Intellectũ eſt id iſtum agere,vt cũ Sthenĩũ ſine vllo argumento,ac ſine teſte dãnaſſet,tum homo nefarius de homine nobili, atq; id ætatis,ſuoq; hoſpite, virgis ſupplicĩũ crudeliſſime ſumeret.Qđ cũ eſſet perſpicuũ,de amicoq; hoſpitũq; ſuoq; ſententia, Thermis Sthenius Romã profugit:hyemi fluctibuſq; ſeſe cõmittere maluit,q̃ nõ iſtã cõmu

Impertire dolorem.

Profiteretť operam.

Himera.

Capella.

Hoſpita.

Crearẽt alí qd piculi.

nem Siculorũ tempestatẽ,calamitatẽq; vitare.Iste homo certus, & diligẽs,ad horam octauã prẽsto est:Stheniũ citari iubet,quẽ posteaq; videt nõ adesse,dolore ardere,atq; iracũdia furere cœpit: Venerios in domũ Sthenii mittere:equites circũ agros ei9,villasq; dimittere.Itaq; cum expectat qdnã sibi certi afferat,ante horã tertiã noctis de foro nõ discessit.Postridie mane descẽdit,Agathinũ ad sese vocat,iubet eũ de literis publicis in absentẽ Sthenium dicere. Erat eiusmodi causa,vt ille ne sine aduersario qdẽ apud inimicũ iudicẽ reperire posset qd diceret,Itaq; tãtũ verbo posuit,Sacerdote prętore,Stheniũ literas publicas corrupisse.Vix ille hoc dixerat,cũ iste ꝓnũciat Stheniũ literas publicas corrupisse videri. Et hęc pręterea addidit homo Venerius nouo mõ,nullo exẽplo,ob eã rẽ HS.quingẽties Veneri Erycinę de Sthenii bonis exacturũ,bonaq; eius statim cœpit vẽdere.Et vẽdidisset,si tãtulũ morę fuisset,quominus ei pecunia illa numerarẽt. Ea posteaq; numerata est,contentus hac iniquitate nõ fuit: palam de sella,ac tribunali pronũciat,si qs absentẽ Stheniũ rei capitalis reũ facere vellet,sese eius nomen recepturũ.& simul vt ad causam accederet,nomẽq; deferret,Agathinũ nouũ affinem atq; hospitẽ cœpit hortari. Tũ ille clare, oĩbus audiẽtibus,sese id nõ esse facturũ,neq; se vsq; eo Sthenio esse inimicũ,vt eũ rei capitalis affinẽ esse diceret. Hic tũ repente Pacilius quidã homo egẽs,& leuis accedit:ait,si liceret,nomẽ absentis deferre se velle.Iste vero,& licere,& fieri solere,& se recepturũ.Itaq; deferẽt,edicit statim vt Cal.Decẽb.adsit Sthení9 Syracusis.Hic,q Romã venisset,satisq; feliciter anni iã aduerso tẽpore nauigasset,oĩaq; habuisset æquiora,& placabiliora q animũ Prętoris,atq; hospitis,rẽ ad amicos suos detulit,q vt erãt acerba,atq; indigna,sic videbanẽ oĩb9.Itaq; in Senatu cõtinuo Cn.Lẽtulus,& Lucullus cõss, faciũt mẽtionẽ placere statui,si Patrib9 C.videreẽ,ne absentes hoĩes in ꝓuinciis rei fierẽt rerũ capitaliũ:causam Sthenii totã,& isti9 crudelitatẽ,& iniqtatẽ Senatũ docẽt.Aderat in Senatu Verres,pater istius,& flens vnũquẽq; Senatorẽ rogabat,vt filio suo parceret, neq; tamẽ multũ ꝓficiebat.Erat emẽ summa volũtas Senat9.Itaq; sentẽtię dicebanẽ,cũ Stheníus absens reus factus esset,de absente iudiciũ nullũ fieri placere:& si qd esset factũ, id ratũ esse nõ placere.Eo die transigi nihil potuit,ꝙ & id tẽporis erat, & ille pater istius inuenerat homines qui dicẽdo tẽpus cõsumerẽt.Postea senex Verres defensores,atq; hospites oẽs Sthenii cõuenit,rogat eos,atq; orat,ne oppugnẽt filiũ suũ,de Sthenio ne laborẽt:cõfirmat his,curatu rũ se esse,ne quid ei ꝑ filiũ suũ nocereẽ:se hoĩes certos eius rei causa ĩ Sicilią,& terra,& mari missurũ:& erat spatiũ dierũ fere trigĩta ante Cal.Decẽbris,quo iste,vt Syracusis Stheníus adesset,edixerat.Commouẽtur amici Sthenii, sperant fore,vt patris literis,nunciisq;,filius ab incepto furore reuocetur:in Senatu postea causa non agitur. Veniunt ad istum domestici nuncii,literasq; a patre afferunt ante Calen.Decembris, cum isti etiam tum de Sthenio integra tota res esset: eodemq; ei tempore de eadem re literę complures a multis eius amicis,ac necessariis afferuntur. Hic iste, qui prę cupiditate, neq; officii sui,neq; piculi,neq; pietatis, neq; humanitatis rationẽ habuisset vnq̃,neq; in eo,qd̃ monebaẽ,auctoritatẽ patris, nec ĩ eo qd̃ rogabaẽ,voluntatem anteponendã putauit libidini suę. Mane Cal.Decẽbris,vt edixerat, Stheniũ citari iubet.Si abs te istã rẽ parẽs tu9 alicuius amici rogatu,benignitate,aut ambitiõe inducẽ9 petisset,grauissima tamẽ apud te volũtas patris eẽ debuisset.Cũ vero abs te tui capitis causa pęteret,hoĩesq; certos domo misisset,hiq; eo tpe ad te venissent,cũ tibi ĩ ĩtegro tota res esset,ne tũ qdẽ te potuit si nõ pietatis,at salutis tuę ratio ad officiũ sanitatẽq; reducere!Citat reũ,non respõdet.citat accusatorẽ,(attendite quæso,videte quãtopere istius amẽtię fortuna ipsa aduersata sit,& simul videte qs Sthenii causam casus adiuuerit)citatus accusator M.Pacilius nescio quo casu non respõdit,nõ affuit.si pręsens Stheníus reus esset factus,si manifesto in maleficio tenereẽ,tamẽ cũ accusator non adesset, Stheniũ condẽnari nõ oporteret.Etenĩ si posset reus absente accusatore dãnari,nõ ego a Vibone Veliam paruulo nauigio inter fugitiuorũ,ac prædonũ,ac tua tela venissem.Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cũ pęriculo capitis,ob eã causam,ne tu ex reis eximerere,si ego nõ affuissem ad diem.Quod igiẽ erat in tuo iudicio optatissimum,me cum citatus essem,nõ adesse,cur Sthenio non putasti prodesse oportere,cum eius accusator nõ affuisset!Itaq; fecit vt exitus principio simillimus reperiretur.quẽ absentem reũ fecerat,eũ absente accusatore cõdemnat. Nũciabatur illi primis illis tẽporibus id, quod pater quoq; ad eum pluribus verbis scripserat, agitatam rem esse in senatu,etiam in concione Tribunum ple.de causa Sthenii M. Palicanũ esse questũ:postremo me ipsum apud collegiũ hoc tribunoꝝ plebis,cũ eorũ oĩm edicto nõ li

Affinis rei capitalis.

Id tẽporis.

Citare reũ

Eximere ex reis.

Actio.IIII.

ceret quẽq̃ Romæ esse,q rei capitalis cõdemnatus esset,egisse causam Sthenii.Cũ rem ita ex posuissem,quẽadmodũ nunc apud vos,docuissemq; hanc dãnationẽ duci nõ oportere,Tribunos ple.hoc statuisse,idq; omniũ sentẽtia pronunciatũ esse,nõ videri Sthenium impẽdiri edicto,quo minus ei liceret Romæ esse.Cũ hæc ad istũ afferrent,timuit aliquando,& cõmotus est:vertit stylũ in tabulis suis, quo facto causam omnẽ euertit suã. Nihil em̃ sibi reliqui fecit,qđ defendi aliqua ratione posset.Nam si ita defenderet, recipi nomẽ absentis licet, hoc fieri in prouincia nulla lex vetat,mala & improba defensione,verũ aliqua tamẽ vti videret. Postremo illo desperatissimo pẽrfugio vti posset,se imprudẽtem fecisse, existimasse id licere. Q̃q̃ hęc pẽrditissima defensio est,tamẽ aliqd dici videret.Tollit ex tabulis id qđ erat:& facit coram delatũ esse.Hic videte in quot laqueos se†induerit: quorũ ex nullo se vnq̃ expediret. Primũ ipe in Sicilia sępe,& palã de loco superiore dixerat:& in sermone multis demõstrarat, licere nomen recipere absentis:se exemplo fecisse id,qđ fecisset.Hæc eũ dictitasse prioré actione & Sex.Põpeius Chlorus dixit,de cuius virtute antea cõmemoraui,& Cn.Põpeius Theodorus,homo Cn.Pompeii clarissimi viri iudicio plurimis maximisq; in rebus probatissim⁹, & omniũ existimatione ornatissimus,& Possides Matro Solẽtinus,homo summa nobilitate, existimatione,virtute:& hac actione q̃ voletis multi dicent,& qui ex isto ipso audierint,viri primarii nostri ordinis,& alii qui interfuerint,cũ absentis nomen reciperetur.Deinde Romæ cũ res esset acta in Senatu,omnes istius amici,in his etiã pater eius,hoc defendebat:licere fieri,sępe esse factũ:istũ,qđ fecisset,aliorũ exẽplo,institutoq; fecisse. Dicit pręterea testimoniũ tota Sicilia,quę in cõmunibus postulatis ciuitatũ oim Cõsulibus edidit:rogare,atq; orare patres cõscriptos,vt statuerẽt,ne absentiũ noia reciperent.Qua de re Cn.Lẽtulũ patronũ Sicilię,clarissimũ adolescentẽ dicere audistis:Siculos,cũ se causam, quæ p his sibi in Senatu agẽda esset,docerent,de Sthenii calamitate questos esse:propterq; hãc iniuriã, quę Sthenio facta esset,eos statuisse,vt qđ dico postularet.Quę cũ ita essent,tãta ne amentia pditus, atq; audacia fuisti,vt in re tã clara,tã testata,tã abste ipso†pruulgata,tabulas publicas corrũpere auderes!At quẽadmodũ corrupisti! nõne ita,vt omnibus nobis tacentibus ipsę te tuę tabulę condẽnare possent!Quęso codicẽ circũfer, ostende.Videtis ne totũ hoc nomẽ,corã vbi facit delatũ,esse in litura!qd fuit istic antea scriptũ!qđ mẽdũ ista litura correxit! Quid a nobis Iudices expectatis argumẽta huius criminis!nihil dicimus,tabulę sunt in medio, quæ se corruptas atq; interlitas esse clamãt.Ex istis etiã tu rebus effugere te posse cõfidis!cũ te nos, nõ opinione dubia,sed tuis vestigiis psequamur,quę tu in tabulis publicis expressa ac recentia reliquisti.Is mihi etiã, Sthenii literas publicas corrupisse causa incognita iudicauit,qui defendere nõ potuerit se nõ ex ipsius Sthenii noie literas publicas corrupisse. Videte porro aliã demẽtiã:videte,vt dñ expedire sese vult,induat.Cognitorẽ ascribit Sthenio:quẽ! cognatũ aliquẽ,aut ppinquũ!nõ.Thermitanũ aliquẽ honestũ hominẽ,ac nobilẽ!ne id qdẽ.At Siculũ,in quo aliquis splendor,dignitasq; esset!minime.Quid igit!Ciuẽ Romanũ: cui hoc probari potest!cũ esset Sthenius ciuitatis suę nobilissimus, amplissima cognatione,plurimis amicitiis,cum pterea tota Sicilia multũ auctoritate,& gratia posset, inuenire neminẽ Siculũ potuit,qui pro se cognitor fieret!hoc probabitis!an ipse Ciuẽ Romanũ maluit!Cedo cui Siculo,cũ is reus fieret,Ciuis Romanus cognitor factus vnq̃ sit.Omnium pretorũ literas, q ante fuerunt,profer:explica:si vnum inueneris,ego hoc tibi quẽadmodũ in tabulis scriptũ habes ita gestũ esse concedã.At,credo,Sthenius hoc sibi amplũ esse putauit:eligere e Ciuiũ Ro.numero,ex amicoꝝ,atq; hospitũ suoꝝ copia,quẽ cognitorẽ daret. Quẽ delegit!qs ĩ tabulis scriptus est!C.Claudius C.Filius Palatina.Nõ quæro quis hic sit Claudius,q̃ splẽdidus,q̃ honestus,q̃ idoneus:propter cuius auctoritatẽ,& dignitatẽ Sthenius ab omnium Siculorũ cõsuetudine discederet,& ciuẽ Romanum cognitorẽ daret.Nihil horũ quęro.Fortasse em̃ Sthenius nõ splendorẽ hominis,sed familiaritatẽ secutus est.Quid!si omnium mortalium Sthenio nemo inimicior,q̃ hic C.Claudius,tum semp, tum in his ipsis rebus,& tẽporibus fuit: si de literis corruptis contrauenit:si contra omni ratione pugnauit:vtrũ potius pro Sthenio inimicũ cognitorẽ esse factũ,an te in Sthenii pericului inimici eius noie abusum esse credemus! Ac ne quis forte dubitet, cuiusmodi totũ sit negotiũ, tametsi iandudũ oĩbus istius improbitatẽ pspicuã esse confido,tamẽ paululũ etiã attendite. Videtis illũ subcrispo capillo,nigrum!qui eo vultu nos intueť,vt sibi ipse peracutus esse videat!q tabulas tenet! qui scribit! qui monet!qui proximus est!is est C.Clodius,qui in Sicilia sequester istius,interpres,confe-

Vertere stylum.

†induxerit Induere in laqueos.

Prædítus amentia.

†puagata.

Mendum.

Subcrisp⁹ capillus.

Sequester.

ctor negotiorũ, propꝫ collega Timarchidi numerabaꝫ: nũc obtineat eũ locũ, vt vix Apronio illi de familiaritate cõcedere videatur: & q se nõ Timarchidis, sed ipsius Verris collegã & socíũ esse dicebat. Dubitate etiã si potestis, quin eũ iste potissimũ ex omni numero delegerit, cui improbã psonã imponeret, quẽ & huic inimicissimũ, & sibi amicũ esse arbitraretꝫ. Hic vos dubitatis Iudices tãtã istiꝰ audaciã, tãtã crudelitatẽ, tãtã iniuriã vindicare! dubitatis exemplũ iudicũ illorũ seq, q dãnato Cn. Dolabella dãnationẽ Philodami Opuntii rescidertũt! qꝫ is, nõ absens reus factus esset, q̃ res iniqssima, & acerbissima est, sed cũ ei legatio Romã a suis ciuibus esset data. Qđ illi iudices multo ĩ leuiore causa statuerũt ęquitatẽ secuti, vos id statuere in grauissima causa, prẽsertim aliorũ auctoritate iã cõfirmatũ dubitabitis! At quẽ hoiem C. Verres tãta, tã insigni iniuria, affecisti! cuius absentis nomẽ recepisti! quẽ absentẽ non modo sine crimine, & sine teste, verũ etiã sine accusatore dãnasti! quẽ hoiem dii immortales. nõ dicã amicũ tuũ, qđ apud hoies charissimũ est: nõ hospitẽ, qđ sanctissimũ est: nihil enĩ minus libẽter de Sthenio cõmemoro: nihil aliud in eo quod reprehẽdi possit inuenio, nisi qꝫ homo frugalissimꝰ, atqꝫ integerrimꝰ, te hoiem plenũ stupri, flagitii, sceleris, domũ suã inuitauit: nisi qꝫ qui C. Marii, & Cn. Põpeii, C. Marcelli, L. Sisennę, tui defensoris, cęterorũ fortissimoꝝ hospes fuisset, atqꝫ esset, ad eũ numerũ clarissimorũ hominũ tuũ quoqꝫ nomẽ ascripserit. Quare de hospitio violato, & de isto tuo nefario scelere nihil queror. hoc dico, nõ his q Sthenium norũt, hoc est nemini eorũ q in Sicilia fuerũt. Nemo emĩ ignorat, quo hic in ciuitate sua splẽdore, qua apud oẽs Siculos dignitate, atqꝫ existimatione sit. sed vt illi quoqꝫ, q in ea ꝓuincia nõ fuerũt, intelligere possint, in quo hoie tu statueris exẽplũ eiusmodi, qđ tũ ꝓpter iniqtatẽ rei, tũ etiã ꝓpter hois dignitatẽ, acerbũ oĩbus, atqꝫ intolerãdũ videretꝫ. Est ne Sthenius is, q oẽs honores domi suę facillime cũ adeptꝰ esset, amplissime, ac magnificẽtissime gessit! q oppidũ nõ maximũ, maximis ex pecunia sua locis cõibus, monimẽtisqꝫ decorauit! cuius de meritis in Rẽp. Thermitanorũ, Siculosqꝫ vniuersos, fuit ęnea tabula fixa Thermis in curia! in qua publice erat de huius beneficiis scriptũ & incisum. quę tabula tũ imperio tuo reuulsa, nũc a me tamẽ reportata est: vt oẽs, huius honores inter suos, & amplitudinẽ possent cognoscere. Est ne hic, q apud Cn. Põpeiũ clarissimũ virũ cũ accusatus esset, qꝫ ꝓpter C. Marii familiaritatẽ, & hospitiũ cõtra Rẽp. sensisse eũ inimici, & accusatores eius dicerẽt: qꝫ tũ magis iuidioso crimine, q̃ vero accerseretꝫ: ita a Cn. Põpeio absolutus est, vt in eo ipso iudicio Põpeiꝰ hũc hospitio suo dignissimũ statuerit! ita porro laudatꝰ defensusqꝫ ab oĩbus Siculis, vt idẽ Põpeius nõ ab homine solũ, sed etiã a ꝓuincia tota se huius absolutiõe inire gratiã arbitraretꝫ! Postremo est ne hic, q & animũ in Rẽp. habuit eiusmodi, & tantũ auctoritate apud suos ciues potuit, vt pficeret in Sicilia solus te prętore, qđ nõ modo Siculus nemo, sed ne Sicilia qdẽ tota potuisset: vt ex oppido Thermis nullum signũ, nullũ ornamẽtum, nihil ex sacro, nihil de publico attingeres! cũ prẽsertim essent multa preclara, & tu oĩa cõcupisses. Deniqꝫ nũc vide qd inter te, cuius noĩe apud Siculos dies festi agitantꝫ, & ꝑclara illa Verrea celebrantꝫ, cui statuę Romę stãt inauratę a cõmuni Sicilia, quẽadmodũ inscriptũ videmꝰ, datę. Vide inquã qd inter te & hũc Siculũ, qui abs te est patrono Sicilię cõdẽnatus, interfit. Hunc ciuitates ex Sicilia permultæ testimonio suo, legationibusqꝫ ad eam rem missis publice laudãt: te oĩm Siculorum patronũ vna Mamertina ciuitas socia furtorũ ac flagitiorũ tuorũ, publice laudat, ita tamẽ nouo more, vt legati lędãt, legatio laudet: cętęrę quidẽ ciuitates publice literis, legationibus, testimoniis accusant, querũtur, arguũt: si tu absolutꝰ fis, funditus euersas se eẽ arbitrãtur. Hoc de homine, ac de huius bonis etiã in Eryco monte monimentum tuorum flagitiorum crudelitatisqꝫ posuisti, in quo Sthenii Thermitani nomen ascriptum est. Vidi argenteũ Cupidinẽ cũ lãpade. quid tandẽ habuit argumenti, aut rationis res, quãobrem in eo potissimum Sthenianum prẽmiũ poneretur! vtrũ hoc signũ cupiditatis tuę: an tropheum necessitudinis, atqꝫ hospitii: an amoris indicium esse voluisti! Faciũt hoc homines, quos in summa nequitia nõ solũ libido, & voluptas, verũ etiã ipsius nequitię fama delectat, vt multis ĩ locis notas ac vestigia scelerũ suorũ relinqui velint. Ardebat amore illiꝰ hospitę, propter quã hospitii iura violarat. hoc nõ solũ sciri tũ, verũ etiã cõmemorari semp volebat. Itaqꝫ ex illa ipa re, quã accusante Agathino gesserat, Veneri potissimũ deberi prẽmiũ statuit, quę illã totam accusationem iudiciũqꝫ cõflarat. Putarẽ te gratũ in deos, si hoc donũ Veneri nõ de Sthenii bonis dedisses, sed de tuis: quod facere debuisti, præsertim cũ tibi illo ipso anno a Chelidone

Cõcedere illi de familiaritate.

Isto tuo.

Incisum in tab. ænea.

Accerseret inuidioso crimine.

Inauratæ statuę.

Cupido argenteus.

Cõflarat iudicium.

veniſſet hæreditas.Hic ego ſi hãc cauſam nõ omniũ Siculorũ rogatu recepiſſem:ſi hoc a me muneris nõ vniuerſa prouincia popoſciſſet:ſi me animus atq; amor in Republica, exiſtimatioq; offenſa noſtri ordinis,ac iudiciorũ nõ hoc facere coegiſſet, atq; hæc vna cauſa fuiſſet, q; amicũ atq; hoſpitẽ meũ Sthenĩũ, quẽ ego in quęſtura mea ſingulariter dilexiſſem,de quo optime exiſtimaſſem,quẽ in prouincia exiſtimationis meę ſtudioſiſſimũ,cupidiſſimumq; cognoſſem,tam crudeliter,ſcelerate,nefarieq; tractaſſes:tamẽ digna cauſa,cur inimicitias hominis ĩprobiſſimi ſuſcipĕrẽ,vt hoſpitis ſalutẽ fortunaſq; defenderẽ.Fecerũt hoc multi apud maiores noſtros:fecit etiã nuper homo clariſſimus Cn.Domitius,qui M.Syllanũ cõſularem virum accuſauit propter Egritomari tranſalpini hoſpitis iniurias.putarẽ me idoneũ qui ex emplũ ſequerer humanitatis,atq; officii, proponerẽq; ſpem meis hoſpitibus, ac neceſſariis, quo tutiorẽ vitã ſeſe meo præſidio victuros eſſe arbitrarent.Cũ vero in cõmunibus iniuriis totius prouinciæ Sthenii quoq; cauſa cõtineat,multiq; vno tẽpore a me hoſpites, atq; amici publice,priuatimq; defendant,profecto vereri nõ debeo,ne qs hoc qđ facio,non exiſtimet ſummi officii ratione ĩpulſum coactũq; ſuſcepiſſe. Atq; vt aliquãdo de rebus ab iſto cognitis,iudicatiſq;,& de iudiciis datis dicere deſiſtamus:& quoniã facta iſtius in his generib⁹ infinita ſunt,nos modũ aliquẽ,& finẽ orationi noſtrę,criminibuſq; faciamus:pauca ex aliis generibus ſumemus. Audiſtis ob ius dicũdũ Q.Varium dicere procuratores ſuos iſti centũ & triginta millia nummũ dediſſe:meminiſtis Q.Varii teſtimoniũ,remq; hãc totã C.Sacerdotis hominis ornatiſſimi teſtimonio cõprobari:ſcitis Cn.Sertiũ,M.Modiũ equites Romanos,ſexcentos pręterea ciues Ro.multoſq; Siculos dixiſſe,iſti pecuniã ob ius dicũdũ dediſſe. de quo crimine qd ego diſputẽ,cũ totũ poſitũ ſit in teſtibus! quid porro argumẽter, qua de re dubitare nemo poſſit! An hoc dubitabit quiſq; omniũ,quin is venalẽ ĩ Sicilia iuriſditionẽ habuerit,qui Romę totũ edictũ,atq; omnia decreta vendiderit! & quin ab Siculis ob decreta interponẽda pecuniam acceperit,qui M.Octauium Ligurem ob ius dicundum popoſcerit. Quod enĩ prætera genus pecuniæ cogendæ prætermiſit! qđ non ab omnibus aliis prętermiſſum, excogitauit! ecquæ res apud ciuitates Siculas expetit,in qua aut honos aliquis ſit,aut poteſtas,aut procuratio,quin eam rem tu ad tuũ quęſtum,nundinationẽq; hominũ traduxeris! Dicta ſunt priore actione,& priuatim,& publice teſtimonia:legati Centuripini,Haleſini,Catinenſes,Panormitaniq; dixerũt,multarũ prętera ciuitatũ.iam vero priuatim plurimi.quorum ex teſtimoniis cognoſcere potuiſtis,tota Sicilia per triennĩũ neminẽ vlla in ciuitate Senatorẽ factum eſſe gratis:neminem,vt leges eorum ſunt,ſuffragiis, neminẽ niſi iſtius imperio,aut literis:atq; in his omnibus Senatoribus cooptandis,nõ modo ſuffragia nulla fuiſſe, ſed ne genera qdem ſpectata eſſe,ex qbus in eũ ordinẽ cooptari liceret,neq; cenſus,neq; ætatis,neq; cætera Siculorũ iura valuiſſe. Quicũq; Senator voluerit fieri,q̃uis puer,q̃uis indignus,q̃uis ex eo loco,ex quo nõ liceret,ſi is precio apud iſtum fieret idoneus,vt vinceret,factum eſſe ſemp:nõ modo Siculorũ nihil in hac re valuiſſe leges,ſed ne ab Senatu qdẽ populoq; Ro.datas.Quas em̃ leges ſociis amiciſq; dat is,q habet ĩperiũ a populo Romano,auctoritatẽ legũ dandarũ a Senatu,hę debẽt & populi Ro.& Senatus exiſtimari.Haleſini pro multis,& magnis ſuis,maiorũq; ſuorũ in Remp.noſtrã meritis,atq; beneficiis,ſuo iure,nuper L. Licinio Q.Mutio Coſſ.cũ haberẽt inter ſe cõtrouerſias de Senatu cooptando,leges ab Senatu nr̃o petiuerũt.Decreuit Senatus honorifico S.C.vt his C.Claudius Appii filius Pulcher Prætor de Senatu cooptando leges cõſcriberet.C.Claudius adhibitis omnibus Marcellis,q tũ erant,de eorum ſentẽtia leges Haleſinis dedit.in qbus multa ſanxit de ætate hominũ, ne quis minor triginta annis natu,de quæſtu,quẽ q feciſſet,ne legeret,de cenſu,de cęteris reb⁹. quæ omnia ante iſtũ prætorẽ,& noſtrorũ magiſtratuũ auctoritate,& Haleſinorũ ſumma voluntate valuerũt.Ab iſto & præco q voluit,iſtũ ordinẽ precio mercatus eſt,& pueri annorũ ſenũ ſeptenũq; denũ Senatoriũ nomen nundinati ſunt:& qđ Haleſini antiquiſſimi, & fideliſſimi ſocii,atq; amici Romę impetrarãt, vt apud ſe ne ſuffragiis qdẽ fieri liceret,id precio vt fieri poſſet,effecit.Agrigentini de Senatu cooptando Scipionis leges antiquas habẽt.in quibus & eadẽ illa ſancta ſunt,& hoc amplius.Cũ Agrigentinorũ duo genera ſint,vnũ veterũ, alterũ colonorũ,quos T.Manlius Prętor ex S.C.de oppidis Siculorũ deduxit Agrigẽtũ,cautũ eſt in Scipionis legibus,ne plures eſſent ex Colonorũ numero,q̃ ex vetere Agrigentinorũ. Iſte qui omia iura precio exequaſſet,omniũq; rerũ delectũ, atq; diſcrimẽ pecunia ſuſtuliſſet, non modo illa, quæ erant ætatis, ordinis, quæſtuſq; permiſcuit, ſed etiam in his duobus

Senũ,ſeptenumq; denum.

generibus ciuiũ nouorũ,veterũq; delectũ ordinẽq; turbauit.Nã cũ esset ex veterũ numero q dã Senator demortuus,& cũ ex vtroq; genere par numerus reliquus esset, veterẽ cooptari necesse erat legibus,vt his amplius numerus esset.Quę cũ ita se res haberet,tamẽ ad istũ venerũt emptũ locũ illũ Senatoriũ nõ solũ veteres,sed etiã noui.fit vt precio nouus vincat, literasq; a prætore afferat.Agrigẽtini ad istũ legatos mittũt,q eũ leges doceãt,cõsuetudinẽq; omniũ annorũ demõstrẽt,vt iste intelligeret,ei se illũ locũ vẽdidisse,cui ne cõmerciũ qdẽ eẽ oporteret. Quorũ oratione iste,cũ preciũ iam accepisset,ne tãtulũ quidẽ cõmotus est.Idẽ fecit Heracleæ.Nã eo quoq; colonos P.Rupilius deduxit,legesq; similes de cooptãdo senatu, ac de numero veterũ,ac nouorũ dedit.Ibi nõ solũ iste,vt apud cæteros,pecuniã accepit,sed etiã genera veterũ,ac nouorum, numerũq; permiscuit.Nolite expectare dum oẽs obeam oratione mea ciuitates,hoc vno cõplector crimine oĩa::neminẽ isto Prętore Senatorem fieri potuisse,nisi q isti pecuniã dedisset.Hoc idẽ trãsfero in magistratus,curatiões,sacerdotia:qbus in rebus nõ solũ hominũ iura,sed etiã deorũ religiones immortaliũ oẽs repudiauit. Syracusis lex est de religione,quæ in annos singulos Iouis sacerdotẽ sortito capi iubeat:qd apud illos amplissimũ sacerdotiũ putat.Cũ suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt,res reuocat ad sortẽ.Perfecerat iste imperio,vt pro suffragio Theomnastus familiaris suus in tribus illis renũciaret.In sorte,cui imperare nõ poterat,expectabãt hoĩes qdnã acturus esset. homo id qd erat facillimũ,primo vetat sortiri,iubet extra sortẽ Theomnastũ renũciari. negant id Syracusani per religiones sacrorũ vllo modo fieri posse:fas deniq; negãt esse.Iubet ille sibi legem legi. recitat. in qua scriptũ erat:vt quot essent renũciati,tot in hydriã sortes coniicerent:cuius nomẽ exisset,vt is haberet sacerdotiũ.Homo ingeniosus,& peracutus,optime inquirit.Nempe scriptũ ita est,quot renũciati erũt.Quot ergo sunt renũciati?respõsum,tres.nũ quid igit oportet,nisi tres sortes cõiici?vnã educi?nihil.cõiici iubet tres, in qbus oĩbus scriptũ esset nomẽ Theomnasti.Fit clamor maximus, cũ id vniuersis indignũ,atq; nefariũ videret.Ita Iouis illud sacerdotiũ amplissimũ per hãc rationẽ Theomnasto dat. Cephaledi mẽsis est certus,quo mẽse sacerdotẽ maximũ creari oporteat.erat eius honoris cupidus Arthenio qdã,Climachias cognomine,homo sane locuples,& domi nobilis:sed is fieri nullo modo poterat,si Herodot9 qdã adesset. ei locus ille,atq; honos in illũ annũ ita deberi putabat, vt ne Climachias qdem cõtradiceret.Res ad istũ defertur, & isti9 more decidit. Toreumata sane nota,ac preciosa auferunt. Herodotus Romæ erat, satis putabat se ad comitia tẽpore venturũ,si pridie venisset.Iste ne aut alio mense ac fas erat,comitia haberent,aut Herodoto præsenti honos adimeret,id qd iste nõ laborabat,Climachias minime volebat,excogitat. dixi iandudũ,nõ est homo acutior quisq̃,nec fuit. Excogitat inquã,quẽadmodũ mense illo legitimo,comitia haberent,nec tamẽ Herodotus adesse posset.Est cõsuetudo Siculorũ,cæterorũq; Græcorũ, q suos dies mẽsesq; cõgruere volũt cũ solis lunæq; ratione, vt nõnunq̃ si quid discrepet,eximãt vnũ aliquẽ diẽ,aut summũ biduũ ex mẽse, quos illi Exheresimos dies nominãt.Itẽ nõnũq̃ vno die longiorẽ mẽsem faciũt,aut biduo.Quę iste cum cognouisset,nouus astrologus,q nõ tam cæli rationẽ,q̃ cælati argẽti duceret,eximi iubet nõ diem ex mẽse, sed ex anno vnũ dimidiatũq; mẽsem hoc modo,vt quo die (verbi causa) eẽ oporteret Idus Ianuarias,eo die Cal.Martias pscriberet.itaq; fit oĩbus recusantibus,& implorantibus. dies is erat legitimus comitiis habẽdis.eo modo sacerdos Climachias renunciatus est . Herodotus cũ Roma reuertit,dies vt ipse putabat,qndecim ante comitia, offendit eũ mẽsem comitialẽ comitiis iam abhinc triginta diebus habitis.Tũc Cephaleditani decreuerũt intercalariũ.XLV.dies lõgũ,vt reliqui mẽses in suã rationẽ reuerterent.Hoc si Romę fieri posset,certe aliqua rõne expugnasset iste,vt dies.XLV.iter binos ludos tollerent,p quos solos iudiciũ fieri posset. Iam vero Censores quẽadmodũ in Sicilia isto prætore creati sunt,operępreciũ est cognoscere.Ille em est magistratus apud Siculos,q diligentissime mandat a populo ppter hanc causam,q oẽs Siculi ex censu quotannis tributa cõferũt: in cẽsu habendo potestas oĩs æstimationis habendę,summæq; faciũdę censori permittit.itaq; eũ populus,cui maximã fidẽ suarũ rerũ habeat,maxima cura deligit: & propter magnitudinẽ potestatis hic magistratus a populo summa ambitione cõtẽdit.In ea re nihil obscure facere voluit, nõ in sortitiõe fallere,neq; dies de fastis eximere,nihil sane vafre nec malitiose facere conatus est. sed vt studia, cupiditatesq; honorũ, atq; ambitiões ex oĩbus ciuitatib9 tolleret,quę res euertẽdę Reipubli cæ causa solẽt esse,ostendit sese in oĩbus ciuitatibus Censores esse facturum.Tanto mercatu

Demortu9

Sortito.

Toreumata.

Pridie.

Exheresimi.i.exemptiles.

Intercalarius mẽsis.

Censores Siculi.

Cõtẽditur magistrat9 a populo.

Mercatus.

Actio.IIII.

Prætoris indicto,concurrit vndiq; ad istũ Syracusas,flagrabat domus tota prætoria studio hominũ,& cupiditate:nec mirũ,oĩbus comitiis tot ciuitatũ vnã in domũ reuocatis, tãtaq; ambitione prouincię totius in vno cubiculo inclusa.Exquisitis palã preciis,& licitationibus factis describebat Censores binos in singulas ciuitates Timarchides.is suo labore,suisq; accessionibus huius negotii,atq; operis molestiã cõsequebat,vt ad istũ sine vlla sollicitudine summa pecunia referret.Iam hic Timarchides quantã pecuniã fecerit,plane adhuc cognoscere nõ potuistis:verũtamẽ priore actione,q̃ varie,q̃ improbe prędatus esset,multorũ ex testimoniis cognouistis.Sed ne miremini qua ratione hic tantũ apud istũ libertus potuerit,exponã vobis breuiter,qd hominis sit,vt & istius nequitiã,q illũ secũ habuerit,eo præsertim numero ac loco,& calamitatẽ prouincię cognoscatis.In mulierũ corruptelis,& in omni eiusmodi luxuria,atq; nequitia mirandũ in modũ reperiebã hũc Timarchidẽ ad istius flagitiosas libidines,singularẽq; nequitiã natũ,atq; aptũ fuisse,inuestigare,adire,appellare,corrũpere,quid uis facere in eiusmodi rebus,q̃uis callide,q̃uis audacter,q̃uis impudenter.eundẽ mira quædam excogitare genera furandi:nã ipsum Verrẽ tantũ semper auaritia hiante,atq; imminenti fuisse ingenio, & cogitatione nulla,vt qcquid sua sponte faciebat,itẽ vt vos Romę cognouistis,eripere potius,q̃ fallere videret.Hæc vero eius erat ars, & malitia mirãda,q; acutissime tota prouincia qd cuiq; esset necesse,indagare,& odorari solebat,omniũ inimicos diligẽter cognoscere,colloqui,attentare,ex vtraq; parte causas,volũtates perspicere,facultates, & copias:qbus opus esset,metũ afferre:qbus expediret,spem ostẽdere:accusatorum,& quadruplatorũ qcquid erat,habebat in potestate:qd cuiq; negotii cõflari volebat,nullo labore faciebat:istius oĩa decreta,imperia,literas peritissime,& callidissime vẽditabat. Ac nõ solum erat administer istius cupiditatũ,verũ etiã ipse sui meminerat æque:nõ solũ nummos,si q isti exciderant,tollere solebat,ex qbus pecuniã maximã fecit,sed etiã voluptatũ,flagitiorũq; istius ipse reliquias colligebat.Itaq; in Sicilia nõ Athenionẽ,qui nullũ oppidum cepit,sed Timarchidẽ fugitiuũ oĩbus oppidis per trienniũ scitote regnasse:in Timarchidis potestate sociorũ populi Ro.antiquissimorũ,atq; amicissimorũ liberos,matresfamilias,bona,fortunasq; omnes fuisse.Is igit,vt dico,Timarchides in oẽs ciuitates accepto precio Cẽsores dimisit. comitia isto prætore Censorũ ne simulãdi qdẽ causa fuerũt.Iam hoc impudẽtissime.palã(licebat enĩ videlicet legibus)singulis Cẽsoribus denarii trecẽti ad statuã prætoris imperati sunt.Censores.CXXX.facti sũt.pecuniã illã ob cẽsurã cõtra leges,clã dederũt:hæc denaria †XXXIX. millia palã saluis legibus cõtulerũt in statuã.Primũ quo tantã pecuniã!deinde quãobrẽ Cẽsores ad statuã tibi cõferebãt!ordo aliquis Censorũ est collegiũ!genus aliquod hominũ!Nã aut publice ciuitates istos honores habent:aut si generatim,hoĩes,vt aratores,vt mercatores,vt nauicularii.Censores quidẽ q magis,q̃ Aediles!ob beneficiũ!ergo hoc fatebere, abs te hæc petita esse,nã empta nõ audebis dicere,te eos magistratus hoĩbus beneficii nõ reip. causa permisisse!Hoc aũt tute fatebere! quisq̃ dubitabit, quin tu istam apud populos prouinciæ istius inuidiã atq; offensionẽ nõ ambitionis,neq; beneficiorũ collocandorũ,sed pecuniæ conciliandæ causa susceperis!Itaq; Censores fecerũt idem,qd in nostra rep.solẽt ii,qui per largitionẽ magistratus adepti sunt:dederũt operã,vt ita potestatẽ gererẽt,vt illã lacunã rei familiaris explerẽt.Sic census habitus est te prętore,vt eo censu nullius ciuitatis respu.posset administrari.Nam locupletissimi cuiusq; census extenuarãt,tenuissimi auxerãt.Itaq; in tributis imperãdis tãtũ oneris plebi imponebat,vt etiã si hoĩes tacerẽt,res ipsa illũ censum repudiaret:id qd intelligi facillime re ipsa potest.Nã L.Metellus,q posteaq̃ ego inquirendi causa in Siciliã veni,repẽte Letilii aduẽtu istius nõ modo amicus,verũ etiã cognatus factus est, is q; videbat istius censum stare nullo modo posse, eũ censum obseruari iussit, q viro fortissimo,atq; innocẽtissimo Sex.Peduceo prętore habitus esset.Erãt enĩ tũ Cẽsores legibus facti, delecti a suis ciuitatibus,qbus si qd cõmisissent,pœnę legib⁹ erãt cõstitutæ. Te aũt prætore qui Cẽsor aut legẽ metuerit,qua nõ tenebat,quoniã creatus lege nõ erat!aut animaduersionẽ tuã,cũ id qd abs te emerat,vẽdidisset! Teneat iam sane meos testes Metellus, cogat alios laudare,sicut in multis conatus est,modo hæc faciat,quę fecit.qs enim vnq̃ tãta a quoq̃ cõtumelia,quis tanta ignominia affectus est!Quinto quoq; anno Sicilia tota censẽt,erat censa prętore Peduceo:quintus annus cum te prætore incidisset,censa denuo est.Postero anno L. Metellus mẽtionem tui census fieri vetat,cẽsores dicit de integro sibi creari placere,interea Peduceanũ cẽsum obseruari iubet. Hoc si tuus inimicus tibi fecisset,tãetsi aĩo æquo prouin

Quid hominis sit.

Imminenti ingenio.

†xxxviii.

Lacuna rei familiaris.

cia tulisset, inimici iudiciũ graue videret. fecit amicus recẽs, & cognatus volũtarius. Aliter enĩ, si prouinciã retinere, si saluus ipse in ꝓuincia vellet esse, facere nõ potuit. Expectas etiã quid hi iudicent? si tibi magistratũ abrogasset, minore ignominia te affecisset, q̃ cũ ea, quæ in magistratu gessisti, sustulit, atq; irrita iussit esse. Neq; in hac re sola fuit eiusmodi: sed anteq̃ ego in Siciliã veni, in maximis rebus, ac plurimis. Nã & Heraclio Syracusano tuos illos palæstritas bona restituere iussit, & Epicrati Bidinos, & pupillo Drepanitano A. Claudium: & nisi mature Letilius in Siciliã venisset cũ literis, minus. XXX. diebus Metellus totã trienniũ prꝛturã rescidisset. Et quoniã de ea pecunia quã tibi ad statuã Censores cõtulerũt, dixi, nõ mihi prętermittendũ videt, ne illud qdem genus pecuniæ cõciliatæ: quã tu a ciuitatibus statuarũ noĩe coegisti. Video em̃ eius pecuniæ summã esse pꝛgrãdẽ, ad HS. CXX. millia, tãtũ cõficit ex testimoniis, ac literis ciuitatũ: & iste hoc cõcedit, nec potest aliter dicere. Quare cuiusmodi putamus esse illa, quę negat, cũ hęc tam improba sunt, quę fatet? Quid enĩ vis cõstituí? cõsumptã esse omnẽ istã pecuniã in statuis? fac ita esse, tamẽ hoc ferẽdũ nullo modo est, tãtã ab sociis pecuniã auferri, vt oĩbus in angiportis prædonis improbissimi statuę ponãtur, qua vix tuto transire posse videamur. Verũ vbi tandẽ, aut in qbus statuis ista tanta pecunia cõsumpta est? Cõsumet inquies. scilicet expectemus legitimũ illud quinquenniũ. si hoc interuallo nõ cõsumpserit, tũ denicꝛ nomẽ eius de repetundis pecuniis statuarũ noĩe deferemus. Reus est maximis plurimisq; criminib⁹ ĩ iudiciũ vocatus, HS. CXX. millia ex hoc vno genere capta videmus. si cõdẽnatus eris, nõ opinor id ages, vt ista pecunia in quinquẽnio cõsumat in statuis. Sin absolutus eris, qs erit tã amẽs, q̃ te ex tot, tantisq; criminibus elapsum, post quinquennium statuarũ noĩe accersat? Ita si neq; adhuc cõsumpta ista pecunia est, & est perspicuum, non consumptũ iri, licet iam intelligamus inuẽtã esse rationẽ, quare & iste HS. CXX. millia vno genere conciliarit, & ceperit: & cæteri, si a vobis hoc erit cõprobatũ, q̃ volent magnas hoc nomine pecunias capere possint: vt iam videamur non a pecuniis capiendis homines absterrere, sed cum genera quædam pecuniarum capiendarũ cõprobaremus, honesta nomina turpissimis rebus imponere. Etenĩ si C. Verres HS. CXX. millia populum verbi gratia Centuripinũ popposcisset, eamq; ab his pecuniã abstulisset, non opinor esset dubium, quin eum, si tum id planũ fieret, condemnari necesse esset. Quid si eundẽ populũ HS. CCC. millia popposcit? eaq; coegit, atq; abstulit? num idcirco absoluet, q̃ ascriptũ est, eã pecuniã data statuarũ noĩe? Nõ opinor. nisi forte id agimus, nõ vt magistratib⁹ nostris †morẽ accipiẽdi, sed vt sociis causam dandi auferre videamur. Q̃ si quem statuæ magnopere delectant, & si qs earũ honore & gloria ducit, is hæc tamẽ cõstituat necesse est, primũ auerti pecuniã domũ non placere, deinde ipsarũ statuarũ modũ quendã esse oportere, deinde illud certe, ab inuitis exigi non oportere. Ac de auertenda pecunia, quæro abs te, vtrum ipsæ ciuitates solitę sint statuas tibi faciundas locare ei, cui possent optima cõditione locare? an aliquẽ curatorẽ prꝛficere, qui statuis faciundis præesset? an tibi, an cui tu imperasses adnumerare pecuniam? Nã si per eos statuæ fiebãt, a quibus tibi iste honos habebat, audio. sin Timarchidi pecunia numerabat, desine quæso simulare te, cũ in manifesto furto teneare, glorię studiosum, ac monimentorũ fuisse. Quid vero modũ statuarũ haberi nullum placet? atqui habeat necesse est. Etenĩ sic cõsiderate. Syracusana ciuitas (vt eã potissimũ nominẽ) dedit ipsi statuã. est honos. & patri. bella hæc pietatis, & quæstuosa simulatio. & filio. ferri hoc potest. hunc enĩ puerũ nõ oderãt. verũ quoties, & quot nominibus a Syracusanis statuas auferes? Vt in foro statuerent, abstulisti: vt in curia, coegisti: vt pecuniã conferrẽt in eas statuas, quę Romę ponerent, imperasti: vt iidem darent homines aratorũ nomine, dederunt: vt iidem pro parte in cõmune Siciliæ conferrent, etiã id cõtulerunt. Vna ciuitas cũ tot nominibus pecuniã contulerit, idemq; hoc ciuitates cæterę fecerint, nõ res ipsa vos admonet, vt putetis modũ aliquẽ huic cupiditati cõstitui oportere? Q̃ si hoc volũtate sua nulla ciuitas fecit, si oẽs ĩperio, metu, ví, malo adductæ tibi pecuniã statuarũ noĩe cõtulerũt, ꝓ deos ĩmortales nũ cui dubiũ esse potest, quin etiã si qs statuerit accipere ad statuas licere, idẽ tĩ statuat, eripere certe nõ licere? Primũ igit in hanc rem testẽ totã Siciliã citabo, quę mihi vna voce statuarũ noĩe magnã pecuniã per vim coactam esse demõstrat. Nã legationes oĩm ciuitatũ in postulatis cõmunib⁹, quę fere oĩa ex tuis iniuriis nata sunt, ẽt hoc ediderũt, vt statuas ne cui, nisi cũ is de ꝓuicia decessisset, pollicerẽt. Tot ꝓtores ĩ Sicilia fuerũt, toties apud maiores nostros Siculi Senatũ adierũt, toties hac memoria, tĩ huiusce nouí postulati gen⁹, atq; prĩcipiũ tua prętura attu

Rescidisse prętura. Cõciliata pecunia. Angiportus. Curator. †moram. Statuæ prouinciarum rectorum.

lit.Quid em̃ tã nouũ,nõ ſolũ re,ſed genere ipſo poſtulãdi! nã cætera quę ſunt in iiſdem poſtulatis de iniuriis tuis,ſunt noua,ſed tamẽ nõ nouo modo poſtulanť.Rogãt,& orant Siculi Patres cõſcriptos, vt noſtri magiſtratus poſthac decumas lege Hieronica vẽdant. tu primus cõtra vẽdideras.audio.Ne in cellã qđ imperať,æſtimẽt.Hoc quoq; propter tuos ternos denarios nũc primũ poſtulať.ſed genus iſtud poſtulãdi nõ eſt nouũ.Ne abſentis nomen recipiať.Ex Sthenii calamitate,& tua natũ eſt iniuria.Cętera nõ colligã.ſunt oſa Siculorũ poſtulata eiuſmodi,vt crimina collecta ĩ vnũ te reũ eſſe videanť. Quę tamẽ oſa nouas iniurias habẽt,ſed poſtulationũ formulas vſitatas.Hoc poſtulatũ de ſtatuis ridiculũ eſſe videať ei,q rẽ ſentẽtiãq; nõ pərſpiciat.poſtulãt enĩ nõ vt ne coganť ſtatuere.quid igiť! vt ipſis ne liceat. qđ eſt hoc! petis a me,qđ in tua poteſtate eſt, vt id tibi facere ne liceat.pete potius ne quis te in uitũ polliceri,aut facere cogat.Nihil ergo inquit.negabũt enĩ oẽs ſe coegiſſe. Si me ſaluũ eẽ vis,mihi impone iſtã vim,vt omnino mihi ne liceat polliceri.Ex tua prętura primũ nata eſt hæc poſtulatio.qua cum vtunť,hoc ſignificant,atq; adeo apərte oſtẽdũt, ſeſe ad ſtatuas pecuniã metu,ac malo coactos inuitiſſimos cõtuliſſe. Quid! ſi hoc nõ dicant, tibi non neceſſe ſit ipſi id cõfiteri! vide & pərſpice qua defenſione ſis vſurus,iã intelliges hoc tibi de ſtatuis cõfitendũ eſſe.mihi em̃ renunciať,ita conſtitui a tuis patronis hoĩbus ingenioſis cauſam tuã, & ita eos abs te inſtitui,& doceri,vt quiſq; ex puincia Sicilia grauior hõ, atq; honeſtior teſtimoniũ vehemẽtius dixerit, ſicuti Siculi multi primarii viri multa dixerũt, te ſtatim hoc iſtis tuis defenſoribus dicere,inimicus eſt ꝓpterea q; arator eſt.Itaq; vno genere opinor circumſcribere habetis in animo genus hoc aratorũ, q;.eos infenſo animo, atq; inimico veniſſe dicatis,quia fuerit in decumis iſte vehemẽtior.Ergo aratores inimici, oẽs aduerſarii, nemo eorũ eſt quin pəriſſe te cupiat.oĩno pręclare te habes,cũ is ordo,atq; id genus hominum, qđ optimũ,atq; honeſtiſſimũ eſt,a quo vno & ſumma reip.& illa prouincia maxime cõtinetur,tibi eſt inimiciſſimũ.Verũ eſto,alio loco de aratorũ animo,& iniuriis videro,nũc qđ mihi abs te dať,id accipio,eos tibi eſſe inimiciſſimos.Nẽpe ita dicis,ꝓpter decumas.cõcedo:nõ quæro iure an iniuria ſint inimici.Quid ergo illæ ſibi ſtatuæ equeſtres inauratæ volũt,quæ
Propter ædẽ Vulc. populi Ro.oculos animoſq; maxime offendunt,propter ædẽ Vulcani! nã ſcriptũ eſſe video, quãdã ex his ſtatuã aratores dediſſe.Si honoris cauſa ſtatuã dederũt,inimici nõ ſunt, credamus teſtibus:tũ enĩ honori tuo,nũc iam religioni ſuę cõſulũt. Sin aũt metu coacti dederũt, cõfiteare neceſſe eſt,te in prouincia pecuniã ſtatuarũ noĩe pər vim ac metũ coegiſſe. Vtrum tibi cõmodũ eſt elige.equidẽ libẽter hoc iam crimẽ de ſtatuis relinquã,vt mihi tu illud concedas,qđ tibi honeſtiſſimũ eſt,aratores tibi ad ſtatuã honoris tui cauſa volũtate ſua cõtuliſſe.da mihi hoc,iam tibi maximã partẽ defenſionis pręciderís.non enim poteris aratores tibi iratos eſſe,atq; inimicos dicere.O cauſam ſingularẽ,O defenſionẽ miſerã ac pərditam, nolle hoc accipere reũ ab accuſatore,& eũ reũ,q prætor ĩ Sicilia fuerit:aratores ei ſtatuã ſua volũtate ſtatuiſſe,aratores de eo bene exiſtimare,amicos eſſe,ſaluũ eẽ cupere.metuit, ne hoc vos exiſtimetis.obruiť enim aratorum teſtimoniis.vtar eo qđ dať. Certe ita vobis hoc iudicandum eſt:eos qui iſti inimiciſſimi ſunt, vt ipſe exiſtimari vult, ad iſtius honores, atq; monimẽta pecuniã nõ volũtate ſua cõtuliſſe. Atq; vt hoc tamẽ facillime intelligi poſſit,quem voles eorũ teſtiũ,quos produxero, q in Sicilia teſtes ſint,ſiue ciuẽ Ro.velis,ſiue Siculum,rogato,& eũ q tibi inimiciſſimus eſſe videbiť,q ſe ſpoliatũ a te dicet,ecqd ſuo noĩe in tuã ſtatuã contulerit! neminẽ reperies,q neget.erenĩ oẽs dederũt. Quẽq; igiť putas dubitaturũ,quin is, quẽ inimiciſſimũ tibi eſſe oporteat,q abs te grauiſſimas iniurias acceperit,pecuniã ſtatuę nomine dederit vi,atq; imperio adductus,nõ officio,ac voluntate! Et huius ego pecuniæ iudices,quæ pərmagna eſt, impudẽtiſſimeq; coacta ab inuitis,nõ habui rationẽ,neq; habere potui,quãtũ ab aratoribus,quantũ ab negotiatorib⁹,q Syracuſis,q Agrigẽti,q Panormi,q Lilybęi negotianť,eſſet coactũ,quoniam intelligitis ipſius quoq; cõfeſſione ab inuitiſſimis coactam eſſe. Venio nunc ad ciuitates Siciliæ,de quibus facillime iudiciũ fieri volũtatis poteſt. An etiã Siculi inuiti cõtulerũt! nõ eſt probabile.Etenĩ ſic C.Verrẽ prætura in Sicilia geſſiſſe cõſtat,vt cũ vtriſq; ſatisfacere nõ poſſet,& Siculis, & togatis,officii potius ĩ ſocios,q̃ ambitionis in ciues rationẽ duxerit.Itaq; non ſolũ patronũ iſtius inſulæ,ſed etiã Sotera inſcriptũ vidi Syracuſis.Hoc quãtũ eſt! ita magnũ,vt latino vno verbo exprimi nõ poſſit.is eſt nimirũ Soter,q ſalutẽ dedit. Hui⁹ nomine etiã dies feſti agitanť pulchra illa Verrea, nõ qua ſi Marcellea,ſed pro Marcelleis, quę illi iſti⁹ iuſſu ſuſtulerũt.Huius fornix in foro Syracuſis

Σωτῆρ.

eſt,in quo nudus filius ſtat: ipſe autẽ ex equo nudatã ab ſe prouinciam proſpicit. Huius ſtatuę oĩbus ✳ quę hoc demõſtrare videãtur, propemodũ nõ minus multas ſtatuas iſtũ poſuiſſe Syracuſis,q̃ abſtuliſſe. †Huic etiã Romę videmus in baſi ſtatuarũ maximis literis inciſum,a cõmuni †Sicilię datas. Quãobrem qui hoc probari poteſt cuiq̃,tantos honores habitos eſſe ab inuitis? Hic tibi etiã multo magis,q̃ ante in aratoribus videndũ & conſiderandũ eſt,quid velis: magna res eſt. Vtrum tibi Siculos publice priuatimq; amicos,an inimicos exiſtimari vis? Si inimicos, †quid te futurum eſt? quo cõfugies? vbi nitere? modo aratorũ honeſtiſſimorũ hominũ, & locupletiſſimorũ maximũ numerum abs te abalienaſti. nunc de Siculis ciuitatibus quid ages? dices tibi Siculos eſſe amicos? qui poteris? Qui,qđ nullo in homine antea fecerũt,vt in eũ publice teſtimoniũ dicerent,cum preſertim ex ea prouincia condemnati ſint cõplures,qui ibi Prętores fuerũt,duo ſoli abſoluti,huc conueniũt cum literis, veniunt cum mãdatis,veniunt cũ teſtimoniis publicis: qui ſi te publice laudarẽt,tamẽ id more potius ſuo,q̃ merito tuo facere viderẽtur: hi cum de tuis factis publice conquerũtur, nõne hoc indicant? tãtas eſſe iniurias,vt multo maluerint de ſuo more decedere, q̃ de tuis moribus nõ dicere? Confitẽdum eſt igitur tibi neceſſario,Siculos inimicos eſſe: qui quidẽ & in te grauiſſima poſtulata Conſulibus ediderũt,& me vt hanc cauſam,ſalutiſq; ſuę defenſionẽ ſuſcipẽrẽ,obſecrarunt. Qui cũ a Prętore prohiberẽtur, a quattuor quęſtoribus impedirent, omniũ minas,atq; oĩa pericula præ ſalute ſua leuia duxerũt: qui priore actiõe ita teſtimonia grauiter,vehemẽterq; dixerũt,vt Artemonẽ Centuripinum legatũ,& publice teſtẽ, Q. Hortenſius accuſatorem, nõ teſtem eſſe diceret. Etem̃ cũ propter virtutẽ,& fidẽ cum Androne homine honeſtiſſimo,& certiſſimo,tum etiã ꝓpter eloquentiã legatus a ſuis ciuibus electus eſt,vt poſſet multas iſtius, & varias iniurias q̃apertiſſime vobis,planiſſimeq; explicare. Dixerunt Haleſini,Catinẽſes,Tyndaritani,Ennẽſes,Herbitenſes,Agyrinẽſes,Netinenſes,Segeſtani: numerare oẽs nõ eſt neceſſe, ſcitis q̃ multi & q̃ multa priore actione dixerũt. nunc & illi & reliqui dicent. Omnes deniq; hoc in hac cauſa intelligent,hoc animo eſſe Siculos, vt ſi in iſtum animaduerſum nõ ſit,ſibi relinquẽdas domos,ac ſedes ſuas,& ex Sicilia decedendum, atq; adeo fugiendũ eſſe arbitrentur. Hos homines tu perſuadebis, ad honores,atq; amplitudinẽ tuam pecunias maximas voluntate ſua contuliſſe? Credo qui te in tua ciuitate incolumẽ eſſe nollent,ii monimẽta tuę †formę,ac noĩs in ſuis ciuitatibus eſſe cupiebãt. Res declarauit,vt cupierint. iandudum eñ mihi nimium tenuiter Siculorũ erga te volũtatis argumẽta colligere videor,vtrum ſtatuas voluerint tibi ſtatuere,an coacti ſint. De quo hoĩe auditũ eſt vnq̃,qđ tibi accidit? vt eius in ꝓuincia ſtatuę in locis publicis poſitę,partim etiã in ædibus ſacris,per vim per vniuerſam multitudinẽ deiicerẽtur? Tot homines in Aſia nocẽtes,tot in Aphrica,tot in Hiſpania,Gallia,Sardinia,tot in ipa Sicilia fuerũt: ecquo de homine hoc vnq̃ audiuimus? Nouũ eſt Iudices,in Siculis quidẽ & in oĩbus Gręcis monſtri ſimile. Nõ crederem hoc de ſtatuis,niſi iacentes,reuulſaſq; vidiſſem: propterea q; apud oẽs Gręcos hic mos eſt, vt honorẽ hoĩbus habitum in monimẽtis hmõi,nõnulla religione deorum conſecrari arbitrẽtur. Itaq; cum Rhodii bellum illud ꝓpe ſoli ſuperius cum Mithridate rege geſſerint,oẽſq; eius copias,acerrimũq; eius impetũ,a mœnibus,littorib9,claſſibuſq; ſuis exceperint,cũ & regis inimici pręter cęteros eſſent, ſtatuã eius,quę erat apud ipſos in celeberrimo vrbis loco,ne tum qdem in ipſis vrbis periculis attigerũt. Forſitan vix cõuenire videret, quem ipſum hominẽ cuperent euertere,eius effigiem ſimulacrũq; ſeruare. Sed tamẽ videbã, apud eos cũ eſſem,& religionẽ eſſe quandã in his rebus a maioribus traditam, & hoc diſputare: cũ ſtatua ſe eius habuiſſe temporis rationẽ,quo poſita eſſet: cum hoĩe vero,quo gereret bellum,atq; hoſtis eſſet. Videtis igitur conſuetudinẽ,religionẽq; Gręcorũ,quę monimenta hoſtium in bello ipſo ſoleat defendere,eã ſumma in pace Prętoris popul. Ro. ſtatuis preſidio nõ fuiſſe. Tauromínitani,quorũ eſt ciuitas fœderata, homines quietiſſimi,qui maxime ab iniuriis noſtrorũ Magiſtratuum remotiſſimi cõſueuerant eſſe preſidio fœderis,hi tamen iſtius euertere ſtatuam non dubitarunt. Qua ablata,baſin tamen in foro manere voluerũt, ꝓ grauius in iſtum fore putabant,ſi ſcirent hoĩes ſtatuã eius a Tauromínitanis eſſe deiectã, q̃ ſi nullã vnq̃ poſitam arbitrarẽtur. Tyndaritani deiecerunt in foro,& eadem de cauſa equũ inanem reliquerũt. Leontini miſera in ciuitate,atq; inani,tamẽ iſtius in Gymnaſio ſtatua deiecta eſt. Nã quid ego de Syracuſanis loquar,qđ nõ eſt proprium Syracuſanorũ,ſed & illorũ cõmune,& conuentus illius,ac prope totius prouincię? Quãta illuc multitudo, quanta vis

† Hinc.
† Sicilia.
† quid de te tibi futurũ
† quid tibi futurum.
Prę ſalute.
Partim.
Maxime remotiſſimi.
† fortunę.
Tenuiter.

hoim cõueníſſe dicebatur,tum cũ ſtatuę ſunt illius deiectę,atq; euerſę. At quo loco? celeberrimo,ac religioſiſſimo, ante ipm Sepim,ĩ primo aditu,veſtibuloq; tẽpli. Q; niſi Metell⁹ hoc tam grauiter egiſſet,atq; illã imperio,edictoq; ꝓhibuiſſet,veſtigiũ ſtatuarũ iſtius in tota Sicilia nullũ eſſet relictũ. Atq; ego hoc nõ vereor,ne qd horũ nõ modo impulſu,verũ oĩno auentu meo factũ eſſe videaĕ. omnia iſta ante facta ſunt, nõ modo q̃ ego Siciliã,verũ etiam q̃ iſte Italiã attigit. Dũ ego in Sicilia ſum,nulla ſtatua deiecta eſt. Poſteaq̃ illinc diſceſſi,q̃ ſunt geſta,cognoſcite. Centuripinorũ Senatus decreuit,populuſq; iuſſit,vt quę ſtatuę C. Verris ipſius,& patris,& filii eſſent,eas quęſtores demoliẽdas locarent: dũq; ea demolitio fieret,Senatores. XXX. nõ min⁹ adeſſent. Videte grauitatẽ ciuitatis,& dignitatẽ. neq; eas ĩ vrbe ſua ſtatuas eſſe voluerũt,quas inuiti per vim atq; imperiũ dediſſent,neq; eius hoĩs,in quem ipſi cũ grauiſſimo teſtimonio,qđ nunq̃ antea,Romã mandata, legatoſq; miſiſſent,& id grauius eſſe putauerũt,ſi publico cõſilio,q̃ ſi per vim multitudinis factũ videret. Cũ hoc cõſilio ſtatuas Cẽturipini publice ſuſtuliſſent,audit Metellus,grauiter fert, euocat ad ſe Centuripinũ magiſtratũ,& decẽ primos: niſi reſtituiſſent ſtatuas,vehemẽter iis minat. Illi ad Senatũ renũciãt: ſtatuę,q̃ iſtius cauſę nihil ꝓdeſſent,reponũtur. Hic ego aliud alii cõcedo: Metello hominí ſapiẽti ꝓrſus nõ poſſum ignoſcere, ſi qd ſtulte facit. qd? ille hoc putabat Verri criminoſũ fore,ſi eius ſtatuę eſſent deiectę? qđ ſępe vẽto,aut aliquo caſu fieri ſolet. Nõ erat in hoc neq; crimẽ vllũ,neq; repheſio. Ex quo igiť crimẽ,atq; accuſatio naſciť? ex hoĩm iudicio,& volũtate. Ego,ſi Metellus ſtatuas reponere Cẽturipinos nõ coegiſſet,hęc dicerem. Videte Iudices quantũ,& q̃ acerbũ dolorẽ ſocioꝝ, atq; amicorũ aĩs inuſſerint iſti⁹ iniurię, cũ Cẽturipinoꝝ amiciſſima,& fideliſſima ciuitas,q̃ tãtis officiis cũ Po. Ro. cõiũcta eſt,vt nõ ſolũ Rẽp. noſtrã, ſed etiã in quouis hoĩe priuato nomẽ ipm Romanorũ ſemp dilexerit, ea publico cõſilio,atq; auctoritate iudicarit,C. Verris ſtatuas eſſe in vrbe ſua nõ oportere. Recitarẽ decreta Cẽturipinorũ: laudarẽ illã ciuitatẽ,id qđ veriſſime poſſem: cõmemorarẽ. X. millia ciuiũ Cẽturipinoꝝ, fortiſſimorũ, fideliſſimorũq; ſociorũ: eos oẽs ſtatuiſſe monimentũ iſtius in ſua ciuitate nullũ eſſe oportere. Hæc tum dicerẽ,ſi ſtatuas Metellus nõ repoſuiſſet. velim quęrere nũc ex ipſo Metello,quidnã ſua vi,& auctoritate mihi ex hac oratione pręciderit. eadẽ opinor omnia cõuenire. Neq; eñ ſi maxime ſtatuę deiectę eſſent, eas ego vobis poſſem iacẽtes oſtẽdere: hoc vno vterer,ciuitatẽ tã grauẽ ſtatuas iudicaſſe C. Verris demoliẽdas. Hoc mihi Metellus nõ eripuit: hoc etiã addidit,vt quererer,ſi mihi videreť,tã iniquo iure ſociis,atq; amicis imperari, vt iis,ne in ſuis qdẽ beneficiis,libero iudicio vti liceret: vt vos rogarẽ,vt cõiecturam faceretis, qualẽ in iis rebus in me L. Metellũ fuiſſe putaretis, in qbus rebus obeſſe mihi poſſet,cũ in hac re tã aperta cupiditate fuerit,ĩ qua nihil obfuit. Sed ego Metello nõ iraſcor, neq; ei ſuã purgationẽ eripio,qua ille apud oẽs vtitur,vt nihil malitioſe,neq; cõſulto feciſſe videaĕ. Iã igitur eſt ita ꝓſpectũ,vt negare nõ poſſis,nullã tibi ſtatuã volũtate cuiuſq̃ datã, nullã pecuniã ſtatuarũ noĩe niſi vi expreſſam,& coactã. Quo qdẽ ĩ crimine nõ illud ſolũ intelligi volo,te ad ſtatuas,HS. CXX. millia coegiſſe,ſed multo etiã illud magis,qđ ſimul demõſtrandũ eſt,quãtũ odiũ in te aratorũ, quantũ omniũ Siculoꝝ ſit,& fuerit. in quo quæ veſtra defenſio futura ſit,cõiectura aſſequi nõ queo. Oderũt Siculi. Togatorũ eñ cauſa multa feci. At hi qdẽ acerrimi,inimiciſſimiq; ſunt. Inimicos habeo ciues Ro. q; ſociorũ cõmoda,ac iura defendi. At ſocii in hoſtiũ numero ſe abs te habitos querũtur. Aratores inimici ſunt ꝓpter decumas. Quid? q agros ĩmunes, liberoſq; arãt,cur oderũt? cur Haleſini? cur Cẽturipini? cur Segeſtani? cur Halicyenſes? Qđ genus hoĩm,quẽ numerũ,quẽ ordinẽ pferre poſſis, q te non oderit? ſiue ciuiũ Ro. ſiue Siculorũ? vt etiã ſi cauſam,cur te oderĭt,nõ poſſim dicere,tñ illud dicendũ putẽ: quẽ oẽs mortales oderint,eũ quoq; vobis odio eſſe oportere. An hoc dicere audebis? vtrũ de te aratores,vtrũ deniq; Siculi vniuerſi,bene exiſtiment,ad rẽ id nõ pertinere? Neq; tu hoc dicere audebis,neq;,ſi cupies,licebit. Eripiũt tibi iſtã orationẽ cõtemnẽdorũ Siculorũ,atq; aratoꝝ,ſtatuę illę equeſtres,quas tu paulo ante,q̃ ad vrbẽ venires,poni iſcribiq; iuſſiſti,vt oĩm inimicorũ aĩos accuſatorũq; tardares. Quis. n. tibi moleſtus eſſet,aut qs appellare auderet,cũ videret ſtatuas ab negotiatorib⁹,ab aratorib⁹,a cõmuni Sicilia? qđ eſt aliud in illa puincia genus humanũ? nullũ. ergo ab vniuerſa puincia, generatimq; a ſingulis ei⁹ partibus nõ ſolũ diligiť,ſed etiã ornaĕ. Quis hũc attingere audeat? Potes igiť dicere, nihil tibi obeſſe oportere aratorũ,negotiatorũ,Siculorũq; omniũ teſtimonia, cũ eorum noĩbus in ſtatuarũ inſcriptione poſitis oẽm te ſperabas inuidiã,atq; infamiã tuã extinguere poſſe? An quo

Senatus decreuit.

Populus iuſſit.

rum auctoritate tu ſtatuas cohoneſtare tuas conatus es, eoꝝ ego dignitate accuſationẽ me
am cõprobare nõ potero? niſi forte, ꝙ apud publicanos gratioſus fuiſti, in ea re ſpes te ali- Gratioſus.
qua conſolatur. quę gratia ne quid tibi prodeſſe poſſet, ego mea diligentia perfeci: vt etiã ob
eſſe deberet, tu tua ſapiẽtia curaſti. Etem̃ rem totam Iudices breuiter cognoſcite. In ſcriptu-
ra Sicilię ꝓ Magiſtro eſt quidã L. Carpinatius, qui & ſui quęſtus cauſa, & fortaſſe ꝙ ſociorũ
intereſſe arbitrabatur, bene pœnitus in iſtius familiaritatẽ ſeſe dedit. Is cũ Prætorẽ circũ oĩa
fora ſectaretur, neꝙ ab eo vnq̃ diſcederet, in eã iam venerat familiaritatem, conſuetudinẽꝙ
in vendẽdis iſtiꝰ decretis, & iudiciis, trãſigẽdiſꝙ negotiis, vt ꝓpe alter Timarchides numera
retur. Hoc erat etiam capitalior, ꝙ idem pecuniã iis, qui ab iſto aliquid mercabantur, fœnori Capitalior
dabat. Ea aũt fœneratio erat huiuſmodi Iudices, vt etiã hic quæſtus huic cederet. Nã quas
pecunias ferebat is expenſas, qbuſcũ contrahebat, aut ſcribę iſtius, aut Timarchidi, aut etiã Expenſum
ipſi iſti referebat acceptas. Idẽ pręterea pecunias iſtius extraordinarias grãdes ſuo noĩe fœne ferre & ac.
rabatur. Hic primo Carpinatius anteq̃ in iſtius tantã familiaritatẽ perueniſſet, aliquoties ad
ſocios literas de iſtius iniuriis miſerat. Canuleius vero, qui in portu Syracuſis operas dabat,
furta quoꝙ iſtius pmulta nominatim ad ſocios perſcripſerat ea, quę ſine portorio Syracuſis
erãt exportata: portũ autẽ, & ſcripturas eadẽ ſocietas habebat. Ita factum eſt, vt eſſent pmul
ta, quę ex ſocietatis literis dicere in iſtũ, ac proferre poſſemus. Verũ accidit, vt Carpinatius,
qui iam cũ iſto ſumma cõſuetudine, pręterea ratiõe cõiunctus eſſet, crebras poſtea literas ad
ſocios de iſtius ſummis officiis in rem cõmunem, beneficiiſꝙ mitteret. Etem̃ tum iſte omnia
quęcunꝙ Carpinatius poſtulabat, facere, ac decernere ſolebat, tum ille etiam plura ſcribe-
bat ad ſocios, vt, ſi poſſet, quę antea ſcripſerat, ea plane extingueret. Ad extremũ vero, cum
iſte iam decedebat, eiuſmodi literas ad eos miſit, vt huic frequẽtes obuiam prodirẽt, gratiaſ
ꝙ agerent, facturos eſſe, ſi quid impꝛaſſet, ſtudioſe pollicerẽtur. itaꝙ ſocii fecerũt: vetere in
ſtituto publicanoꝝ, non quo iſtũ vllo honore dignũ arbitrarẽtur, ſed ꝙ ſua intereſſe puta-
bant, ſe memores gratoſꝙ exiſtimari, gratias iſti egerunt, Carpinatiũ ſępe ad ſe de eius offi-
ciis literas miſiſſe dixerũt. Iſte cũ reſpõdiſſet, ea ſe libenter feciſſe, operaſꝙ Carpinatii magno
pere laudaſſet, dat amico ſuo cuidã negotium, qui tum magiſter erat eius ſocietatis, vt dili-
genter caueret, atꝙ proſpiceret, ne quid eſſet in literis ſociorũ, qđ contra ſuũ caput atꝙ ex-
iſtimationẽ valere poſſet. Itaꝙ ille multitudine ſocioꝝ remota, Decumanos cõuocat. rem de
fert. ſtatuunt illi, atꝙ decernũt, vt hę literę quibus exiſtimatio C. Verris lęderetur, remoue
rentur: operaꝙ daretur, ne ea res C. Verri fraudi eſſe poſſet. Si oſtendo hoc decreuiſſe Decu
manos, ſi planũ facio hoc decreto remotas eſſe literas, quid expectatis amplius? poſſum ne rẽ
magis iudicatã afferre? magis reum cõdemnatũ in iudicium adducere? Aꝛ quoꝝ iudicio cõ
demnatũ? nempe eoꝝ, quos hi, q ſeueriora iudicia deſiderãt, arbitrẽtur reos iudicari oporte
re, publicanorũ iudicio: quos videlicet nunc populus iudices poſcit: de qbus, vt eos iudices
habeamus, legẽ ab homine nõ noſtri generis, nõ ex equeſtri loco profecto, ſed nobiliſſimo ꝓ-
mulgatam videmus: Decumani, hoc eſt principes, & quaſi Senatores publicanorũ, remouen Decumani
das de medio literas cenſuerũt. Habeo ex his qui affuerũt, quos ꝓducã hoĩes honeſtiſſimos,
ac locupletiſſimos, iſtos principes, Equeſtris ordinis, quoꝝ ſplendore vel maxime iſtius, q le-
gem promulgauit, oratio, & cauſa nitatur. Venient in mediũ, dicẽt quid ſtatuerint: ꝓfecto
ſi recte homines noui, nõ mentiẽtur. Literas em̃ cõmunes de medio remouere potuerũt, fi-
dem ſuam, & religionẽ remouere nõ poſſunt. Ergo equites Ro. te ſuo iudicio condẽnari no-
luerũt. Vos nunc vtrum illorũ iudiciũ, an voluntatẽ ſequi malitis, conſiderate. At vide, qd
te amicorũ tuorum ſtudiũ, quid tuũ cõſilium, qd ſociorũ voluntas adiuuet. Dicã paulo am-
plius. Neꝙ em̃ iã vereor, ne qs hoc me magis accuſatorie, q̃ libere dixiſſe arbitretur. Si iſtas
literas nõ decreto Decumanorũ Magiſtri remouiſſent, tantũ poſſem in te dicere, quantũ in
literis inueniſſem. Nunc decreto iſto facto, literiſꝙ remotis, tantũ mihi licet dicere, quãtum
poſſum, tantũ iudici ſuſpicari, quãtũ velit. Dico te maximũ põdus auri, argenti, eboris, pur
purę, plurimã veſtẽ Melitenſem, plurimã ſtragulã, multã Deliacam ſupellectilẽ, plurima va- Veſtis
ſa Corinthia, magnũ numerũ frumẽti, vim mellis maximã, Syracuſis exportaſſe. his pro re- Melitenſis.
bus, ꝙ portorium nõ eſſet datum, literas ad ſocios miſiſſe L. Canuleium, qui in portu ope- Dare ope-
ras daret. Satis ne magnũ hoc crimẽ videt? nullũ opinor maius. Quid defendet Hortenſius? ras.
poſtulabit vt literas Canuleii proferã? crimẽ huiuſmodi niſi literis cõfirmetur, inane eſſe di-
cet? Clamabo literas remotas eſſe de medio, decreto ſociorum erepta mihi eſſe iſtius indicia,

Actio.IIII.

ac monímenta furtorũ.Aut hoc cõtendat nunq̃ eſſe factũ, aut oñía tela excípiat neceſſe eſt. Negas eſſe factũ? placet míhí íſta defenſio.deſcẽdo. ęqua eñ cõditío, ęquumq; certamẽ ꝓponítur.producã teſtes,& producã plures eodem tẽpore: qñ tum,cũ actũ eſt,vna fuerũt,nunc quoq; vna ſunt.cũ ínterrogabũtur,oblígẽtur nõ ſolũ íuríſíurandí,atq; exíſtímatíõís pẽrículo,ſed etiã cõmuní ínter ſe cõſcíẽtía.ſi planũ fít,hoc íta,quẽadmodũ díco,eſſe factũ,nõ potes dícere Hortẽſi,níhil ín íſtís fuíſſe líteris qđ Verrem lęderet.Nõ modo íd non díces,ſed ne íllud qdem tíbí dícere lícebit,tantũ,quãtũ ego dícã,nõ fuíſſe.Ergo hoc veſtro cõſílío,& gratía pfeciſtís,vt,quẽadmodum pauloante dixí,& míhí ſumma facultas ad accuſandũ daret, & íudícíbus líbera poteſtas ad credendũ.Qđ cũ íta ſit,níhíl fingã tamen,memínero me non ſumpſiſſe quẽ accuſarem, ſed recepíſſe qđ defenderẽ.vos ex me cauſam nõ a me prolatã, ſed ad me delatam audíre oportere:me Sículís ſatís eſſe facturũ,ſi quę cognouí ín Sícília, quę accepí ab ípſís,díligẽter expoſuero:Po.Ro.ſi nullíus vím,nullíus potentíã pertímuero:vẽbis,ſi facultatẽ vere,atq; honeſte íudícãdi,fíde,& díligẽtía mea fecero:míhí ín eo,ſi ne mínimũ qdem de meo currículo vítę,qđ míhí ſemper ꝓpoſitũ fuít,deceſſero.Quapropter níhíl eſt,qđ metuas,ne quíd mecũ fingã,etiã qđ lętere habes.Multa.n.quę ſcio abs te eſſe cõmíſſa, q aut nímíũ turpía,aut parũ credíbília ſunt,prętermittã.tantũ agam de hoc toto noſe ſocietatís, vt eã ſcíre poſſítís.quędã decretum ne ſít? cũ íd ínuenero,quędã remotę ne ſint líterę? cum íd quoq; conſtabít,vos íam me tacíto íntellígetís,ſi íllí,quí hoc íſtíus cauſa decreuerunt,equítes Ro.nunc íídẽ in eũ Iudíces eſſent,íſtũ ſíne dubío condẽnarent,de quo líteras eas,q̃ íſtíus furta índícarẽt,& ad ſe míſſas,& ſuo decreto remotas ſcírẽt eſſe.Quẽ ígítur ab íís equítíbus Ro.quí íſtíus cauſa cupíũt oĩa,quí ab eo benígníſſíme tractatí ſunt,cõdemnarí neceſſe eſſet, ís a vobís Iudíces nulla vi,aut ratíone abſolví põt.Ac ne forte ea quę remota de medío,atq; erepta vobís ſunt,omnía íta cõdíta fuíſſe,atq; íta abdíte latuíſſe vídeãtur,vt hac dílígentía, quã ego a me expectarí maxíme puto,níhíl horũ ínueſtígarí,níhíl aſſeq potuerít,quę cõſílío alíquo aut ratíone ínuenírí potuerũt,ínuenta ſunt Iudíces: manífeſtís ín rebus hoíem íã teneri vídebítís.Nã q ín publícanorum cauſís vel plurímũ ætatís meę verſor,vehemẽterq; íllum ordínẽ obſeruo,ſatís cõmode míhí vídeor eorũ conſuetudínẽ vſu, tractandoq; cognouíſſe.Itaq; vt hoc comperí,remotas eſſe líteras ſocietatís, habuí ratíonem annorũ,per quos íſte ín Sícília fuíſſet:deínde quæſíuí,qđ erat ínuentu facíllímũ, quí per eoſdẽ annos Magíſtrí íſtíus ſocietatís fuíſſent.ſcíebã eñ hanc Magíſtrorũ,q tabulas haberent,cõſuetudínem eſſe, vt cum tabulas nouo Magíſtro traderẽt,exẽpla líterarũ ípſí habere nõ nollẽt. Itaq; ad L.Víbíum Equítẽ Ro.vírũ prímaríũ,quem reperiebã magíſtrum fuíſſe eo ípſo anno, quí míhí maxíme quærendus erat,primũ vení.Sane homíní prętер opínionẽ ímprouíſo íncídí,ſcrutatus ſum quæ potuí,& quæſíuí omnía, ínuení duos ſolos líbellos ab L. Canuleío míſſos ſocíís exportu Syracuſís,ín quíbus erat ratío ſcrípta menſíũ cõpluríũ,rerũ exportatarũ íſtíus nomíne ſine portorío.itaq; obſignauí ſtatím.Erant hæc ex eo genere,qđ ego maxíme genus ex ſocíorũ líterís reperíre cupiebam. verũ tantũ ínuení íudíces, qđ apud vos quaſí exempłí cauſa proferre poſſem:ſed tamen quícqd erít ín hís líbellís,quantulũcũq; vídebítur eſſe,hoc quídẽ certe manífeſtũ erít. de cæterís ex hoc conjectură facere debebítís.Recita míhí quæſo hũc prímũ líbellũ.deínde íllũ alterũ Líbellũ,Canuleíí.Iã non quæro vnde CCCC. amphoras mellís habuerís,vnde tantã Melítenſem veſtem,vnde quínquaginta tríclíníorũ lectos, vnde tot candelabra:non ínquã íã quæro vnde hæc habuerís,ſed quo tíbí tantũ opus fuerít,íd quæro.Mítto de melle,ſed tantũ ne Melítenſíum? quaſí etiã amícorũ vxores.tantũ lectorum? quaſí etíam omnium íſtorũ víllas ornaturus eſſes.Cũ hæc paucorũ menſíum ratío ín hís líbellís ſit,facíte vt vobís trienníí totíus veníat ín mẽtẽ.Sic cõtendo:ex hís paruís líbellís apud vnũ magíſtrũ ſocietatís repertís,vos íam cõíectura aſſequí poſſe,cuíuſmodí prędo íſte ín íllа prouíncía fuerít,q̃ multas cupíditates,q̃ varías,q̃ ínfínítas habuerít,quantã pecunía nõ ſolum numeratã,verũ etiã in huíuſcemodí rebus poſítã confecerít:q̃ nobís alío loco planíus explícabuntur.Nunc hoc attendíte,hís exportatíõíbus,quę recítatę ſunt,ſcríbít HS. LX.ſocíos pdídíſſe ex vícęſíma portorií Syracuſís.Pauculís ígít menſíbus,vt hí puſílli,& contẽptí líbellí índícant,furta prętorís,quę eſſent HS.duodecíes,ex vno oppído ſolo exportata ſunt.Cogíta te nunc,cũ íllа ſit hęc ínſula,quæ vndíq; exítus marítímos habeat,qđ ex cæterís locís exportatũ putetís? quíd Agrígento? qđ Lílybęo? qđ Panormo? qđ Thermís? qđ Haleſa? quíd Catína? qđ ex cæterís oppídís? qđ vero Meſſana? quẽ íſte ſíbí locũ maxíme tutũ arbítrabat, vbí animo

Sumere.
Recipere.
Prolatus.
Delatus.

ſemper ſoluto liberoq; erat: q; ſibi iſte Mamertinos delegerat, ad quos omnia quę aut diligẽtius ſeruanda, aut occultius exportãda erãt, deportaret. His inuẽtis libellis, cęteri remoti, & diligentius ſunt reconditi. Nos tamẽ, vt omnes intelligãt hoc nos ſine cupiditate agere, his ipſis libellis contenti ſumus. Nũc ad ſociorũ tabulas accepti, & expenſi, quas remouere honeſte nullo modo potuerũt, & ad amicũ tuũ Carpinatiũ reuertemur. Inſpiciebamus Syracuſis a Carpinatio confectas tabulas ſocietatis, quę ſignificabant multis nominibus eos homines verſuram a Carpinatio feciſſe, qui pecuniã Verri dediſſent. Erit vobis luce clarior Iudices, cũ eos ipſos pduxero, qui dederũt. Intelligetis em̃ illa tẽpora, per quę, cũ eſſent in periculo, precio ſeſe redemerunt, cũ ſocietatis tabulis nõ ſolũ Conſulibus, verũ etiam menſibus conuenire. Cũ hęc maxime cognoſceremus, & iã in manibus tabulas haberemus: repẽte aſpicimus lituras eiuſmodi, quaſi quędã vulnera tabularũ recentia. Statim ſuſpitione offenſi, ad ea ipſa nomina oculos animũq; tranſtulimus. Erãt acceptę pecunię a C. Verrutio, ſic tamen, vt vſq; alterum r, literę cõſtarent integrę, reliquę omnes eſſent in litura. Alterũ, tertiũ, quartũ, pmulta erãt eiuſmodi nomina. Cũ manifeſta res, cũ flagitioſa tabularũ, atq; inſignis turpitudo teneretur, quęrere incepimus de Carpinatio, quiſnã eſſet is Verrutius, qui tũ tãtę pecunię rationẽ haberet! hęrere homo, auerſari, rubere. Q; lege excipiunt̃ tabulę publicanorũ, quo minus Romã deportent̃, vt res q̃maxime clara, ac teſtata eſſe poſſet, in ius ad Metellũ Carpinatiũ voco, tabulaſq; ſocietatis in forũ defero. Fit maximus cõcurſus hominũ, & q; erat Carpinatii nota cũ iſto Prętore ſocietas, ac fœneratio, ſumme expectabãt omnes, qd in tabulis cõtineretur. Rem ad Metellũ defero, me tabulas pſpexiſſe ſocioꝝ, in his tabulis magnã rationẽ C. Verrutii permultis noĩbus eſſe, meq; hoc perſpicere ex Conſulũ menſiũq; rõne: hunc Verrutium neq; ante aduentũ C. Verris, neq; poſt deceſſionẽ, quicq̃ cũ Carpinatio rõnis habuiſſe. Poſtulo mihi reſpondeat, qui ſit iſte Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius! in Sicilia ſit! an deceſſerit! Clamare oẽs ex conuẽtu, neminẽ vnq̃ ex Sicilia fuiſſe Verrutiũ. Ego inſtare, vt mihi reſpõderet, vbi eſſet! quis eſſet! vnde eſſet! cur ſeruus ſocietatis, qui tabulas cõfecerit, ſemper in Verrutii nomine certo ex loco mendoſus eſſet! Atq; hęc poſtulabam, non quo illũ cogi putarẽ oportere, vt ea mihi reſpõderet inuitus, ſed vt oĩbus, iſtius furta, illius flagitiũ, vtriuſq; audacia perſpicua eſſe poſſet. Itaq; illũ iniurię metu, cõſciẽtiaq; peccati mutum, atq; exanimatũ, ac vix viuũ relinquo, tabulas in foro ſumma hoĩm frequẽtia exſcribo, adhibẽtur in exſcribẽdo de cõuentu viri primarii: literę lituræq; oẽs aſſimulatę, expreſſę, de tabulis in libros tranſferũtur. Hęc oẽia ſumma cura, & diligentia, recognita & collata, & ab hoĩbus honeſtiſſimis obſignata ſunt. Si Carpinatius tũ mihi reſpõdere noluit, reſponde mihi nunc tu Verres, quẽ eſſe hũc, tuũ pene gentilẽ, Verrutiũ putes! Fieri nõ poteſt, vt quẽ video te Prętore in Sicilia fuiſſe, & quẽ ex ipſa rõne intelligo locupletẽ fuiſſe, eum tu in tua prouincia nõ cognoris. Atq; adeo hoc ne longius, aut obſcurius eſſe poſſit, procedite in medium, explicate deſcriptionẽ, imaginẽq; tabularũ, vt omnes mortales iſtius auaritię non iam veſtigia, ſed ipſa cubilia videre poſſint. Videtis Verrutiũ! videtis primas literas integras! videtis extremã partẽ noĩs †caudam illam Verris tanq̃ in luto demerſam eſſe in lituras! Sic habent ſe tabulę Iudices, vt videtis. Quid expectatis! Quid queritis amplius! Tu ipſe Verres qd ſedes! Quid moraris! Nã aut exhibeas nobis Verrutiũ neceſſe eſt, aut te eſſe Verrutiũ fatea re. Laudant̃ oratores veteres Craſſi illi, & Antonii, q; crimia diluere dilucide, q; copioſe reorum cauſas defendere ſolebãt. Nimirũ illi, nõ ingenio ſolũ his patronis, ſed fortuna etiã pſti terũt. Nemo. n. tũc ita peccabat, vt defenſioni locũ nõ relinqueret: nemo ita viuebat, vt nulla eius vitę pars ſummę turpitudinis eſſet expers: nemo ita in manifeſto peccato tenebatur, vt cum impudens fuiſſet in facto, tum impudẽtior videret̃, ſi negaret. Nũc vero qd faciat Hortenſius! auaritiæ ne crimina frugalitatis laudibus deprecet̃! At hominẽ flagitioſiſſimũ, libidinoſiſſimũ, nequiſſimũq; defendit. An ab hac eius infamia, nequitia, veſtros animos in aliã partem fortitudinis cõmemoratione traducat! At homo inertior, ignauior, magis vir inter mulieres, q̃ impura inter viros muliercula, pferri nõ poteſt. At mores cõmodi. quis cõtumacior! quis inhumanior! quis ſuperbior! at hęc ſine cuiuſq̃ malo. quis acerbior! quis iſidioſior! quis crudelior vnq̃ fuit! In hoc hoĩe, atq; in eiuſmodi cauſa, quid facerent oẽs Craſſi, & Antonii! tantũ opinor Hortenſi, ad hanc cauſam nõ accederent, neq; in alterius impudẽtia ſui pudoris exiſtimationẽ amitterent. Liberi em̃ ad cauſas, ſolutiq; veniebãt, neq; cõmittebant, vt ſi impudẽtes in defendẽdo eſſe noluiſſent, ingrati in deſerendo exiſtimarẽtur.

†codam.

Oratorum veterum laus.

Actio. V.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM LIBER. V. ORATIO. VIII.

Actio. V. q̄ & Frumentaria dicit a Nonio Marcello.

OMNES qui alterum Iudices nullis impulsi inimicitiis, nulla priuatim læsi iniuria, nullo præmio adducti, in iudiciũ Reip. causa vocãt, prouidere debẽt, nõ solum quid oneris in præsentia tollant, sed etiã quantũ in omnẽ vitã negotii suscipere conẽtur. Legẽ em̃ sibi ipsi in dicunt innocẽtię, continẽtię, virtutũq; omniũ, qui ab altero rationem vitę reposcunt: atq; eo magis, si id, vt ante dixi, faciũt nulla re cõmoti alia, nisi vtilitate cõmuni. Nã qui sibi hoc sumpsit, vt corrigat mores aliorũ, ac peccata reprehendat, qs huic ignoscat, siqua in re ipse ab religione officii declinarit? Quapropter hoc etiã magis ab oĩbus eiusmodi ciuis laudãdus, ac diligendus est, qui nõ solũ

Religio officii.

Reipu. ciuẽ improbũ remouet, verũetiã se ipsum eiusmodi fore pfitet̃, ac pstat, vt sibi nõ modo cõmuni volũtate virtutis, atq; officii, sed etiã, vt quadã magis necessaria ratione recte sit, honesteq; viuendũ. Ita hoc Iudices ex hoĩe clarissimo, atq; eloquẽtissimo L. Crasso sępe audi-

L. Crassus.

tũ est, cũ se nullius rei tã pœnitere diceret, q̄ q̄ C. Carbonẽ vnq̄ in iudiciũ vocauisset. Minus enim liberas oĩm voluntates rerũ habebat, & vitã suã pluribus, q̄ vellet, obseruari oculis arbitrabat̃. Atq; ille his pfidiis ingenii, fortuneq; munit⁹, tamẽ hac cura cõtinebat̃, quã sibi nõ dũ confirmato cõsilio, sed ineũte ętate susceperat. Quo minus etiã perspicitur eor̄ virtus, & integritas, qui ad hanc rẽ adolescentuli, q̄ qui iam firmata ætate descẽdũt. Illi em̃, anteq̄ potuerũt existimare, quanto liberior vita sit eorũ, qui neminẽ accusarint, gloriæ causa, atq; ostẽtationis accusant. Nos, qui iã & quid facere, & quantulũ iudicare possemus, ostendimus, nisi facile cupiditates nostras teneremus, nunq̄ ipsimet nobis pręcideremus istã licentiã, libertatẽq; viuendi. Atq; hoc ego plus oneris habeo, q̄ qui cęteros accusarũt (si onus est id appellãdũ, qđ cũ lętitia feras, ac voluptate) verũtamen hoc ego amplius suscepi, q̄ cæteri, q̄ ita postulatur ab oĩbus, vt ab iis se abstineãt maxime vitiis, in quibus alterũ reprehenderũt. Furẽ aliquẽ, aut rapacem accusaris: vitãda tibi semper erit oĩs auaritię suspitio. Maleficũ quempiam adduxeris, aut crudelem: cauendum erit semper, nequa in re asperior, aut inhumanior fuisse videare. Corruptorem, adulterũ: prouidendum diligenter, ne qđ in vita vestigium libidinis appareat. Oĩa postremo, quę vindicaris in altero, tibi ipsi vehemẽter fugienda sunt.

Onus.

„ Etem̃ non modo accusator, sed ne obiurgator quidẽ ferendus est is, qui quod in altero vitiũ
„ reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Ego in vno homine omnia vitia, quæ possunt in homine pœrdito nefarioq; esse, reprehendo: nullũ esse indiciũ libidinis, sceleris, audacię, qđ nõ in vnius istius vita pœrspicere possitis. Ego in isto reo legem hanc Iudices mihi statuo, viuendũ ita esse, vt isti nõ modo factis, dictisq; oĩbus, sed etiam oris, oculorumq; illa contumacia, ac superbia, quã videtis, dissimillimus esse, ac sempœr fuisse videar. Patior nõ moleste Iudices, eã

Nũc iam.

vitã, quę mihi sua sponte antea iucũda fuerit, nũc iã mea lege, & conditione necessariã quoq; futurã. Et in hoc hoĩe sępe a me quęris Hortensi, qbus inimicitiis, aut qua iniuria adductus, ad accusandũ descenderim? Mitto iã rationẽ officii mei, necessitudinisq; Siculorũ, de ipsis ti-

Inimicitiarũ causæ.

bi inimicitiis respondeo. An tu maiores vllas inimicitias putas esse, q̄ contrarias hoĩm sentẽtias, ac dissimilitudines studioꝝ, & volũtatũ? Fidẽ sanctissimã in vita q̄ putat, potest ei nõ inimicus esse, qui Quęstor Cõsulem suum, consiliis commissis, pecunia tradita, rebus omnibus creditis spoliare, relinquere, prodere, oppugnare ausus sit? Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo ęquo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium videre? Qui religiones deoꝝ immortaliũ retinere vult, ei, qui fana spoliarit oĩa, qui ex Thensarum orbitis prędari sit ausus, inimicus nõ esse qui potest? Qui iure ęquo omnes putat esse oportere, is tibi nõ infestissimus sit, cũ cogitet varietatẽ, libidinẽq; decretorũ tuorum? Qui sociorũ iniuriis, puinciarũq; incõmodis doleat, is in te nõ expilatiõe Asię, vexatione Pamphylię, squalore & lachrymis Sicilię cõcitetur? Qui ciuiũ Ro. iura, ac libertatem sanctam apud oĩes haberi vult, is nõ tibi plus etiã, q̄ inimicus esse debeat, cũ tua verbera, cũ secures, cũ cruces ad ciuiũ Ro. supplicia fixas recordet̃? An siqua ĩ re cõtra rẽ meã decressetalí

Decressetalí.

quid iniuria, iure me ei inimicũ esse arbitrarer: cum omnia contra omniũ bonorũ rẽ, causam, rationẽ, vtilitatem, voluntatemq; fecerit, quæris cur ei sim inimicus, cui Po. Ro. infestus sit? qui pręsertim plus etiam q̄ pars virilis postulat, p̄ voluntate Populi Ro. oneris, ac mune

Virilis ps.

ris ſuſcipere debeam. Quid illa, quę leuiora videtur eſſe, nõ cuiuſuis animũ poſſunt mouere? q̃ ad tuã ipſius amicitiã, cęterorũq; omniũ maiorũ, atq; nobiliũ, facilliorẽ aditũ iſtius habet nequitia, & audacia, q̃ cuiuſq̃ noſtrum virtus, & integritas. Odiſtis hoĩm nouor̃ induſtrias, deſpicitis eor̃ frugalitatẽ, pudorẽ cõtemnitis: ingeniũ vero, & virtutẽ depreſſam extinctãq; cupitis: Verrem amatis: ita credo, ſi nõ virtute, nõ induſtria, nõ innocẽtia, nõ pudore, nõ pudicitia, at ſermone, at literis, at humanitate eius delectamini. Nihil hor̃ eſt, cõtraq; ſunt omnia, cũ ſummo dedecore ac turpitudine, tum ſingulari ſtultitia, atq; inhumanitate oblita. Huic hõmini ſi cuius domus patet, vtrũ ea patere, an hiare, ac poſcere aliqd videtur? hunc veſtri ianitores, hunc cubicularii diligunt: hunc liberti veſtri, hunc ſeruí, ancillęq; amãt: hic cum venit, extra ordinẽ vocatur, hic ſolus introducitur, cęteri ſępe frugaliſſimi hoĩes excluduntur. Ex quo intelligi poteſt, eos vobis eẽ chariſſimos, qui ita vixerũt, vt ſine veſtro prędicatione ſalui eſſe nõ poſſint. Quid hoc cuiq̃ ferẽdũ putas eſſe? nos ita viuere in pecunia tenui, vt prſus nihil acquirere velimus? vt dignitatẽ noſtrã, populiq; Ro. beneficia nõ copiis, ſed virtute tueamur? iſtum rebus oĩbus vndiq; ereptis, impune eludentẽ, circunfluere, atq; abundare? huius argẽto domos veſtras, huius ſignis, & tabulis forũ, comitiũq; ornari? præſertim cum vos veſtro Marte his rebus oĩbus abundetis? Verrẽ eſſe, qui veſtras villas ſuis manubiis ornet: Verrẽ eſſe, qui cum L. Mummio certet: vt plures hic ſociorum vrbes, q̃ ille hoſtiũ ſpoliaſſe videatur: plures hic ſolus villas ornamẽtis fanorũ, q̃ ille fana ſpoliis hoſtiũ ornaſſe. & is erit ob eã rem vobis charior, vt cęteri libẽtius ſuo periculo veſtris cupiditatibus ſeruiãt. Verũ hęc dicẽtur alio loco, & dicta ſunt. Nũc pficiſcemur ad reliqua, ſi pauca ante erimus a vobis Iudices deprecati. Superiore omni oratione perattentos veſtros animos habuimus. Id fuit nobis gratum admodũ, ſed multo erit gratius, ſi reliqua voletis attendere, propterea q; in his oĩbus, quę antea dicta ſunt, erat quędã ex ipſa varietate, ac nouitate rerũ, ac criminũ delectatio. Nũc tractare cauſam inſtituimus frumẽtariã: quę magnitudine iniurię fere criminibus cęteris antecellit: iucunditatis in agẽdo, & varietatis minus habebit: veſtra aũt auctoritate, & prudẽtia digniſſimũ eſt Iudices, in audiẽdo diligentiã nõ minus religioni tribuere, q̃ voluptati. In hac cauſa frumẽtaria cognoſcẽda, hęc vobis proponite Iudices, vos de rebus, fortuniſq; Siculor̃ omniũ, de ciuiũ Ro. qui arant in Sicilia, bonis, de vectigalibus a maioribus traditis, de vita victuq; Populi Ro. cognituros. Quę ſi magna, atq; adeo maxima vobis videtur, q̃ varie, & q̃ copioſe dicãtur, expectare nolite. Neminẽ veſtrum pręterit Iudices, oẽm vtilitatem, opportunitatẽq; prouincię Sicilię, quę ad cõmoda Po. Ro. adiuncta ſit, conſtere in re frumẽtaria maxime: in cęteris rebus adiuuamur ex illa puincia, hac vero alimur, ac ſuſtinemur. Ea cauſa tripertita Iudices erit in accuſatione. Primũ em̃ de Decumano, deinde de empto dicemus frumẽto, poſtremo de eſtimato. Inter Siciliã cęteraſq; prouincias Iudices in agror̃ vectigalium rõnibus hoc intereſt, q; cęteris, aut impoſitũ vectigal eſt certũ, qd ſtipendiariũ dicitur, vt Hiſpanis, & pleriſq; Pœnorũ, quaſi victorię pręmiũ ac pœna belli: aut cenſoria locatio conſtituta eſt, vt Aſia, lege Sempronia. Sicilię ciuitates ſic in amicitiã, fidẽq; recepimus, vt eodẽ iure eſſent, quo fuiſſent: eadẽ conditione Po. Ro. parerent, qua ſuis antea paruiſſent. Perpaucę Sicilię ciuitates ſunt bello a maioribus noſtris ſubactę, quarũ ager cum eſſet publicus Po. Ro. factus, tamẽ illis eſt redditus. is ager a Cenſoribꝰ locari ſolet. Fœderatę ciuitates duę ſunt, quarũ decumę venire nõ ſoleant, Mamertina & Tauromenitana: quinq; prętera ſine fœdere immunes ciuitates, ac liberę, Centuripina, Haleſina, Segeſtana, Halicyẽſis, Panormitana. Prętera omnis ager Sicilię ciuitatũ decumanus eſt, itemq; ante imperiũ Populi Ro. ipſor̃ Siculorũ voluntate, & inſtitutis fuit. Videte nũc maiorũ ſapientiã, qui, cũ Siciliam tã opportunũ ſubſidiũ belli, atq; pacis ad Remp. adiũxiſſent, tãta cura Siculos tueri, & retinere voluerunt, vt nõ modo eorũ agris vectigal nouũ nullum imponerent, ſed ne legẽ quidẽ vẽditionis decumarũ, neve vendundis aut tẽpus, aut locum cõmutarent, vt certo tẽpore anni, vt ibidẽ in Sicilia, denicq; vt lege Hieronica venderent. Voluerũt eos in ſuis rebus ipſos intereſſe: eorũ animos, non modo lege noua, ſed ne noĩe quidem legis nouo cõmoueri. Ita decumas lege Hieronica ſemp vendendas cenſuerũt, vt iis iucundior eſſet muneris illius functio, ſi eius regis qui Siculis chariſſimus fuit, non ſolum inſtituta cõmutato imperio, verũ etiam nomẽ maneret. Hoc iure ante Verrem Prętorẽ Siculi ſemp vſi ſunt: hic primus inſtituta omniũ, conſuetudinẽ a maioribus traditam, conditionẽ amicitię, ius ſocietatis, cõuellere, & cõmutare auſus eſt. Qua in re primũ illud reprehendo, & accuſo, cur in re tam vete-

Ianitores.

Veſtro Marte.

Deprecati a vobis.

Prętexit.

Frumentaria cauſa tripertita.

Stipẽdiariũ vectigal

Decumanus ager.

Lex Hieronica.

ri,tam vsitata quicq̃ noui feceris? ingenio aliquid assecutus es? tot homines sapiẽtissimos,q illam prouinciã ante te tenuerũt,prudẽtia cõsilioq; vicisti? Est tuũ,est ingenii prudẽtięq; tuę, do hoc tibi,& cõcedo:scio te Romę cũ Prętor esses,edicto tuo possessiões hęreditatũ ad alienos:a primis hęredibus,ad secũdos:a legibus,ad libidinẽ tuam transtulisse: scio te edicta superiorũ oim correxisse,& possessiones hęreditatũ non secundũ eos qui proferrent,sed secundum eos qui dicerent testamentũ factum,dedisse: easq; res nouas abs te prolatas,& inuẽtas, magno tibi quęstui fuisse scio. Eundẽq; te memini Censorias quoq; leges in sartis tectis exigẽdis,tollere,& cõmutare,ne is redimeret,cuia res esset:ne pupillo tutores, propinquiq; cõsulerent,quo minus fortunis oĩbus euerteretur,exiguã diem prefiniri operi,qua cęteros ab negotio excluderes, ipse in tuo redemptore nullã certam diẽ obseruares. Quãobrẽ nouã legem te in decumis statuisse non miror,hoĩem in edictis prętoriis, in Cẽsoriis legibus,tã prudẽtẽ, tam exercitatũ. Nõ inquã miror,te aliqd excogitasse:sed q; tua spõte,iniussu Populi,sine Senatus auctoritate,iura prouincię Sicilię mutaris,id reprehẽdo,id accuso. L. Octauio & C. Cotte cõsulibus Senatus pærmisit,vt vini,& olei decumas,& frugũ minutarum,quas ante te quęstores in Sicilia vendere cõsuessent,Romę vẽderent,legẽq; his rebus,quã ipsis videretur edicerent. Cũ locatio fieret,publicani postularunt,quasdã res vt ad legẽ adderent,neq; tamẽ a Censoriis cęteris legibus recederent. Cõtradixit is,qui casu tũ Romę fuit, tu⁹ hospes Veres,hospes inquã,& familiaris tuus Sthenius hic Thermitan⁹: cõsules causam cognouerũt: cũ viros primarios,atq; amplissimos ciuitatis multos in consiliũ aduocassent, de consilii sententia pnunciarunt,se lege Hieronica vendituros. Ita ne vero? prudẽtissimi viri,summa auctoritate prędĩti,quibus Senatus legũ dicendarũ in locandis vectigalibus oẽm potestatẽ permiserat,Populusq; Ro. idẽ iusserat,Siculo vno recusante,cũ amplificatione vectigaliũ,nomẽ Hieronicę legis mutare noluerunt: tu homo minimi consilii,nullius auctoritatis,iniussu populi,ac Senatus,tota Sicilia recusante,cũ maximo detrimẽto,atq; adeo exitio vectigaliũ,totã Hieronicã legẽ sustulisti? At quã legẽ corrigit Iudices,atq; adeo totã tollit? acutissime,ac diligentissime scriptã,quę oĩbus custodiis subiectũ aratorẽ Decumano tradit,vt neq; in segetibus,neq; in areis,neq; in horreis,neq; in amouẽdo,neq; in asportando frumẽto,grano vno posset arator sine maxima pœna fraudare Decumanũ. Scripta lex ita diligenter est,vt eũ scripsisse appareat,qui alia vectigalia non haberet: ita acute, vt Siculũ: ita seuere,vt Tyrãnum: qua lege Siculis tamen arare expediret. Nã ita diligenter constituta sunt iura Decumani,vt tamen ab inuito aratore plus decuma non possit auferri. Cũ hæc essent ita constituta, Veres tot annis,atq; adeo seculis inuentus est,qui hęc nõ cõmutarit,sed euerterit: eaq;,quæ iã diu ad salutẽ sociorũ,vtilitatẽq; Reip. cõposita,cõparataq; essent,ad suos ĩprobissimos q̃stus conuerterit: qui primũ certos instituerit, nomine Decumanos,re vera ministros, ac satellites cupiditatũ suarũ: p quos ostendã sic prouinciã per triennĩũ vexatã, atq; vastatã Iudices, vt eam multis annis multorũ innocentia, sapientiaq; recreare nequeamus. Eorũ omniũ,qui Decumani vocabãtur,princeps erat Q. ille Apronius,quẽ videtis,de cuius improbitate singulari, grauissimarũ legationum querimonias audistis. Aspicite Iudices vultũ hoĩs,& aspectum: & ex ea contumacia,quã hic in pditis rebus retinet,illos eius spiritus Sicilienses quos fuisse putetis,cogitate,ac recordamini. Hic est Apronius,quẽ,in prouincia tota Veres cũ vndiq; nequissimos hoĩes conquisisset, & cum ipse secum sui similes duxisset nõ parum multos,nequitia,luxuria,audacia,sui simillimum iudicauit. Itaq; istos inter se pærbreui tempore,nõ res,nõ ratio,nõ cõmendatio aliqua,sed studiorum turpitudo,similitudoq; coniunxit. Verris mores improbos, impurosq; nostis: fingite vobis,si potestis,aliquem,qui in omnibus istis rebus par ad oĩm flagitiorum nefarias libidines esse possit. Is erat Apronius ille,qui,vt ipse non solũ vita,sed etiam corpore,atq; ore significat,ĩmẽsa aliqua vorago est,aut gurges vitiorum,turpitudinũq; oĩm. Hunc in oĩbus stupris,in fanorum expilationibus,hunc ĩ impuris conuiuiis principem adhibebat: tantamq; habebat morũ similitudo coniunctionẽ,atq; concordiam,vt Apronius,qui aliis inhumanus,ac barbarus,isti vni commodus,ac disertus videretur: vt,quem oĩes odissent,neq; videre vellent, sine eo iste esse nõ posset: vt,cum alii ne conuiuiis qdem iisdem,qbus Apronius: hic iisdẽ etiã poculis vteretur: postremo vt odor Apronii teterrimus oris,& corporis,quem,vt aiunt,ne bestię qdem ferre possent,vni isti suauis,& iucundus videretur. Ille erat in tribunali proximus,in cubiculo solus, in conuiuio dominus: ac tum maxime,cum accubante prætextato prætoris filio,in conuiuio saltare nudus

Redẽptor.

Decimę Siciliæ.

Fruges minutę.

Quã ipsis videretur.

Decumani

Gurges vitiorũ.

Ne bestię qdem ferre possent.

cœperat. Hũc, vti dicere instituí, principẽ Verres ad euertẽdas fortunas aratorũ, vexãdas, diripiẽdasq; esse voluit: huius audaciæ, negtiæ, crudelitati, fidelissimos socios optimosq; ciues scitote hoc Prę. traditos Iudices, atq; addictos fuisse, nouis institutis, & edictis, tota Hieronica lege (quẽadmodũ antea dixi) reiecta & repudiata. Primũ edictũ Iudices audite præclarũ: quãtũ Decumanus edidisset aratorẽ sibi decumę dare oportere, vt tantũ arator Decumano dare cogeret. quomodo? Quantũ poposcerit Apronius, dato. quid est hoc? vtrũ Prętoris institutũ in socios, an in hostes victos insani edictũ, atq; imperiũ tyranni? ego tantũdem, quantũ ille poposcerit? poscet omne quãtũ & arauero. quid omne? Plus immo etiã, inquit, si volet. qd tum? quid censes? Aut dabis, aut cõtra edictũ fecisse dãnabere. Per deos ĩmortales qd est hoc? verisimile eñ nõ est. sic mihi persuadeo Iudices: tametsi oĩa in istũ hoĩem cõuenire putetis, tamẽ hoc vobis falsum videri. Ego. n. cũ hoc tota Sicilia diceret, tamen affirmare nõ auderẽ, si hęc edicta nõ ex ipsius tabulis totidẽ verbis recitare possem: sicuti faciã. da quęso Scribæ, recitet ex codice. Recita edictũ de pfessiõe. Negat me recitare totũ, nã id nutu significare videt. quid prętereo? an illud vbi caues tamẽ Siculis, & miseros respicis aratores? Dicis. n. te in Decumanũ, si plura sustulerit q̃ debitũ sit, in octuplũ iudiciũ daturum esse. Nihil mihi placet prętermitti. recita hoc quoq;, qđ postulat totum. Recita edictum, de iudicio in octuplum. Iudicio vt arator Decumanum persequat? miserum, atq; iniquũ ex agro hoĩes traduci in forũ: ab aratro ad subsellia: ab vsu rerũ rusticarũ, ad insolitã litem, atq; iudiciũ. cũ omnibus in aliis vectigalib9, Asię, Macedonię, Hispanię, Gallię, Aphricę, Sardinię, ipsius Italię, quę vectigalia sunt: cũ in his inquã, rebus oĩb9 publican9 pętitor, ac pignerator, nõ ereptor, neq; possessor soleat esse, tu de optimo, de iustissimo, de honestissimo genere hominũ, hoc est de aratoribus, ea iura cõstituebas, quę oĩbus aliis essent cõtraria. Vtrũ est ęquius Decumanum pętere, an aratorẽ repętere? iudiciũ integra re, an pdita fieri? eũ, qui manu quęsierit, an eũ q digito licitus sit, possidere? Quid q in singulis iugis arãt, q ab opere ipsi nõ recedũt, quo in numero magnus ante te prętorẽ numerus, magna multitudo Siculorũ fuit, quid facient? cũ decrint Apronio, qđ poposcerit, relinquẽt arationes? relinquẽt larẽ familiarẽ suũ? veniẽt Syracusas? vt te prętore videlicet, ęquo iure Aproniũ delitias, ac vitã tuã iudicio recuperatorio persequãtur? Verũ esto, reperiẽt aliqs fortis, experiẽs, arator, q cũ tantũ dederit Decumano, quãtũ ille deberi dixerit, iudicio repetat, & pœnã octupli persequat. expecto vim edicti, seueritatẽ Prętoris, faueo aratori, cupio octupli dãnari Aproniũ. qd tandẽ postulat arator? nihil, nisi ex edicto iudiciũ in octuplũ. qd Aproni9? nõ recusat. qd Prętor? iubet Recuperatores reiicere decurias. scribam9 quas decurias. de cohorte mea reiicies ĩqt. qd? ista cohors quorũ hoĩm est? Volusii aruspicis, & Cornelii medici, & hoꝝ canũ, quos tribunal meũ vides lãbere. Nã de cõuẽtu nullũ vnq̃ iudicẽ, nec recuperatorẽ dedit: iniquos Decumanos cẽs dicebat eẽ, q vnã agri glebã possiderẽt. veniendũ erat ad eos cõtra Aproniũ, qui nondũ etiam Aproniani cõuiuii crapulã exhalassent. O pręclarũ, & cõmemorandũ iudiciũ. O seuerũ edictũ. O tutũ perfugiũ aratorũ. Atq; vt intelligatis cuiusmodi ista iudicia in octuplũ: cuiusmodi, istius de cohorte Recuperatores existimati sint: sic attendite. Ecquem putatis Decumanum hac licentia pmissa, vt tantum ab aratore, quantum poposcisset, auferret, plus q̃ deberet poposcisse? considerate cum vestris animis vosmetipsi, ecquem putetis? præsertim cũ id non solũ sine auaritia, sed etiam imprudentia accidere potuerit. multos necesse est. At ego oñes dico, plus q̃ decumas abstulisse. Cedo mihi vnũ ex triennio Prętury tuę, qui octupli damnatus sit. Damnatus? immo vero in quẽ iudicium ex edicto tuo postulatum sit. Nemo erat videlicet aratorum, qui iniuriam sibi factam queri posset: nemo Decumanorum, qui grano amplius, sibi q̃ deberetur, deberi professus esset. Immo vero contra, rapiebat, & asportabat quantum a quoq; volebat, Apronius: omnibus autem locis aratores spoliati, ac vexati querebantur: neq; tamen vllum iudicium reperietur. Quid est hoc? viri fortes, honesti, gratiosi, tot Siculi, tot Equites Ro. ab homine nequissimo, ac turpissimo lęsi, pœnam octupli sine vlla dubitatione commissam non persequebantur? quę causa? quę ratio est? vna illa Iudices, quã videtis, q̃ vltro etiã illusos, se, & irritos ab iudicio discessuros videbãt. Etem̃ qđ esset iudicium? cũ e Verris turpissimo flagitiosissimoq; comitatu tres recuperatoꝝ noĩe assedissent, assecle istius, nõ a patre ei traditi, sed a meretricula cõmẽdati? Ageret videlicet cãm arator: nihil sibi frumenti ab Apronio relictũ, bona sua etiã direpta, se pulsatũ, verberatũq;, diceret. Cõferrẽt viri boni capita: de comessatiõe loquerentur inter se, ac de mulierculis, si quas a Pręt. abeũtes possent depẽdere: res agi

Crapulam exhalassent

Assecle.

Vnguẽtis oblitus.

†lynceus.

videret. Surrexíſſet Apronius, noua dignitas publicani, nõ vt Decumanꝰ ſqualoris plenus, ac pulueris, ſed vnguentis oblitus, vino, vigíliíſq; languidus: oía primo motu, ac ſpíritu ſuo víni, vnguenti, corporis odore compleſſet: díxíſſet hęc, quę vulgo dícere ſolebat, nõ ſe decumas emiſſe, ſed bona, fortunaſq; aratorũ: nõ ſe Decumanũ eſſe Aproníũ, ſed Verrem alterũ, dominũ illoꝝ, ac tyrãnum. Quę cũ díxíſſet, illí víri optími de cohorte íſtius Recuperatores, nõ de abſoluẽdo Apronío delíberarent, ſed quęrerent, quomodo prætorẽ ípſum Apronío permíſiſſent, vt quantũ vellet, poſceret: quãtũ popoſcíſſet, auferret. Hoc tíbi defenſionís ad iudícium tuũ comparabas! habuiſſe te edictũ, Recuperatores daturũ in octuplum! Sí mẽhercule ex omni copía cõuentus Syracuſani ſplendidíſſimorũ hominũ, honeſtíſſimorũq; faceres poteſtatẽ aratorí, nõ modo reíiciendí, ſed etiã ſumẽdí Recuperatores, tamẽ hoc nouũ genus íniuríę ferre nemo poſſet, te cũ tuos oẽs fructus publícano tradidíſſes, & rem de manibus amíſiſſes, tum bona tua repętere, ac perſequí líte, atq; iudício! Cũ vero verbo iudiciũ fit in edicto, re quidẽ vera tuoꝝ comitum hominũ nequiſſimorũ colluſio cũ Decumanís ſocíís tuís, atq; adeo procuratorĩbus, tamẽ audes íllíus iudícíí mentionẽ facere! præſertím cum id nõ modo oratione mea, ſed etiã re ípſa refellatur: cũ in tantís íncõmodís aratorũ, íniuríiſq; Decumanorũ, nullũ ex íſto prędaro edicto nõ modo factũ, ſed ne poſtulatum qdem iudiciũ inuenía-tur. Erit tamẽ in aratores lenior, q̃ videtur. Nã qui in Decumanos octupli iudiciũ ſe daturum edíxit, idem habuit in edicto, ſe in aratorẽ in quadruplũ daturum. Quís hũc audet dícere aratorĩbus infeſtũ, aut ínimícũ fuiſſe! quãto lenior eſt, q̃ in publicanũ. edíxit, vt qđ Decumanus edidíſſet, ſibí darí oportere, id ab aratore Magiſtratus Sículus exigeret. quid derelíquit iudícíí, qđ in aratorẽ darí poſſet! Nõ malum eſt, ínqt, eẽ íſtam formídinẽ, vt cũ exactũ ſit ab aratore, tamẽ ne ſe cõmoueat, relíquus metus iudícíí ſit. Sí iudício a me vís exígere, remoue Sículũ magiſtratũ. ſi hanc vim adhíbes: qd opus eſt iudício! Quís porro erit, q nõ malit Decumanís tuís dare qđ poſcerent, q̃ ab aſſeclís tuís quadruplí condẽnarí! Illa vero p̃clara eſt clauſula edicti, q; omniũ controuerſiarũ, quę eſſent inter aratorem, & Decumanum, ſi vter velit, edícit ſe Recuperatores daturũ. Primũ quę poteſt eſſe controuerſia, cum ís qui petere debet, aufert! & cũ ís nõ quantũ debetur, ſed quantũ cõmodum eſt, auferat! ílle aũt vnde ablatũ eſt, iudício ſuũ recuperare nullo modo poteſt! Deínde ĩ hoc homo †luteus, etiã calídus, ac veterator eſſe vult, q; ita ſcríbit: ſi vter volet, Recuperatores dabo. Q̃ lepíde ſe furarí putat! vtriq; facit poteſtatem. Sed vtrũ ita ſcripſerít, ſi vter volet, an ſi Decumanus volet, níhíl ĩtereſt. Arator. n. tuos íſtos recuperatores nunqd volet! Quid! ílla cuíuſmodí ſunt, quę ex tempore ab Apronío admonítus, edíxit! Q. Septítio honeſtíſſimo hoĩe, equíteq; Ro. reſiſtente Apronío, & affirmãte ſe plus decuma nõ daturũ, exorítur peculíare edictũ repentínũ, ne quís frumentum de ãrea tolleret, anteq̃ cum Decumano pactus eſſet. Ferebat hanc quoq; íníquítatem Septítius, & ímbrí frumentum corrumpí in area patiebatur, cum íllud edictum repente vberrímũ, & quęſtuoſiſſimũ naſcítur, vt ante Calẽ. Sext. omes decumas ad aquã deportatas haberent. Hoc edícto, nõ Sículí (nã eos quidẽ iã ſuperioribus edictís ſatís pdíderat, atq; afflixerat) ſed íſtí ípſí Equítes Ro. qui ſuũ ius retínere ſe cõtra Aproníũ poſſe erãt arbítratí, ſplendídí hoĩes, & alíís Prętorĩbus gratioſí, vínctí Apronío traditi ſunt. Attẽdite emẽ cuíuſmodi edícta ſunt. Ne tollat ínqt ex area, níſi erít pactus. Satís hęc magna vís eſt, ad ínique paciſcẽdũ. Malo. n. plus dare, q̃ nõ mature ex area tollere. At íſta vi Septítium, & nõnullos Septítíí ſímíles nõ coercet, q ita dicũt, nõ tollã potí⁹, q̃ paciſcor. hís hoc apponít. Deportatũ habeas ante Cal. ſextílís. Deportabo ígít. Níſi pact⁹ eris, nõ cõmouebís. ſic deportãdí dies prędíctuta tollere cogebat ex area: cohíbítío tollẽdí, níſi pactus ẽẽt, vím adhíbebat pactionĩ, nõ volũtatẽ. Iã vero íllud nõ ſolũ cõtra legẽ Hieronícã, nec ſolũ cõtra cõſuetudínẽ ſuperíorum, ſed etiã cõtra oía iura Sículoꝝ, quę habẽt a Senatu Po. q; Ro. ne extra ſuũ forũ vadímoníũ ꝓmittere cogãtur. Statuit íſte, vt arator Decumano, quo vellet Decumanus, vadímoníũ promitteret: vt hic quoq; Apronio, cũ ex Leontíno vſq; Lílybẽũ alíquẽ vadaretur ex míſerís aratorĩbus, calumníãdí quęſtus accederet. Q̃ q̃ ílla fuit ad calumníã ſíngulari cõſílío reperta ratío, q; edíxerat, vt aratores íugera ſationũ ſuarum profiterẽtur. Quæ res cũ ad pactiones íníquíſſímas magnã vím habuit, ſícut oſtendemus, nec ad vllã vtílítatẽ Reip. pertínuit, tum vero ad calumnías ín quas omnes íncíderent, quos vellet Apronius. vt emẽ quiſq; contra voluntatem eíus díxerat, íta ín eũ íudícium de ꝓfeſſione íugerum poſtulabatur. Cuius iudícíí metu magn⁹ a multís frumẽtí numerus ablatus, magnęq; pecunię coactę ſunt. Nõ quo iuge

rum numerũ vere ꝑfiteri eſſet difficile, aut amplius etiã ꝑfiteri. (Quid.n. in eo ꝑriculi eſſe poſſet?) ſed cauſa erat iudicii poſtulãdi, ꝙ ex edicto ꝑfeſſus nõ eẽt. iudiciũ aũt qđ fuerit iſto Prętore, ſi quę cohors, & q comitat⁹ fuerit, meminiſtis, ſcire debetis. Quid igĩt eſt qđ ex hac iniquitate nouorum edictorum intelligi velim Iudices? iniuriam ne factã ſociis? at videtis. auctoritatẽ ſuꝑioꝝ repudiatã? nõ audebit negare. tantũ Apronii iſto Prętore potuiſſe? confiteatur neceſſe eſt. Sed vos fortaſſe, qđ vos lex cõmonet, id in hoc loco quęretis: num quas ex hiſce rebus ꝓcunias ceꝑrit. Docebo cepiſſe maximas, oñesq; eas iniqtates, de qbus antea dixi, ſui quęſtus cauſa cõſtituiſſe cõuincã, ſi prius illud ꝓpugnaculũ, quo cõtra oẽs meos impętus vſurũ ſe putat, ex defenſione eius deiecero. Magno, inquit, decumas vẽdidi. Quid ais? an tu decumas homo audaciſſime, atq; amẽtiſſime vẽdidiſti? tu partes eas, quas te S.P.Q.R. voluit? an fructus integros, atq; adeo bona, fortunaſq; aratorũ oẽs vẽdidiſti? Si palã pręco iuſſu tuo ꝓdicaſſet, nõ decumas frumẽti, ſed dimidias venire partes, & ita emptores acceſſiſſent, vt ad dimidias partes emẽdas, ſi pluris vẽdidiſſes tu dimidias, q̃ cęteri decumas, cuinã mirũ videreť? Quid vero? ſi pręco decumas ꝓnũciauit, re vera, hoc eſt lege, edicto, cõditione, plus etiã q̃ dimidię venierũt, tñ hoc tibi ꝑclarũ putabis, te pluris qđ nõ licebat, q̃ cęteros qđ oportebat, vẽdidiſſe? Pluris vẽdidi decumas q̃ cęteri. quibus rebus id aſſecutus es? innocẽtia? aſpice ędẽ Caſtoris: deinde, ſi audes, fac mentionẽ innocẽtię. Diligẽtia? codicis lituras tui contẽplare in Sthenii Thermitani noïe: deinde aude te dicere diligentẽ. Ingenio? qui teſtes interrogari priore actione noluerís, & iis tacitũ os tuũ ꝑbere maluerís, quãtũuis & te, & patronos tuos ingenioſos eſſe dicito. Qua re igĩt id, qđ ais, aſſecutus es? Magna eſt eñ laus, ſi ſuperiores cõſilio viciſti, poſteriorib⁹ exẽplũ, atq; auctoritatẽ reliquiſti. Tibi fortaſſe idoneus fuit nemo, quẽ imitarere. at te videlicet inuẽtorẽ rerũ optimarũ, ac principẽ imitabũtur oẽs. Quis aratorũ te prętore decumã dedit? quis duas? quis nõ maximo ſe affectũ beneficio putauit, cũ tribus decumis ꝑ vna defungereť? pręter paucos, q̃ ꝓpter ſocietatẽ furtorũ tuoꝝ nihil omnino dederũt? Vide inter importunitatẽ tuã, ſenatuſq; bonitatẽ qd interſit. Senatus, cũ tẽporibus Reip. cogĩt vt decernat, vt alterę decumę exigãtur, ita decernit, vt ꝓcunia ꝑ his decumis ſoluaťur aratoribus, vt qđ plus ſumitur q̃ debetur, idẽ nõ auferri putetur. Tu cũ tot decumas nõ S.C. ſed nouis edictis tuis, nefariiſq; inſtitutis exigeres, & eriꝑres, magnũ te feciſſe arbitrabere, ſi pluris vẽdideris, q̃ L. Hortẽſius pater iſtius Q. Hortẽſii, q̃ Cn. Põꝑeius, q̃ M. Marcellus, q ab ęquitate, ab lege, ab inſtitutis, nõ receſſerũt. An tibi vnius anni aut biennii ratio habẽda fuit? ſalus ꝓuincię, cõmoda rei frumentarię, ratio Reip. ✳ ſatis frumẽti ex Sicilia ſuppęditareť, & aratoribus tamẽ arare atq; agros colere exꝑediret. Quid effeciſti? qd aſſecutus es? vt prętore te neſcio qd ad decumas accederet, deſerẽdas arationes, relinquẽdaſq; curaſti. Succeſſit tibi L. Metellus. tu innocẽtior q̃ Metellus? tu laudis & honoris cupidior? Tibi.n. Cõſulatus quęrebať, Metello paternus honor & auitus negligebať. Multo minoris vẽdidit, nõ modo q̃ tu, ſed etiã q̃ qui ante te vẽdiderunt. Quęro ſi ipe excogitare nõ poterat, quẽad modum q̃plurimo venderet, ne tua qdẽ recẽtia ꝓximi prętoris veſtigia ꝑſeq poterat, vt tuis pręclaris, abs te principe inuẽtis, & excogitatis edictis, atq; inſtitutis vteretur? Ille vero tum ſe Metellũ miníme fore putaſſet, ſi te vlla in re imitatus eſſet, q ab vrbe Roma, qđ nemo vnq̃ poſt hoĩm memoriã fecit, cũ ſibi in prouinciã proficiſcendũ putaret, literas ad Sicilię ciuitates miſit, ꝑr quas hortatur, & rogat, vt arent, vt ſerant: in beneficio populi Romani hoc petit aliquanto ante aduẽtum ſuũ: & ſimul oſtendit ſe lege Hieronica venditurũ, hoc eſt in omni ratiõe decumarũ nihil iſti ſimile facturũ. Atq; hęc nõ cupiditate aliqua ſcribit adductus, vt in alienã prouinciã mittat literas ante tẽpus, ſed cõſilio, ne ſi tẽpus ſationis prætereriſſet, granum in prouincia Sicilia nullũ haberemus. Cognoſcite Metelli literas. Recita Epiſtolã L. Metelli. Hę literę Iudices L. Metelli, quas audiſtis, hoc quantũ eſt, ex Sicilia frumẽti hornotini exarauerũt. Glebam cõmoſſet in agro decumano Sicilię nemo, ſi Metellus hanc epiſtolam nõ miſiſſet. Quid Metello diuinitus hoc venit in mentẽ? an ab Siculis, q Romã frequẽtiſſimi cõuenerant, negotiatoribuſq; Sicilię doctus eſt? quoꝝ quanti cõuentus ad Marcellos antiquiſſimos Sicilię patronos, quãti ad Cn. Pompęium Conſ. deſignatũ, cæteroſq; illius ꝓuincię neceſſarios, fieri ſoliti ſint, qs ignorat? qđ qdem iudiciũ nullo vnq̃ de hoïe factũ eſt, vt ab ſens accuſareť ab iis palam, quoꝝ in bona, liberoſq; ſummũ imꝑriũ poteſtatẽq; haberet. tãta vis erat iniuriarũ, vt hoïes quiduis ꝑrꝑeti, q̃ nõ de iſtius prauitate, & iniuriis deplorare, & conqueri mallent. Quas literas cũ ad oẽs ciuitates ꝓpe ſuppliciter miſiſſet Metellus, tamen

Propugnaculum.

Prębere os tacitum.

Hornotinũ frumentũ.

antiquũ modũ sationis nulla ex parte exequi potuit. Diffugerant eñ pmulti, id qđ ostendã: nõ solũ arationes, sed etiã sedes suas patrias istius iniuriis exagitati reliquerant. Nõ meher cule criminis augẽdi causa dicã Iudices, sed quẽ accepi ipse oculis, animoq; sensum, hũc vere apud vos, & vt potero planissime exponã. Nã cũ quadriẽnio post in Siciliã venissem, sic mihi affecta visa est, vt hę terræ solent, in qbus bellũ acerbũ, diuturnũq; versatũ est. Quos ego campos antea, collesq; nitidissimos, viridissimosq; vidissem, hos ita vastatos nũc, ac desertos videbã, vt ager ipse cultorẽ desiderare, ac lugere dñm videret. Herbitensis ager, & Ennensis, Murgẽtinus, Assorinus, Macharẽsis, Agyrinẽsis ita relictus erat ex maxima parte, vt nõ solũ iugerũ, sed etiã dominoꝝ multitudinẽ quęreremus. Aetnẽsis vero ager, q solebat esse cultissimus: & qđ caput est rei frumentarię, cãpus Leontinus, cuius antea spes hęc erat, vt cũ obsitũ vidisses, annonę caritatẽ nõ vererere, sic erat deformis, atq; horridus, vt in vberrimas Siciliæ partes Siciliã quęreremus. Labefactarat. n. vehemẽter aratores iã superior annus, pximus vero fundítus euerterat. Tu mihi etiã audes mentionẽ facere decumarũ: tu in tãta acerbitate, in tot, & tãtis iniuriis, cũ in arationibus, & in earũ rerũ iure puincia Sicilia cõsistat, euersis fundítus aratoribus, relictis agris, cũ in puincia tã locuplete, ac referta non modo rẽ, sed ne spem qdem vllã reliquã cuiq; feceris, aliqd te populare putabis habere, cum dices te pluris, q̃ ceteros decumas vẽdidisse! quasi vero aut Po. Ro. hoc voluerit, aut Senatus hoc tibi mãdauerit, vt cũ oẽs aratoꝝ fortunas decumarũ noie eriperes, in posterum fructu illo, cõmodoq; rei frumẽtariæ Po. Ro. priuares. deinde si quã partẽ tuę prędę ad summã decumarũ addidisses, bene de Po. Ro. meritus viderere. Atq; hęc perinde loquor, quasi in eo sit iniqtas ei⁹ reprehendenda, q ppter glorię cupiditatẽ, vt aliquos summa decumarũ vinceret, acerbiorẽ legẽ, duriora edicta, interposuerit, oĩm superioꝝ auctoritatẽ repudiarit. Magno tu decumas vẽdidísti. qd si doceo te nõ mín⁹ domũ tuã auertisse, q̃ Romã misisse decumarũ noie! qd habet popular rõ tua, cũ ex puincia Po. Ro. equã partẽ tu tibi sumpseris, atq; Po. Ro. miseris! Quid si duabus partib⁹ doceo te amplius frumẽti abstulisse, q̃ Po. Ro. misisse! tñ ne putamus patronũ tuũ in hoc crimine ceruiculã iactaturũ! & ppʼo se ad coronã daturũ! Hæc vos antea Iudices audistis, verũ fortasse ita audistis, vt auctorem rumorẽ haberetis, sermonẽq; oĩm. cognoscite nũc innumerabilẽ pecuniã frumẽtario noie ereptã, vt simul illã quoq; ei⁹ vocẽ pbã agnoscatis, q se vno q̃stu decumarũ oĩa sua pericula redẽpturũ eẽ dicebat. Audiuimus hoc iãdiu Iudices, nego quenq̃ esse vestrũ, qn sæpe audierit, socios istius fuisse decumanos. nihil aliud arbitror in istũ falso eẽ dictũ ab iis, qui male de isto existimarint, nisi hoc. Nã socii putãdi sunt, quos inter res cõmunicata est. Ego rem totã, fortunasq; aratorũ oẽs, istius fuisse dico. Apronium, Veneriosq; seruos, qđ isto Prę. fuit nouũ genus Publicanoꝝ, cęterosq; decumanos, pcuratores isti⁹ quęstus, & ministros rapinarũ dico fuisse. Quomodo hoc doces! quomodo ex locatione illa columnarũ docui istũ esse prędatũ! opinor ex eo maxime, q iniquã legẽ nouã q dixisset. Quis. n. vnq̃ conatus est iura omnia, & cõsuetudinẽ omniũ cõmutare cũ vitupératione, sine quęstu! Pergã atq; insequar longius. iniqua lege vendebas, quo pluris vẽderes. cur iam addictis, & venditis decumis, cum iam ad summã decumarũ nihil, ad tuũ quęstũ multum posset accedere, subito atq; ex tẽpore noua nascebãtur edicta! Nã vt vadimonium Decumano quocũq; is vellet, pmitteretur: vt ex area, nisi pactus esset, arator ne tolleret: Calẽ. sextilibus decumas deportatas haberẽt: hæc oĩa venditis decumis, anno tertio te edixisse dico. Quę si Reip. causa faceres, in vendũdo essent pnunciata: quia tua causa faciebas, qđ erat imprudentia ptermissum, id quæstu, ac tẽpore admonitus reprehẽdisti. Illud vero cui probari potest! te sine tuo quęstu, ac maximo quęstu, tantam tuã infamiã, tantũ capitis tui, fortunarũq; periculũ neglexisse! cũ totius Sicilię quotidie gemitus, querimoniasq; audires: cñ vt ipse dixísti, reum te fore putares: cũ huiusce iudicii discrimẽ ab opinione tua nõ abhorreret: paterere tamẽ aratores indignissimis iniuriis vexari, ac diripi. Profecto q̃q̃ es singulari crudelitate, & audacia, tamẽ abs te totam alienari prouinciam, tot honestissimos tibi inimicissimos fieri nolles, nisi hanc rationem, & cogitationem salutis tuę, pecunię cupiditas, ac presens illa pręda superaret. Etenim quoniam summam, & numerum iniuriarum Iudices vobis non possum exponere: sigillatim autem de vniuscuiusq; incommodo dicere infinitum est: genera ipa iniuriarum quęso cognoscite. Nympho est Centuripinus homo nauus, & industrius, experientissimus, ac diligentissimus arator, is cum arationes magnas conductas haberet, (qđ homines etiam locupletes, sicut ille est, in Sicilia facere consueuerunt) easq; magna impẽ-

Caput rei frumẽta. cãpus Leõ. in vberrima Sicilię parte.

Aequã atq;

Ceruicula.

Auctorem rumorem.

Socii qui.

Sigillatim.

Experiẽtissimus.

ſa,magno inſtrumẽto tuereť,tanta ab iſto iniquitate oppreſſus eſt, vt nõ modo arationes re linqueret,ſed etiã ex Sicilia ꝓfugeret, Romãq; cũ multis vna ab iſto eiectis veniret.Fecit vt Decumanus Nymphonẽ vocaret ex edicto illo preclaro,qđ nullam ad aliam rem niſi ad hu iuſmodi queſtus pertinebat,numerũ iugerũ profeſſum nõ eſſe.Nympho cum ſe vellet æquo iudicio defendere, iſte viros optimos Recuperatores dat, eundẽ illũ Medicũ Cornelĩũ:is eſt Artemidorus Pergameus,qui in ſua patria dux iſti quondã,& Magiſter ad deſpoliandũ Dia nę templũ fuit:& Aruſpicẽ Voluſianũ, & Valeriũ preconẽ.Nympho anteq; plane conſtitit, cõdemnať.Quãti fortaſſe queritis.nulla erat edicti pœna certa. Frumẽti eius oĩs qđ in areis eſſet.Sic Apronius Decumanus nõ decumã debitã,nõ frumentũ remotũ,atq; cęlatũ,ſed tri= tici ſeptẽ millia medimnũ ex Nymphonis arationibus edicta pœna,nõ redẽptionis aliquo iu re tollit.Xenonis Meneni nobiliſſimi hoĩs vxoris fundus erat colono locat⁹.colonus ꝙ De= cumanoꝝ iniurias ferre nõ poterat,ex agro ꝓfugerat.Verres in Xenonẽ iudiciũ dabat illud ſuũ damnatoriũ de iugerũ profeſſione.Xenon ad ſe ptinere negabat, fundũ elocatũ eſſe dice Elocatus. bat, dabat teſtes.iudiciũ,ſi pateret iugera eiuſmodi fundi eſſe plura,q̃ colonus eſſet ꝓfeſſus, tum Xeno damnareť.Dicebat ille,nõ modo nõ araſſe ſe,id quod ſatis erat,ſed nec dñm eius eſſe fundi,nec locatorẽ:vxorem eſſe,eã ipſam ſuũ negotium gerere,ipſam locauiſſe.Defende bat Xenonẽ homo ſummo ſplẽdore,& ſumma auctoritate prędit⁹ M.Coſſetius.iſte nihilo minus iudiciũ HS.LXXX.dabat. Ille tametſi Recuperatores de cohorte latronũ ſibi parari videbat,tamẽ iudiciũ accepturũ ſe eſſe dicebat.Tũ iſte magna voce Veneriis imperat,vt Xe= nonẽ audirent:dũ res iudicareť, hoĩem vt aſſeruarẽt:cũ iudicatũ ſit,ad ſe adducant.& illud ſimul dixit,ſe nõ putare illũ,ſi ꝓpter diuitias pœnas damnationis cõtemneret,etiã virgas cõ temnere.Hac ille vi,& hoc metu adductus,tantũ Decumanis, quãtũ iſte imperauit,exoluit. Polemarchus eſt Murgẽtinus vir bonus,atq; honeſtus:is cũ pro iugeribus qnquaginta,me= dimna DCC.decumę imperarẽtur, ꝙ recuſabat,domũ ad iſtum in ius deductus eſt:& cũ iſte Medimna. etiam cubaret,in cubiculũ introductus eſt,qđ niſi mulieri,& Decumano,patebat alii nemi= ni.Ibi cũ pugnis,& calcibus conſciſſus eſſet,q DCC.medimnis decidere noluiſſet,mille pro= Conſciſſus miſit. Eubulides eſt Groſphus Cẽturipinus,homo cũ virtute,& nobilitate domi ſuę,tũ etiã pugnis. pecunia princeps:huic homini Iudices honeſtiſſimę ciuitatis honeſtiſſimo,nõ modo frumẽ= Ciuitas ho ti ſcitote,ſed vitę,& ſanguinis tantũ relictũ eſſe,quantũ Apronii libido tulit.Nam vi,malo, neſtiſſima. plagis adductus eſt,vt frumẽti daret,nõ quantũ haberet, ſed quantũ cogereť. Soſtratus,& Numenius, & Nymphodor⁹ eiuſdẽ ciuitatis, cũ ex agris tres fratres cõſortes profugiſſent, ꝙ iis plus frumẽti imperabať,q̃ quantũ exararant,hoĩbus coactis in eorũ aratiões Apronius venit,omne inſtrumẽtum diripuit,familiã abduxit,pecus abegit.Poſtea, cũ ad eũ Nympho= Inſtrumen dorus veniſſet Aetnã,& oraret,vt ſibi ſua reſtituerẽtur,hoĩem ſontipi, ac ſuſpendi iuſſit in tum. oleaſtro quadã,que eſt arbor Iudices in foro.tandiu pependit in arbore ſocius, amicuſq; Po. Ro.in ſociorũ vrbe,ac foro colonus,aratorq; veſter,q̃diu voluntas Apronii tulit. Genera iãdudum innumerabiliũ iniuriarũ Iudices ſingulis noĩbus profero:infinitã multitudinẽ in= iuriarũ prętermitto.Vos ante oculos animoſq; veſtros tota Sicilia Decumanorũ hos impe= tus,aratorũ direptiones,huius ĩportunitatẽ,Apronii regnũ ꝓponite.Cõtempſit Siculos,nõ duxit hoĩes,nec ipſos ad pſequẽdũ vehemẽtes fore,& vos eoꝝ iniurias leuiter laturos exiſti mauit.Eſto falſam de illis habuit opinionẽ,†malam de vobis:verũtamẽ cum de Siculis male †mallẽ de mereret,ciues Ro.coluit,his indulſit,eorũ voluntati,& gratię deditus fuit.Iſte ciues Ro.at vobis. nullus inimicior,aut iſeſtior fuit.Mitto vincla,mitto carcerẽ,mitto verbera,mitto ſecures, crucẽ deniq; illã prętermitto,quã iſte ciuibus Romanis teſtẽ humanitatis in eos,ac beneuo= lentię ſuę voluit eſſe:mitto inquã hęc oĩa, atq; in aliud dicẽdi tẽpus reiicio:de Decumis,de ciuiũ Romanorũ cõditiõe in arationibus diſputo.Qui quẽadmodũ eſſent accepti Iudices,au diſtis ex ipſis:bona ſibi erepta eſſe dixere.Hęc quoniã hmõi caſus affuit,ferẽda ſunt,nihil va luiſſe equitatẽ, nihil cõſuetudinẽ:damna deniq; Iudices nulla tanta ſunt, que nõ viri fortes magno,& libero animo affecti,ferenda arbitrenť.Quid?ſi Equitibus Romanis non obſcuris, neq; ignotis,ſed honeſtis,& illuſtribus manus ab Apronio,iſto prætore,ſine vlla dubitatiõe afferebanť?Quid expectatis?qd a me ampli⁹ dicẽdũ putatis?an id agẽdũ,vt eo celerius de iſto trãſigamus,quo maturius ad Aproniũ poſſimus,id qđ ego illi iam in Sicilia pollicitus ſum, venire?Qui C.Matriniũ Iudices ſumma virtute hoĩem,ſumma induſtria,ſumma gratia,Leõ tinis in publico biduũ tenuit:atq; ab Apronio Iudices hoĩe in dedecore nato,ad turpitudinẽ

educato,ad Verris flagitia libidinesq; accõmodato,Equitẽ Ro. scitote biduũ cibo tectoq; p
hibitũ,biduũ Leontinis in foro custodiis Apronii retentũ,atq; seruatũ:neq; ante dimissum
Depactus ẽ ad cõdit. q̃ ad cõditiones eius depactus est. Nã qd ego de Q.Lollio Iudices dicã Equite Ro.spectato atq; honesto?clara res est,quã dicturus sum,tota Sicilia celeberrima,atq; notissima. q cũ ara ret in Aetnensi,cũq; is ager Apronio,cũ ceteris agris esset traditus,equestri vetere illa & au ctoritate,& gratia fretus,affirmauit,se Decumanis plusq̃ deberet nõ daturũ.Refert ei9 sermo Apronio.emuero iste ridere,ac mirari Lollium nihil de Matrinio, nihil de cæteris rebus audisse.mittit ad hoiem Venerios,(hoc quoq; attẽdite,apparitores a prętore assignatos ha buisse Decumanũ,si mediocre argumentũ videri potest,istũ Decumanorũ noie ad suos quę= stus esse abusum)adducit a Veneriis,atq; adeo attrahit Lollius cõmode,cũ Apronius e pa= lęstra redisset,& in triclinio,qd in foro Aetnę strauerat,decubuisset: statuit Lollius in illo tẽ pestiuo gladiatorũ cõuiuio.Nõ mehercule quę loquor crederẽ Iudices,tametsi vulgo audie ram,nisi mecũ ipse senex,cũ mihi,atq; huic voluntati accusationis meę lachrymans gratias ageret,summa cũ auctoritate esset locutus.Statuit,vt dico,Eques Ro.ppe annos.LXXXX. natus in Apronii cõuiuio.cũ interea Apronius caput,atq; os suũ vnguẽto pærfricaret,qd est Lolli inquit?tu nisi malo coactus recte facere nescis? Homo qd ageret,taceret,respõderet,qd faceret deniq; illa auctoritate,& ętate prędit us,nesciebat.Apronius interea cœnã,ac pocula
Pręter ocu los ferebãt †lustro. †lucro. poscebat.serui aũt eius,qui & moribus iisdẽ essent,qbus dominus,& eodẽ genere,ac loco na ti,pręter oculos Lollii hęc oia ferebãt.ridere cõuiuę, cachinnari ipe Apronius.nisi forte exi stimatis,eũ in vino, ac†luxu nõ risisse,q nunc in periculo, ac exitio suo risum tenere nõ pos sit.Ne multa Iudices,his cõtumeliis scitote Q.Lolliũ coactũ ad Apronii leges, cõditionesq; venisse.Lollius ętate,& morbo ipeditus ad testimoniũ dicendũ venire nõ potuit.Quid opus est Lollio?nemo hoc nescit:nemo tuoꝝ amicorũ, nemo abs te iterrogatus,nũc se primũ hoc dicet audire.M.Lollius filius ei9 adolescẽs lectissimus pręsto est,huius verba auditis.Nã Q.
Sustinent mortis cau sam. Clausa cõ= silia. Lollius eius filius q Calidiũ accusauit,adolescẽs & bonus,& fortis,& in primis disertus, cũ his iniuriis,cõtumeliisq; cõmotus in Sicilia esset pfectus,in itinere occisus est.cuius mortis causam fugitiui sustinẽt:re qdem vera nemo in Sicilia dubitat,quin eo sit occisus,q; habere clausa nõ potuerit sua cõsilia de Verre.Iste porro nõ dubitabat,qn is,q antea aliũ studio ad ductus accusasset,sibi adueniẽti præsto eẽt futurus,cũ esset parẽtis iniuriis,& domestico do lore cõmotus.Iã ne intelligitis Iudices,quę pestis,quę imanitas in vestra antiquissima,fidelis sima,pximaq; puincia versata sit?Iã ne videtis,quã ob cãm Sicilia tot hoim antea furta,rapi nas,iniquitates,ignominiasq; perpessa,hoc nõ potuerit nouũ, ac singulare,atq; icredibile ge nus iniuriarũ,cõtumeliarũq; ferre?Iã oes intelligũt cur vniuersa puincia defensorẽ suę sa= lutis eũ quęsiuit,cuius iste fidei,diligẽtię,perseuerãtię,nulla rõne eripi possit.Tot iudiciis in terfuistis,tot hoes nocẽtes,& improbos accusatos,& vestra, & superioꝝ memoria scitis eẽ: ecquẽ vidistis?ecquẽ audistis?in tantis furtis,in tam apertis,in tanta audacia,tanta impudẽ=
Stipato res. tia esse versatũ?Apronius stipatores Venerios secũ habebat: ducebat eos circũ ciuitates:pu blice sibi cõuiuia parari,sterni triclinia etiã in foro iubebat,euocari hoes honestissimos,nõ solũ Siculos,sed etiã Equites Romanos: vt quocũ inire cõuiuiũ nemo vnq̃, nisi turpis,impu= rusq; voluisset,ad eius cõuiuiũ spectatissimi, atq; honestissimi viri tenerẽtur.Hæc tu omniũ mortaliũ pfligatissime,ac pditissime, cũ scires,cũ audires quotidie,cũ videres,si fine tuo ma ximo quęstu fierẽt,cũ tãto periculo tuo fieri paterere?atq; cõcederes? & tantũ apud te q̃stus Apronii,tãtũ eius sermo inquinatissimus,& blãditię flagitioseq; valuerũt,vt nunq̃ animũ tuũ cura tuarũ fortunarũ,cogitatioq; tãgeret?Cernitis Iudices qd,& quãtũ incẽdiũ Decumano= rum impetu nõ solũ per agros,sed etiã per reliquas fortunas aratoꝝ,nõ solũ p bona,sed etiã p iura libertatis,& ciuitatis isto Prętore puaserit.Videtis pẽdere alios ex arbore,pulsari aũt alios & verberari,porro alios in publico custodiri,destitui alios in cõuiuio, cõdẽnari alios a Medico,& Pręcone Prętoris,bona tñ interea nihilo min9 eoꝝ oim ex agris auferri,ac diripi.
Athenio. Quid est hoc?Po.Ro.iperiũ?Po.Ro.leges?iudicia?socii fideles?puincia suburbana?nõne oia poti9 eiusmodi sunt,q̃ si Athenio vicisset,in Sicilia nõ feciss̃et?Nõ inquã Iudices esset vllam partẽ istius negtię fugitiuoꝝ insolentia cõsecuta.Priuatim hoc mõ. Quid publice?Ciuitates quẽadmodũ tractatę sunt?audistis pmulta indicia,& testimonia ciuitatũ,& reliquarũ audie tis.Ac primũ de Agyrinẽsi populo fideli,& illustri breuiter cognoscite.Agyrinẽsis est in pri mis honesta ciuitas Sicilię,hoim ante hũc Prętorẽ locupletiũ,summorũq; aratoꝝ.Eius agri

decumas cũ emiſſet idẽ Apronius, Agyriũ venit, q cũ eo cũ apparitorib⁹, minis, ac vi veniſſet, poſcere pecuniã grãdem cœpit, vt accepto lucro diſcederet. Nolle ſe negotii quicq̃ habere dicebat, ſed accepta pecunia q̃primũ aliam ciuitatem occurrere. Sunt homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros Magiſtratus liceat, ſed hoĩes, & ſatis fortes, & ſatis plane frugi, ac ſobrii, & in primis hæc ciuitas de qua loquor Iudices. Itaq; homini in primis improbiſſimo reſpondent Agyrinenſes, ſeſe decumas ei, quemadmodum deberẽt, daturos: lucrũ, cum ille magno pſertim emiſſet, nõ addituros. Apronius certiorem facit iſtũ, cuia res erat, qd rei eſſet: ſtatim tãq̃ cõiuratio aliqua Agyrii cõtra Remp. facta, aut legatus Prętoris pulſat⁹ eẽt, ita Agyrio Magiſtratus, & qnq; primi accitu iſti⁹ euocãtur. Veniũt Syracuſas, pſto ẽ Apronius, ait eos ipſos q veniſſent, cõtra edictũ Præ. feciſſe. Quęrebãt qd? reſpõdebat, ſe ad recuperatores eẽ dicturũ. Iſte eqſſimus hõ formidinẽ illã ſuã miſeris Agyrinẽſib⁹ iniiciebat, recuperatores ſe de cohorte ſua daturũ minabat. Agyrinẽſes viri fortiſſimi, iudiciũ ſe paſſuros eſſe dicebãt. Ingerebat iſte Artemidorũ medicũ Corneliũ, Pictorẽ Tlepolemũ, & hmõi Recuperatores, quorũ ciuis Ro. nemo erat, ſed Greci ſacrilegi, iãpridẽ improbi, repẽte Cornelii. videbant Agyrinẽſes qcqd ad eos Recuperatores Apronius attuliſſet, illũ pærfacile ꝓbaturũ: cõdemnari cũ iſtius inuidia, infamiaq; malebãt, q̃ ad eius cõditiones, pactioneſq; accedere. quæ rebãt, quę in verba Recuperatores daret: reſpõdebat, ſi pateret aduerſus edictũ feciſſe, quę in iudicio dicturũ eẽ dicebat. Iniquiſſimis verbis, improbiſſimis recuperatoribus, cõflictari malebãt, q̃ quicq̃ cũ iſto ſua voluntate decidere. Summittebat iſte Timarchidẽ, q moneret eos, ſi ſaperent, vt trãſigerent. pernegabãt. Quid ergo? in ſingulos HS. qnquagenis millib⁹ damnari mauultis? malle dicebãt. Tũ iſte clare oĩbus audiẽtibus, q damnatus erit, inqt, virgis ad necem cędetur. Hic illi flẽtes rogare, atq; orare cœpẽrũt, vt ſibi ſuas ſegetes, fructuſq; oẽs, arationeſq; vacuas Apronio tradere liceret, vt ipſi ſine ignominia, moleſtiaq; diſcederẽt. Hac lege Iudices decumas vẽdidit Verres. dicat licet Hortẽſius, ſi audet, magno Verrẽ vẽdidiſſe. hæc cõditio fuit iſto Prętore aratorũ, vt ſecũ pclare agi arbitrarẽtur, ſi vacuos agros Apronio tradere liceret. Multas. n. cruces ꝓpoſitas effugere cupiebãt: quantũ Apronius edidiſſet deberi, tantũ ex edicto dandũ erat. Etiã ne ſi plus edidiſſet, q̃ quantũ natũ eſſet? etiã, quomodo? Magiſtratus ex ipſius edicto exigere debebãt. At arator repętere poterat. verũ Artemidoro Recuperatore. Quid ſi minus arator dediſſet, q̃ popoſciſſet Apronius? iudiciũ in aratorẽ in quadruplũ. ex quo iudicũ numero? ex cohorte Prętoris pclara honeſtiſſimorũ. Quid amplius? minus te iugerũ pfeſſum eẽ dico. Recupatores reiice, ꝙ aduerſũ edictũ feceris. Ex quo nũero? ex eadẽ cohorte. Quid erit extremũ? ſi dãnat⁹ eriſ(nã dubitatio dãnatiõis illis Recuperatorib⁹ q̃ poterat eſſe?)virgis te ad necẽ cædi neceſſe erit. His legib⁹, his cõditionib⁹, erit q̃ſq̃ tã ſtultus q decumas veniſſe arbitretꝰ? q aratori nouẽ parte reliquas factas eẽ exiſtimet? q nõ intelligat iſtũ ſibi quęſtui prędęq; habuiſſe bona, poſſeſſiões, fortunas aratoꝝ? Virgarũ metu Agyrinẽſes, qd imperatũ eẽt, facturos ſe eſſe dixerũt. Accipite nũc qd imperarit, & diſſimulate vos ſi poteſtis, vos intelligere, ipm Prętorẽ, qd tota Sicilia pſpexerit, Redẽptorẽ decumarũ, atq; adeo aratorũ dñm ac regẽ fuiſſe. Imperat Agyrinẽſibus, vt decumas ipſi publice accipiãt, Apronio lucrũ dent. Si magno emerãt, qm̃ tu es q diligẽtiſſime pcium exquiſiſti, q vt ais magno vẽdidiſti, quare putabas emptori lucrũ addi oportere? Eſto, putabas. quãobrẽ imperabas vt adderẽt? quid eſt aliud capere, & cõciliare pecunias, in quo te lex tenet, ſi hoc nõ eſt? Vi atq; imperio cogere inuitos lucrũ dare alteri, hoc eſt pecuniam dare. Age quid tum? ſi Apronio delitiis Prętoris lucelli aliquid iuſſi ſunt dare, putate Apronio datũ, ſi Apronianũ lucellum ac nõ prętoria pręda vobis videbit. Imperas vt decumas accipiãt, Apronio dent lucrum, tritici medimna. XXXIIII. quid eſt hoc? vna ciuitas ex vno agro plebi Romanę propemenſtrua cibaria, Prętoris imperio donare Apronio cogitur. Tu magno decumas vẽdidiſti? cum tantũ lucri Decumano fit datũ, pfecto ſi pciũ exquiſiſſes diligẽter, tũ cũ vẽdebas. X. medimna potius addidiſſent, q̃ HS. DC. poſtea. Magna pręda videt: audite reliqua, & diligẽter attendite, quo minus miremini Siculos re neceſſaria coactos, auxiliũ a patronis, a Cõſulib⁹, ab Senatu, ab legibus, a Iudiciis petiuiſſe. Vt probaret Apronius hoc triticum, imperat Agyrinenſibus Verres, vti in medimna ſingula dentur Apronio HS. III. Quid eſt hoc? tãto numero frumenti in lucri nomẽ imperato, expreſſo, nummi preterea exigẽtur, vt probetur frumentum? an poterat non modo Apronius, ſed quiuis, exercitui ſi metiundum eſſet, improbare Siculum frumentum? quod illi ex area, ſi vellet, admetiri licebat. Frumenti tantus nume-

Occurrere aliam ciuitatem.

Iãpridẽ improbi, repẽte Cornelii.

Lucellum.

Menſtrua cibaria.

rus imperio tuo datur,& cogitur.nõ est satis,nummi præterea imperãtur.dantur. parũ est. pro decumis hordei,alia pecunia cogit.Iubes HS.XXX.lucri dari.Ita ab vna ciuitate,vi,minis,imperio,iniuriaq; prætoris eripiũtur tritici medimna.XXXIII.& præterea HS.LX.An hęc obscura sunt:aut si oẽs hoies velint,obscura esse possunt:quæ tu palã egisti,in cõuentu imperasti,oĩbus inspectãtibus coegisti:qua de re Agyrinẽses magistratus,& qnq; primi,quos tui quęstus causa euocas,acta & imperia tua domũ ad Senatũ suũ renunciauerũt: quorũ renunciatio legibus illorum,literis publicis mandata est: quoꝝ legati hoies nobilissimi Romę sunt,qui hoc idẽ pro testimonio dixerũt.Cognoscite Agyrinẽsium publicas literas. Deinde testimoniũ publicũ ciuitatis. Recita literas publicas.Testimonium publicũ.Aĩaduertistis in hoc testimonio Iudices,Apollodoꝝ,cui Perragi cognomen est,principẽ suę ciuitatis lachrymantẽ testari,ac dicere:nunq; post Po.Ro.nomẽ ab Siculis auditũ,& cognitũ,Agyrinẽses cõtra quenq; infimũ ciuẽ Ro.dixisse,aut fecisse quippiã,qui nunc cõtra Prętorẽ Po.Ro.magnis iniuriis,& magno dolore publice testimoniũ dicere cogerẽtur. Vni mehercule huic ciuitati Verres obsistere tua defensione nõ potes. tãta auctoritas est in eoꝝ hominũ fidelitate, tantus dolor iniurię,tãta religio in testimonio.Verũ nõ vna te,sed vniuersę similib⁹ afflictę incõmodis,legationibus ac testimoniis publicis persequẽtur. Etem deinceps videamus Herbitensis ciuitas honesta,& antea copiosa,quẽadmodũ spoliata ab isto,ac vexata sit.At quorum hoĩm:summorũ aratorũ,remotissimorũ a foro,iudiciis,cõtrouersiis:quibus parcere,& consulere homo impurissime,& qđ genus hoĩm studiosissime cõseruare debuisti.Primo anno venierũt eius agri decumę tritici medimna.XVIII. Attidius istius item minister in decumis, cũ emisset,& prefecti noĩe cũ venisset Herbitã cũ Veneriis,locusq; ei publice,quo diuerteretur,datus esset,cogũtur Herbitẽses ei lucri dare tritici modiũ.XXXVII.millia,cũ decumę venisset tritici modiũ.XVIII.Atq; hoc triticũ lucri coguntur dare publice,cũ iam priuatim aratores ex agris spoliati,atq; exagitati Decumanorũ iniuriis profugissent.Anno secũdo cũ emisset Apronius decumas tritici modiũ.XXV.millibus, & ipse Herbitam cũ illa prędonis copia,manuq; venisset, populus publice coactus est ei cõferre lucri tritici modiũ. XXVI.& accessionẽ HS.MM.De accessione dubito an Apronio ipsi data sit merces fere preciũq; impudentię.de tritici qdem numero tanto, qs potest dubitare,qn ad istũ Prædonẽ frumẽtariũ,sicut Agyrinẽse frumentũ,peruenerit? Anno vero tertio in hoc agro cõsuetudine vsus est regia.solere aiunt barbaros reges Persarũ,ac Syrorũ,plures vxores habere:his aũt vxorib⁹ ciuitates attribuere,hoc modo:hęc ciuitas mulieri redimiculũ pbeat,hęc in collum,hęc in crines.Ita populos habent vniuersos nõ solũ conscios libidinis suę,verũ etiã adminiſtros.Eãdẽ istius,qui se regẽ Siculorũ esse dicebat,licentiã,libidinẽq; fuisse cognoscite.Aeschrionis Syracusani vxor est Pippa,cuius nomẽ istius nequitia tota Sicilia peruulgatũ est. de qua mulie re versus plurimi supra tribunal, & supra Prętoris caput scribebantur. hic Aeschrio Pippę vir adumbratus,in Herbitẽsibus decumis nouus istituitur publicanus. Herbitenses cum viderent,si ad Aeschrionem preciũ redisset,se ad arbitriũ libidinosissimę mulieris spoliatũ iri, liciti sunt vsq; eo, quoad se efficere posse arbitrabãtur:supra adiecit Aeschrio. neq; eĩ metuebat,ne Prętore Verre decumana mulier dãno affici posset. Addicitur medimnis MM.dimidio fere pluris,q̃ superiore anno.aratores funditus euertebãtur,& eo magis, q; iã superioribus annis exhausti erãt,ac pene perditi.Intellexit iste ita magno venisse, vt amplị⁹ ab Herbitensibus exprimi non posset.demit de capite medimna DC.iubet in tabulas pro medimnis MMM.VIII.referri.D MM D.& IIII.Hordei decumas eiusdem agri Docim⁹ emerat.hic est Docimus, ad quẽ iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiã, vi abductã ab Rhodio tibicine. Huius Tertiæ plus etiam,q̃ Pippę,plusq̃ cæterarum,ac propę dicam tantum apud istum in Sicilienſi prætura auctoritas valuit, quantum in vrbana Chelidonis. Veniunt Herbitã duo Prætoris æmuli non molesti,mulierc ularum deterrimarum improbissimi cognitores:incipiunt postulare,poscere,minari:non poterant tamen,cum cuperent,Apronium imitari,Siculi Siculos non tam pertimescebant.cum omni ratione tamen illi calumniarentur,promittũt Herbitenses vadimonium Syracusas.eo posteaq̃ vẽtum est,coguntur Aeschrioni, id est Pippæ dare tãtum,quantum erat de capite demptum,tritici modios MMM. DC.mulierculę publicanę noluit ex Decumis nimiũ lucri dare,ne forte ab nocturno suo quæstu animum ad vectigalia redimenda transferret.Transactum putabant Herbitenses, cum iste qd de hordeo inquit,& Docimo amiculo meo:qd cogitatis? At hoc agebat in cubiculo Iudices, atq; in lectu

Medimna tritici.

Persarum regum mores.

Pippa.

Adumbratus vir Pippę.

Liciti sunt

Deducere.

Vadimoniũ ꝓmittunt.

lo suo, negabāt illi sibi qcq̄ esse mādatū. Nō audio: numerate HS. XV. Quid facerent miseri! aut qd recusarēt! præsertim cū in lectulo, Decumanæ mulieris vestigia viderent recentia, q= bus illū inflammari ad pærseuerandū intelligebant. Ita ciuitas vna socioꝝ, atq; amicorū, dua bus deterrimis mulierculis Verre prætore vectigalis fuit. Atq; ego nunc, eum frumenti nu merū, & eas publice pecunias Decumanis ab Herbitensibus datas esse dico, quo illi frumen= to, & quibus pecuniis tamē a Decumanorū iniuriis ciues suos nō redemerūt. Perditis em̄, & direptis aratorū bonis, hæc Decumanis merces dabat, vt aliquando ex eorū agris, atq; ex vr bibus abirent. Itaq; cū Philinus Herbitēsis homo disertus, & prudēs, & domi nobilis, de ca= lamitate aratorū, & de fuga, & de reliquorū paucitate publice diceret, animaduertistis iudi= ces gemitū populi Romani, cuius frequētia huic causæ nunq̄ defuit. Qua de paucitate ara= torū, alio loco dicā. Nūc illud qd præteriit, nō omnino relinquendū videt. Nam pær deos im mortales, qd de capite ipsi dempsit, quo tandē modo ferendū, verū etiā animaduertendū vi= det! Vnus adhuc fuit post Romam conditā, dii immortales faxint, ne sit alter, cui Resp. to= tam se tradidit, tēporibus coacta, & malis domesticis, L. Sylla. Hic tantū potuit, vt nemo illo inuito nec bona, nec patriā, nec vitā retinere posset: tātū animi habuit ad audaciā, vt dicere in cōcione nō dubitaret, bona ciuiū Ro. cū vēderet, se p̄dā suā vēdere. ei⁹ oēs res gestas nō so lū obtinem⁹, verū etiā ꝓpter maloꝝ, incōmodoꝝ, & calamitatū metū publica auctoritate de fendim⁹. Vnū hoc †illius S. cōsulto reprehensum, decretūq; est, vt qbus ille de capite dēpsisset, hi pecunias in ærariū referrēt. statuit senatus hoc, ne illi qdem esse licitū, cui cōcesserat oīa, a populo factarū, quæsitarūq; rerū summas imminuere. Illum viris fortissimis iudicarūt pa tres cōscripti dimittere de summa nō potuisse: te mulieri deterrimę recte remisisse Senatores iudicabūt! Ille de quo lege Populus Ro. iusserat, vt ipsi⁹ volūtas, & †posset, & esset ꝑ lege, tñ in hoc vno genere veterū religione legū reprehendit. Tu q oībus legibus implicatus teneba re, libidinē tibi tuā pro lege esse voluisti! In illo reprehendit q̄ ex ea pecunia remiserit, quā ipse quæsierat: tibi cōcedet, q̄ de capite vectigaliū populi Ro. remisisti! Atq; in hoc genere au dacię, multo etiā impudētius in decumis Segestensiū versatus est: quas cū addixisset eidem illi Docimo, hoc est tritici modios qnq; millia, & accessionē ascripsisset HS. M D. coegit Se= gestēses a Docimo tantidē publice accipere. id qd ex Segestēsiū publico testimonio cognosci te. Recita testimoniū publicū. Audistis quāti Decumas acceperit a Docimo ciuitas, tritici modios qnq; millia & accessionē, cognoscite nūc quāti se vēdidisse retulerit. LEX DECV MIS VENDVNDIS C. VERRE PR. Hoc nomine vidistis tritici modiū. MMM. de ca pite esse dēpta. quæ cū de populi Ro. victu, de vectigaliū neruis, de sanguine detraxisset æra rii, Tertiæ Mimæ cōdonauit. Vtrū impudētius a sociis abstulit! an turpius meretrici dedit! an improbius populo Ro. ademit! an audacius tabulas publicas cōmutauit! Ex hoꝝ seuerita te te vlla vis eripiet! aut vlla largitio eripiet! sed si eripuerit, nō intelligit hæc, quæ iam du= dum loquor, ad aliā quæstionē, atq; ad pęculatus iudiciū pertinere. itaq; hoc mihi reseruabo genus integrū totū: ad illā quā institui causam frumēti, ac decumarū reuertar. Qui cū agros maximos, ac feracissimos pær se ipsum, hoc est pær Aproniū Verrē alterū depopularet, ad mi nores ciuitates habebat alios, quos tanq̄ canes, immitteret, nequā hoīes, & improbos, qbus aut frumentū, aut pecuniā publice cogebat dari. A. Valētius est in Sicilia interpres, quo iste interprete nō ad linguā græcā, sed ad furta, & flagitia vti solebat. Fit interpres hic, homo le uis, atq; egēs, repente Decumanus, emit agri Liparēsis miseri, atq; ieiuni decumas tritici me= dimnis D C. Liparēses vocant: ipsi accipere decumas, & numerare Valētio coguntur lucri HS. XXX. millia. Per deos immortales, vtrū tibi sumes ad defensionē! tanto ne minoris tibi decu mas vendidisse, vt ad medimna D C. HS. XXX. millia lucri, statim sua volūtate ciuitas ad= deret, hoc est tritici medimna. II. millia! an cū magno decumas vēdidisset, te expressisse ab in uitis Liparēsibus hāc pecuniā! Sed qd ego ex te q̄ro, qd defensur⁹ sis poti⁹, q̄ cognoscā ex ipa ciuitate qd gestū sit! Recita testimoniū publicū Liparensiū. deinde quēadmodū Valētio nū mi sint dati. TESTIMONIVM PVBLICVM, QVOMODO SOLVTVM SIT EX LITERIS PVBLICIS. Etiā ne hæc tam parua ciuitas, tā procul a manibus tuis, atq; a cō spectu remota, seiūcta a Sicilia, in insula inculta, tenuiq; posita, cumulata aliis tuis maiorib⁹ iniuriis, in hoc quoq; frumentario genere, prædę tibi, & quæstui fuit! quā tu totā insulā cui dam tuorū sodaliū, sicut aliquod munusculū cōdonatas, ab hac etiā hæc frumentaria lucra tanq̄ mediterraneis exigebant! Itaq; q tot annis agellos suos ante te prætorē redimere a pri

†aliquod.

†posse esset

Accessio.

Nerui ve= ctigalium.

Sanguis ærarii.

Interpres.

uatis solebãt,iidẽ se ipsos a te precio impositio redemerũt.Quid ergo!a Tissensib⁹ pparua,& tenui ciuitate,& aratoribus laboriosissimis,frugalissimisq; hoĩbus,nõne plus lucri noĩe eripiẽt,q̃ quantũ frumẽti omnino exararãt!Sed quos tu!Decumanũ Diognetũ Veneriũ misisti, nouũ genus publicani.cur hoc auctore nõ Romę serui publici ad vectigalia accedãt!Anno se
Lucri dare cundo Tissenses HS.XXI.lucri dare coguntẽ inuiti.tertio anno HS.MM.modium tritici lucri Diogneto Venerio dare coacti sunt.Hic Diognetus,q ex publicis vectigalibus tanta lucra facit,vicariũ nullũ habet,nihil omnino pęculii.Vos etiã nunc dubitate,si potestis, vtrũ tãtũ numerũ tritici Venerius apparitor istius sibi acceperit:an huic exegerit.Atq; hęc ex publico Tissensiũ testimonio cognoscite. TESTIMONIVM PVBLICVM TISSENSIVM. Obscure Iudices prætor ipe Decumanus est!cũ eius apparitores frumentũ a ciuitatibus exigant,pecunias imperẽt,aliquãto plus ipsi auferãt,q̃ quantũ populo Ro.decumarum nomine daturi sunt.Hæc æquitas in tuo imperio fuit,hæc prætoris dignitas,vt seruos Venerios Siculorũ dominos esse velles.hic delectus,hoc discrimen te prætore fuit, vt aratores in seruorum numero essent,serui in publicanorũ. Quid Amestratini miseri,impositis ita magnis decumis,vt ipsis reliqui nihil fieret,nõne tamẽ numerare pecunias coacti sunt!Addicunt decumæ M.Cęsio,cũ adessent legati Amestratini. statim cogit Heraclius legatus numerare HS. XXII.Quid hoc est!quę est ista præda!quæ vis!quæ direptio sociorũ!Si erat Heraclio ab Senatu mandatũ,vt emeret,emisset.Si nõ erat,qui poterat sua spõte pecuniã numerare! Cęsio renunciat se dedisse.cognoscite renunciationẽ ex literis. Recita ex literis publicis. Quo S. C.erat hoc legato permissum!nullo.cur fecit!coactus est.quis hoc dicit!tota ciuitas. Recita testimoniũ publicũ. Ab hac eadẽ ciuitate anno secundo simili ratione extortã esse pecuniã & Sex.Vennonio datã,ex eodẽ testimonio cognouistis.At Amestratinos homines tenues cũ eorũ decumas med.DCCC.vẽdidisses,Banobali Venerio(cognoscite nomina publicanorũ)
Venissent magno. cogis eos plus lucri addere,q̃ quanti venierant,cum magno venissent. Dant Banobali med. DCCC.HS.MD.profecto nunq̃ iste tam amens fuisset,vt ex agro populi Ro.plus frumenti seruo Venerio,q̃ prætori tribui pateret, nisi omnis ea præda serui nomine ad istũ ipsum pueniret.Petrini,cũ eorũ decumæ magno addictæ essent,tamẽ inuitissimi P.Neuio Turpioni improbissimo homini,qui iniuriarũ Sacerdote prętore dãnat⁹ est,HS.VII.dare coacti sunt. Ita ne dissolute decumas vendidisti,vt cũ medimnũ HS.XV.millibus venissent,aut.MMM. hoc est HS.XXXXV.vt lucri Decumano HS.MMM. darent! At permagno decumas eius agri vendidisti.videlicet igit nõ Turpioni lucrũ datũ,sed Petrinis pecuniæ ereptę.Quid Halicyenses,quorũ incolæ decumas dãt,ipsi agros immunes habẽt,nõne huic eidem Turpioni cũ decumæ.C.med.venissent,HS.XV.dare coacti sunt! Si id qđ maxime vis,posses probare, hæc ad Decumanos lucra peniſſe,nihil te attigisse,tamẽ hæ pecuniæ per vim, atq; iniuriam tuã captæ,& conciliatæ,tibi fraudi,& damnationi esse deberẽt.cũ vero hoc nemini persuade
Seruos homines. re possis,te tam amentẽ fuisse,vt Aproniũ,ac Turpionẽ seruos homines,tuo,liberorũq; tuorũ periculo diuites fieri velles,dubitaturũ quẽq̃ existimas,quin illis emissariis, hæc tibi omis
Emissarii. pecunia quæsita sit! Segestam itẽ ad immunẽ ciuitatẽ Venerius Symmachus Decumanus immittit.is ab isto literas affert,vt sibi contra iura omnia, contraq; legem Rupiliam, extra forum vadimonium promittant aratores.Audite literas, quas ad Segestanos miserit. LITERAE C. VERRIS. Hic Venerius quemadmodum aratores eluserit,ex vna pactione
Gratiosus. hominis honesti,gratiosiq; cognoscite.in eodem enim genere sunt cætera.Diocles est Panormitanus, Phimes cognomine,homo illustris,ac nobilis arator.Is agrũ in Segestano(nam cõmercium in eo agro nemini est) conductum habebat HS.sex millibus.pro decuma cũ pulsatus a Venerio esset, dedit HS. sexdecim millia, & DCLIIII. id ex tabulis ipsius cognoscite. NOMEN DIOCLIS PANORMITANI. Huic eidem Symmacho,Anneus Brochus Senator,homo eo splendore,ea virtute,qua omnes existimatis,nummos pręter frumentum coact⁹ est dare.Venerio ne seruo,te Prætore,talis vir,Senator populi Romani quęstui fuit! Hũc ordinẽ,si dignitate antecellere nõ existimabas,ne hoc quidẽ sciebas,iudicare! Antea cũ Equester ordo iudicaret,improbi & rapaces magistratus in prouinciis inseruiebant publicanis:ornabant eos,quicunq; in operis erant:quencunq; equitem Romanum in prouincia viderant,beneficiis ac liberalitate prosequebantur:neq; tantum illa res nocentibus proderat, quantum obfuit multis,cum aliquid contra vtilitatem eius ordinis voluntatemq; fecissent. retinebatur hoc tum nescio quo modo quasi communi cõsilio ab illis diligenter, vt q vnum

Equitẽ Ro. contumelia dignũ putasset, ab vniuerso ordine malo dignus iudicaret. Tu sic ordinem Senatoriũ despexisti: sic ad iniurias libidinesq; tuas omnia coequasti: sic habuisti statutum cũ animo, ac deliberatũ: omnes q habitarẽt in Sicilia, aut q Siciliã te p̃tore attigissent, Iudices reiicere: vt illud nõ cogitares, tamẽ ad eiusdẽ ordinis homines te iudices esse venturũ: in quibus, si ex ipsorũ domestico incõmodo nullus dolor insideret: tamen esset illa cogitatio, in alterius iniuria sese despectos, dignitatẽq; ordinis contemptã, & abiectã. qđ mehercule Iudices mihi non mediocriter ferendũ videtur. Habet em̃ quendã aculeũ contumelia: quem pati prudẽtes, ac viri boni difficillime possunt. Spoliasti Siculos. Solent em̃ inulti esse in iniuriis suis graues. Vexasti negotiatores. Inuiti em̃ Romã, raroq; decedũt. Equitẽ Ro. ad Apronii iniurias dedisti. Quid enim iã nocere possunt, qbus nõ licet iudicare: Quid cũ Senatores summis iniuriis afficis: quid aliud dicis, nisi hoc: cedo mihi etiã istum Senatorem, vt hoc amplissimũ nomẽ Senatorũ non modo ad inuidiã imperitorũ, sed etiã ad cõtumeliã improborũ natũ esse videatur. Neq; hoc in vno fecit Anneo, sed in oñibus Senatoribus: vt ordinis nomẽ non tãtũ ad honorẽ, quantũ ad ignominiã valeret. In C. Cassio viro clarissimo & fortissimo, cũ is eo ipso tempore, primo istius anno CONS. esset, tanta improbitate vsus est: vt cũ eius vxor fœmina primaria paternas haberet arationes in Leontino, frumẽtũ oñe in decumas auferre iusserit. Hunc tu in hac causa testem Verres habebis: quoniã iudicẽ ne haberes, prouidisti. Vos aũt Iudices putare debetis, esse quiddam nobis inter nos cõmune, atq; coniunctũ. Multa sunt imposita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, nõ solũ legum, ac iudiciorũ, sed etiã rumorũ, ac temporũ. Sic est hic ordo quasi propositus, atq; editus in altum: vt ab omnibus vẽtis inuidię circũflari posse videatur. In hac tã misera, & indigna cõditione vitæ, ne hoc quidẽ retinebimus Iudices, vt magistratibus nostris, in obtinendo iure nostro, ne contemptissimi, ac despectissimi esse videamur: Thermitani miserunt, qui decumas emerent agri sui. Magni sua putabant interesse, publice potius, q̃is magno emi, q̃ in aliquem istius emissariũ incidere. Appositus erat Venuleius quidã, qui emeret. Is liceri non destitit: illi, quoad videbatur ferri aliquo modo posse, contenderũt: postremo liceri destiterunt. Addicitur Venuleio tritici mod. VII. c. legatus Possidorus renunciat. Cũ oñibus hoc intolerãdũ videret, tamẽ Venuleio dant, ne accedat, tritici mod. VII. pręterea HS. MM. millia. Ex quo facile apparet, quę merces Decumani, quę pretoris præda esse videatur. Cedo Thermitanorũ mihi literas & testimoniũ. TABVLAE THERMITANORVM ET TESTIMONIVM. Imacharenses iã omni frumẽto ablato, iã oñibus iniuriis tuis exinanitos, tributum ferre miseros, ac perditos coegisti: vt Apronio darent HS. XX. millia. Recita decretũ de tributis, & publicũ testimoniũ. S.C. DE TRIBVTO CONFERENDO. TESTIMONIVM IMACHARENSIVM. Ennenses, cum Decumæ venissent agri Ennensis medimnũ MMM. CC. Apronio coacti sunt dare tritici mod. LXX. MMM. & HS. III. millia. Quęso attendite quãtus numerus frumenti cogatur ex omni agro Decumano. Nã per oñes ciuitates, quæ decumas debent, percurrit oratio mea: & in hoc genere nunc Iudices versor, in quo nõ sigillatim aratores euersi bonis omnibus sunt, sed quę publice Decumanis lucra data sunt, vt aliquando ex eorũ agris atq; vrbibus expleti, atq; saturati cũ hoc cumulo quæstus decederẽt. Calatinis quãobrẽ imperasti anno tertio, vt decumas agri sui, quas Calatę dare consueuerãt, Amestrati M. Cęsio Decumano darent: qđ neq; ante te prætorem illi fecerũt, neq; tu ipse hoc ita statueras antea per bienniũ. Theomnastus Syracusanus in agrũ Muticensem cur abs te immissus est: qui aratores ita vexauit, vt illi in alteras decumas, id qđ in aliis quoq; ciuitatibus ostendã, triticũ emere necessario propter inopiã cogerent. Iã vero ex Hyblensium pactionibus intelligetis, quę pactę sint cũ Decumano Cn. Sergio, sexies tantum q̃ quantum satum sit, ablatũ esse ab aratoribus. Recita sationes & pactiones ex literis publicis. recita ex literis publicis. Cognoscite pactiones Menenorũ cum Venerio seruo. Recita ex literis publicis. Cognoscite itẽ professiones sationũ, & pactiones Menenorũ. Recita ex literis publicis. Patiemini Iudices, a sociis, ab aratoribus populi Romani, ab his qui vobis laborãt, vobis seruiũt: qui ita plebẽ Romanã ab sese ali volũt, vt sibi, ac liberis suis tãtũ superfit, quo ipsi ali possint: ab his per summã iniuriã, per summas contumelias, plus aliquanto ablatũ esse q̃ natum sit: Sentio Iudices moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamq; vestram satietatẽ: non versabor in vno genere diutius, & ita cętera de oratiõe mea tollam, vt in causa relinquam. Audietis Agrigentinorũ fortissimorũ, virorum diligentissimorum querimo-

Statutum cũ animo.

Interesse magni.

Liceri.

Moderãdũ mihi oratioi meæ.

nias:cognoſcetis Iudices Entellinorũ ſummi laboris,ſummęq; induſtrię,doloꝛẽ & iniurias: Heraclienſiũ,Icilienſiũ,Aetnenſiũ,Solentinorũ,incõmoda proferent:Catinenſiũ locupletiſſimorũ hominũ,amiciſſimorũq; agros vexatos ab Apronio cognoſcetis:Tyndaritanã nobiliſſimã ciuitatẽ,Cephaleditanã,Halentinã, Apollonienſem,Eggynã,Capitinã pꝛditas eſſe hac iniquitate Decumanorũ intelligetis:Murgẽtinis,Aſſorinis,Elorinis,Ennenſibus,Letinis nihil omnino relictum:Citarinos,Acherinos,paruarũ ciuitatũ hoĩes omnino abiectos eſſe ac pꝛditos:oẽs deniq; agros Decumanos pꝛ trienniũ populo Ro.ex parte decuma,C.Verri ex omni reliquo vectigales fuiſſe, & pleriſq; aratoribus nihil omnino ſupꝛfuiſſe: qbus qđ tum aut remiſſum,aut relictũ ſit,id fuiſſe tantũ,quantũ ex eo,quo iſtius auaritia cõtenta fuit,redũdarit. Duarum mihi ciuitatum reliquos feci agros Iudices fere optimos,ac nobiliſſimos, Aetnẽſiũ,& Leõtinorũ. Horũ agrorũ ego miſſos facią queſtus trięnii,vnũ annũ eligã,quo facilius id,qđ inſtitui,explicare poſſim.Sumã annũ tertiũ,q; & recentiſſimus eſt, & ab iſto ita adminiſtratus,vt cũ ſe certe deceſſurũ videret,nõ laboraret,ſi aratorẽ nullũ in Sicilia omni no eſſet relicturus.Agri †Aetnẽſis,& Leontini decumas agemus.Attẽdite Iudices diligẽter. agri ſunt feraces,annus tertius,Decumanꝰ Apronius.de Aetnẽſibus pꝛpauca dicã.Dixerũt enim ipſi priore actione publice:memoria tenetis,Artemidorum Aetnenſem,legationis eius principẽ,publice dicere,Aproniũ veniſſe Aetnam cũ Veneriis,vocaſſe ad ſe magiſtratũ,impꝛraſſe vt in foro ſibi medio lecti ſternerent:quotidie ſolitũ eſſe nõ modo in publico,ſed etiam de publico cõuiuari.Cũ in eis conuiuiis ſymphonia caneret,maximiſq; poculis miniſtraret, retinere ſolitũ eſſe aratores:atq; ab his nõ modo pꝛ iniuriã,ſed etiã pꝛ cõtumeliã tantũ ex primi frumenti,quantũ Apronius impꝛraſſet.Audiſtis hæc Iudices,quę nũc ego omnia pꝛætereo,ac relinquo.Nihil de luxuria Apronii loquor,nihil de inſolẽtia,nihil de ſingulari nequitia,ac turpitudine:tantũ de quæſtu,ac lucro dicã vnius agri,& vnius anni,quo facilius vos coniecturã de trienio,& de tota Sicilia facere poſſitis.Sed mihi Aetnẽſiũ breuis eſt oratio.Ipſi enĩ venerũt,ipſi publicas literas deportarũt,docuerũt vos quid lucelli fecerit homo nõ malus,familiaris pꝛætoris Apronius.id quæſo ex ipſorũ teſtimonio cognoſcite. Recita teſtimoniũ Aetnẽſiũ.Quid ais?dic,dic quæſo clariꝰ,vt populus Romanꝰ de ſuis vectigalibꝰ, de ſuis aratoribus,de ſuis ſociis,atq; amicis audiat. L. MEDIMNA. Per deos immortales vnus ager vno anno.CCC.millia mod.tritici,& pꝛæterea.L.millia lucri dat Apronio?tãto ne minoris Decumæ venierũt,q̃ fuerũt?an cũ ſatis magno veniſſent,hic tantus tamẽ frumẽti,pecuniæq; numerus ab aratoribus pꝛ vim ablatus eſt?vtrũ eĩ horũ dixeris,in eo culpa,& crimen hærebit.Nã illud qdem nõ dices,qđ vtinã dicas, ad Aproniũ nõ pꝛueniſſe tantũ.ita te nõ modo publicis tenebo,ſed etiã priuatis aratorũ pactionibus,ac literis, vt intelligas,nõ te diligentiorẽ in faciẽdis furtis fuiſſe,q̃ me in deprehẽdẽdis.Hoc tu feres? hoc quiſq̃ defendet?hoc hi,ſi aliter de te ſtatuere voluerint,ſuſtinebũt?vno aduentu,ex vno agro, Q. Aproniũ pꝛæter eã,quã dixi,pecuniã numeratã.CCC.millia mod.tritici,lucri noĩe ſuſtuliſſe?Quid?hoc Aetnenſes ſoli dicunt?immo etiã Centuripini,qui agri Aetnenſis multo maximã partẽ poſſident.quorum legatis hoĩbus nobiliſſimis Androni,& Arthemoni Senatus ea mandata dedit,quæ publice ad ciuitatẽ ipſorũ pꝛtinebãt:de his iniuriis,quas ciues Centuripini nõ in ſuis,ſed in aliorũ finibus acceperũt,Senatus & populus Cẽturipinus legatos noluit mittere:ipſi aratores Centuripini,q̃ numerus eſt in Sicilia maximus,hoĩm honeſtiſſimorũ,& locupletiſſimorũ,tres legatos ciues ſuos delegerũt, vt eorũ teſtimonio nõ vnius agri, ſed pꝛopꝛ totius Sicilię calamitates cognoſceretis.Arant enĩ tota Sicilia fere Centuripini:& hoc in te grauiores,certioreſq; teſtes ſunt,q; cæteꝛæ ciuitates ſuis ſolũ incõmodis cõmouẽtur:Centuripini,q; in oĩbus fere finibus habẽt poſſeſſiones,etiã cæterarũ ciuitatũ damna,ac detrimenta ſenſerũt.Verũ,vt dixi,ratio certa eſt Aetnenſiũ,& publicis,& priuatis literis cõſignata mea diligẽtia.penſum magis in Leontino agro eſt exigendũ, propter hanc cauſam,q; ipſi Leontini publice nõ ſane me multũ adiuuerũt. Neq; eĩ eos iſto pꝛætore hæ Decumanorũ iniuriæ læſerunt,potius etiam adiuuerunt. Mirum fortaſſe hoc vobis,aut incredibile videaꝛ,in tantis aratorũ incõmodis,Leontinos,q̃ principes rei frumẽtariæ fuerũt,expꝛtes incõmodorũ,atq; iniuriarũ fuiſſe.hoc cauſæ eſt Iudices,q; in agro Leontino, pꝛæter vnã Mnaſiſtrati familiã,glebã Leontinoꝝ poſſidet nemo.Itaq; Mnaſiſtrati hoĩs honeſtiſſimi,atq; optimi viri teſtimoniũ Iudices audietis:cęteros Leontinos,qbus non modo Apronius in agris, ſed ne tẽpeſtas qdẽ vlla nocere potuit,expectare nolite.Etenĩ nõ modo incõmodi nihil cepꝛ

Citarinos aut Cacirinos legit Her.Bar.

Recentiſſimꝰ annus. †Ennenſis.

Symphonia caneret.

Penſum exigendũ.

runt, sed etiã in Apronianis illis rapinis, in quęstu sunt, cõpẽdioq; versati. Quapropter, quoniam me Leontina ciuitas, atq; legatio, propter eã, quã dixi, causam, defecit: mihimet ineunda ratio, & via reperienda est, qua ad Apronii quæstũ, siue adeo qua ad istius ingentẽ, immanemq; prędã possim peruenire. Agri Leõtini Decumę anno tertio venierũt tritici medimnis XXXVI. hoc est tritici mod. CCXVI. magno Iudices, magno. neq; enĩ hoc possum negare. itaq; necesse est, aut damnũ, aut certe nõ magnũ lucrũ fecisse Decumanũ. Hoc enĩ solet vsu venire iis, q magno redemerũt. Quid? si ostendo in hac vna emptione, lucri fieri tritici modios. C? quid, si. CC? quid, si. CCCC? dubitabitis etiã, cui ista tãta præda quęsita sit? Iniquũ eẽ quispiã dicet, qui ex lucri magnitudine coniecturã faciã furti, atq; prędæ. Quid? si docebo Iudices: eos, qui. CCCC. millia mod. lucri faciunt, damnũ facturos fuisse, si tua iniquitas sit, vt ex cohorte Recuperatores nõ intercederent: num qs poterit in tanto lucro, tantaq; iniquitate dubitare, quin propter iniquitatẽ tam magnos quęstus feceris? propter magnitudinẽ quęstus, improbus esse volueris? Quomodo igitur hoc assequar Iudices, vt sciam lucri quantũ factũ sit? nõ ex Apronii tabulis, quas ego cũ conquirerẽ, nõ inueni: & cũ in ius ipsum eduxi, expressi vt cõficere tabulas se negaret. Si mentiebat, quãobrem remouebat, si hę tabulę nihil tibi erant obfuturę? si omnino nullas cõfecerat literas, ne id quidẽ satis significabat, illũ non suũ negotiũ gessisse! Ea est. n. ratio Decumarũ, vt sine plurimis literis cõfici nõ possit. singula enim nomina aratorũ, & cũ singulis pactiones decumarũ, literis persequi, & cõficere necesse est. Iugera professi sunt aratores oẽs, imperio, atq; instituto tuo: non opinor quẽq; minus esse professum, q̃ quãtũ arasset, cũ tot cruces, tot iudicia, tot ex cohorte Recuperatores proponerent. In iugere Leontini agri medimnũ fere tritici serit, perpetua, atq; æquabili satione: ager efficit, cũ octauo bene vt agat: verũ, vt oẽs dii adiuuent, cũ decimo. qđ siqñ accidit, tũ fit, vt tãtũ decumę sit, quantũ seueris, hoc est, vt quot iugera sunt sata, totidẽ medimna decumę debeant. Hoc cũ ita esset, primũ illud dico, pluribus millibus medimnum venisse decumas agri Leontini, q̃ quot millia iugerũ sata erant in agro Leontino. Q; si fieri nõ poterat, vt plus q̃ decẽ medimna ex iugere ararẽt: medimnũ ex iugere Decumano dari poterit, cum ager, id qđ perraro euenit, cum †decumo extulisset: quę erat ratio Decumani, si quidẽ decumæ ac nõ bona veniebant aratorũ, vt pluribus aliquãto medimnis Decumas emeret, q̃ iugera erãt sata? In Leontino iugerũ subscriptio, ac pfessio, non est plus. XXX. millium: Decumę XXXVI. medimnũ venierunt. Errauit? an potius insaniuit Apronius? immo tũ insanisset, si aratoribus qđ deberent, licitũ esset, & nõ qđ Apronius imperasset, necesse fuisset dare. Si ostẽdo minus tribus medimnis in iugerũ neminẽ dedisse Decumæ, concedes opinor, vt cũ decumano fructus arationis perceptus sit, neminẽ minus tribus decumis dedisse. atq; hoc in beneficii loco petitũ est ab Apronio, vt iugera singula ternis medimnis decidere liceret. Nã cũ a multis quaterna, etiã quina exigerent: multis aũt nõ solũ granũ vllũ, sed ne paleę quidem ex omni fructu, atq; ex annuo labore relinquerent: tũ aratores Centuripini, q numerus in agro Leontino maximus est, vnũ in locũ cõuenerunt, hoiem suę ciuitatis in primis honestũ, ac nobilem Andronẽ Centuripinũ legarũt ad Apronĩũ, eundẽ, quẽ hoc tẽpore ad hoc iudicium legatũ, & testẽ Centuripina ciuitas misit, vt is apud eum causam aratorũ ageret, ab eoq; peteret, vt ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera singula, q̃ terna medimna exigeret. Hoc vix ab Apronio in summo beneficio, pro iis q etiã tum incolumes erãt, impetratũ est. id cum impetrabat, hoc videlicet impetrabat, vt pro singulis decumis, ternas decumas dare liceret. Q; si tua res nõ ageretur, a te potius postularent, ne amplius q̃ singulas, q̃ ab Apronio, vt ne plus, q̃ ternas decumas darent. Nunc vt hoc tẽpore ea quę regie, seu potius tyrãnice statuit in aratores Apronius, prętermittã, neq; eos appellẽ, a qbus omne frumẽtum eripuit: & qbus nihil nõ modo de fructu, sed ne de bonis quidem suis reliqui fecit: ex his ternis medimnis (qđ beneficii, gratięq; causa cõcessit) quid lucri fiat, cognoscite. Professio est agri Leõtini ad iugera. XXX. mil. Hęc sunt ad tritici medimna. CX. idest tritici mod. DXL. millia. deductis tritici mod. CCXVI. quanti decumę venierũt, reliqua tritici. CCCXXIII. adde totius summę. DXL. millia mod. tres qnquagesimas, idest tritici mod. XXXII. CCCC. ab oĩ bus enim ternę prętera quinquagesimę exigebant. Sunt hęc iam ad HS. CCCXL. mod. tritici. At ego. CCCC. lucri facta esse dixerã. Non enĩ duco in hac ratione eos qbus ternis medimnis nõ est licitũ decidere. Verũ vt hac ipsa ratione summã mei promissi cõpleã, ad singula medimna multi HS. duo, multi HS. quinq; accessionis cogebant dare: qui minimũ, singulos

†decumano.

Petitum in beneficii loco.

Quinquagesimæ.

nūmos. hoc minimū vt sequamur, quoniā. XC. medimna duximus, accedant eo nouo pessimoq; exēplo ad HS. XC. millia. Hic mihi etiā dicere audebit, magno se Decumas vendidisse! cū ex eodē agro, dimidio plus abstulerit, q̄ populo Ro. †miserit. CCXVI. decumas agri Leōtini vēdidisti. si ex lege, magno. si vt lex esset libido tua, paruo. si vt quę dimidię essent, Decumæ vocarent, paruo vendidisti. multo enim pluris fructus annui Siciliæ venire potuerūt, si id te Senatus, aut populus Ro. facere voluisset. Etenī sępe Decumę tāti venierūt cū lege Hieronica venirēt, quāti nunc lege Verrea venierūt. Cedo mihi C. Norbani decumas venditas.

†iusserit.

C. NORBANI DECVMAS VENDITAS AGRI LEONTINI. Atq; tum neq; iudiciū de modo iugerū dabat, neq; enī erat Artemidorus Cornelius Recuperator: neq; ab aratore magistratus Siculus tātū exigebat quātū Decumanus ediderat: nec beneficiū petebat a Decumano, vt in iugera singula ternis medimnis decidere liceret: nec nūmorū accessionē cogebat arator dare, nec ternas quinquagesimas frumēti addere, & tī populo Ro. magnus frumēti numerus mittebat. Quid vero istę sibi quinquagesimę! qd porro nūmorū accessiōes volūt! quo id iure, atq; adeo quo id potius ore feciſti! nūmos dabat arator. quō! aut vnde! qui, si largissimus esse vellet, cumulatiore mēsura vteret, vt antea solebant facere in decumis, cum æqua lege & cōditione veniebāt. is nūmū dabat. vnde! de frumēto! quasi habuisset te prętore qd vēderet. De viuo igit erat aliqd resecādū: vt esset, vnde Apronio ad illos fructꝰ arationū hoc corollariū nūmorū adderet. Iam id porro vtrū libētes, an inuiti dabāt! libētes! amabant credo Apronīū. inuiti! qua re, nisi vi, & malo cogebant! Iā iste homo amētissimus in vēdundis decumis nūmorū faciebat accessiones ad singulas decumas: neq; multum, bina aut terna millia addebat. fiūt p trienniū HS. fortasse. D. millia. hoc neq; exemplo cuiusq̄, neq; vllo iure fecit: neq; eā pecuniā retulit, neq; hoc paruū crimē quēadmodum defensurus sit homo quisq̄ vnq̄ excogitauit. Quod cū ita sit, audes dicere te magno Decumas vēdidisse! cū sit perspicuū te bona, fortunasq; aratorꝝ nō populi Ro. sed tui quęstus causa vendidisse. Vt si quis villicus ex eo fundo, q HS. dena meritasset, excisis arboribus ac vēditis, dēptis tegulis, instrumēto, pecore abalienato, domino. XX. millia nūmū pro. X. miserit, sibi alia prętera centū confecerit, primo dominus ignarus incōmodi sui gaudeat, villicoq; delectet, q̄ tāto sibi plus mercedis ex fundo refectū sit: deinde cū audierit, eas res qbus fundi fructus, & cultura continent, amotas, & venditas, summo supplicio villicū afficiat, & secū male actū putet: Itē populus Ro. cū audit pluris Decumas vēdidisse C. Verrē, q̄ innocētissimū hominē cui iste successit, C. Sacerdotē, putat se bonū ī arationibus, fructibusq; suis, habuisse custodē, ac villicū: cū senserit istū omne instrumētū aratorꝝ, oīa subsidia vectigaliū vendidisse, omnē spem posteritatis auaritia sua sustulisse, arationes, & agros vectigales vastasse, atq; exinanisse: ipsum maximos quęstus, prædasq; fecisse: intelliget secū actū esse pessime, istum autem summo supplicio dignum existimabit. Vnde ergo hoc intelligi potest! ex hoc maxime, q̄ ager decumanus prouinciæ Sicilię propter istius auaritiā desertus est. neq; id solū actū est, vti hi minus multis iugis arēt, si qui ī agris remāserūt: sed etiā, vt permulti locupletes hoīes, magni, & nauī aratores, agros latos, ac fertiles desererēt, totasq; arationes derelinquerēt. Id adeo scīri facillime potest ex literis publicis ciuitatū, propterea q̄ lege Hieronica numerus aratorū quotannis apud magistratus publice subscribitur. Recita tandem quot acceperit aratores agri Leontini Verres. OCTOGINTA TRES. Quot anno tertio profiteantur. TRIGINTA DVO. vnum & & quinquaginta aratores ita video deiectos, vt his ne vicarii qdē succesſerint. Quot aratores aduenīente te fuerūt agri Muticensis, videamus ex literis publicis. CENTVM OCTOGINTA OCTO. Quid! anno tertio! CENTVM ET VNVS. Octoginta septē aratores vnus ager istius iniuria desiderat. atq; adeo nostra Respu. qm̄ illa populi Ro. vectigalia sunt, hūc tot patrūfamilias numerū desiderat, & reposcit. Ager Herbitēsis primo anno habuit aratores ducētos quinquagīta septē, tertio cētū viginti. hinc cētū triginta septē patresfamilias extorres profugerunt. Agyrinensis ager quorum hominum! q̄ honestorum! q̄ locupletum! ducentos quinquaginta aratores habuit primo anno præturæ tuæ. quid tertio anno! octoginta: quēadmodū legatos Agyrinenses recitare ex publicis literis audistis. Pro dii immortales: si ex prouincia tota cētum septuaginta eiecisses, posses ne seueris iudicibus saluus esse! vnus ager Agyrinēsis centū septuaginta aratoribus inanior cū fit, vos cōiecturā totius prouinciæ nō facietis! Atq; hoc peræque in omni agro Decumano reperietis, quibus aliquid tamen reliqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris minore instrumento, minus multis lo

De viuo re secandum. Corollariū

Villicus. Meritare.

cis, minores remanſiſſe: q metuebant, ſi receſſiſſent, ne reliquas fortunas omnes amitterent. quibus aũt iſte nihil reliqui, qđ pderẽt, fecerat: eos plane nõ ſolũ ex agris, verũ ex ciuitatibus ſuis profugiſſe. illi ipſi, q remanſerãt, vix decuma pars aratorũ, relicturi agros oẽs erãt: niſi ad eos Metellus Roma literas miſiſſet, Decumas lege Hieronica venditurũ, & niſi ab iis hoc petiuiſſet, vt ſererẽt q̃plurimũ: qđ illi ſemp ſua cauſa fecerãt, cũ eos nemo rogaret, q̃diu intelligebant ſeſe ſibi, & populo Ro. nõ Verri, & Apronio ſerere, impendere, laborare. Iã vero ſi Siculorũ fortunas negligitis: ſi quẽadmodũ ſocii populi Ro. a magiſtratibus noſtris tractẽt, nõ laboratis: at vos cõmunẽ populi Ro. cauſam ſuſcipite, atq; defendite. Eiectos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos, atq; exinanitos a Verre, populatã vexatamq; prouinciã: hæc oĩa doceo ciuitatũ, & priuatis primariorũ virorũ teſtimoniis. quid vultis amplius? Num expectatis, dũ L. Metellus is, qui multos in iſtum teſtes imperio, & poteſtate deterruit, ide abiens, de iſtius ſcelere, improbitate, audacia, teſtimoniũ dicat? nõ opinor. At is optime, qui ſucceſſit iſti, potuit cognoſcere. ita eſt, verũ amicitia impedit. At debet nos certiores facere, quo pacto ſe habeat prouincia. debet, verũtamen nõ cogit. Nũ quis in Verrẽ L. Metelli teſtimoniũ requirit? nemo. nũ quis poſtulat? nõ opinor. Quid ſi teſtimonio L. Metelli, ac literis hæc oĩa vera eſſe docebo? quid dicetis? vtrũ Metellũ falſum ſcribere? an amicũ lædẽdi eſſe cupidũ? an prætorẽ quẽadmodũ prouincia affecta ſit neſcire? Recita literas L. Metelli, quas ad Cn. Pompeiũ, & M. Craſſum Conſſ. quas ad M. Mummiũ Prętorẽ, quas ad Quæſtores vrbis miſit. EPISTOLA L. METELLI. DECVMAS FRVMENTI LEGE HIERONICA VENDIDI. Cum ſcribit ſe lege Hieronica vẽdidiſſe, quid ſcribit? ita ſe vendidiſſe, vt oẽs præter Verrẽ. cũ ſcribit lege Hieronica vendidiſſe, quid ſcribit? ſe per iſtũ erepta Siculis maiorũ noſtrorũ beneficia, ius ipſorũ, cõditionẽ ſocietatis, amicitię, fœderũ reddidiſſe. dicit quãti cuiuſq; agri Decumas vẽdiderit: deinde qd ſcribit? Recita de epiſtola reliqua. SVMMA DATA EST OPERA A ME, VT QVAMPLVRIMO DECVMAS VENDEREM. Cur igit Metelle nõ ita magno vẽdidiſti? quia deſertas arationes, inanes agros, prouinciã miſerã, perditãq; offendi. Quid? id ipſum qđ ſatũ eſt, qua ratione quiſq̃, q ſereret, inuentus eſt? Recita literas. ait ſe miſiſſe, & confirmaſſe, ſuã interpoſuiſſe auctoritatẽ. tantũ q; aratoribus Metellus obſides non dedit, ſe in nulla re Verri ſimilẽ futurũ. At qd eſt tamẽ, in quo ſe laboraſſe dicat? Recita. VT ARATORES QVI RELIQVI ERANT, QVAMPLVRIMVM SERERENT. Qui reliqui? quid hoc eſt? reliqui quo ex bello? qua ex vaſtitate? quænã in Sicilia tãta clades, aut qđ bellũ tã diuturnũ, tam calamitoſum te prętore vere ſatũ eſt, vt is, q tibi ſucceſſerit, reliquos aratores collegiſſe, & recreaſſe videat? Cũ bellis Carthaginẽſibus Sicilia vexata eſt, & poſt noſtrã patrũq; memoriã cũ bis in ea prouincia magnę fugitiuorũ copiæ verſatæ ſint, tamẽ aratorũ internicio facta nulla eſt. tũ ſemente prohibita, aut meſſe amiſſa fructus annuus interibat, tamẽ incolumis numerus manebat dominorũ, atq; aratorũ. tum, q M. Leuino, aut P. Rupilio, aut M. Aquilio prætoribus in eã prouinciã ſucceſſerant, aratores reliquos nõ colligebant. tanto ne plus Verres cũ Apronio prouinciæ Siciliæ calamitatis importauit, q̃ aut Haſdrubal, cũ Pœnorũ exercitu: aut Athenio, cũ fugitiuorũ maximis copiis? vt tẽporibus illis, ſimulatq; hoſtis ſuperatus eſſet, ager arareẽ omnis, neq; aratori prętor per literas ſupplicaret, neq; eum pręſens oraret, vt q̃plurimũ ſereret? nũc autẽ ne poſt abitũ qdẽ huius importuniſſimę peſtis, quiſq̃ reperiret, q ſua voluntate araret? pauci eſſent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros, atq; ad ſuũ larẽ familiarẽ redirẽt? His te literis homo audaciſſime atq; amẽtiſſime iugulatũ ſentis? non vides, cũ is q tibi ſucceſſit, aratores reliquos appellet, hoc eũ diſerte ſcribere, reliquos hos eẽ, nõ ex bello, neq; ex aliqua huiuſmodi calamitate, ſed ex tuo ſcelere, importunitate, auaritia, crudelitate? Recita cętera. TAMEN PRO EO VT ET TEMPORIS DIFFICVLTAS ARATORVMQVE PENVRIA TVLIT. Aratorũ inqt penuria. Si ego accuſator toties de re eadẽ dicerẽ, vererer ne animos veſtros offenderẽ Iudices. clamat Metellus: niſi literas miſiſſem. non eſt ſatis, niſi præſens confirmaſſem. ne id quidẽ ſatis eſt. reliquos inquit aratores. reliquos? propę lugubri verbo calamitatẽ prouincię Sicilię ſignificat. addit: aratorę penuria. Expectate etiã Iudices, ſi poteſtis, auctoritatẽ accuſationis meæ. dico aratores iſtius auaritia eiectos: ſcribit Metellus reliquos ab ſe eſſe cõfirmatos. Dico agros relictos, arationeſq; deſertas eſſe: ſcribit Metellus, aratorũ eſſe penuriã. Hoc cũ ſcribit, illud oſtẽdit, †deiectos, eiectos, fortunis oĩbus expulſos eſſe populi Ro. ſocios, atq; amicos. quibus ſiqua calamitas propter iſtũ ſaluis vectigalib⁹ no

Interpoſuiſſe auctoritatẽ.

Reliqui.

Athenio.

Larẽ familiarem.

Penuria aratorum.

†deletos.

ſtris accidiſſet,animaduertere in eũ vos oportebat:præſertim cũ ea lege iudicaretis,quæ ſociorũ cauſa eſſet cõſtituta.cũ vero perditis,pfligatiſq; ſociis vectigalia populi Ro. ſint diminuta:res frumẽtaria,cõmeatus,copiæ,ſalus vrbis,atq; exercituũ noſtroꝝ,in poſteritatẽ iſtiꝰ auaritia interierit:ſaltẽ populi Ro.cõmoda reſpicite,ſi ſociis fideliſſimis proſpicere nõ laboratis.Atq; vt intelligatis ab iſto præ lucro,prædaq; præſenti nec vectigaliũ, nec poſteritatis habitã eſſe rationẽ,cognoſcite qd ad extremũ ſcribat Metellus.In reliquũ tẽpus ait ſe vectigalibus proſpexiſſe.Nõ ſcriberet ſe vectigalibus proſpexiſſe,niſi hoc vellet oſtẽdere,te vectigalia perdidiſſe.Quid enĩ erat,qđ vectigalibꝰ proſpiceret Metellus in Decumis,& in tota re frumentaria,ſi iſte nõ vectigalia populi Ro.ſuo quæſtu peruertiſſet?Atq; ipſe Metellus,q; vectigalibus proſpicit,qui reliquos aratores colligit,quid aſſequiť?niſi hoc?vt arent, ſi qui poſſunt:qbus aratrũ ſaltem aliqđ,ſatelles iſtius Apronius reliquũ fecit:q; tamen in agris ſpe atq; expectatione Metelli remãſerũt.Quid cæteri Siculi?quid ille maximus numerus aratorũ?qui nõ modo ex agris eiecti ſunt:ſed etiã ex ciuitatibus ſuis,ex prouincia deniq;,bonis,fortuniſq; oĩbus ereptis profugerũt:qua ratione ii reuocabunť?quot prætorũ innocentia, ſapiẽtiaq; opus eſt,vt illa aratorũ multitudo aliquãdo in ſuis agris ac ſedibus colloceť?Ac ne miremini tantã multitudinẽ profugiſſe, quantã ex literis publicis,aratorũq; profeſſionibus cognouiſtis:ſcitote tantã acerbitatẽ iſtius,tantũ ſcelus in aratores fuiſſe,(incredibile dictu eſt Iudices,ſed & factũ,& tota Sicilia peruulgatũ)vt hoĩes propter iniurias, licentiãq; Decumanorum,mortẽ ſibi ipſi cõſciuerint. Centuripinũ Dioclẽ hominẽ locupletẽ ſuſpendiſſe ſe cõſtat, quo die ſit ei nunciatũ Aproniũ decumas redemiſſe.Dyrrhachinũ primũ criuitatis eadẽ ratione mortẽ oppetiſſe,dixit apud vos homo nobiliſſimus Archonidas Elorinus, cũ audiſſet tantũ Decumanũ profeſſum eſſe ex edicto iſtius ſibi deberi,quantũ ille bonis ſuis oĩbus efficere nõ poſſet.Hæc tu,tametſi omniũ hominũ diſſolutiſſimus,crudeliſſimuſq; ſemper fuiſti, tamẽ nunq; perpeterere,q; illi gemitus luctuſq; prouinciæ ad tui capitis periculũ pertinebãt: nõ inquã perpeterere,vt hoĩes iniuriæ tuæ remediũ morte,ac ſuſpendio quærerẽt,niſi ea res ad quæſtũ,& ad prædã tuã pertineret.Quid?illud perpeterere?Attendite Iudices.omniꝰ eĩ neruis mihi contendendũ eſt,atq; in hoc laborandũ,vt oĩs intelligãt,q; improbã, q; manifeſtam,q; cõfeſſam rẽ pecunia redimere conenť. Graue crimẽ eſt hoc,& vehemẽs,& poſt hominũ memoriã,iudiciaq; de pecuniis repetundis cõſtituta,grauiſſimũ, Prætorẽ ſocios habuiſſe Decumanos.Nõ hoc nũc primũ audit priuatus de inimico,reus ab accuſatore:iam antea in ſella ſedens prætor,cũ prouinciã Siciliã obtineret,cum oĩbus nõ ſolũ id, qđ cõmune eſt,propter imperiũ,ſed etiã id,qđ iſtius pręcipuũ eſt,propter crudelitatem metueretˇ, millies audiuit:cũ eius animũ ad perſequendũ nõ negligentia tardaret:ſed cõſcientia ſceleris,auaritiæq; ſuæ frenaret.Loquebanť nũ Decumani palã,& præter cæteros is,qui apud iſtũ plurimũ poterat,maximoſq; agros populabaťApronius:perparũ ex illis magnis lucris ad ſeſe peruenire,prętorẽ eſſe ſociũ.Hoc cũ palam Decumani tota prouincia loquerenť,tuũq; nomen in re tam turpi,nefariaq; interponerẽt,nihil ne tibi venit in mentẽ exiſtimationi tuę cõſulere?nihil deniq; capiti ac fortunis tuis prouidere? Cũ tui noĩs terror in auribus animiſq; aratorũ verſareť:cũ decumani aratoribus ad pactiones faciendas nõ ſuã vim,ſed tuũ ſcelus ac nomẽ opponerẽt:ecquod iudiciũ Romæ tã diſſolutũ,tam perditũ,tã nummariũ fore putaſti, quo ex iudicio te vlla ſalus ſeruare poſſet?cũ planũ fieret,decumis cõtra inſtituta legis,cõſuetudinẽq; omniũ venditis,in aratorum bonis,fortuniſq; diripiendis Decumanos dictitaſſe tuas eſſe partes,tuã rem,tuã prędã:idq; te tacuiſſe,& cũ diſſimulare nõ poſſes,potuiſſe tamẽ perpeti,& perferre,q; magnitudo lucri obſcuraret periculi magnitudinẽ,pluſq; aliquanto apud te pecuniæ cupiditas,q; iudicii metus poſſet.Eſto,cætera negare nõ potes.ne illud quidẽ tibi reliquũ feciſti,vt hoc poſſes dicere,nihil eorum te audiſſe,nihil ad tuas aures de infamia tua peruenisſe.Querebanť cum luctu,& gemitu aratores.tu id neſciebas? fremebat tota prouincia.nemo id tibi renunciabat?Romæ querimoniæ de tuis iniuriis, cõuentuſq; habebanť. ignorabas hæc?ignorabas hæc oĩa?Quid?cũ palã Syracuſis te audiente,maximo cõuentu,P. Rubrius Q.Aproniũ ſponſione laceſſiuit,ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumis eſſe ſocium:hęc te vox nõ perculit?nõ perturbauit?nõ,vt capiti,& fortunis tuis proſpiceres excitauit?tacuiſti,ſedaſti etiã lites illorũ,& ſponſio illa ne fieret, laboraſti. Pro dii immortales, hoc aut innocens homo perpeti potuiſſet,aut q; uis nocẽs, qui modo iudicia Romæ fore putaret?nõ aliqua re ſimulatione populi Ro. exiſtimationi ſe hominũ vẽdicaſſet? Quid eſt hoc?

Elorinus ſecundum Her. Bar.

Exiſtimatio.

Nũmariũ iudicium.

ſponſio fit de capite,ac fortunis tuis.tu ſedes!& quieſcis!nõ perſequeris!nõ perſeueras! non perquiris cui dixerit Apronius!qs audierit! vnde hoc natũ! quẽadmodũ platũ ſit!Si tibi ad aurẽ acceſſiſſet,& dixiſſet Aproniũ dictitare,te ſibi eſſe ſociũ, cõmoueri te oportuit, vocare Aproniũ,nec illũ ante tibi ſatisfacere,q̃ tu omniũ exiſtimationi ſatisfeciſſes.cũ vero in foro celeberrimo,tanta frequẽtia,hoc,verbo,& ſimulatione Apronio,re vera tibi obiectum eſſet, tu vnq̃ tantã plagam tacitus accipere potuiſſes:niſi hoc ita ſtatuiſſes,in re tam manifeſta qc quid dixiſſes,te deterius eſſe facturũ!Quęſtores,legatos,prętectos ſuos,Tribunos multi miſ ſos fecerũt,& de prouincia decedere iuſſerũt,ꝙ eorũ culpa ſe minus cõmode audire arbitra- rent: aut ꝙ peccare illos aliqua in re iudicarent.Tu Aproniũ hominẽ vix liberũ, cõtamina- tũ,perditũ,flagitioſum, qui non modo animũ integrũ,ſed ne animã quidẽ purã conſeruare potuiſſet,eũ in tanto tuo dedecore profecto ne verbo quidẽ grauiore appellaſſes: neꝙ apud te tã ſancta religio ſocietatis fuiſſet, vt tui capitis periculũ negligeres:niſi rem tã notã eſſe omnibus,& tam manifeſtam videres!Cũ eodẽ Apronio poſtea P.Scandilius eques Ro.quem vos oẽs noſtis,eandẽ ſpõſionẽ de ſocietate fecit,quã Rubrius facere voluerat.inſtitit,oppreſ ſit,non remiſit: facta eſt ſponſio HS.V.mil.cœpit Scandilius Recuperatores,aut iudicẽ po- ſtulare.ſatis ne vobis prętori improbo circũdati cancelli vident in ſua prouincia,immo ve- ro in ſella,ac tribunali:vt aut de ſuo capite iudiciũ fieri patiat præſens,ac ſedens: aut confi teat ſe omnibus iudiciis cõuinci neceſſe eſſe! Spõſio eſt,ni te Apronius in Decumis ſocium eſſe dicat.Prouincia,tua eſt,ades,abs te iudiciũ poſtulat.quid facis!quid decernis!Recupera tores dicis te daturũ.bene agis,tamẽ,ſi qui erũt tãtis ceruicibus Recuperatores,qui audeãt in prouincia,cũ prætor adſit,nõ ſolũ cõtra voluntatẽ eius,ſed etiã cõtra fortunas iudicare. Verũ eſto,manifeſta res eſt:nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquido diceret: locupletiſſimus quiſq;,certiſſimus teſtis eſſet:nemo erat Sicilia tota,qui neſciret Decumas eſſe Prętoris:ne- mo qui nõ audiſſet,ita Aproniũ dictitaſſe.prętera cõuentus honeſtus Syracuſis,multi equi tes Ro. viri primarii, ex qua copia Recuperatores recipi oporteret,qui aliter iudicare nullo modo poſſent.Inſtat Scandilius poſcere Recuperatores.tũ iſte homo innocẽs, qui illã ſuſpi- tionẽ leuare,atq; ab ſe remouere cuperet:Recuperatores dicit ſe de cohorte ſua daturũ.Pro deum hominũq; fidem,quẽ ego accuſo!in quo meã induſtriã,ac diligẽtiã ſpectari volo!quid eſt,quod ego dicendo, aut cogitãdo efficere,aut aſſequi debeã!teneo in mediis vectigalibus populi Romani,in ipſis fructibus prouinciæ Siciliæ furẽ manifeſto auertentẽ rem frumenta riam omnẽ,pecuniã maximã:teneo inquã ita,vt negare nõ poſſit.Nam quid hic dicet!ſpon- ſio facta eſt cũ cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni ſociũ te ſibi in decumis eſſe dictitaret. expectant omnes quantæ tibi ea res curæ ſit,quẽadmodum hominũ exiſtima- tioni te,atq; innocentiam tuam probari velis.Hic tu Medicum, & aruſpicẽ, & præconẽ tuũ Recuperatores dabis!aut etiã illũ ipſum,quẽ tu in cohorte tua Caſſianũ iudicem habebas,ſi qua res maior eſſet,Papyriũ Potamonẽ,hominẽ ſeuerũ,ex vetere illa equeſtri diſciplina!Scã dilius poſtulare de conuentu Recuperatores.Tum iſte negat ſe de exiſtimatione ſua cuiq̃ ni ſi ſuis cõmiſſurũ.Negotiatores putant eſſe turpe,id forũ ſibi iniquũ eiurare,vbi negotient. Prætor prouinciam ſuã totam ſibi iniquã eiurat. O impudentiã ſingularem. hic poſtulat ſe Romę abſolui,qui in ſua prouincia iudicauit ſe abſolui nullo modo poſſe:qui plus exiſtimet apud lectiſſimos Senatores pecuniã,q̃ apud tres negotiatores metũ valere. Scandilius vero negat ſeſe apud Artemidorũ Recuperatorẽ verbum eſſe facturũ: & tamẽ †vrget,atq; onerat te bonis conditionibus,ſi tu vti velis.ſi ex prouincia Sicilia tota ſtatuas idoneũ iudicem aut recuperatorem nullũ poſſe reperiri,poſtulat a te,vt Romam reiicias. Hic enimuero tu excla mas,hominẽ improbũ,qui poſtulet ibi de tua exiſtimatione iudiciũ fieri, vbi te inuidioſum eſſe intelligebat.negas te Romam reiecturũ,negas de cõuentu recuperatores daturũ,cohor tem tuã proponis. Scãdilius rem ſe totam relicturum dicit,& ſuo tempore eſſe rediturum. Quid tu ibi tum!quid facis! Scandilium cogis.quid!ſponſionẽ acceptam facere!impudenter tollis expectatum exiſtimationis tuæ iudiciũ.nõ facis.quid ergo!Apronio permittis,vt quos velit,de cohorte ſumat Recuperatores!indignum, vni potius ex iniquis ſumendi, q̃ vtriſq; ex equis reiiciendi fieri poteſtatem.neutrum facis eorum.quid ergo!eſt aliquid quod impro bius fieri poteſt.Cogit enim Scandilium quinq; illa millia nummum dare,atq; adnumerare Apronio. Quid potuit elegantius facere Pretor cupidus exiſtimationis bonæ, qui ab ſeſe omnem ſuſpitionẽ propulſare,qui ſe eripere ex infamia cuperet!Adductus erat in ſermonẽ,

Animus. Anima. Sponſio. Cancelli. Eiurare. †auget.

inuidiã, vituperationẽ: dictitarat homo improbus, atq; impurus Apronius, ſociũ eſſe prætorẽ: venerat res in iudiciũ, atq; diſcrimẽ: poteſtas erat iſti homini integro, atq; innocẽti data, vt in Aproniũ cũ animaduertiſſet, ſeſe grauiſſima leuaret infamia. quid excogitat pœnæ? qd animaduerſionis in Aproniũ? cogit Scãdiliũ Apronio ob ſingularẽ ĩprobitatẽ, atq; audaciã, †prædationẽq; nefarię ſocietatis, HS. V. millia mercedis noĩe, ac prẹmii dare. Quid interfuit homo audaciſſime, vtrũ hoc decerneres? an id qđ Apronius dictitabat, tu de te ꝓferres, ac dictitares? quẽ hominẽ, ſi qs pudor in te, atq; adeo ſi qs met⁹ fuiſſet, ſine ſupplicio dimittere nõ debuiſti: hũc abs te ſine ꝑmio diſcedere noluiſti. Oĩa ſimul ĩtelligere potuiſtis Iudices ex hoc vno crimine Scãdiliano: primũ, hoc non eſſe Romę natũ de ſocietate Decumarũ, nõ ab accuſatore fictũ, nõ vt ſolem⁹ interdũ in defenſionib⁹ dicere, crimẽ domeſticũ, ac vernaculum, nõ ex tpe periculi tui cõſtitutũ, ſed vet⁹, cogitatũ iam, & te ꝓtore iactatũ, & nõ ab inimicis Romæ cõpoſitũ, ſed Romã de ꝓuincia exportatũ. ſimul intelligi poteſt illud iſti⁹ in Apronũ. tu diũ: Apronii de iſto nõ modo cõfeſſio, verũ etiã cõmemoratio. Eodem accedit, ꝙ hoc quoq; intelligere poteſtis, iſtũ ſtatuiſſe in ꝓuincia ſua, exiſtimationis ſuę iudiciũ extra cohortẽ ſuã cõmittendũ fuiſſe nemini. Ecquis eſt iudex, cui nõ ab initio Decumani criminis pſuaſum ſit, iſtum in aratorũ bona, fortunaſq; impetũ feciſſe? qs hoc nõ ex eo ſtatim iudicauit, ꝙ oſtendi iſtum Decumas noua lege, atq; adeo nulla lege, cõtra oĩm conſuetudinẽ, atq; inſtituta vendidiſſe? Verũ vt iſtos ego Iudices tã ſeueros, tam diligẽtes, tã religioſos nõ haberem: ecquis eſt, ex iniuriarũ magnitudine, improbitate decretorũ, iudiciorũ iniquitate, q hoc nõ iandudũ ſtatuerit, & iudicarit? Etiã ſane ſit aliqs diſſolutior in iudicãdo: legũ, officii, reipublicę, ſociorum, atq; amicorũ negligẽtior. quid is? poſſit ne de iſtius improbitate dubitare, cũ tãta lucra facta, tã iniquas pactiones vi, & metu exꝑſſas cognouerit? cũ tãta ꝑmia ciuitateis vi, atq; imperio, virgarũ, ac mortis metu nõ modo Apronio, atq; ei⁹ ſimilib⁹, verũ etiã Veneriis ſeruis dare coactas? Qz ſi qs ſociorũ incõmodis minus mouet: ſi quẽ aratorũ fugę, calamitates, exilia, ſuſpẽdia deniq;, nõ permouẽt: nõ poſſum dubitare, qn is tũ cũ vaſtatã Siciliã, relictos agros, ex ciuitatum literis, & epiſtola L. Metelli cognouerit, ſtatuat fieri non poſſe, vt de iſto nõ ſeueriſſime iudicet. Erit etiã aliqs qui hæc oĩa diſſimulare, ac negligere poſſit. attuli ſponſiones ipſo præſente factas de Decumarũ ſocietate, ab ipſo prohibitas iudicari: quid eſt, quod poſſet qſq; manifeſtius hoc, deſiderare? Non dubito qn vobis ſatiſfecerim Iud. verũtamen progrediar lõgius, nõ mehercule quo magis hoc vobis ꝑſuadeatur, q̃ iam ꝑſuaſum eſſe cõfido, ſed vt ille aliquando impudentiæ ſuæ finẽ faciat: aliquãdo deſinat, ea ſe putare emere, q̃ ipſe ſemper habuit venalia, fidẽ, iuſiurandũ, veritatẽ, officiũ, religionẽ: deſinant amici eius ea dictitare, q̃ detrimẽto, maculæ, inuidię, infamię, nobis oĩbus eſſe poſſint. At qui amici? O miſerum, atq; inuidioſum, offenſumq; paucorũ culpa, atq; indignitate ordinẽ Senatoriũ. Albam Aemiliũ ſedentẽ in faucib⁹ macelli loq palã? viciſſe Verrẽ, emptos habere iudices: alium HS. CCCC. millib⁹: aliũ HS. D. quẽ minimo, CCC. Atq; ei cũ reſpõſum eẽt, fieri nõ poſſe, multos teſtes eſſe dicturos, me ꝑterea cauſæ nõ defuturũ: licet hercules, inqt, oẽs oĩa dicãt, in illo niſi ita res manifeſta erit allata, vt reſpõderi nihil poſſit, vicim⁹. Bñ agis Alba, ad tuã veniã cõditionẽ. nihil putas valere ĩ iudiciis cõiecturã, nihil ſuſpitionẽ, nihil ante actę vitę exiſtimationẽ, nihil bonor̃ vir̃ teſtimonia, nihil ciuitatũ auctoritates, ac teſtimonia: literas manifeſtas q̃ris. Nõ quęro iudices Caſſianos, veterẽ iudicior̃ ſeueritatẽ nõ reqro: veſtrã ĩ hoc fidẽ, dignitatẽ, religionẽ, in iudicãdo nõ imploro: Albã habebo iudicẽ, eũ hoĩem, q ſe ipſe ſcurrã impro biſſimũ exiſtimari vult: q a ſcurris poti⁹ ſemper gladiator, q̃ ſcurra appellat⁹ ſit. Afferã rem eiuſmodi in Decumis, vt Alba fateat, iſtũ in re frumẽtaria, & in bonis aratorũ, apte palamq; eſſe ꝑdatũ. Decumas agri Leontini magno dicit ſe vẽdidiſſe. oſtẽdi iam illud initio, nõ exiſtimandũ magno vendidiſſe eũ, q verbo decumas vẽdiderit: re, & conditione, & lege, & edicto, & licẽtia Decumanorũ, decumas aratoribus nullas reliquas fecerit. Etiã illud oſtẽdi, vẽdidiſſe alios magno Decumas agri Leõtini, cęterorũq; agrorũ, & lege Hieronica vẽdidiſſe, & pluris etiã q̃ te vendidiſſe, nec aratorẽ quẽq̃ eſſe q̃ſtũ. nec. n. fuit qđ quiſq̃ q̃ri poſſet, cũ lege æqſſime ſcripta venirent: neq; illud vnq̃ aratoris interfuit, quãti Decumæ venirẽt. Nõ. n. ita eſt, vt ſi magno venierint, plus arator debeat: ſi paruo, min⁹. vt frumẽta nata ſunt, ita Decumæ veneunt. Aratoris aũt intereſt, ita ſe frumẽta habere, vt decumę q̃plurimo venire poſſint: dũ arator ne plus decuma det, expedit ei decumã eſſe q̃maximã. Verũ hoc, vt opinor, eſſe vis caput defenſiõis tuę, magno te decumas vẽdidiſſe: agri vero Leontini, q plurimũ efficit, tritici

†prædicationem.

Crimẽ domeſticũ ac vernaculũ.

Caſſiani iudices.

mod. CCVI. millibus. Si doceo, pluris aliquãto potuisse te vendere, neq; his voluisse addicere, qui cõtra Aproniũ licerent: & Apronio multo minoris, q̃ aliis potueris, tradidisse: si hoc doceo, poterit ne te Alba tuus antiquissim⁹ non solũ amicus, verũ etiam amator, absoluere! Dico Equitẽ Ro. hoiem in primis honestũ, Q. Minutiũ cum suis similibus, ad decumas agri Leõtini tritici mod. non. M. nõ. MM. non. MMM. sed ad vnas vni⁹ agri decumas tritici mod. XXX. voluisse addere: & ei potestatem emendi non esse factã, ne res abiret ab Apronio. Negare hoc, nisi forte negare omnia constituisti, nullo modo potes. palam res gesta est, maximo conuentu, Syracusis: testis est tota prouincia: propterea q̃ vndiq; ad emendas decumas solẽt eo conuenire, qd̃ siue fateris, siue conuinceris, quot & q̃ maximis in rebus teneare, nõ vides! Primũ tuã rem illã, & p̃dam fuisse. nã nisi ita esset, cur tu Aproniũ malebas, quẽ oẽs tuũ procurare in decumis negotiũ loq̃bant, q̃ Minutiũ decumas agri Leõtini sumere! deinde immẽsum atq; infinitũ lucrũ eẽ factũ. nã si. XXX. mod. tritici tu cõmot⁹ nõ esses, certe hoc idẽ lucri Minuti⁹ Apronio libẽter dedisset, si ille accipe voluisset. quãtã igit̃ illi spẽ p̃dę ꝓpositã arbitramur fuisse, qui tantũ prẽsens lucrum nulla opera insumpta contempserit, atq; despexerit! Deinde ipe Minuti⁹ nunq̃ tanti habere voluisset, si decumas tu lege Hieronica venderes. sed q̃ tuis nouis edictis, & iniquissimis institutis plus aliquanto se, q̃ decumas, ablaturũ videbat, idcirco lõgius progressus est. At Apronio semper, plus etiam multo abs te permissum est: q̃ qd̃ edixeras. Quãtum igitur q̃stum putamus factum esse per eum, cui quiduis licitum sit, cum tãtum lucri voluerit addere is, cui, si decumas emisset, idẽ non liceret! Postremo illa quidem certe tibi p̃cisa defensio est, in qua tu semper omnia tua furta, atq; flagitia latere posse arbitratus es, magno te decumas vendidisse, plebi Ro. consuluisse, annonæ pspexisse. non põt hoc dicere is, q negare nõ potest, se vni⁹ agri decumas. XXX. mod. minoris q̃ potuerit, vẽdidisse. vt etiam, si tibi hoc cõcedã, Minutio ideo te non tradidisse, q̃ iam addixisses Apronio: aiũt enim te ita dictitare, qd̃ ego expecto, cupioq; te illud defendere. verũ vt ita sit, tamẽ non potes hoc quasi præclarũ aliquid prędicare, magno te decumas vẽdidisse, cũ fuisse fatea re, qui multo pluris voluerint emere. Tenet̃ igit̃ iã ludices, & manifesto tenet̃ auaritia, cupiditas hois, scelus, improbitas, audacia. Quid! si hęc, quę dico, ipsi⁹ amici, defensoresq; iudicarunt! quid vultis amplius! Aduentu L. Metelli prætoris cum omnes eius comites iste sibi suo illo panchresto medicamẽto amicos redemisset, aditum est ad Metellũ, educt⁹ est Apronius, eduxit vir primari⁹ C. Galli⁹ Senator: a L. Metello, vt ex edicto suo iudicium daret in Aproniũ, q̃ p̃ vim aut metũ abstulisset: quã formulã Octauianã, & Romę Metell⁹ habuerat, & habebat in ꝓuincia: nõ impetrat: cũ hoc diceret Metell⁹, p̃iudiciũ se de capite C. Verris, p hoc iudicium nolle fieri. Tota Metelli cohors, hominũ nõ ingratoꝝ, aderat Apronio. C. Gallius homo nostri ordinis, a suo familiarissimo L. Metello iudiciũ ex edicto nõ potest impetrare. Nõ reprehẽdo Metellũ. pepercit homini amico, & quẽadmodũ ipsum dicere audiui, necessario. nõ reprehẽdo inquã Metellũ. sed hoc miror, quomodo, de quo hoie prætudiciũ noluerit fieri per Recuperatores, de hoc ipso nõ modo prẽiudicarit, verũ grauissime, ac vehemẽtissime iudicarit. Primũ enĩ, si Aproniũ absolutũ iri putaret, nihil erat, qd̃ vllũ prẽiudiciũ vereret. Deinde si cõdẽnato Apronio, coniunctã cũ eo Verris causam oẽs erãt existimaturi, Metellus quidẽ certe iã hoc iudicabat, eorũ rẽ, causamq; esse cõiunctã, q̃ statuerit Apronio cõdẽnato, de isto †prẽiudiciũ futurũ. & simul vna res vtriq; rei est argumẽto: & aratores vi, & metu coactos Apronio multo plus, q̃ debuerint, dedisse: & Aproniũ isti⁹ rẽ suo noie egisse, cũ L. Metellus statuerit, nõ posse Aproniũ cõdẽnari, quin simul de istius scelere, atq; improbitate iudicaret. Venio nũc ad epistolã Timarchidis, liberti istius, & accẽsi. de qua cũ dixero, totũ hoc crimẽ Decumanũ pærorabo. Hęc epistola est Iudices, quã nos Syracusis in ædibus Apronii, cũ literas cõquireremus, inuenimus. missa est, vt ipsa significat, ex itinere, cum Verres iã de ꝓuincia decessisset, Timarchidis manu scripta. Recita epistolã Timarchidis.

TIMARCHIDES VERRIS ACCENSVS APRONIO SALVTEM DICIT. Iam hoc quidem non reprehendo q̃ ascripsit accensus. cur enim sibi hoc scribæ soli sumant! L. Papyrius Scriba. volo ego hoc esse commune accensorum, lictorũ, viatorum. FAC DILIGENTIAM ADHIBEAS, QVOD AD EXISTIMATIONEM PRAETORIS ATTINET. Commendat Apronio Verrem, & hortatur vt inimicis eius resistat. bono præsidio munitur existimatio tua, siquidem in Apronii constituitur diligentia, atq; auctoritate. HABES VIRTVTEM ATQVE ELOQVENTIAM. Q̃ copiose laudatur Apro-

Amictus. Amator.

Pachrestũ medicamẽtum. Educere.

Prẽiudicare. Iudicare.

†iudicium

Accensus.

nius a Timarchide? q̃ magnifice? cui ego nõ putem illũ placere oportere, qui tantopere Timarchidi probatus sit? HABES SVMPTVM VNDE FACIAS. Necesse est, qđ redundaret de vestro frumentario quæstu, ad illũ potissimũ, per quẽ agebatis, defluxisse. SCRIBAS APPARITORES RECENTES ARRIPE: CVM L. VVLTEIO, QVI PLVRIMVM POTEST, CAEDE, CONCIDE. Videte q̃ valde malitiæ suæ confidat Timarchides, qui etiã Aponio improbitatis præcepta det. Iã hoc, cæde, concide, non verba domo patroni depromere videt, ad omne genus nequitiæ accommodata? VOLO MIHI FRATERCVLO TVO CREDAS. Cõsorti quidẽ in lucris atq; furtis, gemino, & simillimo nequitia, improbitate, audacia. IN COHORTE CHARVS HABEARE. Quid est hoc in cohorte? quo pertinet? Aponiũ doces? quid? in vestrã cohortẽ te monitore, an sua sponte præuenerat? QVOD CVIQVE OPVS SIT, OPPONE. Qua impudẽtia putatis eũ in dominatiõe fuisse, qui in fuga tã improbus sit? ait, oĩa pecunia effici posse: dare, profundere, opponere, si velis vincere. Nõ hoc mihi tã molestũ est Aponio suadere Timarchidẽ, q̃ q̃ hoc idẽ patrono suo præcipit. TE POSTVLANTE OMNES VINCERE SOLENT. Verre quidẽ Prętore, nõ Sacerdote, nõ Peduceo, nõ hoc ipõ Metello. SCIS METELLVM SAPIENTEM ESSE. Hoc vero ferri iã nõ potest, irrideri viri optimi L. Metelli ingeniũ, & contemni, ac despici a fugitiuo Timarchide. SI VVLTEIVM HABEBIS, OMNIA LVDIBVNDVS PERFICIES. Hic vehemẽter errat Timarchides: q̃ aut Vulteiũ pecunia corrũpi putet posse, aut Metellũ vni⁹ arbitratu gerere Prętură, sed errauit cõiectura domestica, q̃a multos per se, & per alios multa ludibũdos libidinose apud Verrẽ effecisse vidit, ad oẽs eosdẽ patere aditus arbitrabat. facilius vos efficiebatis ludibũdi, quę volebatis a Verre, q̃ multa ei⁹ ludorũ genera noratis. INCVLCATVM EST METELLO ET VVLTEIO TE ARATORES EVERTISSE. Quis istuc Aponio attribuebat, cũ aratorem aliquẽ euerterat? aut Timarchidi, cũ ob iudicandũ, aut decernẽdũ, aut imperandũ aliq̃d, aut remittẽdũ, pecuniã acceperat? aut Sestio Lictori, cũ aliquẽ innocẽtẽ securi percussérat? nemo. oẽs ei Verri tũc attribuebãt, quẽ nũc cõdemnari volũt. OBTVDERVNT EIVS AVRES TE SOCIVM PRAETORIS FVISSE. Vides ne hoc q̃ clarũ sit, ac fuerit? cum etiã Timarchides hoc metuat, cõcedes nõ hoc crimẽ nos in te cõfingere, sed iãpridẽ ad crimen, aliquã defensionẽ libertũ quęrere? Libertus & Accẽsus tuus, & tibi, ac liberis tuis, oĩbus in reb⁹ cõiũctus, ac pximus, ad Aponiũ scribit, vulgo esse ab oĩbus ita demõstratũ Metello, tibi Aponiũ ĩ decumis sociũ fuisse. FAC SCIAT IMPROBITATEM ARATORVM. IPSI SVDABVNT, SI DII VOLENT. Quod istuc per deos immortales, aut qua de causa excitatũ essẽ dicamus in aratores tã infestũ odiũ? atq; tantũ? quãtã iniuriã fecerũt Verri aratores, vt eos etiã loquutus, & accensus eius tã irato animo, aut literis insequatur? Neq; ego huius fugitiui Iudices epistolã vobis recitassem, nisi vt ex ea totius familiæ præcepta, & institituta, & disciplinã cognoscerętis. Videtis, vt moneat Aponiũ, q̃bus reb⁹, ac muneribus

Insinuet in familiaritatem.

insinuet ĩ familiaritatẽ Metelli? Vulteiũ corrũpat? Scribas, Accẽsumq; precio deliniat? ea præcipit, quæ vidit: ea monet alienũ hominẽ, quæ domi didicit ipse. Verum in hoc errat vno: q̃ easdẽ existimat vias ad omniũ familiaritates esse munitas. q̃q̃ merito sum iratus Metello, tamen hęc, quę vera sunt, dicã. Apronius ipsum Metellũ nõ precio, vt Verrẽ, nõ cõuiuio, non muliere, nõ sermone incauto, atq; improbo posset corrũpere. q̃bus rebus nõ sensim, atq; moderate ad istius amicitiã arrepserat, sed breui tẽpore totũ hominẽ, totãq; eius prętură posse-derat. Cohortẽ aũt Metelli quã vocat, q̃d erat qđ corrũperet? ex qua recuperatores nulli dabant. Nã q̃ scribit Metelli filiũ puerũ esse, vehemẽter errat. nõ em̃ ad oẽs prætorũ filios iidẽ aditus sunt. O Timarchide, Metelli est filius in prouincia, nõ puer, sed adolescẽs bon⁹, ac †prudẽs, dignus illo loco, ac noĩe. Vester ille puer prętextatus in ꝓuincia quẽadmodũ fuisset, nõ dicerẽ, si pueri eẽ illã culpã, ac nõ patris existimarẽ. Tu ne, cũ te, ac tuã vitã nosses, in Sicilia tecũ grãdẽ prętextatũ filiũ ducebas? vt etiã si natura puerũ a paternis vitiis, atq; a generis similitudine abduceret, cõsuetudo tamẽ eũ, & disciplina degenerare nõ sineret. Fac enĩ fuisse in isto C. Lęlii, M. Catonis materiẽ, atq; indolẽ, q̃d ex eo boni sperari, atq; effici potest, q̃ in patris luxurie sic vixerit, vt nullũ vnq̃ pudicũ, neq; sobriũ cõuiuiũ viderit? q̃ in epulis quotidianis adulta ętate p triẽniũ inter impudicas mulieres, & intẽperãtes viros versat⁹ sit? nihil vnq̃ a patre audiuit, quo pudẽtior, aut melior esset: nihil vnq̃ patrẽ agere vidit, qđ cũ imitat⁹ esset, nõ id, qđ turpissimum est, simílis patri putaretur. Quibus in rebus nõ solum filio, verũ

C. Lęlii, M. Catonis materies atq; idoles

etiã Reip. feciſti iniuriã. Suſceperas enĩ liberos nõ ſolũ tibi, ſed etiã patriæ: qui nõ modo tibi voluptati, ſed etiã qui aliquãdo vſui Reip. eſſe poſſent. Eos inſtituere, atq; erudire ad maiorũ inſtituta, atq; ciuitatis diſciplinã, nõ ad tuas turpitudines debuiſti. eſſet inerti, atq; impuro, & improbo parẽte nauus, & pudẽs, & probus filius: haberet aliquid abs te Reſpu. muneris. Nunc pro te Verrẽ ſubſtituiſti alterũ ciuitati, niſi hoc forte deterior eſt, ſi fieri poteſt, q̃ tu eiuſmodi euaſiſti, nõ in hoĩs luxurioſi, ſed tãtũ in furis, ac diuiſoris diſciplina educatus, quid iſto feſtiuius fore arbitramur? qui eſt tuus natura filius, cõſuetudine diſcipulus, voluntate ſimilis? Quẽ ego Iudices quãtũuis bonũ, fortẽq; facile paterer euadere. nõ enĩ me inimicitiæ cõmouent, ſi quæ mihi cũ iſto futuræ ſint. Nã ſi in oĩbus rebus innocẽs fuero, meiq; ſimilis, quid mihi iſtius inimicitiæ nocebunt? ſin aliqua in re Verri ſimilis fuero, nõ magis mihi deerit inimicus, q̃ Verri defuit. Etenim Iudices eiuſmodi Reſp. debet eſſe, & erit, veritate iudiciorũ conſtituta, vt inimicus neq; deeſſe nocẽti poſſit, neq; obeſſe innocẽti. Quapropter nulla res eſt, quãobrẽ ego iſtum nolim ex paternis probris, ac vitiis emergere: id q̃d tametſi iſti difficile eſt, tamẽ haud ſcio an fieri poſſit: præſertim ſi (vt nũc fit) cuſtodes amicorũ eũ ſectabunt: quoniã pater tam negligẽs, ac diſſolutus eſt. Verũ huc longius, q̃ volũtas fuit, ab epiſtola Timarchidis digreſſa eſt oratio mea, qua recitata, cõcluſurũ me eſſe crimen decumarũ dixerã: ex quo intellexiſtis innumerabilẽ frumẽti numerũ per triẽniũ auerſum a Rep. eſſe, abreptũq; aratoribus. Sequit, vt de frumẽto empto vos Iudices doceam, maximo atq; impudẽtiſſimo furto: de quo dũ certa, & pauca, & magna dicã breuiter, attendite. Frumentũ emere in Sicilia debuit Verres ex Senatuſcõſulto, & ex lege Terentia, & Caſſia frumentaria. Emundi duo genera fuerũt: vnũ certarũ Decumarũ: alterũ q̃d pręterea ciuitatib⁹ æqualiter eſſet diſtributũ. Illius decumani tantũ, quãtũ ex primis decumis fuiſſet, tritici mod. DCCC. millia: preciũ autẽ cõſtitutũ decumano in mod. ſingulos HS. ternis: imperato, HS. IIII. ita in frumentũ imperatũ, HS. duodetricies in annos ſingulos Verri decernebat, q̃d aratoribus ſolueret: in alteras decumas ferme ad nonagies. ſic per triennĩũ ad hãc frumẽti emptionẽ Sicilienſem propẽ centies & tricies erogatũ eſt. Hanc pecuniã tantã, datam tibi ex ærario inopi, atq; exhauſto: datã ad frumentũ, hoc eſt ad neceſſitatẽ ſalutis, & vitæ: datã vt Siculis aratoribus q̃bus tanta onera Reſp. imponeret, ſolueret: abs te ſic laceratã eſſe dico, vt poſſim illud probare, ſi velim: omnẽ te hanc pecuniã domum tuã auertiſſe. Etenim ſic hanc rem totã adminiſtraſti, vt hoc, q̃d dico, probari æquiſſimo iudici poſſit. Sed ego habebo rationẽ auctoritatis meæ: meminero, quo animo, quo cõſilio ad cauſam publicam acceſſerim: nõ agam tecũ accuſatorie, nihil fingam, nihil probari velim me dicente, q̃d nõ ante mihimetipſi probatũ ſit. In hac pecunia publica Iudices hæc inſunt tria genera furtorũ. Primũ eam, cũ poſita eſſet apud eas ſocietates, vnde erat attributa, binis centeſimis fœneratus eſt. Deinde permultis ciuitatibus pro frumẽto nihil ſoluit omnino. Poſtremo ſi cui ciuitati ſoluit, tantum detraxit, quantum commodum fuit: nulli, quod debitum eſt, reddidit. Ac primum hoc ex te quæro. Tu cui Publicani ex Arpinati literis gratias egerunt, pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi Ro. ad emendũ frumentũ attributa, fuerit ne tibi quæſtui? penſitarit ne tibi binas centeſimas? credo te negaturum. Turpis enim eſt, & periculoſa confeſſio, mihi autẽ hoc perarduum eſt demonſtrare. quibus enim teſtibus? Publicani tractati honorifice ſunt. tacebũt. literæ eorum decreto Decumanorum remotæ ſunt. quo me igitur vertam? rem tam improbam, crimen tantæ audaciæ, tantæq; impudentiæ, propter inopiam teſtium, ac literarum prætermittam? non faciam Iudices: vtar teſte. quo? P. Vectio Chilone homine equeſtris ordinis honeſtiſſimo, atq; ornatiſſimo: qui iſti ita amicus, & neceſſarius eſt, vt etiam ſi vir bonus non eſſet, tamen quod contra iſtum diceret, graue videretur. ita vir bonus eſt, vt etiã ſi inimiciſſimus iſti eſſet, tamen eius teſtimonio credi oporteret. Admiratur, & expectat, quid nam Vectius dicturus ſit. Nihil dicet ex tempore: nihil ex ſua voluntate: nihil, cum vtrumuis licuiſſe videatur. Miſit in Siciliam literas ad Carpinatium, cum eſſet magiſter ſcripturæ & ſex †Publicanorum, quas ego Syracuſis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romę in literarũ miſſarũ apud magiſtrũ Tulliũ familiarẽ tuũ inueni, quibus ex literis impudentiam fœnerationis queſo cognoſcite. LITERAE MISSAE L. VECTII, L. SERVILII, C. ANTISTITIS MAGISTRORVM. Pręſto ſe tibi ait futurum Vectius, & obſeruaturum quemadmodum rationes ad ærarium referas: vt ſi hanc ex fœnore populo pecuniam non retuleris, reddas ſocietati. Poſſumus hoc teſte, poſſumus P. Seruilii, & C. Anti-

Liberi Rei pu. debent

Diuiſor.

Similis mei

Similis Verri.

Reſp. qualis eſſe debet.

Cẽteſimæ.

Magiſter ſcripturæ.

†Publicor.

ſtitis magiſtrorꝫ, primorũ hominũ, atꝙ honeſtiſſimorũ, poſſumus auctoritate ſocietatis, cuius literis vtimur, qđ dicimus obtinere? an aliqua firmiora, aut grauiora quærẽda ſunt? Vectius tuus familiariſſimus, Vectius tuus affinis, cuius ſororẽ habes in matrimonio, tuę frater vxoris Vectius, frater tui Quæſtoris, impudẽtiſſimũ tuũ furtũ, certiſſimũꝙ pęculatũ, nã Apoſiop. Peculatus. quo alio noĩe pecunię publicę fœneratio eſt appellãda? ✳ Recita reliqua. Scribã tuũ dicit Verres huiꝰ pſcriptorẽ fœnerationis fuiſſe, ei quoꝙ Magiſtri minant̃ ĩ literis, & caſu Scribæ tũ duo magiſtri fuerũt, cũ Vectio binas cẽteſimas ab ſe ablatas ferũdũ nõ putãt, & recte non putãt. Quis enĩ hoc fecit vnq̃? qs deniꝙ conatꝰ eſt facere? aut poſſe fieri cogitauit? vt cũ Senatus publicanos vſura ſępe iuuiſſet, magiſtratus a publicanis pecuniã pro vſuris auderet auferre? Certe huic homini ſpes nulla ſalutis eſſet, ſi Publicani, hoc eſt ſi Equites Ro. iudicarẽt. †vobis. Minor eſſe cura nũc Iudices †nobis diſceptãtibus debet: & tãto minor, quanto eſt honeſtius alienis iniuriis, q̃ re ſua cõmoueri. Quid ad hęc reſpõdere cogitas? vtrũ factũ negabis? an tibi hoc licitũ eſſe defendes? Negare q̃ potes? an vt tãta auctoritate literarũ, tot teſtibus Publicanis cõuincare? Licuiſſe vero qui? ſi mehercule te tuã pecuniã nõ populi Ro. in prouincia fœneratũ docerẽ, tamẽ effugere nõ poſſes. ſed publicã, ſed ob frumẽtũ decretã, ſed a Publicanis fœnore accepto, hoc licuiſſe cuiq̃ probabis? quo nõ modo cęteri, ſed ipſe nihil audacius, improbiuſꝙ feciſti. Nõ mehercule hoc, qđ oĩbus ſingulare videt̃, de quo mihi deinceps dicẽdũ eſt, poſſum Iudices dicere audacius eſſe, aut impudẽtius, ꝙ pęrmultis ciuitatibus p frumento nihil ſoluit omnino. maior hęc pręda fortaſſe eſt, ſed illa impudentia certe non minor. Et quoniã de illa fœneratione ſatis dictũ eſt, nũc de hac tota pecunia auerſa, quæſo cognoſcite.

Honeſtę ciuitates. Siciliæ ciuitates multæ ſunt Iudices ornatæ atꝙ honeſtę. ex qbus in primis numerãda eſt ciuitas Haleſina. Nullã enĩ reperietis aut officiis fideliorẽ, aut copiis locupletiorẽ, aut auctoritate grauiorẽ. Huic iſte annos ſingulos cũ ſexaginta tritici millia modiũ impęrauiſſet, pro tritico nummos abſtulit, quãti erat in Sicilia triticũ: quos de publico nummos acceperat, retinuit oẽs. Obſtupui Iudices, cũ hoc mihi primũ Haleſę demonſtrauit in Senatu Haleſinorũ homo ſummo ingenio, ſumma prudẽtia, ſumma auctoritate prędituſ Haleſinus Aenias: cui Senatus dederat publice cauſam, vt mihi, fratriꝙ meo gratias ageret: & ſimul, q̃ nos ea, quæ ad iudiciũ pertinerẽt, doceret. demõſtrat hãc iſtius cõſuetudinẽ, ac rationẽ fuiſſe: cũ oĩs frumenti copia decumarũ noĩe pęnes iſtũ eſſet redacta, ſolitũ eſſe iſtũ pecuniã cogere a ciuitatibus, frumentũ improbare: quãtũ frumenti Romã eſſet mittendũ, tantũ de ſuo queſtu, ac de ſua copia frumẽti mittere. Poſco rationes, inſpicio literas: video frumẽti granũ Haleſinos, q̃ bus. LX. millia modiũ impęrata erãt, nullũ dediſſe: pecuniã Volcatio, Timarchidi, Scribę dediſſe. reperio genus huiuſcemodi Iudices pręde, vt prętor, qui frumentũ emere debebat, non emat, ſed vẽdat: pecunias quas ciuitatibus diſtribuere debebat, eas oẽs auertat, atꝙ auferat. Nõ mihi iam furtũ, ſed monſtrũ, ac prodigiũ videbat̃. ciuitatũ frumentũ improbaſſe: preciũ ei frumento cõſtituere: qđ cõſtituiſſet, id ciuitatibus auferre: quod a populo Ro. accepiſſet, tenere. Quot vultis eſſe in vno furto peccatorum gradus? vt ſi ſingulis inſiſtere velim, progredi iſte nõ poſſet. Improbas frumentũ Siculũ. quid? ipſe qđ mittis? peculiarẽ habes aliquam Siciliã, quę tibi ex alio genere frumentũ ſuppeditare poſſit? Cũ Senatus decernit, vt emat̃ in Sicilia frumentũ, aut populus iubet, hoc, vt opinor, intelligit, ex Sicilia Siculũ frumentũ apportari oportere. Tu cũ ciuitatũ Sicilię vulgo omne frumentũ improbas, num ex Aegypto, aut ex Syria frumentũ Romã mittis? Improbas Haleſinũ, Cephaleditanũ, Thermitanũ, Amſtratinũ, Tyndaritanũ, Herbitenſe: multarũ pręterea ciuitatũ. Quid accidit tamẽ, vt hoꝛ populorũ agri frumẽtũ eiuſmodi te ꝓtore ferrẽt, qđ nũq̃ antea, qđ neqꝫ tibi, neqꝫ popl'o Ro. poſſet probari? preſertim cũ ex iiſdẽ agris, eiuſdẽqꝫ anni frumentũ ex decumis Romam Mancipes. mãcipes aduexiſſent. quid acciderat, vt ex eodẽ horreo decumanũ probaret̃, emptũ non probaret̃? dubiũ ne eſt, quin iſta oĩs improbatio cogẽdæ pecunię cauſa nata ſit? Eſto: improbas Haleſinũ, habes ab alio populo qđ probes: eme illud, qđ placet: miſſos fac eos, quorũ frumẽtum improbaſti. ſed ab iis quos repudias, exigis tantũ pecunię, quantũ ad eũ numerũ frumenti ſatis ſit, quẽ ciuitati imperas. Dubiũ eſt qd egeris? in medimna ſingula video ex literis publicis tibi Haleſinos HS. quinos denos dediſſe. oſtẽdã ex tabulis locupletiſſimorũ aratorũ, eodẽ tẽpore neminẽ in Sicilia pluris frumentum vendidiſſe. Quę ergo iſta ratio? aut quę potius amentia? frumẽtum improbare id, quod ex eo loco ſit, ex quo Senatus, & populus Romanus emi voluerit: ex eo aceruo, ex quo partem tu idem decumarum nomine probaris. deinde a ciuitati-

bus pecunias ad emendũ frumentum cogere, cum ex ærario acceperis, vtrum te lex Terentia Siculorũ pecunia frumẽtũ emere a Siculis, an populi Ro. pecunia frumentũ ab Siculis emere iussit? Iam vero ab isto, omnẽ illam ex ærario pecuniam, quam his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis. Accipis enim HS. XV. pro medimno, tanti enim est illo tẽpore medimnum. Retines HS. XII. tanti enim est frumentũ Siculiense ex lege ęstimatũ. Quid interest vtrum hoc feceris, an frumentũ non improbaris, sed frumento probato, & accepto, pecuniam publicã tenueris omnẽ? neq; quicq̃ vlli dissolueris ciuitati? cũ æstimatio legis eiusmodi sit, vt cæteris tẽporibus tolerabilis Siculis, te prętore etiã grata esse debuerit. Est enim modius lege HS. III. æstimatus: fuit autẽ te prętore, vt tu in multis epistolis ad amicos tuos gloriaris, HS. II. Sed fuerit, HS. III. quoniã tu tãtũ a ciuitatibus in modios singulos exegisti, cum, si solueres Siculis tantũ, quantũ te populus Ro. iusserat, aratoribus fieri gratissimum posset, tu nõ modo eos accipere qđ oportebat noluisti, sed etiam dare, quod non debebant, coegisti. Atq; hæc ita gesta esse Iudices cognoscite ex literis publicis ciuitatũ, & ex testimoniis publicis, in quibus nihil fictum, nihil ad tempus accõmodatũ intelligatis. Omnia quę dicimus, rationibus populorũ non interpositis, neq; perturbatis, neq; repentinis, sed certis, institutis, ordine relata, atq; confecta sunt. Recita rationes Halesinorum. Cui pecuniã datã dicit? dic, dic etiã clarius. VOLCATIO, TIMARCHIDE, MEVIO. Quid est Verres? ne illam quidẽ tibi defensionẽ reliquã fecisti, mancipes in istis rebus esse versatos, mãcipes frumentum improbasse, mancipes precio cum ciuitatibus decidisse, & eosdem abs te illarũ ciuitatum nomine pecunias abstulisse, deinde ipsos sibi frumentũ coemisse, nihil hæc ad te pertinere. mala mehercule, ac misera defensio, Prætorẽ hoc dicere: ego frumentũ neq; attigi, neq; aspexi: mancipibus potestatem probandi, improbandiq; permisi: mancipes a ciuitatibus pecunias extorserunt: ego autem quã pecuniã populis dare debui, mancipibus dedi. Mala est hæc quidem, vt dixi, defensio criminis, sed tamen hac ipsa tibi, si vti cupias, nõ licet, vetat te Volcatius tuæ, tuorumq; delitię, mentionem mancipis facere. Timarchides autẽ columen familie vestrę premit fauces defensionis tuæ: cui simul, & Volcatio pecunia a ciuitate numerata est. Iam vero scriba tuus annulo aureo suo, quẽ ex his rebus inuenit, ista te ratione vti nõ sinet. Quid igitur est reliquum? nisi vti fateare, te Romam frumẽtum emptum Siculorum pecunia misisse, publicam pecuniam domum tuam conuertisse. O consuetudo peccandi, quantã habes iucunditatem in improbis, & audacibus, cum pœna abfuit, & licentia cõsecuta est. Iste in hoc genere peculatus non nunc primum inuenitur, sed nunc demum tenetur. Vidimus huic ab ærario pecuniam numerari Quæstori ad sumptum exercitus Consularis: vidimus paucis post mensibus, & exercitum, & Consulem spoliatum. illa omnis pecunia latuit in illa caligine, ac tenebris: quæ totam Rempu. tum occupauerat. Iterum gessit hęreditariam Quęsturam cum Dollabella: magnam pecuniam auertit. sed eius rationem cum damnatione Dollabellę permiscuit. Commissa est pecunia tanta prętori: non reperietis hominẽ timide, nec leuiter, hęc improbissima lucra liguriẽtem: deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi libera, finem vt audacię statuere ipse sibi non possit. Tenetur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manifestis tenetur. Atq; in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidisse, non solum vt eas pœnas, quas proxime meruisset, solueret, sed vt illa etiam scelera eius in Carbonem, & in Dolabellam vindicarentur. Etenim noua quoq; alia res extitit Iudices in hoc crimine, quę tollat omnem dubitationem superioris illius Decumani criminis. Nam vt illud missum faciã, per multos aratores in alteras Decumas, & in hęc. DCCC. millia modium, quod emptum populo Ro. erant, non habuisse: sed a tuo procuratore, hoc est ab Apronio, emisse: ex quo intelligi potest, nihil te aratoribus reliqui fecisse: vt hoc pręteream, quod in multis est testimoniis expositum: potest illo quicq̃ esse certius, in tua potestate, atq; in tuis horreis omne frumentum Sicilię per triennium, atq; omnes fructus agri decumani fuisse? Cum enim a ciuitatibus pro frumẽto pecuniã exigebas, vnde erat frumentũ quod Romã mitteres, si tu id non omne clausum, & cõpressum possidebas? Itaq; in eo frumẽto primus tibi ille quęstus fuit, ipsius frumẽti, qđ erat ereptũ ab aratoribus. alter, q̃ id frumẽtũ improbissime partũ, nõ semel, sed bis, neq; vno, sed duobus preciis vnũ, & idẽ frumẽtũ vẽdidisti: semel ciuitatibus HS. XV. in medimnũ: iterũ populo Ro. a quo HS. XXI. ĩ medimna p eodẽ illo frumẽto abstulisti. At. n. frumẽtũ Centuripinorũ, & Agrigentinorũ, & nõnullor̃ fortasse prętera p̃basti, & his populis

Columen familiæ.

Liguriẽtę lucra.

pecuniã dissoluisti. Sint aliquę ciuitates in eo numero, quarũ frumentũ improbare nolueris, quid tandẽ? his ciuitatibus omnis ne pecunia, quę pro frumento debita est, dissoluta est? vnũ mihi reperi, non populũ, sed aratorem: vide, quære, circunspice, si quis forte est ex ea prouincia, in qua tu triennio præfuisti, qui te nolit periisse. vnũ inquã da mihi ex illis aratoribus, q vel ad statuã pecuniã contulerũt, qui sibi dicat pro frumento omne esse, qđ oportuerit, solutum. Cõfirmo Iudices, neminẽ esse dicturũ. Ex omni pecunia quã aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebãt: primũ pro spectatione, & collybo, deinde pro nescio quo cerario. Hæc oĩa Iudices non rerum certarum, sed furtorũ improbissimorũ sunt vocabula. Nã collybus esse q potest, cũ vtanť oẽs vno genere nummorũ? Cerariũ vero qd vocas? quomodo hoc nomẽ ad rationes magistratus? quomodo ad pecuniã publicã allatum est? Nã illud genus tertiũ deductionis erat eiusmodi, quasi nõ modo liceret, sed etiã oporteret: nec solũ oporteret, sed plane necesse esset. Scribæ noĩe de tota pecunia, binæ quinquagesimæ detrahebanť. Quis tibi hoc cõcessit? quæ lex? quæ Senatus auctoritas? quæ porro æquitas, vt tantã pecuniã Scriba tuus auferret, siue de aratorę bonis, siue de populi Ro. vectigalibus? Nã si potest ista pecunia sine aratorũ iniuria detrahi, populus Ro. habeat, pręsertim in tãtis ærarii angustiis. Sin aũt & populus id voluit, & æquum ita est, solui aratoribus, tuus apparitor parua mercede populi cõductus, de aratorũ bonis prędabit? & in hac causa Scribarũ ordinẽ in me cõcitabit Hortẽsi? & eorũ cõmoda a me labefactari, atq; oppugnari iniuria dicet? qua si vero hoc Scribis vllo exẽplo sit, aut vllo iure cõcessum. Quid ego vetera repetã? aut qd eorũ Scribarũ mentionẽ faciã, quos cõstat sanctissimos hoĩes, atq; innocẽtissimos fuisse? Nõ me fugit Iudices, vetera exempla pro fictis fabulis iam audiri, atq; haberi. in his tẽporibus versabor miseris, ac perditis. Nuper Hortẽsi Quęstor fuisti. quid tui scribæ fecerint, tu potes dicere. Ego de meis hoc dico, cũ in eadẽ ista Sicilia pro frumẽto ciuitatibus pecuniã soluerẽ, & mecũ duos frugalissimos hoĩes Scribas haberẽ, L. Manuliũ, & L. Sergiũ, nõ modo istas duas quinquagesimas, sed omnino nũmũ nullũ cuiq̃ esse deductũ. dicerẽ, hoc mihi totũ esse attribuendũ Iudices, si illi vnq̃ a me hoc postulassent, si vnq̃ omnino cogitassent. Quamobrem enĩ Scriba deducat, ac nõ potius multo, q adduxerit, tabellarius? cuius aduentu certiores facti, petiuerũt? præco, qui abire iussit? viator, ac Venerius, q fiscum sustulit? quę pars operę aut opportunitatis in scriba est? cui rei, nõ modo merces tanta deť, sed cur cũ eo tantæ pecuniæ partitio fiat. Ordo est honestus. quis negat? aut quid ea res ad hãc rem pertinet? est vero honestus, q eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaq; magistratuũ cõmittunť. Itaq; ex his Scribis, q digni sunt illo ordine, patribusfamilias, viris bonis, atq; honestis, percõtamini quid sibi istę quinquagesimę †velint: iam oẽs intelligetis nouã rem †totã atq; indignã videri. ad eos me scribas reuoca, si placet: noli hos colligere, qui nũmulis corrogatis de nepotũ bonis, ac de scenicorũ corollariis, cũ decuriã emerunt, ex primo ordine explosorę, in secundum ordinẽ ciuitatis se venisse dicũt. eos scribas tecũ disceptatores hui9 criminis habebo, q istos Scribas esse molestę ferũt. Tametsi, cũ in eo ordine videamus esse multos nõ idoneos, qui ordo industriæ propositus est, & dignitati, mirabimur turpes aliquot in eo esse, quo cuiuis licet precio peruenire? Tu ex pecunia publica HS. tredecies Scribã tuũ permissu tuo cum abstulisse fateare, reliquã tibi vllam defensionẽ putas esse? hoc ferre quenq̃ posse? hoc quenq̃ denicp nunc tuorũ aduocatorum animo æquo audire arbitrare? qua in ciuitate C. Catoni clarissimo viro, Consulari homini, HS. VIII. millibus lis æstimata sit: in eadem ciuitate apparitori tuo esse cõcessum, vt HS. vno nomine terdecies auferret? Hinc ille est annulus aureus, quo tu istũ in cõcione donasti. quę tua donatio singulari impudentia prædita noua Siculis oĩbus, mihi vero incredibilis videbať. Sępe enĩ nostri Imperatores superatis hostibus, optime Repub. gesta, Scribas suos annulis aureis in cõcione donarũt. tu vero qbus rebus gestis, quo hoste superato, concionẽ donãdi causa aduocare ausus es? neq; enim solũ Scribã tuum annulo, sed etiã virũ fortissimũ, ac tui dissimillimum, Q. Rubriũ, excellenti virtute, auctoritate, copiis, corona, & phaleris, & torque donasti: M. Cossutiũ sanctissimũ virũ, atq; honestissimũ: M. Castritiũ summo splendore, ingenio, gloria præditũ. Quid hæc sibi horũ triũ ciuiũ Ro. dona voluerunt? Siculos pręterea potẽtissimos, nobilissimosq; donasti. q nõ, quẽadmodũ sperasti, tardiores fuerunt, sed ornatiores tuo iudicio ad testimonia dicunda venerunt. Quibus ex hostiũ spoliis? de qua victoria? qua ex præda, aut manubiis, hæc abs te donatio constituta est? An q te Prętore, paucorum aduentu Myoparonum, classis pulcherrima, Sicilię

Collybus. Cerarium. Scribæ. Deducere. Adducere. †volunt. †valent. †actam. Annuli aurei.

propugnaculũ,prędidiũq; prouincię,piratarum manibus incẽsa est! an q; ager Syracusanus prædonum incẽdiis te prętore vastatus est! an q; forũ Syracusanũ nauarchorũ sanguine re dundauit!an q; in portu Syracusano piraticus Myoparo nauigauit! nihil possum reperire, quãobrem te in istã amẽtiam incidisse arbitrer:nisi forte id egisti:vt hominibus ne obliuiscí quidẽ rerum tuarũ male gestarũ liceret. Annulo est aureo Scriba donatus, & ad eã donatio nẽ concio est aduocata,qđ erat os tuũ,cũ videbas in concione eos homines,quorũ ex bonis iste annulus aureus donabatur:qui ipsi annulos aureos posuerant,liberisq; suis detraxerãt, vt esset vnde Scriba tuus hoc tuũ munus,ac beneficiũ tueretur!quę porro prefatio tuę do nationis fuit!illa scilicet vetus,atq; Imperatoria. Quãdo tu quidẽ in prelio,in bello,in re militari,cuius ne mẽtio quidẽ te prętore vlla facta est. An illa! quando quidẽ tu nulla vnq; míhi in cupiditate,ac turpitudine defuisti,omnibusq; in iisdẽ flagitiis mecũ,& in legatione,& in Prętura,& hic in Sicilia versatus es:ob hasce res,quoniã te locupletaui, hoc annulo aureo dono. Vera hęc fuisset oratio. non enim iste annulus aureus abs te datus, istũ virũ fortem,sed hominẽ locupletem esse declarat. Ita eundẽ annulũ ab alio datũ testẽ virtutis duceremus:abs te donatũ comitẽ pecunię iudicamus. Dictũ Iudices est de Decumano frumento,dictũ de empto:extremũ & reliquũ est,de æstimato. qđ tũ magnitudine pecunię, tũ iniurię genere,quẽuis debet cõmouere:te vero eo magis, q; ad hoc crimen nõ ingeniosa aliqua defensio,sed improbissima confessio comparatur. Nã cũ ex Sicilia & ex legibus frumẽ tũ ei in cellã sumere liceret:idq; frumẽtum Senatus ita estimasset:quaternis HS. tritici modium:binis,hordei:iste numero ad summã tritici adiecto,tritici modios singulos cũ aratoribus denariis ternis estimauit. Non est in hoc crimen Hortensi:ne forte ad hoc meditere: multos sępe viros bonos,& fortes,& innocentes,cũ aratoribus,& cũ ciuitatibus frumẽtum in cellam qđ sumi oporteret,estimasse,& pecuniã pro frumento abstulisse. Scio qd soleat fieri:scio quid liceat:nihil qđ antea fuerat in consuetudine bonorũ,nunc in istius facto reprehenditur:hoc reprehendo,q; cũ in Sicilia HS.II. tritici modius esset,vt istius epistola ad te missa declarat,summũ HS.ternis,id qđ & testimoniis omnibus,& tabulis aratorũ planũ factũ antea est:tũ iste pro tritici modiis singulis,ternos ab aratorib⁹ denarios exegit. Hoc crimen est:vt intelligas non ex estimatione,neq; externis denariis pendere crimen, sed ex cõiũctione annonę,atq; estimationis. Etenim hęc estimatio nata est Iudices initio nõ ex Prętorũ, aut Consulũ,sed ex aratorũ,atq; ciuitatũ cõmodo. Nemo em̃ fuit initio tã impudens, q;,cũ frumentũ deberet,pecuniam poscret. Certe hoc ab aratore primũ est profectũ, aut ab ea ciuitate,cui imperabatur. cũ aut frumentũ vendidisset:aut seruare vellet:aut in eum locum, quo imperabatur, frumẽtũ portare nollet:petiuit in beneficii loco, & gratię: vt sibi p frumẽto,quanti frumentũ esset,dare liceret. Ex huiusce modi principio,atq; ex liberalitate,atq; ac cõmodatione magistratuũ,cõsuetudo estimationis introducta est. Secuti sunt auariores magistratus,qui tamen in auaritia sua non solũ viã quęstus inuenerunt,verũ etiã exitũ,ac rationẽ defensionis instituerũt. semp ad vltima,ac difficillima loca apportandũ frumentũ imperare,vt vecturæ difficultate ad quã vellent estimationẽ peruenirent. In hoc genere facilior est existimatio, q; reprehensio. ideo q; eũ,qui hoc facit,auarũ possumus existimare: crimen in eo constituere,non tam facile possumus. q; videt concedẽdum magistratibus nostris esse, vt iis,quo loco velint,frumentũ accipere liceat. Itaq; hoc est,qđ multi fortasse fecerũt,& ita multi,vt ii quos innocẽtissimos meminimus,aut audiuimus,non fecerint. Quęro nunc a te Hortẽsi,cum vtris tãdem istius factum collocaturus es!cum iis credo,qui benignitate adducti per beneficium,& gratiam ciuitatibus cõcesserũt, vt nummos pro frumento darent. Ita credo. petiisse ab isto aratores,vt cum HS.ternis tritici modiũ vendere nõ possent, pro singulis modiis,ternos denarios dare liceret. An quoniam hoc nõ audes dicere,illuc cõfugies! vecturę difficultate adductos,ternos denarios dare maluisse. Cuius vecturę! quo ex loco! in quem locũ ne portarẽt! Philomelo ne Ephesum! video qd inter annona... intereſſe ſoleat: video quot dierũ via sit:video Philomelẽsibus expedire quanti Ephesi sit frumentũ,tantũ dare potius in Phrygia,q; Ephesum portare:aut ad emendũ frumentũ Ephesum pecuniam,& Legatos mittere. In Sicilia vero quid eiusmodi! Enna mediterranea est maxime. coge vt ad aquã tibi,id qđ summi iuris est,frumentũ Ennenses metiantur,vel Plutiã,vel Halesam, vel Catinã,loca inter se maxime diuersa:eodem die,quo iusseris,deportabũt. Tametsi ne vectura quidem opus est. Nam totus quæstus hic Iudices estimationis,ex annonę natus est varie

Myoparo.

In cellã sumere.

Aestimatio.

Annona.

tate. Hoc ẽm Magiſtratus in prouincia aſſequi poteſt, vt ibi accipiat, vbi eſt cariſſimũ. ideo valet iſta ratio ęſtimationis in Aſia, valet in Hiſpania, valet in his prouinciis, in quibus vnũ precium frumẽto eſſe nõ ſolet. In Sicilia vero quid cuiuſq; intererat, quo loco daret? Neq; n. portandum erat: & quo quiſq; vehere iuſſus eſſet, ibi tantidem frumẽtum emeret, quãti domi vendidiſſet. Quãobrem ſi quid Hortenſi docere vis, aliquid ab iſto ſimile ęſtimatione, atq; a cęteris eſſe factum, doceas oportet: aliquo in loco Siciliæ prętore Verre ternis denariis tritici modiũ fuiſſe. Vide quã tibi defenſionẽ patefecerim, q̃ iniquã in ſocios, q̃ remotam ab vtilitate Reipu. q̃ ſeiunctam a voluntate, atq; ſententia legis: tu, cum tibi ego frumẽtum in meis agris, atq; in mea ciuitate, denicq; cum in iis locis, in quibus es, verſaris, rẽ geris, ꝓuinciam adminiſtras, paratus ſim dare, angulum mihi aliquem eligas prouincię, recõditum, ac derelictum? iubeas ibi me metiri, quo portare, nõ expędiat? vbi emere non poſſum? improbũ facinus Iudices, non ferendum, nemini lege conceſſum, ſed fortaſſe adhuc in nullo etiã vindicatum. Tamẽ ego hoc, qđ ferri nego poſſe, Verri Iudices concedo, & largior. Si vllo in loco eius prouincię frumẽtum tanti fuit, quanti iſte ęſtimauit, hoc crimẽ in iſtum reum valere oportere non arbitror. Verũ enimuero, cum eſſet HS. binis, aut etiam ternis quibuſuis in locis prouincię, duodenos ſeſtertios exegiſti. Si mihi tecum neq; de annona, neq; de æſtimatione tua poteſt eſſe controuerſia: quid ſedes? quid expectas? quid defendes? Vtrum tibi pecunię conciliatę videntur aduerſum leges, aduerſum Remp. cum maxima ſociorum iniuria? an vero id recte, ordine, e Rep. ſine cuiuſq; iniuria, factũ eſſe defendes? Cũ tibi Senatus ex ęrario pecuniã prõpſiſſet, & ſingulos tibi denarios adnumeraſſet, quos tu ꝓ ſingulis modiis aratoribus ſolueres, qd facere debuiſti? ſi qđ L. Piſo ille Frugi, q̃ legẽ de pecuniis repetũdis, primus tulit, cũ emiſſes quãti eẽt, qđ ſuperet pecunię, retuliſſes. ſi vt ambitioſi hoies, aut benigni, cũ pluris Senatus æſtimaſſet, q̃ quanti eſſet annona: ex Senatus æſtimatione, nõ ex annonæ ratione ſoluiſſes. ſin vt plerique faciunt, in quo etiã erat aliquis quęſtus, ſed is honeſtus, atq; cõceſſus, frumẽtum, quoniã vilius erat, ne emiſſes, ſumpſiſſes id nũmorum, qđ tibi Senatus cellę nomine cõceſſerat. Hoc vero quid eſt? quã habet rationem, non quęro ęquitatis, ſed ipſius improbitatis, atq; impudentię? Neq; enim eſt fere quicq̃, qđ homines palam facere audeant in Magiſtratu, q̃uis improbi, quin eius facti, ſi non bonã, at aliquam rationem afferre ſoleãt. Hoc quid eſt? venit Prętor: frumẽtum, inquit, me abs te emere oportet. optume. modium denario. benigne ac liberaliter: nã ego tribus HS. nõ poſſum vendere. mihi frumẽto nõ opus eſt: nummos volo. nã ſęraueram, inquit arator, me ad denarios peruenturum: ſed ſi ita neceſſe eſt, quanti frumentũ ſit cõſidera. Video eſſe binis HS. quid ergo a me tibi nummoq; dari poteſt, cum Senatus tibi quaternos nummos dederit? Quid poſſit attendite. & vos quæſo ſimul Iudices ęquitatẽ Prętoris attendite. Quaternos HS. quos mihi Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in ciſtam trãſferam ex fiſco. Quid poſtea? quid? pro ſingulis modiis, quos tibi impero, tu mihi octonos HS. dato. qua ratione? quid quęris rationem? non tam ratione res habet, quãtam vtilitatẽ, atq; prędam. Dic, inquit ille, planius. Senatus te voluit mihi nummos metiri, frumẽtum dare: tu eos nummos quos mihi Senatus dare voluit, ipſe habebis? a me, cui ſingulos denarios dari oportuit, binos aufers? & huic prædæ ac direptioni cellæ nomẽ imponis? Hæc deerat iniuria, & hęc calamitas aratoribus te Prætore, qua reliquis fortunis omnibus euerterentur. Nam quid eſſe reliqui poterat ei, qui per hãc iniuriam non modo frumentum omne amittere, ſed etiam omne inſtrumentum vendere cogeretur? Quo enim ſe verteret non habebat: ex quo fructu nũmos quos tibi daret, inueniret? Decumarum nomine tantum erat ablatum, quantum voluntas tulerat Apronii: pro alteris decumis, emptoq; frumento, aut nihil datum, aut tantum datum quantum reliqui ſcripta fecerat: aut vltro etiam, id quod didiciſtis, ablatum. Cogantur etiam nummi ab aratore. quomodo? quo iure? quo exemplo? Nam cum fructus diripiebantur aratorum, atq; omni lacerabantur iniuria, videbatur id pęrdere arator, quod aratro ipſe quæſiſſet, in quo elaboraſſet, quod agri, ſegeteſq; extuliſſent. quibus iniuriis grauiſſimis tamen illud erat miſerum ſolatiũ, ꝙ id pęrdere videbatur, qđ alio Prę. eodẽ ex agro, reparare poſſet. Nũmos vero vt daret arator, quos nõ aratro, ac manu quęrit: boues, & aratrũ ipſum, & omne inſtrumẽtũ vẽdat neceſſe eſt. Nõ ẽm debetis hoc cogitare: habet idẽ in nũmis, habet idẽ in vrbanis prędiis. Nam cũ aratori onus aliquod imponitur, nõ omnes, ſi quę ſunt pręterea, facultates, ſed arationis ipſius vis, ac ratio conſideranda eſt: quid ea ſuſtinere, quid pati, quid efficere poſſit, ac de-

beat. q̃q̃ illi quoq; sunt homines ab isto omni ratione exinaniti, ac perditi: tamen hoc vobis est statuendũ, quid aratorem ipsum arationis nomine muneris in Remp. fungi, ac sustinere velitis. Imponitis decumas, patiunt. alteras, tẽporibus vestris seruiendũ putant. dent emptũ prẽterea, dabũt si voletis. Hęc q̃ sint grauia, & quid his reb⁹ detractis possit ad dominos pu ri, ac reliqui pœruenire, credo vos ex vestris rebus rusticis cõiectura assequi posse. Addite nũc eodẽ istius edicta, instituta, iniurias: addite Apronii, Veneriorũq; seruorũ in agro Decuma no regna, ac rapinas. q̃q̃ hæc omitto, de cella loquor. Placet ne vobis in cellã Magistratibus nostris frumẽtum Siculos gratis dare! quid hoc indignius! qd iniquius! atq; hoc scitote ara toribus hoc Prę. optandũ ac pẽtẽdum fuisse. Sositenus est Entellinus homo cũ primis ciui tatis prudens, & domi nobilis, cuius verba audistis, q ad hoc iudiciũ legatus publice cũ Ar themone, & Menisco primariis viris missus est. Is cum in Senatu Entellino multa mecũ de istius iniuriis ageret, hoc dixit: si hoc de cella, atq; hac ęstimatione concederetur, velle Sicu los Senatui polliceri frumẽtum in cellam gratis, vt post hęc tantas pecunias Magistratibus nostris decerneremus. Perspicere vos certo scio, Siculis quãtopere hoc expẽdiat, nõ ad ęqui tatis conditionẽ, sed ad minima malorũ eligenda. Nam qui mille modiũ Verri, suę partis in cellam gratis dedisset: duo millia nummũ, aut summũ tria dedisset: idem nũc pro eodem nu mero frumẽti HS. VIII. millia dare coactus est. hoc arator assequi pœr trienniũ certo fructu suo nõ potuit, vendiderit instrumẽtum necesse est. q; si hoc munus, & vectigal aratio tolera re, hoc est Sicilia ferre, ac pati põt, Ppl'o Ro. ferat potius, q̃ nostris Magistratibus. Magna est pecunia, magnũ pręclarũq; vectigal: si modo id salua ꝓuincia, si sine iniuria sociorũ pœcipere possitis, nihil detraho. Magistratibus tantũdem detur in cellam, quantum semp datũ est. qđ prẽterea Verres imperat, id si facere nõ possunt, recusent: si possunt, populi Ro. potius hoc sit vectigal, q̃ pręda Prę. Deinde cur in vno genere solo frumẽti ista ęstimatio constituitur! si est ęqua, & ferẽda, populo Ro. Sicilia decumas det: ꝑ singulis tritici modiis, ternos denarios: sibi habeat frumẽtũ. Data tibi pecunia est Verres: vna, qua frumẽtũ tibi emeres in cellã: alte ra, qua frumẽtũ emeres a ciuitatib⁹, qđ Romã mitteres. tibi datã pecuniã domi retineres: & ꝑterea pecuniã ꝑmagnã tuo noĩe aufers. Fac idẽ in eo frumẽto, qđ ad Po. Ro. ꝑtinet, exige ea dẽ ęstimatiõe pecuniã a ciuitatibus, & refer quã accepisti. tũ referti⁹ erit ærariũ Po. Ro. q̃ vnq̃ fuit. At eñ istã rem in publico frumẽto Sicilia nõ ferret: hãc rẽ in meo frumẽto tulit. proin de quasi aut ęquior sit ista ęstimatio in tuo, q̃ in Po. Ro. cõmodo: aut ea res, quã ego dico, & ea, quã tu fecisti, inter se genere iniurię, nõ magnitudine pecunię differat. Verũ istam ipsam cellam ferre nullo modo possunt, vt omnia remittant: vt omnibus iniuriis, & calamitatibus, quas te Prę. tulerunt, in posterum liberent, istam se cellam, atq; istã æstimationẽ negant vllo modo ferre posse. Multa Sophocles Agrigẽtinus apud Cn. Põpeium Cons. nuper homo diser tissimus, & omni doctrina, & virtute ornatissimus ꝑ tota Sicilia de aratorũ miseriis grauis ter, ac copiose dixisse, ac deplorasse dicit. Ex qbus hoc, iis qui aderãt, (Nã magno conuentu acta res est) indignissimũ videbat: qua in re Senatus optime, ac benignissime cum aratoribus egisset, large liberaliterq; ęstimasset, in ea re prędari Prętorẽ, bonis euerti aratores: & id non modo fieri, sed ita fieri, quasi liceat, cõcessumq; sit. Quid ad hęc Hortẽsius! falsum eẽ crimẽ! hoc nunq̃ dicet. nõ magnã hac rõne pecuniã captã! ne id qdem dicet. non iniuriam factam Si culis, atq; aratorib⁹! qui poterit dicere! Quid igit dicet! fecisse alios! qd est hoc! vtrum crimi ni defensio, an comitatus exilio queritur! tu in hac Repu. atq; in hac hoĩm libidine, & vt ad huc habuit se status iudiciorũ, etiam licẽtia, nõ ex iure, nõ ex ęquitate, nõ ex lege, non ex eo, qđ licuerit, sed ex eo, qđ aliquis fecerit, id, qđ reprehẽdit, recte factum esse defendes! Fecerũt aliqui alia q̃ multa. cur in hoc vno crimine isto genere defensionis veteris! Sunt q̃dã omnino in te singularia, quę in nullũ alium hominẽ dici, neq; conuenire possint: quædã tibi cũ mul tis cõmunia. Ergo, vt omittam tuos pœculatus, vt ob ius dicundũ pecunias acceptas, vt eius modi cętera, quę forsitan alii quoq; etiam fecerint: illud, in quo te grauissime accusaui, q; ob iudicandam rem pecuniã accepisses, eadem ista ratione defendes! fecisse alios! Vt ego assen tiar oratiõi, defensionẽ tamẽ nõ probabo. Potius eñ te damnato, cętęris angustior locus im probitatis defendendæ relinquet: q̃ te absoluto, alii qđ audacissime fecerũt, recte fecisse existi mẽtur. Lugent omnes prouincię: querunt omnes liberi populi: regna denicp iã oĩa de nostris cupiditatibus, & iniuriis expostulant: locus intra oceanũ iã nullus est, neq; tam lõginquus, neq; tam recõditus, quo nõ pœr hęc tempora nostrorũ hominũ libido, iniquitasq; pœruaserit.

Refertius.

ſuſtinere iam populus Ro. omniũ nationũ nõ vim, nõ arma, non bellum, ſed luctum, lachrymas, querimonias nõ poteſt. In eiuſmodi re, ac moribus, ſi is q erit adductus in iudiciũ, cum manifeſtis in flagitiis tenebit, alios eadẽ feciſſe dicet, illi exẽpla nõ deerũt, Reip. ſalus deerit, ſi improborũ exẽplis improbi, iudicio, ac periculo liberabunt. Placent vobis hominũ mores? placet ita geri magiſtratus, vt geruntur? placet ſocios ſic tractari, qđ reſtat, vt per hæc tẽpora tractatos videtis? cur hęc a me opera conſumitur? quid ſedetis? cur nõ in media oratione mea conſurgitis, atq; diſceditis? Vultis aũt iſtorũ audacias, ac libidines aliqua ex parte reſecare? deſinite dubitare, vtrũ ſit vtilius, ꝓpter multos improbos vni parcere, an vnius improbi ſupplicio multorũ improbitatẽ coercere. Tametſi quę iſta ſunt exempla multorũ? nã cum in cauſa tãta, cũ in crimine maximo dici a defenſore cœptũ eſt, factitatum eſſe aliqd: expectãt ii qui audiunt, exẽpla ex vetere memoria, & monimẽtis, ac literis, plena dignitatis, plena antiquitatis: hęc plurimũ ſolent, & auctoritatis habere ad ꝓbandũ, & iucũditatis ad audiendũ. Exempla.

Africanos mihi, & Catones, & Lęlios cõmemorabis? & eos feciſſe idẽ dices? q̃uis res non placeat, tamen contra hominum auctoritatẽ pugnare nõ potero. An cũ eos non poteris ꝓferre, hos recẽtes, Q. Catulum patrẽ, C. Marium, Q. Sceuolam, M. Scaurum, Q. Metellum? q omes ꝓuincias habuerunt: & frumentũ cellę nomine imperauerũt. Magna eſt hominũ auctoritas, & tanta, vt etiã delicti ſuſpitionem tegere poſſit. Nõ habes ne ex his quidem hoibus qui nuper fuerunt, vllum auctorẽ iſtius eſtimationis. Quo me igitur, aut ad quę exempla reuocas? ab illis hominibus, qui tum verſati ſunt in Republica, cũ & optimi mores erant, & hominũ exiſtimatio grauis habebatur, & iudicia ſeuera fiebant, ad hanc hominũ licentiã, & libidinẽ me abducis? & in quos aliquid exẽpli populus Ro. ſtatui putat oportere, ab iis tu defenſionis exempla quęris? Nõ fugio ne hos qdem mores, dummodo ex his ea quę probat populus Ro. exempla, nõ ea quę condemnat, ſequamur. non circunſpiciã, nõ quęram foris, cum habeas Iudices principes ciuitatis, P. Seruilium, Q. Catulum: qui tanta auctoritate ſunt, tantis rebus geſtis, vt in illo antiquorũ, & clariſſimorũ hominũ, de quibus antea dixi, numero reponant. Exẽpla quęrimus: & ea nõ antiqua, modo vterq; horũ exercitum habuit. quære Hortẽſi, q̃m te recentia exempla delectant, quid fecerint. Ita ne vero? Q. Catulus frumẽto eſt vſus, pecuniam non coegit: P. Seruilius quinquẽnium exercitui cũ pręeſſet, & iſta ratione innumerabilem pecuniã facere poſſet, nõ ſtatuit ſibi quicq̃ licere, qđ non patrem ſuũ, nõ auum Q. Metellum facere vidiſſet: C. Verres reperietur, qui qđ expediat, id licere dicat? Qđ nemo improbus fecerit, id aliorũ exemplo ſe feciſſe defendat? At in Sicilia factitatum eſt. quæ eſt iſta conditio Sicilię? cur, quę optimo iure propter vetuſtatẽ, fidelitatẽ, propinquitatẽ eſſe debet, huic prę cipua lex iniurię definitur? Sed in iſta ipſa Sicilia, nõ quęram exemplũ foris, hoc ipſo ex conſilio vtar exẽplis. C. Marcelle te appello. Sicilię ꝓuincię, cũ eſſes pro Conſule, præfuiſti. num quę in tuo imperio pecuniæ cellæ nomine coactæ ſunt? neq; ego hoc in tua laude pono. alia ſunt tua facta, atq; cõſilia ſumma laude digna: quibus illam tu ꝓuinciam afflictam, & perditam erexiſti, atq; recreaſti. Nã hoc de cella ante Lepidus quidẽ fecerat, cui tu ſucceſſiſti. Quæ ſunt tibi igitur exempla in Sicilia cellæ? ſi hoc crimen nõ modo Marcelli facto, ſed ne Lepidi quidẽ potes defendere. An me ad M. Antonii eſtimationẽ frumenti, exactionẽq; pecunię reuocaturus es? Ita, inquit, ad M. Antonii. hoc em̃ mihi ſignificaſſe, & annuiſſe viſus eſt. Ex oĩbus ne igitur Populi Ro. prętoribus, Cõſulibus, imperatoribus, M. Antoniũ delegiſti? & eius vnũ improbiſſimũ factum, qđ imitarere? & hic vtrũ mihi difficile eſt dicere? an his exiſtimare? ita ſe in iſto infinito imperio M. Antoniũ geſſiſſe, vt multo iſti pernicioſius ſit dicere, ſe in re improbiſſima voluiſſe Antonium imitari: q̃ ſe poſſit defendere, nihil in vita ſe M. Antonio ſimile feciſſe. Homines in iudiciis ad crimen defendendũ, non quid fecerit quiſpiam, proferre ſolent, ſed qd probarint. Antoniũ, cum multa cõtra ſociorũ ſalutem, multa contra voluntatẽ prouinciarum, & faceret, & cogitaret, in mediis eius iniuriis, & cupiditatibus mors oppreſſit. tu mihi quaſi eius omnia facta, atq; cõſilia Senatus, populiq; Ro. Iudices comprobarint: ita Antonii exemplo iſtius audaciã defendis. At idem fecit Sacerdos, hominẽ innocẽtem, & ſumma prudẽtia prędituꝫ nominas: ſed tum idem feciſſe erit exiſtimandus, ſi eodẽ conſilio fecerit. Nam genus eſtimationis ipſum, a me nunq̃ eſt reprehenſum: ſed eius equitas, aratorum cõmodo, & voluntate perpenditur. Nõ poteſt reprehendi vlla eſtimatio, quę aratori nõ modo incõmoda nõ eſt, ſed etiam grata eſt. Sacerdos vt in prouinciam venit, frumẽtũ in cellam imperauit. cum eſſet ante nouũ triticí mod. HS. XV. petiuerunt ab eo ciuitates vt eſti-

maret, remissior aliquanto eius fuit estimatio, q̃ annona. Nã estimauit denariis. III. Vides eã dẽ estimationẽ propter tẽporis dissimilitudinẽ, in illo laudis causam habere, in te criminis! in illo beneficii, in te iniurię! Eodẽ tẽpore Antonius. III. denariis estimauit post messem, summa in vilitate, cũ aratores frumentũ dare gratis malebãt: & aiebat, se tantidẽ estimasse, quãti Sacerdotẽ, neq; mentiebatur: sed eadem ista estimatione alter subleuarat aratores, alter euerterat. Q; nisi omnis frumẽti ratio, ex tẽporibus esset, & annona, nõ ex numero, neq; ex summa consideranda, nunq̃ tã grati hi sesquimodii Q. Hortensi fuissent, quos tu cũ ad mensurę tam exiguã rationem, populo Ro. in capita descripsisses, gratissimũ omnibus fecisti. Carĭtas eñ annonę faciebat, vt istuc, qđ re paruum videbatur, tẽpore magnũ videretur. Idẽ istuc si in vilitate, populo Ro. largiri voluisses, derisum tuũ beneficiũ esset, atq; cõtemptũ. Noli igitur dicere istũ idem fecisse, qđ Sacerdotẽ: quoniã non eo tempore, neq; simili fecit anno. dicito potius, quoniã habes auctorẽ idoneum, qđ Antonius vno aduentu, & vix menstruis cibariis fecerit, id istum per trienniũ fecisse: & istius innocentiã M. Antonii facto, atq; auctoritate defendito. Nã de Sex. quidẽ Peduceo fortissimo, atq; innocẽtissimo viro qd dicitis! de quo quis vnq̃ arator questus est! aut qs non ad hoc tempus innocẽtissimã omniũ diligẽtissimãq; Prętură illius hominis existimauit! Biennio quinciã obtinuit, cum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit: num aut in vilitate nummũ arator quisq̃ dedit! aut in caritate de estimatione frumẽti questus est! At vberiora cibaria facta sunt caritate, credo: neq; id est nouũ, neq; reprehẽdendum. Modo C. Sentium vidimus hoiem vetere illa, ac singulari innocentia prędĭtum, propter caritatẽ frumenti, quę fuerat in Macedonia, permagnã ex cibariis pecuniam deportare. Quãobrem nõ ego inuideo tuis cõmodis, siqua ad te lege venerũt: iniuriam queror, improbitatẽ arguo, auaritiã in crimẽ, & in iudicium voco. Q; si suspitiones iniicere voletis, ad plures hoies, & ad plures quincias crimẽ hoc pertinere: nõ ego istam defensionẽ vestram pertimescã, sed me omniũ quinciarum defensorem esse profitebor. Etem hoc dico, & magna voce dico: vbicũq; hoc factũ est, improbe factũ est: quicũq; hoc fecit, supplicio dignus est. Nã per deos immortales videte Iudices, & prospicite animis qd futurũ sit. Multi magnas pecunias ab inuitis ciuitatibus, atq; ab inuitis aratoribus ista rõne cellę noie coegerũt, (omnino ego neminẽ video, pręter istũ. sed do hoc vobis, & concedo, esse multos) in hoc homine rẽ adductã in iudiciũ videtis. quid facere potestis! vtrũ cũ Iudices sitis de pecunia capta, conciliata, tantã pecuniã captam neglígere! an cũ lex sociorũ causa rogata sit, sociorũ querimonias nõ audire! Verũ hoc quoq; vobis remitto: neglígite prętĕrita, si vultis: sed ne reliquas spes turbetis, atq; omnes prouincias euertatis, id prouidete: ne auaritię, quæ antehac occultis itineribus, atq; angustiis vti solebat, auctoritate vestra vĩã patefaciatis illustrẽ atq; latam. Nã si hoc pbatis, & si hoc licere, pecunias isto noĩ capi, iudicatis, certe hoc, qđ adhuc nemo nisi improbissimus fecit, posthac nemo nisi stultissimus nõ faciet. Improbi sunt, qui pecunias cõtra leges cogunt: stulti, qui qđ licere iudicatũ est, prętermittũt. Deinde Iudices videte, q̃ infinitã sitis hominibus licentiã pecuniarũ eripiendarum daturi. Si ternos denarios qui coegit, erit absolutus: quaternos, denos deniq;, aut vicenos coget alius. quæ erit reprehensio! in quo primũ iniurię gradu resistere incipiet seuerĭtas iudicis! quotus erit iste denarius, qui nõ sit deferendus! & in quo primũ æstimationis iniquitas, atq; improbitas reprehẽdatur! Nõ eñ a vobis summa, sed genus estimationis est cõprobatum. neq; hoc potestis iudicare, ternis denariis estimare licere. Vbi eñ semel ab annonę ratione, & ab aratorum voluntate res ad Prętoris libidinẽ translata est, nõ est iam in lege, atq; in officio, sed in voluntate hominũ, atq; †audacia positus modus estimãdi. Quapropter si vos semel in iudicãdo finem æquitatis, & legis transieritis, scitote vos nullũ cæteris in æstimando finẽ improbitatis & auaritię reliquisse. Videte igitur q̃ multa simul a vobis postulẽtur. absoluite eum, q̃ se fateatur maximas pecunias cũ summa sociorũ iniuria cepisse. nõ satis. sunt alii quoq; complures, q̃ idem fecerint: absoluite etiam illos, si qui sunt, vt vno iudicio q̃plurimos impios libere tis. ne id qdẽ satis est. facite, vt cęteris posthac idẽ liceat. licebit. at hoc parũ est. permittite vt liceat, quãti quisq; velit, tanti estimet. æstimabit. Videtis iã pfecto Iudices hac æstimatione a vobis comprobata, neq; modũ posthac auaritię cuiusq̃, neq; pœnam improbitatis futuram. Quas ob res quid agis Hortẽsi! consul es designatus, prouinciam sortitus es: de estimatione cum dices frumenti, sic te audiemus, quasi id quod ab isto recte factum esse defendes, te facturum profiteare: & quasi qđ isti licitum esse dices, vehemẽter cupias tibi licere. Atqui si id li-

Caritas annonæ.

Remittere

† auaritia.

cebit: nihil est, qđ putetis quēq̄ posthac cōmissurū, vt de pecuniis repetūdis cōdemnari possit. Quantā em̄ qsq̄ cōcupierit pecuniā, tantā licebit p cellę nomē ęstimationis magnitudine consequať. At em̄ est qddā, qđ etiā si palā in defendēdo non dicit Hortēsius, tamē ita dicit, vt vos id suspicari, & cogitare possitis: pertinere hoc ad cōmodū Senatorīū: ptinere ad vtilitatē eorū, qui iudicēt, q in ꝓuinciis cū potestate, aut cū legatione se futuros aliquādo arbitrentur. Preclaros viros existimas Iudices nos habere, quos alienis peccatis cōcessuros putes, quo facilius ipsos peccare liceat. Ergo id volumus populū Ro. id prouincias, id socios, nationesq̄ exteras existimare? si Senatores iudicēt, hoc certe vnū genus infinitę pecunię p summā iniuriā cogēdę nullo modo posse reprehendi? Qđ si ita est, qd possumus cōtra illū ꝓtorē dicere, q quotidie tēplū tenet, q Rēp. sistere negat posse, ni ad equestrē ordinē iudicia referaň? Q̄ si ille hoc vnū agitare cœperit, esse aliquod genus cogēdę pecunię, senatorū cōmune, & iā ꝓpe cōcessum ordini, quo genere ab sociis maxima pecunia p summā iniuriā auferať, neq̄ illud modo Senatoriis iudiciis reprehēdi posse: idq̄ dū equester ordo iudicaret, nunq̄ esse cōmissum: quis obstet? quis erit tā cupidus vestrī? tā fautor ordinis? q de trāsferēdis iudiciis possit recusare? Atq̄ vtinā posset aliqua ratione hoc crimē, q̄uis falsa, modo humana, atq̄ vsitata defendere, minore periculo vestro, minore periculo ꝓuinciarū oīm, iudicaretis. Negaret hic ęstimatione se vsum, vos id credidisse homini, nō factū cōprobasse videremini. Nullo modo negare potest, vrgeť tota Sicilia: nemo est ex tāto numero aratorū, a quo pecunia cellæ noīe non sit exacta. Vellē etiā hoc posset dicere, nihil ad se istā rationē ptinere: per quęstores rē frumētariā esse administratā, ne id qdem ei licet dicere: propterea q̄ ipsius literæ recitanť ad ciuitates de ternis denariis missę. Quæ est igit defensio? feci qđ arguis, coegi pecunias maximas cellæ nomine, sed hoc mihi licuit: vobis, si prospicitis, licebit. Periculosum ꝓuinciis, genus iniurię confirmari iudicio, pernicioſum nostro ordini, populū Ro. existimare, nō posse eos hoīes qui ipsi legibus teneanť, leges in iudicando religiose defendere. Atq̄ isto ꝓtore Iudices non solū ęstimandi frumēti modus nō fuit, sed ne imperandi qdē. Neq̄ em̄ id qđ debebať, sed quantū cōmodū fuit, imperauit. Sūmā faciā vobis ex publicis literis, & testimoniis ciuitatū frumēti in cellā imperati, reperietis quinquies tanto Iudices amplius istū, q̄ quantū ei in cellam sumere licitū sit, ciuitatibus imperasse. Quid ad hanc impudentiā addi potest? si & æstimauit tāti, vt hoīes ferre nō possent? & tāto plus q̄ erat ei cōcessum legibus, impauit? Qua propter cognita tota re frumētaria Iudices, iā facillime perspicere potestis, amissam eē populo Ro. Siciliā fructuosissimā, atq̄ opportunissimā ꝓuinciā, nisi eā vos istius damnatiōe recuperatis. Quid est em̄ Sicilia, si ei agri cultionē sustuleris? & si aratorū numerū, ac nomē extinxeris? Quid em̄ potest esse in calamitate residui, qđ nō ad miseros aratores isto prętore p summā iniuriā ignominiāq̄ ꝓuenerit? q̄bus, cū Decumas dare deberent, vix ipsis decumæ relictæ sunt: cū pecunia debereť, soluta non est: cū optima ęstimatione Senatus frumētū eos in cellā dare voluisset, etiā instrumēta agrorū vendere coacti sunt. Dixi iā antea Iudices: vt has oēs iniurias tollatis, tamē ipsam rationē arādi spe magis, & iucūditate quadā, q̄ fructu, atq̄ emolumento teneri. Etem̄ ad incertū casum, & euentū, certus quotannis labor, & certus sumptꝰ impendit. Annona porro p̄ciū, nisi in calamitate fructuū nō habet. Si aūt vbertas in pcipiendis fructibus fuit, consequtur vilitas in vendendis: vt aut male vendendū intelligas, si ꝓcessit: aut male p̄ceptos fructus, si recte licet vēdere. Totæ aūt res rusticę eiusmodi sunt, vt eas non ratio, neq̄ labor, sed res incertissimę vēti, tēpestatesq̄ moderenť. Hinc cū vnę decumę lege, & cōditiōe trahanť: alterę nouis institutis, ꝓpter annonę rationē imperenť: ematur ꝓterea frumentū quotannis publice: postremo etiā in cellā magistratibus, & legatis imperet: quid, aut quantū ꝓterea est, qđ aut liberū possit habere ille arator, ac dominus in potestate, suorū fructuū? aut in ipsis fructibus solutū? Q̄ si hæc ferunť omnia: si vobis potius, ac populo Ro. q̄ sibi, & suis cōmodis, opera, sumptu, labore deseruiunt: etiā ne hęc noua debēt edicta, & imperia prętorū, & Apronii dominationē, & Veneriorū seruorū furta, rapinasq̄ pferre? etiam ne frumentū ꝓ empto gratis dare? etiā ne in cellā, cū cupiant gratis dare vltro, pecuniā grandē dare? etiā ne hæc tot detrimenta, atq̄ damna cum maximis iniuriis cōtumeliisq̄ pferre? Itaq̄ hæc Iudices, quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt. arationes tota Sicilia desertas, atq̄ a dominis relictas esse cognoscitis: neq̄ quicq̄ aliud agitur hoc iudicio, nisi vt antiquissimi socii, fidelissimiq̄ Siculi, coloni populi Ro. atq̄ aratores, vestra seueritate, & diligētia, me duce, atq̄ auctore, in agros, atq̄ in sedes suas reuertantur.

Sūmā faciā

Cultio agri.

Res rustica cuiusmodi.

Perferre.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM LIBER VI.

ORATIO IX.

Actio. V. de signis vt Nonius appellat: quã quartũ accusationis Cicero ipse in oratore vocat.

VENIO nunc ad istius, quemadmodũ ipse appellat, studium: vt amici eius, morbũ, & insaniam: vt Siculi, latrocinium. ego quo nomine appellem, nescio: rem vobis proponã, vos eam suo nominis pondere pẽditote. Genus ipsum prius cognoscite Iudices: deinde fortasse non magnopere quęretis, quo nomine appellandũ putetis. Nego in Sicilia tota, tã locuplete, tã vetere prouincia, tot oppidis, tot familiis, tã copiosis, vllũ argenteũ vas, vllũ Corinthiũ, aut Deliacũ fuisse: nego vllã gemmã, aut margaritã fuisse, aut qcq̃ ex auro, aut ebore factũ, signũ vllũ æneũ, marmoreũ, eburneũ, nego vllã picturã, neq; in tabulis, neq; textilem fuisse, quin quęsierit, inspexerit: quot placitũ sit, abstulerit. magnũ videor dicere. attendite etiã quẽadmodũ dicã. nõ em̃ verbi, neq; criminis causa augẽdi cõplector omnia, cũ dico nihil istũ eiusmodi rerũ in tota ꝓuincia reliqsse: latine me scitote, nõ accusatorie loqui. etiã planius, nihil in ædib⁹ cuiusq̃, ne in oppidis quidẽ, nihil in locis cõmunibus, ne in fanis qdẽ, nihil apud Siculũ, nihil apud ciuẽ Romanũ deniq;, istũ, qd oculos, animũq; accẽderit, neq; priuati, neq; publici, neq; ꝑfani, neq; sacri, tota in Sicilia reliquisse. Vnde igit̃ potius incipiã, q̃ ab ea ciuitate, quę tibi vna in amore, atq; in delitiis fuit? aut ex quo potius numero, q̃ ex ipsis laudatoribus tuis? Facili⁹ em̃ perspicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderũt, q accusant, qui psequunt̃, cũ apud tuos Mamertinos inueniare improbissima ratione esse prędatus. C. Heius est Mamertinus (omnes hoc mihi facile concedẽt qui Messanam accesserunt) omnibus rebus in illa ciuitate ornatissimus. Huius domus est vel optima Messanę, notissima qdẽ certe, & nostris hoĩb⁹ apertissima, maximeq; ꝓhospitalis. Ea domus ante aduẽtũ istius sic ornata fuit, vt vrbi quoq; esset ornamẽto. Nã ipsa Messana, q̃ situ, mœnib⁹, portuq; ornata sit, ab his rebus, qbus iste delectat̃, sane vacua, atq; nuda est. Erat apud Heium sacrariũ cũ magna dignitate in ędibus a maioribus traditũ, ꝑantiquũ, in quo signa pulcherrima quattuor summo artificio, summa nobilitate: quæ nõ modo istũ hominẽ ingeniosum, atq; intelligentẽ, verũ etiã quemuis nostrũ, quos iste idiotas appellat, delectare possent. vnũ Cupidinis marmoreũ, Praxitelis (nimirũ didici etiã, dũ in istũ inquiro, artificũ noĩa) idẽ opinor artifex eiusdẽ modi Cupidinẽ fecit illũ, q est Thespiis, ꝓpter quẽ Thespię vi sunt̃: nam alia visendi causa nulla est. Itaq; ille L. Mummius cũ Thespiade quę ad ędẽ Felicitatis sunt, cęteraq; profana ex illo oppido signa tolleret, hunc marmoreũ Cupidinẽ, q̃ erat cõsecrat⁹, nõ attigit. Verũ vt ad illud sacrariũ redeã, signũ erat hoc qd dico Cupidinis e marmore. Ex altera parte Hercules egregie factus ex ære. is dicebatur ꝑ Myronis, vt opinor, & certe. Itẽ ante hosce deos erant tabulæ, quæ cuiuis sacrarii religionẽ significare possent. Erãt ænea pręterea duo signa nõ maxima, verũ eximia venustate, virginali habitu, atq; vestitu, q̃ manibus sublatis sacra quędã more Athenienſiũ virginũ reposita in capitibus sustinebãt. Caniphorę ipsę vocabant̃, sed earũ artificẽ quẽnam? recte admones. Polycletũ esse dicebãt. Messanã vt quisq; nostrũ venerat, hęc visere solebat: omnibus hęc ad visendũ patebãt quotidie: domus erat nõ domino magis ornamẽto, q̃ ciuitati. C. Claudius, cuius ędilitatẽ magnificẽtissimã scimus fuisse, vsus est hoc Cupidine tãdiu, dũ forũ diis immortalibus, populoq; Ro. habuit ornatũ: & cũ esset hospes Heiorũ, Mamertini aũt populi patron⁹, vt illis benignis vsus est ad cõmodandũ, sic ipse diligẽs fuit ad reportandũ. Nup hoĩes nobiles eiusmodi Iudices: &, quid dico nup? immo vero modo, ac plane pauloante, vidimus: q forũ ac basilicas non spoliis ꝓuinciarũ, sed ornamẽtis amicorũ, cõmodis hospitũ, nõ furtis nocentiũ, ornarẽt: q tamẽ signa, atq; ornamẽta sua cuiq; reddebãt, nõ ablata ex vrbibus sociorũ quatridui causa ꝑ simulationẽ ędilitatis, domũ deinde, atq; ad suas villas auferebãt. Hęc omnia, quę dixi, signa Iudices ab Heio de sacrario Verres abstulit, nullũ inquã horũ reliqt, neq; aliud vllũ tamen, pręter vnũ ꝑuetus ligneũ, bonã Fortunã, vt opinor, eã iste domi suę habere † voluit. Pro deum hominũq; fidẽ, quid hoc est? quę hęc causa? quę hæc impudẽtia est? quę dico signa, anteq̃ abste sublata sunt, nemo Messanã cũ imperio venit, quin viderit. tot Prętores, tot Cõsules in Sicilia, tũ in pace, tũ etiã in bello fuerũt: tot hoĩes cuiusq; modi: nõ loquor de integris, innocẽtibus, religiosis: tot cupidi, tot improbi, tot audaces: quorũ nemo sibi tã vehemẽs, tã potẽs, tã nobilis, visus est, q ex illo sacrario quicq̃ poscere, aut tollere, aut attingere auderet. Verres

Latine loq, nõ accusatorie.

Quidẽ certe.

Maxime ꝓ hospitalis.

Idiotæ.

Thespiæ.

Caniphorę

† noluit.

qđ vbiq; erit pulcherrimum auferet! nihil habere p̃terea cuiq̃ licebit! tot domus locupletissi mas, domus isti⁹ vna capiet! idcirco nemo superiorũ attigit, vt iste tolleret! ideo C. Claudius Pulcher retulit, vt C. Verres posset auferre! At nõ reqrebat ille Cupido lenonis domũ, ac me retriciã disciplinã: facile illo sacrario patrio cõtinebať: Heio se a maiorib⁹ relictũ esse sciebat. An hęreditatẽ sacrorũ nõ quęrebat! meretricis hęredẽ q̃rebat! Sed qd ego tã vehementer in uehor! verbo iã vno repellar. emi inqt. O dii immortales p̃clarã defensionẽ. mercatorẽ cũ im perio, ac securibus in p̨uinciã misimus: qui oia signa, tabulas pictas, omne argentũ, aurum, ebur, gẽmas, coemeret: nihil cuiq̃ relinq̃ret. Hęc em̃ mihi ad oĩa defensio patefieri videtur: emisse. Primũ, si id, qđ vis, tibi ego cõcedã, vt emeris: quoniã in toto hoc genere hac vna de fensione vsurus es: quęro cuiusmodi tu iudicia Romę putaris esse! si tibi hoc quẽq̃ cõcessu rũ putasti, te in Prętura, atq; imperio, tot res, tã p̃clasas, oẽs deniq; res, quę alicuius p̃cii fue Antiquũ ĩ rint, tota ex prouincia coemisse. Videte maiorũ diligentiã, q nihildũ etiã istiusmodi suspica stitutũ Ro. bantur: verũtamen ea, quę paruis in rebus accidere poterant, p̨uidebant, neminẽ, q cum po testate, aut legatione in prouinciã esset profectus: tã amentẽ fore putarunt: vt emeret argen tũ. dabatur em̃ de publico. vt vestẽ. prębebatur em̃ legibus. mancipiũ putauerũt. quo & oẽs Demortu⁹ vtimur: & non p̃beť a populo. sanxerunt ne quis emeret mãcipiũ: nisi in demortui locũ. si qs Romę esset demortuus! immo siquis ibidem. non em̃ te instruere domũ tuã voluerunt in p uincia: sed illũ vsum p̨uincię supplere. Quę fuit causa, cur tã diligẽter nos in p̨uinciis ab em ptionibus remouerẽt! hæc Iudices: q; putabãt ereptionẽ esse, non emptionẽ: cũ vẽditori suo arbitratu vendere nõ liceret. in prouinciis intelligebant, si is, q esset cũ imperio, ac potestate: qđ apud quẽq; esset, emere vellet, idq; liceret: fore, vti qđ qsq; vellet, siue esset venale, siue nõ esset, quanti vellet, auferret. Dicet aliqs, noli isto modo agere cũ Verre, noli eius facta ad an tiquę religionis rationẽ exqrere: concede vt impune emerit, modo vt bona ratiõe emerit, ni hil ab inuito, nihil p iniuriã. sic agã. Si qd venale habuit Heius, si id quãti ęstimabat, tãti ven didit, desino quærere cur emeres. Quid igiť nobis faciundũ est! nũ argumẽtis vtendum in re eiusmodi! quęrẽdũ est †credo. Heius iste nũ æs alienũ habuerit! nũ auctionẽ fecerit! si fecit: nũ tãta difficultas eũ rei nummarię tenuerit, tãta egestas, tãta vis oppresserit, vt sacrariũ suum spoliaret! vt deos patrios vẽderet! At hominẽ video auctionẽ fecisse nullã, vẽdidisse p̃ter fru ctus suos nihil vnq̃: nõ modo in ære alieno nullo, sed in suis nũmis multos esse, ac semp fuis se. si hæc cõtra, ac dico, essent oĩa, tamen illũ hęc, quę tot annos in familia, sacrariog; maiorũ fuissent, venditurũ nõ fuisse. Quid si magnitudine pecunię psuasum est ei! verisimile nõ est, vt ille homo tã locuples, tã honestus, religioni suę, monumẽtisq; maiorũ pecuniã antepone ret. Sũt ista: verũtamen abducunť hoies nõnunq̃ etiã ab institutis suis magnitudine pecunię; videamus quãta illa pe[illegible]nia fuit, quæ potuerit Heiũ hominẽ maxime locupletẽ, miníme aua rũ, ab humanitate, & pietate, ab religione deducere. Ita iussisti opinor ipsum in tabulas refer re: hęc oĩa signa Praxitelis, Myronis, Polycleti HS. VI. mil. Verri vendita sint. Recita ex ta bulis. Iuuat me, hęc p̃clara nomina artificũ, quę isti ad cælũ ferunt, Verris æstimatione sic Malo eme cõcidisse. Cupidinẽ Praxitelis HS. MDC. profecto hinc natũ est, malo emere, q̃ rogare. Dicet re q̃ roga aliqs, qd! tu ista pmagno æstimas! ego vero ad meã rationẽ, vsumq; non æstimo. verũtamen a re. vobis ita arbitror spectari oportere, quanti hęc eorũ iudicio, q studiosi sunt harũ rerũ, æsti menť: quanti veníre soleãt, quãti hęc ipsa, si palã libereq; venírent, venire possent: deniq; ipse Verres quãti ęstimet. Nunq̃ em̃ si denariis quadringẽtis Cupidinẽ illũ putasset, cõmisisset, vt propter eũ in sermonẽ hominũ, atq; in tantã vituperationẽ veníret. Quis vestrũ igiť nescit, Signorũ p quanti hæc æstimenť! in auctione signũ æneũ nõ magnũ HS. CXX. millibus venire nõ vidi cia. mus! quid si velim noĩare hoies, q aut nõ minoris, aut etiã pluris emerẽt, nõne possum! Etem̃ qui modus est in his rebus cupiditatis, idẽ est ęstimatiõis. Difficile est em̃ finẽ facere p̃cio, ni si libidini feceris. Video igiť Heiũ, neq; volũtate, neq; difficultate aliqua tẽporis, neq; magni tudine pecunię adductũ esse, vt hæc signa vẽderet: teq; ista simulatione emptionis, vi, metu, imperio, fascibus, ab hoie eo, quẽ vna cũ cęteris sociis nõ solũ potestati tuę, sed etiã fidei po pulus Ro. cõmiserat, eripuisse, atq; abstulisse. Quid mihi tã optandum Iudices potest esse in hoc crimine, q̃ vt hęc eadẽ dicat ipse Heius! nihil profecto. sed ne difficilia optemus. Heius est Mamertinus, Mamertina ciuitas istũ publice cõmuni cõsilio sola laudat, omnibus ipse cę teris Siculis odio est, ab his solis amatur. Eius aũt legationis, quę ad istũ laudandũ missa est, princeps est Heius, etem̃ est primus ciuitatis. ne forte, dũ publicis mãdatis seruiat, de priua-

tis iniuriis reticeat. Hæc cum scirem, & cogitarem, commisi tamen me Iudices Heio, produxi eum prima actione: neq; id tamen vllo periculo feci. Quid enim poterat Heius respondere, si esset improbus? si sui dissimilis? signa illa domi suæ esse? non apud Verrem? qui poterat quicq; eiusmodi dicere? vt homo turpissimus esset, impudentissimeq; mentiretur, hoc diceret, illa se habuisse venalia, eaq; sese quanti voluerit vendidisse. Homo domi suę nobilissimus, q vos de religione sua, ac dignitate vere existimare maxime vellet, primo dixit se istũ publice laudare, q sibi ita mandatũ esset: deinde neq; se habuisse illa venalia, neq; vlla conditione, si vtrũ vellet, liceret, adduci vnq; potuisse, vt venderet illa, quę in sacrario fuissent a maioribus suis relicta, & tradita. Quid sedes Verres? quid expectas? quid te a Centuripina ciuitate, a Catinensi, ab Halesina, Tyndaritana, Aetnensi, Agyrinensi cęteriscq; Sicilię ciuitatibus circũuenirí, at q; opprimí dicis? tua te altera patria, quemadmodum dicere solebas, Messana circũuenit: tua inquã Messana tuorũ adiutrix scelerũ, libidinũ testis, prędarũ, ac furtorũ receptrix. Adest enim vir amplissimus eius ciuitatis, legatus huiusce iudicii causa domo missus, princeps laudationis tuæ, qui te publice laudat: id enim mãdatum, atq; imperatum est: tametsi rogatus de Cybea tenetis memoria quid responderit, ædificatam publicis operis publice coactis, eiq; ędificandę publice Mamertinũ Senatorem prefuisse. Idẽ ad vos priuatim Iudices † confugit, vti- †confluit.
tur hac lege, qua iudiciũ est, cõmuni arce sociorũ. tametsi lex est de pecuniis repetundis, ille se negat pecuniã repetere, quã ereptã non tãtopere desiderat: sacra se maiorũ suorũ repetere abs te dicit, deos penates a te patrios reposcit. Ecqui pudor est? ecquę religio Verres? ecq; metus? habitasti apud Heium Messanę: res illũ diuinas apud eos deos in suo sacrario ꝓpe quoti die facere vidisti. non mouetur pecunia, deniq; quę ornamenti causa fuerunt, non reqrit: habe Caniphoras, deorũ simulacra restitue. quæ quia dixit, quia tẽpore dato modeste apud vos socius amicusq; populi Ro. questus est, qa religioni suę nõ modo in diis patriis repetũdis, sed etiã in ipso iureiurando, ac testimonio proximus fuit, hoiem missum ab isto scitote esse Messanã de legatis vnum, illũ ipsum, qui naui istius ędificandę publice prefuit: qui a Senatu peteret, vt Heius ignominia afficeret. Homo amentissime qd putasti te impetraturum? quanti is a ciuibus suis fieret, quanti auctoritas eius haberetur, ignorabas? fac te impetrauisse, fac ali quid grauius in Heium statuisse Mamertinos, quantã putas auctoritatem laudationis eorũ futuram, si in eum quem constet verum pro testimonio dixisse, pœnam cõstituerẽt? Tametsi quæ est ista laudatio? cũ laudator interrogatus lędat necesse est. Quid isti laudatores tui, nõ ne testes mei sunt? Heius est laudator, læsit grauissime. producã cæteros: reticebunt, quę poterunt, libenter: dicẽt quę necesse erit, gratis. negent isti onerariã nauẽ maximã ędificatã esse Messanę? negent ei naui faciundę Senatorẽ Mamertinũ publice ꝑfuisse? vtiliã negent. Sũt etiã cętera, quę modo integra reseruare volui: vt q̃minimũ dẽ illis tẽporis ad meditandũ, confirmandũq; periurium. hęc tibi laudatio procedat in numerũ. hi te hoies auctoritate sua subleuent, q te neq; debent adiuuare, si possent: neq; possunt, si velint: quibus tu priuatim iniurias plurimas, contumeliasq; imposuisti: quo in oppido multas familias in perpetuũ infames tuis stupris, flagitiisq; fecisti. At publice cõmodasti. nõ sine magno quidẽ Reip. prouincięq; Sicilię detrimẽto. Tritici modiũ LX. millia empta populo Ro. dare debebãt, & solebãt. abs te solo remissum est. Resp. detrimẽtũ fecit, q ꝑ te imperii ius vna in ciuitate ĩminutũ est. Siculi, q hoc nõ de summa frumẽti detractũ est, sed trãslatũ in Cẽturipinos, & Halesinos immunes populos: & hoc plus impositũ, q̃ ferre possent. Nauẽ imperare ex fœdere debuisti, remisisti in triẽniũ. militẽ nullũ vnq; popposcisti ꝑ tot annos. fecisti itẽ vti ꝑdones solent: qui cũ cõmunes hostes sint oĩm, tamẽ aliquos sibi instituũt amicos, qbus nõ modo parcãt, verũ etiã pręda quos augeant: & eos maxime, q habẽt oppidũ opportuno loco, quo sępe adeũdũ sit nauibus, nõnũ q̃ etiã necessario. Phaselis illa, quã cepit P. Seruilius, nõ fuerat vrbs ante Cilicũ, atq; prædonũ. Lycii illam Gręci hoies incolebãt. sed q erat eiusmodi loco, atq; ita ꝑiecta in altũ, vt & exeuntes e Cicilia ꝑdones sæpe ad eã necessario deuenirent: & cũ ex hisce se locis reciperẽt, eodẽ deferrent: asciuerunt illud sibi oppidũ piratæ, primo cõmercio, deinde etiã societate. Mamertina ciuitas improba antea nõ erat, etiã erat inimica improborũ, quæ C. Catonis illius, q Cõsul fuit, impędimenta retinuit. At cuius hois? clarissimi, potentissimiq;. qui tamen, cum consul fuisset, condemnatus est. Ita C. Cato duorum hominũ clarissimorũ nepos, L. Paulí, & M. Catonis, P. Aphricani sororis filiꝰ: quo damnato, tũ cũ seuera iudicia fiebãt, HS. XVIII. millibus lis ęstimata est. Huic Mamertini irati nõ fuerunt, q maiorẽ sumptũ, q̃ quãti Catonis lis

Prędonum mos.

Phaselis.

æstimata est, in Timarchidis prædiũ sępe fecerũt. Verũ hęc ciuitas isti prędoni, ac piratæ Sicilięsi Phaselis fuit. huc oĩa vndiq; deportabant: apud istos relinquebant: qđ celari oportuerat, habebant sepositũ, ac reconditũ: p istos, quę volebat, in nauẽ clã imponẽda, occulte exportanda curabat. Nauẽ deniq; maximã, quã onustã furtis in Italiã mitteret, apud istos faciendam, ædificandãq; curauit. Pro † hisce rebus, vacatio data est ab isto sumptus, laboris, militiæ, rerũ deniq; oĩm. per trienniũ soli nõ modo in Sicilia, verũ, vt opinio mea fert, his quidẽ tẽporibus in oĩni orbe terrarũ, vacui, expertes, soluti, ac liberi fuerũt ab oĩni sumptu, molestia, munere. Hinc illa Verrea nata sunt. ꝙ in conuiuiũ Sextũ Cominiũ ꝓtrahi iussit, in quẽ Scyphũ de manu iacere conatus est: quẽ obtorta gula de cõuiuio in vincula, atq; in tenebras abripi iussit. Hinc illa crux, in quã ciuẽ Ro. iste multis inspectãtib9 sustulit: quã nõ ausus est vsq; de figere, nisi apud eos, qbuscũ oĩa scelera sua, ac latrocinia cõmunicasset. Laudatũ etiã vos quẽ q̃ venire audetis! qua auctoritate! vtrũ quã apud Senatoriũ ordinẽ! an quã apud populũ Ro. habere debetis! Ecquę ciuitas est, nõ modo in ꝓuinciis nostris, verũ in vltimis nationib9, aut tã potẽs, aut tã libera, aut etiã tã immanis, ac barbara! Rex deniq; ecquis est! q̃ Senatorẽ populi Ro. tecto, ac domo nõ inuitet! qui honos nõ homini solũ habet, sed primũ populo Ro. cuius beneficio nos in hũc ordinẽ venim9: deinde ordinis auctoritati, quę nisi grauis erit apud socios, in exteras nationes vbi erit imperii nomẽ, & dignitas! Mamertini me publice nõ inuitauerũt. me cũ dico, leue est. Senatorẽ populi Ro. si non inuitauerũt, honorẽ debitũ detraxerũt nõ homini, sed ordini. Nã ipsi Tullio patebat dom9 locupletissima, & amplissima Cn. Põpei Basilisci: quo, etiã si esset inuitatus a vobis, tamen diuertisset. Erat etiã, Percenniorũ, qui nunc itẽ Pompei sunt, domus honestissima, qua L. frater meus, summa illorũ volũtate diuertit. Senator populi Ro. qđ in vobis fuit, in vestro oppido iacuit, & pnoctauit in publico. nulla hoc alia ciuitas vnq; cõmisit. Amicũ eĩ nostrũ in iudiciũ vocabas. tu quid ego priuatim negotii gerã, interpretabere, in minuendo honore Senatorio! Verũ hęc tũ queremur, si quid de vobis p eũ ordinẽ agetur, qui ordo a vobis adhuc solis cõtemptus est. in populi Ro. quidẽ conspectũ, quo ore vos cõmisistis! nec prius illã crucẽ, quę etiã nunc ciuis Ro. sanguine redundat, quę fixa est ad portũ, vrbemq; vestram, reuellistis, neq; in profundũ abiecistis, locũq; illũ oẽm expiastis, q̃ Romã, atq; in horũ conuentũ adiretis! In Mamertinorũ solo effœderato atq; pacato monimẽtũ istius crudelitatis constitutũ est. Vestra ne vrbs electa est, ad quã cũ adirent ex Italia, crucẽ ciuis Romani prius, q̃ quenq̃ amicũ viderẽt populi Romani! quã vos Rhegynis, quorũ ciuitati inuidetis, itẽ incolis vestris, ciuib9 Ro. ostẽdere soletis: quo minus sibi arrogẽt, minusq; vos despiciãt, cũ videant ius ciuitatis, illo supplicio esse mactatũ. Verũ hæc emisse te dicis. quid illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodẽ Heio peripetasmata emere oblitus es! Licuit eodẽ modo, vt signa. Quid eĩ actũ est! an literis pepercisti! Verũ hominẽ amẽtẽ hoc fugit. min9 clarũ putauit fore, qđ de armario, q̃ qđ de sacrario esset ablatũ. At quomodo abstulit! non possum dicere planius, q̃ ipse apud vos dixit Heius. Cũ quęsissem nunqd aliud de bonis eius pueniisset ad Verrẽ! respõdit istũ ad se misisse, vt sibi mitteret Agrigẽtũ peripętasmata. quæsiui an misisset! respondit id qđ necesse erat, scilicet dicto audientẽ fuisse Prętoris: misisse. rogaui pęrueniissent ne Agrigentũ! dixit, pueniisse. quemadmodũ reuertissent! negauit adhuc reuertisse. risus populi, atq; † admurmuratio oĩm facta est. Hic tibi in mentẽ non venit, iubere vt hæc quoq; referret HS. D. se tibi vendidisse. metuisti ne æs alienũ tibi crescerẽt, si HS. VI. millibus D. tibi constarent ea, quæ tu facile posses vendere HS. CC. millibus. fuit tãti mihi crede: haberes qđ defenderes: nemo quęreret quãti illa res esset, si modo te posses docere emisse: facile cui velles tuã causam, & factũ ꝓbares. Nũc de Peripetasmatis quẽadmodũ te expędias nõ habes. Quid! a Philarcho Cẽturipino hoie locupletẽ, ac nobili Phaleras pulcherrime factas, quę Regis Hieronis fuisse dicunt, vtrũ tãdẽ abstulisti! an emisti! Sicilię qdem cũ essem, sic a Cẽturipinis, sic a cæteris audiebã: nõ eĩ parũ res erat clara. tãte has phaleras a Philarcho Centuripino abstulisse dicebant, q̃ alias item nobiles, ab Aristo Panormitano: q̃ tertias a Cratippo Tyndaritano. Etenĩ si Philarchus vẽdidisset: nõ ei, postea q̃ reus factus es, redditurum te promisisses. Quod qa vidisti plures scire, cogitasti si ei redditisset, te minus inuidię habiturum, rem nihilominus testatã futurã, nõ reddidisti. dixit Pilarchus ꝓ testimonio: se, ꝙ nosset tuum istum morbũ, vt amici tui appellãt, studium: cupisse te celasse de Phaleris: cũ abs te appellatus esset, negasse habere sese: apud aliũ quoq; eas habuisse depositas, nequa inuenirentur: tuã tantã fuisse sagacitatẽ, vt eas pęr illũ ipsum inspi-

† istis.

Antipophora.

Reuellistis

Attalica Peripetasmata.

Audiẽtẽ dicto.

† admiratio.

Sicilię essem.

Cupisse te celasse.

ceres, vbi erant depositę: tũ se deprehensum negare nõ potuisse, ita ab se inuito ablatas Phaleras gratis. Iam vt hæc oĩa reperire, ac pscrutari solitus sit Iudices, est operę preciũ cognoscere. Cybiratę sunt fratres qdam, Tleopolemus, & Hiero: quorum alterum fingere opinor e cęra solitum esse, alterum esse pictorem. hosce opinor Cybirę, cum in suspitionem venissent suis ciuibus, fanum expilasse Apollinis, veritos pœnam iudicii, ac legis, domo profugisse. ꝙ Verrẽ artificii sui cupidũ cognouerant tum, cum iste, id qđ ex testibus didicistis, Cybirã cũ inanibus syngraphis venerat, domo pfugientes, ad eum se exules, cũ iste esset in Asia, contulerunt. habuit secũ eos ab illo tempore, & in legationis prædis, atꝙ furtis multũ illorũ opera, consilioꝙ vsus est. Hi sunt illi, quibus in tabulis retulit sese Q. Tadius dedisse iussu istius grecis pictoribus. Eos iam bene cognitos, & re probatos secũ in Siciliã duxit. quo posteaq̃ venerunt, mirandũ in modũ canes venaticos diceres: ita odorabantur omnia, & pcrueſtigabãt, vt vbi quicqd esset, aliqua ratione inuenirent. Aliud minitando, aliud pollicendo, aliud p seruos, aliud p liberos, p amicũ aliud, aliud per inimicũ inueniebant. quicqd illis placuerat, pdẽ dũ erat. Nihil aliud optabant, quorũ poscebatur argẽtũ, nisi vt Hieroni & Tlepolemo displiceret. Vere mehercules hoc Iudices dicam. Memini Păphilum Lilybętanũ hospitem meum, & amicum, nobilẽ hominẽ, mihi narrare: cum iste ab sese Hydriã Boeti manu factam, pręclaro opere, & grãdi pondere, per potestatẽ abstulisset, se sane tristẽ, & conturbatum domum reuertisse, ꝙ vas eiusmodi, qđ sibi a matre, & maioribus esset relictũ, quo solitus esset vti ad festos dies, ad hospitũ aduentum, a se esset ablatũ. Cum sederẽ, inquit, domi tristis, accurrit Verrius, iubet me scyphos sigillatos ad prętorem statim afferre. Permotus sum inqt, binos habebam, iubeo promi vtroſꝙ, ne qd plus mali nascereť, & mecum ad Prætoris domũ ferri. Eo cũ venio, Prætor quiescebat: fratres illi Cybiratę inambulabant. qui simul vt me viderũt, vbi sunt Pamphile inquiunt scyphi? ostendo tristis. laudant. incipio queri, me nihil habiturũ, qđ alicuius esset precii, si etiã scyphi essent ablati. tum illi, vbi me conturbatũ vidẽt: quid vis nobis dare, isti ne auferanť abs te? ne multa, HS. M. me inquit dixi daturũ. vocat interea Prętor, scyphos poscit. tum illos cœpisse Prętori dicere, putasse se, id qđ audissent, alicui⁹ precii scyphos esse Pamphili: luteum negotiũ esse, non dignum, qđ in suo argento Verres haberet. ait ille idẽ sibi videri. ita Pamphilus scyphos optimos aufert. Et mehercules ego antea, tametsi hoc nescio qd nugatorium sciebam esse, ista intelligere, tamen mirari solebam, istum in his ipsis rebus aliquẽ sensum habere, quem scirẽ nulla in re quicq̃ simile hoĩs habere. Tũ primũ intellexi ad eam rem istos fratres Cybiratas fuisse, vt iste in furando manibus suis, oculis illorum vteretur. At ita studiosus est huius præclaræ existimationis, vt putetur in hisce rebus intelligens esse, vt nuper (videte hoĩs amentiam) posteaq̃ est comperendinatus, cum iam pro damnato, mortuoꝙ esset, ludis Circẽsibus mane apud L. Sisennã virum primariũ, cum essent triclinia strata, argentũꝙ expositũ in ædibus, cum pro dignitate L. Sisennæ domus esset plena hominũ honestorum, accesserit ad argentũ, contemplari vnũquodꝙ otiose, & considerare cœperit. Mirari stultitiã alii, ꝙ in ipso iudicio eius ipsius cupiditatis, cuius insimularetur, suspitionẽ augeret. alii amentiã: cui cõperendinato, cũ tã multi testes dixissent, qcq̃ illorũ veniret in mentẽ. Pueri aũt Sisennę, credo q audiuissent, quæ in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nusq̃ deiicere, neꝙ ab argento digitum discedere. Est boni iudicis, paruis ex rebus coniecturã facere vniuscuiusꝙ, & cupiditatis, & incontinentię. q reus lege, & reus cõperendinatus, re, & opinione hoĩm pene damnatus, temperare nõ potuerit maximo conuentu, quin L. Sisennę argentũ tractaret, & consideraret: hũc in ꝓuincia Prętorẽ quisq̃ putabit a Siculoꝝ argẽto cupiditatẽ, aut manus abstinere potuisse! Verũ vti Lilybętũ, vnde digressa est, oratio reuertat, Diocles est Păphili gener illius, a quo Hydria ablata est, Popillius cognomine. ab hoc abaci vasa omnia, vt exposita fuerãt, abstulit. dicat se emisse. etem̃ hic propter magnitudinẽ furti sunt, vt opinor, literę factę. iussit Timarchidẽ estimare argẽtũ, quomodo qui vnq̃ tenuissime, in donatione histrionũ æstimauit. Tametsi iãdudũ erro, q tam multa de tuis emptionibus verba faciã, & quęrã, vtrũ emeris, & quomodo, & quãti emeris, qđ verbo trãsigere possum. Ede mihi scriptũ, qd argẽti in ꝓuincia Sicilia pararis, vnde qdꝙ, aut quãti emeris. quid fit! q̃q̃ nõ debebã ego abs te has literas poscere. me em̃ tabulas tuas habere, & proferre oportebat. Verũ negas te horũ annorũ aliquot cõfecisse. Cõpone hoc qđ postulo de argento, de reliquo videro. Nec scriptũ habeo, nec possum edere. Quid futurũ igitur est! qd existimas hosce iudices facere posse! domus plena signorũ pulcherrimorũ iam etiam ante Præ-

Cybiratę fratres.

Mehercules.

Ad domũ Prætoꝝ

Iudicis officium.

Cõperendinatus reus

turã,multa ad villas tuas posita,apud amicos multa deposita,multa aliis data, atq; donata: tabulę nullũ indicant emptũ:omne argẽtũ ablatũ ex Sicilia est:nihil cuiq̃,qđ suũ dici vellet, relictũ.fingit improba defensio,Prętorẽ omne id argentũ coemisse,tamẽ id ipsum tabulis demonstrari nõ potest:si quas tabulas profers,in his,quę habes,quomodo habeas, scriptũ non est. horum aũt tẽporũ,cũ te plurimas res emisse dicas,tabulas omnino nullas proferas,nõne te,& platis,& nõ platis tabulis condemnari necesse est?Tu a M.Cęlio eqte Ro.lectissimo adolescente,quę voluisti vasa argẽtea Lilybęi abstulisti:tu P.Cacurii prõptissimi hoīs, & experiẽtis,& in primis gratiosi,supellectilẽ oẽm auferre non dubitasti: tu maximã,& pulcherrimam mensam citreã a Q.Lutatio Diodoro,qui Q.Catuli beneficio a L.Sylla ciuis Ro. factus est, omnibus scientibus Lilybæi abstulisti.Non tibi obiicio, q̃ hominẽ dignissimũ tuis moribus, Apolloniũ Niconis filiũ Drepanitanũ,q nũc A.Clodius vocat, omi argẽto optime facto spoliasti,ac depeculatus es.taceo.Nõ em̃ putat ille sibi iniuriã factã:propterea q̃ homini iã perdito,& collũ in laqueũ inserenti,subueneris,cũ pupillis Drepanitanis bona patria erepta, cũ illo partitus es.Gaudeo etiã si qd ab illo abstulisti,& abs te nihil rectius factũ esse dico.a Lisone vero Lilybętano primo hoīe, apud quẽ diuersatus es, Apollinis signũ ablatũ certe esse non oportuit.At dices te emisse.scio.HS.M.ita opinor.scio inquã.proferã literas,& tamẽ id factũ non oportuit.

Factũ non oportuit.

A pupillo Heio,cui Marcellus tutor est,a quo pecuniã grandẽ eripueras, Scaphia cũ Emblematis Lilybęi vtrũ empta esse dicis:an cõfiteris erepta?Sed qd ego istius in eiusmodi rebus mediocres iniurias colligo:quę tantũmodo in furtis istius,& damnis eorũ,a quibus auferebat,versata esse videant?accipite si vultis Iudices rẽ eiusmodi: vt amentiã singularẽ,vt furorẽ iã nõ cupiditatẽ eius pspicere possitis. Melitensis Diodorus est, q apud vos antea testimoniũ dixit.is Lilybæi multos iam annos habitat,homo & domi nobilis, & apud eos,quo se contulit,ppter virtutẽ splẽdidus,& gratiosus.de hoc Verri dicit,habere eũ perbona toreumata.in his pocula duo q̃dã,quę Heraclea nominant, Mẽtoris manu summo artificio facta.Qđ vbi iste audiuit,sic cupiditate inflãmatus est,nõ solũ inspiciũdi, verũ etiam auferendi,vt Diodorũ ad se vocaret,ac posceret.ille,qui illa nõ inuitus haberet, respõdit se Lilybęi nõ habere:Melitę apud quendã ppinquũ suum reliqsse. Tũ iste cõtinuo mittit homines certos Melitã,scribit ad quosdã Melitẽses,vt ea vasa pquirant:rogat Diodorũ, vt ad illũ suũ ppinquũ det literas. nihil ei longius videbat,q̃ dũ illud videret argentũ.Diodorus homo frugi,ac diligens,q sua seruare vellet,ppinquo suo scribit,vt iis,q a Verre venissent,responderet,illud argentũ se paucis illis diebus misisse Lilybęũ.ipse interea recedit.abesse ab domo paulisper maluit,q̃ psens illud optime factũ argentũ amittere. Qđ vbi audiuit iste, vsq; eo est cõmotus,vt sine vlla dubitatione insanire oīmibus,ac furere videret,quia non potuerat argẽtũ eripere.Ipse a Diodoro erepta sibi vasa optime facta dicebat:minitari absenti Diodoro,vociferare palã,lachrymas interdũ vix tenere.Eriphylã accepimus in fabulis ea cupiditate:vt,cũ vidisset monile,vt opinor,ex auro,& gẽmis,pulchritudine eius incensa salutẽ viri pderet.Similis isti9 cupiditas,hoc etiã acrior,atq; insanior,q̃ illa cupiebat id,qđ viderat: huius libidines non solũ oculis,sed etiã auribus excitabant. congri Diodorũ tota prouincia iubet.ille ex Sicilia castra iã mouerat,& vasa collegerat.Homo,vt aliquo modo illũ in puniciã reuocaret,hãc excogitauit rationẽ:si hæc ratio potius,q̃ amentia nominanda est. apponit de suis canibus quendã, qui dicat se Diodorum Melitẽsem rei capitalis reum velle facere.Primo mirum omnibus videri,Diodorum reum,hominẽ quietissimũ, ab omni nõ modo facinore,verum minimi erratis suspitione remotissimum.Deinde esse pspicuum:fieri oīa illa, propter argentũ.Iste non dubitat, iubere nomen deferri. & tum primũ opinor istũ absentis nomẽ recepisse.Reclamat Sicilia tota,propter cælati argenti cupiditatem,reos fieri rerũ capitaliũ:neq; solũ prẽsentes reos fieri,sed etiã absentes. Diodorus Romę sordidatus circũ patronos,atq; hospites cursare,rẽ oīmib9 narrare.literę mittunt isti a patre vehemẽtes, ab amicis itẽ,videret quid ageret,de Diodoro quo progrederet:rem clarã esse,& inuidiosam: insanire hominẽ,priturũ hoc vno crimine,nisi cauisset.Iste etiã tũ patrẽ,si non in parẽtis,at in hominũ numero putabat:ad iudiciũ nondũ se satis instruxerat:primus annus erat prouincię:nõ,vt in Sthenio,iã refertus pecunia.itaq; furor eius paululũ nõ pudore,sed metu, ac timore repressus est.cõdẽnare Diodorũ nõ audet, absentẽ de reis eximit. Diodor9 interea Prętore isto ppe trienniũ puincia,domoq; caruit.ceteri nõ solũ Siculi,sed etiã ciues Ro.hoc statuerãt:qm̃ iste tãtũ cupiditate pgrederet,nihil eẽ,qđ qsq̃ putaret se, qđ isti paulo magis pla

Scaphia.

Toreuma. Heraclea pocula.

Eriphyle.

Vasa collegerat.

Eximit de reis.

ceret, conſeruare, aut domi retinere poſſe. Poſtea vero q̃ intellexerũt, iſti virũ fortẽ quẽ ſum me ꝓuincia expectabat, Q. Arriũ non ſuccedere, ſtatuerũt ſe nihil tã clauſum, neq; tã recon-ditum poſſe habere, qđ non iſtius cupiditati apertiſſimũ, promptiſſimũq; eſſet. Tũ iſte ab Eq te Ro. ſplendido, & gratioſo Cn. Calidio, cuius filiũ ſciebat Senatorẽ populi Ro. & Iudicem eſſe, equuleos argenteos nobiles, qui Q. Maximi fuerãt, auſert. imprudens huc incidi Iudi-ces. emit em̃, nõ abſtulit. nollem dixiſſe. iactabit ſe, & his egtabit equuleis. emi, pecuniã ſolui. credo, etiã tabulę proferent. eſt tãti. cedo tabulas. dilue ſane crimen hoc Calidianũ, dum ego tabulas aſpicere poſſim. Verũtamẽ qd erat, qđ Calidius Romę quereret, ſe cũ tot annos in Si cilia negotiaret, abs te ſolo ita eſſe cõtẽptũ, ita deſpectũ, vt etiã cũ cęteris Siculis diſpoliaret, ſi emeras! qd erat, qđ cõfirmabat, ſe abs te argẽtũ eſſe petiturũ, ſi tibi ſua volũtate vẽdiderat! tu porro poſſes facere vt Cn. Calidio nõ redderes! pſertim cũ is L. Siſenna defenſore tuo, tã familiariter vteret! & cũ cęteris familiaribus Siſennæ reddidiſſes! Deniq; nõ opinor negatu-rũ eſſe te, homini honeſto, ſed nõ gratioſiori q̃ Cn. Calidius eſt, L. Cordio argẽtũ ꝓ Potamo nẽ amicũ tuũ reddidiſſe. qui qdẽ cęterorũ cauſam apud te difficiliorẽ fecit. Nã cũ te cõpluri bus cõfirmaſſes redditurũ: poſteaq̃ Cordius ꝓ teſtimonio dixit te ſibi reddidiſſe, finẽ redden di feciſti: q; intellexiſti te pda de manibus amiſſa, teſtimoniũ tamen effugere nõ poſſe. Cn. Ca lidio equiti Ro. per oẽs ptores licuit argẽtũ habere bene factũ: licuit poſſe domeſticis copiis, cũ magiſtratũ, aut aliquẽ ſuperiorẽ inuitaſſet, ornare, & apparare conuiuiũ. multi domi Cn. Calidii cũ imperio, ac poteſtate fuerunt, nemo inuẽtus eſt tã amens, qui illud argentũ tã prę clarũ, ac tã nobile eriperet: nemo tã audax, qui poſceret: nemo tã impudẽs, q poſtularet vt vẽ deret. Superbũ eſt em̃ Iudices, & nõ ferendũ, dicere Prętorẽ in ꝓuincia homini honeſto, locu pleti, ſplẽdido: vende mihi vaſa cęlata. hoc eſt em̃ dicere, non es dignus tu, qui habeas, quæ tã bene facta ſint: meę dignitatis iſta ſunt. Tu dignior Verres, q̃ Calidius! qui, vt nõ cõferam vitam, atq; exiſtimationẽ tuã, cũ illius: neq; em̃ eſt conferẽda: hoc ipſum cõferã: quo tu te ſu periorem fingis. q; HS. LXXX. millia diuiſoribus, vt Prętor renũciarere dediſti: trecẽta accu ſatori, ne tibi odioſus eſſet: ea re cõtemnis Equeſtrẽ ordinẽ, ac deſpicis! ea re indignũ tibi vi-ſum eſt, quicq̃, qđ tibi placeret, Calidiũ potius habere, q̃ te! Iactat ſe iãdudũ de Calidio, nar-rat omnibus ſe emiſſe. Nũ etiã de L. Papyrio viro primario, locuplete, honeſtoq; Equite Ro. thuribulũ emiſti! qui ꝓ teſtimonio dixit: te, cũ inſpiciẽdũ popoſciſſes, auulſo Emblemate re- Thuribu-miſiſſe: vt intelligatis, in hoĩe intelligentiã eſſe, non auaritiã: artificii cupidũ, nõ argenti fuiſ lum. ſe. Nec ſolũ in Papyrio fuit hac abſtinẽtia, tenuit hoc inſtitutũ in thuribulis omnibus, quæ-cũq; in Sicilia fuerũt. Incredibile eſt aũt q̃ multa, & q̃ pręclara fuerũt. Credo tũ, cũ Sicilia flo rebat opibus, & copiis, magna artificia fuiſſe in ea inſula. Nã domus erat ante iſtũ Prætorem nulla paulo locupletior, qua in domo hæc nõ eſſent, etiã ſi ꝑterea nihil eſſet argenti: patella grãdis, cũ figillis, ſimulacris deorũ, patera, qua mulieres ad res diuinas vterent, thuribulum. Hęc aũt oĩa antiquo opere, & ſummo artificio facta: vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquan do apud Siculos pęrequa ꝓportione cętera: ſed qbus multa fortuna ademiſſet, tamẽ apud eos remãſiſſe ea, quę religio retinuiſſet. Dixi Iudices, multa fuiſſe fere apud Siculos oẽs: ego idẽ confirmo, nunc ne vnũ qdẽ eſſe. Quid hoc eſt! qđ mõſtrũ! qđ ꝓdigiũ in prouinciã miſim?! nõ ne vobis id egiſſe videt, vt nõ vnius libidinẽ, nõ ſuos oculos, ſed oĩm auariſſimorũ inſanias, cũ Romã reuertiſſet, expleret! q ſimul atq; in oppidũ quoppiã venerat, immittebant illi cõti-nuo Cybiratici canes, q inueſtigabãt, & pſcrutabant oĩa. ſi qđ erat grande vas, & maius opus Cybiratici inuentũ, lęti auferebãt. ſi minus eiuſmodi quippiã venari poterãt, illa qdẽ certe pro lepuſcu- canes. lis capiebant: patellæ, pateræ, thuribula. Hic quos putatis fletus mulierũ! quas lamentatiões fieri ſolitas eſſe in hiſce rebus! quę forſitan vobis paruę eſſe videant. ſed magnum & acerbũ dolorẽ cõmouent, mulierculis pſertim: cum eripiunt e manibus ea, quibus ad res diuinas vti conſueuerunt: quę a ſuis acceperunt: quę in familia ſemper fuerunt. Hic nolite expectare dum ego hoc crimẽ agam oſtiatim, ab Aeſchylo Tindaritano iſtũ pateram abſtuliſſe, a Thra ſone item Tindaritano patellam, a Nymphodoro Agrigentino thuribulum. cum teſtes ex Si cilia dabo, quẽ volet eligat, quẽ ego interrogẽ de patellis, pateris, thuribulis: nõ modo oppi-dũ nullũ: nulla domus paulo locupletior expers huius iniuriæ reperiet. Qui cũ in conuiuiũ veniſſet: ſi quicq̃ cælati aſpexerat, manum abſtinere Iudices nõ poterat. Cn. Põpeius eſt Phi-lo, qui fuit Tindaritanus. is cœnã iſti dabat apud villã in Tindaritano. fecit qđ Siculi nõ au debãt. Ille ciuis Ro. q; erat, impunius id ſe facturum putauit. appoſuit patellam, in qua figil- Impunius.

la erãt egregia. Iſte cõtinuo vt vidit, non dubitauit illud inſigne pœnatiũ, hoſpitaliũq; deor, ex hoſpitali mẽſa tollere. ſed tñ, qđ antea de iſtius abſtinẽtia dixerã, ſigillis auulſis reliquũ argentũ ſine vlla auaritia reddidit. Quid? Eupolemo Calactino homini nobili, Lucullorũ hoſpiti, ac pfamiliari, q nunc apud exercitũ cũ L. Lucullo eſt, non idẽ fecit? cœnabat apud eũ. argẽtum illi cęterũ purũ appoſuerat, ne purus ipſe relinqueret: duo pocula nõ magna, verũtamẽ cũ Emblematis. hic quaſi feſtiuũ Acroama, ne ſine corollario de cõuiuio diſcederet, ibidẽ conuiuis inſpectãtibus Emblemata auellẽda curauit. Neq; ego nũc iſtius facta oĩa enumerare conor. neq; opus eſt, nec fieri vllo modo põt. tantũmodo vniuſcuiuſq; de varia improbitate generis indicia apud vos, & exẽpla pfero. Neq; eñ ita ſe geſſit in his reb⁹, tanq̃ rationẽ aliquã do eſſet redditurus: ſed prorſus ita, quaſi aut reus nunq̃ eſſet futurus: aut quo plura abſtuliſſet, eo minore periculo in iudiciũ eſſet vẽturus. qui hæc quę dico iã, nõ occulte, nõq; amici, atq; interptes, ſed palã de loco ſupiore ageret, p imperio, & poteſtate. Catinam cũ veniſſet, oppidũ locuples, honeſtũ, copioſum, Dionyſiarchũ ad ſe Pardiorũ, hoc eſt ſummũ magiſtratũ vocari iubet. ei palã imperat, vt oñe argentũ, qđ apud quenq; eſſet Catinæ, conqrẽdũ curaret, & ad ſe trãſferendũ. Philarchũ Cẽturipinũ primariũ hoĩem gñe, virtute, pecunia, nõ hoc idẽ iuratũ dicere audiſtis? ſibi iſtũ negotiũ dediſſe, atq; imperauiſſe, vt Centuripis, in ciuitate toti⁹ Sicilię multo maxima, omne argentũ conqreret, & ad ſe cõportari iuberet. Agyrio ſimiliter iſti⁹ imperio vaſa Corinthia p Apollodorũ, quẽ teſtẽ audiſtis, Syracuſas deportata ſunt. Illa vero optima eſt, q cũ ad Haluntiũ veniſſet Pretor laborioſus, & diligens, ipſe in oppidũ accedere noluit, q erat difficili aſcenſu, atq; arduo: Artagathũ Halũtinũ, hoĩem nõ ſolũ domi ſuę, ſed tota Sicilia in primis nobilẽ, vocari iuſſit. ei negotiũ dedit, vt qcqd Haluntí eſſet argẽti cælati, aut ſi qd etiã Corinthiorũ, vt oñe ſtatim ad mare ex oppido deportaret. Aſcẽdit in oppidũ Artagathus, homo nobilis, q a ſuis & amari, & diligi vellet: ferebat grauiter, illã ſibi ab iſto puĩciã datã, nec qd faceret, habebat. Pronũciat qd ſibi imperatũ eẽt: iubet oẽs pferre, quæ haberẽt. metus erat ſummus. Ipſe eñ tyrannus nõ diſcedebat longius: Artagathũ, & argentũ in lectica cubãs, ad mare infra oppidũ expectabat. Quem cõcurſum factũ in oppido putatis? quẽ clamorẽ? quẽ porro fletũ mulierũ? q viderẽt, equũ Troianũ introductũ: vrbẽ captã eſſe, dicerẽt. efferri ſine Thecis vaſa, extorq̃ri alia de manibus mulierũ, effringi multorũ fores, reuelli clauſtra. Quid eñ putatis? ſcuta ſiquãdo congrunt a priuatis in bello, ac tumultu, tamen hoĩes inuiti dant, etſi ad ſalutẽ cõmunẽ dari ſentiũt: ne quem putetis ſine maximo dolore argentũ cælatũ domo, qđ alter eriperet, ptuliſſe. omnia deferunt. Cybiratę fratres vocant, pauca improbãt. quæ probarãt, iis cruſtę, aut Emblemata detrahebantur. Sic Halũtini excuſſis delitiis, cũ argẽto puro domũ reuerterũt. Q đ vnq̃ Iudices huiuſcemodi euerriculũ in illa puĩncia fuit? auertere aliqd de publico q̃obſcuriſſime p magiſtratũ ſolebant. etiã aliqd de priuato nõnunq̃ occulte auferebant. & illi tamẽ cõdemnabant. & ſi q̃ritis vt ipſe de me detraham, illos ego accuſatores puto fuiſſe, q hmõi hoĩm furta odore, aut aliqđ leuiter pſſo veſtigio, pſequebant. Nã nos qdẽ qd facimus in Verre, quẽ in luto volutatũ totius corporis veſtigiis inuenimus? permagnũ eſt in eũ dicere aliqd? q præteriens, lectica pauliſper depoſita, non p præſtigia, ſed palam p poteſtatẽ, vno imperio oſtiatim totũ oppidũ cõpilarit. Attamen vt poſſit ſe dicere emiſſe, Artagatho imperat, vt aliqd illis, quorũ argẽtũ fuerat, nummorũ dicis cauſa daret. inuenit Artagathus paucos q vellent accipere. his dedit. eos nũmos tamẽ iſte Artagatho non reddidit. voluit Romę petere Artagathus: Cn. Lẽtulus Marcellin⁹ diſſuaſit: ſicut ipſum dicere audiſtis. atq; hac tota de re audiſtis Artagathi, & Lẽtuli teſtimoniũ. Et ne forte hominẽ exiſtimetis hãc tantã vim Emblematũ ſine cauſa coacer uare voluiſſe, videte quãti vos, quãti exiſtimationẽ populi Romani, quanti leges, & iudicia, quãti teſtes Siculos, negotiatoreſq; fecerit. Poſteaq̃ tãtã multitudinẽ collegerat Emblematũ, vt ne vnũ qdẽ cuiq̃ reliqſſet, inſtituit officinã Syracuſis. in Regiã maximã, palã artifices oẽs, cælatores, ac vaſcularios cõuocari iubet, & ipſe ſuos cõplures habebat. Eo conducit magnã hominũ multitudinẽ. menſes octo continuos opus his nõ defuit, cũ vas nullũ fieret niſi aureũ. Tũ illa, ex patellis, & thuribulis quę vellerat, ita ſcite in aureis poculis illigabat, ita apte in ſcyphis aureis includebat, vt ea ad illã rẽ nata eſſe diceres. Ipſe tamẽ Pretor, q ſua vigilantia pacẽ in Sicilia dicit fuiſſe, in hac officina maiorẽ partẽ diei cum tunica † pulla ſedere ſolebat, & pallio. Hęc ego Iudices non auderem proferre, ni vererer ne forte plura de iſto ab aliis in ſermone, q̃ a me in iudicio audiſſe vos diceretis. Quis enim eſt, qui de hac officina, qui de

Argẽtũ purum.

Emblemata.

Acroama feſtiuum.

Corollariũ

Euerriculum.

Oſtiatim.

Preſtigia.

Vellerat.

† Palla.

Equus Troianus.

vasis aureis, qui de istius pallio, pulla non audierit? Quẽ voles de conuentu Syracusanorum virũ bonum nominato, producã, nemo erit quin hoc se aut vidisse, aut audisse dicat. O tẽpora, O mores, nihil nimiũ vetus proferã. Sũt vestrũ †aliquãmulti, qui L. Pisonẽ cognouerunt, huius L. Pisonis, qui Prętor fuit, patrem, is cũ esset in Hispania Prętor, qua in prouincia occisus est, nescio quo pacto dũ armis exercet, annulus aureus, quem habebat, fractus est, & cõminutus, cum vellet sibi annulũ facere, aurificem iussit vocari in foro, ad sellã, Cordubę, & ei palã appendit aurũ, hominẽ in foro sellã iubet ponere, & facere annulũ omnibus pśentibus. Nimiũ fortasse dicet aliqs hunc diligentẽ, hactenus reprehẽdat si quis volet, nihil amplius, verũ fuit ei concedendũ. Filius enim L. Pisonis erat eius, qui primus de pecuniis repetundis legẽ tulit. Ridiculũ est nunc de Verre me dicere, cũ de Pisone Frugi dixerim, verũtamẽ quãtum interest, videte. Iste cum aliquot Abacorũ faceret vasa aurea, non laborauit, quin non modo in Sicilia, verũ etiã Romæ in iudicio audiret. Ille in auri semuncia totam Hispaniã scire voluit, vnde Prætori annulus fieret. Nimirũ vt hic nomen suũ cõprobauit: sic ille cognomen. Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. genera ipsa cupio breuiter attingere: vt hoc modo me cõmonuit Pisonis annulus qđ totũ efluxerat. Q; multis istũ putatis hominibus honestis, de digitis annulos aureos abstulisse? nunq̃ dubitauit, quotiescunq; alicuius aut gemma, aut annulo delectatus est. Incredibilẽ rem dicã, sed tam claram, vt ipsum negaturũ nõ arbitrer. Cũ Valentio eius interpreti epistola Agrigẽto allata esset, casu signũ iste animaduertit in cretula: placuit ei, exquisiuit vnde esset epistola, respondit Agrigento, iste literas ad quos solebat, misit: vt is annulus ad se primo quoq; tẽpore afferretur, ita literis istius, patrisfamilias L. Titio cuidam, ciui Ro. annulus de digito detractus est. Illa vero eius cupiditas incredibilis est, nam vt in singula conclauia, quę iste non modo Romæ, sed omnibus in villis habet, tricenos lectos optime stratos cum cæteris ornamentis conuiuii quæreret, nimium multa comparare videretur. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iste non textrinam instituerit. Mulier est Segestana perdiues, & nobilis Lamia nomine, per trienniũ isti plena domo telarũ, stragulã vestẽ cõfecit, nihil Conchylio tinctum. Attalus homo pecuniosus, nec vulgo Lilybęi, Critolaus Ennę, Syracusis Aeschrio, Cleomenes, Theomnastus, Pelori Archonides, Megistus, vox me citiꝰ defecerit q̃ nomina. Ipse dabat purpurã tãtũ, amici operas, credo, iam eñ nõ libet omnia criminari, quasi vero hoc mihi nõ satis sit ad crimẽ, habuisse tã multũ, qđ daret, voluisse deportare tã multa, hoc deniq; qđ cõcedit, amicorũ operis esse in huiuscemodi rebus vsum. Iam vero lectos æratos, & candelabra ænea, nũ cui pter istũ Syracusis per triẽniũ facta esse existimatis? Emebat credo, sed tantũ vos certiores iudices facio: quid iste in puincia Prętor egerit, ne cui forte nimiũ negligens fuisse videat, neq; se satis, cũ potestatẽ habuerit, instruxisse, & ornasse. Venio nũc nõ iã ad furtũ, nõ ad auaritiã, nõ ad cupiditatẽ, sed ad eiusmodi facinꝰ, in quo oĩa nefaria cõtineri mihi, at q; inesse videãt: ĩ quo dii ĩmortales violati: existimatio, atq; auctoritas nois Po. Ro. ĩminuta: hospitiũ spoliatũ, ac pditũ: abalienati scelere isti⁹ a nobis oẽs reges amicissimi, nationesq;, q̃ in eoꝝ regno, ac ditione sunt. Nã reges Syrię regis Antiochi filios pueros scitis Romę nup fuisse: q venerãt nõ ppter Syrię regnũ. nã id sine cõtrouersia obtinebãt, vt a patre, & a maioribꝰ acceperãt. sed regnũ Aegypti ad se, & ad Selinẽ matrẽ suã ptinere arbitrabant. Hi postq̃ tẽporibꝰ Populi Ro. excluſi, p Senatũ agere, q̃ voluerãt, nõ potuerũt, ĩ Syriã in regnũ patriũ pfecti sunt. Eorũ alter, q Antiochꝰ vocat, iter p Siciliã facere voluit, itaq; isto Prætore venit Syracusas. Hic Verres hęreditatẽ sibi venisse arbitratus est, q; in eius regnũ, ac manus venerat iste: & audierat multa secũ pclara habere, & suspicabat. mittit homini munera satis large: hæc ad vsum domesticũ, vini, olei, qđ visum erat: etiã tritici, qđ satis esset, de his decumis. de inde ipsum Regẽ ad cœnã vocauit. exornat ample, magnificeq; triclíniũ: exponit ea, qbꝰ abũdabat, plurima, ac pulcherrima vasa argẽtea. nãq; hæc aurea nõdũ fecerat. oĩbus curat rebus instructũ, & paratũ sit cõuiuiũ. Quid multa? rex ita discessit, vt & istũ diligenter ornatũ, & se honorifice acceptũ arbitrareť. Vocat ad cœnã deinde ipse Prętorẽ, exponit suas copias oẽs, multũ argẽtũ, nõ pauca etiã pocula ex auro, q̃ vt mos est regius, & maxime in Syria. gẽmis erãt distincta clarissimis. Erat etiã vas vinariũ ex vna gẽma pgrandi, trulla excauata, cũ manubrio aureo, de qua credo satis idoneũ, satis grauẽ testẽ Q. Minutiũ dicere audistis. Iste vnũquodq; vas in manꝰ sumere, laudare, mirari. Rex gaudere Prętori satis iucũdũ, & gratũ illud eẽ cõuiuiũ. Posteaq̃ inde discessum est, cogitare iste nihil aliud, q̃ id qđ ipa res declarauit,

† q̃multi.

Aurifex.

Abaci.

Cretula.

nisi quẽadmodũ Regẽ ex ꝓuincia spoliatũ, expilatũq; dimitteret. Mittit rogatũ vasa ea, quę pulcherrima apud illũ viderat: ait se suis cęlatoribus velle ostẽdere. Rex, q istũ non nosset, si ne vlla suspitione, libẽtissime dedit. Mittit etiã trullã gemmeã rogatũ, velle eã se diligẽti9 cõ siderare. ea quoq; ei mittitur. Nũc reliquũ Iudices attendite, de quo & vos audistis, & popu lus Ro. non nunc primũ audiet, & in exteris nationibus ad vltimas terras ꝑuagatũ est. Cã delabrũ & gemmis clarissimis, & opera mirabili pfectũ, Reges hi, quos dico, Romã cum attu lissent, vt in Capitolio ponerẽt, q; nõdũ etiam pfectum templũ offenderãt, neq; ponere, neq; vulgo ostẽdere, ac ꝑferre voluerũt, vt & magnificentius videreť, cũ suo tẽpore in cella Iouis optimi Maximi ponereť: & clarius, cũ pulchritudo eius recens ad oculos hominũ, atq; integra ꝑueniret. Statuerunt id secũ in Syriã reportare: vt, cũ audissent simulacrũ Iouis optimi Maximi dedicatũ, legatos mitterent, q cũ cæteris rebus illud quoq; eximiũ, atq; pulcherrimũ donũ in Capitoliũ afferrẽt. Peruenit res ad istius aures nescio quomodo. Nã Rex id celatũ voluerat, non quo qcq̃ metueret, aut suspicaretur, sed vt ne multi illud ante pciꝑent oculis, q̃ populus Ro. Iste ꝑtit a Rege, & eũ pluribus verbis rogat, vti ad se mittat, cupere se dicit inspicere, neq; se aliis videndi potestatẽ esse facturũ. Antiochus q aĩo & puerili esset, & regio, nihil de istius improbitate suspicatus est. Imꝑat suis vt in ꝓtoriũ inuolutũ q̃occultissime deferrẽt. Quo posteaq̃ attulerũt, inuolucrisq; reiectis cõstituerũt, iste clamare cœpit, dignã rẽ esse regno Syrię, dignã regio munere, dignã Capitolio. etem̃ erat eo splendore, q ex clarissimis, & plurimis gẽmis esse debebat: ea varietate operũ, vt ars certare videreť cũ copia: ea magnitudine, vt intelligi posset, nõ ad hominũ apparatũ, sed ad amplissimi tẽpli ornamentũ eẽ factũ. Qđ cum satis iã pspexisse videreť, tollere incipiũt, vt referrẽt. iste ait, se velle illud etiã, atq; etiã considerare, nequaq̃ se esse satiatũ. iubet illos discedere, & candelabrũ relinquere. Sic illi tũ inanes ad Antiochũ reuertuntur. Rex primo nihil metuere, nihil suspicari. dies vnus, alter, plures: non referri. tum mittit Rex ad istũ, si sibi videatur, vt reddat. iubet iste posterius ad se reuerti. mirum illi videri. Mittit iterũ. non redditur. ipse hominẽ appellat, rogat vt reddat. Os hominis, insignẽq; impudẽtiã cognoscite. qđ sciret, quodq; ex ipso Rege audisset, in Capitolio esse ponẽdũ, qđ Ioui optimo maximo, qđ populo Ro. seruari videret, id sibi vt donaret rogare, & vehemẽter ꝑtere cœpit. Cũ ille se, & religione Iouis Capitolini, & hominũ existimatione impẽdiri diceret, q; multę nationes testes essent illius operis, ac muneris, iste homini minari acerrime cœpit. Vbi videt eũ nihilo magis minis, q̃ ꝓcibus ꝓmoueri, repẽte hominẽ de ꝓuincia iubet ante noctẽ discedere. ait se cõperisse ex eius regno piratas in Siciliã esse venturos. Rex maximo cõuẽtu Syracusis, in foro, ne qs forte me in crimine obscuro versari, atq; affingere aliq̃d suspitione hominũ arbitreť: Syracusis inquã flẽs, ac deos, hoiesq; contestãs clamare cœpit: Candelabrũ factum e gẽmis, qđ in capitoliũ missurus esset, qđ in tẽplo clarissimo, populo Ro. monimentũ suę societatis, amicitięq; esse voluisset, id sibi C. Verrẽ abstulisse. De cęteris opibus ex auro, & gẽmis, quæ sua pœnes illũ essent, se nõ laborare. hoc sibi eripi miserũ esse, & indignũ. id etsi antea iã mẽte, & cogitatione sua, fratrisq; sui cõsecratũ esset: tamẽ tum se in illo cõuentu ciuiũ Ro. dare, donare, dicare, cõsecrare Ioui Opt. maximo: testẽq; ipsum Iouẽ suę volũtatis, ac religionis habere. Quę vox! q̃ latera! quę vires huiꝰ vnius criminis q̃rimoniã possint sustinere! Rex Antiochus, q Romę ante oculos oĩm nostrũ bienniũ fere comitatu regio, atq; ornatu fuisset, is cũ amicus, & socius Po. Ro. esset, amicissimo patre, auo, maioribꝰ, antiqssimis, & clarissimis Regibꝰ, opulẽtissimo, & maximo regno, ꝑceps e ꝓuincia Po. Ro. exturbatus est. Quẽadmodũ hoc accepturas nationes exteras, quẽadmodũ huiꝰ tui facti famã in regna alioq;, atq; in vltimas terras puẽturã putasti! cũ audierint a Prętore Po. Ro. in ꝓuincia violatũ Regẽ, spoliatũ hospitẽ, eiectũ sociũ Po. Ro. atq; amicum! Nomẽ vestrũ Populiq; Ro. odio, atq; acerbitati scitote natiõibꝰ exteris Iudices futurũ: si istiꝰ hęc tãta iniuria ĩpunita discesserit. Sic oẽs arbitrabunť, ꝑsertim cũ hęc oĩno fama de nostroq; hoĩm auaritia, & cupiditate ꝓcrebuerit, nõ istius solius hoc esse facinꝰ, sed eorũ etiã, q approbarint. Multi Reges, multę ciuitates, multi priuati opulẽti, ac potẽtes habẽt ꝑfecto in aĩo Capitoliũ sic ornare, vt tẽpli dignitas, imperiiq; nostri nomẽ desiderat. Qui si ĩtellexerint, interuerso regali hoc dono, grauiter vos tulisse, grata fore vobis populoq; Ro. sua studia, ac dona arbitrabunť. Sin hoc vos, in Rege tã nobili, in re tã eximia, in iniuria tã acerba neglexisse audierit, nõ erũt tã amẽtes, vt operã, curã, ꝓcuniã, ĩpẽdãt in eas res, q̃s vobis gratas fore nõ arbitrẽť. Hoc loco Q. Catule te appello, loquor. n. de tuo clarissimo, pulcherrimoq; monimẽ-

Trulla gẽmea.

Interuersũ donum.

to. nõ Iudicis solũ seueritatẽ in hoc crimine, sed ꝓpe inimici, atq; accusatoris vim susci-pe debes. tuus est enĩ honos in illo tẽplo Senatus populiq; Ro. bñficio: tui nois æterna memoria si mul cũ tẽplo illo cõsecrat. tibi hæc cura suscipiẽda, tibi hæc opera sumenda est, vt Capitoliũ quõ magnificentius est restitutum, sic copiosius ornatũ sit, q̃ fuit: vt illa flãma diuinitus ex- titisse videat, nõ quæ deleret Iouis opti. maxi. tẽplũ, sed quę pręclarius magnificẽtiusq; depo sceret. Audisti Q. Minutiũ Rufum dicere, domi suę diuersatũ esse Antiochũ regẽ Syracusis: se illud scire ad istũ eẽ delatũ, se scire nõ redditũ. audisti, & audies oẽs e cõuẽtu Syracusano: qui ita dicãt, sese audiẽtibus illud Iouí Opt. Max. dicatũ esse ab rege Antiocho, & cõsecratũ. Si iudex nõ esses, & hæc ad te delata res esset, te potissimum hoc persequi, te petere, & agere oporteret. quare non dubito, quo animo iudex huius criminis esse debeas, q̃ apud aliũ iudi- cẽ multo acrior, q̃ ego sum, actor, accusatorq; esse deberes. Vobis autẽ Iudices, quid hoc in- dignius, aut qd minus ferendũ videri potest! Verres ne habebit domi suæ candelabrũ Iouis Opt. Max. gemmis, auroq; pfectũ! cuius fulgore collucere, atq; illustrari Iouis Opt. Max. tẽ plũ oportebat, id apud istũ in eiusmodi cõuiuiis cõstituet, quæ domesticis stupris, flagitiisq; flagrabũt! in istius lenonis turpissimi domo simul cum cæteris Chelidonis hæreditariis or- namentis, Capitolii ornamẽta ponent! Quid huic sacri vnq̃ fore, aut qd fuisse religiosi puta tis, qui nũc tãto scelere se obstrictũ esse nõ sentiat! qui in iudiciũ veniat, vbi ne precari quidẽ Iouẽ Opt. Max. atq; abeo auxiliũ petere more omniũ possit! a quo etiã dii immortales sua re petũt in eo iudicio, qd hoibus ad suas res repetũdas est cõstitutũ. Miramur Athenis Miner- uam, Delí Apollinẽ, Iunonẽ Sami, Pergæ Dianã, multos pręterea ab isto deos tota Asia, Gre ciaq; violatos, q a capitolio man⁹ abstinere nõ potuerit! qd priuati hoies de suis pecuniis or nãt, ornaturiq; sunt, id C. Verres ab regibus ornari nõ est passus. Itaq; hoc nefario scelere cõ cepto, nihil postea tota in Sicilia neq; sacri, neq; religiosi esse duxit. ita sese in ea prouincia p trienniũ gessit, vt ab isto nõ solũ hoibus, verũ etiã diis immortalibus bellũ indictũ putaret. Segesta est oppidũ peruetus in Sicilia Iudices, qd ab Aenea fugiẽte a Troia, atq; in hæc loca veniente, cõditũ esse demõstrant. Itaq; Segestani nõ solũ perpetua societate, atq; amicitia, ve rũ etiã cognatione se cũ populo Ro. cõiunctos esse arbitrant. Hoc quondã oppidũ, cũ illa ci- uitas cũ Pœnis suo noie, ac sua spõte bellaret, a Carthaginẽsibus vi captũ, atq; deiectum est: oiaq; quę ornamẽto ibi esse possent, Carthaginẽ sunt ex illo loco deportata. Fuit apud Sege stanos ex ære simulacrũ Dianæ tum summa, atq; antiquissima prędituũ religione, tũ singulari opera, artificioq; perfectũ. Hoc trãslatũ Carthaginẽ locũ tantũ, hoiesq; mutarat: religionem qdẽ pristinã cõseruabat. Nã propter eximiã pulchritudinẽ, etiã hostib⁹ digna, quã sanctissi- me colerẽt, videbat. Aliquot seculis post, P. Scipio bello Punico tertio Carthaginẽ cepit. qua in victoria (videte hois virtutẽ, & diligẽtiã, vt & domesticis præclarissimæ virtutis exẽplis gaudeatis, & eo maiore odio dignã istius incredibilẽ audaciam iudicetis) cõuocatis Siculis oibus, q̃ diutissime, sæpissimeq; Siciliã vexatã a Carthaginensibus nouerat, iubet oia cõquí- ri: sibi pollicet magnæ curæ fore, vt oia ciuitatibus, quæ cuiusq; fuissent, restituerent. Tũ illa quę quondã fuerãt Himera sublata, de qbus antea dixi, Thermitanis sunt reddita. tum alia Gelensibus, alia Agrigẽtinis. in qbus etiã ille nobilis taurus, quẽ crudelissimus omniũ tyrã norũ Phalaris habuisse dicit, quo viuos supplicii causa dimittere hoies, & subiicere flammã solebat. quẽ Taurũ Scipio cũ redderet Agrigentinis, dixisse dicit: æquum esse illos cogitare, vtrũ esset Siculis vtilius, suis ne seruire! an populo Ro. obtẽperare! cũ idẽ monimentũ & do mesticæ crudelitatis, & nostræ mansuetudinis haberẽt. Illo tẽpore Segestanis maxima cũ cu ra hæc ipsa Diana, de qua dicimus, reddit: reportat Segestã, in suis antiquis sedibus summa cũ gratulatione ciuiũ, & lætitia reponit. Hæc erat posita Segestæ, sane excelsa in basi, in qua grãdib⁹ literis P. Aphricani nomẽ erat incisum, eũq; Carthagine capta restituisse pscriptũ. colebat a ciuib⁹, ab oib⁹ aduenis visebat. cũ quæstor essem, nihil mihi ab illis est demõstratũ prius. Erat admodũ amplũ, & excelsum signũ cũ stola: verũtamen inerat in illa magnitudine ætas, atq; habitus virginalis: sagittæ pendebãt ab humero, sinistra manu retinebat arcũ, dex tra ardentẽ facẽ præferebat. Hęc cũ iste sacroꝝ omniũ hostis, religionũq; predo vidisset, qua si ipsa illa face pcussus esset, ita flagrare cupiditate, atq; amẽtia cœpit. imperat magistratib⁹ iste, vt eã demolianť, & sibi dent: nihil sibi gratius ostẽdit futurũ. Illi vero dicere, id sibi nefas esse, seq; cũ summa religione, tũ summo metu legũ, & iudiciorũ teneri. Iste tũ petere ab illis, tũ minari, tũ spem, tũ metũ ostẽdere. Opponebãt illi interdũ nomen Aphricani: donũ populi

Extitisse.

Segesta.

Oppidum.

Ciuitas.

P. Scipio Aphrica- nus.

Phalaridis taurus.

Seruire.

Obtempe- rare.

Simulacrũ Dianæ.

Actio. VI.

Ro. illud esse dicebāt: nihil se in eo potestatis habere: qđ imperator clarissimus, vrbe hostiū capta, monimētū victorię populi Ro. esse voluisset. Cum iste nihilo remissius, atq; etiā multo vehemētius instaret quotidie, res agīt in Senatu, vehementer ab oībus reclamat. Itaq; illo tēpore, ac primo istius aduentu pernegat. postea quicqd erat oneris in nautis, remigibusq; exigēdis, in frumēto imperando, Segestanis præter cæteros imponebat aliquāto amplius, q̄ ferre possent. Pręterea magistratus eorū euocabat: optimū, & nobilissimū quēq; ad se accersebat, circū oīa puinciæ fora rapiebat, figillatim vnicuiq; calamitati fore se denūciabat, vniuersam se funditus illā euersurū esse ciuitatē minabat. Itaq; aliquādo multis malis, magnoq; metu victi Segestani prætoris imperio parendū esse decreuerūt. magno cū luctu, & gemitu totius ciuitatis, multis cū lachrymis, & lamētatione virorū, mulierūq; omniū, simulacrum Dianæ tollendū locat. Videte quanta religione fuerit. apud Segestanos repertū esse Iudices scitote neminē neq; liberū, neq; seruū, neq; ciuē, neq; peregrinū, qui illud signum auderet attingere. barbaros quosdā Lilybęo scitote aduocatos esse operarios. Hi denīq; illud, ignari potius negotii, ac religionis, mercede accepta sustulerunt. Quod cū ex oppido exportaretur, quē conuentū mulierū factū esse arbitramini! quē fletum maiorū natu! quorū nonnulli etiā illum diē memoria tenebant, cū illa eadē Diana Segestā Carthagine reuecta, victoriā populi Ro. reditu suo nunciasset. Q̄ dissimilis hic dies illi tempori videbat. tum Imperator populi Ro. vir clarissimus deos patrios reportabat Segestanis, ex vrbe hostiū recuperatos. nūc ex vrbe sociorū prętor eiusdē populi turpissimus, atq; impurissimus, eosdē illos deos nefario scelere auferebat. Quid hoc tota Sicilia est clarius! q̄ omnes Segestanas matronas, & virgines cōuenisse, cū Diana exportaret ex oppido! vnxisse vnguētis! cōplesse coronis, & floribus! thure odoribusq; incensis, vsq; ad agri fines prosecutas esse! Hanc tu tantā religionē si tum in imperio propter cupiditatē, atq; audaciā non timescebas, ne nūc quidē in tanto tuo, liberorūq; tuorū periculo perhorrescis! quē tibi aut hominē, inuitis diis immortalibus, aut vero deum tantis eorū religionibus violatis auxilio futurū putas! Tibi illa Diana in pace, atq; in otio religionē nullā attulit! quæ cū duas vrbes, in quibus locata fuerat, captas, incensasq; vidisset: bis ex duorū bellorū flamma, ferroq;, seruata est: quę Carthaginensiū victoria loco mutato, religionē tamē non amisit: P. Aphricani virtute, religionē simul cum loco recuperauit. Quo quidē scelere susceptо, cū inanis esset basis, & in ea P. Aphricani nomē incisum, res indigna, atq; intolerāda videbat oībus, nō solū religiones esse violatas, verū etiam P. Aphricani viri fortissimi, rerū gestarū gloriā, memoriā virtutis, monimēta victorię, C. Verrē sustulisse. Qđ cū isti renūciaret de basi, ac literis, existimauit hoīes in obliuionē totiꝰ negotii esse vēturos, si etiā basim tāq̄ indicē sui sceleris, sustulisset. itaq; tollēdā istiꝰ imperio locauerūt. quę vobis locatio ex publicis Segestanorū literis priore actione recitata est. Te nūc P. Scipio, te inquā lectissimū, ornatissimūq; adolescētē appello: abs te officiū tuū debitū gīi, & nomini requiro, & flagito. cur p̄ isto, q laudē honorēq; familiæ vestrę depeculatus est, pugnas! cur eū defensum esse vis! cur ego tuas partes suscipio! cur tuū onus sustineo! M. Tullius P. Aphricani monimēta requirit: P. Scipio eū, q illa sustulit, defendit. Cū mos a maioribus traditus sit, vt monimēta maiorū ita suorū q̄q; defendat, vt ea ne ornari qdē noīe alieno finat, tu isti aderis! qui non †obtrusit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis! sed funditus sustulit, ac deleuit. Quis nā igīt per deos immortales tuebit P. Scipionis memoriā mortui! q̄s monimēta, atq; indicia virtutis! si tu ea relinquis, ac deseris! neq; solū spoliata illa patiere, sed etiā eoꝝ spoliatorē vexatorēq; defendes! Adsunt Segestani clientes tui, socii populi Ro. atq; amici: certiorē te faciūt P. Aphricanū Carthagīe deleta simulacrū Dianę maioribꝰ suis restituisse: idq; apud Segestanos eius imperatoris noīe positū, ac dedicatū fuisse: hoc Verrē demoliendū, & asportādū, nomēq; omnino P. Scipionis delendū, tollendūq; curasse. orāt, atq; obsecrāt, vt sibi religionē, generi tuo laudē, gloriāq; restituas: vt qđ ex vrbe hostiū per P. Aphricanū recuperarint, id per te ex prædonis domo cōseruare possint. Quid aut his respōdere honeste potes! aut illi facere, nisi vt te, ac fidē tuā implorēt! adsunt, & implorāt. Potes domesticæ laudis amplitudinē Scipio tueri. potes. Omnia in te sunt, quæ aut fortuna hominibus, aut natura largītur. Nō prę cerpo fructum officii tui: nō alienā mihi laudē appeto: nō est pudoris mei, P. Scipione florentissimo adolescente viuo, & incolumi, me propugnatorem monimentorum P. Scipionis, defensorēq; profiteri. Quamobrē si suscipis domesticæ laudis patrocinīū, me non solū silere de vestris monimētis oportebit, sed etiā lętari, P. Aphricani eiusmodi esse fortunas mortui, vt

Suscepto sceleре.

Monimēta maiorū cō seruanda.

†obstruxit

eius honos ab iis, qui ex eadē familia sint, defendat, neq; vllū aduentitiū requirat auxiliū. Si istius amicitia te impediet: si hoc, qđ abs te postulo, ad officiū tuū min⁹ pertinere arbitrabere: succedā ego vicarius tuo muneri: suscipiā partes, quas alienas esse arbitrabar: næ ista præclara nobilitas desinat queri, populū Ro. hoibus nouis, atq; industriis libēter honores māda re, semp̄q; mādasse. Nō est querēdū in ea ciuitate, quę propter virtutē oībus nationibus impērat, virtutē plurimū posse. Sit apud alios imago P. Aphricani: ornent alii mortui virtute, ac noie. talis ille vir fuit, ita de populo Ro. meritus est, vt nō vni familię, sed vniuersæ ciuitati cōmēdatus esse debeat. Est aliqua mea pars virilis, q̄ eius ciuitatis sum, quā ille amplam, illustrē, clarāq; reddidit. præcipue q̄ in his artibus pro mea parte versor, quarū ille princeps fuit, æquitate, industria, tēperantia, defensione miserorū, odio improborū: quę cognatio studiorū, & artiū propemodū nō minus est cōiuncta, q̄ ista, qua vos delectamini generis, & nominis. Repeto abs te Verres monimētū P. Aphricani: causam Siculoꝝ, quā suscepi, relinquo: iudiciū de pecuniis repetūdis ne sit hoc tēpore: Segestanoꝝ iniurię negligant: basis P. Aphricani restituat: nomen inuictissimi Imperatoris incidat: signū pulcherrimū Carthagine captū reponat. Hæc abs te nō Siculorū defensor, nō tuus accusator, nō Segestani postulāt, sed is, q laudē, gloriāq; P. Aphricani tuendā, cōseruandāq; suscepit. Nō vereor ne hoc officiū meum P. Seruilio iudici nō probē: q cū res maximas gesserit, monimentaq; suarū rerū maxime cōstituat, atq; in his elaboret: profecto volet hæc non solū suis posteris, verū etiā oībus viris fortibus, & bonis ciuibus defendenda, non spoliāda improbis tradere. Nō vereor ne tibi Q. Catule displiceat, cuius amplissimū in orbe terrarū, clarissimūq; monimentū est, q̄ plurimos ē custodes monimentorū: putare oēs bonos, alienæ gloriæ defensionē, ad officiū suū pertinere. †Et quidē cęteris istius furtis, atq; flagitiis ita moueor, vt ea reprehendēda tātū putē. hic vero tantū dolore afficior, vt nihil mihi indignius ferendum videat. Verres Aphricani monimentis domū suā plenā stupri, plenā flagitii, plenā dedecoris, ornabit! Verres tēperatissimi, sanctissimiq; viri monimentū, Dianæ simulacrū virginis, in ea domo collocabit, in qua semper meretricū lenonūq; flagitia versant! At hoc solū Aphricani monimentū violasti! qđ! a Tindaritanis non eiusdē Scipionis beneficio positū simulacrū Mercurii pulcherrime factū sustulisti! at quēadmodū dii immortales! q̄ audacter, q̄ libidinose, q̄ impudēter! audistis nup dicere legatos Tindaritanos, hoies honestissimos, ac principes ciuitatis: Mercuriū, q sacris anniuersariis apud eos, ac summa religione colerēt: quem P. Aphricanus Carthagine capta Tindaritanis nō solū suę victorię, sed etiā illorū fidei, societatisq; monimentū, atq; indicium dedisset: huius vi, scelere, imperioq; esse sublatū. Qui vt primū in illud oppidū venit, statim tanq̄ ita fieri nō solū oporteret, sed etiā necesse esset: tanq̄ hoc Senatus mādasset: populusq; Ro. iussisset: ita continuo signū vt demolirent, & Messanā deportarēt, imperauit. Quod cum illis, qui aderant, indignū: q audiebāt, incredibile videret: nō est ab isto primo illo aduentu perseueratū. discedēs mādat Proagoro Sopatro, cuius verba audistis, vt demoliat. cū recusaret, vehemēter minat. ita tū ex illo oppido proficiscit. Proagorus refert rem ad Senatū, vehemēter vndiq; reclamat. Ne multa. iterū iste aliquāto post ad illos venit, quærit cōtinuo de signo. respōdet ei, Senatū nō permittere: pœnā capitis cōstitutā, si iniussu Senatus quisq̄ attigisset. simul religio cōmemorabat. Tum iste, quā mihi religionē narras! quā pœnā! quē Senatum! viuū te nō relinquā, moriere virgis, nisi signū tradis. Sopater iterū flens ad Senatū defert istius cupiditatē, minasq; demōstrat. Senatus Sopatro respōsum nullū dat, sed cōmotus, perturbatusq; discedit. Ille prętoris accersitus nuncio, rem demōstrat: negat vllo modo fieri posse. Atq; hæc (nihil em̄ prętermittendū de istius impudētia videt) agebant in cōuentu pa lā, de sella, ac de loco superiore. Erat hyems summa: tēpestas, vt ipsum Sopatrū dicere audistis, perfrigida: imber maximus: cū iste imperat lictoribus vt Sopatrū de porticu, in qua ipse sedebat, præcipitē in forū deiiciant, nudūq; cōstituāt. Vix erat hoc plane etiā imperatū, cum illū spoliatū, stipatūq; lictoribus videres. oēs ideo putabāt, vt miser, atq; innocēs virgis cęderet. fefellit hęc hoies opinio. virgis iste cęderet sine causa sociū populi Ro. atq; amicū! nō vsq; eo improbus, nō oia sunt in eo vno vitia, nunq̄ fuit crudelis. leuiter hominē, clemēterq; accepit. Equestres sunt medio in foro Marcellorū statuę: sicuti fere cęteris in oppidis Sicilię, ex q bus iste C. Marcelli statuā delegit: cuius officia in illa ciuitate, totaq; prouincia recentissima erant, & maxima. in ea Sopatrū hominem, tum domi nobilem, tum summo magistratu præditum, diuaricari, ac deligari iubet. Quo cruciatu sit affectus, venire in mentem necesse est

Noui homines.

Virtute impērant Romani.

Cognatio studiorum

† Equidem

Anniuersaria sacra.

oibus,cũ esset vinctus,nudus,ĩ aere,in imbri,in frigore.Neq; tñ finis huic iniurię,crudelitatiq; fiebat,donec populus,atq; vniuersa multitudo atrocitate rei,misericordiaq; cõmota,Senatũ clamore coegit,vt ei simulacrũ illud Mercurii pollicereť. Clamabãt fore,vt ipsi sese dii immortales vlciscerenť,hominẽ interea perire innocentẽ nõ oportere.Tum frequẽs Senatus ad eũ venit,pollicet signũ.Ita Sopater de statua C.Marcelli,cũ iã pene` obduruissет,vix viu9 auferť.Nõ possum disposite istũ accusare,si cupiã.opus est nõ solũ ĩgenio,verũ etiã artificio quodã singulari.Vnũ hoc crimẽ videť esse,& a me pro vno ponit, de Mercurio Tindaritano.plura sunt,sed ea quo pacto distinguere,ac separare possim,nescio.est pecuniarũ captarũ, q; signũ a sociis pecunię magnę sustulit. est peculatus,q; publice populi Ro.signũ,de præda hostiũ captũ,positũ Imperatoris nostri noie, non dubitauit auferre.est maiestatis,q; imperii nostri glorię,rerũq; gestarũ monimenta euertere,atq; asportare ausus est.est sceleris,q; religiones maximas violauit. est crudelitatis,q; in hominẽ innocentẽ,in sociũ nostrũ,atq; amicũ,nouũ,ac singulare supplicii genus excogitauit.Illud vero quid sit,iã nõ queo dicere:quo noie appellem,nescio:q; in C.Marcelli statua.quid est hoc!patronus ne q; erat!quid tum!quo id spectat!vtrũ ea res ad opem,an ad calamitatẽ clientiũ,atq; hospitum valere debebat!an vt hoc ostenderes!cõtra vim tuã in patronis nihil præsidii esse!Quis hoc nõ intelligeret,in improbi præsentis imperio maiorẽ esse vim,q̃ in bonorũ absentiũ patrocinio!An vero ex hoc illa tua singularis significať insolẽtia,superbia,cõtumacia! detrahere videlicet aliqd te de magnitudine Marcellorũ putasti.itaq; nũc Siculorũ Marcelli nõ sunt patroni,Verres in eorum locũ substitutus est.Quã in te tãtã virtutẽ esse,aut dignitatẽ arbitratus es,vt conarere cliẽtelam tam illustrẽ,tã splẽdidę prouinciæ,trãsducere ad te,auferre a certissimis antiquissimisq; patronis!Tu ista stultitia,nequitia,inertia,nõ modo totius Sicilię,sed vnius tenuissimi Siculi clientelã tueri potes!tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes Marcellorũ fuit! tu ex illius honore in eos ipsos,qui honorẽ illi habuerãt,supplicia quærebas!Quid postea!qd tãdem tuis statuis fore arbitrabare!an vero id qd accidit!Nam Tindaritani statuã istius, quã sibi propter Marcellos,altiore etiã basi poni iusserat,deturbarũt,simulac †successum isti audierũt. Dedit igitur tibi fortuna Siculorũ C. Marcellũ iudicẽ,vt cuius ad statuam Siculi te prętore alligabanť,eius religioni te eũdẽ vinctũ,astrictũq; dedamus.Ac primo Iudices hoc signũ Mercurii dicebat iste Tindaritanos C. Marcello huic Aefernino vẽdidisse, atq; hoc sua causa etiã Marcellũ ipm sperabat esse dicturũ:qd mihi nũq̃ verisimile visũ est,adolescẽtẽ illo loco natũ,patronũ Siciliæ,nomẽ suũ isti ad trãslationẽ criminis cõmodaturũ.Verũtamẽ ita res mihi tota†prævisa,atq; pręcauta est,vti si maxime esset inuẽtus,qui in se suscipere istius culpã,crimẽq; cuperet,tamẽ is proficere nihil posset.Eos eñ testes deduxi, & eas literas deportaui,vt de istius facto dubiũ nemini esse posset.Publicæ literę sunt,deportatũ esse Mercuriũ Messenã sumptu publico,dicũt quãti:prefuisse huic negotio publice legatũ Poleã.Quid is!vbi est!præsto est,testis est.Proagori Sopatri iussu.Quis est hic!qui ad statuã astrictus est. quid is!vbi est!testis est.vidistis hominẽ, & verba eius audistis. demoliendũ curauit Democritus Gymnasiarchus,q; is ei loco præerat.quid!hoc nos dicimus!immo vero ipse presens: Romę,nuper ipsum esse pollicitũ,sese id signũ legatis esse redditurum,si eius rei testificatio tolleret,cautũq; eẽt eos testimoniũ nõ eẽ dicturos.Dixit hoc apud vos Zosippus, & Hismenias hoies nobilissimi,& principes Tindaritanæ ciuitatis. Quid Agrigẽto!nõne eiusdẽ Scipionis monimentũ,signũ Apollinis pulcherrimũ, cuius in femine literulis minutis argẽteis nomẽ Myronis erat inscriptũ, ex Aesculapii religiosissimo fano sustulisti!Quod iste Iudices cũ clam fecisset:cũ ad suũ scelus illud,furtũq;,nefarios quosdam hoies improbos duces,atq; adiutores adhibuisset,vehemẽter cõmota ciuitas est.Vno eodẽ tẽpore Agrigentini, beneficiũ Aphricani,religionẽ domesticã,ornamentũ vrbis,indiciũ victorię,testimoniũ societatis, requirebãt.Itaq; ab illis,qui principes in ea ciuitate erant,præcipiť,& negotiũ datur quæstoribus,& ædilibus, vt noctu vigilias agerent ad ædes sacras. Etem iste Agrigenti, credo pro multitudine illorũ hoim, atq; virtute, & q; ciues Ro.viri fortes, ac strenui,& honesti permulti ĩ illo oppido coniunctissimo animo cum ipsis Agrigentinis viuunt,ac negotianť,non audebat palã tollere,aut poscere,quæ placebant.Herculis tẽplũ est apud Agrigentinos, non longe a foro, sane sanctũ apud illos, & religiosum. ibi est ex ære simulacrũ ipsius Herculis, quo nõ facile quicq̃ dixerim me vidisse pulchrius.tametsi non tã multũ in istis rebus intelligo,q̃ multa vidi. vsq; eo Iudices, vt rictus eius,ac mentũ paulo sit attritius,q; in precibus,

Exaggeratio criminis.

Transducere.

Patibulũ.

†successũ istius aud.

†prouisa.

Gymnasiarchus.

Herculis Agrigentini signum.

Rictus.

& gratulationibus nõ ſolũ id venerari, verũ etiã oſculari ſolẽt. Ad hoc tẽplũ, cum eſſet iſte Agrigenti, duce Timarchide repente nocte intẽpeſta ſeruorũ armatorũ fit cõcurſus, atq; impetus, clamor a vigilibus, faniq; cuſtodibus tollit, qui primo cũ obſiſtere, ac defendere conarent, male mulctati clauis, ac fuſtibus repellunt. poſtea cõuulſis repagulis, effractiſq; valuis, demoliri ſignũ, ac vectibus labefactare conant. Interea ex clamore fama tota vrbe percrebuit: expugnari deos patrios, nõ hoſtiũ aduẽtu, neq; repentino prędonũ impetu: ſed ex domo, atq; cohorte prætoria manu fugitiuorũ inſtructã, armatãq; veniſſe. Nemo Agrigenti neq; ætate tam affecta, neq; viribus tam infirmis fuit, q nõ illa nocte eo nũcio excitatus, ſurrexerit, telumq;, qđ cuiq; ſors offerebat, arripuerit. Itaq; breui tẽpore ad fanũ ex vrbe tota concurrit. Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti hoĩes moliebant: illud interea nutabat ex parte: cũ alii vectibus ſubiectis conarent cõmouere: alii deligatũ oĩbus membris rapere ad ſe funibus. repẽte Agrigentini cõcurrũt: fit magna lapidatio, dãt ſeſe in fugã iſtius pręclari imperatoris nocturni milites. Duo tamẽ ſigilla perparuula tollũt, ne omnino inanes ad iſtũ prędonẽ religionũ reuerterent. Nunq; tantũ mali eſt Siculis, quin aliqd facete, & cõmode dicãt. velut in hac re. aiebant in labores Herculis nõ minus hũc immaniſſimũ Verrẽ, q illũ aprum Erymanthiũ referri oportere. Hãc virtutẽ Agrigentinorũ imitati ſunt Aſſorini poſtea viri fortes, & fideles, ſed nequaq; ex tam ampla, neq; tã ex nobili ciuitate. Chryſas eſt amnis, q per Aſſorinorũ agros fluit. Is apud illos habet deus, & religione maxima colit. Fanũ eſt eius in agro propter ipſam viã, qua Aſſoro itur †Ennã. in eo Chryſæ eſt ſimulacrũ præclare factũ e marmore. Id iſte poſcere Aſſorinos propter ſingularẽ ei⁹ fani religionẽ nõ auſus eſt. Tlepolemo dat, Hieroniq; negotiũ, illi noctu facta manu, armataq; veniũt, fores ædis effringunt: ędi tui, cuſtodeſq; mature ſentiunt: ſignũ, qđ erat notũ vicinitati, buccina dat: hoĩes ex agris cõcurrunt, eiicit, fugatq; Tlepolemus, neq; quicq; ex fano Chryſę pręter vnũ perparuulũ ſignũ ex ęre, defideratũ eſt. Matris magnę fanũ apud Enguinos eſt. iã em̃ mihi non mõ breuiter de vnoquoq; dicendũ eſt, ſed etiã prætereunda vident eſſe permulta, vt ad maiora iſtius, & illuſtriora in hoc genere furta, & ſcelera veniamus. In hoc fano loricas, galeaſq; æneas, cælatas opere Corinthio, hydriaſq; grãdes ſimili in gñe, atq; eadẽ arte perfectas, idẽ ille P. Scipio, vir oĩbus rebus pręcellẽtiſſimus poſuerat: & ſuũ nomẽ inſcripſerat. Quid iã de iſto plura dicã? aut querar? oĩa illa Iudices abſtulit: nihil in religioſiſſimo fano, pręter veſtigia violatæ religionis, nomẽq; P. Scipionis reliquit. hoſtiũ ſpolia, monimẽta imperatorum, decora, atq; ornamenta fanorũ, poſthac his præclaris noĩbus amiſſis in inſtrumento, ac ſupellectili C. Verris nominabunt. Tu videlicet ſolus vaſis Corinthiis delectaris? tu illius æris tẽperationẽ, tu operũ liniamẽta ſolertiſſime perſpicis? hæc Scipio ille nõ intelligebat, homo doctiſſimus, atq; humaniſſimus? tu ſine vlla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis, intelligis, & iudicas? Vide ne ille nõ ſolũ tẽperantia, ſed etiã intelligẽtia te, atq; iſtos, q ſe elegantes dici volũt, vicerit. Nã q pulchra eſſent intelligebat. idcirco exiſtimabat ea, nõ ad hoĩm luxuriẽ, ſed ad ornatũ fanorũ, atq; oppidorũ eſſe facta, vt poſteris noſtris monimẽta religioſa eſſe videãtur. Audite etiã ſingularẽ ei⁹ Iudices cupiditatẽ, audaciã, amẽtiã, i his pſertim ſacris polluẽ dis, quæ non modo manibus attingi, ſed ne cogitatione violari fas fuit. Sacrariũ Cereris eſt apud Catinenſes, eadẽ religione qua Romę, qua in cęteris locis, qua prope in toto orbe terrarũ. In eo ſacrario intimo fuit ſignũ Cereris pantiquũ, qđ viri, nõ modo cuiuſmodi eſſet, ſed ne eſſe qdẽ ſciebãt. aditus em̃ in id ſacrariũ nõ eſt viris. Sacra per mulieres, ac virgines cõfici ſolẽt. hoc ſignũ noctu clã iſtius ſerui, ex illo religioſiſſimo, atq; antiquiſſimo fano ſuſtulerunt. Poſtridie ſacerdotes Cereris, atq; illius fani antiſtitę, maiores natu, probatæ, ac nobiles mulieres, rẽ ad magiſtratus ſuos deferũt. omnibus acerbũ, indignũ, luctuoſum deniq; videbat. Tũ iſte permotus illa atrocitate negotii, vt ab ſe ſceleris iſtius ſuſpitio remoueretur, dat hoſpiti ſuo cuidã negotiũ, vt aliquẽ reperiret, quẽ ea feciſſe inſimularet: daretq; operã, vt is eo crimine damnaret, ne ipſe eſſet in crimine. Res nõ procraſtinat. nã cũ iſte Catinã profectus eſſet, ſerui cuiuſdã nomẽ defert. is accuſat, ficti teſtes in eũ dant, rem cunctus Senatus Catinẽſiũ, legibus iudicat. Sacerdotes vocant, ex his quęrit ſecreto in curia, quid eſſet factũ: quẽadmodũ arbitrarent ſignũ eſſe ablatũ. Reſpondẽt illę, prætoris in illo loco ſeruos eſſe viſos. res, quę eſſet antea nõ obſcura, Sacerdotũ teſtimonio perſpicua eſſe cœpit. Itur in conſiliũ: ſeruus ille innocens oĩbus ſententiis abſoluit, quo facilius vos hũc oĩbus ſententiis condemnare poſſetis. Quid em̃ poſtulas Verres? qd ſperas? quẽ tibi aut deorũ, aut hoĩm auxilio

Affecta ætate.

Lapidatio.

Facetiæ Siculorũ.

Chryſas.

Propter viam.

†Menam

Hermola⁹ Bar. legit.

Hydriæ.

Gellius antiſtitę, non antiſtites legit.

puras futurũ? eo ne tu ſeruos ad ſpoliãdũ fanũ immittere auſus es, quo liberos adire ne orã di qdẽ cauſa fas erat? his ne rebus manus afferre nõ dubitaſti, a qbus etiã oculos cohibere religionũ iura cogebãt? tãetſi ne oculis qdẽ captus in hãc fraudẽ, tam ſceleratã, ac tam nefariã decidiſti, nã id concupiſti, qđ nũq̃ videras: id inquã adamaſti, qđ antea non aſpexeras, auribus tu tantã cupiditatẽ cõcepiſti, vt eã nõ metus, nõ religio, nõ deorũ vis, nõ hominũ exiſtimatio cõtineret. At ex viro bono audieras credo, & bono auctore, q id poteſt? q ne ex viro quidẽ audire potueris. Audiſti igit̃ ex muliere: quoniã id viri neq; vidiſſe, neq; noſſe poterãt. Qualẽ porro illã fœminã fuiſſe putatis Iudices? q̃ pudicã, quæ cũ Verre loqueret? q̃ religioſam, quę ſacrariũ ſpoliandi oſtẽderet rationẽ? At minime mirũ, quę ſacra per ſummã caſtimoniã virorũ, ac mulierũ erãt, eadẽ per iſtius ſtuprũ, ac flagitiũ eſſe violata. Quid ergo? hoc ſolũ auditione expetere cœpit, cũ id ipſe nõ vidiſſet? īmo vero alia cõplura. ex qbus eligam ſpoliationẽ nobiliſſimi, atq; antiquiſſimi fani, de qua priore actione teſtes dicere audiſtis. nũc illa eadẽ quæſo audite: & diligẽter, ſicut adhuc feciſtis, attẽdite. Inſula eſt Melita Iudices, ſatis lato ab Sicilia mari, periculoſoq; diſiũcta: in qua eſt eodẽ noĩe oppidũ, quo iſte nunq̃ acceſſit. qđ tamẽ iſti textrinũ per trienniũ ad muliebrẽ veſtẽ cõficiendã fuit. Ab eo oppido nõ lõge, in promontorio fanũ eſt Iunonis antiquũ: qđ tanta religione ſemper fuit, vt nõ modo illis Punicis bellis, quę in his fere locis nauali prelio geſta, atq; verſata ſunt, ſed etiã in hac prædonũ multitudine ſemper inuiolatũ, ſanctũq; fuerit. Quin etiã hoc memorię proditũ eſt, claſſe quondã Maſiniſſæ regis ad eũ locũ appulſa, prefectũ regiũ dẽtes eburneos incredibili magnitudine e fano ſuſtuliſſe, & eos in Aphricã portaſſe, Maſiniſſæq; donaſſe. Regem qdẽ primo delectatũ eſſe munere: poſt, vbi audiſſet vnde eſſent, ſtatim certos hoſtes in quinqueremi miſiſſe, qui eos dentes reportarẽt. itaq; in his inſcriptũ literis Punicis fuit: Regẽ Maſiniſſam imprudentẽ accepiſſe: re cognita reponẽdos, reſtituẽdoſq; curaſſe. Erat preterea magna vis eboris, multa ornamenta, in qbus eburneæ Victoriæ antiquo opere, ac ſumma arte perfectę. Hæc iſte oĩa, ne multis morer, vno impetu, atq; vno nuncio per ſeruos Venerios, quos eius rei cauſa miſerat, tollenda, atq; aſportãda curauit. Pro` dii immortales quẽ ego hominẽ accuſo? quem legibus, ac iudiciali iure perſequor? de quo vos ſententiã per tabellã feretis? Dicũt legati Melitenſes publice, ſpoliatũ tẽplũ eſſe Iunonis, nihil iſtũ in religioſiſſimo fano reliquiſſe: quẽ in locũ claſſes hoſtiũ ſępe acceſſerint, vbi piratę fere quotannis hyemare ſolebãt, qđ neq; prędo violauerit antea, neq; hoſtis attigerit, id ab vno iſto ſic ſpoliatũ eſſe, vt nihil omnino ſit relictũ. Hic nũc iſte reus, aut ego accuſator, aut hoc iudiciũ appellabit? crimĩib9 em̃ coarguit̃, aut ſuſpitionibus in iudiciũ vocat̃. Dii ablati, fana vexata, nudatæ vrbes reperiunt̃. Earũ autem rerum nullã. ubi iſte neq; inficiandi rationẽ, neq; defendendi facultatẽ reliquit: omnibus in rebus coarguitur a me, conuincit̃ a teſtibus, vrgetur confeſſione ſua, manifeſtis in maleficiis tenetur, & manet etiã, ac tacitus facta mecũ ſua recognoſcit. Nimiũ mihi diu videor in vno genere verſari criminũ: ſentio Iudices occurrendũ eſſe ſatietati auriũ, animorũq; veſtrorũ. quãobrẽ multa prętermittã. Ad ea autẽ, quæ dicturus ſum, reficite vos queſo Iudices per deos immortales, per eos ipſos, de quorũ religione iandiu dicimus, dum id eius facinus cõmemoro, & profero, quo prouincia tota cõmota eſt. de quo ſi paulo altius ordiar, ac repetere memoriã religionis videbor, ignoſcite. rei magnitudo me breuiter perſtringere atrocitatẽ criminis nõ ſinit. Vetus eſt hæc opinio, quę cõſtat ex antiquiſſimis Græcorũ literis, atq; monimẽtis, inſulã Siciliã totã eſſe Cereri, & Liberę cõſecratã. hoc cũ cęteræ gẽtes fic arbitrãtur, tum ipſis Siculis tam perſuaſum eſt, vt animis eorũ inſitum, atq; innatũ eſſe videat̃. Nã & natas eſſe has in his locis deas, & fruges in ea terra primum repertas arbitrant̃, & raptam eſſe Liberam, quam eandem Proſerpinam vocant, ex Ennenſium nemore: qui locus, q̃ in media eſt inſula ſitus, vmbilicus Siciliæ nominatur. Quam cum inueſtigare, & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammaſſe tædas ex iis ignibus, qui ex Aetnæ vertice erumpunt: quas ſibi cum ipſa præferret, orbem omnium peragraſſe terrarum. Enna autem, vbi ea, quæ dico, geſta eſſe memorantur, eſt loco prącelſo, atq; edito: quo in ſummo eſt æquata agri planities, & aquæ perennes. tota vero omni aditu circũciſa, atq; direpta eſt. quam circa lacus, luciq; ſunt plurimi, & lectiſſimi flores omni tẽpore anni, locus vt ipe raptum illum virginis, quem iam a pueris accepimus, declarare videatur. Etenim propter eſt ſpelunca quædam, conuerſa ad aquilonẽ, infinita altitudine, qua Ditem patrẽ ferunt repente cũ curru extitiſſe, abreptãq; ex eo loco virginem ſecum aſportaſſe, & ſubito non longe a Syracuſis penetraſſe ſub terras:

Melita & Melitenſis veſtis.

Textrinũ.

Maſiniſſæ religio.

Cõciliat ſibi beneuolam attentionem.

Sicilia Cereri ac Liberæ ſeu Proſerpinę ſacrata.

Enna vmbilicus Siciliæ.

Propter. Extitiſſe.

lacũq; in eo loco repente extitisse: vbi vsq; ad hoc tẽpus Syracusani festos dies anniuersarios agunt, celeberrimo virorũ, mulierũq; conuentu. Propter huius opinionis vetustatẽ, q; eorũ in locis vestigia, ac prope incunabula reperiunt deorũ, mira quædã tota Sicilia priuatim, ac publice religio est Cereris Ennensis. Etẽ multa sæpe prodigia vim eius, numẽq; declarant: multis sępe in difficillimis rebus prẹsens auxiliũ eius oblatũ est: vt hęc insula ab ea nõ solũ diligi, sed etiã incoli, custodiriq; videat. Nec solũ Siculi, verũ etiã cęterę gẽtes, nationesq; Ennẽsem Cererẽ maxime colũt. Etẽ si Atheniẽsiũ sacra summa cupiditate expetunt, ad quos Ceres in illo errore venisse dicit, frugesq; attulisse: quantã esse religionẽ conuenit eorum, apud quos eã natã esse, & fruges inuenisse cõstat! Itaq; apud patres nostros atroci, ac difficili Reipu. tẽpore, cũ Ti. Graccho occiso magnoꝝ periculoꝝ metus ex ostẽtis portẽderet: P. Mutio, L. Calphurnio Consl. aditũ est ad libros Sibyllinos: a qbus inuentũ est Cererẽ antiquissimã placari oportere. Tũ ex amplissimo collegio decẽuirali Sacerdotes populi Ro. cũ esset ĩ vrbe nostra pulcherrimũ, & magnificentissimũ tẽplũ, tamẽ vsq; Ennã profecti sunt. Tãta em erat auctoritas, & vetustas illius religionis, vt cũ illuc irẽt, nõ ad ædẽ Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderent. Nõ obtundã diutius aures vestras: iandudũ vereor, ne oratio mea aliena ab iudiciorũ ratiõe, & quotidiana dicẽdi cõsuetudine esse videat. hoc dico: hãc ipsam Cererẽ, antiquissimã, religiosissimã, principẽ omniũ sacrorũ, quæ apud oẽs gẽtes, nationesq; fiunt, a C. Verre ex suis tẽplis, ac sedibus esse sublatã. Qui accessistis Ennam, vidistis simula crũ Cereris e marmore, & in altero tẽplo Liberæ. sunt ea perampla, atq; preclara, sed non ita antiqua. Ex ære fuit quoddã modica amplitudine, ac singulari opere, cũ facibus, perantiquũ, omniũ illoꝝ, quę sunt in eo fano, multo antiquissimũ. id sustulit. Ac tamẽ eo contentus non fuit. ante ædẽ Cereris in aperto, ac propatulo loco signa duo sunt, Cereris vnũ, alterũ Ptolemi, & pulcherrima, & perampla. his pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit: q; eorũ demolitio, atq; asportatio perdifficilis videbat. Insistebat in manu Cereris dextra simulacrum pulcherrime factũ Victoriæ. hoc iste e signo Cereris auellendũ, asportandũq; curauit. Qui tandẽ istius animus est nũc in recognitione scelerũ suorũ: cũ ego ipse in cõmemoratione eorũ nõ solũ animo cõmouear, verũ etiã corpore perhorresca! Venit em mihi fani, loci, religionis illius in mentẽ: versant ante oculos oĩa: dies ille, quo ego Ennã cũ venissem, præsto mihi Sacerdotes Cereris cũ infulis, ac verbenis fuerũt: concio, conuentusq; ciuiũ: in quo ego cũ loquerer, tanti fletus, gemitusq; fiebãt, vt acerbissimus tota vrbe luctus versari videretur. Nõ illi Decumarũ imperia, nõ bonorũ direptiones, nõ iniqua iudicia, nõ importunissimas istius libidines, nõ vim, nõ cõtumelias, qbus operti, oppressiq; erant, cõquerebant: Cereris numen, sacrorũ vetustatẽ, fani religionẽ, istius sceleratissimi, atq; audacissimi supplicio expiari volebant. oĩa se cætera pati ac negligere dicebãt. hic dolor e[illegible]tãtus, vt Verres alter Orcus venisse Ennã, & non Proserpinã asportasse, sed ipsam abripuisse Cererẽ videret. Etẽ vrbs illa nõ vrbs videt, sed fanũ Cereris esse. habitare apud sese Cererẽ Ennenses arbitrant. vt mihi nõ ciues illius ciuitatis, sed oẽs sacerdotes, oẽs accolæ, atq; antistites Cereris esse videant. Ennę tu simulacrũ Cereris tollere audebas! Ennę tu de manu Cereris Victoriã diripere, & deã deæ detrahere conatus es! quorũ nihil violare, nihil attingere ausi sunt, in quibus erant oĩa quę sceleri propiora sunt, q̃ religioni. Tenuerũt em P. Popilio, P. Rupilio Consl. illũ locũ serui, fugitiui, barbari, hostes. sed neq; tã serui illi dominorũ, q̃ tu libidinũ: neq; tã fugitiui illi a dominis, q̃ tu a iure, & a legibus: neq; tã barbari lingua, & natione illi, q̃ tu natura, & moribus: neq; illi tam hostes hoĩbus, q̃ tu diis immortalibus. Quę deprecatio est igitur ei reliqua, q̃ indignitate seruos, temeritate fugitiuos, scelere barbaros, crudelitate hostes vicerit? Audistis Theodorũ, & Numiniũ, & Nicasionẽ legatos Ennenses publice dicere, sese a suis ciuibus hæc habere mandata, vt ad Verrẽ adirẽt, & eũ simulacrũ Cereris, & Victoriæ reposcerẽt. id si impetrassent, tum vt morẽ veterẽ Ennensiũ cõseruarẽt: publice in eũ, tametsi vexasset Siciliã, tamẽ, quoniã hæc a maioribus cõstituta accepissent, testimoniũ ne qd̃ dicerent. sin autẽ ea nõ reddidisset, tũ vt iudicio adessent, tũ vti de eius iniuriis iudices docerẽt: sed multo maxime de religione quererent. Quas illorũ querimonias nolite per deos immortales aspernari, nolite cõtẽnere, ac negligere Iudices. Agunt iniuriæ sociorũ: agit ius legum: agit existimatio, veritasq; iudiciorũ. quæ sunt oĩa permagna: verũ illud maximũ. tãta religione obstricta tota prouincia est: tãta supstitio ex istius facto mẽtes oĩm Siculorũ occupauit: vt quęcũq; accidãt publice, vel priuatim icõmoda, ppter eã causam scelere isti⁹ euenire videant.

Ceres Ennensis.

Atheniẽsi. Cererẽ colunt.

Decemuiri sacrorum.

Propatulo loco.

Verres alter Orcus.

†Aetnẽſes. Audiſtis Centuripinos, Agyrinenſes, Catinẽſes, Herbitẽſes, †Ennenſes, cõplures alios, publi ce dicere, quæ ſolitudo eſſet in agris, quę vaſtitas, quę fuga aratorum: q̃ deſerta, q̃ inculta, q̃ relicta oĩa. ea tametſi iſtius multis, & variis iniuriis acciderũt, tamẽ hęc vna cauſa in opinio ne Siculorũ plurimũ valet, q̃ Cerere violata, oẽs cultus, fructuſq; Cereris, in his locis inter iiſſe arbitrant. Medemini religioni ſocioꝝ Iudices, cõſeruate veſtrã auctoritatẽ. Neq; eñ hęc externa nobis eſt religio, neq; aliena. q̃ ſi eſſet, ſi ſuſcipere eam nolletis, tñ in eo, qui violaſſet, ſancire vos velle oporteret. Nũc vero in cõmuni oĩm gentiũ religione, inq; his ſacris, quæ

Sacra Grę ca.

maiores noſtri ab exteris nationibus adſcita, atq; accerſita coluerunt: quæ ſacra, vt erant re vera, ſic appellari Greca voluerunt: negligentes, ac diſſoluti, ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus:

Syracuſæ. Vnius etiã vrbis omniũ pulcherrimæ, atq; ornatiſſimę Syracuſarũ direptionẽ cõmemora bo, & in mediũ proferã Iudices: vt aliquãdo totã huius generis rationẽ cõcludã, ac definiã. Nemo fere veſtrũ eſt, quin quẽadmodũ captæ ſint a M. Marcello Syracuſæ, ſæpe audierit, nõ nũq̃ etiã in annalibus legerit. Cõferte hãc pacẽ, cũ illo bello: huius prętoris aduẽtũ, cũ illius Imperatoris victoria: huius cohortẽ impurã, cũ illius exercitu inuicto: huius libidines, cum illius continẽtia. ab illo, qui cepit, conditas: ab hoc, q̃ cõſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas. Nũc iam illa omitto, quę diſperſe a me multis locis dicent, ac dicta ſunt: forũ Syracuſanorũ, qđ introitu Marcelli a plurima cęde ſeruatũ eſt, id aduentu Verris Siculorũ innocẽtiũ ſanguine redundaſſe: portũ Syracuſanorũ, q̃ tum & noſtris claſſibus, & Carthaginẽſium clauſus fuiſſet, eum iſto prętore Cilicũ Myoparoni, prædonibuſq; patuiſſe. Mitto adhibitã vim ingenuis, matreſfamilias violatas: quę tũ vrbe capta cõmiſſa nõ ſunt, neq; odio hoſtili, neq; licẽtia militari, neq; more belli, neq; iure victorię. mitto inquã hæc oĩa, quæ ab iſto pær

Præclaro ad aſpectũ.

trienniũ pfecta ſunt. ea quę cõiuncta cũ illis reb⁹ ſunt, de qbus antea dixi, cognoſcite. Vrbẽ Syracuſas maximã eſſe Græcarũ vrbiũ, pulcherrimãq; oĩm ſępe audiſtis. eſt Iudices ita, vt di cit. nã & ſitu eſt cõmunito, tũ ex omni aditu, vel terra, vel mari pręclaro ad aſpectum: & por tus habet propẽ in ędificatione, aſpectuq; vrbis incluſos: q̃ cũ diuerſos iter ſe aditus habeãt,

Syracuſæ ex q̃ttuor vrbib⁹ &c.

in exitu cõiungunt, & cõfluũt. eorũ cõiunctione, pars oppidi, quę appellat Inſula, mari diſiũ cta anguſto, ponte rurſum adiungit, & cõtinet. Ea tãta eſt vrbs, vt ex quattuor vrbibus ma ximis cõſtare dicat: quarũ vna eſt ea, quã dixi, Inſula: quę duobus portub⁹ cincta, in vtriuſq; portus oſtiũ, aditumq; proiecta eſt: in qua domus eſt quę Regis Hieronis fuit, qua prætores vti ſolẽt. In ea ſunt ædes ſacræ cõplures: ſed duę, quę longe cęteris antecellunt: Dianę vna, &

Arethuſa.

altera, quę fuit ante iſtius aduentũ ornatiſſima, Minerue. In hac Inſula extrema eſt fons aquę dulcis, cui nomẽ Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſciũ, qui fluctu totus

Acradina. Prytaneũ.

operiret, niſi munitione, ac mole lapidum a mari diſiunctus eſſet. Altera autẽ eſt vrbs Syra cuſis, cui nomen Acradina eſt: in qua forũ maximũ, pulcherrimę porticus, ornatiſſimũ Pry taneũ, ampliſſima eſt curia, tẽplũq; egregiũ Iouis Olympii: cæteręq; vrbis partes vna lata via

Tyche.

pærpetua, multiſq; tranſuerſis diuiſæ, priuatis ædificiis continent. Tertia eſt vrbs, quæ q̃ in ea parte Fortunę fanũ antiquũ fuit, Tyche nominata eſt: ĩ qua & Gymnaſiũ ampliſſimũ eſt,

Neapolis. †Tennites.

& cõplures ędes ſacræ: colit̃q; ea pars, & habitat frequentiſſime. Quarta autem eſt vrbs, quæ quia poſtrema ędificata eſt, Neapolis nominat: quam ad ſummã Theatrũ eſt maximũ: prętor ea duo tẽpla ſunt egregia, Cereris vnũ, alterũ Liberę: ſignũq; Apollinis qui †Themictes voca tur, pulcherrimũ & maximũ: quod iſte ſi portare potuiſſet, non dubitaſſet auferre. Nunc ad Marcellũ reuertar, ne hęc a me ſine cauſa cõmemorata eſſe videant. Qui cũ tam pręclarã vr bem vi, copiiſq; cepiſſet, non putauit ad laudẽ populi Ro. hoc pertinere, hanc pulchritudinẽ ex qua preſertim nihil periculi oſtenderet, delere, & extinguere. iraq; ędificiis oĩbus, publicis, priuatis, ſacris, & profanis ſic pærcit: quaſi ad ea defendenda cũ exercitu, non expugnanda veniſſet. In ornatu vrbis habuit victorię rationẽ, habuit humanitatis. victorię putabat eſſe, multa Romã deportare, quę ornamẽto vrbi eſſe poſſent. humanitatis, nõ plane ſpoliare vr bẽ: preſertim quã cõſeruare voluiſſet. In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli populo Ro. appetiuit, q̃ humanitas Syracuſanis reſeruauit. Romã quę aſportata ſunt, ad ędẽ Honoris, atq; Virtutis, itẽq; aliis in locis videmus. Nihil in ędibus, nihil in hortis poſuit, nihil in ſuburbano, putauit ſi vrbis ornamẽta domũ ſuã nõ cõtuliſſe, domũ ſuam vrbi orna mento futurã. Syracuſis aũt permulta, atq; egregia reliquit: deum vero nullũ violauit, nullũ attigit. Cõferte Verrẽ, nõ vt hominẽ cũ hoĩe cõparetis, nequa tali viro mortuo fiat iniuria: ſed vt pacem cum bello: leges cum vi: forum, & iuriſdictionẽ cum ferro, & armis: aduct̃u, &

comitatū cū exercitu,& victoria cōferatis. Aedes Mineruę est in insula, de qua ante dixi. quā Marcellus nō attigit, quā plenā, atq; ornatā reliqt. quæ ab isto sic spoliata, atq; direpta est, nō vt ab hoste aliquo, qui tñ in bello religionū,& cōsuetudinis iura retineret, sed vt a barbaris p̄domibus vexata esse videat. Pugna erat equestris Agathoclis regis in tabulis picta p̄clare. his aūt tabulis interiores templi parietes vestiebant. nihil erat ea pictura nobilius: nihil Syracusis, qđ magis visendū putaret. has tabulas M. Marcellus, cū oīa illa victoria sua p̄fana fecisset, tñ religione impędit⁹ nō attigit. iste, cū iam illa p̄pter diuturnā pacē, fidelitatēq; populi Syracusani sacra, religiosaq; accepisset, oēs eas tabulas abstulit: parietes, quoq; ornatus tot secula manserat, tot bella effugerat, nudos ac deformatos reliqt. Et Marcellus, q̄ si Syracusas cepisset, duo templa dedicaturū se Romę vouerat, id qđ erat ædificaturus, his rebus ornare, quas ceperat, noluit. Verres, q̄ nō Honori, neq; Virtuti, vt ille, sed Veneri,& Cupidini vota deberet, is Mineruę tēplū spoliare conat⁹ est. Ille deos deorū spoliis ornare noluit: hic ornamenta Mineruę virginis in meretriciā domū transtulit. Vigiti & septē p̄terea tabulas pulcherrime pictas ex eadē æde sustulit, in q̄bus erāt imagines Sicilię Regū, ac Tyrānoq;: q̄ non solū pictoq; artificio delectabant, sed etiā cōmemoratione hominū,& cognitione formarum. Ac videte quanto tetrior hic tyrānus Syracusanis fuerit, q̄ quisq̄ supĕriorū: cum illi tñ ornarint templa deorū immortaliū: hic etiā deorū monimenta, atq; ornamenta sustulerit. Iā vero quid ego de valuis illius tēpli cōmemorē? vereor, ne hæc q nō viderūt, oīa me nimis auge re, atq; ornare arbitrent. qđ tñ nemo suspicari debet, tā esse me cupidū, vt tot viros primarios velim, p̄sertim ex iudicū numero, qui Syracusis fuerint, qui hęc viderint, esse temeritati,& mendacio meo cōscios. Confirmare hoc liquido Iudices possum, valuas magnificentiores ex auro, atq; ebore p̄fectiores nullas vnq̄ vllo tpe fuisse. incredibile dictu est, q̄ multi Gręci de valuarū harū pulchritudine scriptū reliquerint. Nimiū forsitā hęc illi mirent, atq; efferant. esto. verūtamen honestius est reip. nostrę Iudices ea, q̄ illis pulchra esse videant, Impatorē nostrū in bello reliquisse, q̄ p̄torē in pace abstulisse. Ex ebore diligentissime p̄fecta argumēta erāt in valuis. ea detrahēda curauit oīa. Gorgonis os pulcherrimū, cinctū anguib⁹, reuellit, atq; abstulit. & tamen indicauit, nō solū artificio, sed etiā p̄cio, quęstuq; duci. nam bullas oēs aureas ex his valuis, q̄ erant & multæ & graues, nō dubitauit auferre: quarū iste nō opere delectabat, sed pondere. Itaq; eiusmodi valuas reliquit, vt q̄ olim ad ornādū tēplū erāt maxime, nūc tantū ad claudēdū factę esse videant. Etiā ne gramineas hastas! vidi. n. vos in hoc non minime, cū testes dicerent, cōmoueri: q̄ erant huiusmodi, vt semel vidisse satis esset, in quibus neq; manu factū quicq̄, neq; pulchritudo erat vlla, sed tātū magnitudo incredibilis: de qua, vel audire satis esset: nimiū, videre plusq̄ semel. etiā ne id cōcupisti! Nam Sappho, quę sublata de Prytaneo est, dat tibi iustam excusationē, propę vt cōcedēdū, atq; vt ignoscēdū est videat. M. Syllanionis opus tā p̄fectū, tā elegās, tam elaboratū, quisq̄ nō modo priuatus, sed populus potius haberet, q̄ homo elegātissimus atq; eruditissimus Verres! nimirū cōtra dici nihil potest. Nostrum enim vnusquisq;, qui tam beati q̄ iste est, non sumus, tam delicati esse nō possumus, siqñ aliquid istiusmodi videre volet, eat ad ædē Felicitatis, ad monimētū Catuli, in porticu Metelli, det operā vt admittatur in alicuius istorū Tusculanū, spectet eorum ornatū, si quid iste suorū, Aedilibus accōmodauit: Verres hęc habeat domi, Verres ornamentis fanorū, atq; oppidorū habeat plenā domū, villas refertas. Etiā ne hui⁹ operarii studia, ac delitias Iudices p̄ferretis! qui ita nat⁹ est, ita educat⁹, ita factus,& animo,& corpore, vt multo appositior ad deferenda, q̄ ad auferēda signa esse videat. Atq; hæc Sappho sublata quātū desideriū sui reliquerit, dici vix potest. nam tū ipsa fuit egregie facta, tū epigrāma græcū p̄nobile incisum habuit in Basi: qđ iste eruditus homo,& greculus, q hęc subtiliter iudicat, qui solus intelligit, si vnam literā grecā scisset, nō sustulisset. nunc em qđ inscriptū est inani in basi, declarat qđ fuerit,& id ablatū indicat. Quid! signū Peanis ex æde Aesculapii p̄clare factū, sacrū,& religiosum nō sustulisti! qđ omnes propter pulchritudinem visere, propter religionem colere solebāt. Quid! ex æde Liberi simulacrū Aristei nō tuo imperio palam ablatū est! Quid! ex æde Iouis religiosissimū simulacrū Iouis Impatoris, quē Greci Vrion nominār, pulcherrime factū nōne abstulisti! Quid! ex ędē Liberi paruū illud caput pulcherrimū qđ visere solebamus, dubitasti tollere! Atq; ille Pean sacrificiis anniuersariis simul cū Aesculapio apud illos colebatur. Aristeus, qui, vt greci ferūt, Liberi filius inuētor olei esse dicitur, vna cū Libero patre apud illos eodē erat in tēplo cōsecratus. Iouē aūt Impĕratorē quāto ho-

Syracusanæ tabulæ.

Valuę memorabiles.

Gorgonis os.

Reuellit.

Iuppiter impĕrator.

Aristeus.

Facetias attende.

Appositior

Actio. VI.

nori in ſuo tẽplo fuiſſe arbitramini? hinc colligere poteſtis, ſi recordari volueritis quãta religione fuerit eadem ſpecie atq; forma ſignum illud, qđ ex Macedonia captũ, in Capitolio poſuerat Flaminius. Etenim tria ferebant in orbe terrarũ ſigna Iouis Imperatoris vno in genere pulcherrime facta. vnum, illud Macedonicũ, qđ in Capitolio videmus. alterũ, in Ponti ore & anguſtiis. tertiũ, qđ Syracuſis ante Verrẽ prętorẽ fuit. Illud Flaminius ita ex ęde ſua ſuſtulit, vt in Capitolio, hoc eſt in terreſtri domicilio Iouis poneret. Qđ aũt eſt ad introitũ Ponti, id cũ tam multa ex illo mari bella emerſerint, tã multa porro in Põtũ inuecta ſint, vſq; ad hanc diem integrũ inuiolatũq; ſeruatũ eſt. Hoc tertiũ, qđ erat Syracuſis, qđ M. Marcellus ornatus, & victor viderat, qđ religioni cõceſſerat, qđ ciues, atq; incolę Syracuſani colere, aduenę nõ ſolũ viſere, verum etiam venerari ſolebant: id Verres ex templo Iouis ſuſtulit. Vt ſacpius ad M. Marcellũ reuertar Iudices, ſic habetote: plures eſſe a Syracuſanis iſtius aduentu deos, q̃ victoria Marcelli hoſtes deſideratos. Etem̃ ille requiſiſſe dicit etiã Archimedẽ illũ, ſũmo ingenio hoſtem, ac diſciplina, eũq; cum audiſſet interfectũ, permoleſte tuliſſe. Iſte oĩa quæ requiſiuit, nõ vt ſeruaret, verũ vt aſportaret, requiſiuit. Iã illa, quia leuiora videbunt, ſi hoc loco dicerẽt, ideo prteribo, q; iſte mẽſas Delphicas e marmore, crateras ex ere pulcherrimas, vim maximam vaſorũ Corinthiorũ, ex omnibus ędib⁹ ſacris Syracuſis abſtulit. Itaq; Iudices hi qui hoſpites ad ea, q̃ viſenda ſunt, ducere ſolẽt, & vnũquicq; oſtẽdere, quos illi †Xenagogos vocant, cõuerſã iã habẽt demõſtrationẽ ſuã. nã vt ante demõſtrabant, qd vbiq; eſſet: ita nũc quid vndiq; ablatũ ſit, oſtendunt. Quid tũ? mediocri ne tandẽ dolore eos affectos eſſe arbitramini? nõ ita eſt Iudices: primũ q; omnes religione mouent, & deos patrios, quos a maioribus acceperũt, colendos ſibi diligenter, & retinẽdos eſſe arbitrant. deinde hic ornatus, hæc opera, atq; artificia, ſigna, tabulæ pictę, gręcos hoſtes nimio opere delectãt. Itaq; ex illorũ querimoniis intelligere poſſumus, hæc illis acerbiſſima videri, q̃ forſitan nobis leuia, & cõtẽnenda eſſe videãtur. Mihi credite Iudices, tametſi voſmetipſos hæc eadẽ audire certo ſcio. cum multas acceperint p hoſce annos ſocii, atq; exteræ natiões calamitates, & iniurias, nullas grę ci hoſtes graui⁹ tulerũt, nec ferũt, q̃ huiuſcemodi ſpoliationes fanoꝝ, atq; oppidoꝝ. Licet iſte dicat, emiſſe ſe, ſicuti ſolet dicere: credite mihi Iudices, nulla vnq̃ ciuitas tota Aſia, & Gręcia ſignũ vllũ, & tabulas pictas, vllum deniq; ornamentũ vrbis, ſua voluntate cuiq̃ vẽdidit. niſi forte exiſtimatis, poſteaq̃ iudicia ſeuera Romę fieri deſierint, gręcos hoſtes hęc vẽdere cœpiſſe, quæ tũ, nõ modo nõ vendebãt, cũ iudicia fiebant, verũ etiã coemebant. niſi arbitramini L. Craſſo, C. Scęuolę, Q. Claudio potẽtiſſimis hoſtibus, quorũ ædilitates ornatiſſimas vidim⁹, cõmerciũ iſtarũ rerũ cũ gręcis hominib⁹ nõ fuiſſe: his qui poſt iudiciorũ diſſolutiones, ædiles facti ſunt, fuiſſe. Acerbiorem etiã ſcitote eſſe ciuitatib⁹ falſam iſtã, & ſimulatã emptionẽ, q̃ ſi qs clã ſurripiat, aut erſ[illegible]at palã, atq; auferat. nam turpitudinẽ ſummã eſſe arbitrant, referri in literas publicas, precio paruo ea, quę accepiſſent a maioribus, vẽdidiſſe, atq; alienaſſe. etem̃ mirãdũ in modũ Gręci reb⁹ iſtis, quas nos contemnimus, delectant. Itaq; maiores noſtri facile patiebant, hęc eſſe q̃plurima apud ſocios, vt imperio noſtro q̃ornatiſſimi floretiſſimiq; eſſent. Apud eos autẽ quos vectigales, aut ſtipendiarios fecerant, tamen hęc relinquebant: vt illi, quibus ea iucũda ſunt, q̃ nobis leuia videbant, haberent hęc oblectamenta, & ſolatia ſeruitutis. Quid arbitramini Rhegynos, q iã ciues Ro. ſunt, mereri †velle, vt ab iis marmorea Venus illa ne auferat? quid Tarentinos? vt ne Europã in tauro ſedentẽ amittant? vt Satyrũ, qui apud illos ĩ æde Veſtę eſt? vt cętera? qd Theſpienſes? vt Cupidinis ſignũ, ppter qđ vnũ viſuntur Theſpię? quid Gnidios, vt Venerem marmoreã? quid vt pictam, Coos? quid Epheſios, vt Alexãdrũ? quid Cyzicenos, vt Aiacẽ, aut Medeam? quid Rhodios, vt Ialyſiũ? quid Athenienſes, vt ex marmore Iacchũ, aut Paralum pictũ, aut ex ære Myronis bucculã? Longũ, eſt, & nõ neceſſariũ cõmemorare, q̃ apud quoſq; viſenda ſunt tota Aſia, & Gręcia. verũ illud eſt quãobrem hęc cõmemorarim, q; exiſtimare vos hoc volo, mirũ quẽdã dolorem accidere iis, ex quorũ vrbib⁹ hęc auferant, atq; vt cęteros omittamus, de ipſis Syracuſanis cognoſcite. Ad quos ego cũ veniſſem, ſic primo exiſtimabã, vt Romę ex iſtius amicis acceperã, ciuitatẽ Syracuſanam ppter Heraclii hęreditatẽ, nõ minus eſſe iſti amicam, q̃ Mamertinã propter pdarũ ac furtorũ omniũ ſocietatẽ. Simul & verebar, ne mulierũ nobiliũ, & formoſarũ gratia, quarũ iſte arbitrio pturã per trienniũ geſſerat, virorũq;, quibuſcum nuptæ erant, nimia in iſtũ nõ lenitudine, ſed etiam liberalitate oppugnarer, ſi quid ex literis Syracuſanorum conquirerẽ. itaq; Syracuſis cum ciuibus Romanis eram, eorum tabulas ſcribebam, iniurias cognoſce-

Signa Iouis Imperatoris. Capitoliũ, terreſtre domiciliũ Iouis.

Archimedes.

†Myſtagogos.

Alienare.

†nolle.

Nobilia opera.

Sedentẽ in tauro.

Paralũ cũ Plinio legit Her. Bar. alii Parthalum.

bam.cum diutius in eo negotio,curaq; fueram: vt requiescerẽ,curamq; animi remitterẽ, ad Carpinatii p̃claras tabulas reuertebar.vbi cũ Equitib9 Ro.ex illo cõuentu honestissimis,illos Verrutios,de quibus ante dixi,explicabam.a Syracusanis prorsus nihil adiumenti neq; publice,neq; priuatim expectabã:neq; erat in aĩo postulare.Cum hæc agerẽ,repẽte ad me venit Heraclius is,q tũ magistratũ Syracusis habebat,homo nobilis,q sacerdos Iouis fuisset,q hos apud Syracusanos est amplissimus.agit mecũ,& cũ fratre meo,vt si nobis videret,adiremus ad eorũ Senatũ,frequẽtes esse in curia:se iussu Senatus a nobis petere,vt venirem9. Primo nobis fuit dubiũ,quid ageremus.deinde cito venit in mẽtẽ,nõ esse vitãdũ nobis illũ conuentũ,& locũ.itaq; in curiã venimus.honorifice sane cõsurgit.nos rogatu magistratus assedimus.Incipit is loqui,qui & auctoritate,& ætate,& vt mihi visũ est, vsu rerũ antecedebat Diodorus Timarchides.cuius ois oratio hanc habuit primo sententiã:Senatũ Populũq; Syracusanũ moleste grauiterq; ferre,q; ego,cũ in ceteris Sicilię ciuitatibus Senatum populũq; docuissem,quid eis vtilitatis,quid salutis afferrem:& cũ ab oĩbus mãdata,legatos, literas,testimoniaq; sumpsissem:in illa ciuitate nihil eiusmodi facerẽ. Respõdi neq; Romę in cõuẽtu Siculorũ,cum a me auxiliũ cõmuni omniũ legationũ cõsilio petebat, causaq; toti9 ad me Sicilię deferebat,legatos Syracusanorũ affuisse:neq; me postulare,vt quicq; cõtra C.Verrẽ decernere in ea Curia,in qua inauratã C.Verris statuã viderem.Qđ posteaq; dixi,tantus est gemitus factus aspectu statuę,& cõmemoratiõe,vt illud in Curia positũ monimẽtũ scelerũ, non beneficiorũ videret.Tũ p se quisq;,quãtũ dicẽdo assequi poterat,docere me cœpit ea,q; pauloante cõmemorauí,spoliatã vrbẽ,fana direpta:ex Heraclii hęreditate, quã palęstritis cõcessisset,qui etiã inuentorẽ olei deũ sustulisset:neq; illã statuã esse ex pecunia publica datam, sed eos q hęreditatis diripiendę participes fuissent,faciendã,statuẽdãq; curasse.eosdẽ Romæ fuisse legatos,illius adiutores improbitatis,socios furtorũ,cõscios flagitiorũ: eo mín9 mirari me oportere,si illi cõmuni legatorũ voluntati,& saluti Siciliæ defuissent.Vbi eorũ dolorẽ nõ modo nõ minorem,sed ꝑpe maiorẽ,q; cæterorum Siculorum esse cognouimus:tũ meum animum in illos,tum ego mei cõsilii,negotiiq; totius suscepti causam,rationemq; proposui: tum eos hortatus sum,vt causę cõmuni,salutiq; ne deessent:vt ei illam laudationẽ,quam se vi,ac metu coactos paucis illis diebus decresse dicebãt,tolleret.Itaq; Iudices Syracusani hęc faciunt istius clientes,atq; amici:primũ mihi literas publicas,quas in ærario sanctiore conditas habebant,proferunt:in quibus ostendũt oĩa,q; dixi ablata,esse pscripta, & plura etiã,q; ego potui dicere.perscripta autẽ hoc modo, q; ex ęde Mineruę hoc & illud abesset,q; ex ęde Iouis,q; ex æde Liberi.vt quisq; eis reb9 tuẽdis cõseruandisq; prefuerat, ita perscriptũ erat: cũ rationẽ ex lege redderet,& q̃ acceperat,deberet tradere,petisse,vt sibi, si hæ res abessent, ignoscerẽt.itaq; oẽs liberatos discessisse,& esse ignotũ omnibus.quare ego literas obsignãdas publico signo,deportãdasq; curaui.De laudatione aũt ratio sic reddita est.primũ cũ a Verre literę aliquanto ante aduentũ meũ de laudatione venissent,nihil esse decretũ.deinde,cũ qdã ex illis amicis cõmonerent,oportere decerni,maximo esse clamore, & cõuitio repudiatos.& posteaq; meus aduẽtus appropinquarit,imperasse eũ,qui summã potestatẽ haberet, vt decernerent.decretum ita esse,vt multo plus illa laudatio aliqd mali,q; boni possit afferre.Id adeo Iudices,vt mihi ab illis demõstratũ est,sic vos ex me cognoscite.Mos est Syracusis, vt siqua de re ad Senatũ referat,dicat sentẽtiã,qui velit.nominatim nemo rogat.& tũ,vt qsq; honore,& ętate antecedit,ita primus solet sua spõte dicere,idq; a cęteris ei concedit. siquando taceant oẽs,tũc sortito coguntẽ dicere.Cũ hic mos esset,refert ad Senatũ de laudatiõe Verris. in quo primum,vt aliqd esset morę,multi interpellant:de Sex.Peduceo, q de illa ciuitate,totaq; prouincia optime meritus esset,sese antea,cum audissent ei negotiũ facessitũ,cũq; eũ publice,pro plurimis eius, & maximis meritis laudare cuperent,a C.Verre prohibitos esse.ini quũ esse,tametsi Peduceus eorũ laudatione iã nõ vteret,tñ non prius ei decernere qđ aliqñ voluissent,q; qđ tũ cogerent.cõclamãt oẽs,& approbãt,ita fieri oportere.refert de Peduceo. vtq; ętate,& honore antecedebat,ita sentẽtiã dixit ex ordine.Id adeo ex ipo S.C.cognoscite.nam principiũ sententię pscribi solet. Recita. QVOD VERBA FACTA SVNT DE SEX.PEDVCEO.Dicit q primi suaserint.decernit.refert deinde de Verre.Dic quæso quomõ!QVOD VERBA FACTA SVNT DE C.VERRE. quid postea scriptũ est! CVM SVRGERET NEMO,NEQVE SENTENTIAM DICERET.quid hoc est!SORS DVCITVR.quãobrẽ!nemo erat volũtari9 laudator Pręturę tuę!defensor piculorũ tuorũ!præ-

Cicero in Senatu Syracusano.

Aerarium sanctius.

Ignotũ,ab ignosco.

Mos senat9 Syracusani

†p̄tore Ro. sertim cū inire a†populo Ro.gratiā posset:nemo.ipsi illi tui cōiuę,cōsiliarii,& consciī,ver-
bū facere nō audebāt.In Curia statua tua stabat,& nuda in ea filii:nemo fuit ne quē nudus
qdē filius,nuda ꝓuincia cōmoueret.Atq; etiā hoc me docent,eiusmodi Senatuscōsulto sese
fecisse laudationē,vt oēs intelligere possent,nō laudationē,sed potius irrisionē esse illā, quæ
Laudatio cōmonefaceret isti⁹ turpē calamitosamq; p̄turā.Ea em̄ scripta est,q; iste virgis neminem ceci
Verris. disset:a quo cognoscitis,nobilissimos hoīes,atq; innocētissimos securi esse pcussos.q; vigilā-
ter prouinciā administrasset:cuius oēs vigilias in stupris cōstat,adulteriisq; esse cōsumptas.
Hoc autē scriptū esse,qđ ꝓferre nō auderet reus,accusator recitare nō desineret.q; ꝓrędones
ꝓcul ab insula Sicilia prohibuisset Verres.quos etiā intra Syracusanā insulā recepisset.Quę
posteaq̄ ex illis cognoui,discessi cū fratre e Curia,vt nobis absentib⁹,si qd vellēt,decernerēt.
Hospitiū decernunt statim:primū,vt L.Fratri hospitiū publice fieret,q; is eandē volūtatē erga Syra-
publicum. cusanos suscepisset,quā ego semp habuissem.Id nō modo tū scripserūt, verū etiā in ære inci
In ære inci sum nobis tradiderūt.Valde hercle te Syracusani tui,quos crebro commemorare soles,dili
sum. gūt:q; cū accusatore tuo satis iustā causam cōiūgēdę necessitudinis putāt,q; te accusaturus
sit,& q; ad inquirēdū in te venerit.Postea decernit,ac nō varie,sed ꝓpe cōiunctis sentētiis,vt
laudatio,quę C.Verri decreta eēt,tolleret.Atq; adeo cū iā nō solū discessio facta eēt,sed etiā
pscriptū,atq; in tabulas relatū,Prętor appellat.at quis appellat:magistratus aliqs:nemo.se-
nator:ne id qdē.Syracusanorū aliquis:minime.Quis igit Prętorē appellat:qui quæstor istius
fuerat,Cęcilius.O rem ridiculā,O desertū hoīem,O desperatū ac relictū,a magistratu Sicu-
lo,ne S.C.Siculi hoīes facere possent,ne suū ius,suis morib⁹,suis legib⁹,obtinere possent,nō
amicus istius,nō hospes,non deniq; aliqs Siculus,sed Quæstor Prętorē appellat.quis hoc vi
Ironia. dit:aut qs audiuit:Prętor equus,& sapiēs dimitti iubet Senatū.cōcurrit ad me maxima mul
titudo.primū Senatores clamare,eripi sibi ius,eripi libertatē:populus Senatū laudare,grati
as agere:ciues Romani a me nusq̄ discedere.quo qdē die,nihil egrius factū est multo labore
meo,q̄ vt manus ab illo appellatore abstinerent.Cū ad prætorē in ius adissem⁹, excogitat sa
ne diligēter,& caute qd decernat.nam,anteq̄ verbū facerē,de sella surrexit,atq; abiit.Itaq; tū
de foro,cū iā aduesperasceret,discessimus.postridie mane ab eo postulo,vt Syracusanis lice-
Vitio Cice ret S.C.qđ pridie fecissent,mihi reddere. Ille em̄uero negat,& ait indignū facinus esse,q; ego
roni datū. in Senatu greco,verba fecissem:q; qdē apud grecos grece locutus essem,id ferri nullo modo
posse. Respōdi homini vt potui,vt volui,vt debui.tū multa,tū etiam hoc me memini dice
re,facile esse pspicuū,quātū inter hūc,& illū Numidicū verū & germanū Metellū interesset.
Illū noluisse sua laudatione iuuare L.Lucullū sororis virū, qcū optime conuenisset.hūc hoī
alienissimo,a ciuitatib⁹ laudationes p vim,& metū cōparare.Qđ vbi intellexi,multū apud il
lū recētes nūcios,multas tabulas nō cōmēdatitias,sed tributarias valuisse : admonitu ipsorū
Syracusanorū,impetū in eas tabulas facio,in q̄b⁹ figilla pscripta erāt.Ecce aūt noua turba at
q; rixa:ne tū istū oīno Syracusis sine hospitib⁹ plane nudū eē ac desertū putetis.retinere cœ
pit tabulas Theomnastus qdā,homo ridicule insanus,quē Syracusani Theoractū vocāt:q; il
lic eiusmodi est,vt eū pueri sectent:vt oēs,cū loqui cœperit,irrideāt.Huius tū insania,q̄ ri-
dicula est aliis,mihi tū molesta sane fuit.nā cū spumas ageret in ore,arderēt oculi, voce ma-
xima vim me sibi afferre clamaret,copulati in ius puenimus.Hic ego postulare cœpi,vt mi-
hi tabulas obsignare,ac deportare liceret.ille cōtra.Recitare,omniū mihi tabularū,& litera
rū fieri potestatē oportere.Ille furiosus vrgere,nihil ad se vestras leges ptinere.Prętor intel-
ligēs,negare sibi placere,qđ S.C.ratū esse nō deberet,id me Romā deportare.quid multa: ni
si vehemēti⁹ homini minat⁹ essem,nisi legū sanctionē,pœnāq; recitassem,tabularū mihi po-
testas facta nō esset.Ille aūt insanus,q; pro isto cōtra me vehemētissime declamasset,postq̄ nō
impetrauit,credo vt ī gratiā mecū rediret,libellū mihi dat,in quo istius furta Syracusana p
scripta erant,quæ ego antea iam ab illis cognorā,& acceperam.Laudent te sane iā Mamerti-
ni,qui ex tanta prouincia soli sūt,qui te saluum velint:ita tamen laudent,vt Heius,qui eius
Adsit, ali princeps legationis est,adsit:ita laudēt,vt ea quę rogati erūt,mihi parati sint respōdere. Ne
ter dictur⁹. subito a me opprimant,hæc sum rogaturus.nauem debeant ne:fatebuntur.præbuerint ne p̄
tore C.Verre:negabūt.ædificauerint ne nauem onerariā maximā publice, quam Verri dede
runt:negare nō poterunt.frumētū ne ab his sumpserit Verres,qđ populo Ro.mitteret,sicu-
ti superiores:negabunt.quid militū,aut nautarū p triennium dederunt:nullum datū dicent.
fuisse Messanam omnium istius furtorum,ac prædarum receptricem:negare non poterunt.

pęrmulta multis nauib⁹ illinc exportata: hãc deniq; nauẽ maximã a Mamertinis datam, onustam cũ isto pręture profectã: fatebunt. Quãobrem tibi habe sane istam laudationẽ Mamertinam: Syracusanã qdẽ ciuitatẽ, vt abs te affecta sit, ita in te esse animatã videmus. apud quos etiã Verrea illa flagitiosa sublata sunt. etenim minime cõueniebat, ei deorũ honores haberi, qui simulacra deorum sustulisset. Etiam mehercule illud in Syracusanis merito reprehenderetur, si cum diem festũ ludorũ de fastis suis sustulissent celeberrimum, & sanctissimũ, q; eo ipso die Syracusę a Marcello captę esse dicunt, iidem diem festũ Verris nomine agerent, cũ iste Syracusanis quæ ille calamitosus dies reliquerit, ademisset. At videte hominis impudentiam, atq; arrogantiam Iudices, qui non solum Verrea hæc turpia, hæc ridicula ex Heraclii pecunia constituerit, verũ etiam Marcellea tolli imperarit: vt ei sacra facerent quotannis, cuius opera omnium annorum sacra, deosq; patrios amiserant: eius autem familiæ dies festos tollerent, per quam cæteros quoq; festos dies recuperarant. Verrea.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM LIBER. VII.

ORATIO. X.

Actio. VII. & vltima, q̃ Gellio Quĩta est, De supplicijs, vt ait No. Marcellus.

NEMINI Video dubium esse Iudices, qn apertissime C. Verres in Sicilia sacra, profanaq; oĩa & priuatim, & publice spoliarit, versatusq; sit sine vlla nõ modo religione, vetũ etiam dissimulatione in omni genere furandi, atq; prædandi. sed quędã mihi magnifica, & pręclara eius defensio ostenditur: cui quẽadmodũ resistã, multo mihi ante est Iudices prouidendũ. ita enim causa constituitur, prouinciam Siciliam virtute eius, & vigilantia singulari, dubiis, formidolosisq; tẽporibus a fugitiuis, atq; a belli periculis tutã esse seruatã. Quid agam Iudices: quo accusationis męę rationẽ conferam: quo me vertam: ad oẽs em̃ meos impetus, quasi murus quidã, boni nomen imperatoris opponitur. noui locum, video vbi se iactaturus sit Hortensius. belli pericula, tẽpora reipublicæ, Imperatorũ penuriã cõmemorabit. tum deprecabitur a vobis, tum etiam pro suo iure contendet, ne patiamini talẽ imperatorem, populo Romano Siculorum testimoniis eripi, neve obteri laudem imperatoriã criminib⁹ auaritię velitis. Nõ possum dissimulare Iudices: timeo, ne C. Verres propter hanc virtutem eximiam in re militari, oĩa, quæ fecit, impune fecerit. venit enim mihi in mentem, in iudicio M. Aquilii quantum auctoritatis, quantum momenti, oratio M. Antonii habuisse existimata sit. qui vt erat in dicendo non solũ sapiens, sed etiam fortis, causa prope perorata, ipse arripuit M. Aquilium, constituitq; in cõspectu omniũ, tunicamq; eius a pectore abscidit, vt cicatrices populus Romanus iudicesq; aspicerent, aduerso corpore exceptas. simul & de illo vulnere, qd ille in capite ab hostiũ duce acceperat, multa dixit: eoq; adduxit eos, qui erant iudicaturi, vehemẽter vt vererent, ne quem virũ fortuna ex hostiũ telis eripuisset, cũ sibi ipse non pepercisset, hic non ad populi Ro. laudem, sed ad iudicũ crudelitatẽ videret esse seruatus. Hæc eadem nunc ab illis defensionis ratio, viaq; tentat, idem quęrit. sit fur, sit sacrilegus, sit flagitiorum omniũ, vitiorumq; princeps: at est bonus imperator, & felix, & ad dubia Reip. tempora reseruandus. Nõ agam summo iure tecũ: non dicam id, qd debeam forsitan obtinere: cũ iudiciũ certa lege sit constitutũ: non quid in re militari fortiter feceris, sed quẽadmodum manus ab alienis pecuniis abstinueris, abs te doceri oportere. non inquam sic agam. sed ita quæram, quemadmodum te velle intelligo, q̃ tua opera, & quanta fuerit in bello: quid dices: an bello fugitiuorũ Siciliã virtute tua liberatã: magna laus, & honesta oratio. sed tamen quo bello: nos enim post id bellum, qd M. Aquilius cõfecit, sic accepim⁹, nullum in Sicilia fugitiuorum bellum fuisse. At in Italia fuit. fateor, & magnũ quidẽ, ac vehemẽs. num igit ex eo bello partem aliquam laudis appetere conaris: num tibi illius victoriæ gloriã cum M. Crasso, aut Cn. Pompeio cõmunicandã putas: non arbitror hoc etiam deesse tuę impudẽtiæ, vt quicq̃ eiusmodi dicere audeas. obstitisti videlicet, ne ex Italia transire in Siciliã fugitiuorũ copię possent. vbi: quando: qua ex parte: cũ aut nauibus, aut ratibus conarentur accedere: nos enim nihil vnq̃ prorsus audiuimus: & illud audiuimus, M. Crassi fortissimi viri virtute, cõsilioq; factũ, ne ratibus cõiunctis freto fugitiui ad Messanam transire possent. a quo illi conatu nõ tantopere prohibẽdi fuissent, si vlla in Sicilia prędidia ad illorum aduentum opposita putarent. At cũ in Italia bellũ tã ppe a Sicilia, tũ in Sicilia nõ fuit: quid mirũ: ne cũ in Sicilia quidẽ fuit eodẽ interuallo, pars ei⁹ bel

M. Anto. orator. Aquilii vulnera.

Summo iure agere.

Actio. VII.

lí in Italíam vlla ꝑuaſit. etẽ propinquitas ad vtrã partẽ hoc loco proferẽ? vtrũ aditũ facilem hoſtib9? an contagionem imitãdi eius belli ꝑiculoſam fuiſſe? aditus oĩs, hoĩbus ſine vlla facultate nauiũ nõ modo diſiũctus, ſed etiã clauſus fuit: vt illis, quib9 Siciliã ꝓpinquã fuiſſe dicis, facilius fuerit ad Oceanum ꝓuenire, q̃ ad Peloridem accedere. Cõtagio aũt iſta ſeruilis belli, cur abs te potius, q̃ ab his omnibus, qui cęteras prouincias obtinuerũt, prædicatur? an q̃ in Sicília iam ante bella fugitiuorũ fuerunt? at ea ipſa cauſa eſt, cur ipſa prouincia minimo in ꝑiculo ſit, & fuerit. Nam poſteaq̃ illinc M. Aqlius deceſſit, omniũ inſtituta, atq̃ edicta prætorũ fuerũt eiuſmodi, vt ne quis cũ telo ſeruus eſſet. Vetus eſt qđ dícam, & ꝓpter ſeueritatẽ exẽpli nemini fortaſſe veſtrũ inauditũ: L. Domitiũ prætorẽ in Sicília, cũ aper ingens ad eũ allatus eſſet, admiratũ req̃ſiſſe, quis eũ ꝑcuſiſſet. cum audiſſet paſtorẽ cuiuſdã fuiſſe, eũ ad ſe vocari iuſſit. illum cupide ad prætorẽ quaſi ad laudẽ, atq̃ ad p̃miũ accurriſſe, q̃ęſiſſe Domitiũ, qui tãtã beſtiã ꝑcuſſiſſet? illũ reſpondiſſe, venabulo. ſtatim deinde iuſſu prætoris in crucẽ eſſe ſublatũ. durũ hoc fortaſſe videat, neq̃ ego vllam in partẽ diſputo: tantũ interlígo, maluiſſe Domitiũ crudelẽ in aĩaduertẽdo, q̃ in prætermittẽdo diſſolutũ videri. Ergo his inſtitutis prouincię, iam tũ, cum bello fugitiuoꝝ tota Italía arderet, homo nõ acerrimus nec fortiſſimus, Cn. Norbanus in ſummo otio fuit. perfacile enim ſeſe Sicília tuebat, ne qđ in ipſa bellũ poſſet exiſtere. Etẽ cũ níhil tã cõiũctũ ſit, q̃ negotiatores noſtri cũ Siculis, vſu, re, ratione, cõcordia, & cum ipſi Siculi res ſuas ita cõſtitutas habeãt, vt his pacẽ expędiat eſſe: imperiũ aũt populi Ro. ſic diligãt, vt id imminui, aut cõmutari miníme velint: cũq̃ hęc ab ſeruoꝝ bello ꝑicula, & prætoꝝ inſtitutis, & dominorũ diſciplína ꝓuiſa ſint: nullũ eſt malũ domeſticũ, qđ ex ipſa prouincia naſci poſſit. Quid igit? nulli ne motus in Sicília ſeruoꝝ? Verre prętore? nullę ne cõſenſiones factę eſſe dicunt? níhil ſane qđ ad S. P. q̃ R. ꝑuenerit, nihil qđ iſte Romã publice cõſcripſerit. & tñ cœptũ eſſe in Sicília moueri aliquot locis ſeruitiũ ſuſpicor. id adeo nõ tã ex re, q̃ ex iſtius factis, decretiſq̃ cognoſco. Ac videte q̃ nõ inimico aĩo ſim acturus. ego ipſe hæc, q̃ ille quęrit, q̃ adhuc nunq̃ audiſtis, cõmemorabo, & ꝓferã. In Tricalino, quẽ locũ fugitiui iã ante tenuerũt, Leonidę cuiuſdã Siculi familia in ſuſpitionẽ eſt vocata cõiurationis. res delata ad iſtũ. ſtatim (vt par fuit) iuſſu eius hoĩes q̃ nominati erant, comprehẽſi ſunt, adductiq̃ Lilybętũ: dño denũciatũ eſt, vt adeſſet: cauſa dicta damnati ſunt. quid deinde? quid cẽſetis? furtũ fortaſſe, aut p̃dã expectatis aliquã? nolite vſquequaq̃ qdẽ quærere. in metu belli, furãdi q̃ locus poteſt eſſe? etiã ſiqua ſic fuit ĩ hac re occaſio, ꝓtermiſſa eſt. tum potuit a Leonida nũmoꝝ aliqd auferre, cũ denũciauit, vt adeſſet. fuit nũdinatio aliqua, & iſti nõ noua, ne cauſam diceret. etiã alter locus, vt abſoluerent. Damnatis quidẽ ſeruis, q̃ p̃dandi põt eſſe ratio? producí ad ſupplicíũ neceſſe eſt. teſtes eẽ ſũt, qui in cõſilio fuerũt, teſtes publicæ tabulæ, teſtis ſplẽdidiſſima ciuitas Lilybętana, teſtis honeſtiſſimus, maximuſq̃ cõuent9 ciuiũ Romanorũ. níhil poteſt. producendi ſunt itaq̃. producunt, & ad palum allígãtur. Etiã nunc mihi expectare videmini Iudices, qd deinde factũ ſit: q̃ iſte níhil vnq̃ fecit ſine aliquo quæſtu, atq̃ pręda. quid in eiuſmodi re fieri potuit? qđ cõmodũ eſt? expectate facinus q̃ vultis improbũ, vincã tñ expectationẽ omniũ. nomine ſceleris, cõiurationiſq̃ damnati, ad ſupplíciũ traditi, ad palũ allígati, repente multis millibus hominũ inſpectãtibus ſoluti ſunt, & Leonidę illí dño reddíti. quid hoc loco potes dicere homo amẽtiſſime? niſi id, qđ ego nõ q̃ro, qđ deniq̃ in re tã nefaría, tametſi dubitari nõ põt, tñ, ne ſi dubiteẽ quidẽ, quæri oporteat: quid, aut quãtũ, aut quomodo acceꝑeris. remitto tibi hoc totũ, atq̃ iſta te cura líbero. neq̃ eẽ me tuo ne hoc cuiq̃ perſuadeat, vt ad qđ facinus nemo, pręter te, vlla pecunia adduci potuerit, id tu gratis ſuſcipere conat9 fis. Verũ de iſta furandi prædandiq̃ ratiõe níhil dico, de hac ĩperatoría iã tua laude diſputo. Quid ais bone cuſtos, defenſorq̃ prouincię? tu quos ſeruos arma capere, ac bellũ facere in Sicília voluiſſe cognoras, & de conſilii ſententia iudicaras, hos ad ſupplíciũ iã more maiorũ traditos, & ad palum allígatos, ex media morte eripere, ac líberare auſus es? vt quã damnatis ſeruis crucẽ fixeras, hanc indemnatis ciuibus Ro. reſeruares? Perditæ ciuitates, deſperatis oĩnib9 rebus, hos ſolẽt exitus exitiales habere, vt damnati in integrũ reſtituant, vincti ſoluant, exules reducant, res iudicatæ reſcindant. quæ cum accidũt, nemo eſt, qn intellígat ruere illã rẽp. hęc vbi veniũt, nemo eſt, q̃ vllã ſpem ſalutis reliquã eſſe arbitret. atq̃ hæc ſicubi facta ſunt, facta ſunt vt homines populares, aut nobiles ſupplicio, aut exílio leuarent, vt nõ ab his ipſis, qui iudicaſſent, vt nõ ſtatim, vt non eorũ facinorũ damnati, q̃ ad vitã & fortunas omniũ ꝓtinerẽt. hoc vero nouũ, & eiuſmodi eſt, vt magis ꝓpter

Exemplum ſeuerũ in Paſtore Siculo.

Seruitium.

Ironia.

Exitus exitiales ciuitatum.

reũ,q̃ ꝓpter rẽ ipſam credibile eſſe videat̃,vt hoſes ſeruos,vt ipſe qui iudicarat,vt ſtatim e medio ſupplicio dimiſerit,vt eius facinoris damnatos ſeruos,qđ ad omniũ liberoꝝ caput,& ſanguinẽ ptineret. O pclarũ Impatorẽ,nec iam cũ M. Aquilio fortiſſimo viro,†ſed vero cum Paulis,Scipionib⁹,Mariis cõferendũ. tãtũ ne vidiſſe in metu,periculoq; puincię cũ ſeruitiorũ animos in Sicilia ſuſpẽſos ꝓpter bellũ Italię fugitiuoꝝ videret,ne quis ſe cõmouere auderet,quãtũ terroris iniecit! cõprehendi iuſſit. quis non ptimeſcat! cauſam dicere dominos,qđ ſeruis tã formidoloſum! feciſſe videri pronũciauit. ortã videt̃ flãmã paucoꝝ dolore,ac morte reſtinxiſſe. quid deinde ſequit̃! verba,atq; ignes,& illa extrema ad ſupplicitũ damnatorũ, metũ cęterorũ,cruciat⁹,& crux. hiſce oĩbus ſupplicĩis ſunt liberati. quis dubitet,quin ſeruorũ aĩos ſumma formidine oppreſſerit! cũ videret ea facilitate prætorẽ,vt ab eo ſceleris,cõiurationiſq; damnatoꝝ vita,vel ipſo carnifice internũcio redimeret̃. Quid! hoc in Apolloniẽſe Ariſtodamo! quid! in Leõte Magarẽſi nõ idẽ feciſti! quid! iſte mot⁹ ſeruoꝝ,belliq; ſubita ſuſpitio,vtrũ tibi tãdẽ diligẽtiã cuſtodiẽdę puincię,an nouã rationẽ improbiſſimi quæſtus attulit! Halicyenſis Eumenidę nobilis hoſ,& honeſti magnę pecunię villicus,cũ impulſu tuo in ſimulatus eſſet,HS. LX. a dño accepiſti. qđ nuper ipſe iuratus docuit quẽadmodũ geſtũ eẽt. Ab Equite Ro. C. Matrinio abſente,cũ is eſſet Romæ,q; eius villicos,paſtoreſq; tibi in ſuſpitionẽ veniſſe dixeras,HS. cẽtũ abſtuliſti. Dixit hoc L. Flauius,qui tibi eã pecuniã numerauit, ꝓcurator C. Matrinii: dixit ipſe C. Matrini⁹: dicet vir clariſſim⁹ Cn. Lẽtulus Cenſor,q; Matrinii honoris cauſa,recẽti negotio ad te literas miſit,mittẽdaſq; curauit. Quid! de Apollonio Diocli filio Panormitano,cui Gemino cognomẽ eſt,ꝓteriri poteſt! ecqd hoc tota Sicilia clarius! ecquid indignius! ecquid manifeſtius proferri põt! quem is,vti Panormum venit,ad ſe vocari,& de tribunali citari iuſſit,concurſu magno,frequẽtiaq; conuentus. hoſes ſtatim loqui,mirari,q; Apollonius homo pecunioſus tãdiu ab iſto maneret integer: excogitauit,neſcio quid attulit: profecto homo diues,repente a Verre nõ ſine cauſa citat̃: expectatio ſumma omniũ,quidnã id eſſet,cũ exanimatus ſubito ipſe accurrit cũ adoleſcẽte filio. nam pater grãdis natu iandiu lecto tenebat̃. nominat iſte ſeruũ,quẽ magiſtrũ pecoris eſſe diceret: eũ dicit cõiuraſſe,& alias familias cõcitaſſe. is oĩno ſeru⁹ in familia nõ erat. eũ ſtatim exhiberi iubet. Apolloni⁹ affirmat ſeruũ ſe oĩno illo noſe habere neminẽ. iſte hoſem arripi a tribunali,& in carcerẽ coniici iubet. ille clamare,cũ raperet̃,nihil ſe miſerũ feciſſe,nihil cõmiſiſſe: pecuniã ſibi eſſe in noĩbus,numeratã in ꝓſentia non habere. hæc cũ maxime ſumma hominũ frequentia teſtificaret̃,vt quiuis intelligere poſſet,eũ q; pecuniã nõ dediſſet,idcirco illa tã acerba iniuria affici: cũ maxime vt dico hoc de pecunia clamaret: in vincla cõiectus eſt. Videte conſtãtiã ꝓtoris,& ei⁹ ꝓtoris,q; in reb⁹ nõ ita defendat̃,vt mediocris ꝓtor,ſed ita laudet̃,vt optim⁹ Impator. Cũ ſeruoꝝ bellũ metueret̃,quo ſupplicio dños indemnatos afficiebat, hoc ſeruos damnatos liberabat. Apolloniũ locupletiſſimũ hoſem,q; ſi fugitiui belli in Sicilia facerẽt,ampliſſimas fortunas amitteret,belli fugitiuoꝝ noſe ĩdicta cauſa,in vincla cõiecit: ſeruos,quos ipſe cũ cõſilio belli faciẽdi cauſa cõſenſiſſe iudicauit,eos ſine cõſilii ſentẽtia,ſua ſpõte oĩ ſupplicio liberauit. Quid! ſi ab Apollonio aliqd cõmiſſum eſt,quãobrẽ iure in eũ aĩaduertere t̃, tamen ne hãc rem ſic agemus,vt crimini,aut inuidię reo putemus eſſe oportere, ſi quo de hoſe ſeuerius iudicauit! Nõ agã tam acerbe,non vtar iſta accuſatoria conſuetudine: ſi qđ eſt factũ clemẽter,vt diſſolute factũ crimine: ſi qd vindicatũ ſeuere eſt,vt ex eo crudelitatis inuidiã colligã. non agã iſta rõne,tua ſequar iudicia,tuã defendã auctoritatẽ, quoad tu voles. ſimulac tute cœperis tua iudicia reſcindere,mihi ſuccẽſere definito. meo iure eĩ cõtẽdã,eũ qui ſuo iudicio cõdemnat⁹ ſit,iuratorũ iudicũ ſentẽtiis dãnari oportere. Nõ defendã Apollonii cauſam amici,atq; hoſpitis mei,ne tuũ iudiciũ videar reſcindere: nihil de hoſis frugalitate,virtute,diligẽtia,dicã: prętermittã illud etiam,de quo antea dixi,fortunas eius ita conſtitutas fuiſſe,familia,pecore,villis,pecuniis creditis,vt nemini minus expediret,vllum in Sicilia tumultũ,aut bellũ cõmoueri: nõ dicã ne illud quidẽ,ſi maxime in culpa fuerit Apollonius,tñ in hoſem honeſtiſſimum,ciuitatis honeſtiſſimę,tã grauiter aĩaduerti cauſa indicta non oportuiſſe: nullã inuidiã in te,ne ex illis quidẽ rebus cõcitabo,cũ eſſet talis vir in carcere,in tenebris,in ſqualore,in ſordib⁹,tyrannicis interdictis tuis patri exacta ætate, & adoleſcenti filio adeũdi ad illũ miſerũ poteſtatẽ nunq̃ eſſe factã: etiam illud ꝓteribo,quotieſcunq; Panormũ veneris illo anno & ſex mẽſib⁹ (nam tãdiu fuit in carcere Apollonius) toties adte Senatũ Panormitanũ adiſſe ſupplicẽ cũ magiſtratib⁹,ſacerdotibuſq; publicis,orãtẽ,atq; obſe

†ſed vere.

Nomina.

crantē vt aliquando ille miſer,atq; innocens calamitate illa liberaretur.Relinquā hæc oīa,q̄ ſi velim perſequi,facile oſtēdā tua crudelitate in alios, oēs tibi aditus miſericordię iudicum iampridē eſſe pręcluſos. Oīa igit̄ cōcedā,& remittā.pręuideo em̄ quid ſit defenſurus Hortenſius.fatebit̄ apud iſtum,neq; ſenectutē patris,neq; adoleſcētiā filii,neq; lachrymas vtriuſq; plus valuiſſe,q̄ vtilitatē,ſalutēq; prouinciæ.dicet Rēp.adminiſtrari ſine metu, ac ſeuerita te nō poſſe.quæret quāobrē faſces p̄torib⁹ præferantur?cur ſecures datę? cur carcer ædifica tus?cur tot ſupplicia ſint in improbos more maiorū cōſtituta?Quę cū oīa grauiter,ſeuereq; dixerit,quęrā cur hunc eundem Apolloniū Verres idem,repente,nulla noua re allata,nulla defenſione,ſine cauſa,de carcere emitti iuſſerit?tantūq; in hoc crimine ſuſpitionis eſſe affirmabo,vt iā ipſis iudicibus ſine mea argumētatione cōlecturā facere permittā,qđ hoc genus prędandi,q̄ improbū,q̄ indignū,q̄q; ad magnitudinē queſtus īmēſum,infinitūq; eſſe videat. Nā quæ iſte in Apollonio fecit,ea primū breuiter cognoſcite quot,& quāta ſint:deinde hęc expendite,atq; eſtimate pecunia:reperietis idcirco hęc in vno hoīe pecunioſo tot conſtituta, vt cęteris formidines ſimiliū incōmodorū,atq; exempla periculoꝝ ꝓponerent̄.Primū infimu latio eſt repentina,capitalis,atq; inuidioſi criminis. ſtatuite quāti hoc putetis,& q̄ multo re demiſſe.Deinde crimen ſine accuſatore,ſentētia ſine conſilio,damnatio ſine defenſione. æſtimate harū rerū omniū p̄cia,& cogitate in his iniquitatib⁹ vnū hęſiſſe Apolloniū: cæteros, profecto multos ex his incōmodis pecunia ſe liberaſſe.Poſtremo tenebrę,vincla,carcer,inclu ſum ſuppliciū,atq; a cōſpectu parētū,ac liberū,deniq; a libero ſpiritu,& cōmuni luce ſecluſū. hæc vero, q̄ vel vita redimi recte poſſunt,æſtimare pecunia non queo.hæc oīa ſero redemit Apollonius,iā mœrore,ac miſeriis perdit⁹:ſed tñ cęteros docuit,ante iſtius auaritię,ac ſcele ri occurrere.Niſi vero exiſtimatis hoīem pecunioſiſſimū ſine aliqua cauſa queſtus iniectū ad tā incredibile crimen:aut ſine eadē cauſa repente e carcere emiſſum: aut hoc p̄dādi gen⁹ ab iſto in illo vno adhibitū,ac tētatū,& nō per illū,omnibus pecunioſis Siculis metū ꝓpoſitū, & iniectū.Cupio mihi Iudices ab illo ſubiici,qm̄ de militari eius gloria dico,ſi qd forte prętereo. nā mihi videor de oībus iā reb⁹ eius geſtis dixiſſe,q̄ quidē ad belli fugitiuoꝝ ptinerēt ſuſpitionē.certe nihil ſciens p̄termiſi.Habetis hoīs cōſilia,diligētiā,vigilantiā, defenſionēq; prouincię. ſumma illuc pertinet,vt ſciatis,qm̄ plura genera ſunt imperatoꝝ, ex quo genere iſte ſit.Ne diutius in tāta penuria virorū fortiū talē imperatorē ignorare poſſitis:nō ad Q. Maximi ſapientiā,neq; ad illius ſuperioris Aphricani in re gerēda celeritatē,neq; ad hui⁹,q̄ poſtea fuit,ſingulare conſiliū,neq; ad Pauli rationē,ac diſciplinam,neq; ad C.Marii vim,atq; virtutē,ſed ad aliud genus imperatorū ſane diligenter retinēdū,& cōſeruādū,queſo cognoſcite.Itinerū primū laborē,qui vel maximus eſt in re militari Iudices,& in Sicilia maxime neceſſarius,accipite q̄ facile ſibi iſte,& iucundum ratione,cōſilioq; reddiderit. Primū tēporib⁹ hybernis,ad magnitudinē frigoꝝ,& ad tēpeſtatū vim,ac fluminū,pręclarū ſibi hoc remediū cōparat.vrbē Syracuſas elegerat:cuius hic ſitus,atq; hęc natura eſſe loci,cæliq; dicit̄,vt nullus vnq̄ dies tā magna,turbulētaq; tēpeſtate fuerit,quin aliquo tēpore ſolē eius diei hoīes viderēt.hic ita viuebat iſte bonus Impator hybernis mēſib⁹,vt eū nō facile,nō modo extra tectū,ſed ne extra lectū qdē q̄ſq̄ videret.ita diei breuitas cōuiuiis,noctis lōgitudo ſtupris,& fla gitiis cōterebat̄.Cū aūt ver eſſe cœperat,cuius initiū iſte,nō a Fauonio,neq; ab aliquo ſtaſtro notabat,ſed cū roſam viderat,tūc incipe ver arbitrabat̄:dabat ſe labori, atq; itinerib⁹,in qb⁹ vſq; eo ſe p̄bebat patiētē,atq; īpigrū,vt eū nemo vnq̄ in equo ſedētē videret.nā,vt mos fuit Bithynię regib⁹,lectica octophoro ferebat̄,in q̄ puluinus erat perlucidus Melitenſi roſa fartus.Ipſe aūt coronā habebat vnā in capite,alterā ī collo,reticulūq; ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino,minutis maculis,plenū roſę.Sic cōfecto itinere,cū ad aliqđ oppidū venerat, eadē lectica vſq; ad cubiculū deferebat̄.Eo veniebāt Siculoꝝ magiſtrat⁹,veniebāt Ęqtes Ro. id qđ ex multis iuratis audietis:cōtrouerſię ſecreto deferebant̄,paulopoſt palā decreta auferebant̄.deinde vbi pauliſper in cubiculo p̄cio,nō ætate iura deſcripſerat, Veneri iā,& Libero reliquū tēpus deberi arbitrabat̄. Quo loco mihi nō p̄termittēda videt̄ p̄clari Impatoris egregia,ac ſingularis diligētia.nā ſcitote eſſe oppidū in Sicilia nullū,ex iis oppidis,in quibus Prętores cōſiſtere,& cōuētū agere ſolēt,quo in oppido nō iſti ex aliqua familia nō ignobili, delecta ad libidinē mulier eſſet.Itaq; nōnullę ex eo numero in cōuiuiū adhibebant̄ palā.ſi q̄ caſtiores erāt,ad tēpus veniebant,lucem conuentumq; vitabant.Erant autem conuiuia non illo ſilentio Prætorum, atq; Imperatorum, neq; eo pudore,qui in magiſtratuum conuiuiis

Imperatoꝝ nobiliū prę ſtantiæ.

Syracuſarū ſerenitas.

ſauſtro.

Melitenſis roſa.

versari solet, sed cū maximo clamore, atq; conuitio. nōnūq; etiā res ad manus, atq; ad pugnā veniebat. iste em̄ Prętor seuerus, ac diligens, q populi Ro. legibus nūq; paruisset, illis diligenter legibus, q̄ in poculis ponebant, obtēperabat. itaq; erāt exitus eiusmodi, vt alius inter manus e conuiuio, tāq; e prelio auferret, alius tāq; occisus relinqueret, plerique fusi sine mēte, ac sine vllo sensu iacerēt. quiuis vt cū aspexisset, nō se ptoris cōuiuiū, sed vt Cannensem pugnā nequitię videre arbitraretur. Cū vero æstas summa esse iā cœperat, quod tempus oēs semp Sicilię prętores in itineribus cōsumere cōsueuerūt: propterea q tū putāt obeūdā esse maxime prouinciā, cū in areis frumenta sunt: q & familię cōgregant, & magnitudo seruitii pspicitur, & labor operis maxime offendit, & fruměti copia cōmonet, tēpus anni nō impędit: tū inquā, cū cōcursant cęteri ptores, iste nouo quodā ex genere Imperator, pulcherrimo Syracusarum loco statiua sibi castra faciebat. nā in ipso aditu, atq; ore portus, vbi primū ex alto sinus a vrbe ab littore inflectit, tabernacula carbaseis ītēta velis collocabat. huc ex illa domo Prętoria, q̄ Regis Hieronis fuit, sic emigrabat, vt p eos dies nemo istū extra illū locū videre posset. In eū autē ipsum locū aditus erat nemini, nisi q aut socius, aut minister libidinis esse posset. huc oēs mulieres, qbus iste cōsueuerat, cōueniebāt. quarū incredibile est quāta multitudo fuerit Syracusis. huc hoīes digni istius amicitia, digni vita illa, cōuiuiisq; veniebāt. inter eiusmōi viros, ac mulieres adulta ętate filius versabat: vt eū, etiā si natura a parētis simi litudine abriperet, cōsuetudo tamē, ac disciplina patri simile esse cogeret. huc Tertia illa perducta p dolū, atq; insidias ab Rhodio tibicine, maximas in istius castris effecisse turbas dicit: cum indigne pateret vxor Cleomenis Syracusani, nobilis mulier, itēq; Aeschrionis honesto loco nata, in cōuētū suū mimi Isidori filiā venisse. Iste autē Hannibal, q in suis castris virtute putaret oportere, nō genere certari, sic hāc Tertiā dilexit, vt eā secū ex puincia exportaret. Ac p eos dies cū iste cū pallio purpureo †talariq; tunica versaret in cōuiuiis muliebrib⁹, nō offendebant homines in eo, neq; molestę ferebāt, abesse a foro magistratū, nō ius dici, nō iudicia fieri. lucū illū littoris, percrepare totū mulierū vocibus, cātuq; symphonię, in foro silentiū esse summū causarū, atq; iuris, nō ferebāt hoīes molestę. nō em̄ ius abesse videbatur a foro, neq; iudicia, sed vis, & crudelitas, & bonorū acerba, atq; indigna direptio. Hūc igit tu Imperatorē esse defendis Hortēsi? huius furta, rapinas, cupiditatē, crudelitatē, superbiam, sceleus, audaciā, rerū gestarū magnitudine, atq; Imperatoriis laudib⁹ tegere conaris? Hic scilicet est metuēdū, ne ad exitū defensionis tuę, vetus illa Antoniana dicēdi ratio, atq; auctoritas p feratur, ne excitet Verres, ne denudet a pectore, ne cicatrices populus Ro. aspiciat, ex mulierum morsu vestigia libidinis, atq; nequitię. Dii faciāt, vt rei militaris, vt belli mētionē facere audeas. cognoscent em̄ oīa istius æra illa vetera, vt nō solū in imperio, verū etiā in stipendiis qualis fuerit intelligatis. renouabit prima illa militia, cū iste e foro abduci, nō, vt ipse prædicat, pduci solebat. aleatoris Placētini castra cōmemorabunt: in qbus cū frequēs fuisset, tamen ęre dirutus est. multa eius in stipendiis damna pferent, q̄ ab isto ętatis fructu dissoluta, & cōpensata sunt. Iā vero, cū in eiusmodi patiētia turpitudinis, aliena, nō sua satietate obduruisset, qui vir fuerit, quot pfidia, q̄ munita pudoris, & pudicitię ceperit vi, & audacia, qd me attinet dicere? aut cōiūgere cū istius flagitio cuiusq; pterea dedec⁹? nō faciā Iudices. oīa vetera ptermittā. duo sola recētia sine cuiusq; infamia ponā: ex qbus cōiectura facere de oībus possitis. Vnū illud, qd ita fuit illustre, notūq; oībus, vt nemo tam rusticanus homo L. Lucullo, M. Cotta Conss. Romā ex vllo municipio vadimonii causa venerit, quin sciret, iura oīa Po. Ro. nutu, atq; arbitrio Chelidonis meretriculę gubernari. Alterū, q cū paludat⁹ exisset, votaq; p imperio suo, cōmuniq; populi Ro. nūcupasset, noctu stupri causa lectica in vrbē introferri solitus est ad mulierē, nuptā vni, ppositā oībus, cōtra fas, cōtra auspicia, cōtra oēs diuinas, atq; humanas religiones. O dii immortales, qd interest inter mentes hominū, & cogitationes. ita mihi meā volūtatē, spēq; reliquę vitę vestra populiq; Ro. existimatio cōprobet, vt ego quos adhuc mihi magistrat⁹ populus Ro. mādauit, sic eos accepi, vt me omniū officiorū obstringi religione arbitrarer. Ita q̄stor sum factus, vt mihi honorē illū tū nō solū datū, sed etiā creditū, ac cōmissum putarē. sic obtinui q̄sturā in puincia Sicilia, vt omniū oculos in me vnū coniectos arbitrarer: vt me, quęsturāq; meā, quasi in aliquo orbis terrę theatro versari existimarē: vt oīa semp, q iucūda vident esse, nō modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiā ipsi naturę, ac necessitati denegarē. Nūc sum designatus ædilis, habeo rationē quid a Populo Ro. acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum cerimonia Cereri, Libero, Liberęq; faciē

Statiua castra.

Os portus.

Simílem patri.

Tertia.

†pariq;

Perduci.

Aere dirutus.

Nuncupatio votorū

Nupta vni, ppositā oībus.

Magistrat⁹ a Cicerone gesti.

Extraordinariię cupiditates.

Actio. VII.

Aedilitia munera.

dos: mihi Florã matrẽ populo, plebiq; Ro. ludorũ celebritate plancandã: mihi ludos antiqſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cũ dignitatẽ, ac religione Ioui, Iunoni, Minerueq; eſſe faciẽdos: mihi ſacrarũ ędiũ procurationẽ, mihi totã vrbẽ tuendã eſſe cõmiſſam: ob earũ rerũ laborẽ, & ſollicitudinẽ fructus illos datos, antiquiorẽ in Senatu ſententię dicendę locũ, togã prętextã, ſellam curulẽ, ius, imagines ad memoriã, poſteritatẽq; prodẽdã. Ex his ego rebus omnibus Iudices, ita mihi deos oẽs ꝓpitios eſſe velim, vt, tametſi mihi iucũdiſſimus eſt honos populi, tamẽ nequaq; tantũ capio voluptatis, quantũ ſollicitudinis, & laboris vt hęc ipſa ædilitas, nõ qa neceſſe fuerit, alicui cãdidato data, ſed qa ſic oportuerit, recte collocata, & iudicio populi in loco poſita eſſe videat. Tu cũ eſſes ꝓtor renũciatus quoquo mõ (mitto eñ, & ꝓtereo, qd tũ ſit actũ) ſed cũ eſſes renũciat⁹, vt dixi, nõ ipſa ꝓconis voce excitatus es, q te toties ſeniorũ, iuniorũq; cẽturiis illo honore affici ꝓnũciauit, vt hoc putares, aliquam Reip. partẽ creditã: annũ tibi illũ vnũ, domo carẽdũ eſſe meretricis? Cũ tibi ſorte obtigiſſet, vt ius diceres, quãtũ negotii, qd oneris haberes, nũq; cogitaſti: neq; illud rationis habuiſti, ſi forte expergefacere te poſſes: eã ꝓuinciã quã tueri ſingulari ſapiẽtia, atq; integritate difficile eſſet, ad ſummã ſtultitiã, nequitiãq; veniſſe. Itaq; nõ mõ domo tua Chelidonẽ in ꝑturа extrudere noluiſti, ſed in Chelidonis domũ prętura tuã totã detuliſti. Secuta ꝓuincia eſt: in qua tibi nũq; venit in mentẽ, nõ tibi idcirco faſces, & ſecures, & tãtã imperii vim, tãtãq; ornamentorũ omniũ dignitatẽ datã, vt earũ rerũ vi, & auctoritate omnia repagula iuris, pudoris, & officii ꝓfringeres, vt omniũ bona prędã tuã duceres: nullius res tuta, nullius domus clauſa, nullius vita ſepta, nullius pudicitia munita, cõtra tuã cupiditatẽ, & audaciam, poſſet eſſe. in qua tu te ita geſſiſti, vt cũ oĩbus teneare rebus, ad bellũ fugitiuorũ confugias: ex quo iã intelliges, nõ mõ tibi nullã defenſionẽ, ſed maximã vim criminũ exortã. Niſi forte Italici belli fugitiuorũ reliquias, atq; illud Thempſanũ incõmodũ ꝓferes. ad qđ recens, cũ te peropportune fortuna obtuliſſet, ſi qd in te virtutis, atq; induſtrię fuiſſet, idẽ, q ſemp fueras, inuẽtus es. Cũ ad te Valẽtini veniſſent, & ꝑ his homo diſertus, & nobilis M. Marius loqueretur, vt negotiũ ſuſcipęres: vt, cũ pœnes te ꝓtoriũ imperiũ, ac nomẽ eſſet, ad illã paruã manũ extinguẽdã ducẽ te, principẽq; ꝓberes, nõ modo id refugiſti, ſed eo ipſo tẽpore, cũ eſſes in lictore, Tertia illa tua, quã tecũ deportabas, erat in omniũ conſpectu. ipſis autẽ Valẽtinis ex tã illuſtri, nobiliq; municipio, tãtis de rebus reſpõſum nullũ dediſti, cũ eſſes cũ tunica pulla, & pallio. Quid hunc ꝓficiſcentẽ, qd in ipſa ꝓuincia feciſſe exiſtimatis? qui cũ iam ex ꝓuincia, non ad triumphũ, ſed etiã ad iudiciũ decederet, ne illã quidẽ infamiã fugerit, quã ſine vlla voluptate capiebat. O diuina Senatus frequẽtis in ædę Bellonę admurmuratio. memoria tenetis Iudices, cum adueſperaſceret, & paulo ante eſſet de hoc Thempſano incommodo nunciatum, cum inueniret ſemo qui in illa loca cũ imperio mitteret, dixiſſe quendam, Verrem eſſe nõ longe a Thempſa? q̃ valde vniuerſi admurmurarint? q̃ palam principes contradixerint? Et is tot criminibus, teſtimoniiſq; conuictus in eorũ tabellis ſpem ſibi aliquam ponit, quorum omniũ palam, cauſa incognita, voce damnatus eſt. Eſto nihil ex fugitiuorum bello, aut ſuſpitione belli, laudis adeptus eſt: ꝙ neq; bellũ eiuſmodi, neq; belli fuit periculũ in Sicilia, neq; ab iſto ꝓuiſum eſt, ne qđ eſſet: at vero cõtra bellũ prędonum claſſem habuit ornatã, diligentiãq; in eo ſingularẽ. itaq; iſto prętore ꝑclare defenſa ꝓuincia eſt. Sic de bello ꝑdonũ, ſic de claſſe Sicilienſi Iudices dicã, vt hoc iã ante confirmẽ, in hoc vno genere oẽs ineſſe culpas iſtius maximas auaritię, maieſtatis, demẽtię, libidinis, crudelitatis. Hęc dũ breuiter expono, quęſo, vt feciſtis adhuc, diligenter attendite. Rem naualem primũ ita dico eſſe adminiſtratam, non vti prouincia defenderet, ſed vt claſſis nomine pecunia quęreret. Superiorũ prętorum cõſuetudo cum hęc fuiſſet, vt naues ciuitatibus, certusq; numerus nautarũ, militũ ꝙ imperaretur, maximę, & locupletiſſimæ ciuitati Mamertinę nihil horum imperauiſti. ob quam rẽ qd tibi Mamertini pecunię clã dederint, poſt videbit: ex ipſorũ literis & teſtib⁹ quę remus. Nauẽ vero Cybeam maximã, triremis inſtar, pulcherrimã, atq; ornatiſſimã, palã ædificatam ſumptu publico, ſciente Sicilia, ꝑ magiſtratũ, ſenatũq; Mamertinũ, tibi datã donatãq; eſſe dico. Hęc nauis onuſta pręda Sicilienſi, cũ ipſa quoq; eſſet ex pręda, ſimul cũ iſte decederet, appulſa Veliã eſt, cũ plurimis rebus, & iis quas ante Romã mittere cũ cęteris furtis noluit, ꝙ erãt chariſſimę, maximeq; eũ delectabãt. Eã nauem nuper egomet vidi Velię, multiq; alii viderũt, pulcherrimã, atq; ornatiſſimã Iudices. quę quidẽ oĩbus, q eã aſpexerãt, ꝓſpectare iã exiliũ, atq; explorare fugã domini videbãt. Quid mihi hoc loco reſpondebis? niſi forte id

In loco poſita.

Repagula iuris.

Cybea nauis.

quod tametsi ꝓbari nullo modo potest, tamẽ dici quidẽ in iudicio de pecuniis repetũdis necesse est, de tua pecunia cõstare ædificatã esse eã nauẽ. Aude hoc saltem dicere qđ necesse est, noli metuere Hortẽsi ne quẽrã, q̃ licuerit ædificare nauẽ Senatori! antiquę sunt istę leges, & mortuę quẽadmodũ tu soles dicere, q̃ vetãt. fuit ista responsio quondã, fuit ista seueritas in iudiciis, vt istã rẽ accusator in magnis criminibus obiiciendã putaret. qd em̃ tibi naue opus fuit! q̃ si quo publice ꝓficiscereris, & p̃sidii, & vecturę causa sumptu publico nauigia p̃berentur. priuatim autẽ nec proficiscí quoq̃ potes, nec accersere res trãsmarinas ex iis locis, in qb⁹ tibi habere, mercari nihil licet. Deĩde cur qcq̃ cõtra leges parasti! valeret hoc crimẽ ĩ illa ueteri seueritate, ac dignitate Reip. nũc nõ mõ te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidẽ cõmuni vituperatione reprehẽdo. Postremo tu tibi hoc nũq̃ criminosum, nũq̃ inuidiosum fore putasti! celeberrimo loco palam tibi ædificari onerariã nauẽ in ea prouincia quã tu cũ imperio obtinebas! quid eos loqui, qui videbãt, qd existimare eos, qui audiebãt, arbitrabare! inanem te nauẽ esse in Italiã deducturũ! nauiculariã te, cũ Romã venisses, esse facturũ! Ne illud quidẽ quisq̃ poterat suspicari, te habere in Italia maritimũ fundũ, & ad fructus deportãdos onerariam nauẽ cõparare. Eiusmodi de te voluisti sermonẽ esse omniũ! palã vt loquerẽtur, te illam nauẽ parare, quæ prædã ex Sicilia deportaret, & quæ ad ea furta, quæ reliquisses, cõmearet! Verũ hæc omnia, si doces nauẽ de tua pecunia ædificatam, remitto, atq; cõcedo. sed hoc homo amẽtissime nõ intelligis priore actione ab istis ipsis tuis Mamertinis laudatoribus esse sublatũ. nã dixit Heius princeps ciuitatis, princeps istius legationis, q̃ ad tuã laudationem missa est, nauẽ tibi operis publicis Mamertinorũ esse ædificatã, eiq; faciẽdæ Senatorẽ Mamertinũ publice p̃fuisse. Reliqua est materies. hãc Rhegynis, vt ipsi dicũt, (tametsi tu negare nõ potes) publice ꝙ Mamertini materies nõ habẽt, imperauisti. Si, & quo fit nauis, & q faciunt, imperio tibi tuo, nõ precio p̃sto fuerũt, vbi tãdẽ istuc latet, quod tu de tua pecunia dicis impensum! At Mamertini in tabulis nihil habẽt. primũ video potuisse fieri, vt ex ærario nihil darẽt. etenim vel Capitoliũ, sicut apud maiores nostros factũ est, publice gratis coactis fabris, operisq; imperatis, exædificari, atq; effici potuit. dein id qđ p̃spicio, & qđ ostẽdã cum istos produxero, ipsorũ ex literis, multas pecunias isti erogatas in operũ locationes falsas, atq; inanes esse p̃scriptas. nã illud minime mirũ est, Mamertinos, a quo summũ beneficium acceperãt, quẽ sibi amicíorem q̃ populo Ro. esse cognouerãt, eius capiti literis suis præreciſſe. Si argumento est, Mamertinos pecunias tibi nõ dedisse, quia scriptũ nõ habẽt, sit argumento, tibi gratis constare nauẽ, quia qd emeris, aut quid locaueris, scriptũ p̃ferre nõ potes. At enim idcirco nauẽ Mamertinis nõ imperasti, ꝙ sunt fœderati. Dii approbẽt. habem⁹ hominem in Fecialiũ manibus educatũ, vnum, p̃ter cęteros, in publicis religionibus fœderum, sanctũ, diligentẽ. omnes q ante te, Prętores fuerũt, dedant Mamertinis, ꝙ iis nauẽ contra pactionem fœderis imperarint. Sed tamẽ tu sancte homo, ac religiose, cur Tauromínitanis itẽ fœderatis nauẽ imperasti! an hoc ꝓbabis! in ęqua causa populorũ, sine precio variũ ius, & disparem conditionẽ fuisse! Quid si eiusmodi esse hęc duo fœdera duorũ populorum Iudices doceo, vt Tauromínitanis nominatim cautũ, & exceptũ sit fœdere, ne nauẽ dare debeãt! Mamertinis in ipso fœdere sanctũ, atq; p̃scriptũ sit, vti nauẽ dare necesse sit! istũ autẽ contra fœdus, & Tauromínitanis imperasse, & Mamertinis remisisse! num cui dubium poterit esse, quin Verre prętore plus Mamertinis Cybea, q̃ Tauromínitanis fœdus opitulatũ sit! Recitẽtur fœdera. Isto igitur tuo, quẽadmodũ p̃dicas, beneficio, vt res indicat, precio, atq; mercede, minuisti maiestatẽ reip. minuisti auxilia populi Ro. minuisti copias, maiorũ virtute, ac sapientia cõparatas, sustulisti ius imperii, conditionẽ seniorũ, memoriã fœderis. Qui ex fœdere ipso nauẽ vel vsq; ad Oceanũ, si imperassemus, sumptu periculoq; suo armatã, atq; ornatã mittere debuerũt, hi ne in freto ante sua tecta & domos nauigarẽt, ne sua mœnia, portusq; defenderẽt, precio abs te ius fœderis, imperii cõditionẽ emerũt. Quid cẽsetis in hoc fœdere faciũdo voluisse Mamertinos impẽdere laboris, operę, pecunię, ne hęc biremis ascriberetur, si id vllo modo possent a nostris maiorib⁹ impetrare! nã cũ hoc munus imperaret tã graue ciuitati, inerat nescio quo mõ in illo fœdere societatis quasi q̃dã nota seruitutis. Qđ tũ recẽtibus suis officiis, integra re, nullis Po. Ro. difficultatib⁹, a maiorib⁹ nostris fœdere assęq non potuerũt, id nũc nullo nouo officio suo, tot annis post, iure Imperii nostri quotannis vsurpato, ac semp retẽto, summa ĩ difficultate nauiũ, a C. Verre p̃cio assecuti sunt. At nõ hoc solũ assecuti, ne nauẽ darẽt. ecquẽ nautã, ecquẽ militẽ, q̃ aut ĩ classe, aut ĩ p̃sidio eẽt, te p̃tore p

Leges mortuę. Fuit. i. esse desiit. vt Fuimus Troes. fuit Ilion &c.

Nauiculariã facere.

Operis. i. seruis.

Fœderati populi.

Alii vsurpata & retenta legentes ad iura referunt.

triennīū Mamertini dederunt? deniq; cū ex Senatusconsulto, itēq; ex lege Terentia, & Cassia frumētū æquabiliter emi ab oībus Sicilię ciuitatib⁹ oporteret, id quoq; munus leue, atq; cōmune Mamertinis remisisti. Dices frumētū Mamertinos nō debere. quomodo nō debere? an vt ne vēderēt? nō ēm erat hoc genus frumēti ex eo genere qđ exigeret, sed eo, qđ emeretur. Te igit auctore, & interprete, ne foro qdē, & cōmeatu Mamertini populū Ro. iuuare debuerunt. Quę tādē ciuitas fuit, q̄ deberet? qui publicos agros arāt, certū est qd ex lege Censoria dare debeāt. cur iis quicq̄ pterea, ex alio genere īperauisti? Quid decumani? nū qd pter singulas decumas ex lege Hieronica debēt? cur iis quoq; statuisti, quātū ex hoc genere frumenti empti darēt? Qui sūt immunes, ii certe nihil debēt. at iis nō mō imperasti, verū etiā quo plus darent q̄ poterāt, hęc sexagena millia modiū, q̄ Mamertinis remiseras, addidisti. Neq; hoc dico, cęteris nō recte imperatū esse. Mamertinis, q erāt in eadē causa, & qbus superiores oēs prętores item, vt cęteris, imperarāt, pecuniāq; ex senatusconsulto, & ex lege dissoluerāt, his dico non recte remissum. Et vt hoc beneficiū, quēadmodū dicit, trabali clauo figeret, cum cōsilio causam Mamertinorū cognoscit, & de cōsilii sentētia Mamertinis se frumētū nō imperare pronunciat. audite decretū mercenarii ptoris ex ipsius cōmentario, & cognoscite quanta in cōstituendo iure sit auctoritas. Recita cōmentariū. R.C. Libēter ait se facere, itaq; perscribit. quid si hoc verbo non esses vsus libenter? nos videlicet, inuitum te quęstum facere putaremus? Ac de consilii sententia. pręclarum recitari cōsiliū Iudices audistis. vtrū vobis cōsilium recitari tandē prętoris videbat, cū audiebatis nomina? an pdonis improbissimi societas, atq; comitatus? an fœderū interpretes, societatis pactores, religionis auctores? Nūq̄ in Sicilia frumentū publice est emptū, quin Mamertinis p portione imperaret, anteq̄ hoc delectū, pręclarumq; cōsiliū iste dedit, vt ab his nummos acciperet, ac sui similis esset. Itaq; tantum valuit istius decreti auctoritas, quātū debuit eius hominis, q a qbus frumentū emere debuisset, iis decretum vendidisset. nā statim L. Metellus, vt isti successit, ex C. Sacerdotis, & Sex. Peducei instituto, ac literis frumentū Mamertinis imperauit. tū illi intellexerunt, se id, qđ a malo auctore emissent, diutius obtinere nō posse. Age porro tu, q te tā religiosum existimari voluisti interpretē fœderū, cur Tauromenitanis frumētū, cur Netinis imperasti? quarū ciuitatum vtraq; fœderata est. Ac Netini quidē sibi nō defuerūt. nam simulac pnunciasti, libēter te Mamertinis quidē remittere, te adierūt, & eandē suā causam fœderis esse docuerūt. tu aliter decernere in eadē causa nō potuisti: pnūcias Netinos frumentū dare nō oportere, & ab his tamen exigis. Cedo mihi eiusdē prętoris literas, & rerū decretarū, & frumēti imperati, & rerū decretarum tritici empti. Quid potius in hac tāta, ac tā turpi incōstantia suspicari possum⁹ Iudices, q̄ id qđ necesse est? aut istā a Netinis pecuniā cū posceret, nō datā: aut id esse actum, vt intelligerent Mamertini, se bene apud istū tā multa precia, ac munera collocasse, cū idem alii iuris ex eadē causa non obtinerēt. Hic mihi etiā audebit mētionē facere Mamertinę laudationis. in qua q̄ multa sint vulnera, quis est vestrū Iudices quin intelligat? Primū, vt in iudiciis, qui decē laudatores dare nō potest, honestius est ei nullū dare, q̄ illū quasi legitimum numerū cōsuetudinis nō explere. tot in Sicilia ciuitates sunt, qbus tu p triennīū prefuisti: arguunt cęterę: paucę, & paruę metu repressę silent: vna laudat. hoc qd est? nisi intelligere qd habeat vtilitatis vera laudatio? sed tamē ita Verres, puincię pfuisti, vt hac vtilitate necessario sit carendū. Deinde id quod alio loco ante dixi, q̄ est ista tandē laudatio? cui⁹ laudatiōis legati principes, & publice tibi nauē ædificatā, & priuatim se ipsos abs te spoliatos, expilatosq; esse dixerūt? Postremo qd aliud isti faciūt, cū te soli ex Sicilia laudāt, nisi testimonio nobis sunt, oīa sibi esse largitū, q̄ tu de republica nostra detraxeris? Quę colonia est in Italia, tā bono iure? qđ tā immune municipiū? qđ p hos annos tā cōmoda vacatione sit vsum omniū rerum, q̄ Mamertina ciuitas p triennīū? soli, ex fœdere qđ debuerūt nō dederūt: soli isto ptore omniū rerū immunes fuerūt: soli in istius imperio ea cōditione vitę fuerunt, vt populo Ro. nihil darēt, Verri nihil denegarēt. Verū vt ad classem, quo ex loco sum digressus, reuertar, accepisti a Mamertinis nauē cōtra legē, remisisti cōtra fœdera. ita in vna ciuitate bis improbus fuisti: cū & remisisti, qđ nō oportebat: & accepisti, qđ nō licebat. exigere te oportuit nauem, q̄ cōtra pdones, nō q̄ cū pda nauigaret: q̄ defenderet ne puincia spoliaret, nō q̄ noua puincię spolia portaret. Mamertini tibi & vrbē, quo furta vndiq; portares, & nauē, qua exportares, pbuerūt. illud tibi oppidū receptaculū pdę fuit: illi hoīes testes, custodesq; furtorū: illi tibi & locū furtis, & furtorū vehiculū cōparauerūt. Itaq; ne tū quidē cum classem auaritia,

Trabalis clauus.

Decē laudatores.

ac nequitia tua perdidisti, nauē Mamertinis imperare ausus es. quo tēpore in tāta inopia nauium, tantaq; calamitate prouincię, etiā si precario essent rogādi, tamē ab his impetrare. re primebat eñ tibi & imperādi vim, & rogandi conatū pręclara illa nō populo Ro. reddita bi remis, sed prętori donata Cybea. Ea tui merces imperii, auxiliū iuris, cōsuetudinis, fœderis. Habetis vnius ciuitatis firmū auxiliū amissum, ac venditū precio. cognoscite nunc nouā p dandi rationem, ab hoc primū excogitatā. Sumptū omnem in classem frumento, stipendio, cæterisq; rebus, Nauarcho suo quæq; ciuitas semper dare solebat. is neq; vt accusaretur a nautis committere audebat, & ciuibus suis rationē referre debebat: in illo omni negotio nō modo labore, sed etiā periculo suo versabat. Erat hoc, vt dico, factitatū semp, nec solū in Sicilia, sed in omnibus ꝓuinciis, etiā in sociorū, & Latinorum stipendio, ac sumptu tum cum illorum auxiliis vti solebamus. Verres post imperium constitutū, primus imperauit, vt ea pecunia omnis a ciuitatibus sibi adnumerarē, vt is eam pecuniam tractaret, quē ipse præfecisset. cui potest esse dubium, quamobrē & omniū consuetudinē veterē primus immutaris! & tantam vtilitatem per alios tractandę pecunię neglexeris! & tantam difficultatē cū crimine molestię, cū suspitione susceperis! Deinde alii quęstus instituunt: ex vno genere nauali videte q̄ multi: accipere a ciuitatibus pecunias, ne nautas darent: precio certo missos facere nautas: missorum omne stipendiū lucrari: reliquis quod deberet, nō dare. Hęc omnia ex ciuitatū testimoniis cognoscite. Recita testimonia ciuitatum. Hunccine hominē! hanccine impudentiam Iudices! hanccine audaciā! ciuitatibus ꝓ numero militū pecuniarū summas describere, certo precio sexcentenos nūmos nautarū missione cōstituere. quos qui dederat, cōmeatu potius ætatis abstulerat. iste qđ & nautę nomine ꝓ stipendio, frumēto q; acceperat, lucrabatur. Itaq; quęstus duplex vnius missione fiebat. Atq; hęc homo amentissimus in tāto prædonum impetu, tātoq; periculo ꝓuincię, sic palam faciebat, vt & ipsi prędones scirent, & tota prouincia testis esset. Cū ꝓpter istius hanc tantā auaritiā, nomine classis, essent in Sicilia re quidem vera naues inanes, quę prędā ptori, nō quę pdonibus metū afferrēt: tamē, cū P. Cesecius, & P. Tadi⁹ decē nauibus his semiplenis nauigarēt, nauē quādā piratarū pręda refertā, non ceperūt, sed abduxerunt onere suo plane captā, atq; depressam. Erat ea nauis plena iuuentutis formosissimę, argēti facti, atq; signati, multa cum stragula veste. Hęc vna nauis ex classe nostra nō capta est, sed inuenta ad Megaridē, qui locus est nō longe a Syracusis, quod vbi isti nunciatū est: tametsi noctu cū mulierculis iacebat ebrius, erexit se tamē, & statim quę stori, legatoq; suo custodes misit cōplures, vt omnia sibi integra, q̄primū exhiberent. Appellitur nauis Syracusas, expectat ab omnibus, suppliciū sumi de captiuis putatur. Iste quasi præda sibi aduecta, nō prędonibus captis, si q senes aut deformes erāt, eos in hostiū numero ducit. qui aliq̄d formę, ætatis, artificiiq; habebāt, abducit oēs: nonnullos scribis suis, filio, cohortiq; distribuit: symphoniacos hoīes sex, cuidam amico suo Romā muneri misit. nox illa tota exinanienda naui cōsumit. Archipiratā ipsum videt nemo, de quo supplicii sumi oportuit: hodieq; omnes sic habēt persuasum (quid eius sit, vos cōiectura quoq; assequi debetis) istū clam a piratis ob hunc Archipiratā pecuniā accepisse. coniectura bona est. Iudex esse bonus nemo potest, q suspitione certa nō mouet. hominē nostis: cōsuetudinēq; omniū tenetis: q ducem prędonū, aut hostiū ceperit, q̄ libenter eū palā ante oculos omniū esse patiat. Hominē in tanto cōuentu Syracusis vidi neminē Iudices, q Archipiratam captum vidisse se diceret, cum omnes, vt mos est, vt solet fieri, cōcurrerēt, quęrerēt, videre cuperent. qd accidit, cur tā topere iste homo occultaret! vt eum ne casu quidē quisq̄ aspicere posset! Homines Mamertini Syracusis, q sępe istius ducis nomē audissent, cū eū sępe timuissent, cum eius cruciatu, atq; supplicio pascere oculos, animūq; exaturare vellēt, potestas aspiciēdi nemini facta est. Vnus plures prędonū duces viuos cepit P. Seruilius, q̄ oēs antea. ecqñ igit̄ isto fructu q̄sq̄ caruit, vt videre piratā captū nō liceret! At contra, quacūq; iter fecit, hoc iucundissimū spectaculū omnibus, victorū, captorūq; hostium prębebat. itaq; ei cōcursus vndiq; fiebāt, vt non modo ex his oppidis, qua ducebātur, sed etiā ex finitimis visendi causa cōuenirēt. Ipse autē triūphus quamobrē omniū triūphorū gratissimus populo Ro. fuit atq; iucundissimus! quia nihil est victoria dulcius. nullū est autē testimoniū victorię certius, q̄ quos sępe metueris, eos te victos ad supplicium duci videre. Hoc tu quāobrē non feciſti! quāobrē ita iste pirata celatus est, quasi eū aspicere nefas esset! quāobrē supplicii nō sumpsisti! quā ob causam hoīem reseruasti! ecquē audisti in Sicilia antea captū Archipiratā, q nō securi pcussus sit! vnum cedo

Precario.

Victoria nihil dulcius.

Actio. VII.

auctorẽ tui facti, vnius ꝑfer exẽplũ. viuũ tu Archipiratã ſeruabas, quẽ ꝑ triũphũ credo, quẽ ante currũ tuũ duceres. neq; eñ quicq̃ erat iã reliquũ, niſi vt claſſe populi Ro. pulcherrima amiſſa, puinciaq; lacerata, triũphus naualis tibi decerneret. Age porro, cuſtodiri ducem prę donum nouo more, q̃ ſecuri feriri omniũ exẽplo magis placuit. quæ ſunt iſtę cuſtodiæ! apud quos hoïes! quẽadmodũ eſt aſſeruatus! †Latumias Syracuſanas oẽs audiſtis, pleriq; noſtis. opus eſt ingẽs, magnificũ, regũ, ac tyrannorũ: totũ eſt ex ſaxo, in mirãdã altitudinẽ depreſſum, & multorũ operis pœnitus exciſum. nihil tã clauſum ad exitus, nihil tã ſeptũ vndiq;, nihil tã tutũ ad cuſtodias nec fieri, nec cogitari poteſt. in has Latumias, ſi q̃ publicę cuſtodiẽ di ſunt, etiã ex cęteris oppidis Sicilię deduci imperant. Eo ꝑq; multos captiuos ciues Romanos cõiecerat, & ꝑq; eodẽ cęteros piratas cõtrudi imperarat, intellexit, ſi hũc ſubditiciũ Archipiratã in eandẽ cuſtodiã dediſſet, fore vt a multis illis in Latumiis verus ille dux q̃rere tur. itaq; hominẽ huic optimę, tutiſſimęq; cuſtodię nõ audet cõmittere. deniq; Syracuſas totas timet. amãdat hominẽ. quo! Lilybæũ fortaſſe, video: tamẽ hoïes maritimos non plane reformidat. Minime Iudices. Panormũ igit! audio: q̃q̃ Syracuſis, quoniã in Syracuſano captus erat, maxime ſi min⁹ ſupplicio affici, at cuſtodiri oportebat. Ne Panormũ quidẽ. Quid igit! quo putatis! ad homines a Piratarũ metu, & ſuſpitione alieniſſimos, a nauigãdo, rebuſq; maritimis remotiſſimos, ad Centuripinos, hoïes maxime mediterraneos, ſummos aratores, qui nomẽ nunq̃ timuiſſent maritimi ꝑdonis, vnũ te prętore horruiſſent Aproniũ terreſtrẽ Archipiratã. Et vt quiuis facile pœrſpiceret, id ab iſto actũ eſſe, vt ille ſuppoſitus facile & libẽter ſe illum qui nõ erat, eſſe ſimularet, imperat Cęturipinis, vt is victu, cęteriſq; rebus q̃liberaliſſime cõmodiſſimęq; habeat. Interea Syracuſani homines pœriti, & humani, q nõ modo ea, q̃ pœrſpicua eſſent, videre, verũ etiã occulta ſuſpicari poſſent, habebãt rationẽ oẽs quotidie piratarum, q ſecuri ferirent: q̃ multos eſſe oporteret, ex ipſo nauigio, qđ erat factũ ſex remorũ numero, coniiciebant. Iſte q; oẽs, qui artificii aliquid habuerãt, aut formę, remouerat, atq; abduxerat, reliquos ſi vt cõſuetudo eſt, vniuerſos ad palũ alligaſſet, clamorẽ populi fore ſuſpicabatur, cũ† tanto plures abducti eſſent, q̃ relicti. propter hanc cauſam cum inſtituiſſet, alios alio tempore ꝑducere, tamẽ in tanto cõuẽtu nemo erat, quin rationẽ numerũq; haberet, & reliquos nõ deſideraret ſolum, ſed etiã poſceret, & flagitaret. Cũ maximus numerus deeſſet, tum iſte homo nefarius in eorũ locũ, quos domũ ſuam de piratis abduxerat, ſubſtituere, & ſupponere cœpit ciues Romanos, quos in carcerẽ antea coniecerat: quorũ alios Sertorianos milites fuiſſe inſimulabat, & ex Hiſpania fugiẽtes ad Siciliã appulſos eſſe dicebat: alios q a prędonib⁹ erãt capti, cũ mercaturas facerẽt, vt aliquã ob cauſam nauigarẽt, ſua volũtate cũ piratis fuiſſe arguebat. Itaq; alii ciues Ro. ne cognoſcerent, capitibus obuolutis e carcere ad palum atq; ad necẽ rapiebant: alii cũ a multis ciuib⁹ Ro. recognoſcerent, ab oïbus defenderẽtur, ſecuri feriebant. quorũ ego de acerbiſſima morte, crudeliſſimoq; cruciatu dicã, cũ eũ locum tractare cœpero: & ita dicã, vt ſi me in ea querimonia quã ſum habiturus de iſtius crudelitate, & de ciuiũ Ro. indigniſſima morte, nõ modo vires, verũ etiã vita deficiat, id mihi ꝑclarũ, & iucundũ putẽ. Hęc igit eſt geſta res, hęc victoria ꝑclara: myoparone piratico capto, dux liberatus, ſymphoniaci Romã miſſi, formoſi hoïes, & adoleſcẽtes, & artifices domũ abducti: in eorũ locũ, & ad eorũ numerũ ciues Ro. hoſtilẽ in modũ cruciati, & necati: oïs veſtis ablata: omne aurũ, & argẽtũ, & ablatũ, & auerſum. At quẽadmodum ipſe ſeſe induit priore actione! q tot dies tacuiſſet, repẽte in M. Annii hominis ſplẽdidiſſimi teſtimonio, cũ is ciues Ro. dixiſſet, & Archipiratã negaſſet ſecuri eſſe ꝑcuſſum, exiluit cõſcientia ſceleris, & furore ex maleficiis cõcepto excitatus, dixit ſe, q; ſciret ſibi crimini datũ iri pecuniã accepiſſe, neq; de vero Archipirata ſumpſiſſe ſupplicium, ideo ſecuri nõ ꝑcuſſiſſe: domi eſſe apud ſeſe Archipiratas dixit duos. O clemẽtiã Po. Ro. ſeu potius patiẽtiã mirã, ac ſingularẽ. ciuẽ Ro. ſecuri eſſe ꝑcuſſum Annius eques Ro. dicit. taces. Archipiratã negat. fateris. fit in eo gemitus oĩm & clamor. cũ tñ a pſenti ſupplicio tuo ſe continuit populus Romanus, & repreſſit, & ſalutis tuę rationẽ iudicũ ſeueritati reſeruauit. Qui ſciebas tibi crimini datũ iri! quãobrẽ ſciebas! quãobrẽ etiã ſuſpicabare! inimicũ habebas neminẽ. ſi haberes, tñ nõ ita vixeras vt metũ iudicii ꝑpoſitũ habere deberes. an te, id qđ fieri ſolet, cõſciẽtia timidũ, ſuſpitioſumq; faciebat! q igit cũ eſſes in imperio iã tũ iudiciũ, & crimẽ horrebas, is cum tot teſtibus coarguare, potes de damnatione dubitare! Verũ ſi crimẽ hoc metuebas, ne qs abs te ſuppoſitũ eſſe diceret, qui ꝑ Archipirata ſecuri feriret, vtrũ tãdẽ tibi ad defenſionẽ firmius eſſe putaſti! iudiciũ coactũ

†Lautumias.
†Latomias
†quo.
†quo.
†condi.
Amãdare.
†altero tanto.
Symphoniaci.
Vt cũ vellet ꝑduceret.

atq; efflagitatũ? eo ꝓducere, ad ignotos tãto post eũ quẽ archipiratã esse diceres? an recenti re, Syracusis apud notos, inspectãte Sicilia pene tota, securi ferire? Vide qd interfit, vtrũ faciẽ dum fuerit. in illo reprehẽsio nulla esse potuit: hic defensio nulla est, itaq; illud semp oẽs fece runt: hoc qs ante te, qs ꝑter te fecerit, q̃ro. Piratã viuũ tenuisti. quẽ ad finẽ? dũ cũ imperio fui sti? quãobrẽ? quã ob causam? quo exẽplo? cur tã diu? cur inquã ciuib9 Romanis, quos piratæ ceperãt, securi statim pcussis, ipsis piratis lucis vsurã tã diuturnã dedisti? Verũ esto, sit tibi il lud liberũ ome tẽpus qd cũ imperio fuisti. etiã ne priuat9? etiã ne reus? etiã ne pene dãnatus, hostiũ duces priuata in domo retinuisti? Vnũ, alterũ mẽsem, ppe annũ, deniq; domi tuę pira tę, a quo tẽpore capti sunt, quoad p me licitũ est, fuerũt, hoc est quoad p M. Aciliũ Glabrio nem licitũ est, q postulãte me, ꝓduci, atq; in carcerẽ cõdi imperauit. Qd est huiusce rei ius? quę cõsuetudo? qd exẽplũ? hostẽ acerrimũ, atq; infestissimũ Po. Ro. seu potius cõmunẽ hostẽ gentiũ, nationũq; omniũ, quisq; omniũ mortaliũ priuatus intra mœnia domi suę retinere po terit? qui si pridie, q̃ a me tu coactus es cõfiteri, ciuibus Ro. securi pcussis, prędonũ ducẽ viuere, apud te habitare: si inquã pridie domo tua ꝓfugisset, si aliquã manũ cõtra populũ Ro. facere potuisset, qd diceres? apud me habitauit, mecũ fuit, ego illũ ad iudiciũ meũ, quo facilius crimẽ inimicorũ diluere possem, viuũ, atq; incolumẽ reseruaui. Ita ne vero? tu tua pericula cõmuni periculo defendes? tu supplicia, q̃ debent hostibus victis, ad tuũ nõ ad Pop. Ro. tempus cõferes? Po. Ro. hostis priuatis custodiis asseruabit? At etiã qui triũphant, eoq; diutius viuos hostiũ duces seruant, vt his p triumphũ ductis, pulcherrimũ spectaculũ fructũq; victorię populus Ro. pcipere possit, tamẽ cũ de foro in Capitoliũ currũ flectere ĩcipiũt, illos duci in carcerẽ iubet? idẽq; dies & victoribus imperii, & victis vitę finẽ facit. Et nũc credo es se dubiũ, quin tu id cõmissurus nõ fueris: psertim cũ statuisses, vt ais, tibi causam esse dicen dam, vt ille archipirata nõ potius securi ferireꝰ, q̃ qd erat ante oculos positũ, tuo periculo viueret. Si eñ esset mortuus, tu q crimẽ ais te metuisse, q̃ro cui ꝓbares? cũ cõstaret istũ Syra cusis ab nullo visum esse archipiratã, ab oĩbus desideratũ? Cũ dubitaret nemo, qn abs te pecunia liberatus esset: cũ vulgo loquerent suppositũ in eius locũ, quẽ ꝓ illo ꝓbare velles: cum tute fassus esses, te id crimẽ tãto ante metuisse: si eũ diceres esse mortuũ, qs te audiret? nunc cũ viuũ istũ nescio quẽ ꝓduces, tamen te derideri vides. quid si aufugisset? si vincla rupisset? ita vt Nico ille nobilissimus pirata fugit, quẽ P. Seruilius, qua felicitate ceperat, eadẽ recupe rauit. quid diceres? Verũ hoc erat, si ille semel ver9 archipirata securi pcussus esset, pecuniã illam nõ haberes. si hic falsus esset mortuus, aut ꝓfugisset, nõ esset difficile aliũ in suppositi locum supponere. Plura dixi, q̃ volui, de illo archipirata, & tamẽ ea q̃ certissima sunt huius criminis argumẽta ptermisi. volo eñ mihi totũ esse crimẽ hoc integrũ. est certus locus, cer ta lex, certũ tribunal, quo hoc referuet. Hac tãta prẽda auctus, mãcipiis, argẽto, veste locuple tatus, nihilo diligẽtior ad classem ornandã, milites reuocãdos, alendosq; esse cœpit: cum ea res, nõ solũ ꝓuincię saluti, verũ etiã ipsi pdę esse posset. Nã æstate summa, quo tẽpore cęteri ptores obire ꝓuinciã, & cõcursare cõsueuerũt, aut etiã in tãto prędonum metu, & periculo ipsi nauigare, eo tẽpore ad luxuriã, libidinesq; suas domo sua regia, q̃ Regis Hieronis fuit, qua ptores vti solẽt, cõtentus nõ fuit. tabernacula quẽadmodũ cõsueuerat tẽporib9 ęstiuis, qd antea iã demõstraui, carbaseis intẽta velis collocari iussit in littore: qd est littus in insula Syracusis post Arethusę fontẽ, ꝑpter ipsum introitũ atq; ostiũ portus, amœno sane, & arbi tris remoto loco. Hic dies ęstiuos sexaginta Prętor Po. Ro. custos, defensorq; ꝓuincię sic vi xit, vt muliebria quotidie cõuiuia essent, vir accũberet nemo ꝑter ipsum, & ptextatũ filium. tametsi recte sine exceptiõe dixerã, virũ, cũ isti eẽnt, neminẽ fuisse. nõnũq; etiã libert9 Timar chides adhibebat. mulieres autẽ nuptę, nobiles, ꝑter vnã mimi Isidori filiã, quã iste propter amorẽ ab Rhodio tibicine abduxerat: Pippa q̃dã, vxor Aeschrionis Syracusani, de qua mu liere plurimi versus, qin istius cupiditatẽ facti sunt, tota Sicilia pcelebrant. Erat Nice facie eximia, vt pdicat: vxor Cleomenis Syracusani. hãc Cleomenes vir amabat: verũtamẽ hui9 li bidini aduersari nec poterat, nec audebat: & simul ab isto donis, bñficiisq; plurimis deuincie batur. Illo autẽ tẽpore iste, tametsi ea est hois impudẽtia, quã nostis, ipse tamẽ cũ vir esset Sy racusis, vxorem eius parum poterat animo soluto, ac libero tot in acta dies secũ habere. Ita q; excogitat rem singularẽ. naues, qbus Legatus prefuerat, Cleomeni tradidit: Classi Populi Ro. Cleomenẽ Syracusanũ preesse iubet, atq; imperat. hoc eo facit, vt ille nõ solũ abesset a do mo, tũ cũ nauigaret, sed etiã libenter cũ magno honore, beneficioq; abesset. Ipse aũt remo-

Lucis vsura.

Ducti ĩ triumphũ in carcerem mittũtur.

Amicæ Verris.

Acta.

to atq; ablegato viro nõ liberius q̃ ante: quis enim vnq̃ istius libidini obstitit? sed paulo solutiore tamẽ animo secũ illã haberet, si non tanq̃ virũ, at tãq̃ æmulũ remouisset. Accipit nauẽ socioq; atq; amicorũ Cleomenes Syracusanus. Quid primũ aut accusem, aut querar Iudices? Siculo ne homini legati, quęstoris, Po. Ro. denicq; potestatẽ, honorẽ, auctoritatẽ dari? Si te impœdiebat ista cõuiuiorũ, mulierũq; occupatio, vbi q̃stores? vbi legati? vbi ternis denariis æstimatum frumẽtũ? vbi muli? vbi tabernacula? vbi tot tãtaq; ornamẽta magistratib9, & legatis, senatu populoq; Romano pmissa, & data? denicq; vbi pfecti, & tribuni tui? Si ciuis Ro. dignus isto negotio nemo fuit, qd ciuitates q̃ in amicitia fideq; Po. Ro. ppetuo mãserãt? vbi Segesta na? vbi Centuripina ciuitas, q̃ tũ officiis, fide, vetustate, tũ etiã cognatione Po. Ro. nomẽ attingunt? O dii immortales. quid si harũ ipsarũ ciuitatũ militibus, nauib9, Nauarchis, Syracusanus Cleomenes iussus est imperare, nõ ois honos ab isto dignitatis, ætatis, officiiq; sublatus est? Ecqđ in Sicilia bellũ gessim9, quin Cẽturipinis sociis, Syracusanis hostib9 vteremur? atq; hęc oĩa ad memoriã vetustatis, nõ ad cõtumeliã ciuitatis referri volo. Itaq; ille vir clarissimus, summusq; Impator, M. Marcellus, cuius virtute captę, misericordia cõseruatę sunt Syracusę, habitare in ea parte vrbis, q̃ insula est, Syracusanũ neminẽ voluit. hodie inquã Syracusanum in ea parte habitare nõ licet. est em̃ locus, quẽ vel pauci possunt defendere. cõmittere igit eũ nõ fidelissimis hoĩbus noluit: simul q; ab illa parte vrbis nauib9 aditus ex alto est. quãobrẽ q nostros exercit9 sępe excluserãt, iis claustra loci cõmittẽda non existimauit. Vide qd intersit inter tuã libidinẽ, maiorũq; auctoritatẽ, inter amorẽ, furorẽq; tuũ, & illorũ consilium, atq; prudẽtiã. Illi aditũ littoris Syracusanis ademerũt. tu maritimũ imperiũ cõcessisti. Illi habitari in eo loco Syracusanũ, quo naues accedere possent, noluerũt. tu classi, & nauib9 Syracusanũ prędesse voluisti. Quib9 illi vrbis suę partẽ ademerũt, iis tu nostri imperii partem dedisti: & quorũ sociorũ opera Syracusani nobis dicto audientes sunt, eos Syracusanis dicto audiẽtes esse iussisti. Egredit Cẽturipina quadriremi Cleomenes e portu, sequitur Segestana nauis, Tyndaritana, Herbitẽsis, Heraclięsis, Apolloniẽsis, Halũtina: prędara classis in specie, sed inops, & infirma ppter dimissionẽ ppugnatorũ, atq; remigũ. Tãdiu in imperio suo classem iste ptor diligẽs vidit, q̃diu cõuiuiũ eius flagitiosissimũ pteruecta est. ipse autem q visus multis dieb9 nõ esset, tũ se tamẽ in cõspectũ nautis paulispęr dedit. stetit soleat9 Prętor Pop. Ro. cũ pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in littore. iã hoc ipso istum vestitu Siculi ciuesq; Romani pmulti sępe viderũt. Posteaq̃ paulũ ꝓuecta classis est, & Pachynũ quinto die denicq; appulsa est, nautę fame coacti, radices palmarũ agrestiũ, quarũ erat in illis locis sicut in magna parte Sicilię, multitudo, colligebãt, & his miseri, pditiq; alebant. Cleomenes autẽ, q alterũ se [illegible]errẽ cũ luxuria, atq; nequitia, tũ etiã imperio putaret, similiter totos dies, in littore tabernaculo posito, ppotabat. Ecce aũt repẽte ebrio Cleomene, esuriẽtibus cęteris, nunciat piratarũ naues esse in portu Edissę. nã ita is locus nominat. nostra autẽ classis erat in portu Pachyni. Cleomenes autẽ, q; erat terrestre pfidiũ nõ re, sed nomine, sperabat iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se numerũ nautarũ, & remigũ posse. repta est eadẽ istius hominis auarissimi ratio in pfidiis, q̃ in classibus. nã erãt ppauci reliqui, cęteriq; dimissi. Princeps Cleomenes in quadriremi Cẽturipina malũ erigi, vela fieri, pcidi anchoras imperauit: & simul, vt se cęteri sequerent, signũ dari iussit. hęc Cẽturipina nauis erat incredibili celeritate velis. nã scire isto ptore nemo poterat, quid quęq; nauis remis facere posset. etsi in hac quadriremi ppter honorẽ, & gratiã Cleomenis minime milites remiges, & milites deerãt. Euolarat iã e cõspectu fere fugiẽs quadriremis, cũ etiã †nũc cęterę naues suo in loco moliebãtur. Erat animus in reliqs. q̃q̃ erãt pauci, quoquo modo sese res habebat, pugnare tamen se velle clamabãt: & qđ reliquũ vitę, viriũq; fames fecerat, id ferro potissimũ reddere volebãt. Q; si Cleomenes nõ tanto ante fugisset. erat em̃ sola illa nauis rostrata, & ita magna, vt ppugnaculo cęteris posset esse. q̃, si in pdonũ pugna versaret, vrbis instar habere inter illos piraticos myoparones videret. sed tũc inopes relicti a duce, pfectoq; classis, eundem necessario cursum tenere cœperũt. Pelorũ versus, vt ipse Cleomenes, ita cęteri nauigabãt. neq; ita tamẽ prędonũ fugiebãt impetũ, q̃ Imperatorẽ sequebant. Tũ vt qsq; in fuga postremus, ita periculo princeps erat. postremã em̃ quãq; nauẽ piratę primã adoriebant. ita prima Haluntinorũ nauis capitur, cui prerat Haluntinus homo nobilis Philarchus, quẽ ab illis prędonibus Locrenses postea publice redemerũt. ex quo vos priore actione iurato, rẽ omnem causamq; cognostis. Deinde Apolloniẽsis nauis capit, & ei9 pfect9 Anthropinus occidit. Dũ hęc aguntur,

Ornatus publici.

Soleatus.

Edissa.

Incredibili celeritate, velis.

†tunc.

interea Cleomenes iam ad Pelori littus peruenerat, iã sese in terra e naui eiecerat, quadrirẽ⁊ in solo fluctuantẽ reliquerat. reliqui Prefecti nauiũ, cũ in terrã Imperator exisset, cũ ipsi neq; repugnare, neq; mari effugere vllo modo possent, appulsis ad Pelorũ nauibus Cleomenẽ persecuti sunt. Tũc prędonum dux Heracleo, repente, pręter spẽm, non sua virtute, sed istius auaritia, nequitiaq; victor, classem pulcherrimã populi Ro. in littus expulsam, & eiectã, cum primum aduespęrasceret, inflãmari, incendiq; iussit. O tẽpus miserum, atq; acerbum prouin- Aduespę-
ciæ Siciliæ. O casum illum multis innocentibus calamitosum, atq; funestum. O istius nequi- rasceret.
tiã, ac turpitudinem singularem. vna atq; eadem nox erat, qua prętor amoris turpissimi flã-
ma, ac classis populi Ro. prędonum incendio cõflagrabat. Affertur nocte intẽpesta grauis hu
iusce mali nuncius Syracusis: currit ad Prætoriũ, quo istũ e cõuiuio illo præclaro reduxerãt
paulo ante mulieres cũ cantu, atq; symphonia. Cleomenes, q̃q̃ nox erat, tamẽ in publico esse
non audet, includit se domi: neq; aderat vxor, quę consolari hominẽ in malis posset. Huius
autem prędari imperatoris ita erat seuera domi disciplina, vt in re tanta, in tam graui, nun
cius nemo admitteret: nemo esset, qui auderet, aut dormientẽ excitare, aut interpellare vigi
lantẽ. Iam vero re ab oĩbus cognita, cõcursabat vrbe tota maxima multitudo. Non enim, si-
cut antea cõsuetudo erat, prædonũ aduentum significabat ignis e specula sublatus, aut tu-
mulo, sed flãma ex ipso incendio nauium, & calamitatem acceptam, & periculũ reliquum nũ
ciabat. Cũ prętor quæreret, & constaret ei neminẽ nunciasse, fit ad domũ eius cũ clamore cõ
cursus, atq; impetus. Tum iste excitatus exit, audit rẽ omnẽ ex Timarchide, sagum sumit, lu
cebat iã fere: procedit in medium vini, somni, stupri plenus. Excipit ab oĩbus eiusmodi cla
morẽ, vt ei Lampsacení periculi similitudo versaretur ante oculos. hoc etiam maius hoc vi-
debat, q; in odio simili, multitudo hominũ hæc erat maxima. Tũ istius acta cõmemoraban-
tur, tum flagitiosa illa conuiuia: tum appellabant a multitudine mulieres nominatim: tum
quærebat ex ipso palã, tot dies continuos, per quos nunq̃ visus esset, qd egisset: tũ impetio ab
isto prepositus Cleomenes flagitabat: neq; qcq̃ propius est factũ, q̃ vt illud Vticense exemplũ
de Hadriano transferret Syracusas, vt duo sepulcra duorum Prætorum improborum, dua-
busq; in prouinciis cõstituerent. Verũ habita est a multitudine ratio temporis, habita est tu
multus, habita etiam dignitatis, existimationisq; communis, q; is est cõuentus Syracusis ci-
uium Ro. vt nõ modo illa prouincia, verum etiã hac Repu. dignissimus existimet. Cõfirmãt
ipsi se, cum is etiam tum semisomnis stuperet. arma capiunt, totũ forũ, atq; insulam, quæ est Semiso-
vrbis magna pars, cõplent. Vnã illã solam noctem prędones ad Pelorũ cõmorati, cũ fumãtes mnis.
etiã nostras naues reliquissent, accedere incipiũt ad Syracusas. cũ videlicet sæpe audissent, ni
hil esse pulchrius, q̃ Syracusarũ mœnia, ac portus: statuerant sese, si ea Verre prætore nõ vi
disset, nunq̃ esse visuros. Ac primo ad illa æstiua prętoris accedunt, ipsam illam ad partem
littoris, vbi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat. quẽ postea q̃ ina-
nem locũ offenderũt, & Prætorem cõmouisse ex eo loco castra senserunt, statim sine vllo me
tu in portum ipsum penetrare cœperunt. Cũ in portũ dico Iudices, (explanãdũ est enim dili
gentius, eorũ causa qui locum ignorant) in vrbẽ dico, atq; in vrbis intimam partem venisse
piratas. Nõ em portu illud oppidũ clauditur, sed vrbe portus ipse cingitur, & concluditur,
nõ vt alluãtur a mari mœnia extrema, sed influat in vrbis sinum portus. Hic te prætore He Portus Sy
racleo Archipirata cũ quattuor Myoparonibus paruis ad arbitriũ suum nauigauit. Pro` dii racusanus.
immortales, piraticus Myoparo, cum imperiũ populi Romani, nomen, ac fasces essent Syra-
cusis, vsq; ad forum, & ad omnes vrbis crepidines accessit: quo neq; Carthaginensiũ glorio- Crepidies
sissimæ classes, cũ mari plurimũ poterant, multis bellis sæpe conatæ, vnq̃ aspirare potuerũt: vrbis.
neq; populi Ro. inuicta ante prętorẽ te gloria illa naualis, vnq̃ tot Punicis, Siciliẽsibusq; bel-
lis penetrare potuit: q locus eiusmodi est, vt ante Syracusani in mœnibus suis, in vrbe, in fo
ro hostẽ armatum, ac victorem, q̃ in portu vllam hostium nauem viderent. hic te prætore
prædonum nauiculæ peruagatæ sunt, quo Athenienſium classis sola post hominum memo
riã. CCC. nauib⁹ vi ac multitudine inuasit: quę ĩ eo ipo portu, loci ipsi⁹, portusq; natura vi
cta, atq; superata est. hic primũ opes ipsius ciuitatis victæ, cõminutæ, depressæq; sunt: in hoc
portu Atheniẽsiũ nobilitatis, imperii, glorię naufragiũ factum existimatur. eo ne pirata pene
trauit! quo simul atq; adesset, nõ modo a latere, sed etiã a tergo magnã partẽ vrbis relinque-
ret. Insulã totã prętereuectus est: quę est vrbis magna pars Syracusis suo nomine ac mœnib⁹,
quo in loco maiores (vt ante dixi) Syracusanum quenq̃ habitare vetuerunt, q; qui illam

partem vrbis tenuerint,in eorum poteſtatem portum futurum intellígebant. At quemadmodum pęruagatus:radices palmarũ agreſtiũ,quas in noſtris nauib⁹ inuenerat, iaciebat,vt oẽs iſtius improbitatẽ,& calamitatẽ Siciliæ poſſent cognoſcere. Siculos ne milites:aratorũ ne liberos:quorũ patres tantũ labore ſuo frumẽti exarabant,vt populo Ro. totiq; Italiæ ſuppedítare poſſent:eos ne in inſula Cereris natos,vbi primũ fruges inuẽtę eſſe dicunt, eo cibo eſſe vſos:a quo maiores eorũ cæteros quoq; frugibus inuentis remouerũt. Te prętore Siculi milites palmarũ ſtirpibus,prædones Siculo frumento alebant. O ſpectaculũ miſerum, atq; acerbum,ludibrio eſſe vrbis gloriã, populi Ro. nomẽ,hominũ cõuentu, atq; multitudine piratí co Myoparone, in portu Syracuſano de claſſe populi Ro. triũphũ agere piratã,cũ prætoris nequiſſimi,inertiſſimiq; oculos prędonũ remi reſpergerẽt. Poſtea q̃ portu piratæ nõ metu alí quo affecti,ſed ſatietate exierãt, tum cœperũt quęrere hoĩes cauſam illius tãtæ calamitatis: dicere oẽs,& palã diſputare,minime eſt mirandũ, ſi militibus, remigibuſq; dimiſſis,reliquis egeſtate,& fame pẽditis,prętore tot dies cũ mulierculis pẽpotante,tanta ignominia,& calamitas eſſet accepta. Hęc autẽ iſtius vituperatio,atq; infamia confirmabat eorum ſermone, qui a ſuis ciuitatibus illis nauibus prępoſiti fuerãt:qui ex illo numero reliqui Syracuſas claſſe amiſſa refugerãt. dicebãt, quos ex ſua quiſq; naui miſſos ſciret eſſe. res erat clara:neq; ſolũ argumẽtis,ſed etiã certis teſtibus iſtius audacia tenebat. homo certior fit, agi nihil in foro,& conuentu toto die,niſi hoc quæri a Nauarchis, quemadmodũ claſſis eſſet amiſſa. illos reſpõdere,& docere vnũquẽq;,miſſione remigũ,fame reliquorũ,Cleomenis timore,& fuga. Quod poſteaq̃ iſte cognouit,hãc rationẽ habere cœpit. cauſam ſibi dicendã eſſe ſtatuerat iã ante,q̃ hoc vſu venerit,ita vt ipſum priore actione dicere audiſtis. videbat illis Nauarchis teſtibus,tantũ hoc crimẽ ſuſtinere ſe nullo modo poſſe:cõſiliũ capit primo ſtultum, verũtamen clemẽs:Cleomenẽ,& Nauarchos ad ſe vocarí iubet. veniunt. accuſat eos, q; huiuſmodí de ſe ſermones habuerint:rogat,vt id facere deſiſtant,& in ſua quiſq; naui dicat ſe tantũ habuiſſe nautarũ,quantũ oportuerit,neq; quẽq̃ eſſe dimiſſum. Illi eñuero,ſe oſtẽdũt,qđ vellet, eſſe facturos. Iſte nõ procraſtinat,aduocat amicos ſtatim,quærit ex his ſigillatim, quot quiſq; nautas habuerit. Reſpõdit vnuſqſq;,vt erat pręceptũ. Iſte in tabellas refert,obſignat ſignis amicoꝝ prouidẽs homo,vt cõtra hoc crimẽ, ſiquãdo opus eſſet,hac videlicet teſtificatione vteret. Deriſum credo eſſe hoĩem amentẽ a ſuis cõſiliariis,& admonitũ,haſce ei tabellas nihil profuturas,etiã plus ex nimia prætoris diligẽtia ſuſpitionis in eo crimine futurũ. Etiam iſte erat hac ſtultitia multis in rebus vſus,vt publice quoq;,quæ vellet,in ciuitatũ literis, & tolli,& referri iuberet. quę oĩa nũc intellígit ſibi nihil prodeſſe,poſtea q̃ certis literis,teſtib⁹, auctoritatibuſq; cõuincit. Vbi hoc videt,illorũ cõfeſſionẽ,teſtificationẽ ſuã,tabellas ſibi nullo adiumẽto futuras,init cõſiliũ nõ improbi prętoris:nã id qdẽ eſſet ferendũ:ſed importuni, atq; amẽtis tyrãni. Statuit ſi hoc crimẽ extenuare vellet(nã omnino tolli poſſe nõ arbitrabatur)Nauarchos oẽs teſtes ſui ſceleris vita eſſe priuandos. Occurrebat illa ratio:qd Cleomeni fiet:potero ne animaduertere in eos,quos dicto audiẽtes eſſe iuſſi:miſſum facere eum,cui imperiũ poteſtatẽq; permiſi:potero ne eos afficere ſupplicio,q Cleomenẽ ſecuti ſunt:ignoſcere Cleomeni,q ſecũ fugere,& cõſequi iuſſit: potero ne in eos eſſe vehemens, q naues inanes nõ modo habuerũt,ſed etiã apertas:in eũ diſſolutus,q ſolus habuerit cõſtratam nauem, & minus exinanitam: pereat Cleomenes vna. Vbi fides:vbi execrationes:vbi dextræ, complexusq;:vbi illud cõtuberniũ muliebris militiæ,in illo delicatiſſimo littore:Fieri nullo mõ poterat,quin Cleomeni parceret. Cleomenẽ vocat. dicit ei ſe ſtatuiſſe animaduertere in oẽs Nauarchos. ita ſui periculi rationes ferre,ac poſtulare. tibi vni parcã, & totius iſtius culpæ crimen,vituperationẽq; inconſtantiæ,potius ſuſcipiã,q̃ aut in te ſim crudelis, aut totam graues teſtes viuos,incolumeſq; eſſe patiar. Agit gratias Cleomenes,approbat cõſiliũ, dicit ita fieri oportere. admonet tamẽ illud,qđ iſtũ fugerat,in Phalargũ Centuripinũ Nauarchũ nõ poſſe animaduerti:propterea,q; ſecũ fuiſſet vna in Centuripina quadriremi. Quid ergo:iſte homo ex eiuſmodi ciuitate,adoleſcẽs nobiliſſimus,teſtis relinquet:in pręſentia,inquit Cleomenes,quoniam ita neceſſe eſt. ſed poſt aliquid videbimus:ne iſte nobis obſtare poſſit. Hæc poſteaq̃ acta,& cõſtituta ſunt,procedit iſte repente e prętorio,inflãmatus ſcelere,furore,crudelitate,in forũ venit,Nauarchos vocari iubet. qui nihil metuerẽt, nihil ſuſpicarent,ſtatim accurrũt. Iſte hoĩbus miſeris,innocẽtibuſq; iniici catenas imperat. Implorare illi fidẽ populi Ro. & quare id faceret,rogare. Tũc iſte hoc cauſæ dicit,q; claſſem prędonibus prodidiſſent.

Locus inſignis.

Dicto audientes.

Locus ridículus.

Fit clamor,& admiratio populi:tantã esse in hoie impudẽtiã,atq; audaciã,vt aut aliis causam calamitatis attribueret,quę omnis propter auaritiã ipsius accidisset:aut,cũ ipse prædonũ socius putaret,aliis proditionis crimẽ inferret. Deinde,hoc quintodecimo die crimẽ esse natũ,postq̃ classis esset amissa.Cũ hæc fierent,quærebat vbi esset Cleomenes. non quo illum ipsum,cuiusmodi esset,quisq̃ supplicio propter illud incõmodũ dignũ putaret. nã qd Cleomenes facere potuit(nõ em̃ possum quẽq̃ insimulare falso)qd inquã magnopere potuit Cleomenes facere,istius auaritia nauibus exinanitis!atq; eũ videt sedere ad latus prætoris,& ad aurẽ familiariter,vt solitus erat,insusurrare.Tum vero oĩbus indignissimũ visum est,homines honestissimos,electos ex suis ciuitatibus,in ferrũ,atq; in vincla cõiectos:Cleomenẽ propter flagitiorũ,ac turpitudinis societatẽ familiarissimũ esse prætoris. Apponit his tamẽ accusator Neuius Turpio qdã,qui C.Sacerdote prętore,iniuriarũ dãnatus est,homo bene appositus ad istius audaciã:quẽ iste in decumis,in rebus capitalibus,in omni calũnia, pręcursorẽ habere solebat, & emissariũ. Veniunt Syracusas parẽtes,propinquiq; miserorũ adolescẽtiũ hoc repẽtino calamitatis suę cõmoti nũcio:vinctos aspiciũt catenis liberos suos, cũ isti9 auaritiæ pœnã,collo,& ceruicibus suis sustinerẽt:adsunt,defendũt,proclamãt,fidẽ tuã,quę nusq̃ erat,nec vnq̃ fuit,implorãt.Pater aderat Dexio Tyndaritanus homo nobilissimus,hospes tuus,cuius tu domi fueras,quẽ hospitẽ appellaras.eum,cũ illa auctoritate,& miseria videres prædĩtũ:nõ te eius lachrymæ,nõ senectus,nõ hospitii ius,atq; nomẽ a scelere aliquam ad partẽ humanitatis reuocare potuit.Sed qd ego hospitii iura in hac tã immani bellua cõmemoro!Qui Stheniũ Thermitanũ hospitẽ suũ,cuius domũ pr hospitiũ exhausit,& exinaniuit,absentẽ in reos retulerit,causa indicta capite dãnarit,ab eo nunc hospitiorũ iura,atq; officia queramus! cũ hoie em̃ crudeli nobis res est!an cũ fera atq; immani bellua!te patris lachrymę de innocẽtis filii periculo, nõ mouebãt!cũ patrẽ domi reliquisses, filium tecum haberes:te neq; prẽsens filius de liberorũ charitate,neq; absens pater,de indulgẽtia patria commonebat!Catenas habebat hospes tuus Aristeus, Dexionis filius. quid ita!prodiderat classem.qđ ob p̃miũ!deseruerat exercitũ.qd Cleomenes!ignauus fuerat. at eũ tu ob virtutẽ corona aurea donaras.dimiserat nautas.at ab oĩb9 tu mercedẽ missionis acceperas. Alter pater erat Herbitẽsis Eubulida,hõ domi suę clarus,& nobilis:q qa Cleomenẽ in defendẽdo filio læserat,nudus pene`est destitutus.Quid erat aũt qđ qsq̃ diceret,aut defenderet!Cleomenẽ nominare nõ licet.at causa cogit.moriere si appellaris.Nũq̃.n.iste est cuiq̃ mediocriter minat9. At remiges nõ erãt.prętorẽ tu accusas!frãge ceruicẽ.Si neq; p̃torẽ,neq; p̃toris æmulũ appellare licebit,cũ in his duobus tota causa sit,qd futurũ est! Dicit etiã causam Heraclius Segestanus hõ domi suę summo loco natus.Audite vt vestra humanitas postulat Iudices. audietis em̃ de magnis incõmodis,iniuriisq; socioq;.Hũc scitote fuisse Heracliũ in ea causa,q propter grauẽ morbũ oculorũ,tũ cũ nauigaret, & iussu eius q potestatẽ habuit ĩ cõmeatu Syracusis remãserit.Iste certe neq; p̃didit classem,neq; metu p̃territ9 fugit,neq; exercitũ deseruit. etem̃ tũ esset hoc aĩaduersum, cũ classis Syracusis p̃ficiscebat.iste in eadem causa fuit,quasi esset ĩ aliquo manifesto scelere deprehẽsus,in quẽ ne falso qdẽ causa cõferri criminis potuit. Fuit in illis Nauarchis Heraclięsis qdã Furius(nam habẽt illi nõnulla huiusce modi latina noĩa) hõ q̃diu vixit,domi suę,nõ solũ post mortẽ tota Sicilia clarus,& nobilis. in quo hoie tãtũ animi fuit,nõ solũ vt istũ libere læderet(nã id qdẽ,quoniã moriẽdũ videbat,sine pericu lo se facere intellígebat)verũ morte p̃posita cũ lachrymãs in carcere mater noctes,diesq; assideret:defensionẽ causę suę scripsit:quã nũc nemo est ĩ Sicilia,quin habeat,qn legat,quin tui sceleris,& crudelitatis ex illa oratione cõmonefiat. In qua docet,quot a ciuitate sua nautas acceperit:quot,& quãti quẽq; dimiserit:quot secũ habuerit.itẽ de cæteris nauib9 dicit. Quæ cũ apud te diceret,virgis oculi verberabant.Ille morte proposita,facile dolorẽ corporis patiebat. clamabat,id qđ scriptũ reliquit, facinus esse indignum, plus impudicissimæ mulieris apud te de Cleomenis salute,q̃ de sua vita lachrymas matris valere.Deinde etiã illud video esse dictũ:qđ,si recte vos populus Ro.cognouit,nõ falso ille iã in ipsa morte de vobis p̃dicauit.nõ posse Verrẽ testes interficiẽdo,crimina sua extinguere: grauiorẽ apud sapiẽtes iudices se fore ab inferis testẽ, q̃ si viuus in iudiciũ produceret. Tũ auaritię solũ,si viueret:nũc, cũ ita esset necatus:sceleris,audacię,crudelitatis testẽ fore.Iam illa pręclara:nõ testiũ modo cateruas,cũ tua res ageret,sed tũ a diis manibus innocentiũ pœnas,sceleratorumq; furias in tuum iudicium esse venturas. sese ideo leuiorẽ casum suum fingere,q; iã ante aciẽ securium

Pręcursor, & emissarius.

Auctoritate & miseria p̃ditũ.

Hospitii iura.

Græcis latina noĩa.

Exaggeratio criminis miranda.

tuarũ, Sextíq; tui carnificis vultũ, & manũ vidiſſet, cũ in cõuẽtu ciuiũ Ro. iuſſu tuo ſecuri ciues Ro. ferirẽt. Ne m'ta Iudices, libertatẽ quã vos ſociis dediſtis, hac ille ĩ acerbiſſimo ſupplicio miſerrimę ſeruitutis abuſus eſt. Cõdẽnat oẽs de cõſilii ſentẽtia: tamẽ neq; iſte in tanta re, tot hominũ cauſa, P. Vectiũ ad ſe accerſit, quęſtorẽ ſuum, cuius cõſilio vteret: neq; P. Ceruiũ talẽ virũ legatũ, qui, quia legatus iſto prętore in Sicilia fuit, prim⁹ ab iſto iudex reiectus eſt prętore: ſed de latronũ, hoc eſt de comitũ ſuorũ ſentẽtia cõdẽnat oẽs. Hic cũcti Siculi fidelíſſimi, atq; antiquiſſimi ſocii, plurimis affecti beneficiis a maioribus noſtris, grauiter cõmouent, & de ſuis periculis, fortuniſq; oĩbus pertimeſcũt. Illã clemẽtiã, mãſuetudinẽq; noſtri imperii in tantã crudelitatẽ, inhumanitatẽq; eſſe cõuerſam! condemnari tot hoĩes vno tẽpore nullo crimine! defenſionẽ ſuorũ furtorũ prætorẽ improbũ ex indigniſſima morte innocẽtiũ quærere! Nihil addi iã videt Iudices ad hãc improbitatẽ, amẽtiã, crudelitatẽq; poſſe, & recte nihil videt. Nã, ſi cũ aliorũ improbitate certet, longe oẽs multũq; ſuperabit. ſed ſecũ ipſe certat: id agit, vt ſemp ſuperius ſuũ facin⁹ nouo ſcelere vincat. Phalargũ Cẽturipinũ dixerã exceptũ eſſe a Cleomene, q; in eius quadriremi Cleomenes vectus eſſet: tamẽ quia pertimuerat adoleſcẽs, q; eandẽ ſuã cauſam videbat eſſe, quã illorũ, qui innocentes peribãt, ad hominem accedit Timarchides, a ſecuri negat eſſe ei periculũ: virgis ne cęderet, monet vt caueret. Ne multa. ipſum dicere adoleſcentẽ audiſtis, ſe ob hunc virgarũ metũ, pecuniã Timarchidi numeraſſe. Leuia ſunt hęc in hoc reo crimina. metũ virgarũ Nauarchus nobiliſſimę ciuitatis precio redemit. humanũ. Alius ne cõdemnaret pecuniã dedit. †vſitatũ eſt. Nõ vult populus Ro. obſoletis criminibus accuſari Verrẽ, noua poſtulat, inaudita deſiderat: nõ de prętore Sicilię, ſed de crudeliſſimo tyrãno fieri iudiciũ arbitrat. Includunt in carcerẽ cõdemnati: ſupplíciũ cõſtituit in illos, ſumit de miſeris parẽtibus Nauarchorũ. adire ad filios ſuos prohibetur: liberis ſuis cibũ, veſtitũq; introferre. Patres hi, quos videtis, iacebãt in limine, matreſq; miſerę pernoctabãt ad oſtiũ carceris, ab extremo cõplexu liberũ excluſæ, quæ nihil aliud orabãt, niſi vt filiorũ extremũ ſpiritũ excipere ſibi liceret. Aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors, terrorq; ſociorũ, & ciuiũ, lictor Sextius, cui ex omni gemitu, doloreq;, certa merces cõparabat. vt adeas, tantũ dabis: vt cibũ tibi introferre liceat, tantũ. nemo recuſabat. qd vt vno ictu ſecuris afferã mortẽ filio tuo! quid dabis! ne diu crucier! ne ſæpius feriat! ne cũ ſenſu doloris aliquo, aut cruciatu ſpiritus auferat! Etiã ob hãc cauſam pecunia lictori dabatur. O magnũ atq; intolerandũ dolorem. O grauem acerbamq; fortunam. non vitam liberũ, ſed mortis celeritatem precio redimere cogebant parentes. Atq; ipſi etiam adoleſcentes cum Sextio de eadẽ plaga, & de vno illo ictu loquebant: idq; poſtremum parentes ſuos liberi orabant, vt leuãdi cruciatus ſui gratia pecunia lictori daret. Multi, & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis. multi. verũtamẽ mors ſit extrema. nõ erit. Eſt ne aliqd vltra, quo crudelitas progredi poſſit! reperiet. Nam illorum liberi, cum erunt ſecuri percuſſi, ac necati, corpora feris obiicient. Hoc ſi luctuoſum eſt parenti, redimat precio ſepeliẽdi poteſtatẽ. Onaſum Segeſtanum hominem nobilem dicere audiſtis, ſe ob ſepulturã Heraclii Nauarchi pecuniam Timarchidi dinumeraſſe: hoc ne poſſis dicere. patres eñ veniunt amiſſis filiis irati. vir primarius, homo nobiliſſimus, dicit: neq; de filio dicit. Iã hoc qs tũ fuit Syracuſis qui nõ audierit! quin ſciat! has per Timarchidẽ pactiones ſepulturę cum viuis etiã illis eſſe factas. non palam cũ Timarchide loquebant! non omnes hominũ propinqui adhibebantur! nõ palã viuorum funera locabantur! Quibus rebus omnibus actis, atq; deciſis, producunt e carcere, & deligant ad palum. Quis tam fuit illo tempore durus, & ferreus! quis tam inhumanus! præter vnũ te, qui non illorum ætate, nobilitate, miſeria cõmoueretur! ecquis fuit, quin lachrymaretur! quin ita calamitatẽ putaret illorum, vt fortunã tamen nõ alienã, periculum autem cõmune agi arbitraret! Feriunt ſecuri. lætaris tu in omniũ gemitu, & triũphas: teſtes auaritiæ tuæ gaudes eſſe ſublatos. Errabas Verres, & vehemẽter errabas, cum te maculas furtorũ, & flagitiorũ tuorũ, ſociorũ innocentiũ ſanguine luere arbitrabare: præceps amentia ferebare, qui te exiſtimares auaritię vulnera crudelitatis remediis poſſe ſanare. Etem q̃q̃ illi ſunt mortui ſceleris tui teſtes, tamẽ ꝓpinqui neq; tibi deſunt, tamẽ ex illo ipſo numero Nauarchorũ aliqui viuũt, & adſunt, quos vt mihi videt ab illorũ innocẽtiũ pœna fortuna ad hãc cauſam reſeruauit. Adeſt Philarchus Halũtinus, q qa cũ Cleomene nõ nauigauit, oppreſſus a prędonib⁹, & captus eſt, cui calamitas ſaluti fuit, q niſi captus a piratis eſſet, ĩ hũc prędonẽ ſocioꝝ incidiſſet. dicet is ꝓ teſtimonio de miſſione nautarũ, de fame, de Cleomenis fuga. Adeſt Cen

†vſurpatũ †vſu rarũ.

Sextius lictor Verris.

Luere maculas ſanguine.

turipinus Phalargus, in amplíſſima ciuitate, amplíſſimo loco natus, eadem dicit, nulla in re diſcrepat. Per deos immortales Iudices quo tãdẽ animo feretis? aut hęc quẽadmodum audítis? Vtrũ ego deſipio, & plus q̃ ſatis opus eſt, doleo in tanta calamitate, miſeriaq; ſociorũ? an vos quoq; hic acerbiſſimus innocẽtiũ cruciat⁹, & mœror parí ſenſu doloris afficit? Ego eñ cum Herbitenſem, cũ Heraclienſem, ſecurí eſſe pœrcuſſum dico, verſaẽ mihí ante oculos indígnitas calamitatis, eorũ ne populoꝝ ciues, eorũ ne agrorũ colonos, ex qbus maxima vis frumentí quotannis plebi Romanę illoꝝ opęris, ac laboribus quęrit: q a parẽtibus ſpe noſtri imperíi, noſtræq; equitatis ſuſcepti, educatiq; ſunt: ad C. Verris nefariã immanitatẽ, & ad eius ſecurẽ funeſtã eſſe ſeruatos? Cũ mihi Tyndaritani illi⁹ venit in mẽtẽ, cũ Segeſtani, tũ iura ſimul ciuitatũ, atq; offícia cõſidero. Quas vrbes P. Aphricanus etiã ornãdas eẽ ſpoliis hoſtiũ arbitratus eſt, eas C. Verres nõ ſolũ illis ornamẽtis, ſed etiã viris nobiliſſimis nefario ſcelere priuauit. En qđ Tyndaritani libenter prędicẽt: nos in ſeptẽdecim populis Sicilię nõ eramus: nos ſemper in oĩbus Punicis Siciliẽſibuſq; bellis amicitiã fidẽq; populi Ro. ſecuti ſum⁹: a nobis oĩa populo Ro. ſemp & belli adiumẽta, & pacis ornamẽta adminiſtrata ſunt. Multũ vero hęc his iura profuerũt in iſti⁹ imperio ac poteſtate. Veſtros quondã nautas cõtra Carthagi nẽ Scipio duxit, at nũc naues cõtra prędones pene inanes Cleomenes ducit. Vobiſcũ Aphricanus hoſtiũ ſpolia, & pręmia laudis cõmunicauit, at nũc per me ſpoliati naue a prædonibus abducta, ipſi in hoſtiũ numero, locoq; ducemini. Quid vero illa Segeſtanorũ non ſolũ literis tradita, neq; cõmemorata verbis, ſed multis officiis illorũ vſurpata & cõprobata cognatio, quos tandẽ fructus huiuſce neceſſitudinis in iſtius imperio tulit? nẽpe hoc fuit iure Iudices: vt ex ſinu patris nobiliſſimus adoleſcẽs, & e cõplexu matris ereptus innocens filius, carnifici Sextio dederet. Cui ciuitati maiores noſtri maximos agros, atq; optimos cõceſſerũt: quã immunẽ eſſe voluerũt: hæc aũt apud te cognationis, fidelitatis, vetuſtatis, auctoritatis, ne hoc quidẽ iuris obtinuit: vt vnius honeſtiſſimi, atq; innocẽtiſſimi ciuis mortẽ, & ſanguinem deprecaret. Quo cõfugiẽt ſocii? quẽ implorabũt? qua ſpe denicq; vt viuere velint tenebunt, ſi vos eos deſeritis? ad Senatũ deueniẽt, qui de Verre ſupplíciũ ſumat? nõ eſt vſitatũ, nõ Senatoriũ, ad populũ Ro. cõfugiẽt? facilis eſt cauſa populi. legẽ eñ ſociorũ cauſa iuſſiſſe, & eius legis cuſtodes, ac vindices prępoſuiſſe dicit. Hic locus eſt igit vn⁹, quo pfugiãt, hic portus, hęc arx, hęc ara ſociorũ: quo qdem nũc nõ ita cõfugiũt, vt antea in ſuis repetẽdis rebus ſolebãt. non argentũ, nõ aurũ, nõ veſtẽ, nõ mãcipia repetunt, nõ ornamẽta, quę ex vrbibus, faniſq; erepta ſunt. metuũt hoĩes imperiti, ne iã hæc populus Ro. cõcedat, & iam fieri velit. patimur eñ iã multos, & ſilemus: cũ videamus ad paucos hoĩes oñes omniũ nationũ pecunias peruenisſe. Quod eo magis ferre æquo animo atq; cõcedere videmur: quia nemo iſtorum diſſimulat, nemo laborat, vt obſcura ſua cupiditas eſſe videat. In vrbe noſtra pulcherrima atq; ornatiſſima qđ ſignũ? quę tabula picta eſt? quę nõ ab hoſtibus victis capta, atq; apportata ſit? at iſtoꝝ villę ſociorũ fideliſſimorũ & plurimis, & pulcherrimis ſpoliis ornatæ refertęq; ſunt. vbi pecunias exterarũ nationũ eſſe arbitramini? qbus nũc oẽs egẽt, cũ Athenas, Pergamũ, Cyzicũ, Miletũ, Chion, Samon, totã deniq; Aſiã, Achaiã, Greciã, Siciliã iã ĩ paucis villis incluſas eſſe videtis. Sed hęc, vt dico, oĩa iã ſocii veſtri relinquũt, & negligũt Iudices: ne publice a po. Ro. ſpoliarent, officiis ac fide puiderũt. paucoꝝ cupiditati, tũ cũ obſiſtere nõ poterãt, tñ ſuffice re aliquo mõ poterãt. Nũc vero iã adẽpta eſt nõ mõ reſiſtẽdi, verũ etiã ſuppeditãdi facultas. Itaq; res ſuas negligũt. pecunias, quo noĩe iudiciũ hoc appellaẽ, nõ petũt, relinquũt, & negligũt. hoc iã ornatu ad vos cõfugiũt. Aſpicite, aſpicite Iudices ſqualorem, ſordeſq; ſociorũ. eſt Sthenius hic Thermitan⁹ cũ hoc capillo, atq; veſte: domo ſua tota expilata, mẽtionẽ tuorũ furtorũ nõ facit: ſeſe ipſum abs te repetit, nihil amplius. Totum eñ tua libidine, & ſcelere, ex ſua patria, in qua multis virtutib⁹, & bñficiis floruit princeps, ſuſtuliſti. Dexio hic quẽ videtis, nõ quę publice Tyndari, nõ quę priuatim ſibi eripuiſti, ſed vnicũ miſer abs te filium optimũ atq; innocẽtiſſimũ flagitat. nõ ex litibus æſtimatis tuis pecuniã domũ, ſed ex tua calamitate cineri atq; offib⁹ filii ſui ſolatiũ vult reportare. Hic iã grãdis natu Eubulida hoc tantum exacta ętate laboris, itineriſq; ſuſcepit, nõ vt aliqd ex hui⁹ bonis vſurparet, ſed vt qb⁹ oculis cruẽtas ceruices filii ſui viderat, iiſdẽ te cõdemnatũ videret. Si p L. Metellũ licitũ eſſet Iudices, matres illorũ, vxores, ſororeſq; veniebãt. quarũ vna, cũ ego ad Heracliã noctu accederẽ, cũ oĩbus matronis eius ciuitatis, & cũ multis facibus mihi obuiã venit: & ita me ſuam ſalutem appellans, te ſuum carnificem nominans, filii nomen implorans, mihi ad pedes miſera

Venit mihi in mẽtẽ illius.

Ad Heracliam accederem.

iacuit:quasi ego excitare filiũ eius ab inferis possem. Faciebant hoc idem in cæteris ciuitatibus grãdes natu matres,& itẽ paruuli liberi miserorũ:quoꝝ vtrorũq; ætas laborem,& industriã meã,fidẽ,& misericordiã vestrã requirebãt. Itaq; ad me Iudices prẽter cẽteras hanc querimoniã Siciliа detulit lachrymis. ego ad hoc nõ gloria ĩductus accessi,sed ne falsa dãnatio, ne carcer,ne catenę,ne verbera,ne secures,ne cruciatus sociorũ,ne sanguis innocẽtiũ, nedeniq; etiã exanguiũ corpora mortuorũ,ne mœror parẽtũ,ac ꝓpinquorũ magistratib9 nostris quæstui posset esse. Hunc ego si metũ Siciliæ, damnatione istius pẽr vestrã fidẽ,& virtutem deiecero Iudices:satis officio meo,satis illorũ volũtati,q a me hoc pẽtiuerũt,factũ esse arbitrabor. Quapropter,si quẽ forte inueneris,q hoc nauale crimen conẽt defendere: ista defendat:illa cõmunia,quę ad causam nihil pertinẽt,prætermittat:me culpã fortunę assignare,calamitatẽ crimini dare,me amissionẽ classis obiicere,cũ multi viri fortes in cõmuni,incertoq; periculo belli,& terra,& mari sæpe offenderint. Nullã tibi obiicio fortunã:nihil est,qđ cæterorũ res minus cõmode gestas proferas:nihil est,qđ multorum naufragia fortunæ colligas. ego naues inanes fuisse dico:remiges, nautasq; dimissos: reliquos stirpibus vixisse palmarũ, præfuisse classi populi Ro. Siculũ,pẽrpetuo sociis,atq; amicis Syracusanum:te ipso illo tẽpore superioribusq; diebus oĩbus in littore,cũ mulierculis pẽrpotasse dico. Harũ rerũ omnium auctores,testesq; produco. Nũ tibi insultare in calamitate,nũ intercludere pẽrfugium fortunę,nũ casus bellicos exprobrare,aut obiicere videor! tãetsi solẽt hi fortunam sibi obiici nolle,q se fortunæ cõmiserũt,q in eius pẽriculis sunt ac varietate versati. istius quidẽ calamitatis tua fortuna particeps nõ fuit. Hoĩes em̃ in prẽliis,nõ in cõuiuiis belli fortunã tentare, ac pẽriclitari solẽt. in illa aũt calamitate nõ Martẽ fuisse cõmunẽ, sed Venerẽ possumus dicere. Q; si fortunã tibi obiicere nõ oportet,cur tu fortunę illorũ innocentiũ veniã,ac locũ nõ dedisti! Etiã illud prædices licet,ꝑ suppliciũ more maioꝝ sumpseris,securiq; pcusseris,idcirco a me in crimẽ & inuidiã vocari. nõ in supplicio crimen meũ vertit̃,nõ ego securi nego quẽq; ferири debere:nõ ego metũ ex re militari, nõ seueritatẽ imperii, nõ pœnã flagitii tolli dico oportere:fateor nõ modo in socios,sed etiã in ciues,militesq; nostros pẽrsæpe esse vere,ac vehemẽter vindicatum. quare hæc quoq; prætermittas licet. Ego culpã nõ in Nauarchis, sed in te fuisse demõstro:precio milites,remigesq; dimisisse arguo. hoc Nauarchi reliqui dicũt, hoc Netinorũ fœderata ciuitas publice dicit,hoc Herbitẽses,hoc Amestratini, hoc Ennenses,hoc Agyrinẽses, Tyndaritani, Locrẽses publice dicũt:tuus denique testis,tuus Imperator, tuus hospes Cleomenes hoc dicit,sese ĩ terra esse ꝓiectũ,vti Pachyno,e terrestri præsidio milites colligeret,quos in nauibus collocaret. qđ certe nõ fecisset,si suũ numerũ naues haberẽt.

Ne quidẽ.

Ea est em̃ ratio instructarũ nauiũ,ornatarũq;,vt non modo plures,sed ne singuli qdẽ possint accedere. Dico prætereа illos ipsos reliquos nautas fame, atq; inopia rerum omnium confectos fuisse,ac pẽrditos. Dico aut omnes extra culpã fuisse:aut si vni attribuenda culpa sit,in eo maximam fuisse,qui optimam nauem,plurimos nautas haberet,summum imperium obtineret. aut si omnes in culpa fuissent,non oportuisse Cleomenem constitui spectatorem illorum mortis,atq; cruciatus. Dico etiam,in illo supplicio mercedẽ lachrymarũ,mercedẽ vulneris,atq; plagæ,mercedem funeris,ac sepulturæ constitui nefas fuisse. Quapropter si mihi respondere voles,hoc dicito. classem instructã,atq; ornatam fuisse,nullũ propugnatorem abfuisse,nullũ vacuũ tractum esse remum,rem frumentariã esse suppẽditatam, mentiri Nauarchos,mentiri & tam graues ciuitates,mentiri etiã Siciliã totam,proditũ esse te a Cleomene qui se dixerit exisse in terrã,vt Pachyno deduceret milites:animũ illis,non copias defuisse: Cleomenẽ acerrime pugnantẽ ab his relictũ esse,atq; desertum:nũmum ob sepulturã datum nemini. quæ si dices,tenebere. sin alia dices,quæ a me dicta sunt,nõ refutabis. Hic tu etiam dicere audebis! est in Iudicibus ille familiaris meus,est paternus amicus ille! nõ vt qsq; maxime est,qcũ tibi aliquid sit,ita te huiuscemodi crimine maxime eius pudet! Paternus amicus est.

Pater filiũ damnaret.

ipse pater si iudicaret pẽr deos immortales quid facere posset,cũ tibi hæc diceret! Tu in prouincia populi Ro. prętor,cũ tibi maritimũ bellũ esset administrandũ,Mamertinis,ex fœdere quã deberẽt nauẽ,pẽr trienniũ remisisti:tibi apud eosdẽ priuatim nauis oneraria maxima publice est ædificata:tu a ciuitatibus pecunias classis noĩe coegisti: tu precio remiges dimisisti: tu cum nauis esset a Quæstore,& ab Legato capta prædonũ,archipiratã ab omniũ oculis remouisti:tu ciues Ro. qui esse dicerent̃,q a multis cognoscerent̃,securi ferire potuisti: tu tuã domũ piratas abducere,in iudiciũ archipiratam domo producere ausus es: tu in prouincia

tam ſplẽdida, apud ſocios fidelisſimos, ciues Ro. honestisſimos, in metu, periculoq; prouinciæ, dies cõtinuos cõplures in littore, cõuiuiisq; iacuisti: te per eos dies nemo domi tuę cõuenire, nemo in foro videre potuit: tu ſociorũ, atq; amicorũ ad ea cõuiuia matresfamilias adhibuisti: tu inter eiuſmodi mulieres prętextatum tuũ filiũ, nepotẽ meũ, collocauisti: vt ætati maxime lubricę, atq; incertę, exẽpla nequitiæ parẽtis vita pręberet: tu prętor in prouincia cum tunica pallioq; purpureo visus es: tu propter amorẽ libidinẽq; tuã, imperiũ nauiũ Legato populi Ro. ademisti, Syracusano tradidisti: tui milites in prouincia Siciliæ frugib⁹, frumẽtoq; caruere: tua luxuria, atq; auaritia classis populi Ro. capta & incensa est: poſt Syracusas cõditas quẽ in portũ nunq̃ hostis accesserat, in eo te ꝓtore primũ piratę nauigauerũt. neq; hæc tot tãtaq; dedecora dissimulatione tua, neq; obliuione hominũ, ac taciturnitate, tegere voluisti, sed etiã nauiũ prefectos sine vlla causa, de cõplexu parentũ suorũ, hospitũq; tuorũ, ad mortẽ cruciatũq; rapuisti: neq; in parentũ luctu, atq; lachrymis, te mei nois cõmemoratio mitigauit: tibi hominũ innocentiũ sanguis nõ modo voluptati, sed etiã quæstui fuit. Hæc si tibi tuus parẽs diceret, posses ab eo veniã petere! posses vt tibi ignoſceret postulare! Nepos. Parens.

Satis est factũ Siculis, satis officio, ac necessitudini Iudices, satis promisso nostro, ac recepto. reliqua est ea causa Iudices, quæ nõ iã recepta, sed innata, neq; delata ad me, sed in anima, sensuq; meo pœnitus affixa, atq; insita est: quę nõ ad ſociorũ ſalutẽ, sed ad ciuiũ Ro. hoc est ad vniuscuiusq; nostrũ vitã, & sanguinẽ ꝓtinet. In qua nolite a me, quasi dubiũ sit aliqd, argumẽta Iudices expectare, omnia quę dicã de supplicio ciuiũ Ro. sic erũt clara, & illustria, vt ad ea ꝓbãda totã Siciliã testẽ adhibere possim. Furor eñ qdã, sceleris, & audaciæ comes, isti⁹ effrenatũ aĩm, iportunãq; naturã tãta oppressit amẽtia, vt nũq̃ dubitaret ĩ cõuẽtu, palã supplicia, quę in cõuictos maleficii seruos cõstituta sunt, ea ĩ ciues Ro. expromere. Virgis q̃ multos ceciderit, qd ego cõmemorẽ! tãtũ breuissime dico Iudices. nullũ fuit oĩno isto ꝓtore in hoc gñe discrimẽ. Itaq; iã cõsuetudine ad corpora ciuiũ Ro. ẽt sine isti⁹ nutu, ferebat manus ipa lictoris. Nũ potes hoc negare Verres! in foro Lilybęi, maximo cõuẽtu, C. Seruiliũ ciuẽ Ro. in cõuẽtu Panormitano veterẽ negotiatorẽ, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terrã virgis, & verberibus abiectũ! Aude hoc primũ negare, si potes. nemo Lilybęi fuit, quin viderit. nemo in Sicilia, quin audierit. Plagis cõfectũ dico a lictoribus tuis ciuẽ Ro. ante oculos tuos cõcidisse. ob quã causam dii immortales! tãetsi iniuriã facio cõmuni causæ, & iuri ciuitatis. quasi eñ possit esse vlla causa, cur hoc cuiq̃ ciui Ro. iure accidat, ita quęro, quæ in Seruilio causa fuerit. Ignoſcite in hoc vno Iudices. in cęteris eñ nõ magnopere causas requirã. Locutus erat liberius de isti⁹ ĩprobitate, atq; nequitia. qđ isti simulac renũciatũ est, hoiem iubet Lilybęũ vadimoniũ Venerio seruo ꝓmittere. ꝓmittit. Lilybęũ venit, cogere eũ cœpit, cũ ageret nemo, nemo postularet, HS. duobus millibus spõsionẽ facere cũ lictore suo, ni furtis quæstũ faceret. Recuperatores de cohorte sua dicit daturũ. Seruili⁹ & recusare, & deꝑcari, ne iniquis iudicib⁹, nullo aduersario, iudiciũ capitis in se cõstitueret. Hęc cũ maxime loqueret, sex lictores circũsistũt valẽtissimi, & ad pulsandos, verberãdosq; hoies exercitatissimi: cędũt acerrime virgis: deniq; proxim⁹ lictor (de quo sępe iã dixi) Sextius, cõuerso bacillo oculos misero tũdere vehemẽtissime cœpit. itaq;, illi cũ sanguis os, oculosq; cõpleſſet, cõcidit: cũ illi nihilo minus iacẽti latera tũderet, vt aliquãdo spõdere se diceret. Sic ille affectus, illinc tũ pro mortuo sublatus, breui postea est mortuus. Iſte aũt homo venerius, & affluẽs oĩ lepore, & venustate, de bonis illius in æde Veneris argenteũ Cupidinẽ posuit. Sic etiã fortunis hoĩm abutebat ad nocturna vota cupiditatũ suarũ. Nã qd ego de cęteris ciuiũ Ro. supplicĩis figillatim potius, q̃ generatim, atq; vniuerse loquar! Carcer ille, q est a crudelissimo tyrãno Dionysio factus Syracusis, quæ Latumiæ vocant, in istius imperio domicilĩũ Romanorũ fuit. vt quisq; istius animũ, aut oculos offenderat, in Latumias statim coniiciebat. Indignum hoc video videri oĩbus Iudices, & id iã priore actione, cũ hęc testes dicerẽt, ĩtellexi. retineri eñ putatis oportere iura libertatis non mõ hic, vbi Tribuni plebis sunt, vbi cęteri magistrat⁹, vbi plenũ forũ iudiciorũ, vbi Senatus auctoritas, vbi existimatio populi Ro. & frequẽtia, sed vbi cunq; terrarũ, & gentiũ violatũ ius ciuiũ Ro. sit, statuitis id pertinere ad cõmunẽ causam libertatis, & dignitatis. In externorũ hominũ, & maleficorũ, sceleratorũq;, in prædonum, hostiumq; custodias tu tantũ numerũ ciuiũ Ro. includere ausus es! nunq̃ ne tibi iudicii, nunq̃ concionis, nunq̃ huius tantæ frequentiæ, quæ nunc animo te iniquissimo, infestissimoq; intuetur, venit in mentem! nunq̃ tibi populi Romani absentis dignitas, nunq̃ species ipsa

Transit ad supplicia ciuiũ Ro.

Nocturna vota. Vniuerse. Latumiæ carcer Dionysii.

huiuſcemodi multitudinis, in oculis aĩoq; verſata eſt? nũq; te in horũ cõſpectũ rediturũ, nũq; in forũ populi Ro. vẽturũ, nũq; ſub legũ, & iudiciorũ poteſtatẽ caſurũ eſſe putaſti? At quæ erat iſta libido crudelitatis exercẽdę? quę tot ſcelerũ ſuſcipiẽdorũ cauſa? nulla Iudices, prẽter prędãdi nouã ſingularẽq; rationẽ. Nã vt illi, quos a poetis accipim⁹, q ſinus quoſdã obſedíſſe maritimos, aut aliqua promõtoria, aut prẽrupta ſaxa tenuiſſe dicunt: vt q eſſent appulſi nauigiis, interficere poſſent: ſic iſte in oĩa maria infeſtus, ex oĩbus Sicilię partib⁹ imminebat. Quęcũq; nauis ex Aſia, quę ex Syria, quę Tyro, quę Alexandria venerat, ſtatim certis indicibus, & cuſtodib⁹ tenebat: vectores oẽs in Lautumias cõiiciebant: onera, atq; merces in prętoriã domũ deferebant. Verſabat in Sicilia lõgo interuallo alter, nõ Dionyſius ille, nec Phalaris (tulit eñ illa quondã inſula multos, & crudeles tyrãnos) ſed quoddã nouũ mõſtrũ, ex vetere illa ĩmanitate, quę in iiſdẽ locis verſata eẽ dicit. Nõ eñ Charybdin tã infeſtã, neq; Scyllã nautis, q̃ iſtũ in eodẽ freto fuiſſe arbitror. hoc etiam iſte infeſtior, q̃ multo ſe pluribus, & maioribus canib⁹ ſuccinxerat. Cyclops alter, multo importunior. hic eñ totã inſulã obtinebat: ille Aetnã ſolã, & eã Siciliæ partẽ tenuiſſe dicit. At quę cauſa tũ ſubiiciebat ab ipſo Iudices huius tã nefarię crudelitatis? eadẽ quę nũc in defenſione cõmemorabit. Quicũq; acceſſerãt ad Siciliã paulo pleniores, eos Sertorianos milites eſſe, atq; a Dianio fugere dicebat. illi ad deprecãdũ pericułũ pferebant, alii purpurã Tyriã: thus alii, atq; odores, veſtẽq; linteã: gẽmas alii, & margaritas: vina nõnulli Græca, venaleſq; Aſiaticos: vt intelligeret ex mercibus, q̃bus locis nauigarẽt. Nõ intelligebãt eas ipſas ſibi cauſas eſſe periculi, q̃bus argumẽtis ſe ad ſalutẽ vti arbitrabant. Iſte eñ hęc eos ex piratarũ ſocietate adeptos eſſe dicebat: ipſos in lautumias abduci imperabat: naues eorũ, atq; onera diligẽter aſſeruãda curabat. His inſtitutis cũ cõpletus iã mercatorũ carcer eſſet, tũ illa fiebãt, quę L. Suetiũ equitẽ Ro. lectiſſimũ virũ dicere audiſtis, quæ cæteros audietis. ceruices in carcere frangebant indigniſſime ciuiũ Ro. vt etiã illa vox, & illa imploratio, Ciuis Ro. ſum, quę ſępe multis in vltimis terris opẽ inter barbaros, & ſalutẽ tulit: ea mortẽ illis acerbiorẽ, & ſupplicii maturius ferret. Quid eſt Verres? q̃d ad hęc cogitas reſpõdere? nũ mẽtiri me? nũ fingere aliq̃d? nũ augere crimen? num q̃d horũ dicere iſtis defenſoríb⁹ tuis audes? Cedo mihi quæſo ex ipſi⁹ ſinu literas Syracuſanorũ, quas iſte ad arbitriũ ſuũ confectas eſſe arbitrat. cedo rationem carceris, quę diligẽtiſſime cõficit, quo quiſq; die datus in cuſtodiã, quo mortuus, quo necatus ſit. LITERAE SYRACVSANORVM. Videtis ciues Romanos gregatim cõiectos in lautumias: videtis indigniſſimo in loco coaceruatã multitudinẽ veſtrorũ ciuiũ: quærite nunc veſtigia prius, q̃bus exitus illorũ, ex illo loco cõpareãt. nulla ſunt. oẽs ne mortui? ſi ita poſſet defendere, tamẽ fides huic defenſioni nõ haberet. ſed ſcriptũ extat in iiſdẽ literis, q̃d iſte homo barbarus, ac diſſolutus neq; attẽdere vnq̃, neq; intellígere potuit. ἐδαικώθησαν inquit, hoc eſt, vt Siculi loquunt, ſupplicio affecti, ac necati ſunt. Si qs Rex, ſiqua ciuitas exterarũ gentiũ, ſiqua natio feciſſet aliquid in ciuẽ Ro. eiuſmodi, nonne publice vindicaremus? non bello perſequeremur? poſſemus hãc iniuriã ignominiãq; noſtris Romani inultã, impunitãq; dimittere? Quot bella maiores noſtros, & quãta ſuſcepiſſe arbitramini, q̃ ciues Romani iniuria affecti, q̃ nauicularii retẽti, q̃ mercatores ſpoliati dicerent? at ego retẽtos nõ queror: ſpoliatos ferendũ puto: nauibus, mãcipiis, mercibus ademptis, in vincla coniectos eſſe mercatores, & in vinculis ciues Ro. necatos eſſe, arguo. Si hęc apud Scythas dicerẽ, nõ hic in tãta multitudine ciuiũ Ro. nõ apud Senatores lectiſſimos ciuitatis, nõ ĩ foro populi Ro. de tot & tã acerbis ſupplíciis ciuiũ Ro. tñ animos etiã barbarorũ hominũ pmouerẽ. tãta eñ huius imperii amplitudo, tãta noſtris Ro. dignitas eſt apud oẽs nationes, vt iſta in noſtros hoĩes crudelitas nemini cõceſſa videat. Num ego tibi vllã ſalutẽ, vllũ perfugiũ putẽ, cũ te implicatũ ſeueritate iudicũ, circũretitũ frequentia populi Ro. eſſe videã? Si mehercules (id q̃d fieri intellígo nõ poſſe) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi, ac ratione explicaris, in illas tibi maiores plagas incidendum eſt, in q̃bus te ab eodẽ me, ſuperiore ex loco confici, & cõcidi neceſſe eſt. Cui ſi etiã, id quod defendit, velim cõcedere, tamẽ illa ipſa defenſio nõ min⁹ eſſe ei pernicioſa, q̃ mea vera accuſatio debeat. Quid eñ defendit? ex Hiſpania fugiẽtes ſe excepiſſe, & ſupplicio affeciſſe dicit. Quis tibi id permiſit? quo id iure feciſti? quis idẽ fecit? qui tibi facere licuit? forum plenum, & baſilicas iſtorũ hoĩm videmus, & animo æquo videmus. ciuilis eñ diſſenſionis, & ſiue amẽtię, ſiue fati, ſeu calamitatis, nõ eſt iſte moleſtus exitus, in quo reliquos ſaltẽ ciues ĩcolumes licet cõſeruare. Verres ille vetus proditor Cõſulis, trãſlator Quæſturæ, auerſor pecuniæ publicæ, tantũ ſibi

Lautumię. Sicilię mõſtra & tyranni.

Charybdis Scylla.

Cyclops.

Dianium.

Ciuis Ro. ſum.

Mirevrget hominem.

Circũretitus.

Trãſlator Quæſturę.

auctoritatis in Rep. ſuſcepit, vt qbus hominibus per Senatũ, per populũ Romanũ, per oñes magiſtratus, in foro, in ſuffragiis, in hac vrbe, in Rep. verſari liceret, iis omnibus mortẽ acerbam, crudelẽq; proponeret, ſi fortuna eos ad aliquã partẽ Siciliæ detuliſſet. Ad Cn. Pompeiũ clariſſimũ virũ, & fortiſſimũ permulti occiſo Perpẽna ex illo Sertoriano numero militũ confugerunt. quẽ nõ ille ſummo cũ ſtudio ſaluũ, incolumẽq; ſeruauit: cui ciui ſupplici non illa dextera inuicta & fidẽ porrexit, & ſpem ſalutis oſtendit! Ita ne vero! quibus fuit portus apud eum, contra quẽ arma tulerunt: iis apud te, cuius nullũ in Rep. vnq; monimẽtũ fuit, mors, & cruciatus erat cõſtitutus! Vide q; cõmodã defenſionẽ excogitaris. malo mehercules id, qd tu defendis, his iudicibus populoq; Ro. q; id, qd ego inſimulo, probari. malo inquã te, iſti generi hominũ, q; mercatoribus, & nauicularijs inimicũ, atq; infeſtũ putari. Meũ em̃ crimen auaritiæ, ne nimię coarguit: tua defenſio furoris cuiuſdã, & immanitatis, & inauditæ crudelitatis, & pene nouę pſcriptionis. Sed non licet me iſto tanto bono Iudices vti, non licet. adſunt em̃ Puteoli toti: frequẽtiſſimi venerunt ad hoc iudiciũ mercatores hoſtes locupletes, atq; honeſti, q partim ſocios ſuos, partim libertos ab iſto ſpoliatos, in vincla cõiectos, partim in vinclis necatos, partim ſecuri pcuſſos eſſe dicent. Hic vide q; me ſis vſurus equo, cum ego Granium teſtẽ produxero, q ſuos libertos a te ſecuri pcuſſos eſſe dicat: q a te nauẽ ſuã, merceſq; repetat: refellito ſi poteris, meũ teſtẽ deſerã, tibi fauebo, te inquã adiuuabo: oſtendito illos cũ Sertorio fuiſſe, a Dianio fugientes ad Siciliã eſſe delatos. Nihil eſt qd te malim pbare. Nullũ em̃ facinus, qd maiore ſupplicio dignũ ſit, reperiri, neq; proferri poteſt. Reducam iterũ Eqtẽ Romanũ L. Flauiũ, ſi voles. quoniã priore actione, vt patroni tui dictitant, noua quadã ſapiẽtia, vt omnes intelligũt, conſcientia tua, atq; auctoritate meorũ teſtiũ, teſtẽ nullũ interrogaſti, interrogetur Flauius ſi voles, quinã fuerit L. Herẽnius is, quẽ ille argentariã Lepti feciſſe dicit: q cũ amplius centũ ciues Romanos haberet ex conuentu Syracuſarũ, qui eũ non ſolũ cognoſcerent, ſed etiã lachrymantes, ac te implorãtes defenderent, tamen a te inſpectantibus omnibus Syracuſanis ſecuri percuſſus eſt. Hũc quoq; teſtẽ meũ refelli, & illũ Herenniũ Sertorianũ fuiſſe abs te demonſtrari, & pbari volo. Quid de illa multitudine dicemus eorũ, q capitibus inuolutis in piratarũ, captiuorũq; numero pducebant, vt ſecuri ferirent! Quę iſta noua diligentia! quã ob cauſam abs te cogitata! an te L. Flauii, cæterorũq;, de L. Herennio vociferatio cõmouebat! an M. Annii grauiſſimi, atq; honeſtiſſimi viri ſumma auctoritas pauloante diligentiorẽ timidiorẽq; fecerat! qui nuper p teſtimonio, non aduenã neſcio quẽ, nec alienũ, ſed eũ ciuem Romanũ, q oñibus in illo cõuentu notus, q Syracuſis natus eſſet, a te ſecuri pcuſſum eſſe dixit. Poſt hãc illorũ vociferationẽ, poſt hãc cõmunẽ famã, atq; querimoniã, nõ mitior in ſupplicio, ſed diligẽtior eſſe cœpit. capitibus inuolutis ciues Ro. ad necẽ pducere inſtituit. quos tamen idcirco necabat palã, q hoſtes in cõuentu (id qd antea diximus) nimiũ diligenter prædonũ numerũ reqrebãt. Hęc in plebe Ro. te Prætore eſt cõſtituta cõditio: hæc negotii gerendi ſpes: hoc capitis, vitęq; diſcrimẽ. Parũ ne multa mercatoribus ſunt neceſſario pericula ſubeũda fortunę, niſi etiã hę formidines ab noſtris magiſtratibus, atq; in noſtris prouinciis impendebũt! ad eã ne rem fuit hęc ſuburbana, ac fidelis puincia Sicilia, plena optimorũ ſociorũ, & honeſtiſſimorũ ciuiũ Romanorũ, quę ciues Ro. oẽs ſuis ipſa ſedibus libentiſſime ſemp accepit: vt q ex vltima Syria, atq; Aegypto nauigarẽt, q apud Barbaros propter togæ nomen in honore aliquo fuiſſent, q ex prędonũ inſidiis, q ex tempeſtatũ periculis p fugiſſent, in Sicilia ſecuri ferirent, cum ſe iã domũ veniſſe arbitrarent! Nam qd ego de P. Gauio Cõſano municipe dicã Iudices! aut qua vi vocis, qua grauitate verborũ, quo dolore animi dicã! tametſi dolor me non deficit. vt cætera mihi in dicẽdo digna re, digna dolore meo ſuppetant, magis elaborandũ eſt. qd crimen eiuſmodi eſt: vt, cũ primũ ad me delatũ eſt, vſurum me illo non putarẽ. tametſi em̃ veriſſimũ eſſe intelligebã, tamen credibile fore non arbitrabar. Coactus lachrymis oĩm ciuiũ Ro. q in Sicilia negotiantur, adductus Valẽtinorũ hominũ honeſtiſſimorũ teſtimoniis, oĩmq; Rhegynorũ, multorumq; Equitum Ro. qui caſu tũ Meſſanæ fuerunt, dedi tãtũ priore actione teſtimoniũ, res vt nemini dubia eſſe poſſet. quid nunc agã! cum iam tot horas de vno genere, ac de iſtius nefaria crudelitate dicam: cum prope oẽm vim verborũ eiuſmodi, quę ſcelere iſtius digna ſunt, aliis in rebus conſumpſerim, neq; hoc puiderim, vt varietate criminũ vos attentos tenerem: quẽadmodũ de tãta re dicam! opinor vnus modus, atq; vna ratio eſt. rem in medio ponã: quę tãtũ habet ipſa grauitatis, vt neq; mea, quæ nulla eſt, neq; cuiuſq;, ad inflãmãdos veſtros animos eloquẽtia reqrat. Gauius

Nauicularii. Repetitio

Ganiũ aut Caniũ teſtẽ poti⁹ legã, aut grauẽ.

Argẽtariã facere.

Toga Romanorũ index.

hic,quẽ dico,Cõſanus,cũ illo numero ab iſto in vincula cõiect⁹ eſſet, & neſcio qua ratiõe,clã e Latumiis ꝓfugiſſet, Meſſanãq; veniſſet,q ꝓꝑ iã Italiã,& mœnia Rhegynorũ videret,& ex
† liberatus illo metu mortis,ac tenebris,quaſi luce † libertatis,& odore aliquo legũ recreat⁹,reuixiſſet, loq Meſſanę cœpit,& q̃ri,ſe in vincla eẽ cõiectũ, ſibi recta iter eſſe Romã, Verri ſe ꝑſtõ adue niẽti futurũ. Nõ intellígebat miſer,nihil intereſſe,vtrũ hęc Meſſanę,an apud ipſum in Prętorío loq̃reť. Nã,vt ante vos docui,hãc ſibi iſte vrbẽ delegerat, quã haberet adiutricẽ ſcelerũ, furtorũ receptricẽ,flagitiorũ oĩm ſociã. Itaq; ad magiſtratũ Mamertinũ ſtatim deducíť Gauius,eoq; ipſe die caſu Meſſanã Verres venit. Res ad eũ deferť,eſſe ciuẽ Romanũ,q ſe Syracuſis in Latumiis fuiſſe q̃reret:quẽ iã ingredientẽ nauẽ, & Verri nimis atrociter minitãtẽ,a ſe retractũ eſſe,& aſſeruatũ,vt ipſe in eũ ſtatueret,qđ videreť. Agit hoĩb⁹ gratias, & eorũ erga ſe beneuolentiã díligẽtiamq; collaudat. Ipſe inflãmatus ſcelere,& furore, in forum venit. ardebant oculi,toto ex ore crudelitas eminebat. expectabant omnes,quo tãdẽ progreſſurus, aut quidnã acturus eſſet:cũ repente hoĩem prorípi,atq; in foro medio nudari, ac delígari,&
Merere. virgas expędiri iubet. Clamabat ille miſer,ſe ciuẽ eſſe Romanũ, municipẽ Coſſanũ, meruiſſe ſe cũ L. Precío ſplendidiſſimo Eqte Romano,q Panormi negotiareť,ex quo hæc Verres ſcire poſſet. Tũ iſte,ſe cõperiſſe ait,eũ ſpeculãdi cauſa in Sicíliam,ab ducibus fugitiuorũ eſſe miſſum,cuius rei neq; índex,neq; veſtigiũ aliquod,neq; ſuſpitio cuiq̃ eſſet vlla. deinde iubet vndiq; hominẽ prorípi,vehemẽtiſſimeq; verberarí. Cędebatur virgis in medio foro Meſſanæ cíuis Romanus Iudices,cũ interea nullus gemitus,nulla vox alia iſtius miſeri inter dolorem, crepitũq; plagarũ audiebatur,niſi hęc,Ciuis Roman⁹ ſum. hac ſe cõmemoratione ciuitatis, omnia verbera depulſurũ,cruciatũq; a corpore deiecturũ,arbitrabatur. Is nõ modo hoc nõ ꝑfecit,vt virgarũ vim deprecareť:ſed cũ imploraret ſæpius, vſurparetq; nomen ciuitatis, crux,crux inquã infelící,& ęrumnoſo,qui nunq̃ iſtam poteſtatẽ viderat,cõparabatur. O nomen dulce libertatis:O ius eximiũ noſtrę ciuitatis:O lex Porcia,legeſq; Sempronię:O grauiter deſiderata,& aliquãdo reddita plebi Romanę Tribunitia poteſtas: huccine tãdẽ oĩa recíderũt! vt ciues Ro. in prouincia populí Romani,in oppido fœderatorũ,ab eo, q beneficio populí Ro. faſces,& ſecures haberet,deligatus in foro virgis cędereť! Quid cũ ignes, ardẽteſq; lamínæ,cæteríq; cruciatus admouebantur! ſi te illius acerba imploratio, & vox miſerabílis, non inhibebat,ne ciuium qdem Romanorũ,q tum aderãt,fletu,& gemitu maximo cõmouebare! In crucẽ tu agere auſus es quẽq̃,q ſe ciuẽ Romanũ eẽ díceret ! Noluí tã vehemẽter agere hoc prima actione Iudices,noluí. vidiſtis eĩm vt animi multitudinis in iſtũ dolore,& odio, & cõmunis ꝑículi metu cõcitarenť. ſtatui egomet mihi,tum modũ orationi meæ,& C. Numitorio Equiti Ro. primo homini,teſti meo:& Glabrionẽ id qđ ſapientiſſime fecit,facere lætatus ſum,vt repente cõlilio in medio teſtẽ dimitteret. Eteĩ verebať ne populus Ro. ab iſto eas pœnas vi repetiſſe videreť,quas veritus eſſet,ne iſte legibus,& veſtro iudicio non eſſet ꝑ ſoluturus. Nũc quoniã iã exploratũ eſt oĩbus,quo loco cauſa tua ſit, & qd de te futurum ſit,ſic tecũ agã. Gauiũ iſtũ, quẽ repentinũ ſpeculatorẽ fuiſſe dicis,oſtendã in Latumias Syracuſis a te eſſe cõiectũ:neq; id ſolũ ex literis oſtẽdã Syracuſanorũ,ne poſſis dicere me,qa ſit alí qs in literis Gauius,hoc fingere,& elígere nomẽ,vt hũc illũ eſſe poſſim dícere:ſed ſecũdũ arbitriũ tuũ teſtes dabo,q iſtũ ipſum Syracuſis abs te in Latumias coniectũ eſſe dícant. producã etiã Coſſanos municípes illius,ac neceſſarios,q te nũc ſero doceãt,Iudices nõ ſero, illũ P. Gauiũ,quẽ tu in crucẽ egiſti,ciuẽ Ro. & municipẽ Coſſanũ,nõ ſpeculatorẽ fugitiuoꝝ fuiſſe. Cũ hęc oĩa,q̃ polliceor,cumulate tuis ꝓximis plana fecero,tum iſtuc ipſum tenebo,qđ abs te mihi dať. eo cõtentũ me eſſe dicã. Quid eĩm nup,tu ipſe,cũ populí Ro. clamore,atq; impetu perturbat⁹ exíluiſti:quid inquã locut⁹ es! illũ,ꝙ morã ſupplício quęreret,ideo clamitaſſe,ſe eſſe ciuẽ Romanũ. ſed ſpeculatorẽ fuiſſe. Iã mei teſtes veri ſunt. Quid eĩm dícit aliud C. Numitorí
Argẽtaríã maximã fecit. us! Quid M. P. Cotii nobiliſſimi hoĩes,ex agro Tauromínitano! Quid Q. Luceius! qui argẽtaríã Rhegyi maximã fecit! quid eĩm cęteri! Adhuc eĩm teſtes ex eo gñe a me ſunt dati, nõ q noúiſſe Gauiũ, ſed q ſe vidiſſe dicerẽt:cũ is,q ſe ciuẽ Ro. eſſe clamaret,in crucem ageret. Hoc tu
Crucis ſupplíciũ teterrimum. Verres idẽ dicis,hoc tu cõfiteris,illũ clamitaſſe,ſe ciuẽ eſſe Romanũ:apud te nomẽ ciuitatis ne tãtũ qdẽ valuiſſe,vt dubitationẽ aliquam crucis,vt crudeliſſimi, teterrimiq; ſupplícii aliquã paruã morã ſaltẽ poſſet afferre. Hoc teneo,hic hęreo Iudices,hoc ſum cõtẽt⁹ vno,omitto,ac negligo cętera,ſua cõfeſſione induať,ac iugulet neceſſe eſt. Qui eſſet,ignorabas! ſpeculatorẽ eſſe ſuſpicabare! Nõ quęro qua ſuſpitiõe,tua te accuſo oratiõe. ciuẽ Ro. ſe eẽ dicebat.

ſi tu apud Perſas, aut in extrema India deprehẽſus Verres, ad ſupplíciũ ducerere, quid aliud clamitares, niſi te ciuẽ eſſe Romanũ? & ſi tibi ignoto, apud ignotos, apud Barbaros, apud homines in extremis, atq; vltimis gentibus poſitos, nobile, & illuſtre apud omnes nomẽ tuæ ciuitatis profuiſſet: ille, qſquis erat, quẽ tu in crucẽ rapiebas, qui tibi eſſet ignotus, cũ ciuem ſe Ro. eſſe diceret, apud te Prætorẽ ſi non effugiũ, ne morã quidẽ mortis mẽtione, atq; vſurpatione ciuitatis aſſequi potuit? Homines tenues, obſcuro loco nati nauigant: adeunt ad ea loca, quæ nunq̃ antea viderũt: vbi neq; non eſſe iis, quo venerunt, neq; ſemper cũ cognitoribus eſſe poſſunt. hac vna tamẽ fiducia ciuitatis nõ modo apud noſtros magiſtratus, q & legũ, & exiſtimationis periculo continent, neq; apud ciues ſolũ Romanos, qui & ſermonis, & iuris, & multarũ rerũ ſocietate iuncti ſunt, fore ſe tutos arbitrant, ſed quocũq; venerint, hanc ſibi rẽ pſidio ſperãt eẽ futurũ. Tolle hãc ſpẽ, tolle hoc pſidiũ ciuib9 Romanis, cõſtitue níhil eſſe opis in hac voce, ciuis Romanus ſum: poſſe ĩpune Prętorẽ, aut aliũ quẽlibet ſupplíciũ, qđ velit, in eum conſtituere, qui ſe ciuẽ Ro. eſſe dicat, qđ quis ignoret: iam oẽs prouincias, iam omnia regna, iam omnes líberas ciuitates, iam oẽm orbem terrarũ, qui ſemp noſtris hominibus maxime patuit, ciuibus Romanis iſta defenſione præcluſeris. Quid ſi L. Precium Equitẽ Romanũ qui tum in Sicília, nominabat? etiã ne id magnũ fuit? Panormũ líteras mittere, afferuaſſe hominẽ, cuſtodiis Mamertinorũ tuorũ vinctũ, clauſum habuiſſe, dũ Panormo Precius veniret, cognoſceret hominẽ. aliquid de ſummo ſupplício remitteres, ſi ignoraret: tum, ſi ita tibi videretur, hoc iuris in omnes conſtitueres: vt, qui neq; tibi notus eſſet, neq; cognitorẽ locupletẽ daret, q̃is ciuis Ro. eſſet, in crucẽ tolleret. Sed quid ego plura de Gauio? quaſi tu Gauio tũ fueris infeſtus, ac non nomini, generi, iurí ciuiũ hoſtis, nõ illí inquã homini, ſed cauſę cõmuni libertatis inimicus fuiſti. Quid em attinuit, cũ Mamertini more, atq; inſtituto ſuo crucem fixiſſent poſt vrbẽ, in via Põpeia, te iubere in ea parte figere, quæ ad fretũ ſpectaret, & hoc addere, qđ negare nullo modo potes, qđ omnibus audiẽtibus dixiſti palã, te idcirco illũ locum delígere, vt ille qui ſe ciuẽ Ro. eſſe diceret, ex cruce Italiam cernere, ac domũ ſuã proſpicere poſſet? Itaq; illa crux ſola Iudices poſt conditã Meſſanã illo in loco fixa eſt. Italiæ conſpectus ad eam rẽ ab iſto delectus eſt, vt ille in dolore, cruciatuq; moriẽs, pæranguſto fretu diuiſa ſeruitutis, ac libertatis iura cognoſceret: Italia autẽ alumnũ ſuũ, ſeruitutis extremo, ſummoq; ſupplício affixũ videret. Facinus eſt vinciri ciuẽ Romanũ: ſcelus verberari: propẽ parricidiũ necari: quid dicã in crucẽ tollere? verbo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo modo poteſt. Nõ fuit his omnibus iſte cõtentus. Spectet inqt patriã, in cõſpectu legũ, libertatiſq; moriatur. Nõ tu hoc loco Gauiũ, nõ vnũ hominẽ, neſcio quẽ, ciuẽ Romanũ, ſed cõmunẽ libertatis, & ciuitatis cauſam in illũ cruciatũ, & crucẽ egiſti. Iam vero videte iudices iſtius audaciã. Nõne eum grauiter tuliſſe arbitramini, q illã ciuibus Ro. crucem, non ponet in foro, nõ in comitio, nõ in roſtris defigere? Qđ em his locis in ꝓuincia ſua celebritate ſimillimũ, regione proximũ, potuit, elegit: monimentũ ſcelerís, audacięq; ſuę voluit eſſe in cõſpectu Italię, veſtibulo Sicilię, pręteruectione oĩm, q vltro citroq; nauigarent. Si hæc non ad ciues Romanos: nõ ad aliquos amicos noſtrę ciuitatis, non ad eos, q populi Ro. nomẽ audiſſent: deniq; ſi non ad hoíes, verũ ad beſtias, aut etiã, vt longius ꝓgrediar, ſi in aliqua deſertiſſima ſolitudine ad ſaxa, & ad ſcopulos hęc conqueri, & deplorare vellẽ, tamẽ oĩa muta, atq; inanima, tãta, & tam indigna rerũ atrocitate commouerent. Nunc vero, cũ loquar apud Senatores populi Ro. legũ, iudiciorũq;, & iuris auctores, timere nõ debeo, ne nõ vnus iſte ciuis Ro. illa cruce dign9, cæteri oẽs ſimili pericúlo indigniſſimi iudicentur. Pauloante Iudices lachrymas in morte miſera, atq; indigniſſima Nauarchorũ non tenebamus, & recte, ac merito ſociorũ innocẽtiũ miſeria cõmouebamur. quid nũc in noſtro ſanguine tandẽ facere debemus? nam ciuiũ Ro. ſanguis coniunctus exiſtimandus eſt, quoniã id & ſalutis oĩm ratio, & veritas oĩm poſtulat. oẽs hoc loco ciues Ro. & qui adſunt, & q vbicũq; ſunt, veſtrã ſeuerítatẽ deſiderant, veſtrã fídem implorant, veſtrũ auxiliũ requírunt, omnia ſua iura, cõmoda, auxília, totam deniq; libertatẽ, in veſtris ſentẽtiis verſari arbitrant. A me, tametſi ſatis habent, tamen ſi res aliter acciderit, plus habebunt fortaſſe, q̃ poſtulãt. Nam & ſiqua vis iſtũ de veſtra ſeuerítate eripuerit, id qđ neq; metuo Iudices, neq; vllo mõ fieri poſſe video. ſed ſi in hoc me ratio fefellerit, Siculi cauſam ſuã periſſe querent, & mecũ pariter moleſte ferent: populus qdem Romanus breui, quoniam mihi poteſtatẽ apud ſe agendi dedit, ius ſuũ, me agente, ſuis ſuffragiis ante Cal. Febrũarias recuperabit. Ac ſi de mea gloria, & amplitudine quæritis Iudices, non eſt alienũ meis ra

Futurũ nõ futurã A. Gellio teſte leget lí. i. cap. vii.

Fretu legit A. Gellius.

tionibus,iſtum mihi ex hoc iudicio ereptũ ad illud populi Ro. iudiciũ reſeruari. Splendida eſt illa cauſa,probabilis mihi,& facilis,populo grata,atq; iucũda. Deniq; ſi videor hic, id qđ ego non quęſiui,de vno iſto voluiſſe creſcere,iſto abſoluto, qđ ſine multorũ ſcelere fieri nõ poteſt,de multis mihi creſcere licebit. Sed mehercules veſtra,reiq; publicę cauſa Iudices,nolo hoc in hoc delecto conſilio tantũ flagitiũ eſſe cõmiſſum: nolo eos Iudices,quos ego probarim,atq; delegerim,ſic in hac vrbe notatos,iſto abſoluto ambulare,vt nõ cęra,ſed cœno oblíti eſſe videant. Quãobrẽ te quoq; Hortenſi,quia monendi locus eſt,ex hoc loco moneo,vide as etiã,atq; etiã,& conſideres,quid agas,quo progrediare,quem hoiem,& qua ratione defendas. Neq; de illo quicq̃ tibi pręfinio,quo minus ingenio mecũ, atq; oñi dicendi facultate cõtendas. cætera, ſiqua putas te occultius extra iudiciũ,quę ad iudiciũ pertinent,facere poſſe, ſi quid artificio,conſilio,potentia,gratia,copiis iſtius,moliri cogitas,magnopere cenſeo deſiſtas: & illa quæ tẽtata iã, & cœpta ab iſto ſunt,a me autem pręueſtigata,& cognita, moneo vt extinguas,& longius progredi ne ſinas. magno tuo pęriculo peccabit in hoc iudicio, maiore q̃ putas. Q2 enim te liberatum iam exiſtimationis metu,defunctũ honoribus,deſignatũ CONS. cogites,mihi crede ornamenta iſta,& beneficia populi Ro. non minore negotio retinẽtur,q̃ cõparant. Tulit hęc ciuitas,quoad potuit,quoad neceſſe fuit,regiam iſtam veſtram dominationẽ in iudiciis,& in omni republica: tulit. ſed quo die populo Ro. Tribunipl. reſtituti ſunt,omnia iſta vobis (ſi forte nondũ intellígitis) adempta,atq; erepta ſunt. Omniũ nunc oculi coniecti ſunt hoc ipſo tempore in vnũquẽq; noſtrũ,qua fide ego accuſem,qua religione hi iudicẽt,qua tu ratione defendas. de omnibus nobis,ſi qs tantulũ de recta regione deflexerit,non illa tacita exiſtimatio,quã antea contemnere ſolebatis,ſed vehemẽs,ac liberum populi Ro. iudiciũ conſequetur. Nulla tibi Quinte cũ iſto cognatio eſt,nulla neceſſitudo: qbus excuſationibus antea,nimiũ in aliquo iudicio ſtudiũ tuũ defendere ſolebas: earum habere in hoc homine nullã potes: quæ iſte in prouincia palam dictitabat, cum ea quæ faciebat,tua ſe fiducia facere dicebat,ea ne vera putentur,tibi maxime eſt puidẽdũ. Ego mei iam rationem officii confido eſſe omnibus iniquiſſimis meis pærſolutã. Nã iſtum, paucis horis primę actionis omnium mortaliũ ſententiis condemnaui. reliquũ iudiciũ nõ iã de mea fide, quæ pſpecta eſt: neq; iſtius vita,quę damnata eſt: ſed de iudicibus,& vere vt dicã,de te futurũ eſt. At quo tẽpore futurũ eſt: nã id maxime puidendũ eſt. Etenim cũ omnibus in rebus,tum in Rep. pærmagni momenti eſt,ratio,atq; inclinatio temporũ. Nẽpe eo,cum populus Ro. aliud genus hominũ,atq; aliũ ordinem ad res iudicandas reqrit: nempe ea lege iudiciis,iudicibuſq; nobis pmulgata,quã non is pmulgauit, cuius nomine pſcriptã videtis, ſed hic reus. hic inquã ſua ſpe atq; opinione,quã de vobis habet,legem illã ſcribendã,pmulgandãq; curauit. Itaq;,cum primo agere cœpimus,lex nõ erat pmulgata: cũ iſte veſtra ſeueritate permotus,multa ſigna dederat,quãobrẽ qbus reſpõſur9 nõ videret,mẽtio de lege nulla fiebat. Poſteaq̃ iſte recreari, & cõfirmari viſus eſt,lex ſtatim pmulgata eſt: cui legi cũ veſtra dignitas vehemẽter aduerſa ret,iſti9 ſpes falſa,& inſignis impudẽtia maxime ſuffragat. Hic ſi qd erit cõmiſſum a quoq̃ veſtrũ,qđ reprehendat: aut populus Ro. iudicabit de eo † homine, quẽ iam antea iudiciis indignũ putauit: aut hi,qui ppter offenſionem iudiciorũ de veterib9 iudiciis lege noua noui iudices erunt conſtituti. mihi porro,vt ego nõ dicã,quis oĩm mortaliũ nõ intellígit,q̃ lõge pgredi ſit neceſſe! potero ſilere Hortenſi! potero diſſimulare! cũ tantũ Reſp. vulnus acceperit, vt expilatæ prouinciæ,vexati ſocii,dii immortales ſpoliati,ciues Ro. cruciati,& necati impune me actore eſſe videant! potero hoc onus tantũ,aut in hoc iudicio deponere! aut diuti9 tacitus ſuſtinere! non agitanda res erit! non in medium pferenda! non Populi Ro. fides imploranda! non oẽs, qui tãto ſe ſcelere obſtrinxerint,vt aut fidẽ ſuam corrũpi paterentur, aut iudiciũ corrumperent,in diſcrimẽ,ac iudicium vocandi! Quęret aliqs fortaſſe,tantũ ne igit laborem,tantas inimicitias,tot hominũ ſuſcepturus es! nõ ſtudio qdem Hercule vllo, neq; voluntate. ſed non idẽ mihi licet,qđ iis,qui nobili genere nati ſunt: qbus omnia populi Ro. beneficia dormientibus deferunt. longe alia mihi lege in hac ciuitate,& conditione viuendum eſt. Venit em̃ mihi in mentẽ M. Catonis hoĩs ſapientiſſimi: q cum ſe virtute,non genere populo Ro. cõmendari putaret: cũ ipſe ſui generis initiũ,ac nominis,ab ſe gigni,& ppagari velet: hominum potentiſſimorũ ſuſcepit inimicitias,& maximis in laboribus vſq; ad ſummã ſenectutem,ſumma cum gloria vixit. Poſteaq; Pompęius humili, atq; obſcuro loco natus,non ne plurimis inimicitiis,maximiſq; ſuis periculis, ac doloribus ampliſſimos honores eſt ade-

Non cæra, ſed cœno oblíti.

Minatur Hortenſio

† ordine.

Tẽporis ratio habẽda

Qua via humiles emergant.

M. Cato. laus.

Cn. Põpęi9

ptus? Modo L. Fimbriã, C. Marium, C. Cęlium vidimus non mediocribus inimicitiis, ac laboribus contendere, vt ad iſtos honores puenírent, ad quos vos per ludũ, ac negligentiam peruenìſtis. Hęc eadẽ eſt noſtræ rationis regio, & via: horum nos hominũ ſectã, atq; inſtituta pſequimur. Videmus quãta ſit in inuidia, quantoq; in odio apud quoſdã hoſtes nobiles, nouorum hominũ virtus, & induſtria: ſi tantulũ oculos deiecerimus, pręſto eſſe inſidias: ſi vllũ locum aperuerimus ſuſpitioni aut crimini, accipiendũ eſſe ſtatim vulnus: eſſe nobis ſemp vigilandũ, ſemper laborandũ videmus. Inimicitię ſunt, ſubeantur: labores, ſuſcipiant. Etem tacitę magis, & occultę inimicitię timendę ſunt, q̃ indictę, & apertę. Hominũ nobilium non fere q̃ſq̃ noſtrę induſtriæ fauet, nullis noſtris officiis beneuolentiã illorũ allicere poſſumus: quaſi natura, & genere diſiuncti ſint, ita diſſident a nobis animo, ac voluntate. Quare quid habẽt eorum inimicitię periculi? quorum animos iam ante habueris inimicos, & inuidos, q̃ vllas inimicitias ſuſceperis? Quãobrem mihi Iudices optandũ eſt illud, in hoc reo finẽ accuſandi facere, cum & populo Ro. ſatisfactũ, & receptũ officiũ Siculis neceſſariis meis erit pſolutũ. Deliberatũ autẽ eſt, ſi res opinionẽ meã, quã de vobis habeo, fefellerit, non modo eos perſeq, ad quos maxima culpa corrumpendi iudicii, ſed etiam illos, ad quos conſcientię contagio pertinebit. Proinde ſi qui ſunt, qui in hoc reo, aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum iudiciũ velint eſſe, ita ſint parati, vt diſceptante populo Ro. mecũ ſibi rem videant futurã. & ſi me in hoc reo, quẽ mihi inimicũ Siculi dederunt, ſatis vehementẽ, ſatis perſeuerantẽ, ſatis vigilantẽ eſſe cognorunt, exiſtiment in his hominibus, quorũ ego inimicitias populi Ro. ſalutis cauſa ſuſcepero, multo grauiorẽ, atq; acriorẽ futurũ. Nũc te Iupiter Optime Maxime, cuius iſte donũ regale, dignũ tuo pulcherrimo templo, dignũ Capitolio, atq; iſta arce oĩm nationũ, dignũ regio munere, tibi factum ab regib⁹, tibi dicatũ, atq; ꝓmiſſum, per nefarium ſcelus de regiis manibus extorſit: cuiuſq; ſanctiſſimũ, & pulcherrimũ ſimulacrũ Syracuſis ſuſtulit: teq; Iuno Regina, cuius duo fana duabus in inſulis poſita ſociorũ, Melitę, & Sami, ſanctiſſima, & antiquiſſima ſimili ſcelere idem iſte omnibus bonis, ornamentiſq; nudauit: teq; Minerua, quã iſte duobus in clariſſimis, & religioſiſſimis templis expilauit: Athenis, cum auri grãde pondus: Syracuſis, cum oĩa pręter tectũ, & parietes abſtulit: teq; Latona, & Apollo, & Diana, quorũ iſte Deli non fanũ, ſed vt hominũ opinio, & religio fert, ſedẽ anti quã, diuinũq; domicilĩ nocturno latrocinio, atq; impetu cõpilauit: etiã te Apollo, quem iſte Chio ſuſtulit: teq; etiã, atq; etiã Diana, quã Pergæ ſpoliauit, cuius ſimulacrũ ſanctiſſimũ Segeſtę, bis apud Segeſtanos conſecratũ, ſemel ipſorũ religiõe, iterũ P. Aphricani victoria, tollẽdum, aſportãdũq; curauit: teq; Mercuri, quẽ Verres in villa, & in priuata aliqua palæſtra poſuit: P. Aphricanus in vrbe ſocioꝝ, & gymnaſio Tyndaritanorũ, iuuẽtutis illorũ cuſtodẽ, & præſidem voluit eſſe: teq; Hercules, quẽ iſte Agrigenti nocte intẽpeſta, ſeruorũ inſtructa, & cõparata manu cõuellere ex ſuis ſedibus, atq; auferre conatus eſt: teq; ſanctiſſima mater Idęa quã apud Enguínos auguſtiſſimo, & religioſiſſimo in tẽplo ſic ſpoliatã reliquit, vt nunc nomẽ modo Aphricani, & veſtigia violatę religionis maneant, monimenta victoriæ faniq; ornamenta non extent: voſq; oĩm rerũ forenſium, conſiliorũ maximorũ, legũ, iudiciorũq; arbitri, & teſtes, celeberrimo in loco Prętorii locati Caſtor, & Pollux, quorũ e templo quæſtum ſibi iſte, & prędã maximã improbiſſime cõparauit: oĩſq; dii, qui vehiculis Thenſarũ ſolennes cœtus ludorũ initis, quorũ iter iſte ad ſuũ q̃ſtũ, nõ ad religionũ dignitatẽ faciendũ, exigendũq; curauit: teq; Ceres, & Libera, quarũ ſacra, ſicut opiniones hominũ, ac religiones ferunt, lõge maximis, atq; occultiſſimis cerimoniis continent: a qbus initia vitæ, atq; victus, legũ, morũ, manſuetudinis, humanitatis exẽpla hoſtibus, & ciuitatibus data, ac diſperſa eſſe dicunt: quarũ ſacra Populus Ro. a græcis aſcita, & accepta, tanta religione, & publice, & priuatim tuet, non vt ab aliis huc allata, ſed vt cæteris hinc tradita eſſe videant: quæ ab iſto vno ſic polluta, & violata ſunt, vt ſimulacrũ Cereris vnum, qđ a viro nõ modo tangi, ſed ne aſpici quidem fas fuit, e ſacrario Catinę conuellendũ, auertendũq; curauerit: alterũ aũt Ennę ex ſua ſede, ac domo ſuſtulerit, qđ erat tale, vt hoſtes cũ viderẽt, aut ipſam videre ſe Cererẽ, aut effigiẽ Cereris non humana manu factam eſſe, ſed cælo delapſam arbitrarent: vos etiam, atq; etiã implo ro, & appello ſanctiſſimę deæ, quæ illos Ennenſes lacus, lucoſq; colitis, cũctęq; Sicilię, quę mihi defendenda credita eſt, præſidetis: quibus, inuentis frugibus, & in orbem terrarum diſtributis, omnes gentes, ac nationes veſtri religione numinis continentur: cæteros itẽ deos deaſq; omnes, imploro, atq; obteſtor, quorũ templis, & religionibus iſte nefario quodam furore,

Nouorũ hoĩm calamitas.

Inimicitiæ tacitę timẽdæ.

Mínat rurſus iudicibus.

Impcatio deorum in Verrẽ ſub epilogo.

Caſtor & Pollux.

Thenſę.

Ceres & Libera.

& audacia ínſtinctus, bellũ ſacrilegũ ſemp, ímpíũq; habuít índictũ, vt ſi ín hoc reo, atq; ín hac cauſa, oñia mea cõſilía ad ſalutẽ ſocíorũ, dignitatẽ populí Ro. fidẽ meã ſpectauerunt, ſi nullã ad rẽ, níſi ad officiũ, & veritatẽ oẽs meæ curę, vigílię, cogitationeſq; laborarũt: quę mea mẽs ín ſuſcipienda cauſa fuit, fides ín agenda, eadẽ veſtra ín iudícanda ſit. Deníq; vtí C. Verrẽ, ſi eíus omnía ſunt ínaudíta, & ſingularía facinora ſceleris, audacię, pærfídię, líbídínis, auaritiæ, crudelitatís, dígnus exítus eíuſmodí vita, atq; factís veſtro íudícío conſequatur: vtq; reſpublíca, meaq; fídes, vna hac accuſatíone mea contenta ſit: míhíq; poſthac bonos potíus defendere líceat, q̃ ímprobos accuſare neceſſe ſit.

PRO M. FONTEIO. ORATIO XI.

Deſunt permulta.

Hoc Prętore oppreſſam eſſe ære alíeno Gallíã. a qbus verſuras tãtarũ pecuníarũ factas eſſe dícũt: a Gallís: níhíl mínus. A qbus ígítur: a cíuíbus Romanís, q negotíanť ín Gallía: Cur eorũ verba nõ audímus: Cur eorũ tabulę nullę ꝓferunť: Inſector vltro, atq; ínſto accuſatorí Iudíces: inſector ínquã, ac flagíto teſtís. Plus ego ín hac cauſa laboris, & opærę cõſumo, ín poſcẽdís teſtibus, q̃ cęterí defenſores, ín refutãdís. Audacter hoc díco Iudíces, nõ temere cõfírmo. Referta Gallía negotíatorũ eſt, plena cíuíũ Romanorũ. Nemo Gallorũ ſine cíue Ro. qcq̃ negotíí gerít, nũmus ín Gallía nullus ſine cíuíũ Ro. tabulís cõmouet. Vídete quo deſcẽdã Iudíces, q̃ longe vídear a cõſuetudíne mea, & cautíone, ac dílígẽtía díſcedere. Vnæ tabulę ꝓferantur, ín qbus veſtígíũ ſit alíquod, qđ ſígnífícet pecuníã Fõteío datã: vnũ ex toto negotíatorũ, colonorũ, publícanorũ, aratorũ, pecuaríorũ, numero teſtẽ ꝓducant: vere accuſatũ eſſe concedã. Pro` díí ímmortales, quę eſt hæc cauſa: quę defenſio: Prouíncię Gallię M. Fonteíus pfuit, quę cõſtat ex hís generíbus hoĩm, & cíuítatũ, q (vt vetera mittã) partím noſtra memoría, bella cũ Populo Ro. acerba, ac díuturna geſſerũt: partím modo ab noſtrís ímperatorıbus ſub actí, modo bello domítí, modo triũphís ac monímẽtís notatí, modo ab Senatu agrís vrbíbuſq; mulctatí ſunt: partím, q cũ ípſo M. Fonteío ferrũ, ac manus cõtulerũt, multoq; eíus ſudore ac labore ſub Populí Ro. ímperíũ, dítionẽq; ceciderũt. Eſt ín eadẽ ꝓuíncía Narbo Martíus, Colonía noſtrorũ cíuíũ, ſpecula Populí Romaní, ac ꝓpugnaculũ íſtís ípſís natíonibus oppoſítũ, & obiectũ. Eſt ítẽ vrbs Maſſílía, de qua ante dixí, fortíſſímorũ, fídelíſſímorũq; ſocíorũ, qui Gallícorum bellorũ pęrícula populí Ro. copíís, remíſſíſq; cõpenſarũt. eſt ꝑterea numerus cíuíũ Ro. atq; hoĩ[illegible]honeſtíſſímorũ. Huíc ꝓuíncię, quæ ex hac gẽtíũ varietate cõſtaret, M. Fonteíus (vt dixí) pfuit: q̃rãt hoſtes, ſubegít: q proxímí fuerãt, eos ex íís agrís, qbus erãt mulctatí, decedere coegít: cæterís, q ídcírco magnís ſæpe erãt bellís ſuperatí, vt ſemp populo Ro. parerẽt, magnos eqtatus ad ea bella, quæ tũ ín toto orbe terrarũ a populo Ro. gerebanť, magnas pecunías, ad eorũ ſtípendíũ, maxímũ frumẽtí numerũ ad Híſpanıẽſe bellũ tolerandũ, ímpærauit. ís, q geſſít, ín íudícíũ vocatur: vos, qui ín re non interfuíſtís, cauſam vna cũ populo Ro. cognoſcítís. dícunt cõtra, qbus ínuítíſſímís ímperatũ eſt: dícunt, q ex agrís ex Cn. Põpęíí decreto decedere ſunt coactí: dícũt, q ex bello, cæde, & fuga nunc prímũ audent cõtra M. Fõteíũ ínermem conſíſtere. Quíd coloní Narbonenſes: quíd volunt: quíd exíſtímant: Hunc pær vos volunt, ſe pær hunc íncolumes exíſtímant eſſe. Quíd Maſſílíenſíum cíuítas: hunc præſentem íís affecít honorıbus, quos habuít amplíſſímos. Vos autem abſens orat, atq; obſecrat, vt ſua relígío, laudatío, auctorítas, alíquíd apud veſtros anímos momentí habuiſſe vídeatur. Quíd: cíuíum Ro. quæ voluntas eſt: Nemo eſt ex tanto numero, quin hunc optíme de prouíncía, de ímperío, de ſocíís, & cíuíbus merítum eſſe arbítretur. Quoníam ígítur vídetís quí oppugnent M. Fonteíum, cognoſcítís quí defenſum velínt, ſtatuíte nunc, quíd veſtra ęquítas, quíd populí Ro. dígnítas, poſtulet: vtrum colonís veſtrís, negotíatorıbus veſtrís, amícíſſímís, atq; antíquíſſímís ſocíís, & credere, & conſulere malítís: an hís, quíbus neq; propter íracundíam fídem, neq; propter ínfídelítatem honorem habere debetís. Quíd ſí maíorem etíam hominũ honeſtíſſímorũ copíam affert, qui huíus vírtutí, atq; ínnocentię teſtímonío poſſínt eſſe: tamen ne plus Gallorum cõſenſío valebít, q̃ ſumma auctorítas oĩm: Cũ Gallię Fonteíus pręeſſet, ſcítís Iudíces maxímos populí Ro. exercítus ín duabus Híſpanıís, clarıſſímoſq; ímperatores fuiſſe. q̃ multí Equítes Romaní, q̃ multí Trí. mílítũ, quales, & quot, & quotíes legatí

Inſector.

Vnę tabulæ.

Ceciderũt, ſub ditionem.

Narbo Martíus.

ad eos exercitus? pręterea Cn. Põpeius maximus, atq; ornatissimus hyemauit in Gallia, M. Fõteio imperante. Satis ne vobis multos, satis idoneos testes, & conscios videt ipsa fortuna esse voluisse earũ rerum, quæ M. Fonteio Prætore gererentur in Gallia? quẽ ex tanto hominũ numero testem in hac causa producere potestis? quis est ex eo numero, qui vobis auctor placeat? eo nos iam laudatore & teste vtemur. Dubitabitis etiã diutius Iudices, quin illud, qđ initio vobis proposui, verissimũ sit? aliud per hoc iudiciũ nihil agi, nisi vt M. Fonteio oppresso testimoniis eorũ, quibus multa Reip. causa inuitissimis imperata sunt, segniores posthac ad imperandũ cæteri sint, cum videant eos oppugnari, qbus oppressis populi Ro. imperiũ incolume esse nõ possit. Obiectũ est etiã, q̃stũ M. Fõteiũ ex viarũ munitione feciſſe: vt aut ne cogeret munire: aut id, qđ munitũ esset, ne improbaret. Si & coacti sunt munire oẽs, & multoq; opera improbata sunt, certe vtrũq; falsum est: & ob vacationem p̃ciũ datũ, cũ immunis nemo fuerit: & ob p̃bationẽ, cũ multa improbata sint. Quid? si hoc crimẽ optimis noĩbus denegare possumus: & ita, vt nõ culpã in alios trãsferamus, sed vti doceamus, eos isti munitioni p̃fuisse, qui facile officiũ suũ, & p̃stare, & p̃bare possunt? tamẽ ne vos oĩa in M. Fonteiũ iratis testibus freti conferetis? Cũ maioribus Reip. negotiis M. Fõteius impediret: & cũ ad Rẽp. pertineret, viã Domitiã munire: legatis suis primariis viris C. Annio Bellieno, & C. Fonteio, negotiũ dedit. itaq; p̃fuerũt, imperauerunt p̃ dignitate sua, qđ visum est, & probauerũt. Quod vos, si nulla alia ex re, ex literis qdẽ vestris, quas scripsistis, & missis, & allatis, certe scire potuistis. quas si antea nõ legistis, nũc ex nobis qd de iis rebus Fõteius ad legatos suos scripserit, qd ad eũ illi rescripserint, cognoscite. Lege M. ad C. Anniũ legatũ, ad C. Fonteiũ legatũ.

Lege a C. Annio legato, a C. Fonteio legato. Satis opinor esse p̃spicuũ Iudices, hanc rationẽ munitionis, neq; ad M. Fonteiũ pertinere, & ab his esse tractatam, quos nemo possit reprehendere. Cognoscite nunc de crimine Vinario, qđ illi inuidiosissimũ & maximũ esse voluerunt. Crimen a Pletorio Iudices ita constitutũ est: Fonteio non in Gallia primũ venisse in mentẽ, vt portoriũ vini instituteret, sed in Italia hac proposita ratione Roma p̃fectum. Itaq; Tituriũ Tolosę quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii noĩe exegisse. Crodimũ Porciũ & Numiũ ternos Victoriatos. Nulchalone serene Vmbinos & victoriatos mille. atq; in his locis se Crodimi & Nulchalone ab his portoriũ esse exactum, si q Cobiamacho, q vicus inter Tolosam & Narbonẽ est, diuerterent, neq; Tolosam ire vellẽt. Elesiodolus tantũ senos denarios ab his, q ad hostem portarent, exegisset. Vídeo Iudices esse crimen & genere ipso magnũ. Vectigal em̃ esse impositũ fructibus nostris dicit, & pecuniã p̃magnã ratione ista cogi potuisse cõfiteor, & inuidiã. Vel maxime em̃ inimici hãc rẽ sermonibus diuulgare voluerunt. Sed ego ita existimo, quo maius crimẽ sit, id qđ ostendã esse falsum, hoc maiorem ab eo iniuriam fieri, qui id cõfingat. Vult enim magnitudine rei sic occupare animos eorum, qui audiunt, vt difficilis aditus veritati relinquatur.

Tolosa. Victoriati nummi.

Desiderantur que de crimine Vinario erant reliqua. necnon, quę ad bellum Vocontiorum, & dispositionem hybernorum pertinebant.

At hoc Galli negãt. Actio rerũ & ius argumentorũ coargui potest. Igit testibus Iudices nõ credere cupidis, & iratis, & cõiuratis, & ab religione remotis, nõ solũ potestis, sed etiã debetis. Etem̃ si, quia Galli dicũt, idcirco M. Fõteius nocẽs existimãdus est, quid mihi opus est sapiente iudice? quid æquo quęsitore? qd oratore nõ stulto? Dicunt em̃ Galli. negare nõ possumus. hic si ingenioſi, & p̃riti, & æqui iudicis has partes esse existimatis, vt quoniã qdem testes dicunt, sine vlla dubitatione credendũ sit, salus ipsa virorũ fortiũ innocentiã tueri non potest. Sin aũt in rebus iudicãdis, nõ minimã partẽ ad vnãquãq; rem existimandã, momẽtoq; suo ponderandã, sapientia iudicis tenet. næ multo vestrę maiores grauioresq; partes sunt ad cogitandũ, q̃ ad dicendũ meę. Mihi em̃ semp vnaquaq; de re, testis nõ solũ semel, verũ etiam breuiter interrogandus, & sępe etiã nõ interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendũ data, aut cupido auctoritas attributa esse videat. vos & sępius eandẽ rẽ animis agitare, & diutius vno de teste cogitare potestis. & si quẽ nos interrogare nolumus, quę causa nobis tacẽdi fuerit, existimare debetis. Quãobrem si hoc Iudices p̃scriptũ lege, aut officio putatis, testibus credere: nihil est, cur alius alio iudice melior, aut sapientior existimetur. Vnũ est em̃, & simplex aurium iudicium, & promiscue, & cõmuniter stultis, ac sapientibus ab natura datũ. Quid est igit, vbi elucere possit prudẽtia? vbi discerni stultus auditor, & credulus, ab religioso, & sapienti iudice? nimirũ illud, in quo ea, quæ dicunt a testibus, coniectura, & cogitatione

Iudicis sapientia.

Auriũ iudicium eluat.

traduntur,quanta auctoritate,quanta animi ęqtate,quãto pudore,quanta fide,quanta religione,quanto ſtudio exiſtimationis bonę,quãta cura,quanto timore dicanť.An vero vos id in teſtimoniis hoĩm barbarorũ dubitabitis,qđ pęrſępe & noſtra,& patrũ memoria ſapientiſſimi Iudices de clariſſimis noſtrę ciuitatis viris dubitandũ nõ putauerũt:qui Cn.& Q.Cepionibus,L.& Q.Metellis teſtibus in Q.Pompęiũ hoĩem nouũ non crediderunt:quorũ virtuti, generi,rebus geſtis,fidem & auctoritatẽ,in teſtimonio,cupiditatis,atq; inimicitiarũ ſuſpitio derogauit.Ecquem hominẽ vidimus:ecquem vere cõmemorare poſſumus:parẽ cõſilio,grauitate,conſtantia,cęteris virtutibus,honoris,ingenii,rerũ geſtarum ornamẽtis,M.Aemilio Scauro fuiſſe:tamẽ huius,cuius iniurati nutu ꝓpe terrarũ orbis regebať, iurati teſtimonio, neq; in C.Fimbriã,neq; in C.Memmiũ creditũ eſt.Noluerunt ii,q iudicabãt, hanc patere inimicitiis viã:quẽ qſq; odiſſet,vt eũ teſtimonio poſſet tollere. Quãtus in L.Craſſo pudor fuerit,qđ ingeniũ,quanta auctoritas,qs ignorat:tamẽ is,cuius etiã ſermo teſtimonii auctoritatẽ habebat,teſtimonio ipſo,quę in M.Marcellũ inimico aĩo dixit,ꝓbare nõ potuit.Fuit, fuit illis iudicibus diuinũ ac ſingulare Iudices conſiliũ,q ſe non ſolũ de reo,ſed etiã de accuſatore,de teſte,iudicare arbitrabanť,qd fictũ,quid fortuna,ac tẽpore allatũ,quid ꝑcio corruptũ, qd ſpe,aut metu deprauatũ,qd a cupiditate aliqua,aut inimicitiis profectũ videreť. quæ ſi iudex non amplecteť oĩa conſilio:nõ animo,ac mente circũſpiciet: ſi qcqd ex illo loco diceť, ex oraculo aliquo dici arbitrabiť:profecto ſatis erit id,qđ dixi antea,nõ ſurdũ iudicẽ huic muneri,atq; officio pręeſſe:nihil erit quãobrem ille neſcio quis ſapiẽs homo, ac multarũ rerum pęritus ad res iudicandas reqrať.An vero illi Eqtes Ro.quos nos vidimus,q nup in Rep. iudiciiſq; maximis floruerunt,habuerũt tãtũ animi,tãtũ roboris,vt M.Scauro teſti non crederent:vos Belgarũ,atq; Allobrogũ teſtimoniis nõ credere timetis? Si inimico teſti credi non oportuit, inimicior Marcello Craſſus, an Fimbriæ Scaurus ex ciuilibus ſtudiis , atq; obtrectatiõe domeſtica,q̃ huic Galli:quorũ,q optima in cauſa ſunt,eqtes,frumẽtũ,pecuniã,ſemel atq; iterũ,ac ſępius inuitiſſimi dare coacti ſunt:cæteri,partim ex veterib⁹ bellis agro mulcati,partim ab hoc ipſo,bello ſuperati,& oppreſſi.Si q ob aliqđ emolumẽtũ ſuũ cupidius aliqd dicere videnť,iis credi nõ cõuenit:credo maius emolumẽtũ Cepionibus,& Metellis ꝓpoſitũ fuiſſe ex Q.Põpeii damnatione,cũ ſtudiorũ ſuorũ obtrectatorẽ ſuſtuliſſent,q̃ cunctę Galliæ ex M.Fõtei calamitate,in qua illa ꝓuincia ꝓpe ſuã immunitatẽ,ac libertatẽ poſitam eſſe arbitraťAn ſi hoĩes ipſos ſpectare cõuenit (id qđ in teſte ꝓfecto valere plurimũ debet)nõ modo cũ ſummis ciuitatis noſtrę viris,ſed cũ infimo ciue Ro.qſq̃ ampliſſim⁹ Gallię cõparãdus eſt: ſcit Indutiomar⁹ qd ſit teſtimoniũ dicere:mouеť eo timore quo noſtrũ vnuſqſq;, cũ in eũ locũ ꝓductus eſt:Reſpondamini Iudices quãtopere laborare ſoleatis,nõ modo qd dicatis ꝓ teſtimonio,ſed etiã qbus verbis vtamini,ne qđ minus moderate poſitum,ne qđ ab aliqua cupiditate ꝓlapſum verbũ eſſe videaťVultu deniq; laboratis,nequa ſignificari poſſit ſuſpitio cupiditatis:vt & cũ ꝓditis,exiſtimatio ſit quędã tacita de vobis pudoris,ac religionis:& cũ diſcedítis,ea diligẽter cõſeruata,ac retẽta videať. Credo hęc eadẽ Indutiomarũ in teſtimonio timuiſſe,aut cogitaſſe: q primũ illud verbũ cõſideratiſſimũ noſtrę cõſuetudinis,arbitror, quo nos etiã tũc vtimur,cũ ea dicimus iurati,quę cõperta habemus,quæ ipſi vidimus,ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit,atq; omĩa ſe ſcire dixit.Verebať eĩ videlicet,ne qd apud vos populũq; Ro.de exiſtimatione ſua deperderet:nequa fama cõſequereť eiuſmodi, Indutiomarũ talẽ virũ,tã cupide,tã temere dixiſſe:nõ intelligebat,ſe in teſtimonio nihil ꝑter vocẽ,& os,& audaciam neq; ciuibus ſuis,neq; accuſatoribus noſtris pręſtare debere.An vero iſtas nationes religione iuriſiurandi,ac metu deorũ immortaliũ in teſtimoniis dicẽdis cõmoueri arbitramini? quę tantũ a cæterarũ gentium more,ac natura diſſentiũt, q̃ cæteræ ꝓ religionibus ſuis bella ſuſcipiũt,iſtę contra omnium religiones.Illæ in bellis gerendis ab diis immortalibus pacem, ac veniam petunt:iſtæ cum ipſis diis immortalibus bella geſſerunt. Hæ ſunt nationes, quæ quondã tã longe ab ſuis ſedibus,Delphos vſq; ad Apollinem Pythium, atq; ad oraculũ orbis terræ vexandũ,ac ſpoliandum profectę ſunt.Ab iiſdem gentibus ſanctis, & in teſtimonio religioſis,obſeſſum Capitolium eſt,atq; ille Iupiter,cuius nomine maiores noſtri ſanctã teſtimoniorũ fidem eſſe voluerunt.Poſtremo his quicq̃ ſanctum,ac religioſum videri poteſt:qui etiam ſiquando aliquo metu adducti deos placandos eſſe arbitrantur, humanis hoſtiis eorũ aras,ac templa funeſtant:vt ne religionem quidem colere poſſint,niſi eam ipſam prius ſcelere violarint.Quis enim ignorat eos,vſq; ad hanc diem,retinere illam immanem, ac barbarã

L.Craſſi ſermo teſtimonii auctoritatem habebat.

Iudex hõ ſapiens.

Gallorũ teſtimonium eleuat.

Arbitror dixit iurãs

Gallor̃ im pietas.

consuetudinem hominum immolādorū! quāobrē quali fide, quali pietate existimatis esse eos qui etiā deos immortales arbitrentᵉ hominū scelere, & sanguine facillime posse placari! cum his vos testibꝰ vestrā religionē cōiūgetis, ab his quicq̄ sancte, aut moderate dictū putabitis! hoc vestrę mētes tam castę, tam integrę sibi suscipient! vt cum oēs legati nostri, qui illo triēnio in Galliā venerūt: oēs Equites Romani, q in illa prouincia fuerunt: oēs negotiatores eiꝰ prouinciæ: deniq; omnes in Gallia, qui sunt socii populi Ro. atq; amici, M. Fōteiū incolumē esse cupiant, iurati priuatim & publice laudent: vos tñ Gallis credere malitis! qd vt secuti es se videamini! volūtatē ne hominū! grauior igitur vobis erit hostiū volūtas, q̄ ciuium! an dignitatē testiū! potestis igit ignotos notis, iniquos equis, alienigenas domesticis, cupidos moderatis, mercenarios gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic īperio, ac nomini, bonis, ac fidelibus, & sociis & ciuibus anteferre! An vero dubitatis Iudices, quin insitas inimicitias istę gentes omnes, & habeāt, & gerāt cū populi Ro. noīe! sic existimatis eos hic sagatos brachatosq; versari animo demisso, atq; humili, vt solent ii, qui affecti iniuriis, ad opem iudicū supplices inferioresq; cōfugiūt! nihil vero minus. hi cōtra vagant læti, atq; erecti passim toto foro, cū qbusdā minis, & barbaro, atq; immani terrore verborū. qd ego pfecto nō crederē nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscū simul Iudices audissem: cū pciperent, vt caueretis, ne hoc absoluto, nouū aliqd bellū Gallicū cōcitaret. Si M. Fōteiū Iudices in causa defecerēt oīa: si turpi adolescētia, vita infami, magistratibꝰ, quos ante oculos vestros gessit, cōuictis virorū bonorū testimoniis, legationibꝰ flagitiose obitis, inuitis suis oībus, in iudiciū vocaret: si in eo iudicio colonorū populi Ro. Narbonensiū, fidelissimorū sociorū Massiliēsium, ciuiū Ro. omniū testimoniis, tabulisq; pmeret: tñ esset vobis magnopere pudendū, ne quos ita afflictos a vestris patribus, maioribusq; accepissetis, vt cōtemnendi essent, eos ptimuisse, & eorū minis, & terrore cōmoti esse videremini. Nūc vero, cum lędat nemo bonus: laudēt oēs vestri ciues, atq; socii: oppugnēt ii, qui sępissime hanc vrbē, & hoc imperium oppugnarūt: cūq; inimici M. Fōtei vobis, ac ppīo Ro. minent, amici ac ppinqui supplicēt vobis: dubitabitis nō modo vestris ciuibꝰ, qui maxime gloria, ac laude ducunt, verū etiā exteris nationibꝰ, ac gentibus ostēdere, vos in sentētiis ferēdis ciui parcere, q̄ hosti cedere maluisse! Magna mehercule causa Iudices absolutionis cum cæteris causis hæc est, nequa insignis huic imperio macula, atq; ignominia suscipiat, si hoc ita pærlatū erit in Galliā, Senatū, Equitesq; populi Ro. non testimoniis Gallorū, sed minis commotos, rem ad illorū libidinē iudicasse. Ita vero, si illi bellū facere conabunt, excitandus nobis erit ab inferis C. Marius, qui Inductiomaro isti minaci, atq; arroganti par in belligerando esse possit: excitādus Cn. Domitiꝰ, & Maximus, q nationē Allobrogū, & reliquias, suis iterū armis cōficiat, atq; opprimat. aut qui[illegible] quidē nō pōt, orādus erit nobis amicus meus M. Pletorius, vt suos nouos cliētes a bello faciēdo deterreat, vt eorū iratos animos, atq; horribilis impetus deprecet: aut si nō poterit, M. Fabiū subscriptorē eius rogabimus, vt Allobrogū aīos mitiget, qm̄ apud illos Fabiorū nomen amplissimum. Nolūt isti, aut quiescere, id qd victi ac subacti solent: aut cū minantur, intelligere, se populo Ro. nō metū belli, sed spem triumphi tēdere. Q; si in turpi reo patiēdū nō esset, vt quicq̄ isti se minis pfecisse arbitrarent: quid faciendū vobis in M. Fonteio arbitramini! de quo hoīe Iudices (iā em̄ mihi videor hoc, ppe causa duabꝰ actionibꝰ perorata, debere dicere) de quo vos homine Iudices ne ab inimicis quidē vllum fictū probrosum nō modo crimen, sed ne maledictū quidē audistis. Ecquis vnq̄ reus, pstertim in hac vitæ ratione versatꝰ, in honoribꝰ petendis, in potestatibꝰ, in imperiis gerēdis, sic accusatꝰ est, vt nullū pbrū, nullū facinus, nulla turpitudo, q̄ a libidine, aut a petulātia, aut ab audacia nata esset, ab accusatore obiiceret, si nō vera, attamen ficta, cū aliqua rōne, ac suspitione! M. Aemiliū Scaurū summū nostrę ciuitatis virū scimus accusatum a M. Bruto. extāt oratiōes, ex qbus intelligi pōt, multa in illum ipsum Scaurū esse dicta. falso. quis negat! verūtamen ab inimico dicta, & obiecta. Q; multa M. Aquilius audiuit in suo iudicio: q̄ multa L. Cotta: deniq; P. Rutilius, qui etsi damnatꝰ est, mihi videt tamen inter viros optimos, atq; innocentissimos esse numerādus. ille igit ipse homo sanctissimus, ac temperatissimus multa audiuit in sua causa, quæ ad suspitionem stuprorū, ac libidinē pertinerent. Extat oratio hominis (vt opinio mea fert) nostrorū hominū longe ingeniosissimi atq; eloquētissimi, C. Gracchi: qua in oratione pmulta in L. Pisonē turpia ac flagitiosa dicuntur. at in quem virum! qui tāta virtute, atq; integritate fuit, vt etiā illis optimis tēporibus, cū hominē inuenire nequā neminē posses, solus tū frugi noīaret, quē cū in cōcio-

Sagatus.

Facere bellum.

Subscriptor.

L. Piso. Frugi tēporibꝰ nemo nequam.

nẽ Gracchus vocari iuberet,& viator quęreret,quẽ Pisonẽ?q; erant plures: cogis me inquit dicere inimicum meũ frugi.Is igit̃ vir,quẽ ne inimicus qdẽ satis in appellãdo significare poterat,nisi ante laudasset:qui vno cognomine declarabat̃,nõ modo quis esset, sed etiã qualis esset: tũ in falsam atq; iniquã probroq; insimulationẽ vocabat̃.M.Fõteius ita duabus actionibus accusatus est,vt obiectũ nihil sit,quo significari vestigiũ libidinis,pętulantiæ, crudelitatis,audaciæ possit.non modo nullũ facinus huius ptulerunt, sed ne dictũ quidem aliqd reprehenderũt.Q; si aut quãtam volũtatẽ habẽt ad hunc opprimendũ,aut quantã ad maledicendũ licentiam,tãtũ haberẽt aut ad emẽtiẽdũ animi,aut ad fingẽdũ ingenii, nõ meliore fortuna ad probra nunc audienda Fonteius,q̃ illi,de quibus antea cõmemoraui,fuisset. Frugi igitur hominẽ Iudices,frugi inquã,& in oĩbus vitę partibus moderatũ,ac temperatẽ,plenũ pudoris,plenũ officii,plenum religionis videtis positũ in vestra fide,ac potestate:atq; ita,vt
Cõmissus. cõmissus sit fidei,permissus potestati.Videte igit̃ vtrũ sit ęquius,hominẽ honestissimũ,virũ
Permissus. fortissimũ,ciuẽ optimũ,dedi inimicissimis,atq; immanissimis nationibus,an reddi amicis?p-
Supplicare sertim cum tot res sint,q̃ vestris animis pro huius innocentis salute supplicent.primũ generis antiquitas,quã Thusculo ex clarissimo municipio profectã in monimẽtis rerũ gestarum incisam ac notatã videmus.tũ aũt cõtinuę Prætura,quæ & cęteris ornamẽtis,& existimatione innocentiæ maxime floruerũt.deinde recens memoria parẽtis,cuius sanguine non solum Asculanorum manus,a qua interfectus est,sed totũ illud sociale bellũ macula sceleris imbutũ est.postremo ipse,cũ in omnibus vitę partibus honestus,atq; integer,tũ in re militari cum summi cõsilii & maximi animi,tũ vero vsu quoq; bellorũ gerendorũ in primis eorũ hoĩm,q
Exercitus. nũc sunt,exercitus.Quare si etiã monẽdi estis a me,qd nõ estis Iudices,videor hoc leuiter p mea auctoritate vobis pcipere posse,vt ex eo gñe hoĩes,quorũ cognita virt9,industria,felicitas in re militari sit,diligẽter vobis retinẽdos existimetis.fuit enim maior taliũ virorũ ĩ hac rep.copia:quæ cũ esset,tamen eorum non modo saluti,sed etiã honori consulebat̃.quid nũc vobis faciendũ est,studiis militarib9 apud iuuentutẽ obsoletis:hominib9 aũt,ac summis ducibus partim ętate,partim ciuitatis discordiis,ac reip.calamitate cõsumptis?cũ tot bella aut a nobis necessario suscipiant̃,aut subito atq; improuisa nascantur:nõne & hominem ipsum ad dubia reip.tempora reseruandũ,& cæteros studio laudis,ac virtutis inflammãdos putatis?Recordamini quos legatos nup in bello L.Iulius,quos P.Rutili9,quos L.Cato,quos Cn. Pompęius habuerit.scietis fuisse tum M.Cornutum,L.Cinnam,L.Syllã prętorios hoĩes,belli gerendi pritissimos:pręterea C.Mariũ,P.Didiũ,Q.Catulum,P.Crassum,nõ literis hoĩes ad rei militaris scięntiam,sed rebus gestis,ac victoriis eruditos. Age vero nũc inferte oculos in curiam,introspic[illegible].pęnitus in omnis reip.partes:vtrũ videtis nihil posse accidere, vt tales viri desiderandi sint?an,si acciderit,eorũ hominũ copia Populũ Ro.abũdare?Quæ si diligenter attẽdetis,profecto Iudices virũ ad labores belli impigrum,ad pericula fortẽ,ad vsum ac disciplinam pritũ,ad cõsilia prudentem,ad casum,fortunãq; felicẽ,domi vobis,ac liberis vestris retinere,q̃ inimicissimis reip.nationibus,& crudelissimis, tradere,& cõdemnare male
Infestis signis. tis.At infestis prope signis inferunt̃ Galli in Fonteium,& instãt,atq; vrgẽt summo cum studio,summa cũ audacia.nos vero Iudices & multis,& firmis pręsidiis,vobis adiutoribus isti immani,atq; intolerãdæ barbariæ resistemus.Primũ obiicit̃ contra istorũ impet9 Macedonia fidelis,& amica populo Ro.prouincia:quę cũ se ac suas vrbes non solum consilio,sed etiam manu Fontei cõseruatã esse dicat,vt illa p hũc a Thracũ aduẽtu,ac depopulatione defensa, sic ab huius nũc capite Gallorũ impętus terroresq; depellit.Cõstituit̃ ex altera parte vlterior Hispania:q̃ pfecto non modo religione sua resistere istorũ cupiditati põt,sed etiã sceleratorũ hominũ pęriuria testimoniis,ac laudationib9 suis refutare.Atq; ex ipsa etiã Gallia fidelissima,& grauissima auxilia sumunt̃.Venit huic subsidio misero,atq; innocẽti Massiliensiũ cũcta ciuitas,q̃ non solũ ob eã causam laborat,vt huic,a quo ipsa seruata est,parẽ gratiã referre videat̃,sed etiam,q; ea conditione,atq; eo fato se in his terris collocatã esse arbitrat̃,ne qd nostris hoĩbus istę gẽtes nocere possint.Pugnat pariter pro salute M.Fontei Narbonẽsis Colonia,quę pęr hũc ipsa nup obsidione hostiũ liberata,nunc eiusdem miseriis,ac perculis commouet̃.deniq;,vt oportet bello Gallico,vt maiorũ iura,moresq; præscribunt, nemo est ciuis Romanus,q sibi vlla excusatione vtendum putet.omnes illius prouinciæ publicani, agricoIndutioma rus. lę,pecuarii,cæteri negotiatores,vno animo M.Fonteium,atq; vna voce defendunt.Q; si tãtas auxiliorũ nostrorũ copias Indutiomarus ipse despexerit,dux Allobrogum,cæterorumq;

Gallorꝝ,num etiã de matris hũc cõplexu lectiſſimę,miſerrimęq; fœminæ vobis inſpectãtibus auellet,atq; abſtrahet?preſertim cum virgo Veſtalis ex altera parte germanũ fratrẽ cõplexa teneat,veſtrãq; Iudices,ac populi Ro.fidẽ imploret,quę pro vobis,liberiſq; veſtris tot annos in diis immortalibus placãdis occupata eſt,vt ea nũc ꝓ ſalute ſua,fratriſq; ſui, aĩos veſtros placare poſſit.cui miſeræ quod pſidiũ, qđ ſolatiũ reliquũ eſt,hoc amiſſo?nã cæteræ fœminæ gignere ipſæ ſibi,& habere domi præſidia fortunarum omnium ſociũ, participẽq; poſſunt. huic vero virgini quid eſt ꝑter fratrẽ,qđ aut iucũdũ,aut charũ eſſe poſſit?Nolite pati Iudices aras deorum immortaliũ,Veſtęq; matris,quotidianis virginis lamentationib⁹ de veſtro iudicio cõmoueri.proſpicite ne ignis ille æternus nocturnis Fõteię laboríb⁹,vigiliiſq; ſeruatus,ſacerdotis Veſtę lachrymis extinctus eſſe dicat. Tẽdet ad vos virgo Veſtalis man⁹ ſupplices aſdẽ,quas ꝓ vobis diis immortalib⁹ tẽdere cõſueuit.cauete ne periculoſum, ſupbũq; ſit,eius vos obſecrationẽ repudiare,cui⁹ pces ſi dii aſpernarent,hęc ſalua eſſe nõ poſſent. Videtis ne ſubito Iudices,virũ fortiſſimũ M.Fõteiũ parẽtis,& ſororis cõmemoratione lachrymas ꝓfudiſſe?qui nunq; in acie ptimuerit,q ſe armat⁹ ſępe in hoſtiũ manũ multitudinẽq; ĩmiſerit,cũ in eiuſmodi periculis eadẽ ſe ſolatia ſuis relinquere arbitrareť,q ſuus pater ſibi reliquiſſet,idẽ nunc perturbato aĩo ptimeſcit,ne nõ modo ornamẽto, & adiumẽto non ſit ſuis, ſed etiã cũ acerbiſſimo luctu dedecus æternũ miſeris,atq; ignominiã relinquat.O fortunam lõge diſparẽ M.Fõtei,ſi deligere potuiſſes,vt potius telis tibi Gallorꝝ,q̃ periuriis intereundũ eſſet.tum.n.vitę ſocia virtus,mortis comes gloria fuiſſet.nunc vero q eſt dolor?victoriæ te, atq; imperii pœnas ad eorꝝ arbitriũ ſufferre,q aut victi armis ſunt,aut inuitiſſimi paruerũt? A quo periculo defendite Iudices ciuẽ fortẽ, atq; ĩocẽtẽ:curate vt noſtris teſtib⁹ plus,q̃ aliẽ nigenis credidiſſe videamini:plus ſaluti ciuiũ,q̃ hoſtiũ libidini conſuluiſſe:grauiorẽ duxiſſe eius obſecrationẽ,q̃ veſtris ſacris præſit,q̃ eorꝝ audaciã,q cũ omniũ ſacris delubriſq; bella geſſerũt.poſtremo ꝑſpicite Iudices id qđ ad dignitatẽ populi Ro.maxime ptinet, vt plus apud vos preces virginis Veſtalis,q̃ minæ Gallorum valuiſſe videantur.

Germanus frater.

Veſta mater.

PRO A.CECINNA. ORATIO.XII.

QUantũ in agro,lociſq; deſertis audacia poteſt,tantũ in foro,atq; in iudiciis impudẽtia valeret,nõ minus in cauſa cederet A.Cecinna Sex.Ebutii impudẽtię,q̃ tum in vi facienda ceſſit audaciæ.verũ & illud cõſiderati hoĩs eſſe putauit,qua de re iure decertari oporteret,armis nõ cõtẽdere:& hoc cõſtãtis, quãm vi,& armis certare noluiſſet,eum iure,iudicioq; ſuperare.Ac mihi qdẽ cũ audax præcipue fuiſſe videť Ebuti⁹ in cõuocãdis hoĩb⁹,& armãdis,tum impudens in iudicio,nõ ſolũ q in iudicium venire auſus eſt,(nã id quidem,tametſi improbe fit in aperta re, tamen malitia eſt iã vſitatũ) ſed q non dubitauit id ipſum,qđ arguit,cõfiteri.niſi forte hoc rationis habuit,quoniam ſi facta vis eſſet moribus,ſuperior in poſſeſſione retinenda nõ fuiſſet: quia cõtra ius moremq; facta ſit,A.Cecinnã cũ amicis metu perterritũ pfugiſſe:nunc quoq; in iudicio,ſi cauſa more,inſtitutoq; omniũ defendat,nos inferiores in agẽdo nõ futuros.ſin e cõſuetudine recedat:ſe,quo impudentius egerit,hoc ſuperiorem diſceſſurum. quaſi vero, aut in iudicio poſſit idem improbitas,qđ in vi confidentia:aut nõ eo libẽtius tũ audacię ceſſerimus,quo nũc impudentię facilius obſiſteremus.Itaq; lõge alia ratione Recuperatores ad agendam cauſam hac actione venio,atq; initio veneram.tũ enim noſtræ cauſæ ſpes erat poſita in defenſione mea,nunc in confeſſione aduerſarii.tum in noſtris,nunc vero in illorꝝ teſtibus:de quibus ego antea laborabam,ne ſi improbi eſſent,falſi aliquid dicerent:ſi probi exiſtimarentur,qđ dixiſſent,probarent.nũc ſum animo æquiſſimo.ſi enim ſunt viri boni,me adiuuant,cũ id iurati dicunt,qđ ego iniuratus inſimulo.ſin autem minus idonei,me nõ lędũt, cum iis ſiue creditur hoc ipſum,qđ nos arguimus,ſiue fides non habetur, de aduerſarii teſtium fide derogatur. Verũtamẽ cũ illorũ cauſæ actionẽ conſidero,non video quid impudẽtius dici poſſit.cum aũt veſtrã in iudicãdo dubitationẽ:vereor ne id,qđ videnť impudenter feciſſe,aſtute,& callide fecerint.nam ſi negaſſent vim hominibus armatis eſſe factam, facile honeſtiſſimis teſtibus in re perſpicua tenerẽtur.ſin confeſſi eſſent,& id quod nullo tẽpore iu

Iuratus.
Iniuratus.

re fieri poteſt,tũ ab ſe iure factũ eſſe defenderẽt,ſperarũt id,qđ aſſecuti ſunt,ſe iniecturos vobis cauſam deliberãdi,& iudicãdi iuſtã morã,ac religionẽ.ſimul illud,qđ indigniſſimũ eſt,futurũ arbitrati ſunt,vt ĩ hac cauſa nõ de improbitate Sex.Ebutii,ſed de iure ciuili iudicium fieri videreť.Qua in re ſi mihi eſſet vnius A.Cecinnę cauſa agẽda,pfiterer ſatis idoneũ eſſe me defenſorẽ,ppterea ꝙ fidẽ meã,diligẽtiãꝙ pſtarẽ:q̃ cũ ſũt in actore cauſę,nihil eſt,in re p̃ ſertim aperta,ac ſimplici,ꝙ excellẽs ingeniũ requirať.ſed cũ de eo iure mihi dicẽdũ ſit,quod ptineat ad oẽs,qđ cõſtitutũ ſit a maioribꝰ,cõſeruatũ vſꝙ ad hoc tẽpus,quo ſublato nõ ſolũ pars aliqua iuris diminuta,ſed etiã vis ea,q̃ iuri maxime eſt aduerſaria,iudicio cõfirmata eẽ videať,video ſummi ingenii cauſam eſſe,nõ vti demõſtreť qđ ante oculos eſt,ſed ne, ſi quis vobis error in tanta re ſit obiectus,omnes potius me arbitrenť cauſæ,q̃ vos religioni veſtrę defuiſſe.Q̃q̃ ego mihi ſic perſuadeo Recuperatores, non vos tam propter iuris obſcurã,dubiamꝙ rationẽ,bis iam de eadem cauſa dubitaſſe, q̃ ꝙ videtur ad ſummã illiꝰ exiſtimationẽ hoc iudicium pertinere,moram ad cõdemnandũ acquiſiſſe,ſimul & illi ſpatiũ ad ſeſe colligẽdum dediſſe.Qđ quoniam iam in conſuetudinem venit,& id viri boni veſtri ſimiles in iudicãdo faciũt,reprehẽdẽdũ fortaſſe minus,querendum vero magis etiam videť:ideo ꝙ omnia iudicia aut diſtrahendarum controuerſiarum,aut puniendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt:quorũ alterum leuius eſt,propterea,ꝙ & minus lædit,& perſæpe diſceptatore domeſtico diiudicatur:alterum eſt vehementiſſimum,ꝙ & ad grauiores res pertinet,& non honorariam operam amici,ſed ſeueritatẽ iudicis,ac vim requirit. Qđ eſt grauius,& cuiꝰ rei cauſa maxime iudicia cõſtituta ſunt,id iam mala cõſuetudine diſſolutũ eſt.nam,vt queꝙ res eſt turpiſſima,ſic maxime,& maturiſſime iudicãda eſt.at ea,de qua exiſtimatiõis periculum eſt, tardiſſime iudicatur.qui igitur conuenit,quæ cauſa fuerit ad conſtituendum iudicium,eandem moram eſſe ad iudicandum?Si quis,qđ ſpopondit,qua in re verbo ſe vno obligauit, id non facit:maturo iudicio,ſine vlla religione iudicis condemnatur.qui per tutelam,aut ſocietatem,aut rem mandatam,aut fiduciæ rationem,fraudauit quempiam:in eo, quo delictum maius eſt,eo pœna eſt tardior.eſt enim turpe iudicium,& facto quidem turpe.Videte igitur q̃ inique accidat,quia res indigna ſit,ideo turpem exiſtimationẽ ſequi:qa turpis exiſtimatio ſequať,ideo rem indignam nõ vindicari.At ſi quis mihi hoc iudex,recuperatorve dicat:potuiſti eñ leuiore actione confligere:potuiſti ad tuum ius faciliore,& cõmodiore iudicio peruenire:quare aut muta actionẽ, aut noli mihi inſtare,vt iudicẽ.tñ is aut timidior videať,q̃ fortem,aut cupidior,q̃ ſapientem iudicẽ eſſe æquum eſt:ſi aut mihi præſcribat quemadmodum meũ ius perſequar:aut ipſe id,qđ ad ſe delatum ſit,nõ audeat iudicare.Eteñ ſi Prætor is,qui iudicia dat,nec q̃ petitori preſtituit,qua actione illũ vti velit:videte q̃ iniquũ ſit,cõſtituta iam re,iudicem quid agi potuerit,aut quid poſſit,non quid actum ſit,quærere. Verũta men nimiæ veſtræ benignitati pareremus,ſi alia ratione ius noſtrũ recuperare poſſem⁹. nũc vero quis eſt?qui aut vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere?aut eius rei leuiorem actionem nobis aliquã demonſtrare poſſit?ex quo genere peccati,vt illi clamitãt, vel iniuriarum,vel capitis iudicia conſtituta ſunt,in eo poteſtis atrocitatẽ noſtrã reprehẽdere? cũ videatis nihil aliud actum,niſi poſſeſſionẽ p̃interdictum eſſe repetitam? Verũ ſiue vos exiſtimationis illius periculũ,ſiue iuris dubitatio tardiores fecit adhuc ad iudicandũ, alterius rei cauſam voſmetipſi iam vobis ſæpiꝰ prolato iudicio ſuſtuliſtis,alterius ego vobis hodierno die cauſam profecto auferam,ne diutius de controuerſia noſtra,ac de cõmuni iure dubitetis.Et ſi forte videbor altius initiũ rei demõſtrandę petiſſe, q̃ me ratio iuris,& ius,de quo iudiciũ eſt,& natura cauſæ coegerit,quęſo vt ignoſcatis.nõ eñ minus laborat A.Cecinna,ne ſummo iure egiſſe,q̃ ne certũ ius non obtinuiſſe videať. M.Fulcinius fuit Recuperatores e municipio Tarquinienſi,qui & domi ſuę cũ primis honeſtus exiſtimatus eſt,& Romę argẽtariã non ignobilẽ fecit.Is habuit in matrimonio Ceſenniã,eodem e municipio, ſummo loco natã,& probatiſſimam fœminã,ſicut & viuus multis ipſe rebus oſtendit, & in morte ſua teſtamento declarauit.huic Ceſenniæ fundũ in agro Tarquinienſi vẽdidit tẽporibꝰ illis difficillimis ſolutiõis.cũ vtereť dote vxoris numerata,quo mulieri eſſet res cautior,curauit vt in eo fundo dos collocareť.aliquãto poſt iã argentaria diſſoluta,Fulcinius huic fundo vxoris cõtinẽtia q̃dã p̃dia,atꝙ adiũcta mercať.moriť Fulcinius.multa.n.q̃ ſunt in re,quia remota ſunt a cauſa,præmittam.teſtamẽto facit hæredẽ,quẽ habebat e Ceſennia filiũ : vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniæ legat, vt frueretur vna cũ filio.magnus honos

Fides diligẽtiaꝙ actori p̃ſtandæ.

Recuperatores.

Iudicia cur reperta.

Honoraria opera.

Maturiſſime.

Sũmũ ius.

Argẽtaria.

Vſusfructꝰ

viri,iucũdus mulieri fuiſſet,ſi diuturnũ eẽ licuiſſet.frueret enim bonis cũ eo,quẽ ſuis bonis hęredem eſſe cupiebat,& ex quo maximũ fructũ ipſa capiebat.ſed hunc fructũ mature fortu na ademit.nam breui tẽpore M.Fulcinius adoleſcẽs mortuus eſt,hęredẽ P.Ceſennium fecit, vxori grande pondus argenti, matriq; partẽ bonorũ maiorẽ legauit.itaq; in partẽ mulieres vocatę ſunt.Cum eſſet hæc auctio hęreditaria cõſtituta,Ebutius iſte,qui iãdiu Ceſennię vi duitate,ac ſolitudine aleret,ac ſe eius in familiaritatẽ inſinuaſſet hac rõne,vt cũ aliquo ſuo cõpẽdio negotia mulieris,ſiqua acciderẽt,cõtrouerſiaſq; ſuſciperet,verſabat quoq; eo tpe in his rõnibus auctionis,& partitionis,atq; etiã ſe ipſe inferebat,& intrudebat, & in eã opinio nẽ Ceſenniam adducebat,vt mulier imperita nihil putaret agi callide poſſe, vbi non adeſſet Ebutius.quam perſonam iã ex quotidiana cognoſcitis vita Recupatores, mulierũ aſſentato ris,cognitoris viduarũ,defenſoris nimiũ litigioſi,cõciti ad rixã,inepti,ac ſtulti ĩter viros,in ter mulieres periti iuris, & callidi: hãc perſonam imponite Ebutio.is em̃ Ceſennię fuit Ebu tius:ne forte quæratis num propinquus:nihil alienius.amicus aut a patre,aut a viro tradi tus:nihil minus.quis igitur:ille,quem ſupra deformaui,voluntarius amicus mulieris,nõ ne ceſſitudine aliqua,ſed ficto officio,ſimulataq; ſedulitate coniunctus,magis opportuna ope ra nõnunq̃,q̃ aliquando fideli.Cum eſſet,vt dicere inſtitueram,conſtituta auctio Romę,ſua debant amici,cognatiq; Ceſennię id,qđ ipſi quoq; mulieri in mentẽ veniebat:quoniam pote ſtas eſſet emendi fundũ illũ Fulcinianum,qui fundo eius antiquo cõtinẽs eſſet,nullã eſſe ra tionẽ,amittere eiuſmodi occaſionẽ,cũ p̃ſerti pecunia ex ptitiõe deberet:nuſq̃ eã poſſe melĩ collocari.Itaq; mulier facere conſtituit.mandat,vt fundũ ſibi emat.cui tandem! cui putatis! an non in mentem venit omnibus illius ad hoc munus,& ad oĩa mulieris negotia parati!ſi ne quo nihil ſatis caute,nihil ſatis callide agi poſſet!recte attenditis.Ebutio negotium dat. adeſt ad tabulam,licetur Ebutius,deterrentur emptores multi,partim gratia Ceſenniæ,par tim etiam precio:fundus addicitur Ebutio,pecuniam argentario promittit Ebutius.quo te ſtimonio nũc vir optimus vtitur,ſibi emptum eſſe:quaſi vero aut nos ei negem̃ addictum: aut tũ quiſq̃ fuerit,qui dubitarit,quin emeret Ceſenniæ,cũ id pleriq; ſcirent,omẽs fere au diſſent,hi coniectura aſſequi poſſent,cum pecunia Ceſenniæ ex illa hæreditate deberet, eam porro in p̃diis collocari maxime expediret, eſſent aũt p̃dia,q̃ mulieri maxime cõuenirent,ea venirẽt,liceretur is,quẽ Ceſennię dare operã nemo miraret,ſibi emere nemo poſſet ſuſpicari. Hac emptione facta,pecunia ſoluitur a Ceſennia.cuius rei putat iſte rationem reddi nõ poſ ſe,q; ipſe tabulas auerterit:ſe autem habere argentarii tabulas, in quibus ſibi expenſa pecu nia lata ſit,acceptaq; relata, quaſi id aliter fieri oportuerit. Cum oĩa ita facta eſſent,quem admodum nos defendimus,Ceſennia fundũ poſſedit,locauitq;:neq; ita multo poſt A.Cecin næ nupſit.vt in pauca conferam,teſtamento facto mulier moritur.facit hęredem ex deunce, & ſemuncia Cecinnam,ex duabus ſextulis M.Fulciniũ libertũ ſuperioris viri,Ebutio ſextu lam aſpergit.hanc ſextulam illa mercedẽ iſti eſſe voluit aſſiduitatis,& moleſtiæ, ſi quã ſuſce perat.Iſte autem hac ſextula ſe anſam retinere omnium controuerſiarum putat.Iam princi pio auſus eſt dicere,non poſſe hæredem eſſe Ceſenniæ Cecinnam, q; is deteriore iure eſſet, q̃ ceteri ciues,propter incommodum Volaterranorum,calamitatemq; ciuilem. itaq; homo timidus imperituſq;,qui neq; animi,neq; conſilii ſatis haberet,non putauit eſſe tanti hære ditatem,vt de ciuitate in dubiũ veniret:cõceſſit credo Ebutio,quantũ vellet de Ceſennię bo nis vt haberet.immo,vt viro forti,ac ſapienti dignũ fuit,ita calumniã, ſtultitiãq; obtriuit, ac cõtudit.In poſſeſſione bonorũ cũ eſſet,& cũ ipſe ſextulã ſuã nimiũ exaggeraret,noĩe hæ redis arbitrũ familię herciſcũdæ poſtulauit.Atq; illis paucis diebus,poſteaq̃ videt nihil ſe ab A.Cecinna poſſe litiũ terrore abradere,hoĩ Romæ in foro denũciat,fundũ illũ,de quo an te dixi,cuius iſtũ emptorẽ demõſtraui fuiſſe mãdato Ceſennię,ſuũ eſſe,ſeq; ſibi emiſſe.Quid ais!Iſtius ille fundus eſt,quem ſine vlla cõtrouerſia quadrienniũ,hoc eſt,ex quo tpe fund̃ ve niit,quoad vixit,poſſedit Ceſennia.Vſus em̃ inqt eius & fructus fundi teſtamento viri,fue rat Ceſennię.Cum hoc nouæ litis genus tã maleficioſe intenderet,placuit Cecinnę de ami corũ ſententia cõſtituere,quo die in rem p̃ſentẽ veniret,& de fundo Cecinna moribus deduce ret.colloquunt,dies ex vtriuſq; cõmodo ſumit. Cecinna cũ amicis ad diẽ venit in caſtellum Axiã:ex quo loco fundus is,de quo agit,nõ lõge abeſt.Ibi certior fit a plurib̃,hoĩes permul tos liberos atq; ſeruos coegiſſe,& armaſſe Ebutiũ. cũ id partim mirarẽtur,partim nõ crede rẽt,ecce ipſe Ebutius in caſtellũ venit,denũciat Cecinnę ſe armatos habere,abiturũ eum nõ

Mature.

Licerí.

Dare operã Ceſenniæ.

Hęres ex deunce.

Aſpergere.

Heríſcũdæ familiæ.

Vſus & fructus.

Maleficioſe

In rẽ p̃ſentẽ venire.

esse, si accessisset. Cecinnę placuit & amicis, quoad videret saluo capite fieri posse, experiri. tũ de castello descẽdunt, in fundũ ꝓficiscunt. Videt temere cõmissum. verũ, vt opinor, hoc fuit causę: tam temere istũ re cõmissurum, q̃ verbis nunciabat, nemo putauit. Atq; iste ad oẽs introitus, qua adiri poterat nõ modo in eũ fundũ, de quo cõtrouersia fuerat, sed etiã in illum ꝓximũ, de quo nihil ambigebat, armatos hoes opponit. Itaq; primo cũ in antiquũ fundũ ingredi vellet, q̃ ea proxime accedi poterat, frequentes armati obstiterunt. quo loco depulsus Cecinna, tñ qua potuit ad eũ fundũ profectus, ex quo, ex conuentu vim fieri oportebat. eius autem fundi extremam partem oleę directo ordine definiũt. ad eas cũ accederet, iste cũ oñibus copiis prẽsto fuit, seruumq; suũ noe Antiochũ ad se vocauit, & clara voce imperauit, vt eũ, qui illum olearũ ordinẽ intrasset, occideret. Homo mea sentẽtia prudẽtissim⁹ Cecinna, tñ in hac re plus mihi animi, q̃ cõsilii videt habuisse. nam cũ & armatorũ multitudinẽ videret, & eã vocẽ Ebutii, quã cõmemorani, audisset, tamen accessit propius, & iã ingrediens intra finem ei⁹ loci, quẽ oleæ terminabãt, impetũ armati Antiochi, cęterorũq; tela, atq; incursus refugit. eodẽ tempore se in fugã cõferũt vna amici, aduocatiq; eius metu perterriti, quẽadmodum illorũ testẽ dicere audistis. His rebus ita gestis, P. Dolabella Prętor interdixit, vt est cõsuetudo, de vi hominib⁹ armatis, sine vlla exceptione, tantũ, vt vnde deiecisset, restitueret. restituisse se dixit. sponsio facta est. hac de spõsiõe vobis iudicãdũ est. Maxime fuit optãdũ Cecinnę Recuperatores, vt cõtrouersię nihil haberet: secũdo loco, vt ne cũ tã improbo hoe: tertio, vt cũ tã stulto haberet. etẽ nõ minus nos stultitia illius subleuat, q̃ lædit improbitas. improbus fuit, q̃ hoes coegit, armauit, coactis, armatisq; vim fecit. læsit in eo Cecinnã. subleuauit ibidẽ. nã in eas ipsas res, quas improbissime fecit, testimonia sumpsit, & eis in causa testimoniis vtit. Itaq; mihi certũ est Recuperatores, anteq̃ ad meã defensionem, meosq; testes venio, illi⁹ vti cõfessione, & testimoniis. quid cõfiteť! atq; ita libẽter confiteť! vt non solum fateri, sed etiã ꝓfiteri videat Recuperatores! cõuocaui hoes, coegi, armaui: terrore mortis, ac periculo capitis, ne accederes, obstiti. ferro (inqt) ferro, & hoc dicit i iudicio, te reiecí, atq; perterrui. quid! testes quid aiunt! P. Vetilius ꝓpinquus Ebutii, se Ebutio cũ armatis seruis venisse aduocatũ. quid præterea! fuisse complures armatos. quid aliud! minatũ esse Ebutiũ Cecinnæ. quid ego de hoc teste dicã, nisi hoc Recuperatores! vt idcirco nõ min⁹ ei credatis, q̃ homo minus idoneus habeť, sed ideo credatis, q̃ ex illa parte id dicit, qđ illi causæ maxime est alienũ. A. Terẽtius alter testis, nõ modo Ebutiũ, sed etiã se ipsum arguit. in Ebutiũ hoc dicit, armatos hoes fuisse. de se aũt hoc ꝓdicat: Antiocho Ebutii seruo imperasse, vt in Cecinnã aduenientẽ cũ ferro inuaderet. quid loquar amplius hoc de hoe! in quẽ ego dicere, cũ rogarer a Cecinna, nunq̃ voluisse arguere illum rei capitalis viderer: de eo dubito nũc, quomodo aut loquar, aut taceã, cũ ipse hoc de se iuratus ꝓdicet. Deinde L. Cęlius nõ solũ Ebutiũ cũ armatis dixit fuisse cõpluribus, verũ etiã cũ aduocatis perpaucis eo venisse Cecinnã. de hoc ego teste detrahã! cui æque, atq; meo testi vt credatis, postulo. P. Memmius secutus est, qui suum nõ paruũ beneficiũ cõmemorauit in amicos Cecinnę, quibus sese viam per fratris sui fundũ dedisse dixit, qua effugere possent, cũ essent metu oñes perterriti. huic ego testi gratias agã, q̃ & in re misericordẽ se ꝓbuit, & testimonio religiosum. A. Attilius & eius filius L. Attilius & armatos ibi fuisse, & se suos armatos adduxisse dixerũt. etiam hoc amplius. cum Ebutius Cecinnæ malum minaretur. ibi tũ Cecinnã postulasse, vt moribus deductio fieret. hoc idem P. Rutilius dixit: & eo libẽtius dixit, vt aliquo in iudicio eius testimonio creditũ putaretur. Duo pręterea testes nihil de vi, sed de ipsa emptione fundi dixerunt: P. Cesennius auctor fundi, non tam auctoritate graui, q̃ corpore: & argentarius, Sex. Clodi⁹, cui nomẽ est Phormio, nec minus niger, nec minus cõfidẽs, q̃ ille Terentianus est Phormio: nihil de vi dixerunt, nihil ꝓterea, quod ad vestrum iudicium pertineret. Decimo vero loco testis expectat⁹, & ad extremum reseruatus dixit Senator populi Romani, splendor ordinis, decus atq; ornamẽtum iudiciorum, exemplar antiquæ religionis Fidiculanus Falcula: qui cum ita vehemẽs, acerq; venisset, vt non modo Cecinnam periurio suo læderet, sed etiam mihi videretur irasci, ita eum placidum, mollemq; reddidi, vt non auderet, sicut meministis, iterum dicere, quot milia fundus suus abesset ab vrbe. nã cũ dixisset minus abesse. LIII. populus cũ risu acclamauit ipsa esse. meminerãt enim omnes, quãtum in Albiano iudicio accepisset. In eũ qd dicã! nisi id, qđ negare non possit! venisse in cõsiliũ publicæ quęstionis, cũ eius cõsilii iudex nõ esset: & in eo cõsilio, cum causam non audisset, & potestas esset ampliãdi, dixisse sibi liq̃re: dũ icognita

Cui nomẽ Phormio. Niger.

re iudicare voluisset,maluisse cõdẽnare,q̃ absoluere:cũ si vno mín⁹ dãnarẽt,cõdemnari reus nõ posset,nõ ad cognoscẽdã causam,sed ad explẽdã damnationẽ prẽsto fuisse. Vtrũ grauius aliquid in quẽpiã dici potest,q̃ ad hominẽ condemnãdũ,quẽ nunq̃ vidisset,neq; audisset,ad ductum p̃cio esse?an certius quicq̃ obiici potest?q̃ qđ is,cui obiicit,ne nutu quidem infirmare conatur? Verũtamen is testis,vt facile intelligeretis eũ non adfuisse animo,cũ ab illis causa ageret,testesq; dicerẽt:sed tãtisper de aliquo reo cogitasse, cũ oẽs ante eũ dixissent testes, armatos eum Ebutio fuisse complures:solus dixit non fuisse.visus est mihi primo veterator intelligere præclare,quid causa optaret:& tantũmodo errare,q; omnes testes infirmaret,qui ante eum dixissent:cũ subito ecce idẽ qui solet,suos solos seruos armatos fuisse dixit.quid huic tu homini facias?nonne concedas interdũ,vt excusatione summæ stultitię, summæ improbitatis odium deprecetur? Vtrum Recuperatores his testibus non credidistis,cum qd liqueret,non habuistis?at controuersia non erat,quin verũ dicerẽt.an in coacta multitudine, in armis,in telis,in prẽsenti metu mortis,perspicuo periculo cædis, dubiũ vobis fuit,an esse vis aliqua videret,nec ne?quibus igitur in rebus vis intelligi potest,si in his non intelliget? An vero illa defensio vobis p̃clara visa est:nõ deieci,sed obstiti.non eñ te sum passus in fundum ingredi,sed armatos homines opposui:vt intelligeres,si in fundo pẽ posuisses,statim tibi esse pereundum.quid ais?is,qui armis perterritus,fugatus,pulsus est, nõ videt esse deiectus?posterius de verbo videbimus.nunc rem ipsam ponamus,quã illi non negant: & ei⁹ rei ius,actionemq; quęramus.Est hæc res posita,quæ ab aduersario non negatur.Cecinnã,cũ ad cõstitutã diẽ,tempusq; venisset,vt ius,ac deductio morib⁹ fieret,pulsum,prohibitumq; esse vi,coactis hominibus,& armatis.Cum hoc cõstet,ego homo imperitus iuris,ignarus negotiorũ,ac litiũ,hãc puto me habere actionem, vt per interdictum,meũ ius teneã,atq; iniuriã tuã p̃sequar.fac in hoc errare me,nec vllo modo posse p hoc interdictũ id assequi,qđ velim: te vti in hac re magistro volo.quæro,sit ne aliqua huius rei actio?an nulla?cõuocari homines ꝓpter possessionis cõtrouersiã non oportet,armari multitudinẽ iuris retinẽdi causa nõ cõuenit:nec iuri quicq̃ tam inimicum,q̃ vis:nec æquitati quicq̃ tã infestũ est,q̃ cõuocati homines,& armati.qđ cum ita sit,resq; eiusmodi sit,vt in primis a magistratibus animaduertẽda esse videat,iterũ quęro,sit ne eius rei aliqua actio?an nulla?nullã esse dices?audire cupio qui in pace,& otio,cũ manũ fecerit,copias pararit,multitudinẽ hominũ coegerit , armarit, instruxerit,homines inermes,qui ad cõstitutũ experiundi iuris gratia venissent,armis,viris, terrore,periculoq; mortis repulerit,fugarit,auerterit:hoc dicat,feci equidẽ,quæ dicis,oĩa:& ea sunt,& turbulenta,& temeraria,& periculosa.quid ergo est?impune feci,nã quid agas me cũ ex iure ciuili,ac p̃torio nõ habes.Ita ne vero Recuperatores?hoc vos audietis? & apud vos dici patiemini sæpius?cũ maiores nostri tãta diligẽtia,prudẽtiaq; fuerint,vt oĩa omniũ non modo tãtarũ rerũ,sed etiam tenuissimarũ iura statuerint,persecutiq; sint?vt hoc gen⁹ vnũ, vel maximũ p̃termitterent,vt si qui me exire domo mea coegisset armis,haberem actionem: si qui introire prohibuisset,nõ haberem? Nõdũ de Cecinnę causa disputo,nõdũ de iure possessionis nostrę loquor,tantũ de tua defensione C.Piso queror.quando ita dicis, & ita constituis:si Cecinna,cũ in fundo esset,inde deiectus esset,tum per hoc interdictũ eũ restitui oportuisse.nunc vero deiectum nullo modo esse inde,vbi nõ fuerit:hoc interdicto nihil nos assecutos esse.quæro,si te hodie domum tuã redeuntem coacti homines,& armati nõ modo limine,tectoq; ædiũ tuarum,sed primo aditu,vestibuloq; prohibuerint,quid acturus sis? monet amicus meus te L.Calphurnius,vt idẽ dicas,qđ ipse antea dixit,iniuriarũ.quid ad causam possessionis?quid ad restituendũ eum,quẽ oportet restitui?quid deniq; ad ius ciuile,aut ad actoris notionem,& ad animaduersionem ages?iniuriarũ? plus tibi ego largiar.nõ solum egeris,verũ etiã condemnaris licet:nunqd magis possidebis?actio eñ iniuriarũ nõ ius possessionis assequit̃,sed dolorẽ imminutæ libertatis iudicio,pœnaq; mitigat.Prætor interea,Piso tanta de re tacebit?quẽadmodum te restituat in ædes tuas nõ habebit?qui dies totos aut vim fieri vetat,aut restitui factam iubet,qui de fossis,de cloacis,de minimis aquarum,itinerũq; controuersiis,interdicit,is repente obmutescet? in atrocissima re qd faciat nõ habebit? & C.Pisone domo,tectisq; suis p̃hibito,p̃hibito inquã p hoĩes coactos,& armatos,p̃tor quẽ admodũ more & exẽplo opitulari possit non habebit?quid enim dicet?aut quid tu tam insigni accepta iniuria postulabis?vñ vi p̃hibit⁹ fis?nemo vnq̃ interdixit.nouũ est,nõ dico inusitatũ,verũ oĩno inauditũ.vnde deiectus?qd p̃fícies,cum illi hoc respondebũt tibi,qđ tu nũc

Veterator.

Vis inimica iuri.

Iniuriarũ actio.

mihi:armatos se tibi obstitisse,ne in ædes accederes:deiici porro nullo mõ potuisse,qui non accesserit.Deiicior ego inqs,si qs meorũ deiicit.oĩno iam bñ agis.a verbis em recedis,& equitate veteris.nã verba ipsa si seq volumus,quomodo tu deiiceris,cũ seruus tu⁹ deiicit?Verum ita est uti dicis:te deiectũ debeo intelligere,etiã si tactus nõ fueris.nõne?age nunc, si ne quidẽ tuorũ quisq̃ loco motus erit,atq; oẽs in ędibus adseruati,ac retenti:tu solus ꝓhibitus,& a tuis ędibus vi,atq; armis pterritus:utrũ hanc actionẽ habebis,qua nos usi sumus?an aliã quãpiã?an oĩno nullã?nullã esse actionẽ dicere in re tã insigni,tãq; atroci,neq; pructetię, neq; auctoritatis tuę est.alia si q̃ forte est,q̃ nos fugerit,dic q̃ sit.cupio discere.hæc si est, qua nos usi sumus,te iudice uincamus necesse est.nõ enim uereor ne hoc dicas,in eadẽ causa eodẽ interdicto te oportere restitui,Cecinnã non oportere.etenim cui pspicuum non sit? ad incertũ reuocari bona,fortunas,possessiones oĩm,si ulla ex parte sentẽtia huius interdicti diminuta, aut infirmata sit:si auctoritate uirorũ talium,ius armatorũ hominũ iudicio approbatum uideatur:in quo iudicio nõ de armis dubitatũ,sed de uerbis q̃situm esse dicat.is ne apud uos optinebit causam suã?q̃ se ita defenderit:eieci ego te armatis hoibus,nõ deieci: ut tantũ faci nus nõ in ęquitate defensionis,sed in una litera latuisse uideat?huiusce rei uos statuetis nullã esse actionẽ?nulli experiũdi ius constitutũ? q; obstiterit armatis hominibus, q̃ multitudine coacta nõ introitu,sed oĩno aditu quẽpiam ꝓhibuerit?Quid ergo,hoc quã habet uim?ut ista re aliqd cũ aliqua ex parte differre uideat,utrũ,pedem cũ intulero, atq; in possessionẽ uestigium fecero,tũ expellar,atq; deiiciar:an in eadẽ ui atq; iisdem armis mihi ante occurrat, ne nõ modo intrare,uerũ etiã aspicere,aut aspirare possim.q hoc ab illo differt?ut ille cogat restituere,q̃ ingressum expulerit:ille q̃ ingredientẽ repulerit,nõ cogat?Videte p deos immortales qd̃ ius nobis,quã conditionẽ uobismetipsis,quã deniq; ciuitati legẽ constituere uelitis. huiusce generis una est actio:p hoc interdictũ,quo nos usi sumus,cõstituta.ea si nihil ualet, aut si ad hanc rẽ nõ ptinet,quid negligenti⁹,aut qd stultius maiorib⁹ nostris dici potest? qui aut tãtę rei ptermiserint actionẽ,aut eã constituerint,q̃ nequaq̃ satis uerbis causam,& rationẽ iuris amplecterẽt?Periculosum est dissolui hoc interdictũ:captiosum est oĩbus rẽ ullã constitui eiusmodi,q̃ cum armis gesta sit,rescindi iure nõ possit.uerũtamen est turpissimũ illud, tãtæ stultitiæ prudẽtissimos homines cõdemnari,ut uos iudicetis huius rei interdictũ, atq; actionẽ in mentẽ maiorib⁹ nostris nõ uenisse. Queramur inquit licet, tamen hoc interdicto Ebutius nõ tenet.quid ita?q; uis Cecinnę facta nõ est.dici in hac causa potest,ubi arma fuerint,ubi coacta hominũ multitudo,ubi instructi,& certis locis cũ ferro hoies collocati, ubi minę,pericula,terroresq; mortis,ibi uim non fuisse?Nemo inquit occisus est,neq; saucius.qd ais?cũ de possessiõis cõtrouersia,& de priuatorũ hominũ cõtẽtione iuris loquamur, tu uim negabis esse factam,si cædes & occisio facta nõ erit?ego exercitus maximos sæpe pulsos,& fugatos esse dico,terrore ipso,impetuq; hostiũ,sine cuiusq̃ nõ modo morte, uerũ etiã uulnere.

Vis. Etem Recuperatores nõ ea sola uis est,q̃ ad corpus nostrũ,uitãq; puenit,sed etiã multo maior ea,q̃ periculo mortis iniecto,formidine animũ perterritũ loco sępe,& certo de statu dimouet. itaq; saucii sępe hoies,cũ corpore debilitant,animo tñ nõ cedũt, neq; eũ relinquũt locũ,quẽ statuerint defendere.at alii pellunt integri. ut nõ dubiũ sit,quin maior adhibita uis ei sit,cuius animus sit perterritus,q̃ illi,cuius corpus uulneratum sit.Q; si ui pulsos dicimus exercitus esse eos,qui metu,ac tenui sępe suspitione periculi fugerunt:& si non solũ impulsu scutorum,neq; cõflictu corporũ,neq; ictu cõminus,neq; cõiectione telorũ,sed sępe clamore ipso militum,aut instructione,aspectuq; signorũ magnas copias pulsas esse,& uidimus,& audiuim⁹: quę uis in bello appellat,ea in otio nõ appellabit?& qd̃ uehemẽs in re militari putat,id leue in iure ciuili iudicabit?& qd̃ exercitus armatos mouet,id aduocationẽ togatorũ non uidebit mouisse?& uulnus corporis magis istam uim,q̃ terror animi declarabit?& sauciatio quę ret,cũ fugam factã esse cõstabit?tuus em testis hoc dixit,metu perterritis nostris aduocatis, locum qua effugerent demõstrasse.qui non modo ut fugerẽt,sed etiã ipsi⁹ fugę tutã uiã quę fierũt,his uis adhibita nõ uidebit?quid igitur fugiebãt?ꝓpter metũ?quid metuebãt?uim uidelicet.potestis igit principia negare,cũ extrema cõceditis?fugisse perterritos cõfitemini: causam fugæ dicitis eandem,quam omnes intelligimus,arma,multitudinem hominum,incursionem,atq; impetum armorũ:hæc ubi conceduntur esse facta,ibi uis facta negabit? At uero hoc quidem iam uetus est, & maiorum exemplo multis in rebus usitatũ:cũ ad uim faciũdã ueniret,si quos armatos q̃uis ꝑcul cõspexissent,ut statim testificati discederẽt,optime spon-

sionem facere possent, ni aduersus edictũ prtoris vis facta esset. Ita ne vero? scire esse armatos satis est, vt vim factã pbes? in manus eorũ incidere nõ est satis? aspectus armatorũ ad vim pbandam valebit? incursus & impetus nõ valebit? q abierit, facilius sibi vim factã pbabit, q̃ qui effugerit? At ego dico hoc: si, vt primo in castello Cecinnę dixit Ebutius, se hoes coegisse, & armasse: neq; illũ, si eo accessisset, abiturũ: statim Cecinna discessisset: dubitare vos non debuisse, quin Cecinnę facta vis esset. si vero, simulac pcul cõspexit armatos, recessisset: eo mĩ⁹ dubitaretis, omis em̃ vis est, q̃ periculo aut decedere nos alicũde cogit, aut phibet accedere. Vis.
Qđ si aliter statuetis, videte ne hoc vos statuatis, q viuus discesserit, ei vim nõ esse factã: ne hoc omnibus in possessionũ cõtrouersiis pscribatis, vt cõfligẽdum sibi, & armis decertandũ putent: ne quẽadmodũ in bello, pœna ignauis ab imperatoribus constituit, sic in iudiciis deterior causa sit eorũ, q fugerint, q̃ q ad extremũ vsq; cõtẽderint. Cũ de iure, & legitimis hominum cõtrouersiis loquimur, & in his rebus vim nominamus, ptenuis vis intelligi debet. vidi armatos, q̃uis paucos, magna vis est. decessi vnius hominis telo pterritus, deiectus detrususq; sum. hoc si ita statuetis, nõ modo non erit cur depugnare quisq̃ posthac possessionis causa velit, sed ne illud quidẽ, cur repugnare. sin autẽ vim sine cæde, sine vulneratione, si ne sanguine nullam intelligetis, statuetis homines possessionis cupidiores, q̃ vitę esse oportere. Depugnare. Repugnare.
Age vero, de vi te ipsum habebo iudicem Ebuti: respõde si tibi videtur: in fundum Cecinna vtrum noluit tandem, an nõ potuit accedere? cũ te obstitisse, & repudiasse dicis, certe hunc voluisse cõcedis. potes igitur dicere non ei vim fuisse impedimento? cui cum cuperet, eoq; consilio venisset, per homines coactos non sit licitum accedere? Si enim id, qđ maxime voluit, nullo modo potuit, vis pfecto quędã obstiterit necesse est: aut tu dic quãobrẽ cũ vellet accedere, nõ accesserit. Iã vim factã negare non potes. deiectus quemadmodũ sit, q nõ accesserit, id quęritur. dimoueri em̃, & depelli de loco necesse est eum, qui deiiciatur. id autem accidere ei, q potest: q omnino in eo loco, vnde se deiectũ esse dicit, nũq̃ fuit? Q2 si fuisset, & ex eo loco, metu permotus fugisset, cũ armatos vidisset, diceres ne esse deiectũ? Opinor, an tu qui tã diligenter, & tã callide verbis cõtrouersias, nõ æquitate diiudicas, & iura nõ vtilitate cõmuni, sed literis exprimis, poteris ne dicere deiectũ esse eũ, q tactus nõ erit? quid, detrusum dices? nã eo verbo antea Prętores hoc interdicto vti solebant. Quid ais? põt ne detrudi quisq̃ q nõ attingit? nonne, si verbũ seq volumus, hoc intelligamus necesse est? eum detrudi, cui manus afferant? necesse est inquã, si ad verbũ rẽ volumus attingere, neminẽ statu detrusum, q nõ adhibita vi, manu demot⁹, & actus pceps intelligat. Deiectus vero q potest esse qs q̃, nisi in inferiorẽ locũ de superiore motus? potest pulsus, fugatus, eiectus, denique: illud vero nullo modo potest, deiectus esse quisq̃, non modo q tactus nõ sit, sed ne æquo quidẽ, & plano loco. Detrudi. Deiect⁹ q
Quid ergo? hoc interdictũ putamus eorũ esse causa cõpositũ, qui se pcipitatos ex locis superioribus dicerẽt? eos em̃ vere possumus dicere esse deiectos. an, cũ voluntas, & cõsiliũ, & sententia interdicti intelligatur, impudentiã summã, aut stultitiã singularem putabimus, in verborũ errore versari? rẽ, & causam, & vtilitatẽ cõmunẽ nõ relinquere solũ, sed etiã pdere? An hoc dubium est? quin neq; verborum tãta copia sit, nõ modo in nostra lingua, quæ dici tur esse inops, sed ne in alia quidẽ vlla, res vt oẽs suis certis, ac ppriis vocabulis nominent? neq; vero quicq̃ opus sit verbis, cũ ea res, cuius causa verba q̃sita sint, intelligat. Quæ lex, qđ senatusc̃sultũ, qđ magistratus edictũ, qđ fœdus, aut pactio, quod (vt ad priuatas res redeã) testamentũ, q̃ iudicia, aut stipulationes, aut pacti, & cõuenti formula, nõ infirmari, aut conuelli potest, si ad verba rem deflectere velimus? cõsiliũ autẽ eorũ, q scripserũt, & rationem, & auctoritatẽ relinquamus? Sermo hercule & familiaris, & quotidianus nõ cohęrebit, si verba inter nos aucupabimur. deniq; imperiũ domesticũ nullũ erit, si seruulis hoc nostris cõcesserimus, vt ad verba nobis obediant: non ad id, qđ ex verbis intelligi possit, obtẽperent. Linguar inopię.
Exemplis nunc vti videlicet mihi necesse est harum rerum omnium? nõ occurrit vnicuiq; vestrũ aliud alii in omni genere exemplum, quod testimonio sit, non ex verbis aptum pendere ius, sed verba seruire hominum consiliis, & auctoritatibus? Ornate & copiose L. Crassus homo longe eloquẽtissimus, paulo ante q̃ nos in forũ venimus, iudicio cẽtumuirali hãc sententiã defendit, & facile, cũ cõtra eum prudentissimus homo Q. Mutius diceret, probauit omnib⁹ M. Curiũ, q hęres institutus esset ita mortuo posthumo filio, cũ filius nõ modo nõ mortu⁹, sed ne natus quidem esset, hæredem esse oportere. Quid? verbis satis hoc cautum erat? mirime, quæ res igit valuit? Volũtas, quæ si tacitis nobis intelligi posset, verbis omnino nõ vtere Verba seruiũt hoim cõsiliis.

Verba cur reperta.

mur.quia nõ potest,verba reperta sunt,nõ quę impędirẽt,sed quæ índicarẽt voluntatem.Lex vsum,& auctoritatẽ fundi iubet esse biẽniũ.at vtimur eodẽ iure in ædib9,q̃ in lege nõ appellãtur. Si vla sit immunita,iubet,qua velit,agere iumẽtũ.potest hoc ex verbis intelligi,licere si via sit in Brutiis immunita:agere,si velit,iumẽtũ p M.Scauri Tusculanũ.Actio est in actorem p̃sentẽ his verbis.quãdoquidẽ te in iure cõspicio.hac actione Appius ille Cęcus vti non posset,si tã vere hoïes verba cõsectarent,q̃ rẽ cuius causa verba sunt,nõ cõsiderarẽt.Testamẽto si recitatus hęres esset pupillus Cornelius,isq; iã annos.XX.haberet,vobis interp̃tibus amitteret hęreditatẽ!Veniũt in mẽtem mihi pmulta,vobis plura certo scio.verũ ne nimium multa cõplectamur,atq; ab eo qđ ppositũ est,longius aberret oratio,hoc ipsum interdictum de quo agitur,cõsideremus.intelligetis em̃ in eo ipso,si in verbis ius constituamus, omnẽ vtilitatẽ nos huius interdicti,dum versuti,& callidi volumus esse,amissuros.VNDE TV,AVT FAMILIA,AVT PROCVRATOR TVVS.Si me villicus tuus solus deiecisset,non familia deiecisset,vt opinor,sed aliqs de familia.recte igitur diceres te restituisse!

Latine scire.

quippe.quid em̃ facilius est q̃ ꝓbari iis,q latine sciãt,in vno seruulo familię nomẽ nõ valere! si vero ne habeas quidẽ seruũ pręter eũ,q me deiecerit,clames videlicet,si habeo familiã,a fa

Familia.

milia mea fateor te esse deiectũ.neq; dubiũ est,quin,si ad rẽ iudicãdam verbo ducimur,non re,familiã intelligamus,q̃ constet ex seruis pluribus:quin vnus homo familia nõ sit.verbum certe hoc nõ modo postulat,sed etiã cogit. At vero ratio iuris,ĩterdictiq; ius,& Prętorũ voluntas,& hominũ prudentiũ consiliũ,& auctoritas,respuat hanc defensionẽ,& ꝓ nihilo putet.quid ergo!isti homines latine nõ loquunt̃!immo vero tantũ loquunt̃,quãtũ est satis ad intelligendã voluntatẽ:cũ sibi hoc ꝓposuerint,vt siue me tu deiecerís,siue tuorũ quispiam, siue seruorũ,siue amicorũ,vt seruos nõ numero distinguant,sed appellẽt vno familię nomine.de liberis autẽ,quisq; est,ꝓcuratoris nomine appellet̃,nõ quo oẽs sint,aut appellent̃, ꝓcuratores,q negotii nostri aliquid gerãt,sed in hac re,cognita sentẽtia interdicti,verba exquiri

Procurator legitimus.

oĩa noluerũt.nõ em̃ alia causa est æquitatis in vno seruo,& in plurib9:nõ alia ratio iuris in hoc genere dũtaxat,vtrũ me tuus ꝓcurator deiecerit is,q legitime ꝓcurator dicit̃ omnium rerũ eius,q in Italia nõ sit,absitve Reipu.causa,quasi qdã pene dominus, hoc est alieni iuris vicarius,aut tuus colonus,aut vicinus,aut cliens,aut libert9,aut quis,q illã vim,deiectionẽ q̃ tuo rogatu,aut tuo nomine fecerit.Quare si ad eũ restituẽdũ,q vi deiect9 est,eãdem vim habet ætatis ratio,ea intellecta,certe nihil ad rẽ ptinet,q̃ verborũ vis sit,ac nominũ. tã restitues,si tuus me libert9 deiecerit,nulli tuo prępositus negotio,q̃ si ꝓcurator deiecerit:non quo omnes sint ꝓcuratores,qui aliqd nostri negotii gerũt,sed q̃ in hac re quęri nihil attinet.tã restitues,si vn9 seruulus,q̃ si familia deiecerit vniuersa:nõ quo idẽ sit seruulus,qđ familia:verũ qa nõ qbus verbis qdq; dicat̃,quęrit̃,sed q̃ res agat̃.Etiã,vt longius a verbo recedamus,ab æquitate ne tantulũ quidẽ,si tuus seruus nullus fuerit,& oẽs alieni,ac mercenarii,tamẽ & ipsi tuę familię & genere & nomine cõtinebunt̃.Perge porro hoc idẽ interdictũ sequi. HOMINIBVS COACTIS.neminẽ coegeris,ipsi cõuenerint sua sponte:certe coege

Coacti.

rit is,q cõgregat homines,& cõuocat.Coacti sunt ii,q ab aliquo sunt vnũ in locũ cõgregati. si nõ modo cõuocati nõ sunt,sed ne cõuenerũt quidẽ,sed ii modo fuerũt,q etiã antea,nõ vis vt fieret,verũ colẽdi,aut pascendi causa esse in agro cõsueuerãt,defendes hoïes coactos nõ fuisse:& verbo quidẽ superabis,me ipso iudice,re autẽ ne cõsistes quidẽ vllo iudice. vim em̃ multitudinis restitui voluerũt,nõ solũ cõuocatę multitudinis.Sed,qa plerũq; vbi multitudine opus est,homines cogi solẽt,ideo de coactis cõpositũ interdictũ est:qđ etiã si verbo differre videbit̃,re tamẽ erit vnũ,& oĩbus in causis idẽ valebit,in qbus pspicit̃ vna atq; ea-

Armati.

dem causa æquitatis.ARMATISVE.qd dicemus!armatos si latine loq volumus,quos appellare vere possum9!opinor eos,q scutis,telisq; parati,ornatiq; sunt.quid igit̃!si glebis,aut saxis,aut fustibus aliquẽ de fundo pręcipitẽ egeris:iussusq; sis,quẽ hominibus armatis deiecerís,restituere:restituisse te dices!verba si valẽt:si causę nõ ratione,sed vocibus põderant̃: me auctore dicito.vínces ꝓfecto nõ fuisse armatos eos,q saxa iacerẽt,q̃ de terra ipi tollerẽt: nõ esse arma cespites,neq; glebas:nõ fuisse armatos eos,q ptereũtes ramũ defringerẽt arboris.arma esse suis nominibus,alia ad tegendum,alia ad nocendũ:q̃ q nõ habuerint, inermes fuisse vínces.Verum si quidem erit armorum iudicium,tum ista dicito.iuris iudicium cum erit,& æquitatis,caue in ista tam frigida,tam ieiuna calumnia delitescas.non enim reperies quenq̃ iudicem,aut Recuperatorem,qui tanq̃ si arma militis inspiciunda sint,ita ꝓbet arma

tum,ſed pærinde valebit,quaſi armatiſſimi fuerint,ſi reperientur ita parati fuiſſe,vt vim vitę aut corpori potuerint afferre. Atqꝫ,vt magis intelligas,q̃ verba nihil valeãt:ſi tu ſolus, aut quiuis vnus cũ ſcuto,cũ gladio impetũ in me feciſſet,atqꝫ ego ita deiectus eſſem,auderes ne dicere,interdictũ eſſe de armatis hominib⁹? hic autẽ hoiem armatũ vnũ fuiſſe? nõ opinor tã impudens eſſes. atqui vide ne multo nũc ſis impudẽtior. nã tũ quidẽ oẽs mortales implorare poſſes,qꝫ hoies i tuo negotio latine loqui obliuiſcerent: qꝫ inermes armati iudicarent: qꝫ,cũ interdictũ eſſet de plurib⁹,cõmiſſa res eſſet ab vno,vnus hõ plures eſſe hoies iudicarent. verũ in his cauſis,nõ verba veniũt i iudiciũ,ſed ea res,cui⁹ cauſa verba hęc i interdictũ cõiecta ſunt. Vim,q̃ ad caput,& ad vitã ptinet,reſtitui ſine vlla exceptiõe voluerũt. ea fit plerũqꝫ p hoies coactos,armatosqꝫ. ſi alio cõſilio,eodẽ piculo facta ſit,eodẽ iure eſſe voluerũt. nõ. n. maior eſt iniuria,ſi tua familia,q̃ ſi tuus villicus: nõ ſi tui ſerui,q̃ ſi alieni ac mercenarii : non ſi tu⁹ procurator, q̃ ſi vicin⁹ aut libert⁹ tu⁹: nõ ſi coactis hoib⁹,q̃ ſi volũtariis,aut etiã aſſiduis, ac domeſticis: nõ ſi armatis,q̃ ſi inermib⁹,q vim haberẽt armatorũ,ad nocẽdũ: nõ ſi plurib⁹, q̃ ſi vno armato. quibus em̃ rebus plerũqꝫ vis fit,eiuſmodi hę res appellant interdicto. ſi per alias res eadem facta vis eſt: ea,tametſi verbis interdicti nõ cõcludit,tamẽ ſentẽtia iuris,atqꝫ auctoritate retinet. Venio nũc ad illud tuũ: nõ deieci,ſi nõ ſiui accedere. puto te ipm Piſo pſpicere,quãto iſta ſit anguſtior,iiqorqꝫ defẽſio,q̃ ſi illa vterere: nõ fuerũt armati,cũ fuſtib⁹ & ſaxis fuerũt. Si mehercule mihi nõ copioſo hoi ad dicẽdũ,optio det,vtrũ malim defẽdere, nõ eẽ deiectũ eũ,cui vi,& armis igrediẽti ſit occurſũ: an armatos nõ fuiſſe eos,q ſine ſcutis, ac ſine ferro fuerint : oino ad pbãdũ vtrãqꝫ rẽ videã ifirmã,nugatoriãqꝫ eſſe: ad dicẽdũ aũt, in altera videar mihi aliqd reperire poſſe,nõ fuiſſe armatos eos,q neqꝫ ferri quicq̃,neqꝫ ſcutũ vllum habuerint: hic vero hæreã,ſi mihi defendendũ ſit,eũ q pulſus,fugatusqꝫ ſit,nõ eſſe deiectum. Atqꝫ illud in tota defenſione tua,mihi maxime mirũ videbat,te dicere iuriſcõſulto rum auctoritati obtẽperari nõ oportere. Qđ ego,tametſi nõ nũc primũ,neqꝫ in hac cauſa ſolum audio,tamẽ admodũ mirabar,abs te quãobrẽ diceret. nã cęteri tũ ad iſtã hortationẽ decurrunt,cũ ſe in cauſa putãt habere æquũ,& bonũ,qđ defendãt. ſi cõtra verbis,& literis, & (vt dici ſolet) ſummo iure cõtendit,ſolent eiuſmodi iniquitati & boni,& æqui nomen, dignitatẽqꝫ opponere. tũ illud,qđ dicit,ſi veni,be,✳ irridẽt: tũ aucupia verborũ,& literarum tẽdiculas in inuidiã vocãt: tũ vociferant ex æquo,& bono,nõ ex callido,verſutoqꝫ iure rẽ iudicari oportere: ſcriptũ ſequi,calumniatoris eſſe: bonicqꝫ iudicis,volũtatẽ ſcriptoris, auctoritatemqꝫ defendere. In iſta vero cauſa,cũ tu ſis is,q te verbo,literaqꝫ defendas,cũ tuæ ſint eæ partes,vnde deiectus es? an inde quo phibitus es accedere? eiectus es,nõ deiectus. cum tua ſit hęc oratio,fateor me hoies coegiſſe,fateor armaſſe,fateor tibi mortẽ eſſe minitatum,fateor hoc interdictũ ptoris vindicaui,ſi volũtas,& ætas valeat. ſed ego inuenio in interdicto verbum vnũ,vbi deliteſcã. nõ deieci te ex eo loco,quẽ in locũ phibui ne venires. in iſta defenſione accuſas eos,q cõſulunt,qꝫ æquitatis cenſeant rationẽ,nõ verbi haberi oportere. Et hoc loco Scęuolã dixiſti cauſam apud Cẽtũuiros nõ tenuiſſe: quẽ ego antea nõ commemorauí, qꝫ idẽ faceret,qđ tu nunc: tametſi ille in aliqua cauſa faciebat,tu in nulla facis. tamẽ pbaſſe nemini qđ defendis,qa verbis oppugnare æquitatẽ videbat. Cũ id miror,te hoc in hac re alieno tempore,& contra,q̃ iſta cauſa poſtulaſſet,defendiſſe: tum illud vulgo in iudiciis & non nunq̃ ab ingenioſis hominibus defendi mihi mirũ videri ſolet,nec iuriſcõſultis cõcedi,nec ius ciuile in cauſis ſemper valere oportere. Nã q hoc diſputant: ſi id dicunt,non recte aliqd ſtatuere eos,qui cõſulantur: nec hoc debent dicere,iuri ciuili,ſed hominibus ſtultis obtemperari non oportere. ſin illos recte reſpondere concedũt,& aliter iudicari dicũt oportere,male iudicari oportere dicunt. neqꝫ em̃ fieri poteſt,vt aliud iudicari de iure,aliud reſponderi oporteat: nec vt quiſq̃ iuris numeret perit⁹,qui id ſtatuat eſſe ius,qđ nõ oporteat iudicari. At eſt aliquãdo cõtra iudicatũ. primũ vtrũ recte,an perperã? ſi recte,id fuit ius,qđ iudicatum eſt. ſin aliter,non dubiũ eſt,vtrũ iudices,an iuriſconſulti vituperãdi ſint. deinde ſi de iure vario quippiam iudicatum eſt,non potius contra iuriſconſultos ſtatuunt,ſi aliter pronunciatum eſt,ac Mutio placuit: q̃ ex eorum auctoritate,ſi vt Manilius ſtatuebat, ſic eſt iudicatũ. Etenim ipſe Craſſus non ita cauſam apud Centumuiros egit,vt contra iuriſconſultos diceret,ſed vt hoc doceret: illud qđ Scęuola defendebat,non eſſe iuris: & in eam rem non ſolum rationes afferret,ſed etiam Q. Mutio ſocero ſuo,multisqꝫ peritiſſimis hominib⁹ auctoribus vteretur. Nam qui ius ciuile contemnendum putat,is vincula reuellit,non modo iudicio-

†paratiſſimi.

Aequũ & bonum.

Summum ius.

Eiectus.

Deiectus.

✳

Ius ciuile.

Iuris interpretes.

rum,ſed etiam vtilitatis,vitęq; communis.qui autem interpretes iuris vituperat,ſi imperitos iuris eſſe dicit,de hominib⁹ nō de iure ciuili detrahit.ſin peritis nō putat eſſe obtemperandum,nō homines lędit,ſed leges,ac iura labefactat.qđ vobis venire in mentē pfecto neceſſe eſt,nihil eſſe in ciuitate tam diligēter,q̄ ius ciuile retinendū.etem hoc ſublato,nihil eſt quare exploratum cuiq̄ poſſit eſſe quid ſuum,aut quid alienum ſit:nihil eſt quod æquabile inter omnes,atq; vnum omnibus eſſe poſſit.Itaq; in cæteris controuerſiis , atq; iudiciis, cū q̄rit aliqd factū,nec ne ſit,verū an falſum pferat,& fictus teſtis ſubornari ſolet,& imponi falſę tabulę,nonnūq̄ honeſto,ac pbabili nomine bono viro iudici error obiici,improbo facultas dari,vt cū ſciens pperā iudicarit,teſtamentū aut tabulas ſecutus eſſe videat. In iure, nihil eſt eiuſmodi Recuperatores,nō tabulę falſę,nō teſtis improbus,deniq; nimia iſta, q̄ dominatur in ciuitate potētia,in hoc ſolo genere quieſcit:qd agat,quomodo aggrediat iudicem,qua deniq; digitū pferat,nō habet.Illud em̄ poteſt dici iudici ab aliquo,nō tā verecundo homine,q̄ gratioſo:iudica hoc factū eſſe,aut nūq̄ eē factū,vel cogitatū:crede huic teſti: has cōproba tabulas.hoc nō poteſt.cui filius agnatus ſit,eius teſtamētū nō eſſe ruptū, iudica:qđ mulier ſine tutore auctore pmiſerit,deberi.nō eſt aditus ad huiuſcemodi res neq; potentię cuiuſq̄,neq; gratię.deniq; quo maius hoc,ſanctiusq; videat,ne precio quidē corrūpi iudex in eiuſmodi cauſa poteſt.iſte veſter teſtis,q̄ auſus eſt dicere feciſſe videri eū,de quo ne cuius rei argueret quidē ſcire potuiſſet,ipſe nūq̄ auderet iudicare,deberi viro dotē,quā mulier nullo auctore dixiſſet.O rē pclarā,vobisq; ob hoc retinendam Recuperatores. quod em̄ eſt ius ciuile!qđ neq; inflecti gratia,neq; pfringi potētia,neq; adulterari pecunia poſſit: qđ ſi non modo oppreſſum,ſed etiā deſertū,aut negligentius adſeruatū erit,nihil eſt,qđ q̄ſq̄ ſeſe habere certū,aut a patre accepturū,aut relicturū liberis arbitret.quid enim refert,ædes,aut fundū relictū a patre,aut aliqua ratione habere bene partū!ſi incertū ſit,quę cū omnia tua, iure mancipii ſint,ea poſſis ne retinere!ſi parū ſit communitū ius!ſi ciuili,ac publica lege cōtra alicuius gratiā teneri non poteſt!quid inquā pdeſt fundū habere! ſi,q̄ decentiſſime deſcripta a maioribus iura finiū,poſſeſſionū,aquarū,itinerumq; ſunt,hęc pturbari aliqua ratione,commutariq; poſſunt! Mihi credite,maior hęreditas venit vnicuiq; veſtrū in iiſdē bonis,a iure,& a legibus,q̄ ab iis,a quibus illa ipſa bona relicta ſunt.nā vt pueniat ad me fundus,teſtamento alicuius fieri poteſt:vt retineā qđ meū factū ſit,ſine iure ciuili nō poteſt. Fūdus a patre relinq; poteſt:at vſucapio fundi,hoc eſt finis ſollicitudinis ac periculum litium, non a patre relinquitur,ſed a legibus.aquęductus,hauſtus,iter,actus, a patre,ſed rata auctoritas harū rerū omniū a iure ciuili ſumit.Quapropter nō minus diligēter ea,q̄ a maioribus accepiſtis, publica patrimonia iuris,q̄ priuatę rei veſtrę retinere debetis.nō ſolū ꝙ hæc iure ciuili ſepta ſunt,ſed etiā ꝙ patrimonium,vnius incōmodo dimittit,ius amitti nō poteſt ſine magno incōmodo ciuitatis.In hac ipſa cauſa Recuperatores,ſi hoc nos nō obtinemus,vi armatis hominibus deiectū eſſe eū,quē vi armatis hominibus pulſum,fugatūq; eſſe cōſtet, Cecinna rē nō amittet,quā ipſam animo forti,ſi tēpus ita ferret,amitteret:in poſſeſſionē in preſentia nō reſtituet:nihil amplius.populi Ro.cauſa,ciuitatis ius,bona, fortunę, poſſeſſiones q̄ in dubium,incertumq; reuocabūtur:veſtra auctoritate hoc conſtituetur, hoc preſcribetur:quicū tu poſthac de poſſeſſione contendes,eū ſi ingreſſum modo deieceris,in prędium reſtituas oportebit.ſin autē ingredienti cū armata multitudine obuius fueris,& ita venientem repuleris,fugaris,auerteris,nō reſtitues ✳ tu res ſi equos veſtes ✳ ſi vim nō in cęde ſolū ſed etiā in animo libidinis.niſi cruor appareat,vim nō eſſe factam:iniuriarū delictū eſſe,q̄ prohibitus ſit,niſi ex eo loco vbi veſtigiū impreſſerit,deiici neminē poſſe,iuris retinet ſentētiā: ✳ & æquitatem plurimum valere oportere,verbo ac litera ius omne torqueri,vos ſtatuite Recuperatores vt viliores eſſe videantur.Hoc loco percommode accidit,ꝙ non adeſt is,q̄ paulo ante affuit,& adeſſe nobis frequenter in hac cauſa ſolet,vir ornatiſſimus C.Aquilius. nā ipſo præſente de virtute eius,& prudentia, timidius dicerem , ꝙ & ipſe pudore quodam afficeretur ex ſua laude,& me ſimilis ratio pudoris a preſentis laude tardaret.cuius auctoritati dictū eſt ab illa cauſa cōcedi nimiū non oportere.Vereor de tali viro ne plus dicam,q̄ vos aut ſentiatis,aut apud vos commemorari velitis.quapropter hoc dicam,nunq̄ eius auctoritatem nimium valere,cuius prudentiam populus Ro.in cauendo,non in decipiendo pſpexerit:qui iuris ciuilis rationem nunq̄ ab æquitate ſeiunxerit:qui tot annos ingenium, laborem,fidem ſuam populo Ro.promptam,expoſitamq; præbuerit:qui ita iuſtus,& bonus

Iuris ciuile diligentiſſime retinēdum.

Iuris vtilitas.

Vſucapio.

Actus.

C.Aquilii laus.

vir est,vt natura,non disciplina consultus esse videatur:ita peritus,ac prudens,vt ex iure ciuili non scientia solum quædam,verum etiam bonitas nata videatur:cuius tantum est ingeniũ,ita prõpta fides,vt quicquid inde haurias,purũ,liquidũq; te haurire sentias. Quare permagnã initis a nobis gratiã,cum eũ auctorẽ nostrę defensionis esse dicitis.illud autẽ miror,cur vos aliquid contra me sentire dicatis,cũ eũ auctorem vos ꝓ me appelletis, nostrum nominetis. Verumtamẽ quid ait iste vester auctor?omnibus quicquid verbis actum pronũciatumq; sit.conuenit.Ego ex isto genere consultorum non nominem,vt opinor,istũ ipsum quo vos auctore rem istam agere,& defensionem causę constituere vos dicitis.qui cũ istam disputationem mecum ingressus esset,non posse probare quenq̃ esse deiectum,nisi ex eo loco in quo fuisset:rem & sentẽtiam interdicti mecum facere fatebatur,verbo me excludi dicebat,a verbo autem posse recedi non arbitrabatur.Cum exemplis vterer multis,etiã illa materia æquitatis ab verbo,& ab scripto:plurimis sępe in rebus ius,& æqui boniq; ratione esse seiunctam:semperq; id valuisse plurimum,qđ in se auctoritatis habuisset æquitatisq; plurimum:consolatus est me,& ostẽdit in hac ipsa causa nihil esse qđ laborarem.nam verba ipsa sponsionis facerent mecum,si vellem diligẽter attendere.quonam inquam modo?quia certe inquit deiectus est Cecinna vi hominibus armatis aliquo ex loco:si non ex eo loco,quem in locum venire voluit,at ex eo certe,vnde fugit.quid tum?Prętor inquit interdixit,vt vnde deiectus esset,eo restitueretur,hoc est quicũq; is locus esset,vnde deiectus esset. Ebutius autem,qui fatetur aliquo ex loco deiectum esse Cecinnam,is quo modo se restituisse dixit, necesse est male fecerit sponsionem.Quid est Piso?placet tibi pugnare verbis?placet causam iuris,& æquitatis,& non nostrę possessionis,sed omnino possessionũ omniũ cõstituere in verbo?Ego qđ mihi videretur,quod a maioribus factitatum,qđ horum auctoritate, quibus iudicandum est,dignum esset:ostendi,id verum,id æquum,id vtile omnibus esse:spectari quo consilio,& qua sententia,nõ quibus quidq; verbis esset actum.Tu me ad verbum vocas.non ante venio,q̃ recusaro.nego oportere,nego obtineri posse,nego vllam rẽ esse,quę aut comphẽdi satis,aut caueri,aut excipi possit,si aut ꝓterito aliquo verbo,aut ambigue posito,sententia,& re cognita nõ id qđ intellígit,sed id qđ dicit,valebit.qm̃ satis recusaui,venio iã quo vocas:q̃ro abs te,sim ne deiect⁹,nõ de Fulciniano fundo:neq; n. Prętor,si ex eo fundo essem deiect⁹,ita me restitui iussisset:sed eo vnde deiect⁹ essem.sum ex ꝓximi vicini fundo deiect⁹, qua adibã ad istũ fũdũ,sum de via,sum certe alicũde,siue de priuato siue de publico:eo restitui sum iussus.restituisse te dixisti.nego me ex decreto Prętoris restitutũ eẽ.Quid ad hęc dicim⁹? Aut tuo,quẽadmodũ dicit,gladio,aut nostro defensio tua cõficiat necesse est.Si ad interdicti sententiã confugis:& de quo fundo actũ sit tũ,cũ Ebutius restituere iubebatur,id q̃rendum esse dicis,neq; æquitatẽ rei verbi laqueo capi putas oportere:in meis castris, ꝓsidiisq; versaris.mea,mea est ista defensio,ego hoc vociferor,ego oẽs homines deosq; testor:cum maiores vim armatã nulla iuris defensione texerint:nõ vestigiũ eius,q deiectus sit,sed factũ illius,qui deiecerit,in iudiciũ venire:deiectũ esse qui fugatus sit:vim esse factã, cui periculũ mortis sit iniectũ.Istũ locum fugis,& reformidas,& me ex hoc,vt ita dicã,campo ęquitatis ad istas verborũ angustias,& ad omnes literarum angulos reuocas.in iis ipsis intercludere insidiis,quas mihi conaris opponere.non deieci,sed eieci. peracutum hoc tibi videtur: hic est mucro defensionis tuę:in eum ipsum causa tua incurrat,necesse est. ego emi tibi refero: si non sum ex eo loco deiectus,quo prohibitus sum accedere,at ex eo sum deiectus, quo accessi, vnde fugi.si prętor non distinxit locũ,quo me restitui iuberet,& restitui iussit,nõ sum ex decreto restitutus. Velim Recuperatores,hoc totũ si vobis versutius,q̃ mea consuetudo defendendi fert,videbitur,sic existimetis:primum alium non me excogitasse, deinde huius rationis non modo nunc inuentorem,sed ne probatorem quidem esse me:idq; me nõ ad meam defensionem attulisse,sed illorum defensioni retulisse.me posse pro meo iure dicere:neq; in hac re,quã ego protuli,quęri oportere,quibus verbis Prętor interdixit,sed de quo loco sit actum,cum interdixit:neq; in vi armatorum spectari oportere,in quo loco sit facta vis, verum sit ne facta. te vero nullo modo posse defendere: in qua re tu velis, verba spectari oportere: in qua re nolis, non oportere. Verumtamen & quid mihi respondetur ad illud qđ antea dixi,non solum re & sententia,sed verbis quoq; hoc interdictum ita esse compositum,vt nihil commutandum videretur?attendite diligenter quęso Recuperatores. est enim vestri ingenii,non meam,sed maiorum prudentiam cognoscere.nõ enim sum id dictu

Initis a nobis gratiã.

Verba ad causam vocat.

Tuo gladio.prouerbium.

Laqo verbi capi.

Campus ęquitatis.

Nõ fugere illos.

rus,qđ ego inuenerim,ſed quod illos non fugerit.Cum de vi interdicitur,duo genera cauſarum eſſe intelligebant,ad quę interdictũ pertineret.vnũ,ſi qui ex eo loco,quo veniret: alterum,ſi ab eo deiect⁹ eſſet.& horũ vtrũq;,neq; pręterea qcq̃ poteſt accidere Recuperatores, id adeo,ſi placet,conſiderate.Si qui meam familiam de meo fundo deiecerit, ex eo me loco deiecerit.ſi qui mihi pręſto fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum,& me introire prohibuerit,non ex eo,ſed ab eo loco me deiecerit.ad hęc duo genera rerum,vnũ verbum,qđ ſatis declararet vtraſq; res,inuenerunt:vt ſiue ex fundo,ſiue a fundo deiect⁹ eſſem,

Vnde.

vno,atq; eodem interdicto reſtituerer.VNDE TV.hoc verbũ vnde,vtrunq; declarat,& ex quo loco,& a quo loco.vnde deiectus eſt Cecinna?ex vrbe.vnde deieciſti?ab vrbe.vnde deiecti Galli?a Capitolio.vnde qui cum Graccho fuerunt?ex Capitolio.videtis igitur hoc vno verbo ſignificari res duas,& ex quo,& a quo loco.VI.Cum autẽ eo reſtitui iubet,ita iubet: vt ſi Galli a maioribus noſtris poſtularent,vt eo reſtituerentur,vnde deiecti eſſent,& aliqua vi hoc aſſeq poſſent:nõ opinor eos in cuniculũ,qua aggreſſi erant, ſed in Capitoliũ reſtitui oporteret.hoc eñ intelligit,vñ deieciſti,ſiue ex quo loco,ſiue a quo loco,eo reſtituas.hocĩa ſimplex eſt,in eum locũ reſtituas:ſiue ex hoc loco deieciſti,reſtitue in hunc locũ:ſiue ab hoc loco,reſtitue in eum locũ,nõ ex quo,ſed a quo deiectus.Vt ſi qui ex alto,cum ad patriã acceſſiſſet,tempeſtate ſubito reiectus optaret,vt cum eſſet a patria deiectus,eo reſtitueret,hoc

Salum.

opinor optaret,vt a quo loco depulſus eſſet,in eum ſe fortuna reſtitueret,non in ſalum,ſed in ipſam vrbẽ,quã petebat.Sic quoniam vim verborũ neceſſario ſimilitudine rerum aucupamur,qui poſtulat,vt a quo loco deiectus eſt,hoc eſt vnde deiectus eſt,eo reſtituat. cũ verba nos eo ducunt,tum res ipſa hoc ſentire,atq; intellígere cogit.Etenim Piſo(redeo nũc ad illa principia defenſionis meę)ſi quis te ex ædibus tuis vi hominibus armatis deiecerit,quid ageres?opinor,hoc interdicto,quo nos vſi ſumus,perſequerere.quid?ſi q iam de foro redeunte armatis hominibus domũ tuã te introire prohibuerit?quid ages?vtere eodẽ interdicto. cum igit̃ ptor interdixerit,vnde deiect⁹ es,vt eo reſtituaris,tu hoc idẽ,qđ ego dico,& qđ perſpicuum eſt,interpretabere,cum illud verbũ vnde in vtrãq; rem valeat, eoq; tu reſtitui iuſſus,tam te in ædes tuas reſtitui oportere,ſi e veſtibulo,q̃ ſi ex interiore ædiũ parte deiectus ſis.Vt vero iam Recuperatores nulla dubitatio ſit,ſiue rẽ,ſiue verba ſpectare vultis,qn ſecundum nos iudicetis,exoritur hic iam obrutis rebus omnibus,& pditis,illa defenſio,eũ deiici poſſe,qui tum poſſideat:qui nõ poſſideat,nullo modo poſſe.itaq;,ſi ego ſim a tuis ędibus deiectus,reſtitui nõ oportere:ſi ipſe ſis,oportere. Numera q̃ multa in iſta defenſione falſa ſint Piſo.ac primum illud attende,te iam ex illa ratione eſſe depulſum,q; negabas quenq̃ deiici poſſe,niſi in eo loco eſſet:nunc iam poſſe concedis.eum qui non poſſideat,negas deiici poſſe.cur ergo aut in illud quotidianum interdictum,Vnde ille me vi deiecit,additur, cũ ego poſſiderem:ſi deiici nemo poteſt,qui non poſſidet? aut in hoc interdictum, de hominibus armatis,nõ addit̃,ſi oportet q̃ri, poſſederit,nec ne?negas deiici niſi q poſſideat.oſtẽdo ſi ſine armatis,coactisve hominibus deiectus quiſq̃ fit,eũ,qui fateatur ſe deieciſſe,vincere ſpõſionem,ſi oſtendat eum non poſſediſſe.negas deiici,niſi qui poſſideat.oſtendo ex hoc interdicto de armatis hominibus,qui poſſit oſtendere non poſſediſſe eum,qui deiectus ſit, conde

Dupliciter hoies deiiciuntur.

mnari tamen ſponſionis neceſſe eſſe,ſi fateatur eſſe deiectum.Dupliciter homines deiiciuntur,aut ſine coactis,armatisve hominibus,aut per eiuſmodi rationem aut vim.Ad duas diſſimiles res,duo deuincta interdicta ſunt.in illa vi quotidiana non ſatis eſt poſſe docere ſe deiectum,niſi oſtendere poſſit,cum poſſideret,tum deiectum.ne id quidem ſatis eſt,niſi docet

Precario.

ita ſe poſſediſſe,vt nec vi,nec clam,nec precario poſſederit.itaq; is,qui ſe reſtituiſſe dixit,magna voce ſæpe confiteri ſolet,ſe vi deieciſſe:verum illud addit,non poſſidebat.vel etiam, cũ hoc ipſum cõceſſit,vincit tñ ſpõſione,ſi planũ facit,ab ſe illũ,aut vi,aut clã,aut precario poſſediſſe. Videtis ne quot defẽſionib⁹ eũ,q̃ ſine armis,ac multitudine vim fecerit,vti poſſe maiores voluerũt?hũc vero qui ab iure,officio,bonis moribus,ad ferrũ,ad arma, ad cædem cõfugerit,nudũ in cauſa deſtitutũ videtis:vt,qui armatus de poſſeſſione cõtendiſſet , inermis plane de ſpõſione certaret.Ecqd igit̃ intereſt Piſo inter hæc interdicta?ecquid intereſt vtrũ hoc additũ?cũ A.Cecinna poſſederit:nec ne?ecqd te ratio iuris,ecquid interdictorũ diſſimilitudo,ecquid auctoritas maiorũ cõmouet?ſi eſſet additum,de eo quæri oporteret.additum non eſt , tamen oportebit. Atq; ego in hoc Cecinnam non defendo . poſſedit enim Cecin-

na Recuperatores: & id tametsi extra causam est, percurrã tamẽ breui, vt nõ minus hominẽ ipsum, q̃ ius cõmune defensum velitis. Cesenniã possedisse ꝓpter vsumfructum non negas. qui colonus habuit conductũ de Cesennia fundũ, cum idẽ ex eadẽ cõductione fuerit in fundo, dubium est, quin si Cesennia tum possidebat, cum erat colonus in fundo, post eius mortem hęres, eodẽ iure possederit? deinde ipse Cecinna, cũ circuiret prędia, venit in istũ fundũ, rationes a colono accepit. sunt in eã rẽ testimonia. postea cur Ebuti de isto potius fundo, q̃ de alio, si quẽ habes, Cecinnę denũciabas, si Cecinna nõ possidebat? ipse porro Cecinna cur se moribus deduci volebat? idq; tibi de amicorũ, etiã de ipsius C. Aquilii sententia respondebat, & ad eum * At enim Sylla legẽ tulit, vt nihil de illo tẽpore, nihil de calamitate Reip. querar, hoc tibi respondeo: adscripsisse eundẽ Syllam in eandem legẽ, si quid ius nõ esset rogari, ei⁹ ea lege nihilum rogatũ. quid est qđ ius nõ sit, qđ populus iubere, aut vetare nõ possit? vt ne longius abeã, declarat ista ascriptio esse aliquid. nã nisi esset, hoc in omnibus legibus non ascriberet. Sed quęro abs te, putes ne si populus iusserit me tuũ, aut ítẽ te meũ seruum esse, id iussum ratũ, atq; firmũ futurũ? ꝑspicis hoc nihil esse, vt in cęteris, q̃ rogaui. Primũ illud cõcedis, non qcqd populus iusserit, ratũ esse oportere. deinde nihil rationis affers, quãobrẽ si libertas adimi nullo modo possit, ciuitas possit. nã & eodẽ modo de vtraq; re traditum nobis est: & si semel ciuitas adimi potest, retineri libertas nõ potest. qui eñ potest iure Quiritũ liber esse is, q̃ in numero Quiritũ nõ est? Atq; ego hãc adolescentulus causam cũ agerẽ cõtra hoiem disertissimũ nostrę ciuitatis Cottã, ꝑbaui. cũ Arretinę mulieris libertatẽ defenderẽ, & Cotta Decemuiris religionẽ iniecisset, nõ posse sacramentũ nostrũ iustũ iudicari, ꝙ Arretinis adẽpta ciuitas esset, & ego vehemẽtius cõtẽdissem ciuitatẽ adimi nõ potuisse, Decẽuiri prima actione nõ iudicauerũt. postea re quæsita, & deliberata, sacramẽtũ nostrũ iustum iudicauerũt. Atq; hoc & cõtradicẽte Cotta, & Sylla viuo iudicatũ est. Iã vero in cæteris, vt oẽs, q̃ in eadẽ causa sunt, & lege agant, & suũ ius ꝑsequant: & oẽs iure ciuili sine cuiusq̃ aut magistratus, aut iudicis, aut periti hominis, aut imperiti dubitatione vtant: qd ego commemorẽ? dubiũ nemini vestrũ est. Certe quęri hoc solere me nõ ꝓterit, vt ex me ea, q̃ tibi in mẽtẽ nõ veniũt, audias: quemadmodũ si ciuitas adimi nõ possit, in colonias Latinas sę pe nostri ciues ꝑfecti sint, aut sua volũtate, aut legis mulcta ꝑfecti sunt: quã mulctã si suffere voluissent, tũ manere in ciuitate potuissent. Quid? quẽ Paterpatrat⁹ dedidit, aut suus pater populusve vendidit, quo is iure amittit ciuitatẽ? Vt religione ciuitas soluat, ciuis Romanus traditur: q cũ est acceptus, est eorũ, ꝙbus est deditus. si nõ accipiũt, vt Mancinũ Numantini, retinet integrã causam, & ius ciuitatis. Si pater vendidit, eũ, quẽ in suã potestatem susceperat, ex potestate dimittit. Iã populus cũ eũ vendidit, q̃ miles factus non est, nõ adimit ei libertatẽ, sed iudicat nõ esse eum liberũ, q̃ vt liber sit, adire periculũ noluit. cũ autẽ incensum vendidit, hoc iudicat: cũ ii q̃ in seruitute iusta fuerũt, censu liberent, eũ, q̃ cũ liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatẽ abiudicasse. Q; si maxime iisce reb⁹ adimi libertas aut ciuitas potest, nõ intelligũt q̃ hęc cõmemorãt, si ꝑ has rationes adimi maiores posse voluerunt, alio mõ noluisse. Nã vt hęc ex iure ciuili ꝓtulerũt, sic afferãt velim, qb⁹ lege, aut ratione ciuitas, aut libertas erepta sit. Nã qđ ad exiliũ attinet, ꝑspicue intelligi potest quale sit. Exilium enim nõ suppliciũ est, sed ꝓfugiũ portusq; supplicii. nã q̃ volũt pœnã aliquam subterfugere, aut calamitatẽ, eo solum vertunt, hoc est sedẽ ac locũ mutant. Itaq; nulla in lege nostra reperiet, vt apud cęteras ciuitates, maleficiũ vllũ exilio esse mulctatũ. Sed cũ homines, vincla, neces, ignominiasq; vitãt, q̃ sunt legibus constitutę, cõfugiũt quasi ad arma in exilium: q̃ si in ciuitate legis vim subire vellent, nõ prius ciuitatẽ q̃ vitam amitterẽt: quia nolunt, non adimitur his ciuitas, sed ab his relinquit, atq; deponitur. Nã cũ ex nostro iure duarũ ciuitatum nemo esse possit, tũ amittit hęc ciuitas deniq;, cũ is q̃ ꝑfugit receptus est in exiliũ, hoc est in aliã ciuitatẽ. Non me pręterit Recuperatores, tametsi de hoc iure multa prętereo, tamen me longius prolapsum esse, q̃ ratio vestri iudicii postularit. verum id feci, non ꝙ vos in hac causa hanc defensionem desiderare arbitrarer, sed vt omnes intelligerent, nec adẽptã cuiq̃ ciuitatem esse, nec adimi posse. hoc cum eos scire volui, quibus Sylla voluit iniuriã facere, tum omnes cęteros nouos, veteresq; ciues. neq; enim ratio afferri potest, cur si cuiq̃ uo ciui potuerit adimi ciuitas, nõ omnibus patriciis, omnibus antiquissimis ciuibus possit. Nam ad hanc quidem causam nihil hoc pertinuisse, primũ ex eo intelligi potest, ꝙ vos ea de re iudicare non debetis: deinde ꝙ Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum

Incensus.

Exilium. Solũ vertere.

Ciuitas qñ amittat.

Oĩbus antiquissimis.

Nexa. nexa,atq; hęreditates.iubet enim eodē iure esse,quo fuerint Ariminenses:quos qs ignorat duodecim coloniarū fuisse!& a Populo Ro.hęreditates capere potuisse!Q; si adimi ciuitas A.Cecinnę lege potuisset,magis illam rationē tamē omnes boni quęreremus,quēadmodum spectatissimū,prudentissimūq; hominē,summo consilio,summa virtute,summa auctoritate domestica prēditū,leuatum iniuria ciuem retinere possemus,q̄ vti nunc cum de iure ciuita

Deperdere. tis nihil potuerit deperdere,quisq̄ existat,nisi tui Sexte similis & stultitia & impudentia,qui huic ciuitatem ademptā esse dicat.Qui quoniā Recuperatores suum ius non deseruit,neq; quicq̄ illius audacię,petulantięq; concessit, derelinquo iam cōmunē causam,popūliq; ius in vestra fide ac religione depono.Is homo ita se ꝓbatū vobis vestriq; simílib⁹ semp voluit,vt id nō minus in hac causa laborarit:nec cōtēderit aliud,q̄ ne ius suū dissolute relinquere vi deret:nec min⁹ vereret,ne cōtenere Ebutiū,q̄ de eo cōtēptus esse existimaret.Quapropter si qd extra iudicium est qđ homini tribuendū sit,habetis hoiem singulari pudore,virtute cognita,& spectata fide amplissimū,Hetruriq; nomine totius in vtraq; fortuna cognitū multis signis & virtutis & humanitatis.Si quid in cōtraria parte in homine offendēdū sit, habetis eum,vt nihil dicam amplius,qui se homines coegisse fateatur.Sin hominib⁹ remotis de causa quęritis:cū iudiciū de vi sit,is qui arguitur,vim se hominibus armatis fecisse fateat: ver bo se non æquitate defendere conetur:id quoq; ei verbū ipsum ereptum esse videatis:aucto

Auctoritatē facere nobiscum. ritatem sapientissimorū hominū facere nobiscum:in iudiciū nō venire,vtrum Cecinna possederit,nec ne:tamen doceri possedisse:multo etiam minus quęri A.Cecinnę fundus sit, nec ne,me tamen id ipsum docuisse,fundū esse Cecinnę:cū hęc ita sint,statuite qd vos tempora

Decisio. Reip.de armatis hominibus,quid illius confessio de vi,quid nostra decisio de equitate,quid ratio interdicti de iure admoneant,vt iudicetis.

PRO LEGE MANILIA,AD POPVLVM. ORATIO.XIII.

Inies ætas. QVANQVAM Mihi semper frequēs conspectus vester multo iucūdissimus,hic autem locus ad agendum amplissimus,ad dicendum ornatissimus est visus Quirites tamē hoc aditu laudis,qui semper optimo cuiq; maxime patuit,non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptę prohibuerunt.Nam cum antea per ætatem nondū huius auctoritatē loci cōtingere auderē:statue remq;,nihil huc nisi perfectum ingenio,elaboratum industria affer ri oportere:omne meum tempus amicorum temporibus transmit tendum putaui.ita neq; hic locus vacuus vnq̄ ab iis qui vestram causam defenderent,& meus labor in priuatorum periculis caste in tegreq; versatus,ex vestro iudicio fructum est amplissimum conse

Cicero ter prętor primus renunciatus. cutus.Nam cum propter dilationem comitiorum ter prętor primus centuriis cunctis renūciatus sum,facile intellexi Quirites,& quid de me iudicaretis,& quid aliis præscriberetis. Nunc cum & auctoritatis in me tantum sit,quantum vos honoribus mandandū esse voluistis:& ad agendum facultatis tantum,quātum homini vigilanti ex forensi vsu propę quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre:certe & si quid etiam dicendo consequi possum , iis ostendam potissimum,qui ei quoq; rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt.At q; illud in primis mihi lætandum iure esse video:q; in hac insolita mihi ex hoc loco ratio

De quo dicēdum. ne dicendi,causa talis oblata est,in qua oratio nemini deesse potest . Dicendum est enim de Gn.Pompęii singulari eximiaq; virtute.Huius autem orationis difficilius est exitum q̄ principiū inuenire.itaq; mihi non tam copia,q̄ modus in dicendo quærendus est. Atq; vt inde oratio mea proficiscatur, vnde hęc omnis causa ducit:bellū graue & periculosum vestris vectigalibus atq; sociis,a duobus potentissimis Regibus infertur Mithridate & Tigrane:quorum alter relictus,alter lacessitus,occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur.Equitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ res aguntur in vestris vectigalibus exercendis occupatæ:qui ad me pro necessitudine,quæ mihi est cum illo ordine,causam reipub.periculaq; rerum suarum detulerūt:Bithyniq;,quę nunc vestra prouincia est,vicos exustos esse complures:Regnū Ariobarzanis,quod finitimum est vestris vectigalibus,totum esse in hostium potestate : Lucullum magnis re-

bus gestis ab eo bello discedere: huic qui succurrerit, nõ satis esse paratũ ad tantũ bellũ admi
nistrandũ: vnũ ab oĩbus sociis & ciuibus ad id bellũ imperatorẽ deposci atq; expeti: eundẽ
hunc vnũ ab hostibus metui, ꝓterea neminẽ. Causa q̃ sit videtis, nũc quid agendũ sit consi
derate. Primũ mihi vidẽ de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligẽ- Quid dicẽ-
do esse dicendũ. Genus est eĩ eiusmodi, qđ maxime vestros aĩos excitare atq; inflammare de dum.
bet. Agit eĩ salus sociorũ atq; amicorũ, pro qua multa maiores vestri magna & grauia bel-
la gesserunt. Agunt certissima populi Ro. vectigalia & maxima: quibus amissis, & pacis orna-
menta, & subsidia belli requiretis. Aguntur bona multorũ ciuium, quibus est a vobis & impe
ratoribus reip. cõsulendũ. Et qñ semp appetẽtes glorię prẽter cẽteras gẽtes, atq; auidi laudis Appetẽtes
fuistis, delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta, q̃ penitus iã insẽ- glorię Ro.
dit atq; inueterauit in populi Ro. noĩe: ꝙ is qui vna die tota Asia, tot in ciuitatibus, vno nũ Mithrida-
cio, atq; vna literarũ significatione ciues Ro. necandos, trucidãdosq; denotauit, nõ modo ad tis celeritas
huc pœnã nullã suo dignã scelere suscepit, sed ab illo tẽpore annũ iam tertiũ & vigesimũ re- in necãdis
gnat: & ita regnat, vt se nõ Põto, neq; Cappadocię latebris occultare velit, sed emergere e pa ciuib9 Ro.
trio regno, atq; ĩ vris vectigalib9, hoc est in Asię luce versari. Etẽ adhuc ita vestri cũ illo re
ge cõtenderunt imperatores, vt ab illo insignia victorię, nõ victoriã reportarent. Triũphauit
L. Sylla, triũphauit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri, & summi imperatores: sed
ita triũpharunt, vt ille pulsus superatusq; regnaret. Verũtamen illis imperatoribus laus est
tribuenda, ꝙ egerunt: venia danda, ꝙ reliquerũt: propterea ꝙ ab eo bello Syllã in Italiã resp.
Murenã Sylla reuocauit. Mithridates aũt omne reliquũ tẽpus, nõ ad obliuionẽ veteris belli,
sed ad cõparationẽ noui cõtulit, qui posteaq̃ maximas ędificasset ornassetq; classes, exercitus
q; permagnos quibuscũq; ex gentibus potuisset cõparasset, Bosphoranis finitimis suis bellũ
inferre simulasset, vsq; in Hispaniã legatos e Lebetanis misit, ad eos duces, quibuscũ tum bel-
lum gerebamus: vt cũ duobus in locis disiunctissimis maximeq; diuersis vno consilio, ab vnis
hostium copiis bellum terra mariq; gereretur, vos ancipiti contentione distracti de imperio
dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum Sertorianæ, atq; Hispaniensis, quæ multo
plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompei diuino consilio ac singulari virtute depul-
sum est. in altera parte ita res a L. Lucullo summo viro est administrata, vt initia illa gesta-
rum rerum magna atq; pręclara, non felicitati eius sed virtuti: hęc autem extrema quę nuper
acciderunt, non culpę, sed fortunę tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco,
& ita dicam Quirites, vt neq; vera laus ei detracta oratione nostra, neq; falsa afficta esse vi-
deatur. Sed pro vestri imperii dignitate atq; gloria, quoniã is est exorsus orationis meæ, vi-
dete quem vobis animũ suscipiendum putetis. Maiores vestri sæpe mercatoribus ac nauicu Causę belli
latoribus iniurioſius tractatis, bella gesserunt. vos tot ciuium Ro. millibus, vno nuncio, atq; Mercato-
vno tempore necatis, quo tandẽ animo esse debetis? Legati ꝙ erant appellati superbius, Co- res.
rinthum patres vestri totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt. vos eũ regem inultũ Nauicula-
esse patiemini, qui legatum populi Ro. consularem, vinculis, ac verberibus, atq; omni supplí- tores.
cio excruciatum necauit? Illi libertatẽ ciuium Ro. imminutã non tulerunt. vos vitã ereptã Corithi de
negligetis? Ius legationis verbo violatũ illi persecuti sunt. vos legatũ populi Ro. omni sup- lẽdi causa.
plicio interfectũ inultũ relinquetis? Videte ne vt illis pulcherrimum fuit tantam vobis impe
rii gloriam relinquere: sic vobis turpissimũ sit, illud quod accepistis, tueri & conseruare non
posse. Quid, ꝙ salus sociorum summũ in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus
est Ariobarzanes rex, socius populi Ro. atq; amicus: imminent duo reges toti Asię, nõ solum
vobis inimicissimi, sed etiã vestris sociis atq; amicis: ciuitates aũt oẽs, cuncta Asia atq; Græ-
cia vestrũ auxiliũ expectare ꝑpter periculi magnitudinẽ cogunt: Imperatorẽ a vobis certũ de
poscere, cum præsertim vos aliũ miseritis, neq; audent, neq; se id facere summo sine periculo
posse arbitrantur: vident & sentiũt hoc idẽ qđ & vos, vnum virum esse in quo summa sint
omnia, & eum prope esse, quo etiam carent ægrius: cuius aduentu ipso atq; nomine, tametsi
ille ad maritimũ bellum venerit, tñ impetus hostiũ repressos esse intelligũt ac retardatos. Hi
vos, qm̃ libere loqui nõ licet, tacite rogant, vt se quoq; sicut cẽterarũ prouinciarum socios di
gnos existimetis, quorũ salutẽ tali viro cõmendetis. atq; hoc etiã magis q̃ cẽteros, ꝙ eiusmo-
di in prouinciã hoĩes cum imperio misimus, vt etiã si ab hoste defendant, tñ ipsorũ aduen-
tus in vrbes sociorum nõ multum ab hostili expugnatione differant. Hunc audiebant antea,
nũc prẽsentem vident, tanta temperantia, tãta mansuetudine, tanta humanitate, vt ii beatis-

simi esse videantur, apud quos ille diutissime cõmoratur. Quare si propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti maiores vestri cũ Antiocho, cũ Philippo, cũ Aetolis, cũ Pœnis bella gesserũt, quanto vos studio conuenit iniuriis prouocatos, sociorum salutẽ vna cum imperii vestri dignitate defendere? præsertim cum de vestris maximis vectigalibus agatur. Nam cęterarũ prouinciarum vectigalia Quirites tanta sunt, vt his ad ipsas prouincias tutandas vix contenti esse possimus. Asia vero tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorũ, & varietate fructuũ, & magnitudine pastionis, & multitudine earũ rerũ, quę exportant, facile omnib⁹ terris antecellat. Itaq; hęc vobis prouincia Quirites, si & belli vtilitatẽ, & pacis dignitatẽ sustinere vultis, non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defendenda. Nam cęteris in rebus cum venit calamitas, tum detrimentũ accipitur: at in vectigalibus non solũ aduẽtus mali, sed etiã metus ipse affert calamitatẽ. Nam cũ hostium copię non longe absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tñ pecora relinquunt, agricultura deserit, mercatorũ nauigatio cõquiescit, ita neq; ex portu, neq; ex decumis, neq; ex scriptura vectigal cõseruari potest. quare sæpe toti⁹ anni fructus vno rumore periculi, atq; vno belli terrore amittit. Quo tandẽ animo esse existimatis? aut eos qui vectigalia vobis pẽsitant, aut eos qui exercent atq; exigunt: cũ duo reges cum maximis copiis ꝑpe adsint: cũ vna excursio equitatus ꝑbreui tẽpore toti⁹ anni vectigal auferre possit: cũ publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus atq; custodiis, magno periculo se habere arbitrent? Putatis ne vos illis reb⁹ frui posse, nisi eos qui vobis fructuosi sunt, cõseruaueritis, non solũ (vt antea dixi) calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos? Ac ne illud quidẽ vobis negligendũ est, qđ mihi ego extremum proposuerã, cũ essem de belli genere dicturus, qđ ad multorum bona ciuium Ro. pertinet, quorũ vobis pro vestra sapientia Quirites habẽda est ratio diligenter. Nam & publicani hoies & honestissimi & ornatissimi, suas rationes & copias in illã prouinciã contulerunt, quorũ ipsorum per se res & fortunę curę vobis esse debent. Etenim si vectigalia, neruos esse reip. sęmper duximus, eũ certe ordinem qui exercet illa, firmamentũ cęterorũ ordinũ recte esse dicemus. Deinde cęteris ex ordinibus hoies naui & industrii, partim in Asia negotiãtur, quibus vos absentibus cõsulere debetis: partim eorũ in ea ꝓuincia pecunias magnas collatas habent. Erit igit humanitatis vestrę, magnũ eorũ ciuiũ numerũ calamitate prohibere: sapientię, videre multorũ ciuiũ calamitatẽ a rep. seiunctã esse non posse. Etem illud primum parui refert, vos publicanis amissis vectigalia postea victoria recuperare. neq; iisdem redimẽdi facultas erit propter calamitatem, neq; aliis voluntas propter timorẽ. deinde q; nos eadem Asia atq; idẽ iste Mithridates initio belli Asiatici docuit id, qđ certe calamitate docti memoria retinere debemus. Nam tum cũ in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romę solutione impedita fidẽ concidisse. Nõ em possunt vna in ciuitate multi rẽ atq; fortunas amittere, vt nõ plures secũ in eandẽ calamitatẽ trahant. A quo periculo prohibete rẽpub. & mihi credite id qđ ipsi videtis. hęc fides atq; hęc ratio pecuniarũ, quę Romæ, quæ in foro versat, implicita est cũ illis pecuniis Asiaticis & cohæret. ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu, concidant. Quare vidẽte, num dubitandũ vobis sit omni studio ad id bellũ incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorũ, vectigalia maxima, fortunę plurimorũ ciuium cum rep. defendunt. Quoniã de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest em hoc dici: belli genus esse, ita necessariũ, vt sit gerendũ: nõ esse ita magnũ, vt sit pertimescendũ. In quo maxime laborandum est, ne forte a vobis q̃ diligentissime prouidenda sunt, contẽnenda esse videant. Atq; vt oẽs intelligant me L. Lucullo tantũ †impertiri laudis, quantũ forti viro, & sapientissimo homini, & magno imperatori debeat, dico eius aduentu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atq; instructas, vrbẽq; Asię clarissimam nobisq; amicissimam Cyzicenorum obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine, & oppugnatam vehementissime: quã L. Lucullus virtute, assiduitate, cõsilio, summis obsidionis periculis liberauit. ab eodem imperatore classem magnam & ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflãmato raperetur, superatã esse, atq; depressam: magnas hostiũ prætereà copias multis pręliis esse deletas: patefactumq; nostris legionibus esse Pontum, qui ante populo Ro. ex omni aditu clausus esset: Sinopem atq; Amisum, quibus in oppidis erant domicilia regis omnibus reb⁹ ornata atq; referta, cęteraq; vrbes Ponti & Cappadocię permultas, vno aditu atq; aduentu esse captas: Regem spoliatum regno patrio atq; auito, ad alios se reges atq; alias gentes supplicem contulisse: atq; hęc omnia saluis populi Ro. sociis atq; integris ve-

Asiæ fœcũditas.

Calamitas.

Decimę Ro. pensę. Scriptura.

Nerui reipubl.

Prohibere.

Incũbere.

† impertire

L. Luculli gesta.

ctigalib⁹ esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis: atq; ita reputo, vt hoc vos intelligatis, a nullo istorum, qui huic obtrectãt legi atq; causę, L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatũ. Requiretur fortasse nunc quemadmodum, cũ hæc ita sint, reliquum possit esse magnum bellum. cognoscite Quirites. non em̃ sine causa quęri videtur. primũ ex suo regno sic Mithridates profugit, vt ex eodem Ponto Medea illa quondã profugisse dicitur: quã prędicant in fuga fratris sui membra in his locis, qua se parens persequeretur, dissipauisse, vt eorũ collectio dispersa mœrorq; patrius celeritatem persequendi retardaret. sic Mithridates fugiens maximam vim auri atq; argenti, pulcherrimarumq; rerũ omnium, quas & a maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suũ regnum congesserat, in Ponto omnem reliquit. hæc dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. ita illũ in persequendi studio mœror, hos lętitia retardauit. Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentemq; rebus suis cõfirmauit, & afflictum erexit, perditũq; recreauit. cuius in regnum posteaq̃ L. Lucullus cũ exercitu venit, plures etiam gentes contra imperatorem nostrũ concitatę sunt. Erat em̃ metus iniectus iis nationibus, quas nũq̃ populus Ro. neq; lacessendas bello, neq; tentãdas putauit. Erat etiam alia grauis atq; vehemens opinio, quę per animos gentiũ barbararũ peruaserat, fani locupletissimi & religiosissimi diripiendi causa in eas oras nostrũ exercitũ esse adductũ. Ita nationes multę atq; magnę nouo quodã terrore ac metu concitabant. Noster autẽ exercitus, etsi vrbẽ ex Tigranis regno ceperat, & prędiis vsus erat secundis, tñ nimia longinquitate locorũ ac desiderio suorũ cõmouebatur. Hic iam plura non dicam. fuit em̃ illud extremũ: vt ex his locis a militibus nostris reditus magis maturus q̃ processus longior quęreret. Mithridates autẽ & suã manum iam cõfirmarat: & eorum qui se ex ei⁹ regno collegerãt, & magnis aduẽtitiis multorũ regũ & nationũ copiis iuuabat. Hoc iam fere sic fieri solere accepimus, vt regũ afflictæ fortunę facile multorũ opes alliciãt ad misericordiam, maximeq; eorũ qui aut reges sunt, aut viuunt in regno, vt regale iis nomen magnum & sanctũ esse videatur. Itaq; tãtum victus efficere potuit, quantũ incolumis nunq̃ est ausus optare. Nam cum se in regnũ recepisset suum, nõ fuit eo contentus, qđ ei præter spem acciderat, vt illam posteaq̃ pulsus erat terrã vnq̃ attingeret, sed in exercitũ vestrũ clarũ atq; victorẽ impetũ fecit. Sinite hoc loco Quirites (sicut poetę solent qui res Romanas scribunt) prętereire me nostram calamitatem, quę tanta fuit, vt eã ad aures L. Luculli nõ ex plio nũcius, sed ex sermone rumor afferret. Hic in ipso illo malo, grauissimaq; belli offẽsione L. Lucullus, q tñ aliqua ex parte iis incõmodis mederi fortasse potuisset, vestro iussu coactus, q̃ iperii diuturnitati modũ statuendũ veteri exẽplo putauistis, partem militũ, qui iam stipendiis cõfectis erãt, dimisit, partẽ Glabrioni tradidit. Multa prętereo cõsulto, sed ea v[illegible] coniectura perspicitis, quantũ illud bellũ factum putetis, qđ cõiungant reges potentissimi, renouẽt agitatę nationes, suscipiant integrę gẽtes, nouus imperator vester accipiat vetere expulso exercitu. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellũ esset, genere ipso necessarium, magnitudine periculosum. restat vt de imperatore ad id bellũ delígendo, ac tantis rebus pficiẽdo, dicendũ esse videat. Vtinã Quirites virorũ fortium, atq; innocentiũ copiam tantã haberetis, vt hęc vobis deliberatio difficilis esset, quẽnam potissimum tantis rebus, ac tanto bello præficiendũ putaretis. Nunc vero cũ sit vnus Cn. Põpeius, qui nõ modo eorũ hominũ, qui nunc sunt, gloriam, sed etiã antiquitatis memoriã virtute superarit, quę res est, quę cuiusq̃ animum in hac causa dubiũ facere possit! Ego em̃ sic existimo, in summo imperatore quattuor has res ineſſe oportere, scientiã rei militaris, virtutẽ, auctoritatẽ, felicitatem. quis igitur hoc hoie scięntior vnq̃ aut fuit! aut esse debuit! qui e ludo, atq; pueritię disciplina, bello maximo, atq; acerrimis hostibus, ad patris exercitũ, atq; in militię disciplinã profectus est: qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris, ineunte adolescẽtia maximi ipse exercitus imperator: qui sæpius cũ hoste conflixit, q̃ quisq̃ cum inimico concertauit: plura bella gessit, q̃ cæteri legerunt: plures prouincias cõfecit, q̃ alii concupiuerũt: cuius adolescentia ad scientiã rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis, nõ offensionibus belli, sed victoriis, nõ stipendiis, sed triũphis est tradita. quod deniq; genus belli esse potest, in quo illũ non exercuerit fortuna reipublicę! Ciuile, Aphricanum, Transalpinũ, Hispanienſe, mistum ex ciuitatibus, atq; ex bellicosissimis nationibus, seruile, nauale bellum, varia & diuersa genera, & bellorum, & hostiũ, non solum gesta ab hoc vno, sed etiam confecta, nullã rem esse declarant in vsu militari positam, quę huius viri scientiam fugere possit. Iam vero virtuti Cn. Põpei quę potest par oratio inueniri!

Medeę fuga.

Tigranes.

Victi potẽtia.

Poetarum mos.

Cn. Põpeii laus.

Imperatoris ornamẽta quatuor.

Virtutes Imperatoríę.

quid eſt,quod quiſq̃ aut dignum illo,aut vobis nouũ,aut cuiq̃ inauditum poſſit afferre?Nõ enim illę ſunt ſolę virtutes imperatorię,quę vulgo exiſtimantur,labor in negotiis,fortitudo in periculis,induſtria in agendo,celeritas in conficiendo,conſilium in prouidendo:quæ tanta ſunt in hoc vno,quanta in omnibus reliquis imperatoribus,quos aut vidimus, aut audiuimus,nõ fuerũt.Teſtis eſt Italia,quã ille ipe victor L.Sylla huius virtute,& conſilio confeſſus eſt liberatam.teſtis eſt Sicilia,quã multis vndiq̃ cinctam periculis,nõ terrore belli, ſed celeritate conſilii explicauit.teſtis eſt Aphrica,quæ magnis oppreſſa hoſtium copiis, eorũ ipſorum ſanguine redundauit.teſtis eſt Gallia,per quã legionibus noſtris in Hiſpaniam iter,Gallorum interemptione patefactum eſt.teſtis eſt Hiſpania, quæ ſæpiſſime plures hoſtes ab hoc ſuperatos proſtratoſq̃ conſpexit. teſtis eſt iterum, & ſæpius Italia: quæ cum ſeruili bello tetro,periculoſoq̃ premeretur,ab hoc auxilium abſente expetiuit:qđ bellum expectatione Põpei attenuatum,atq̃ imminutũ eſt,aduentu ſublatũ,ac ſepultum.teſtes vero iam omnes orę, atq̃ omnes exterę gentes,ac nationes:deniq̃ maria omnia,tum vniuerſa,tum in ſingulis oris omnes ſinus, atq̃ portus. Quis enim toto mari locus per hos annos, aut tam firmũ habuit preſidium,vt tutus eſſet?aut tam fuit abditus,vt lateret?quis nauigauit,qui non ſe,aut mortis,aut ſeruitutis periculo committeret?cum aut hyeme,aut referto prędonum mari nauigaret.Hoc tantũ bellum,tam turpe,tam vetus,tam late diuiſum,atq̃ diſperſum,quis vnq̃ arbitraretur,aut ab omnibus imperatoribus vno anno, aut oĩbus annis ab vno imperatore cõfici poſſe?Quã prouinciã tenuiſtis a prędonibus liberã per hoſce annos? qđ vectigal vobis tutum fuit?quem ſocium defendiſtis?cui, preſidio claſſibus veſtris fuiſtis? q̃ multas exiſtimatis inſulas eſſe deſertas?q̃ multas aut metu relictas,aut a prędonibus captas vrbes eſſe ſociorũ? Sed quid ego longinqua cõmemoro?fuit hoc quondã,fuit propriũ populi Ro.longe a domo bellare,& propugnaculis imperii,ſociorũ fortunas,non ſua tecta defendere.ſociis veſtris ego mare clauſum per hoſce annos dicã fuiſſe?cum exercitus noſtri Brundiſio nunq̃ niſi ſumma hyeme tranſmiſerint.quid ad nos cũ ab exteris nationibus venirent,captos querar?cũ legati populi Ro.redempti ſint.mercatoribus tutũ mare non fuiſſe dicã?cum duodecim ſecures in prędonũ poteſtatẽ peruenerint.quid aut Colophonẽ,aut Samũ nobiliſſimas vrbes,innumerabileſq̃ alias captas eſſe cõmemorem?cũ veſtros portus,atq̃ eos portus,quibus vitã,& ſpiritũ

In poteſtatem fuiſſe.

ducitis,in prędonũ fuiſſe poteſtatẽ ſciatis. An vero ignoratis portũ Caietę celeberrimũ, atq̃ pleniſſimũ nauiũ,inſpectante prętore,a p̃donibus eſſe direptũ?ex Miſeno autẽ,eius ipſius liberos,qui cũ prędonibus antea ibi bellũ geſſerat,a p̃donibus eſſe ſublatos?nam quid ego Hoſtiẽ ſe incõmodũ,atq̃ illã labẽ,atq̃ ignominiã reip.querar? cũ prope inſpectantibus vobis, claſſis ea,cui conſul populi Ro.p̃poſitus eſſet,a p̃donibus capta,atq̃ oppreſſa eſt. Pro` dii immortales:tanta ne vnius hois incredibilis ac diuina virtus,tã breui tẽpore lucem afferre reipu. potuit?vt vos,qui modo ante oſtiũ Tiberinũ claſſem hoſtiũ videbatis, ii nunc nullã intra oceani oſtiũ, prædonũ nauem eſſe audiatis. Atq̃ hęc qua celeritate geſta ſint,q̃q̃ videtis,tñ a me in dicendo prętereunda nõ ſunt.Quis.n.vnq̃,aut obeundi negotii, aut conſequendi quæſtus

Cn. Põpeii victorię nauales.

ſtudio,tam breui tẽpore,tot loca adire,tantos curſus cõficere potuit, q̃ celeriter Cn.Põpeio duce belli impetus nauigauit?qui Siciliã adiit,Aphricã explorauit,inde Sardiniã cũ claſſe venit,nondũ tẽpeſtiuo ad nauigandũ mari:atq̃ hęc tria frumentaria ſubſidia reip. firmiſſimis p̃ſidiis,claſſibuſq̃ muniuit.Inde ſe cũ in Italiam recepiſſet,duab9 Hiſpaniis,& Gallia ciſalpina, p̃ſidiis,ac nauibus confirmata,miſſis item in oram Illyrici maris,& in Achaiã,oẽmq̃ Greciã nauibus,Italię duo maria maximis claſſibus,firmiſſimiſq̃ preſidiis adornauit: ipſe autẽ, vt a Brundiſio profectus eſt,vndequinquageſimo die totã ad imperiũ populi Ro. Ciliciã adiunxit:oẽs qui vbiq̃ prędones fuerũt,partim capti,interfectiq̃ ſunt,partim vnius huius imperio ac poteſtati ſe dediderũt.Idẽ Cretenſibus,cũ ad eum vſq̃ in Pamphyliã legatos deprecatoresq̃ miſiſſent,ſpem deditionis non ademit, obſideſq̃ imperauit. Ita tantũ bellũ,tam diuturnũ, tam longe,lateq̃ diſperſum:quo bello oẽs gentes,ac nationes p̃mebant:Cn. Põpeius extrema hyeme apparauit,ineũte vere ſuſcepit,media ęſtate confecit. Eſt hęc diuina, atq̃ incredibilis virtus imperatoris.quid cęterę?quas paulo ante cõmemorare cœperam:quantæ atq̃ q̃multę ſunt?non enim ſolũ bellandi virtus in ſummo atq̃ perfecto imperatore quęrenda eſt,ſed multę ſunt artes eximię,huius adminiſtrę,comiteſq̃ virtutis.Ac primũ,quãta innocẽtia debent eſſe imperatores?quãta deinde oĩbus in reb9 tẽperãtia?quãta fide?quãta felicitate?quãto ingenio?quãta humanitate?q̃ breuiter,qualia ſint in Cn.Põpeio,cõſideremus.ſumma eñ ſunt oĩa

Quirites, sed ea magis ex aliorũ cõtentione, q̃ ipsa p sese cognosci, atq; intelligi possunt. quẽ em possumus imperatorẽ aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant cẽturiatus, at q; venierint? quis hunc hominẽ, magnũ, aut amplũ de rep. cogitare, qui pecuniã ex ęrario de promptã ad bellũ administrandũ, aut propter cupiditatẽ ꝓuincię magistratibus diuiserit, aut ꝓpter auaritiã Romę in quęstu reliquerit? Vestra admurmuratio facit Quirites, vt agnoscere videamini, qui hęc fecerint. ego aũt neminẽ nomino. quare irasci mihi nemo poterit, nisi q ante de se voluerit cõfiteri. Itaq; ꝓpter hãc auaritiã imperatorũ, quantas calamitates, quocũ q; ventũ sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera, quę p hosce annos in Italia p agros, atq; oppida ciuiũ Ro. nostri imperatores fecerũt, recordamini: tum facili⁹ statuetis, qd apud exteras nationes fieri existimetis. vtrũ plures arbitramini per hosce annos militũ vestrorum armis hostiũ vrbes, an hybernis, sociorũ ciuitates esse deletas? Neq; em potest exercitũ is cõti nere imperator, qui se ipsum nõ cõtinet: neq; seuerus esse in iudicãdo, qui alios in se seueros esse iudices non vult. Hic miramur hunc hoiem tantũ excellere cæteris, cuius legiones sic in Asiam peruenerunt, vt non modo manus tãti exercitus, sed ne vestigiũ quidem cuiq; pacato nocuisse dicatur. Iam vero quemadmodũ milites hybernent, quotidie sermones, ac literę perferuntur: non modo vt sumptũ faciat in militẽ, nemini vis afferẽ, sed ne cupienti quidẽ cuiq; permittitur. hyemis em, nõ auaritię perfugiũ maiores nostri in sociorũ, atq; amicorum tectis esse voluerunt. Age vero cęteris in rebus quali sit tẽperantia considerate. vnde illam tantam celeritatẽ, & tam incredibilẽ cursum inuentũ putatis? non em illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quędã gubernandi, aut venti aliqui noui, tã celeriter in vltimas terras pertulerunt. sed hę res, quę cęteros remorari solent, nõ retardarunt. non auaritia ab instituto cursu ad prędam aliquã reuocauit, non libido ad voluptatẽ, nõ amœnitas ad delectationẽ, nõ nobilitas vrbis ad cognitionẽ, non deniq; labor ipse ad quietẽ. postremo signa, & tabulas, cęteraq; ornamenta gręcorũ oppidorũ, quę cęteri tollenda esse arbitrant, ea sibi ille ne visenda quidẽ existimauit. Itaq; oẽs quidẽ nunc in his locis Cn. Pompeiũ sicut aliquẽ non ex hac vrbe missum, sed de cælo lapsum intuent: nũc deniq; incipiũt credere, fuisse hoies Romanos hac quõdam abstinentia: qd iam nationib⁹ exteris incredibile, ac falso memorię proditũ videbat. nũc imperii nostri splendor illis gẽtibus lucet. nunc intelligunt, nõ sine causa maiores suos tum, cum hac tẽperantia magistratus habebamus, seruire populo Ro. q̃ imperare aliis maluisse. Iã vero ita faciles aditus ad eũ priuatorũ, ita liberę querimonię de aliorũ iniuriis esse dicunt, vt is, qui dignitate principib⁹ excellit, facilitate par infimis esse videat. Iam quantũ consilio, quãtum dicendi grauitate, & copia valeat, in quo ipo inest quędã dignitas imperatoria, vos Quirites hoc ipso in loco sępe cognostis. Fidẽ vero eius inter socios quam existimari putatis? quã hostes omniũ gentiũ sanctissimam esse iudicarint. Humanitate iam tanta est, vt difficile dictu sit, vtrũ hostes magis virtutem eius pugnãtes timuerint, an mansuetudinẽ victi dilexerint. Et quisq; dubitabit, quin huic tantũ bellũ hoc transmittendũ sit? qui ad oĩa vestrę memorię bella cõficienda, diuino quodã cõsilio natus esse videat. Et qm̃ auctoritas multũ quoq; in bellis administrãdis, atq; imperio militari valet, certe nemini dubiũ est, quin ea in re ille idem ipse imperator plurimũ possit. vehemẽter aũt pertinere ad bella administrãda, quid hostes, qd socii de imperatorib⁹ vestris existiment, quis ignorat? cũ sciamus hoies in tãtis rebus, vt aut contẽnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione nõ minus famę, q̃ aliqua certa ratione cõmoueri. quod igit nomen vnq̃ in orbe terrarum clarius fuit? cuius res gestę pares? de quo hoie vos, id qd maxime facit auctoritatẽ, tãta, & tam ꝑclara iudicia fecistis? An vero vllam esse orã tã desertã putatis, quo nõ illius diei fama ꝑuaserit, cũ vniuersus populus Ro. referto foro, repletisq; oĩbus tẽplis, ex quibus hic locus cõspici põt, vnũ sibi ad cõmune oĩm gentiũ bellũ Cn. Põpeiũ imperatorẽ depoposcit? Itaq; vt plura nõ dicã, neq; aliorũ exẽplis confirmẽ, quantũ huius auctoritas valeat in bello, ab eodẽ Cn. Põpeio oĩm rerũ egregiarũ exempla sumant: qui quo die a vobis maritimo bello ꝓpositus est imperator, tãta repẽte vilitas annonę ex summa inopia, & caritate rei frumẽtarię consecuta est, vnius spe, & noie, quantã vix ex summa vbertate agrorũ diuturna pax efficere potuisset. Iã vero accepta in Põto calamitate ex eo ꝑlio, de quo vos paulo ante fuit⁹ admonui, cũ socii ꝓtimuissent, hostiũ opes, animiq; creuissent, cũ satis firmũ ꝑsidium ꝓuincia nõ haberet, amisissetis Asiã Quirites, nisi id ipsum eius tẽporis diuinitus Cn. Pompeiũ ad eas regiones fortuna populi Ro. attulisset. Hui⁹ aduẽtus, & Mithridatem insolita inflammatum victoria continuit, & Tigranem magnis copiis

Cẽturiatus

Excellere cęteris.

Tẽperantia Pompeii.

Auctoritas in bellis administrãdis plurimum valet.

Vilitas annonæ.

ministantem Asię retardauit.& quisq̃ dubitabit,quid virtute profecturus sit,qui tantũ auctoritate profecerit:aut q̃ facile imperio,atq; exercitu socios,& vectigalia cõseruaturus sit, qui ipso nomine,ac rumore defenderit:Age vero, illa res quantã declarat eiusdẽ hoĩs apud hostes populi Ro.auctoritatẽ,q; ex locis tam longinquis,tam diuersis,tam breui tẽpore omnes vna huic se dediderũt:q; Cretensiũ legati,cũ in eorũ ĩsula noster imperator,exercitusq; esset: ad Cn.Pompeiũ in vltimas prope terras venerũt, eiq; se oẽs Cretensiũ ciuitates dedere velle dixerunt:Quid:idem ipse Mithridates,nonne ad eundẽ Cn.Pompeiũ legatũ vsq; in Hispaniã misit:eũq; Pompeius legatũ semper iudicauit:ii quibus semper erat molestũ ad eũ potissimũ esse missum,speculatorẽ,q̃ legatũ iudicari maluerunt.Potestis igit iam constituere Quirites, hanc auctoritatẽ multis postea rebus gestis,magnisq; vestris iudiciis amplificatam,quantum apud illos reges,quantũ apud exteras nationes,valiturã esse existimetis.Reliquũ est vt de felicitate,quã prestare de se ipso nemo potest,meminisse,& cõmemorare de altero possumus,si cut equũ est homini de potestate deorũ,timide,& pauca dicamus. Ego eñ sic existimo,Maximo,Marcello,Scipioni,Mario,& ceteris magnis imperatoribus, nõ solũ ꝓpter virtutẽ, sed etiam propter fortunã,sepius imperia mãdata, atq; exercitus esse cõmissos. fuit eñ profecto quibusdã summis viris quędã ad amplitudinẽ,& gloriã, & ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna.de huius aũt hoĩs felicitate,quo de nunc agimus, hac vtar moderatione dicendi:non vt in illius potestate fortunã positã esse dicam,sed vt ꝑterita meminisse, reliqua sperare videamur:ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur.Itaq; nõ sum ꝑdicaturus Quirites,quantas ille res domi,militięq;,terra,mariq;,quantaq; felicitate gesserit,vt eius semp voluntatibus nõ modo ciues assenserint, socii obtemperarint,hostes obedierint,sed etiã venti,tẽpestatesq; obsecũdarit.hoc breuissime dicam. neminẽ vnq̃ tam impudentẽ fuisse,qui a diis immortalibus tot,& tantas res tacitus auderet optare, quot,& quantas dii immortales ad Cn. Pompeiũ detulerunt. qđ vt illi propriũ, ac perpetuũ sit Quirites,cũ cõmunis salutis,atq; imperii,tũ ipsius hoĩs causa(sicuti facitis)velle,& optare debetis.Quare cũ & bellum ita necessariũ sit,vt negligi nõ possit:ita magnum,vt accuratissime sit administrandũ:& cũ ei imperatorẽ ꝑficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus,clarissima auctoritas,egregia fortuna:dubitabitis Quirites, quin hoc tãtũ boni,qđ a diis immortalibus oblatũ,& datũ est,in remp.cõseruandã, atq; amplificandã cõferatis:Q; si Romę Cn.Põpeius priuatus esset hoc tẽpore,tñ ad tantũ bellũ is erat deligẽdus, atq; mittendus:nunc cũ ad ceteras summas vtilitates hęc quoq; opportunitas adiungat, vt in his ipsis locis adsit:vt habeat exercitũ:vt ab iis,qui habent,accipere statim possit: quid expectamus:aut cur nõ ducibus diis immortalibus,eidẽ,cui cętera summa cũ salute reip.commissa sunt,hoc quoq; bellum regiũ committamus: At eñ vir clarissimus reip.& vestris beneficiis amplissimis affectus,Q.Catulus,itẽq; summis ornamẽtis honoris,fortunæ, virtutis, ingenii præditus,Q.Hortensius ab hac ratione dissentiunt.quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimũ valuisse,& valere oportere cõfiteor.sed in hac causa,tametsi cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorũ virorũ,& clarissimorũ: tñ omissis auctoritatibus, ipsa re,& ratione exquirere possumus veritatẽ.atq; hoc facilius,q; ea omnia,quę adhuc a me dicta sunt,iidem isti vera esse concedunt:& necessariũ bellum esse,& magnũ: & in vno Cn.Põpeio summa esse omnia.Quid igit ait Hortensius:si vni omnia tribuenda sunt, vnũ dignissimum esse Pompeiũ.sed ad vnũ tamen omnia deferri non oportere.Obsoleuit iam ista oratio re multo magis,q̃ verbis refutata.nam tu idem Quinte Hortensi multa pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi,& in senatu contra virũ fortem A.Gabiniũ grauiter,ornateq; dixisti,cum is de vno imperatore cõtra prædones constituendo legẽ promulgasset: & ex hoc ipso loco permulta idẽ contra legem verba fecisti.quid tum per deos immortales,si plus apud populũ Ro.auctoritas tua,q̃ ipsius populi Ro.salus,& vera causa valuisset,hodie hanc gloriam,atq; hoc orbis terræ imperium teneremus:an tibi tum imperiũ esse hoc videbatur, cum populi Ro.legati,prętores,quęstoresq; capiebant:cũ ex omnibus prouinciis cõmeatu,& priuato,& publico prohibebamur:cũ ita clausa erãt nobis omnia maria,vt neq; priuatã rem maritimam,neq; publicã iam obire possemus:Quæ ciuitas antea vnq̃ fuit: non dico Atheniẽsium,quæ satis late quondã mare tenuisse dicitur:non Carthaginensiũ, qui ꝑmultũ classe, maritimisq; rebus valuerunt:non Rhodiorũ,quorum vsq; ad nostrã memoriã disciplina naualis,& gloria remansit:quę ciuitas antea vnq̃,tam tenuis,tam parua insula fuit,quę nõ por

Felicitas Pompeii.

Fortuna summis viris adiũcta.

Assentirre
Obtẽperae.
Obedire.
Obsecũdare.

tus ſuos,& agros, & aliquam partem regionis atq; oræ maritimæ per ſe ipſa defenderet! At hercle aliquot annos continuos ante legẽ Gabiniam ille populus Ro. cuius vſq; ad noſtram memoriam nomen inuictum in naualibus pugnis permãſerat:magna,ac multo maxima parte non modo vtilitatis,ſed dignitatis,atq; imperii caruit. nos, quorum maiores Antiochum regem claſſe,Perſemq; ſuperarunt, oĩbus naualibus pugnis Carthaginenſes hoĩes in maritimis rebus exercitatiſſimos paratiſſimoſq; vicerũt:ii nullo in loco iã p̃donibus pares eſſe poteramus. nos quoq; qui antea non modo Italiã tutam habebam⁹, ſed oẽs ſocios in vltimis oris auctoritate noſtri imperii ſaluos prẽſtare poteramus: tum cũ inſula Delos tã procul a nobis in Aegẽo mari poſita,quo oẽs vndiq; cũ mercibus,atq; oneribus cõmeabant,referta diuitiis, parua ſine muro nihil timebat:iidem,nõ modo prouinciis,atq; oris Italię maritimis,ac portubus noſtris,ſed etiã Appia iam via carebamus. & his tẽporibus non pudebat magiſtratus populi Ro.in hunc ipſum locũ aſcendere, cũ eũ vobis maiores veſtri exuuiis nauticis,& claſſium ſpoliis ornatũ reliquiſſent.Bono te animo Q.Hortenſi populus Ro.& cẽteros,qui erãt in eadẽ ſentẽtia,dicere exiſtimauit ea, q̃ ſentiebatis: ſed tũ in ſalute cõmuni idẽ populus Ro. dolori ſuo maluit,q̃ auctoritati veſtrę obtẽperare.itaq; vna lex,vnus vir,vnus annus,nõ modo nos illa miſeria,ac turpitudine liberauit:ſed etiã effecit,vt aliquãdo vere videremur oĩb⁹ gẽtibus,ac nationibus terra,mariq; imperare. Quo mihi etiã indignius videt obtrectatũ eſſe adhuc,Gabinio dicã!an ne Pompeio!an vtriq;!id qd eſt verius.ne legaret A.Gabinius Cn.Põpeio expetẽti,ac poſtulãti.vtrum ille qui poſtulat legatũ ad tantũ bellũ quẽ velit,idoneus nõ eſt,qui impetret!cũ cẽteri ad expilandos ſocios,diripiẽdaſq; prouincias,quos voluerunt,legatos eduxerũt.an ipſe,cuius lege ſalus,ac dignitas populo Ro.atq; oĩbus gẽtibus cõſtituta eſt, expers eſſe debet glorię eius imperatoris,atq; ei⁹ exercitus,qui cõſilio ipſius,atq; periculo eſt cõſtitutus!An C.Falcidius,Q.Metellus,Q. Cælius Latiniẽſis,Cn.Lẽtulus, quos oĩs honoris cauſa nomino,cũ tri.ple.fuiſſent, anno p̃xímo legati eſſe potuerũt! in hoc vno Gabinio ſunt tam diligentes!qui in hoc bello,qd lege Gabinia gerit, in hoc imperatore, atq; exercitu,quẽ per ſe ipſe conſtituit,etiam prẽcipuo iure eſſe deberet. de quo legando ſpero cõſules ad ſenatum relaturos.qui ſi dubitabunt,aut grauabunt,ego me p̃fiteor relaturũ: neq; me impediet Quirites inimicũ edictum,quo minus fretus vobis,veſtrũ ius beneficiũq; defendam.neq; prẽter interceſſionem,quicq̃ audiam.de qua(vt arbitror)iſti ipſi qui minant,etiam atq; etiã qui id liceat,cõſiderabunt.Mea quidẽ ſententia Quirites vnus A.Gabinius belli maritimi,rerũq; geſtarũ Cn.Pompeio aſcribit,propterea q̃ alter, vni id bellum ſuſcipiendũ veſtris ſuffragiis detulit:alter delatum,ſuſceptũq; confecit. Reliquũ eſt vt de Q.Catuli auctoritate,& ſententia dicendũ eſſe videatur:qui cũ ex vobis quęreret,ſi in vno Cn.Pompeio oĩa poneretis,ſi qd de eo factũ eſſet,in quo ſpem eſſetis habituri:cepit magnũ ſuę virtutis fructũ, ac dignitatis, cũ oẽs p̃pe vna voce in eo ipſo vos ſpem habituros eſſe dixiſtis. etem̃ talis eſt vir,vt nulla res tanta ſit,ac tam difficilis,quã ille nõ,& conſilio regere,& integritate tueri,& virtute cõficere poſſit.ſed in hoc ipſo ab eo vehementiſſime diſſentio, q̃ quo minus certa eſt hoĩm,ac minus diuturna vita,hoc magis reſp.dũ p̃r deos immortales licet,frui debet ſummi hoĩs vita, atq; virtute.At em̃ nihil noui fiat cõtra exẽpla,atq; inſtituta maiorũ.Non dico hoc loco,maiores noſtros ſemp in pace conſuetudini,in bello vtilitati paruiſſe: ſemp ad nouos caſus temporũ,nouorũ cõſiliorũ rationes accõmodaſſe:nõ dicã duo bella maxima, Punicũ & Hiſpaniẽ ſe ab vno imperatore eſſe cõfecta:duas vrbes potentiſſimas, quę huic imperio maxime minabant,Carthaginẽ,atq; Numantiã ab eodem Scipione eſſe deletas:nõ cõmemorabo, nuper ita vobis patribuſq; veſtris eſſe viſum,vt in vno C.Mario ſpes imperii poneret, vt idẽ cũ Iugurtha,idẽ cũ Cimbris,idẽ cũ Theutonis bellũ adminiſtraret: in ipſo Cn.Põpeio,in quo noui cõſtitui nihil vult Q.Catulus,q̃ multa ſint noua,ſummaq; Catuli volũtate cõſtituta,recordamini.quid tam nouũ!q̃ adoleſcentulũ priuatum,exercitũ difficili reip.tẽpore conficere!confecit.huic præeſſe!prẽfuit.rẽ optime ductu ſuo gerere!geſſit. quid tam prẽter cõſuetudinem q̃ homini padoleſcẽti, cuius a ſenatorio gradu ętas longe abeſſet,imperiũ,atq; exercitũ dari! Siciliã permitti,atq; Aphricã,bellũq; in ea adminiſtrãdũ!fuit in his p̃uinciis ſingulari innocẽtia,grauitate,virtute:bellũ in Aphrica maximũ cõfecit,victorẽ exercitũ deportauit. qd tã in auditũ! q̃ equitẽ Ro.triũphare!at eã quoq; rẽ populus Ro.nõ modo vidit, ſed etiã ſtudio oĩ viſendã putauit.quid tam inuſitatũ!q̃ vt cũ duo conſules clariſſimi,fortiſſimiq; eſſent,eques Ro.ad bellũ maximum,formidoloſiſſimumq; pro cõſule mitteretur! miſſus eſt. quo quidem

Legari.

Q.Catuli laus.

Ro.in pace conſuetudini,in bello vtilitati paruerunt.

Pōpeius nō p consule sed p consulibus.

tempore,cū esset nō nemo in senatu:qui diceret,nō oportere mitti hominē priuatū pro consule:L.Philippus dixisse dicit:non se illum sua sentētia pro cōsule,sed pro cōsulibus mittere, tanta in eo reipu.bene gerendę spes constituebat:vt duorū consulū munus vnius adolescētis virtuti cōmitteret.quid tam singulare! q̄ vt ex Senatusconsulto legibus solutus,cōsul ante fieret:q̄ vllū aliū magistratū pær leges capere licuisset! quid tā incredibile! q̄ vt iterū eques Ro. ex S.C.triumpharet!quę in oībus hoībus noua,post hominū memoriā constituta sunt, ea tā multa non sunt:q̄ hęc,quę in hoc vno hoīe vidimus.Atq; hęc tot exēpla,tanta,ac tām noua profecta sunt in eundē hominē a Q.Catulo,atq; a cęterorū eiusdē dignitatis amplissimorum hominū auctoritate.quare videāt,ne sit pæriniquū, & non ferendū: illorū auctoritatē de Cn. Pōpęii dignitate a vobis cōprobatā semp esse:vestrū ab illis de eodē homine iudiciū populiq; Ro.auctoritatē improbari:pśertim cū iam suo iure populus Ro.in hoc hoīe suā auctoritatē, vel contra oēs,qui dissentiūt,possit defendere: propterea q; istis reclamātibus vos vnū illum ex oībus delegistis:quē bello p̄donū p̄poneretis.hoc si vos temere fecistis:& reip.parū consuluistis:recte isti studia vestra suis cōsiliis regere conant.sinautē vos plus tum in rep. vidistis: vos his repugnātibus p vosmetipsos dignitatē huic imperio, salutē orbi terrarū attulistis: aliqñ isti principes,& sibi,& cęteris,Populi Ro.vniuersi auctoritati parēdū esse fateant. Atq; in hoc bello Asiatico,& regio,non solū militaris illa virtus,q̄ est in Cn.Pōpęio singularis,sed alię quoq; virtutes animi multę,& magnę requirunt.difficile est in Asia,Cilicia,Syria,regnis interiorū nationū ita versari vestrū imperatorem:vt nihil aliud q̄ de hoste, ac laude cogitet. deinde etiā,si qui sunt pudore ac tēperantia moderatiores: tñ eos tales ꝓpter multitudinem cupidorū hoīm nemo arbitrat.Difficile est dictu Quirites, quāto in odio sum⁹ apud exteras nationes,propter eorū,quos ad eas hoc anno cū imperio misimus,iniurias, ac libidines.quod em̄ fanū putatis in illis terris,nostris magistratib⁹ religiosum!quā ciuitatē sanctā!quā domū satis clausam ac munitā fuisse!vrbes iam locupletes,ac copiosę requirunt:quibus causa belli propter diripiēdi cupiditatē inferat.Libenter hęc corā Q.Catulo,& Q.Hortensio disputarē summis,& clarissimis viris.Nouerūt.n.sociorū vulnera,videt eorū calamitates,querimonias audiunt.Pro sociis vos, cōtra hostes exercitū mittere putatis! an hostiū simulatione contra socios,atq; amicos!quę ciuitas est in Asia!quę nō modo imperatoris,aut legati, sed vnius tribuni militū animos ac spem capere possit!Quare etiā si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse videat,tñ nisi erit idem,qui se a pecuniis sociorū,qui ab eorū cōiugibus,ac liberis,qui ab auro,gazaq; regia,man⁹,oculos,animū cohibere possit:nō erit idoneus:qui ad bellū Asiaticū,regiūq; mittat. Ecquā putatis ciuitatem pacatā fuisse, quæ locupleles sit!ecquā esse locupletem,quę istis pacata esse videat!Ora maritima Quirites Cn. Pompeium non solū propter rei militaris gloriā,sed etiā propter animi continentiā requisiuit.videbat em̄ Populus Ro. nō locupletari quotānis pecunia publica,p̄ter paucos,neq; eos quicq̄ aliud assequi classium noīe,nisi vt detrimentis accipiendis maiore affici turpitudine videremur.nunc qua cupiditate hoīes in prouincias,quibus iacturis,qbus cōditionibus proficiscātur,ignorant videlicet isti,qui ad vnū deferenda esse omnia non arbitrant! quasi vero Cn.Pōpeiū non,cū suis virtutibus,tū etiā alienis vitiis magnū esse videamus. Quare nolite dubitare,quin huic vni credatis oīa,qui inter annos tot vnus inuētus sit,quē socii in vrbes suas cū exercitu veniisse gaudeāt.Qz si auctoritatibus hāc causam Quirites cōfirmandā putatis, est vobis auctor vir bellorū oīm,maximarūq; rerū peritissimus,P.Seruilius:cuius tātę res gestæ terra,mariq; extiterūt,vt cū de bello deliberetis,auctor vobis grauior eē nemo debeat. est C. Curio summis vestris beneficiis,maximisq; reb⁹ gestis,summo ingenio,& prudētia p̄ditus.est Cn.Lentulus,in quo oēs pro amplissimis vestris honoribus summū cōsiliū,summā grauitatē esse cognoscitis.est C.Cassius,integritate,virtute,cōstantia singulari. Quare videte,nū horū auctoritatibus,illorū orationi qui dissentiūt respōdere posse videamur.Quę cū ita sint C.Manili,primū istā tuā & legē,& volūtatē,& sentētiā laudo,vehemētissimeq; cōprobo: deinde te hortor,vt auctore Populo Ro.maneas i sentētia,neve cuiusq̄ vi,aut minas p̄timescas.primū in te satis esse animi cōstantięq; arbitror:deinde cū tantā multitudinē, cū tāto studio adesse videam⁹,quantā nō iterū in eodē hoīe p̄ficiēdo vidimus,qd est!qd aut de re,aut de p̄ficiendi facultate dubitemus!ego aūt,qcqd in me est studii,cōsilii,laboris,ingenii, quicqd hoc beneficio Populi Ro.atq; hac potestate p̄toria,quicquid auctoritate,fide,cōstantia possum,id oē ad hāc rē cōficiēdā tibi,& Populo Ro.polliceor,& defero:testorq; oēs deos,& eos maxīe, q huic

Pompeius Magnus.

Testor Deos.

loco tẽploq̃ pſidẽr: q omniũ mẽtes eoꝝ, q ad Rẽp. adeũt, maxime pærſpiciũt: me hoc neq̃ roga tu facere cuiuſq̃, neq̃ quo Cn. Põpei gratiã mihi pær hãc cauſam conciliari putẽ, neq̃ quo mihi ex cuiuſq̃ amplitudine, aut pſidia pæriculis, aut adiumenta honoribus quęrã: propterea q̃ pærícula facile, vt hominẽ pſtare oportet, innocentia tecti pellemus: honorẽ autẽ, neq̃ ab vno, neq̃ ex hoc loco, ſed eadẽ noſtra illa laborioſiſſima ratione vitæ, ſi veſtra volũtas feret, conſequemur. Quãobrẽ quicquid in hac cauſa mihi ſuſceptũ eſt Quirites, id omne me Reip. cauſa ſuſcepiſſe confirmo: tãtũq̃ abeſt, vt aliquã bonã gratiã mihi quęſiſſe videar: vt multas etiam ſimultates partim obſcuras, partim apertas, intelligam, mihi nõ neceſſarias, vobis nõ inutiles ſuſcepiſſe. ſed ego me hoc honore prędítũ, tantis veſtris beneficiis affectum, ſtatui Quirites veſtram volũtatem, & Reipublicę dignitatem, & ſalutem prouinciarum, atq̃ ſociorum, meis omnibus commodis, & rationibus præferre oportere.

PRO A. CLVENTIO HABITO. ORATIO. XIIII.

Accuſatoris duæ partes.

ANIMADVERTI Iudices, omnem accuſatoris orationem, in duas diuiſam eſſe partes. quarum altera mihi niti, & magnopere cõfidere videbatur, inuidia iam inueterata iudicii Iuniani: altera tãtũmodo cõſuetudinis cauſa timide, & diffidẽter attingere ratione veneficii criminũ, qua de re lege eſt hæc q̃ſtio conſtituta. Itaq̃ mihi certũ eſt hanc eãdẽ diſtributionẽ, inuidię, & criminũ, ſic in defenſione ſeruare: vt oẽs intellígãr, nihil me nec ſubterfugere voluiſſe reticẽdo, nec obſcurare dicẽdo. Sed cũ cõſidero quomodo mihi ĩ vtraq̃ re ſit elaborandũ: altera pars, q̃ ꝓpria eſt iudicii veſtri, & legitimæ veneficii quęſtionis, ꝓ mihi breuis, & nõ magnæ in dicẽdo cõtẽtionis fore vídetur, altera autẽ, quę procul a iudicio remota eſt, quę concionibus ſeditioſe concitatis accõmodatior eſt, q̃ tranquillis, moderatiſq̃ iudiciis: proſpicio quãtũ in agẽdo difficultatis, & quantũ laboris ſit habitura, ſed in hac tãta difficultate, illa me res tũ Iudices conſolaẽ, q̃ vos de críminíbus ſic audire conſueuiſtis, vt eoꝝ omnẽ diſſolutionẽ ab oratore q̃ratis: vt nõ exiſtimetis plus vos ad ſalutẽ reo largíri oportere, q̃ quantũ defenſor purgandis criminibus conſeq̃, & dicẽdo ꝓbare potuerit. De inuidía autẽ ſic inter vos diſceptare debetis, vt nõ quid dicatur a nobis, ſed q̃d oporteat dici, cõſideretis. Agitur eñ in criminibus, A Cluentii ꝓpriũ pericũlũ: in inuídia, cauſa cõmunis. Quãobrẽ alterã ptẽ cauſæ ſic agemus, vt vos doceamus, alterã ſic, vt oremus. in altera diligẽtia veſtra nobis adiũgẽda eſt; in altera fides imploranda. nemo eſt eñ q̃ inuidię ſine veſtro, ac ſine tal̃ũ virorꝝ ſubſidio poſſit reſiſtere. Eqdẽ q̃d ad me attinet, quo me vertã neſcio, negẽ fuiſſe illã infamiã iudicii corrupti: negẽ illã rẽ agitatã in cõcionibus: iactatã in iudiciis: cõmemoratã in Senatu: euellam ex animís hominũ tãtã opinionẽ: tã penitus inſitã: tã vetuſtã: nõ eſt noſtri ingenii, veſtri auxilii eſt Iudices, huius innocẽtię, ſic in hac calamitoſa fama, quaſi in aliqua pernicioſiſſima flãma, atq̃ in cõmuni incẽdio ſubuenire. etenim ſicut aliis in locis parũ firmamẽti, & parũ viriũ falſitas habet: ſic in hoc loco falſa inuidía imbecilla eſſe debet. domineť in cõcionibus: iaceat in iudiciis. valeat in opinionibus, ac ſermonibus imperitorꝝ: ab ingeniis prudẽtiũ repudietur. vehementes habeat repẽtínos impetus: ſpatio interpoſito, & cauſa cognita, cõſeneſcat. deniq̃ illa definitio iudicioꝝ æquoꝝ, quę nobis a maioribus tradita eſt, retineatur, vt in iudiciis, & ſine inuídia culpa plectaẽ, & ſine culpa inuídia ponaẽ. Quãobrẽ a vobis iudices, anteq̃ de ipſa cauſa dícere incípio, hoc poſtulo. primũ id q̃d æquiſſimũ eſt: vt ne quid huc ꝑiudicati affera tis. etenim nõ modo auctoritatẽ, ſed etiã nomẽ iudicũ amittemus, niſi hic ex ipſis cauſis iudicabimus, ac ſi ad cauſas iudícia iã facta domo deferemus. deinde ſi quã opinionẽ iã veſtris mẽtibus comꝑhẽdiſtis: ſi eã ratio cõuellet, ſi ratio labefactabit, ſi deniq̃ veritas extorquebit, ne repugnetis, eãq̃ animís veſtris aut libẽtibus, aut equis remittatis. tũ aũt cũ ego vnaquaq̃ de re dícam, & diluã, ne ipſi quę cõtraria ſunt, taciti cogitationi veſtrę ſubiiciatis, ſed ad extremũ expectetis, & me meũ dicẽdi ordinẽ ſeruare patiamini. cũ peroratũ fuerit: ſi qd erit pręteritũ, animo requiratis. Ego me Iudices ad eã cauſam accedere, quę iã p annos octo continuos ex cõtraría pte auditur: atq̃ ipſa opinione hominũ tacita, propę cõuicta atq̃ damnata ſit: facile intellígo. ſed ſi q̃s mihi deus veſtrã ad me audiẽdũ beneuolentiã cõciliarit, efficiã profecto, vt intelligatis, níhil eſſe homini tã timendũ, q̃ inuidiã: níhil innocẽti ſuſcepta inuidía tã optandũ, q̃ æquũ iudiciũ, ꝓ in hoc vno deniq̃ falſę infamię finis aliquis, atq̃ exitus reperiaẽ.

Iudicíorũ æquorũ definitio.

Pręiudicatum.

Inuídia timenda.

Oratio

Quãobrẽ magna me ſpes tenet,ſi ea quæ ſunt in cauſa,explicare,atq; omnia dicendo cõſequi potuero,hunc locũ,conſeſſumq; veſtrũ,quẽ illi horribilẽ A.Cluentio,ac formidoloſum fore putauerunt,eum tandẽ eius fortunæ miſeræ,multũq; iactatę portum, ac pærfugiũ futurum. Tametſi pærmulta ſunt,quæ mihi anteq̃ de cauſa dicam, de cõmunibus inuidiæ pericu lis dicenda eſſe videantur,tamen ne diutius oratione mea ſuſpenſa expectatio veſtra teneatur,aggrediar ad crimen cũ illa deprecatione Iudices,qua mihi ſæpius vtendũ eſſe intelligo, ſic vt me audiatis,quaſi hoc tempore hæc cauſa primũ dicatur,ſicuti dicitur:non quaſi ſępe iã dicta,& nũq̃ probata ſit. hodierno enim die primũ veteris iſtius criminis diluendi poteſtas eſt data:ante hoc tẽpus error in hac cauſa,atq; inuidia verſata eſt.Quãobrẽ,dũ multorũ annorũ accuſationi breuiter,dilucideq; reſpondeo,quæſo vt me Iudices,ſicuti facere inſtituiſtis, benigne,attenteq; audiatis. Corrupiſſe dicit A.Cluẽtius iudiciũ pecunia,quo inimicũ ſuũ innocentẽ Stathiũ Albiũ cõdemnaret. oſtẽdã Iudices primũ,quoniã caput illius atrocitatis,atq; inuidię fuit,innocẽtẽ pecunia circũuentũ: neminẽ vnq̃ maioribus criminibus,grauioribus teſtibus eſſe in iudiciũ vocatũ.deinde ea de eo piudicia eſſe facta ab ipſis iudicibus,a qbus cõdemnatus eſt,vt nõ modo ab iiſdẽ,ſed ne ab aliis qdẽ vllis,abſolui vllo modo poſſet.Cũ hæc docuero,tũ illud oſtendã,qd̃ maxime requiri intelligo, iudiciũ illud pecunia eſſe tentatũ, nõ a Cluentio,ſed cõtra Cluentiũ:faciãq; vt intelligatis in tota illa cauſa, quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit,qd inuidia cõflarit. Primũ igitur illud:ex quo itelligi poſſit,debuiſſe Cluentiũ magnope cauſæ confidere,q; certiſſimis criminibus & teſtibus fretus ad accuſandũ deſcenderit.Hoc loco faciẽdũ mihi Iudices eſt,vt vobis breuiter illa, qbus Albius condẽnatus eſt,crimina exponã.Abs te pæto Oppianice,vt me inuitũ de patris tui cauſa dicere exiſtimes,adductũ fide,atq; officio defenſiõis. etenĩ tibi ſi ĩ pſentia ſatisfacere nõ potuero,tũ multę mihi ad ſatisfaciẽdũ reliquo tẽpore facultates dabũtur.Cluẽtio niſi nũc ſatisfecero,poſtea mihi ſatisfaciendi poteſtas nõ erit. ſimul & illud quis eſt,q dubitare debeat! cõtra damnatũ, & mortuũ,p incolumi,& viuo dicere! cũ illi,in quẽ dicit,damnatio omne ignominiæ periculũ iam abſtulerit,mors vero etiã doloris.huic autẽ,pro quo dicit,nihil poſſit offenſionis accedere ſine acerbiſſimo animi ſenſu,ac dolore,& ſine ſummo dedecore vitæ, ac turpitudine. Atq; vt intellígatis Cluentiũ nõ accuſatorio animo,nõ oſtẽtatione aliqua, aut gloria adductũ,ſed nefariis iniuriis,quotidianis ĩſidiis, ppoſito ante oculos vitę piculo,nomẽ Oppianici detuliſſe,paulo lõgius exordiũ rei demonſtrãdę repetã. qd̃ q̃ſo Iudices ne moleſte patiamini. principiis em̃ cognitis,multo facilius extrema ĩtelligetis. A.Cluentius Habitus fuit,pater huiuſce Iudices,homo nõ ſolũ municipii Larinatis,ex quo erat,ſed etiã regionis illius,& vicinitatis,virtute,exiſtimatione,nobilitate facile princeps.Is cũ eſſet mortuus Sylla,& Põpęio Conſſ.reliqt hũc annos.XV.natũ:grãdẽ aũt, & nubilẽ filiã:q̃ breui tẽpore poſt patris mortẽ nupſit A.Aurio Melino cõſobrino ſuo,adoleſcẽti ĩ primis,vt tũ habebat,inter ſuos,& honeſto,& nobili.Cũ eſſent hę nuptię plenę dignitatis,plenę cõcordię,repente eſt exorta mulieris importunę nefaria libido,nõ ſolũ dedecore,verũ etiã ſcelere cõiũcta. Nã Saſſia mater huius Habiti,mater em̃ a me nominis cauſa,tãetſi in hũc hoſtili odio,& crudilitate eſt, mater iquã appellabitur : neq; vnq̃ illa ita de ſuo ſcelere,& immanitate audiet, vt naturę nomẽ amittat. Quo em̃ eſt ipm nomẽ amantius,indulgẽtiuſq; maternũ,hoc illius matris,q̃ multos iã annos & nunc cũ maxime filiũ interfectũ cupit,ſingulare ſcelus maiore odio dignũ eſſe ducetis.Ea igit mater Habiti, Melini illius adoleſcẽtis generi ſui,contra q̃ fas erat,amore capta,primo, neq; id ipm diu,quoquo modo poterat,in illa cupiditate cõtinebatur.deinde ira flagrare cœpit amẽtia,ſic inflãmata ferri libidine,vt eã nõ pudor,nõ pudicitia,nõ pietas,nõ macula familiæ,nõ hominũ fama,nõ filii dolor,nõ filiæ mœror,a cupiditate reuocaret. animũ adoleſcentis nõdũ conſilio,ac ratione firmatũ,pellexit iis oĩbus rebus,quibus illa ætas capi,ac deliniri poteſt:filia q̃ nõ ſolũ illo cõmuni dolore muliebri in eiuſmodi viri iniuriis angeret, ſed nefariũ matris pellicatũ ferre nõ poſſet,de quo ne queri quidẽ ſine ſcelere ſe poſſe arbitraret,cęteros ſui tãti mali ignaros eſſe cupiebat:in huius amantiſſimi ſui fratris manibus, & gremio, mœrore & lachrymis cõſeneſcebat.Ecce autẽ ſubitũ diuortiũ, qd̃ ſolatiũ malorũ omniũ fore videbat.diſcedit a Melino Cluẽtia,vt in tãtis iniuriis,nõ inuita:vt a viro,nõ libẽter.Tũ vero illa egregia,ac pclara mater palã exultare lętitia,ac triũphare gaudio cœpit,victrix filię, nõ libidinis.Itaq; diutius ſuſpitionibus obſcuris lędi famã ſuã noluit:lectũ illũ genialem, quem biennio ante,filiæ ſuę nubenti ſtrauerat,in eadem domo ſibi ornari,& ſterni,expulſa,atq; ex

Coniuncta dedecore & ſcelere.

Mater.

Pellicatus.

turbata filia iubet. nubit genero socrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis ominibus omniũ. O mulieris scelus incredibile: & p̃ter hãc vnã in omni vita inauditũ. O libidinẽ effrenatã, & indomitã. O audaciã singularẽ, non timuisse, si minus vim deorũ, hominũq; famã, at illam ipsam noctẽ, facesq; illas nuptiales? nõ limen cubiculi? nõ cubile filię? non parietes denique ipsos supĕriorũ testes nuptiarũ? perfregit, ac prostrauit omnia cupiditate, ac furore: vicit pudorẽ libido, timorẽ audacia, rõnẽ amẽtia. Tulit hoc cõmune dedecus iã familię, cognationis, nominis, grauiter filius. augebatur aũt eius molestia, quotidianis q̃rimoniis, & assiduo fletu sororis. Statuit tñ nihil sibi in tãtis iniuriis, ac tanto scelere matris, grauius faciẽdũ, q̃ vt illa matre ne vteretur. ne, quã videre sine summo animi dolore non poterat: ea si matre vteret, non solũ videre, sed etiã probare suo iudicio putaret. Initiũ qđ huic cũ matre fuerit simultatis, audiuistis, pertinuisse hoc ad causam, tunc cũ reliqua cognoueritis, intelligetis. Nã illud me nõ p̃terit: cuiusmodi cũq; mater sit, tamẽ in iudicio filii de turpitudine parentis dici vix oportere. non essem ad vllã causam idoneus Iudices, si hoc qđ in cõmunibus hominũ sensib⁹ atq; in ipsa natura positũ, atq; infixũ est: id ego, cũ ad amici p̃icula depellenda adhiberer, nõ viderẽ. facile intelligo nõ modo reticere homines parentũ iniurias, sed etiã animo æquo ferre oportere. Sed ego ea q̃ ferri possunt, ferenda: q̃ taceri, tacenda esse arbitror. nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius: nullũ p̃iculũ mortis adiit: nihil mali timuit: qđ non totũ a matre esset cõflatũ, & p̃fectũ. Quę hoc tẽpore fileret oĩa: atq; ea si obliuione nõ posset, tñ taciturnitate sua tecta esse patereť. sed ea vero sic agit: vt prorsus reticere nullo modo possit. Hoc em̃ ipm̃ iudiciũ, hoc p̃iculũ, illa accusatio, oĩs testiũ copia, q̃ futura est, a matre initio est adornata: a matre hoc tẽpore instruit: atq; oĩbus eius opibus, & copiis cõparat. ipsa denique nuper huius opprimendi causa Romã aduolauit. pręsto est mulier audax, pecuniosa, crudelis: instituit accusatores: instituit testes: squalore huius & sordibus lætatur: exitiũ exoptat: sanguinẽ suũ profundere omnẽ cupit, dũmodo profusum huius ante videat. hæc nisi oĩa p̃spexeritis in causa, temere a nobis illã appellari putatote. sin aut̃ ecũt & apta, & nefaria, Cluẽtio ignoscere debetis, q̃ hæc a me dici patiat: mihi ignoscere nõ deberetis, si tacerẽ. Nũc iam summa tim exponã, quibus criminibus Oppianicus damnatus sit: vt & cõstantiã A. Cluentii, & ratio nẽ accusationis p̃spicere possitis. Ac primũ causa accusandi q̃ fuerit, ostẽdã, vt id ipsum A. Cluentiũ vi & necessitate coactũ feciſſe videatis. Cũ manifesto venenũ deph̃edisset, qđ vir matris Oppianicus ei parauisset: & res nõ coniectura, sed oculis, ac manibus tenereť, neq; in causa vlla dubitatio posset esse: accusauit Oppianicũ, q̃ cõstãter, & q̃ diligẽter, postea dicam: nũc hoc scire vos volui, nullã huic aliã accusandi cãm fuisse, nisi vti ꝓpositũ vitæ p̃iculũ, & quotidianas capitis insidias hac vna ratione vitaret. Atq; vt intelligatis his accusatũ esse crimínibus Oppianicũ, vt neq; accusator timere, neq; reus sperare debuerit, pauca vobis illi⁹ iudicii crimina exponã. quibus cognitis nemo vestrũ mirabit, illũ diffidẽtẽ rebus suis ad Stalenũ, atq; ad pecuniã cõfugisse. Larinas q̃dã fuit Dinea, Socrus Oppianici, q̃ filios habuit M. & Numeriũ Aurios, & Cn. Magiũ, & filiã Magiã, nuptã Oppianico. M. Aurius adolescẽtulus bello Italico captus apud Asculũ, in Q. Sergii Senatoris eius, q inter sicarios dãnatus est, manus incidit, & apud eũ fuit in ergastulo. Numerius aũt Aurius frater mortuus est, hęredẽ q; Cn. Magiũ fratrẽ suũ reliquit. postea Magia vxor Oppianici mortua est. postremo vnus q reliquus erat Dineę filius, Cn. Magius est mortuus. is fecit hæredẽ illũ adolescẽtẽ Oppianicũ sororis suę filiũ, eũq; partiri cũ Dinea matre iussit. interim venit index ad Dineã neq; obscurus, neq; incertus, q nũciaret ei filiũ eius M. Auriũ viuere, & ĩ agro Gallico esse in seruitute. Mulier amissis liberis, cũ vni⁹ filii recuperãdi spes esset ostẽtata, oẽs suos ꝓpinquos, filiiq; sui necessarios cõuocauit, & ab his flens petiuit, vt negotiũ susciperẽt, adolescẽtẽ inuestigarẽt, sibi restituerẽt eũ filiũ, quẽ tãtũ vnũ ex multis fortuna reliquũ eẽ voluisset. Hęc cũ agere instituisset, oppressa morbo est. itaq; testamẽtũ fecit eiusmodi, vt illi filio. XL. millia legaret, hęredẽ institueret eũdẽ illũ Oppianicũ nepotẽ suũ: atq; his diebus paucis est mortua. ꝓpinqui tñ illi, quẽadmodũ viua Dinea instituerãt, ita mortua illa, ad inuestigãdũ Auriũ cũ eodẽ illo indice in agrũ Gallicũ profecti sunt. Interim Oppianicus, vt erat, sicuti multis ex rebus reperies, singulari scelere, & audacia, per quendã Gallicanũ familiarẽ suũ, primũ illũ indicẽ pecunia corrupit: deinde ipsum Aurium nõ magna iactura facta tollendũ interficiendũq; curauit. Illi aũt qui erant ad propinquũ inuestigandũ, & recuperandũ profecti, literas Larinũ ad Aurios illius adolescentis propinquos, suosq; necessarios mittunt: sibi difficilẽ esse inuestigãdi ratio-

Vicit pudorẽ libido &c.

Cuiusmodicũq;

Parentum iniurię ferendę.

Ergastulũ.

Experiens.

nem,q̄ intelligerent indicem ab Oppianico esse corruptū. Quas literas A.Aurius vir fortis, & experiens,& domi nobilis,M.illius Aurii propinquus,in foro palam,multis audiētibus,cū adesset Oppianicus,recitat:& clarissima voce se nomē Oppianici,si interfectū M. Aurīū cōperisset,delaturū esse testatur.Interim breui tēpore illi,qui erant in agrū Gallicū profecti,Larinū reuertūtur,interfectū esse M.Aurīū renūciant. animi non solū propinquorū, sed etiā oīm Larinatiū odio Oppianici,& illius adolescētis misericordia cōmouentur.Itaq̄ cū A.Aurius, qui antea denūciarat,clamore hominē,ac minis insequi cœpisset,Larino profugit,& se in castra clarissimi viri Q.Metelli contulit.Post illam fugā & sceleris,& conscietię testē,nūq̄ se iudiciis,nūq̄ legibus,nūq̄ inermem inimicis cōmittere ausus est.sed p illam L.Syllę vim,atq̄ victoriā Larinū i summo timore omniū cū armatis aduolauit:quattuor viros,quos municipes fecerāt,sustulit:se a Sylla,& alios pterea tres factos esse dixit:& ab eodē sibi esse imperatū, vt Aurium illū,qui sibi delationē nominis,& capitis periculū ostentarat,& alterū Aurīū,& eius C.filium,& Sex.Virīū,quo sequestre in illo indice corrumpēdo dicebatur esse vsus,proscribēdos,interficiendosq̄ curaret.Itaq̄ illis crudelissime interfectis,nō mediocri ab eo ceteri proscriptiōis, & mortis metu terrebantur.His rebus in causa,iudicioq̄ patefactis,quis est q illū absolui potuisse arbitraretur? Atq̄ hæc parua sunt:cognoscite reliqua,vt nō aliquando condemnatū esse Oppianicū,sed aliquādiu incolumē fuisse miremini.Primū videte hominis audaciā,Sassiam in matrimoniū ducere Habiti matrē,illā,cuius virū A.Aurīū occiderat,cōcupiuit.vtrū impudentior hic, qui postulet:an crudelior illa,si nubat,difficile dictu est. sed tū vtriusq̄ humanitatē,cōstantiāq̄ cognoscite.petit Oppianicus,vt sibi Sassia nubat, & id magnopere cōtendit.illa autē nō admiratur audaciā,nō impudentiā aspernatur, nō denīq̄ illam Oppianici dexterā,viri sui sanguine redūdantē reformidat. sed q̄ haberet tres ille filios,idcirco se ab his nuptiis abhorrere respondit.Oppianicus,qui pecuniā Sassiæ cōcupiuisset,domo sibi q̄rendū remediū existimauit ad eā morā,quæ nuptiis afferebatur. Nā cū haberet ex

Theanū Apulū.

Nouia infantē filiū:alter autē eius filius Pappia natus, Theani Apulī,qđ abest a Larino decē & octo millia passuū,apud matrē educaretur: accersit subito sine causa puerū Theano,qđ facere nisi ludis publicis,aut festis diebus antea non solebat.Mater nihil mali misera suspicans mittit.Ille se Tarentum proficisci cū simulasset,eo ipso die puer,cū hora vndecima in publico valens visus esset,ante noctē mortuus,& postridie,anteq̄ luceret,combustus est. atq̄ hūc tantū mœrorem matri prius hominū rumor,q̄ quisq̄ ex Oppianici familia nūciauit.Illa cum vno tēpore audisset sibi nō solū filiū,sed etiā exequiarū munus ereptū,Larinū cōfestim exanimata venit,& ibi de integro funus iam sepulto filio fecit. Dies nōdū decē interceserant, cū ille alter filius infans necatur.Itaq̄ nubit Oppianico continuo Sassia lętāti iam animo,& spe optima confirmata.nec mirū,quę se nō nuptialibus donis, sed filiorū funeribus delinitā videret.Itaq̄ qđ cæteri propter liberos pecunię cupidiores solent esse,ille propter pecuniā liberos amittere iucūdum esse duxit.Sentio Iudices vos pro vestra humanitate his tantis sceleribus breuiter a me demōstratis,vehementer esse cōmotos. quo tandē igitur animo fuisse illos arbitramini,quibus his de rebus nō modo audiendū fuit,verū etiā iudicandū? Vos auditis de eo,in quē Iudices nō estis,de eo quē nō videtis,de eo quē odisse iam nō potestis,de eo qui &

Naturę satisfecit.

naturæ,& legibus satisfecit,quē leges exilio,natura morte mulctauit: auditis nō ab inimico, auditis sine testibus,auditis cū ea, quæ copiosissime dici possunt,breuiter a me strictimq̄ dicūtur.Illi audiebāt de eo,de quo iurati sentētias ferre debebāt:de eo cuius p̄sentis nefariū,& conscelerati vultū intuebātur:de eo quē oderant propter audaciā,de eo quē omni supplicio dignū esse ducebāt:audiebāt ab accusatoribus,audiebāt verba multorū testiū, audiebāt cum vnaquaq̄ de re a P.Cannutio homine eloquētissimo grauiter,& diu diceretur. & est quisq̄, qui cū hęc cognouerit,suspicari possit Oppianicū iudicio oppressum, & circūuētū esse innocentē? Aceruatim iam reliqua Iudices dicā,vt ad ea q̄ ppria huius causæ,& adiūctiora sunt, perueniā. Vos quęso memoria teneatis,non mihi hoc esse propositū,vt accusem Oppianicū mortuū,sed cū hoc psuadere vobis velim,iudiciū ab hoc nō esse corruptū, hoc vti initio ac fundamēto defensionis:Oppianicū hominē sceleratissimū,& nocentissimū,esse damnatū: qui vxori suę Cluentię,quæ amita huius Habiti fuit,cū ipse poculū dedisset,subito illa in media potione exclamauit,se maximo cū dolore mori,nec diutius vixit,q̄ locuta est.nā in ipso sermone hoc,& vociferatione mortua est. & ad hac mortē tā repentinā,vocēq̄ moriētis,omnia pręterea,quæ solent esse indicia,& vestigia veneni,in illius mortuę corpore fuerūt.eodemq̄

veneno C.Oppianicũ fratrẽ necauit,neq; eſt hoc ſatis:tãetſi in ipſo fraterno parricidio nullũ ſcelus ptermiſſum videt:tñ vt ad hoc nefariũ facinus accederet, aditũ ſibi aliis ſceleribus an te muniuit.Nã cũ eſſet grauida Auria fratris vxor,& iã appropinquare partus videret,mu lierẽ veneno interfecit,vt vna illa,& qđ erat ex fratre conceptũ,necaretur . poſtea fratrẽ ag greſſus eſt. qui ſero iã exhauſto illo poculo mortis,cũ & de ſuo,& de vxoris interitu clama ret,teſtamẽtũq; mutare cuperet,in ipſa ſignificatione hui⁹ volũtatis,eſt mortuus.ita mulierẽ ne ptu eius ab hęreditate fraterna excluderet,necauit. fratris aũt liberos pri⁹ vita priuauit, q̃ illi hãc ab natura ꝓpriã lucẽ accipe potuerũt:vt oẽs intelligerẽt nihil ei clauſum,nihil ſan ctũ eſſe poſſe,cuius ab audacia fratris liberos ne materni qdẽ corporis cuſtodia tegere potu iſſet.Memoria teneo Mileſiã quãdã mulierẽ,cũ eſſem ĩ Aſia,q; ab hęredib⁹ ſecũdis accepta pe cunia partũ ſibi ipſa medicamẽtis abegiſſet,rei capitalis eſſe dãnatã. neq; iniuria: q̃ ſpem pa rẽtis,memoriã nominis,ſubſidiũ generis,hęredẽ familię,deſignatũ Reip.ciuẽ ſuſtuliſſet. Quã to eſt Oppianicus in cadẽ iniuria maiore ſupplicio dignus! ſiqdẽ illa cũ ſuo corpori vim at tuliſſet,ſe ipſam cruciauit. hic aũt idẽ illud effecit p alieni corporis mortẽ,atq; cruciatũ.Cæ teri nõ videnẽ in ſingulis hoĩbus multa parricidia ſuſcipere poſſe: Oppianicus inuẽtus eſt,q in vno corpore plures necaret.Itaq; cũ hãc eius cõſuetudinẽ,audaciãq; cognoſceret auũcu lus illius adoleſcẽtis Oppianici,Cn.Magius:iſq; graui morbo affectus eſſet,& hæredẽ illũ ſo roris ſuæ filiũ faceret:amicis adhibitis pſente matre ſua Dinea vxorẽ ſuã interrogauit, eſſet ne pręgnans! quæ cũ ſe eſſe reſpõdiſſet,ab ea pętiuit,vt ſe mortuo apud Dineã,quę tũ ei mu lieri ſocrus erat,quoad pareret,habitaret:diligẽtiãq; adhiberet,vt id qđ cõceperat,ſeruaret, vt ſaluum parere poſſet.itaq; ei teſtamento legat grandem pecuniã a filio, ſi qui natus eſſet: ab ſecũdo hęrede,nihil legat.Quid de Oppianico ſuſpicatus ſit,videtis. qd iudicarit,obſcu rũ nõ eſt.nã cũ eius filiũ faceret hęredẽ,eũ tutorẽ liberis nõ adſcripſit.Quid Oppianicus fece rit cognoſcite,vt illũ Magiũ intelligatis lõge animo proſpexiſſe moriẽtẽ. Quę pecunia mulie ri legata erat a filio,ſi q natus eſſet,eã pſentẽ Oppianicus nõ debitã mulieri,ſoluit:ſi hęc ſo lutio legatoꝝ,& nõ merces abortionis appellanda eſt. Quo illa pcio accepto,multiſq; pterea muneribus,quę tũ ex tabulis Oppianici recitabãtur,ſpem illã,quã in aluo cõmendatã a viro cõtinebat,victa auaritia ſceleri Oppianici vendidit. Nihil poſſe iam ad hãc improbitatẽ ad di videtur . attendite exitũ:quæ mulier obteſtatione viri decẽ illis menſibus ne domũ qdem vllam,niſi ſocrus ſuæ noſſe debuit,hæc quinto menſe poſt viri mortẽ,ipſi Oppianico nupſit. quæ nuptię nõ diuturnę fuerũt.erãt enim nõ matrimonii dignitate,ſed ſceleris ſocietate cõ iũctæ.Quid illa cędes Aſinii Larinatis,adoleſcentis pecunioſi,q̃ clara,cũ recens fuit! q̃ omniũ ſermone celebrata!Fuit Aiulius quidã Larinas perdita nequitia,& ſumma egeſtate,arte quã dam pditus ad libidines adoleſcentulorũ excitandas accõmodata:qui vt ſe blãditiis,& aſſen tationibus in Aſinii cõſuetudinẽ penitus immerſit,Oppianicus cõtinuo ſperare cœpit hoc ſe Aiulio,tãq; aliqua machina admota, capere Aſinii adoleſcentiã,& fortunas eius patrias expu gnare poſſe.Ratio excogitata Larini eſt,res tranſlata Romã,iniri em̃ id cõſiliũ facilius in ſoli tudine,pficere rẽ eiuſmodi cõmodius in turba poſſe arbitrati ſunt. Aſinius cũ Aiulio Romã eſt pfectus.hos veſtigiis Oppianicus cõſecutus eſt.Iã vt Romæ vixerint,quibus cõuiuiis,q bus flagitiis,quãtis,& q̃ profuſis ſumptibus,nõ modo conſcio, ſed etiã conuiua,& adiutore Oppianico,lõgũ eſt mihi dicere,pręſertim ad alia pparãti.Exitũ huius aſſimulatę familiari tatis cognoſcite.Cũ eſſet adoleſcẽs apud mulierculã quãdã,atq; ibi pnoctaret,& ibi diẽ poſte rũ cõmoraret,Aiulius,vt erat cõſtitutũ,ſimulat ſe ægrotare,& teſtamẽtũ facere velle. Oppia nicus obſignatores ad eũ,q neq; Aſiniũ, neq; Aiuliũ noſſent, adducit,& illũ Aſiniũ appellat. ipſe teſtamẽto Aſinii noie obſignato,diſcedit.Aiulius illico cõualeſcit.Aſinius aũt breui illo tẽpore,quaſi in hortulos iret,in arenarias quaſdã extra portã Eſquilinã pductus,occidit.qui cũ vnũ iã,& alterũ diẽ deſideraret:neq; in his locis,vbi ex cõſuetudine q̃rebatur,inueniret:& Oppianicus in foro Larinatiũ dictitaret,nuper ſe,& ſuos amicos teſtamentũ eius obſignaſſe: liberti Aſinii,& nõnulli amici, q; eo die,quo poſtremũ Aſinius viſus erat,Aiuliũ cũ eo fuiſ ſe,& a multis viſum eſſe cõſtabat,in eũ iuadũt:& hominẽ añ pędes Q.Manilii,q tũ erat Triũ uir,cõſtituũt.atq; ille cõtinuo nullo teſte,nullo iudice,recẽtis maleficii cõſciẽtia perritus,oĩa vt a me paulo ante dicta ſunt,exponit:Aſiniũq; ab ſe,cõſilio Oppianici interfectũ fateť.Extra hitur domo latitans Oppianicus a Manilio,index Aiulius ex altera pte corã teneť.Hic iã qd reliqua q̃ritis!Manliũ plerique noratis, nõ ille honorẽ a pueritia,nõ ſtudia virtutis,nõ vllum

Memoria teneo.

Memoria teneo.

Abortio.

Immerſit ſe in cõſue tudinem.

Pernoctare

Obſignato res.

Arenarię.

existimationis bonę fructum vnq̃ cogitarat,sed ex petulanti,atq; improbo scurra, in discordiis ciuitatis ad eam columnam,ad quã multoꝝ sæpe conuitiis perductus erat, tũ suffragiis populi peruenerat.Itaq; rẽ cũ Oppianico transigit:pecuniã ab eo accipit:causam,& susceptã, & manifestã relinquit.Ac tũ in Oppianici causa,crimen hoc Asinianũ cũ testibus multis, tũ vero indicio Aiulii probabatur.in quo inter allegatos, Oppianici nomen primũ esse constabat,eius quẽ vos miserũ,atq; innocentẽ,falso iudicio circũuentũ esse dicitis.Quid!auiam tuã Oppianice Dineã,cui tu es hęres,pater tuus nõ manifesto necauit!Ad quã cũ adduxisset me dicũ illũ suũ iã cognitũ,& sępe victorẽ,per quẽ interfecerat plurimos, mulier exclamat,se ab eo nullo modo velle curari,quo curãte suos oẽs ꝑdidisset.Tũ repẽte Anconitanũ quendã L. Clodiũ Pharmacopolã circũforaneũ,q casu tũ Larinũ venisset,aggredit,& cũ eo HS.quadringẽtis,id qđ ipsius tabulis tũ est demonstratũ,transigit. L.Clodius,q ꝑperaret,cui fora multa restarẽt,simul atq; introductus est,rẽ conficit.prima potione mulierẽ sustulit. neq; postea Larini punctũ est tẽporis cõmoratus.Eadẽ hac Dinea testamentũ faciente,cũ tabulas prendisset Oppianicus,q gener eius fuisset,digito legata deleuit:& cũ id multis locis fecisset,post mortẽ eius,ne lituris coargui posset,testamẽtũ in alias tabulas trãscriptũ signis adulterinis obsignauit.Multa ꝑtereo consulto. etenĩ vereor,ne hęc ipsa nimiũ multa esse videanť: vos tñ eũ similẽ sui fuisse in cęteris vitę suę partibus existimare debetis. Illũ tabulas publicas Larini cẽ sorias corrupisse Decuriones vniuersi iudicauerũt:cũ illo iã nemo rationẽ,nemo rẽ vllã contrahebat:nemo illũ ex tã multis cognatis, & affinibus tutorẽ vnq̃ liberis suis scripsit: nemo illũ aditu,nemo cõgressione,nemo sermone,nemo cõuiuio dignũ iudicabat,oẽs aspernabanť, oẽs abhorrebant,oẽs vt aliquã immanẽ,ac pernicioſam bestiã,pestẽq; fugiebãt. Hũc tamẽ hominẽ tã audacẽ,tam nefariũ,tã nocentẽ,nũq̃ accusasset Habitus Iudices, si id prætermittere saluo capite suo potuisset.Erat huic inimicus Oppianicus. erat,sed tñ erat vitricus. crudelis,& huic infesta mater,attamen mater. postremo nihil tã remotũ ab accusatione,q̃ Cluentius & natura,& volũtate,& institutа ratione vitę.Sed cũ esset hæc illi ꝑposita conditio, vt aut iuste,pieq; accusaret,aut acerbe,indigneq; moreretur,accusare quoquo modo posset,q̃ illo modo emori,maluit.Atq; vt hęc ita esse perspicere possitis, exponã vobis Oppianici facinus manifesto cõpertũ,atq; deprehẽsum:ex quo simul vtrũq;,& huic accusare, & illũ cõdẽnari necesse fuisse intelligetis. Martiales qdã Larini appellabantur ministri publici Martis,atq; ei deo veteribus institutis religionibusq; Larinatiũ cõsecrati . quoꝝ cũ satis magnus numerus esset:cũq; itẽ vt in Sicilia permulti Venerei sunt,sic illi Larini in Martis familia numerarentur:repẽte Oppianicus eos oẽs liberos esse,ciuesq; Ro.cœpit defendere.Grauiter id Decuriones Larinatiũ,cũctiq; municipes tulerũt.itaq; ab Habito petiuerunt,vt eã causam susciperet, publiceq; defenderet.Habitus cũ se ab omni eiusmodi negotio remouisset,tñ pro loco,ꝑ antiquitate generis sui, pro eo q; se nõ solũ suis cõmodis, sed etiã suoꝝ municipũ, cæterorũq; necessarioꝝ natũ esse arbitrabatur,tantę volũtati vniuersoꝝ Larinatium deesse noluit. suscepta causa,Romãq; delata,magnę quotidie cõtẽtiones inter Habitũ & Oppianicũ ex vtriusq; studio defensionis excitabãtur.Erat ipse immani acerbaq; natura Oppianicus,incẽdebat eius amentiã infesta atq; inimica filio mater Habiti.magni aũt illi sua interesse arbitrabãtur, hũc a causa Martialiũ dimouere.Suberat etiã alia causa maior, quæ Oppianici hominis auaritiæ,atq; audacissimi mentẽ maxime cõmouebat.Nã Habitus vsq; ad illius iudicii tẽpus,nullũ testamentũ vnq̃ fecerat:neq; eñ legare eiusmodi matri,poterat in animũ inducere,neq; testamento nomẽ omnino ꝑtermittere parentis.Id cũ Oppianicus sciret,(neq; eñ erat obscurũ) intelligebat Habito mortuo,bona eius oĩa ad matrẽ esse vẽtura: quæ ab sese postea,aucta pecunia maiore ꝑmio,orbata filio minore ꝑriculo,necaret.Itaq; his rebus incẽsus,qua ratione Habitũ veneno tollere conatus sit cognoscite. C.& L.Fabritii fratres gemini fuerũt ex municipio Aletrinate,hoĩes inter se,cũ forma, tũ moribus similes, municipũ aũt suoꝝ dissimillimi:in qbus quãtus splẽdor sit,q̃ ꝑpæ æquabilis,q̃ fere oĩm cõstãs & moderata ratio vitę, nemo vestrũ,vt mea fert opinio,ignorat.his Fabritiis semp vsus est Oppianicus familiarissime. Iã hoc fere scitis oẽs,quãtã vim habeat ad cõiũgẽdas amicitias studioꝝ, ac naturæ similitudo. cũ illi ita viuerẽt, vt nullũ quęstũ turpẽ esse arbitrarenť:cũ oĩs ab his fraus,oẽs insidię circũscriptionesq; adolescẽtiũ nascerenť:cũq; essent vitiis,atq; improbitate oĩbus noti:studiose vt dixi,ad eoꝝ se familiaritatẽ multis iã ante annis Oppianicus applicarat . Itaq; tũ sic statuit, per C.Fabritiũ (nã L.erat mortuus) insidias Habito cõparare.Erat illo tẽpore infirma vale-

Circũforaneus.

Punctum tẽporis.

Abhorrebant.

Martiales.

Fratres gemini.

Similitudo studiorũ ac naturę cõiũgũt amic.

tudine Habitus, vtebat aũt medico ignobili, sed spectato hoie Cleophanto: cuius seruũ Diogenẽ Fabritius ad venenũ Habito dãdũ spe, & pcio sollicitare cœpit. seruus nõ incallidus, sed vt ipsa res declarauit, frugi, atq; integer, sermonẽ Fabritii nõ est aspernatus: rẽ ad dominũ detulit. Cleophantus autẽ cũ Habito est locutus. Habitus aũt statim cũ M. Bebrio Senatore familiarissimo suo cõmunicauit: q qua fide, qua prudẽtia, qua dignitate fuerit, meminisse vos arbitror: ei placuit vt Diogenẽ Habitus emeret a Cleophanto, quo facilius, aut comphẽderetur res, eius indicio, aut falsa esse cognosceret. Ne multis, Diogenes emitur. venenũ diebus paucis, multi viri boni cũ ex occulto interuenissent, pecuniaq; obsignata, quę ad eã rẽ dabat, in manibus Scamandri liberti Fabritiorũ dephẽditur. Pro' dii immortales, Oppianicũ quisq; his rebus cognitis, circũuentũ dicit esse! Quis vnq; audacior! quis nocentior! quis apertior in iudiciũ adductus est! Qđ ingeniũ! quæ facultas dicẽdi! quæ a quoq; excogitata defensio huic vni crimini potuit obsistere! Simul & illud, quis est qui dubitet, quin hac re compærta, manifestoq; dephensa, aut obeunda mors Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit! Satis esse arbitror demonstratũ Iudices, iis criminibus accusatũ esse Oppianicum, vt honeste absolui nullo modo potuerit. Cognoscite nũc ita reum citatũ esse illũ, vt re semel, atq; iterũ piudicata, cõdemnatus in iudiciũ venerit. Nã Cluentius Iudices primũ nomẽ eius detulit, cuius in manibus venenũ dephẽderat: is erat libertus Fabritiorũ Scamander. integrũ consiliũ, iudicii corrupti nulla suspitio: simplex in iudiciũ causa, certa res, vnũ crimen allatũ est. Hic tũ Fabritius is, de quo ante dixi, qui liberto damnato sibi illud impẽdere periculũ videret, q mihi cũ Aletrinatibus vicinitatẽ, & cũ plerisq; eor magnũ vsum esse sciebat, frequentes eos ad me domũ adduxit. Qui q̃q̃ de homine, sicut necesse erat, existimabant: tamẽ q erat ex eodẽ municipio, suæ dignitatis esse arbitrabãtur, eũ quibus rebus possent defendere: idq; a me vt facerem, & vt causam Scamandri suscipere, petebant. in qua causa patroni omne periculum cõtinebatur. Ego qui neq; illis talibus viris, ac tã amantibus mei rem possem vllã negare: neq; illud crimẽ tantũ, ac tã manifestũ esse arbitrarer, sicut nec illi quidẽ ipsi, qui mihi tum illã causam cõmẽ dabant, arbitrabãtur: pollicitus iis sum, me omnia, quæ vellẽt, esse facturũ. Res agi cœpta est, citatus est Scamander reus: accusabat P. Cãutius homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus: accusabat autẽ ille Scamandrũ verbis tribus, venenũ esse dephensum. omnia tela totius accusationis in Oppianicũ coniiciebãtur, aperiebatur causa insidiarũ, Fabritioq; familiaritas cõmemorabatur, hominis vita, & audacia proferebatur: deniq; omnis accusatio varie, grauiterq; tractata ad extremũ manifesta veneni dephensione concluſa est. Hic ego cũ ad respondendũ surrexi, qua cura dii immortales, qua sollicitudine animi, quo timore! Semp eq dem magno cũ metu incipio dicere: quotiescũq; dico, toties mihi videor in iudiciũ venire, nõ ingenii solũ, sed etiã virtutis, atq; officii: ne aut id profiteri videar, qđ nõ possim implere, qđ est impudentię: aut id non efficere qđ possim, qđ est aut perfidię, aut negligentię. Tũ vero ita sum perturbatus, vt omnia timerẽ: si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer. Collegi me aliquãdo, & ita cõstitui, fortiter esse agendũ: illi ætati, qua tum erã, solere laudi dari, etiam si in minus firmis causis hominũ periculis nõ defuissem. itaq; feci, sic pugnaui, sic omni ratione cõtendi, sic ad omnia confugi, quãrũ ego assequi potui, remedia, ac perfugia causarũ, vt hoc qđ timide dicã, cõsecutus sim, ne quis illi causæ patronũ defuisse arbitraretur. sed vt † quicq; ego apphenderã, statim accusator extorquebat e manibus. si quęsierã an inimicitię Scamandro cum Habito! fatebatur nullas fuisse: sed Oppianicũ, cuius ille minister fuisset, huic inimicissimũ fuisse, atq; esse, dicebat. Sin autẽ illud egeram, nullũ ad Scamandrũ morte Habiti venturũ emolumẽtũ fuisse, cõcedebat, sed ad vxorem Oppianici hominis in vxoribus necandis exercitati omnia bona Habiti ventura esse dicebat. Cũ illa defensione vsus essem, quæ in libertinorũ causis honestissima semper existimata est, Scamãdrũ patrono esse probatũ: fatebatur, sed q̃rebat, cui probatus esset ipse patronus. Cũ ego pluribus verbis in eo cõmoratus essem, Scamãdro factas insidias esse per Diogenẽ, constitutũq; inter eos de alia re fuisse, vt medicamentũ nõ venenũ Diogenes afferret, hoc cuiuis vsui venire posse: quęrebat cur in eiusmodi locũ tã abditũ, cur solus, cur cũ obsignata pecunia venisset! Deniq; hoc loco causa testibus honestissimis hominibus pmebatur. M. Bebrius suo consilio Diogenẽ emptũ, se psente Scamandrũ cũ veneno pecuniaq; dephensum esse dicebat. P. Quintius Varus homo summa religione, & summa auctoritate pditus, de insidiis, quæ fierent Habito, & de sollicitatione Diogenis recẽti re secũ Cleophãtũ

Timor Ciceronis in initio dicendi.

† quicquid.

locutum esse dicebat.atq; in illo iudicio cum Scamandrum nos defendere videremur:verbo ille reus erat:re quidem vera,& periculo,& tota accusatione,Oppianicus.Neq; id obscure ferebat,nec dissimulare vllo modo poterat:aderat frequẽs,aduocabat,omni studio gratiaq; pugnabat:postremo id qđ maximo malo illi causæ fuit,hoc ipso in loco,quasi reus ipse esset,sedebat.Oculi omniũ iudicum non in Scamandrum,sed in Oppianicum coniiciebantur:timor eius,perturbatio,suspensus,incertusq; vultus,crebra coloris mutatio,quę erant antea suspitiosa,hæc aperta,ac manifesta faciebãt. Cum in consilium iri oporteret,quæsiuit ab reo C.Iunius Quæsitor ex lege illa Cornelia , quæ tum erat,clam an palam de se sentẽtiã ferri vellet? de Oppianici sententia respõsum est,q; is Habiti familiarẽ Iuniũ esse dicebat,clam velle ferri. Itum est in consilium:omnibus sententiis præter vnam,quã suã Stalenus esse dicebat,Scamãder prima actione condemnatus est. Quis tum erat omniũ,qui Scamandro cõdemnato non iudicium de Oppianico factum esse arbitraretur?quid est illa damnatione iudicatum,nisi venenũ id qđ Habito daretur,esse quæsitum? quæ porro tenuissima suspitio collata in Scamandrum est,aut conferri potuit,vt is sua sponte necare voluisse Habitum putaretur?Atq; hoc tum iudicio facto,& Oppianico re,& existimatione iam, lege & pronũciatione nondum condẽnaro,tamen Habitus Oppianicũ reũ statim nõ fecit.voluit cognoscere,vtrũ iudices in eos solos essent seueri,quos venenũ habuisse ipsos cõperissent:an etiã consilia conscientiasq; eiusmodi facinorũ supplicio dignas iudicarent.Itaq; C.Fabritiũ,quẽ propter familiaritatem Oppianici consciũ illi facinoris fuisse arbitrabatur,reum statim fecit: vtq; ei locus primus constitueretur,propter causæ coniũctionẽ impetrauit.Hic tũ Fabritius nõ modo ad me meos vicinos,& amicos Aletrinates nõ adduxit,sed ipse iis neq; defensoribus vti postea, neq; laudatoribus potuit.Rem em̃ integrã hominis nõ alieni,q̃uis suspitiosam defendere, humanitatis eẽ putabamus:iudicatã labefactare conari,impudentię.Itaq; tũ ille inopia & necessitate coactus, in causa eiusmodi ad Cepasios fratres confugit,homines industrios,atq; eo animo, vt q̃cũq; dicendi potestas esset data,in honore atq; in beneficio ponerẽt.Iam hoc quoq; prope iniquissime cõparatũ est,q; in morbis corporis,vt quisq; est difficillimus, ita medicus nobilissimus, atq; optimus q̃ritur.in periculis capitis,vt queq; causa difficillima est,ita deterrimus obscurissimusq; patronus adhibetur.Citatur reus,agitur causa,paucis verbis accusat vt de re iudicata Cannutius.Incipit longo,& alte petito proœmio respondere maior Cepasius. Primo attẽte auditur eius oratio:erigebat animũ iã demissum,& oppressum Oppianicus, gaudebat ipse Fabritius:nõ intelligebat animos iudicũ,nõ illius eloquẽtia, sed defensionis impudentia cõmoueri.posteaq̃ de re cœpit dicere,ad ea quæ erant in causa,addebat etiam ipse noua quędam vulnera.Hoc q̃q̃ sedulo faciebat,tamen interdum non defendere,sed pręuaricari accusationi videbatur.Itaq; cum callidissime se dicere putaret,& cum illa verba grauissima ex intimo artificio deprõpsisset,Respicite Iudices hominũ fortũas, respicite dubios,variosq; casus, respicite C.Fabritii senectutem:cũ hoc respicite ornandę orationis causa sæpe dixisset, respexit ipse:at C.Fabritius a subsellis demisso capite discesserat.Hic iudices ridere, stomachari, atq; acerbe ferre:patronus causam sibi eripi,& se cętera de illo loco,respicite iudices,nõ posse dicere:nec quicq̃ ptopius est factum, q̃ vt illum persequeretur, & collo obtorto ad subsellia reduceret,vt reliqua posset perorare.Iam tũ Fabritius primũ suo iudicio, qđ est grauissimũ: deinde legis vi,& sententiis iudicum est cõdemnatus. Quid est qđ iã de Oppianici causa plura dicamus?apud eosdẽ iudices reus est factus, cum is duobus iudiciis iam damnatus esset: ab iisdem autẽ iudicibus,qui Fabritiorum damnatione de Oppianico iudicarãt,locus ei primus est constitutus:accusatus est criminibus grauissimis,iis quæ a me breuiter dicta sunt,& præterea multis,quæ ego omnia nũc omitto:accusatus est apud eos,qui & Scamandrũ ministrũ Oppianici,& Fabritiũ conscium maleficii cõdemnarant. vtrũ p deos immortales magis est mirandũ,q; is cõdemnatus est?an q; omnino respõdere ausus est?Quid em̃ illi iudices facere potuerũt?qui si innocentes Fabritios cõdemnassent,tamẽ in Oppianico sibi constare,& superioribus cõsentire iudiciis debuerũt.An vero illi sua pr se ipsi iudicia rescinderẽt?cũ cæteri soleant in iudicãdo ne ab aliorũ iudiciis discrepẽt,prouidere:& illi qui Fabritii libertum, quia minister in maleficio fuerat:patronũ,quia conscius,condemnassent:ipsum principem atq; architectũ sceleris absoluerent?& qui cæteros nullo præiudicio facto, tamen ex ipsa causa cõdemnassent: hũc,quẽ bis cõdemnatũ iam acceperãt,liberarẽt? tũ vero illa iudicia Senatoria,nõ falsa inuidia,sed vera atq; insigni turpitudine notata,atq; operta dedecore, & infamia,

Morbis difficillimis, medic⁹ nobiliss.causę difficillimę patron⁹ detrim⁹ adhibetur.

Ridicula actio.

Architect⁹ sceleris.

defensioni locũ nullũ reliqssent. Quid eñ tandẽ illi iudices respõderẽt? si qs ab iis quęreret, cõdemnastis Scamãdrũ, quo crimine? nẽpe q Habitũ per seruũ medici veneno necare voluisset. Quid Habiti morte Scamãder consequebať? nihil. sed administer erat Oppianici. Condemnastis C. Fabritiũ. quid ita? quia cũ ipse familiarissime Oppianico vsus, libertus aũt eius in maleficio deprehensus esset, illũ expertẽ eius consilii fuisse non probabať. Si igiť ipsum Oppiani cum bis suis iudiciis cõdemnatũ absoluissent, quis tantã turpitudinẽ iudiciorũ? quis tãtã in constantiam rerũ iudicatarũ, quis tantã libidinẽ iudicũ ferre potuisset? Q2 si hoc videtis, qđ iã hac oratione patefactũ est, illo iudicio reũ cõdemnari, pśertim ab iisdẽ iudicibus, qui duo prędiudicia fecissent, necesse fuisse: simul illud videatis necesse est, nullã accusatori causam esse potuisse, cur iudiciũ vellet corrũpere. Quæro eñ abs te Tite Acti, relictis iam cęteris argumẽtis omnibus, num Fabritios quoq; innocentes cõdemnatos existimes? nũ etiã illa iudicia pecunia corrupta esse dicas? quibus iudiciis alter a Staleno solo absolutus est, alter etiã ipse se cõdemnauit? Age, si nocentes, cuius maleficii? nunqd pręter venenũ quęsitũ, quo Habitus necaretur, obiectum est? nunqd aliud in illis iudiciis versatum est, præter hasce insidias Habito ab Oppianico p Fabritios factas? nihil vnq̃ aliud Iudices reperietis. Extat memoria, sunt tabulæ publicę: redargue me, si mentior: testiũ dicta recita: doce in illorũ iudiciis quid pręter hoc venenũ Oppianici, nõ modo in criminis, sed in maledicti loco sit obiectũ. Multa dici possunt quare ita necesse fuerit iudicari. sed ego occurrã expectationi vestræ Iudices. Nã etsi a vobis sic audior, vt nunq̃ benignius, neq; attẽtius quẽq̃ auditũ putem, tamẽ vocat me alio iãdudũ tacita vestra expectatio, quę mihi obloq videť. Quid ergo? negas ne illud iudicium esse corruptũ? non nego. sed ab hoc corruptũ non esse, cõfirmo. A quo igiť est corruptũ? opinor, primũ si incertũ fuisset, quisnã exitus illius iudicii futurus esset, verisimilius tamen esset, eũ potius corrupisse, qui metuisset ne ipse condemnaretur, q̃ illum, qui veritus esset, ne alter absolueretur. deinde cum esset nemini dubium quod iudicari necesse esset, eum certe potius qui sibi alia ratione diffideret, q̃ eum qui omni ratione confideret. postremo certe potius illum, q bis apud eos iudices offendisset, q̃ eum, q bis causam iis probauisset. Vnũ qdẽ certe nemo erit tã iniquus Cluẽtio, q mihi nõ cõcedat, si constet corruptũ illud esse iudiciũ, aut ab Habito, aut ab Oppianico esse corruptũ. si doceo nõ ab Habito, vinco ab Oppianico. si ostendo ab Oppianico, purgo Habitũ. Quare etsi satis docui, rationẽ nullã huic corrũpendi fuisse, ex quo intelligiť ab Oppianico esse corruptũ, tamẽ de illo ipso separatim cognoscite. Atq; ego illa nõ argumentabor, quę sunt grauia vehemẽter: eũ corrupisse, q in periculo fuerit: eum, q metuerit: eũ, q spem salutis in alia ratione nõ habuerit: eũ, q semp singulari fuerit audacia. multa sunt eiusmodi. verũ cũ habeã rẽ nõ dubiã, sed apertã, atq; manifestã, enumeratio singulorũ argumentorũ nõ est necessaria. Dico C. Aelio Staleno iudici pecuniã grãdẽ Stathiũ Albiũ ad corrumpendũ iudiciũ dedisse. nunquis negat? te appello Oppianice, te T. Acti. quorũ alter eloquẽtia damnationẽ illã, alter tacita pietate deplorat. audete negare ab Oppianico, Staleno iudici pecuniã datã: negate, negate inquã in eo loco. qd tacetis? At negare nõ potestis, qđ repetistis, qđ cõfessi estis, qđ abstulistis. quo tandẽ igiť ore mentionẽ corrupti iudicii facitis? cũ ab ista pte, iudici pecuniã ante iudiciũ datã, post iudiciũ ereptã esse fateamini? Quonã igiť hæc modo gesta sunt? repertã paulo altius Iudices: & oĩa, quę in diuturna obscuritate latuerũt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Vos quęso vt adhuc me attẽte auditis, itẽ, quę reliqua sunt, audiatis: pfecto nihil a me diceť, qđ nõ dignũ hoc cõuẽtu, & silentio, dignũ vestris studiis, atq; auribꝰ eẽ videať. Nã vt primũ Oppianicus, ex eo, q Scamãder reus erat factꝰ, qđ sibi impẽderet, cœpit suspicari, statim se ad hoĩs egẽtis, audacis, in iudiciis corrũpẽdis exercitati, tũ autẽ iudicis, Staleni familiaritatẽ applicauit. Ac primũ Scamãdro reo, tãtũ donis datis muneribusq; pfecerat, vt eo auctore vtereť cupidiore, q̃ fides iudicis postulabat. Post autẽ cũ esset Scamãder vnius Staleni sentẽtia absolutꝰ, patronus aũt Scamãdri ne sua qdẽ sententia liberatꝰ, acrioribꝰ saluti suę remediis subueniẽdũ putauit. Tũ a Staleno, sicut ab hoĩe ad excogitãdũ acutissimo, ad audẽdũ impudẽtissimo, ad efficiẽdũ acerrimo (hæc eñ ille, & aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte se habere simulabat) auxiliũ capiti, & fortunis suis petere cœpit. Iã hoc ignoratis Iudices: vt etiã bestię fame domĩnãte plerũq; ad eũ locũ, vbi paste aliquãdo sint, reuertanť? Stalenus ille biẽnio ante, cũ causam bonorũ Safinii Atellæ recepisset, sexcẽtis millibus nũmũ se iudiciũ corrupturũ esse dixerat. q̃ cũ accepisset a pupillo, suppressit, iudicioq; facto, nec Safinio, nec bonorũ emptoribus reddidit. Quã cum pecuniã pfu-

Administer.

Cernere oculis.

Similitudo pulchra. Fame dominante.

disset,& sibi nihil nō modo ad cupiditates suas,sed ne ad necessitatem qdem reliqsset,statuit ad easdē sibi prędas,ac suppressiones iudiciales reuertendū. Itaq; cum Oppianicū iam pērditum,& duobus iugulatū prędiudiciis videret, promissis eū suis excitauit abiectū,& simul saluti desperare vetuit.Oppianicus orare hoiem cœpit, vt sibi rationē ostenderet iudicii corrūpendi.Ille aūt (quemadmodū ex ipso Oppianico postea est auditū) negauit quēq; esse in ciuitate pter se,q id efficere possit.sed primo grauari cœpit,q; ædilitatē se petere cū hoibus nobilissimis,& inuidiā,atq; offensionē timere dicebat.post exoratus,initio permagnā pecuniam poposcit.deinde ad id peruenit, qđ confici potuit,& sestertia sexcēta quadraginta millia deferri ad se domū iussit. Quę pecunia simulatq; ad eū delata est,homo impurissim⁹ statim cœpit in eiusmodi mente & cogitatione versari. nihil esse suis rationibus vtilius,q̄ Oppianicū condemnari.illo absoluto,pecuniā illā aut iudicibus dispertiendā,aut ipsi esse reddendā. damnato,repetiturū esse neminē.itaq; rē excogitat singularē.Atq; hęc Iudices,quę vere dicuntur a nobis,facilius credetis,si cū animis vestris longo interuallo recordari C.Staleni vitā,& naturā volueritis.Nā perinde vt opinio est de cuiusq; moribus,ita qd ab eo factū,& nō factū fit,existimari potest.Cū esset egēs,sumptuosus,audax,callidus,pfidiosus:& cū domi suę,miserrimus,& inanissimus tantū nūmorū positū videret:ad oēm malitiā & fraudē versare mētē suā hæc secū cogitās cœpit.Dem ne iudicibus? mihi igit ipsi pręter pericul ū,& infamiā quid quęrat? nihil excogitē,quāobrē Oppianico damnari necesse sit? q tādē? nihil em est qđ fieri nō possit.Si qs eū forte casus ex periculo eripuerit,nōne reddēdū est? precipitātē igit impellam⁹ inqt,& pērditū psternamus.Capit hoc cōsiliū,vt pecuniā qbusdā iudicibus leuissimis pollicetur:deinde eā postea supprimat:vt quoniā graues hoies sua sponte seuere iudicaturos putabat:hos,q leuiores erāt,destitutione iratos Oppianico redderet.Itaq; vt erat semp prępostерus,atq; peruersus,initiū facit a Bulbo,& eū q; iādiu nihil quæsierat, tristē atq; oscitantē leuiter impellit.quid tu inqt? ecqd me adiuuas Bulbe,ne gratis Reipu.seruiamus? Ille vero,simulatq; hoc audiuit, ne gratis,quo voles inqt sequar:sed qd affers? tum ei quadraginta millia,si esset absolutus Oppianicus pollicet: & eū vt cęteros appellet,qbuscum loq consuesset, rogat:atq; etiā ipse cōditor totius negotii Guttā aspergit huic Bulbo. itaq; minime amarus is visus est,q aliqd ex eius sermone † speculæ degustarat.Vnus & alter dies intercesserat, cū res parum certa videbatur,sequester & confirmator pecunię desiderabatur.Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus,vt blandissime potest: qd tu inqt Pacete? (hoc em sibi Stalenus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat,ne si se Ligurem fecisset,nationis magis suæ, q̄ generis vti cognomine videretur) qua de re mecum locutus es,quęrunt a me vbi sit pecunia.Hic ille planus improbissimus quęstu iudiciario pastus, q illi pecuniæ, quā condiderat, spe iam atq; animo incubaret,contrahit frontem,(recordamini faciem,atq; illos eius fictos simulatosq; vultus) queritur se ab Oppianico destitutum,& q esset totus ex fraude & mendacio factus,qq; ea vitia, quæ ab natura habeat,etiam studio,atq; artificio quodam malitiæ cō diuisset,pulchre asseuerat se ab Oppianico destitutum:atq; hoc addit testimonii,sua illū sententia,quā palā omnes laturi essent,cōdemnatū iri.Manarat sermo in consilio,pecuniæ quādam mentionem inter iudices esse versatam:res neq; tam fuerat occulta, q̄ erat occultanda, neq; tam erat aperta,q̄ Reip.causa aperienda.In ea obscuritate,ac dubitatione oīm, Cānutio perito homini, q quodā odore suspitionis Stalenū corruptum esse sensisset,neq; dum rē perfectā arbitrarē,placuit repente iudices pronunciare.dixerunt se id velle. Hic tū Oppianicus nō magnopere pertimuit,rem a Staleno pfectā esse arbitrabat.in consilium erāt iturī Iudices trīginta & duo:sententiis decē,& sex absolutio cōficī poterat:HS.quadraginta millia nūmū in singulos Iudices distributa eū numerū sentētiarū cōficere debebāt, vt ad cumulō, spe maiorū præmiorū ipsius Staleni sentētia septimadecima accederet. Atq; etiā casu tū,q; illud repēte erat factū,Stalenus ipse nō aderat,causam nescio quā apud iudicem defendebat . Facile hoc Habitus patiebat:facile Cānutius.At nō Oppianicus,neq; patronus eius L. Quintius.q cū esset eo tempore Tribunus plebis,cōuitiū C.Iunio iudici quęstionis maximū fecit,vt ne si ne Staleno in cōsiliū iretur: cūq; id ei p viatores consulto negligētius agi videret,ipse e publico iudicio ad priuatū Staleni iudiciū profect⁹ est,& illud pro potestate dimitti iussit,Stalenū ipse ad subsellia adduxit.Cōsurgit in consiliū,cū sententias Oppianicus,quę tū erat potestas,palā ferri velle dixisset,vt Stalenus scire posset,qd cuiq; deberet. varia iudicū gña,nūmarii pauci,sed oēs irati.vt q accipere in cāpo cōsuerunt, iis candidatis, quorū nūmos sup-

Desperare saluti.

Verba secū deliberātis

† spe gulæ.

Planus.

pressos esse putãt, inimicissimi solẽt esse: sic eiusmodi iudices infesti tum reo venerant. Cęteri nocentissimũ esse arbitrabanť: sed spectabãt sententias eorũ, quos corruptos putabant: vt ex his constituerent, a quo iudiciũ corruptum videreť. ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo, & Staleno, & Guttę esset iudicandũ. sũma oĩm expectatio, qdnã sententię ferrent leues ac nũmarii iudices. atq; illi oẽs sine vlla dubitatione cõdemnant. Hic tũ iniectus est hominibus scrupulus, & quędã dubitatio, qdnã esset actũ. deinde hoies sapiẽtes ex vetere illa disciplina iudiciorũ, q neq; absoluere hoiem nocentissimũ possent: neq; eũ de quo esset orta suspitio, pecunia oppugnatũ, re illa incognita primo cõdemnare vellent: nõ liquere dixerunt. Nõ nulli autẽ seueri hoies, hoc statuerũt, quo qsq; animo quid faceret, spectari oportere: etsi alii pecunia accepta verũ iudicabãt, tamẽ nihilo minus se superioribus suis iudiciis constare putabãt oportere. Itaq; damnarunt. qnq; oĩno fuerunt, q illũ vestrũ innocentẽ Oppianicũ siue imprudẽtia, siue misericordia, siue aliqua suspitione, siue ambitione adducti absoluerent. Cõdemnato Oppianico, statim L. Quintius homo maxime popularis, q omnis rumorũ, & concionũ ventos colligere consuesset, oblatã sibi facultatẽ putauit, vt ex inuidia senatoria posset crescere, q eius ordinis iudicia minus iã probari populo arbitrabať. Habeť vna, atq; altera concio vehemẽs, & grauis: accepisse pecuniã iudices, vt innocentẽ reũ cõdẽnarent, Tribunus plebis clamitabat: agi fortunas oĩm dicebat, nulla esse iudicia: q pecuniosum inimicũ haberet, incolumẽ esse neminẽ posse. hoies totius ignari negotii, q Oppianicũ nunq̃ vidissent, virũ optimũ, & hominẽ pudentissimũ pecunia oppressum arbitrarenť, incensi suspitione rem in mediũ vocare cœperunt, & causam illã totã deposcere. atq; illo ipso tẽpore in ædes T. Annii hominis honestissimi, necessarii, & amici mei noctu Stalenus accersitus ab Oppianico venit. Iã cętera nota sunt omnibus: vt cũ illo Oppianicus egerit de pecunia: vt ille se redditurũ esse dixerit: vt eorũ sermonẽ oẽm audierint viri boni, q tum cõsulto prope in occulto stetissent: vt res patefacta, atq; in forũ plata, & pecunia oĩs a Staleno extorta atq; erepta sit. Huiꝰ Staleni persona populo iam nota, atq; pspecta, ab nulla turpi suspitione abhorrebat: suppressam esse ab eo pecuniã, quã p reo pronunciasset, q erãt in cõcione non intellígebãt: neq; enim docebanť: versatã esse in iudicio mentionẽ pecunię sentiebãt, innocentẽ reũ condemnatũ esse audiebãt: Staleni sententia condemnatũ videbãt: non gratis id ab eo factũ esse, q hominẽ norant, iudicabãt: similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nõnullis suspitio cõsistebat. Itaq; confiteor (licet eĩm iã impune hoc pssertim in loco cõfiteri) q Oppianici nõ modo vita, sed etiam nomẽ ante illud tẽpus populo ignotũ fuisset: indignissimũ porro videreť circũuentũ esse innocentẽ pecunia: hanc deinde suspitionẽ augeret Staleni improbitas, & nõnullorũ eius similiũ iudicũ turpitudo: causam aũt ageret L. Quintius homo cũ summa potestate prędit us, tũ ad inflãmandos animos multitudinis accommodatus: summam illi inuidiam, infamiamq; esse cõflatã. Atq; in hãc flãmã recentẽ C. Iuniũ, q illi q̃stioni pfuerat, iniectũ esse memini, & illum hominẽ Aedilitiũ, iã Prętorẽ opinionibus hominũ cõstitutũ, nõ disceptatione dicẽdi, sed clamore hoĩm de foro, atq; adeo de ciuitate esse sublatũ. Neq; me pœnitet hoc potius tẽpore, q̃ illo causam A. Cluẽtii defendere. Causa eĩm manet eadẽ, quę mutari nullo modo potest: tẽporis iniquitas, atq; inuidia recessit. vt qđ in tẽpore mali fuit, nihil obsit: qđ in causa boni fuit, psit. Itaq; nũc quẽadmodũ audiar, sentio, nõ modo ab iis, quorũ iudiciũ, atq; potestas est, sed etiã ab illis, quorũ tantũ est existimatio. at tum si dicerem, non audirer, nõ q alia res esset, immo eadẽ, sed tempus aliud. id adeo sic cognoscite. Quis tũ auderet dicere nocentẽ condemnatũ esse Oppianicũ? quis nũc id audet negare? Quis tũ posset arguere ab Oppianico tentatum esse iudiciũ pecunia? quis id hoc tẽpore inficiari potest? Cui tũ liceret docere Oppianicũ reũ factum esse? tum deniq;, cũ duobus proximis prædiudiciis condemnatus esset? quis est, qui id hoc tempore infirmare conetur? Quare inuidia remota, quã dies mitigauit, oratio mea deprecata est, vestra fides, atq; æquitas a veritatis disceptatione reiecit, quid est præterea quod in causa relinquatur? versatam esse in iudicio pecuniam constat, ea quæritur vnde profecta sit, ab accusatore an ab reo? Accusator dicit hęc: primum, grauissimis criminibus accusabam, vt nihil opus esset pecunia. deinde, condemnatum adducebam, vt ne eripi quidem pecunia posset. postremo, etiam si absolutus esset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret. Quid cõtra reus? primũ ipsam multitudinem & atrocitatẽ criminũ ptimescebã. deinde Fabritiis ppter cõscientiã mei sceleris cõdemnatis, me esse condẽnatũ sentiebã. postremo, in eũ casum venerã, vt oĩs mearum fortunarũ status vnius iudicii periculo cõtineret.

Scrupulus iniectus.

Nõ liquere

Collígere ventos rumorum.

Inficiari.

Age,quoniã corrumpendi iudicii cauſas ille multas,& grauis habuit,hic nullam, profectio ipſius pecunię reqrat.Confecit tabulas diligentiſſime Cluentius. hęc autẽ res habet hoc certe,vt nihil poſſit neq; additũ,neq; detractũ de re familiari latere.Anni ſunt octo,cũ iſta cauſa in iſta meditatione verſat:cum oĩa,quę nũc ad eã rẽ pertinent, & ex huius, & ex aliorũ tabulis agitatis,tractatis,inquiritis:cũ interea Cluentianæ pecunię veſtigiũ nullũ inuenitis. Quid! Albiana pecunia veſtigiis ne vobis odorãda eſt! an ad ipſum cubile vobis ducibus venire poſſumus! tenent vno in loco HS.ſexcẽta quadraginta millia nũmũ: tenent apud hominẽ audaciſſimũ:tenent apud iudicẽ:quid vultis amplius! At eĩ Stalenus non fuit ab Oppianico,ſed a Cluentio ad iudiciũ corrũpendũ conſtitutus.Cur eũ,cũ in conſiliũ iretur,Cluentius,& Cannutius abeſſe patiebant! cũ in conſiliũ mittebant,Stalenũ iudicẽ, cui pecuniã dederant,nõ reqrebãt! Oppianicus quęrebat! Quintius flagitabat! ſine Staleno ne in cõſiliũ iret, Tribunitia poteſtate pfectũ eſt! At cõdemnauit.hanc eĩ damnationẽ dederat obſidẽ Bulbo, & cæteris,vt deſtitutus ab Oppianico videret.Quare ſi iſtinc cauſa corrũpẽdi iudicii, iſtinc pecunia,iſtinc Stalenus,iſtinc deniq; oĩs fraus & audacia eſt:hinc pudor,honeſta vita,& nulla ſuſpitio pecunię,nulla corrumpendi iudicii cauſa:patiamini veritate patefacta, atq; omni errore ſublato,eo tranſire illius turpitudinis infamiã,vbi cætera maleficia conſiſtant: ab eo inuidiã diſcedere aliquãdo,ad quẽ nunq; acceſſiſſe culpã videtis.At eĩ pecuniã Staleno dedit Oppianicus,non ad corrũpendũ iudiciũ,ſed ad conciliationẽ gratię.te ne hoc Acti dicere,tali prudẽtia,etiã vſu,atq; exercitatione prædituĩ! Sapientiſſimũ eſſe dicunt eũ, cui qđ opus ſit,ipſi veniat in mentẽ.proxime accedere illũ,q alterius bene inuẽtis obtẽperet.in ſtultitia cõtra eſt.Minus eĩ ſtultus eſt is,cui nihil in mẽtẽ venit:q̃ ille, q qđ ſtulte alteri venit in mẽtẽ, cõprobat.Iſtã cõciliationẽ gratię Stalenus tũ recẽti re,cũ faucibus pmeret, excogitauit: ſiue vt hoĩes tum loquebant,a P.Cethego admonitus,iſtã dedit conciliationis,& gratiæ fabulã. Nam fuiſſe hunc hoĩm ſermonẽ recordari poteſtis:Cethegum,q̃ hominem odiſſet, & q̃ eĩ improbitatẽ verſari in Rep.nollet,& q̃ videret eum,q ſe ab reo pecuniã, cũ iudex eſſet, clam atq; extra ordinem accepiſſe confeſſus eſſet,ſaluum eſſe non poſſe, minus ei fidele conſilium dediſſe.In hoc ſi improbus Cethegus fuit,videtur mihi aduerſarium remouere voluiſſe.Sin erat eiuſmodi cauſa,vt Stalenus nũmos ſe accepiſſe negare non poſſet:nihil autem erat periculoſius,nec turpius,q̃ ad quã rem accepiſſet confiteri:non eſt conſilium Cethegi reprehendendum.Verum alia cauſa tum Staleni fuit,alia nunc Acti tua eſt.ille cũ re pmeretur, qđcũ q̃ diceret,honeſtius diceret,q̃ ſi qđ erat factum,fateretur . te vero illud idẽ,qđ tũ explosum & eiectum eſt,nunc retuliſſe demiror. Qui eĩ poterat tum in gratiã redire cum Oppianico Cluentius! q cũ matre habebat ſimultates:hęrebat in tabulis publicis reus,& accuſator: condẽnati erant Fabritii:nec elabi alio accuſatore poterat Albius, nec ſine ignominia calumnię relinquere accuſationẽ Cluentius.an vt pręuaricaretur! iam id quoq; ad corrumpendum iudicium pertinet.ſed qd opus erat ad eam rẽ iudice ſequeſtre! & omnino, quãobrem tota iſta res p Stalenum potius,hoĩem ab vtroq; alieniſſimũ,ſordidiſſimũ,turpiſſimũ,q̃ per bonũ aliquem virum ageret,& amicum, neceſſariumq; cõmunẽ! Sed qd ego hæc pluribus,quaſi de re obſcura diſputẽ! cum ipſa pecunia,quę Staleno data eſt,numero,ac ſumma ſua nõ modo quãta fuerit,ſed etiã ad quã rem data fuerit,oſtendat.Sexdecim dico iudices,vt Oppianicus abſolueret,corrũpendos fuiſſe:ad Stalenũ ſexcenta & quadraginta millia nummũ eſſe delata.Si vt tu dicis,gratię cõciliandę cauſa,quadraginta iſtorũ acceſſio milliũ quid valet! ſi,vt nos dicimus,vt DCXL.millia nũmũ ſexdecim iudicibus darent, nõ Archimedes melius potuit deſcribere. At eĩ iudicia facta permulta ſunt,a Cluẽtio iudiciũ eſſe corruptũ.Immo vero ante hoc tẽpus omnino iſta ipſa res ſuo noĩe in iudiciũ nunq; eſt vocata:ita multũ agitata, ita diu iactata iſta res eſt,vt hodierno die primũ cauſa illa defenſa ſit, hodierno die primũ veritas vocem cõtra inuidiã his iudicibus freta miſerit.Verũtamen multa iſta iudicia quę ſunt! Ego enim me ad omnia confirmaui,& ſic paraui,vt docerem quæ facta poſtea iudicia de illo iudicio dicerentur,partim ruinę ſimiliora,aut tempeſtati, q̃ iudicio, & diſceptationi fuiſſe, partim nihil contra Habitum valere,partim etiam pro hoc eſſe,partim eſſe eiuſmodi,vt neq; appellata vnq̃ iudicia ſint,neq; exiſtimata. Hic ego magis vt conſuetudinem ſeruem, q̃ q̃ vos non veſtra hoc ſponte faciatis,petã a vobis,vt me dũ de his ſingulis diſputo iudiciis, attente audiatis.Cõdemnatus eſt C.Iunius,q ei q̃ſtioni pfuerat. adde etiã illud ſi placet: tũ eſt cõdẽnatus,cũ eſſet iudex q̃ſtionis.nõ modo cauſę,ſed ne legi qdẽ qcq̃ p Tribunũ pl.laxamen-

Heſiodi de ſapiẽtibus ſententia.

Pręuaricari.

Archimedes nõ melius potuit deſcribere.

ti datū est, quo tempore illū a q̄stione ad nullū aliud Reip. munus adduci licebat, eo tempore ad quęstionē ipse arreptus est. At quā quęstionē? vultus em̄ vestri Iudices me inuitāt, vt quæ reticēda putarē, libeat iā libere dicere. Quid? illa tādē q̄stio, aut disceptatio, aut iudiciū fuit? putato fuisse, dicat q vult hodie de illo populo concitato, cui tū mos gestus est, qua de re Iunius causam dixerit. Quēcūq; rogaris, hoc respondebit. q; pecuniā acceperit, q; innocentē circūuenerit. Est hęc opinio, at si ita esset, hac lege accusatū esse oportuit, qua accusat Habitus. At ipse ea lege q̄rebat. Paucos dies expectasset Quintius, at neq; priuatus accusare, nec sedata iam inuidia volebat. Videtis igit nō in causa, sed in tēpore, ac potestate spem oēm accusatoris fuisse. Mulctā petiuit, qua lege? q; in legē non iurasset, quæ res nemini vnq̄ fraudi fuit: & q; C. Verres Prętor vrbanus homo sanctus, & diligens subsortitionem eius in eo codice nō haberet, qui tū interlitus proferebat. His de causis C. Iunius cōdemnatus est Iudices, leuissimis & infirmissimis, quas om̄no in iudiciū afferri non oportuit. itaq; oppressus est nō causa, sed tēpore. Hoc vos Cluentio iudiciū putatis obesse oportere? quā ob causam? si ex lege subsortitus nō erat Iuni9, aut si in legē aliq̄ nō iurauerat, idcirco illius damnatiōe aliqd de Cluētio iudicabat? Nō īqt, sed ille idcirco his legib9 cōdēnat9 est, q; cōtra aliā legē cōmiserat. Qui hoc cōfitent, possunt illud idē iudiciū fuisse defendere. Ergo idcirco inqt infestus tū Prætor Iunio fuit, q; illud iudiciū corruptū p eū putabat. Nū igit hoc tpe causa mutata est? nū alia res, alia ratio illi9 iudicii, alia natura toti9 negotii nūc est, ac tū fuit? nō opinor, ex iis rebus q̄ gestę sunt, rē vllā potuisse mutari. Quid ergo est causæ, q; nūc nostra defēsio audiat tāto silētio? tunc Iunio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tū in causa nihil erat præter inuidiā, errorē, suspitionē, conciones quotidianas seditiose, ac populariter concitatas, accusabat Tribunus plebis, idē in concionibus, idem ad subsellia, ad iudiciū nō modo de concione, sed etiam cū ipsa concione veniebat. gradus illi Aurelii tū noui, quasi pro theatro illi iudicio ædificati videbant: quos vbi accusator concitatis hoīb cōplerat, non modo dicendi ab reo, sed ne surgendi qdē potestas erat. Nuper apud C. Orchiniū Collegā meū, locus ab iudicibus Fausto Syllæ de pecuniis residuis nō est cōstitutus: nō quo illi, aut exlegem esse Syllā, aut causam pecuniæ publicę contēptā atq; abiectā putarent: sed q; accusante tribuno plebis cōditione equa disceptari posse nō putauerunt. Quid? cōferā Syllā ne cū Iunio? an hunc tribunū pl. cū Quintio? an vero tēpus cū tēpore? Sylla maximis opibus, cognatis, affinibus, necessariis, clientibus plurimis. hęc aūt apud Iuniū parua, & infirma, & ipsius labore quæsita, atq; collecta. Hic Tribunus pl. modestus, prudēs, nō modo non seditiosus, sed etiā seditiosis aduersarius. ille autē acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus. Tēpus hoc tranqllum, ac pacatū. illud oīb inuidię tēpestatibus concitatū. Quę cū ita essent, in Fausto tamē illi iudices statuerūt, iniqua cōditione reū causam dicere, cū aduersario eius ad ius accusationis summa vis potestatis accederet. Quā qdē ratione vos Iudices diligenter p vestra sapiētia, & humanitate cogitare, & penitus pspicere debetis, qd mali, quātū periculi vnicuiq; nostrū inferre possit vis tribunitia, cōflata pśertim inuidia, & cōcionibus seditiose cōcitatis. optimis hercle tēporib9, tū cū hoies se nō iactatione populari, sed dignitate, atq; innocētia tuebant: tamē nec C. Popili9 nec Q. Metellus clarissimi, atq; amplissimi viri vim tribunitiā sustinere potuerunt. nedū his temporibus, his moribus, his magistratibus, sine vestra sapiētia, ac iudiciorū remediis salui esse possim9. Nō fuit igit illud iudiciū iudicii simile Iudices, nō fuit: in quo nō modus est habit9, nō mos cōsuetudoq; seruata, nō causa defensa. vis illa fuit, & vt sæpe iā dixi, ruina quædā, atq; tēpestas, & qduis potius, q̄ iudiciū, aut disceptatio, aut q̄stio. Q; si qs est, q; illud iudicium fuisse arbitret, & q; his rebus iudicatis standū puret: is tamen hanc causam ab illa debet seiungere. ab illo enim, siue q; in legem non iurasset, siue q; ex lege subsortitus iudicem non esset, mulcta petita esse dicitur. Cluentii autem ratio cum illis legibus, quibus ab Iunio mulcta petita est, nulla potest ex parte esse coniuncta. At etiam Bulbus est condemnatus. adde, maiestatis, vt intelligas hoc iudicium cum illo non esse coniunctum. At est hoc illi crimen obiectum. fateor, sed etiam legionem esse ab eo sollicitatam in Illyrico, C. Cosconii literis, & multorum testimoniis planum factum est. qd crimen erat proprium illius quęstionis, & quæres lege maiestatis tenebat. At hoc obfuit ei maxime. iā ista diuinatio est. qua si vti licet, vide ne mea cōiectura multo sit verior. Ego em̄ sic arbitror. Bulbū, q; homo nequā, turpis, improbus, multis flagitiis contaminatus in iudicium sit adduct9, idcirco facilius esse damnatū. tu mihi ex tota causa Bulbi, qd tibi cōmodū est, eligis, vt id esse secutos iudices dicas. Quapro-

Gradus Aurelii.

Exlex.

Cauſam dicere.

pter hoc Bulbi iudiciũ nõ plus obeſſe huic cauſę debet,q̃ illa,q̃ cõmemorata ſunt ab accuſatore,duo iudicia,P.Popilii,& T.Guttę,q̃ cauſam de ambitu dixerũt,q̃ accuſati ſunt ab iis,q̃ erãt ipſi ambitus cõdemnati:quos ego nõ idcirco eſſe arbitror in integrũ reſtitutos,q̃ planũ fecerint,illos ob rẽ iudicandã pecuniã accepiſſe : ſed q̃ iudicibus p̃barint, q̃ in eodẽ genere, in quo ipſi offendiſſent,alios reprehẽdiſſent,ſe ad prędmia legis venire oportere.Quapropter neminẽ dubitare exiſtimo, q̃n illa damnatio ambitus nulla ex parte cũ cauſa Cluentii,veſtro q̃ iudicio coniuncta eſſe poſſit. Quid,q̃ Stalenus eſt condemnatus? nõ dico hoc tẽpore Iudices id,qđ neſcio an dici oporteat,illũ maieſtatis eſſe damnatũ:non recito teſtimonia hoĩm honeſtiſſimorũ,quę in Stalenũ ſunt dicta ab iis,q̃ M.Aemilio clariſſimo viro Legati,& prefecti,& Tribuni militares fuerũt:quorũ teſtimoniis planũ factũ eſt,maxime eius opera,cũ Quęſtor eſſet,in exercitu ſeditionẽ eſſe conflatã.ne illa qdem teſtimonia recito,quæ dicta ſunt de HS.DC.millibus.quę ille cum accepiſſet nomine iudicii Safiniani,ſicut in Oppianici iudicio poſtea,retinuit,atq̃ ſuppreſſit.Omitto & hęc,& alia pmulta,quæ illo iudicio in Stalenũ dicta ſunt.Hoc dico,eandẽ tum fuiſſe P.& L.Cominiis,Eqtibus Ro.honeſtiſſimis hoĩbus,& diſertis cõtrouerſiã cũ Staleno,quẽ accuſabãt,quę nũc mihi eſt cũ Actio.Cominii dicebant idẽ qđ ego dico:Stalenũ ab Oppianico pecuniã accepiſſe,vt iudiciũ corrũperet.Stalenus cõcilian dę gratiæ cauſa ſe accepiſſe dicebat.irridebaẽ hæc illius recõciliatio, & pſona viri boni ſuſcepta,ſicut in ſtatuis inauratis,quas poſuit ad Iuturnę:q̃bus ſubſcripſit,reges ab ſe in gratiam eſſe reductos:exagitabanẽ oẽs eius fraudes,atq̃ fallacię:tota vita in eiuſmodi ratione verſata aerlebaẽ:egeſtas domeſtica,quęſtus forenſis in mediũ p̃ferebaẽ,nũmarius interpres pacis & cõcordiæ non probabaẽ.Itaq̃ tũ Stalenus cũ idẽ defenderet quod Actius,cõdemnatus eſt. Cominii cũ hoc agerent,qđ nos in tota cauſa egimus,probauerunt. Quãobrẽ ſi Staleni damnatione,Oppianicũ iudicium corrũpere voluiſſe: Oppianicũ iudici ad emẽdas ſentẽtias dediſſe pecuniã,iudicatum eſt:cum ita conſtitutum ſit, vti in illa culpa,aut Cluentius ſit, aut Oppianicus:Cluentii nũmus nullus iudici datus vllo veſtigio reperitur, Oppianici pecunia poſt iudicium factum a iudice ablata eſt:poteſt eſſe dubium,quin illa damnatio Staleni, non modo non ſit contra Cluẽtiũ,ſed maxime noſtrã cauſam defenſionẽq̃ cõfirmet?Ergo adhuc Iunii iudiciũ video eſſe eiuſmodi,vt incurſionẽ poti9 ſeditiõis,vim multitudinis,impetũ tribunitiũ,q̃ iudiciũ appellãdũ putẽ.q̃ ſi qs illud iudiciũ appellet,tñ hoc cõfiteaẽ neceſſe eſt,nullo modo illã mulctã,quę a Iunio petita ſit,cũ Cluẽtii cauſa poſſe cõiũgi. Illud igit Iunianũ p vim factũ eſt:Bulbi,& Popilii,& Guttæ,contra Cluentiũ nõ eſt: Staleni etiã p Cluentio. Videam9 ecquod aliud iudiciũ,qđ pro Cluentio ſit,proferre poſſimus.Dixit ne tãdẽ cauſam C. Fidiculanus Falcula?qui Oppianicum condemnarat : cum præſertim id qđ fuit in illo iudicio inuidioſiſſimum,poſt paucos dies ex ſubſortitiõe ſediſſet. dixit.& bis qdem dixit.In ſummam enim L.Quintius inuidiã concionibus eum quotidianis ſeditioſis, & turbulentis adduxerat.vno iudicio mulcta eſt ab eo petita,ſicut ab Iunio:q̃ non ſuæ Decuriæ munere,neq̃ ex lege ſediſſet.Paulo ſedatiore tẽpore eſt accuſat9,q̃ Iunius, ſed eadẽ fere lege & crimine. quia nulla in iudicio ſeditio,neq̃ vis,neq̃ turba verſata eſt, prima actione facillime eſt abſolutus. Non numero hanc abſolutionẽ.nihilo minus eñ poteſt,vt illã mulctam non commiſerit,accepiſſe tamẽ ob rẽ iudicandam.captam nuſq̃ ✳ Stalenus eadẽ lege dixit.propriũ crimen illud q̃ſtionis eius non fuit.Fidiculanus qd feciſſe dicebatur?accepiſſe a Cluentio HS.CCC.cuius erat ordinis?Senatorii. qua lege in eo genere a Senatore ratio repeti ſolet de pecuniis repetũ dis,ea lege accuſatus,honeſtiſſime eſt abſolutus.Acta eſt enim cauſa more maiorum,ſine vi, ſine metu,ſine periculo:dicta,& expoſita,& demonſtrata ſunt oĩa: adducti iudices ſunt non modo potuiſſe honeſte ab eo reum condemnari,qui non perpetuo ſediſſet,ſed,ſi aliud is iudex nihil ſciſſet,niſi quæ præiudicia de eo facta eſſe conſtarent, audire præterea nihil debuiſſe.Tum etiam illi quinq̃, qui imperitorum hominum rumuſculos aucupati, tum illum abſoluerunt,iam ſuam clementiam laudari magnopere nolebant.a quibus ſi qui quæreret,ſediſſent ne iudices in C.Fabritium?ſediſſe ſe dicerent.ſi interrogarentur,num quo crimine is eſſet accuſatus,prætereq̃ veneni eius,quod quæſitum Habito diceretur?negarent. ſi deinde eſſent rogati,quid iudicaſſent?condemnaſſe ſe dicerẽt.nemo enim abſoluit. Eodem modo quæſitum ſi eſſet de Scamandro, certe idem reſpondiſſent. tametſi ille vna ſententia eſt abſolutus,ſed illam vnam nemo tum iſtorum ſuam dici vellet. Vter igitur facilius ſuæ ſententiæ rationem redderet?is ne,qui ſe & ſibi & rei iudicatę conſtitiſſe dicit?an ille,q̃ ſe in principem

Supprimere.

Ad Iuturnę.

Nũmarius interpres pacis.

Subſortitio.

Rumuſculos aucupati.

maleficii lenem, in adiutorē eius & conscios vehementissimū esse respōdit? Quorum ego de sententia non debeo disputare. neq; em̄ dubito qn ii tales viri suspitione aliqua pærculsi re-pentina, de statu suo declinarent. Quare eorū, q absoluerunt, misericordiā nō reprehendo: eo rum, q in iudicando superiora iudicia secuti sunt sua sponte, nō Staleni fraude, constātiā cō probo: eorū vero, q sibi nō liquere dixerūt, sapientiā laudo: q absoluere eū, quē nocentissimū cognorāt, & quē ipsi bis iā antea cōdemnarāt, nullo modo poterant, cōdemnare, cū tanta cō silii infamia, & tā atrocis rei suspitio esset iniecta, paulo posterius, patefacta re, maluerunt. Ac ne ex facto solū sapientes illos iudicetis: sed etiā ex hoībus ipsis, qđ ii fecerint, rectissime ac sa pientissime factū ꝓbetis: quis P. Octauio Balbo ingenio prudētior? iure pæritior? fide, religio-ne, officio, diligentior, aut sanctior cōmemorari potest? non absoluit. Quis Q. Cōsidio cōstā tior? quis iudiciorū, atq; eius dignitatis, quę in iudiciis publicis versari debet, pæritior? quis virtute, cōsilio, auctoritate prestantior? ne is qdem absoluit. Lōgū est de singuloꝝ virtute ita dicere. quæ quia cognita sunt ab omnibus, verborū ornamēta nō quęrūt. Qualis vir M. Iuuē tius Pedo fuit ex vetere illa iudicū disciplina? qualis L. Caulius Mergus? M. Basilius? C. Cau-dinus? q oēs in iudiciis publicis iā tū florente Rep. floruerūt. Ex eodē numero L. Cassius, Cn. Neuius pari & integritate, & prudētia: quoꝝ nullius sentētia est Oppianicus absolutus. atq; ex his oīnibus, natu minimus, ingenio & religione par iis, quos antea cōmemorauī, P. Satu-rius in eadē sentētia fuit. O innocētiā Oppianici singularē: quo in reo, q absoluit, ambitiosus: q distulit, cautus: q cōdemnauit, constās existimat. Hęc tū agitante Quintio, neq; in concio-ne, neq; in iudicio demōstrata sunt: neq; em̄ ipse dici patiebat: nec per multitudinē concitatā cōsistere cuiq; in dicendo licebat. Itaq; ipse, postq; Iuniū puertit, causam totā reliqt. Paucis em̄ diebus illis, & ipse priuatus est factus, & hoīm studia deferbuisse intelligebat. Q2 si per quos dies Iuniū accusauit, Fidiculanū accusare voluisset, respōdēdi Fidiculano potestas facta non esset. Ac primo qdē, omnibus illis iudicibus, q Oppianicū cōdemnarāt, minabat. iam insolen tiā noratis hoīs, noratis animos eius, ac spiritus Tribunitios. Qđ erat odium dii immorta-les? quæ superbia? quanta ignoratio sui? q̄ grauis, atq; intolerabilis arrogātia? qui illud etiam ipsum acerbe tulerit, ex quo illa nata sunt oīa: nō sibi ac defensioni suę cōdonatū esse Oppia nicum. proinde quasi non satis signi esse debuerit, ab oīnibus eū fuisse desertū, q se ad patro-nū illū cōtulisset. Erat em̄ Romę summa copia patronorū hoīm eloquētissimorū, atq; amplis simorū, quorū certe aliquis defendisset equitē Ro. in municipio suo nobilē, si honeste putas-set eiusmodi causam posse defendi. Nā Quintius qdem, quā causam vnq̄ antea dixerat? cū an nos ad quinquaginta natus esset. quis eum vnq̄ nō modo in patroni, sed in laudatoris, aut aduocati loco viderat? Qui, q rostra iandiu vacua, locumq; illū post aduentū L. Syllæ, a tri-bunitia voce desertū oppressérat, multitudinemq; iam desuefactā a cōcionibus ad veteris cō suetudinis similitudinem reuocauerat, idcirco cuidā hominū generi paulisper iucūdior fuit. atq; idē quanto in odio postea suis illis ipsis fuit, per quos in altiorē locū ascenderat? neq; in-iuria. Facite em̄, vt non solū mores eius, & arrogantiā, sed etiam vultū, atq; amictum, atq; il lā vsq; ad talos demissam purpurā recordemini. Is, quasi nō esset vllo modo ferendū, se ex iu dicio discessisse victū, rē ab subselliis in rostra detulit. & iā querimur sępe hoībus nouis nō sa tis magnos in hac ciuitate esse fructꝰ? nego vsq̄ vnq̄ fuisse maiores. vbi, si qs ignobili loco na tus, ita viuat, vt nobilitatis dignitatē virtute tueri posse videat, vsq; eo puenit, quoad eum industria cū innocētia persecuta est. si quis aūt hoc vno nititur, q sit ignobilis, ꝓcedit sæpe lon gius, q̄ si idē ille esset cū iisdē suis vitiis nobilissimus. vt Quintius (nihil em̄ dicā de cęteris) si fuisset homo nobilis, quis eū cū illa supbia, atq; intolerātia ferre potuisset? q eo loco fuit, ita tulerunt, vt si qd haberet a natura boni, prodesse ei putarent oportere: superbiā aūt, atq; arrogantiā eius deridendā magis arbitrarent propter humilitatē hoīs, q̄ ptimescendā. Sed, vt illuc reuertar, quo tēpore Fidiculanus est absolutus: tu, q ea iudicia facta cōmemoras, quę ro qd tū esse existimas iudicatū? certe gratis iudicasse. at cōdemnarat, at causam totā non au dierat, at in cōcionibus omnibus a L. Quintio vehementer erat, & sępe vexatus. Illa igit oīa Quintiana, iniqua, falsa, turbulēta, popularia, seditiosa iudicia fuerūt. Esto, potuit esse inno-cēs Falcula. iā ergo aliqs Oppianicū gratis cōdemnauit: iā nō eos Iunius subsortitus est, q pe cunia accepta cōdemnarēt: iā potuit aliqs ab initio nō sedisse, & tamē Oppianicū gratis con demnasse. Verū si innocēs Falcula, quęso qs nocēs? si hic gratis cōdemnauit, quis accepit? Ne go rē esse vllā in quēq̄ illorū obiectā, quę Fidiculano obiecta nō sit: neq; aliqd fuisse in Fidicu

Deferbuis-se.

Ignoratio sui.

Annos na-tus ad qn-quaginta.

Desuefactꝰ

lani causa,qđ idē nō esset in cęterorū.aut hoc iudiciū reprehendas tu,cuius accusatio rebus iudicatis niti videbaṫ,necesse est.aut,si hoc verū esse concedis,Oppianicū gratis condemnatum esse fateare. q̄q̄ satis magno argumento esse debet, q̄ ex tam multis iudicibus absoluto Falcula,nemo reus factus est.Quid em̄ mihi damnatos ambitus collígitis,alia lege,certis criminibus,plurimis testibus:cū primū illi ipsi debuerint potius accusari de pecuniis repetūdis, q̄ ambitus.Nā si in ambit⁹ iudiciis hoc his obfuit,cū alia lege causam dicerēt: certe si ꝓpria lege huius pccati adducti essent,multo plus obfuisset.Deinde,si tāta vis fuit ísti⁹ crimínis, vt qua quisq̄ lege ex illis iudicibus reus factus esset,tamē hac plaga pęriret:cur in tāta multitudine accusatorū,tantis p̄miis,cæteri rei facti non sunt! Hic ꝓferṫ id qđ iudiciū appellari

Lis æstímata.

nō oportet:P.Septimio Scęuole lítē eo noīe esse ęstimatā.cui⁹ rei quę cōsuetudo sit,qm̄ apud hoīes pitíssimos dico,plurib⁹ verbis docere nō debeo.Nunq̄ em̄ ea diligētia,q̄ solet adhíberi in cęteris iudiciis,eadē reo damnato adhíbita est.In lítibus ęstímandis fere iudices,aut q̄ sibi eū quē semel cōdemnarūt,inimicū putāt esse,si quæ in eū lis capitis illata est,nō admittunt:

Perfunct⁹.

aut,q̄ se pfunctos iā esse arbitranṫ,cū de reo iudicarūt,negligētius attēdūt cętera.Itaq̄ & maiestatis absoluti sunt pmulti,q̄bus damnatis de pecuniis repętūdis lites eēnt ęstímatę: & hoc quotidie fieri videmus,vt reo damnato de pecuniis repętūdis,ad quos puenísse pecunias in lítibus æstímādis statutū sit,eos illi iudices absoluāt.qđ cū fit,non iudicia rescindunṫ,sed hoc statuiṫ,ęstimationē litiū,nō esse iudiciū.Scæuola cōdēnatus est aliis crimínibus, frequentíssímis Apulię testib⁹:om̄i cōtētione pugnatū est,vt lis hęc capitis ęstímareṫ.quę res, si rei iudicatę pōdus habuísset,ille postea vel iisdē,vel aliis inimicis reus hac lege ipsa factus esset. Se quiṫ id,qđ illi iudiciū appellāt:maiores aūt nostri nūq̄ neq̄ iudiciū noīarūt,neq̄ pinde,vt rē

Censoría aīaduersio † cōfirmata esse.

iudicatā obseruauerūt,aīaduersionē,atq̄ auctoritatē Cēsoriā.qua de re anteq̄ dicere incípio, ꝑpauca mihi de meo officio verba faciēda sunt,vt a me cū huiusce pículi, tū cętera rū quoq̄ officiorū,& amicitiarū ratio † cōseruata esse videaṫ.Nā mihi cū viris fortib⁹,q̄ Cēsores ꝓxime fuerūt,ambobus est amicitia:cū altero vero (sicuti & pleriq̄ vestrū sciūt) magnus vsus, & summa vtriusq̄ officíi cōstituta necessitudo est.Quare qcqd de subscríptionib⁹ eorū mihi dicēdū erit,eo dicā aīo,vt oēm orationē meā nō de illorū facto,sed de ratione Cēsoria habitā exístimari velim.a Lētulo aūt familiari meo,q̄ a me ꝓ eximia sua virtute,summísq̄ honoribus,quos a populo Ro.adept⁹ est,honoris causa noīaṫ:facile hoc Iudices impętrabo, vt quā ipse adhíbere cōsueuit in amicoꝝ pículis fidē,& dilígētiā,tū vim animi,libertatēq̄ dicēdi:in hac mihi cōcedat,vt tātū mihi sumā,quātū sine huius ꝑiculo ꝑterire nō possum.a me tamē vt æquū est,oīa caute,pędetētimq̄ dicenṫ,vt neq̄ fides huius defensionis relicta,neq̄ cuiusq̄ aut dignitas lęsa,aut amicitia violata esse videaṫ.Video igiṫ Iudices,aīaduertísse Cēsores in iudices quosdā illi⁹ cōsilii Iuniani,cū istā ipsam causam subscríberēt.Hic primū illud cōmune ꝓponā,nunq̄ aīaduersionib⁹ Cēsoríis hāc ciuitatē ita cōtentā,vt rebus iudicatis fuísse.neq̄ in re nota cōsumā tēpus exēplis.ponā illud vnū:C.Getā cum a L.Metello,& Cn. Domítio Cēsoribus ex Senatu eiectus esset,Cēsorē ipsum postea esse factū:& cuius mores a Cēsoribus erant repḧensi,hunc postea & populi Ro.& eorū, q̄ in ipsum aīaduerterāt, moribus ꝑfuísse. Q̄z si illud iudiciū putareṫ, vt cæteri turpi iudicio damnati in ꝓpetuū om̄i honore ac dignitate priuanṫ:sic hoībus ignominia notatis,neq̄ ad honorē aditus, neq̄ in curiā redit⁹ esset. Nunc si quē Cn.Lentuli,aut L.Gellii libertus furti cōdemnarit, is omnibus ornamētis amíssis nunq̄ vllā honestatis suæ partē recuperabit . quos aūt ipse L.Gellius,& Cn. Lētulus duo Censores clarissimi viri sapientissimiq̄ homines,furti,& captarū pecuniarū nomine notauerunt,nō modo in Senatū redierunt,sed etiā ipsarū rerū iudiciis absoluti sunt.Neminē voluerunt maiores nostri nō modo de exístimatione cuiusq̄,sed ne pecuniaria quidem de re mínima esse iudicem,nisi qui inter aduersarios conuenisset.Quapropter in omnibus legibus, qui bus exceptum est,de q̄bus causis aut Magistratum capere non liceat,aut iudicem legi,aut alterum accusare,hæc ignominiæ causa prætermissa est. Timoris em̄ causam non vitæ pœnā in illa potestate esse voluerunt.Itaq̄ nō solum Iudices illud ostēdā,qđ iā videtis: populi Ro. suffragiis sępenumero Cēsorias subscriptiōes esse deletas:verū etiam iudiciis eorum q̄ iurati statuere maiore cum religione & diligentia debuerunt. Primum Iudices Senatores Equitesq̄ Ro.in compluribus iam reis, quos contra leges pecunias cepisse subscriptum est,suæ potius religioni,q̄ Censorum opinioni paruerunt.Deinde Prætores Vrbani,qui iurati debent optimum quēq̄ in selectos Iudices referre,nunq̄ sibi ad eam rem Censoriā ignominiam im-

Cēsura nō habet vim rei iudicatæ.

Qui inter aduersarios cōuenisset.

pedimento esse oportere duxerunt. Cẽsores deniq; ipsi sæpenumero superiorũ Censorũ iudi
ciis (si ista iudicia appellari vultis) nõ steterũt. atq; etiã ipsi inter se Censores sua iudicia tan
ti esse arbitrant, vt alter alterius iudiciũ nõ modo reprehẽdat, sed etiã rescindat: vt alter de
Senatu mouere velit, alter retineat, & ordine amplissimo dignũ existimet: vt alter in ærarios Amplissi-
referri, aut tribu moueri iubeat, alter vetet. Quare qui vobis in mentem venit, hæc appella- mus ordo.
re iudicia? quę a populo Ro. rescindi, ab iuratis iudicibus repudiari, a magistratibus neglígi,
ab iis q eandẽ potestatẽ adepti sunt, cõmutari, inter collegas discrepare videatis. Quæ cũ ita
sint, videamus qd tãdẽ Cẽsores de illo iudicio corrupto iudicasse dicant. Ac primũ illud sta
tuamus: vtrũ qa Cẽsores subscripserint, ita sit: an qa ita fuerit, illi subscripserint. Si ideo qa
subscripserint, videte qd agatis, ne ĩ vnũquẽq; nostrũ Cẽsorib9 ĩ posterũ potestatẽ regiã pmit
tatis: nẽ subscriptio Cẽsoria nõ minus calamitatis ciuib9, q̃ illa acerbissima ꝓscriptio possit Subscri-
afferre: ne Censoriũ stylũ, cuius mucronem multis remediis maiores nostri retuderũt, æque ptio.
posthac atq; illũ Dictatoriũ gladiũ pertimescam9. Sin aũt qđ subscriptũ est, qa verũ est, idcir Proscri-
co graue debet esse, hoc queramus, verũ sit, an falsum, remoueant auctoritates Censorię, tol ptio.
latur id ex causa, qđ in causa nõ est. doce quã pecuniã Cluentius dederit, vnde dederit, quẽ-
admodũ dederit, vnũ deniq; aliqđ a Cluentio profectę pecunię vestigiũ ostende. Vince dein-
de virũ bonũ fuisse Oppianicũ, hominẽ integrũ, nihil de illo vnq̃ secus esse existimatũ, nihil
deniq; preiudicatũ: tũ auctoritatẽ Censorũ amplexator, tũ illorũ iudiciũ cũ re cõiunctũ esse
defendito. Dũ vero eũ fuisse Oppianicũ cõstabit, q tabulas publicas municipii sui corrupis Oppianici
se iudicatus sit, q testamentũ interleuerit, q supposita persona falsum testamentũ obsignãdũ scelera.
curarit: q eum, cuius noie id obsignatũ est, interfecerit: q auunculum filii sui in seruitute, ac
vinculis necarit: q municipes suos proscribendos, occidẽdosq; curarit: q eius vxorẽ quẽ occi
derat, in matrimoniũ duxerit: q pecuniã pro potione dederit: q socrũ, q vxorẽ, q vno tẽpore
fratris vxorẽ, speratosq; liberos, fratrẽq; ipsum, q deniq; suos liberos interfecerit: q cum vene
nũ priuigno suo quereret, manifesto sit deprehensus: cuius ministris cõsciisq; damnatis, ipse
adductus in iudiciũ pecuniã iudici dederit ad sentẽtias iudicũ corrumpendas: dũ hæc inquã
de Oppianico constabũt, nec vllo argumẽto Cluentianę pecunię crimen tenebit, quid est qđ
te ista Censoria siue volũtas, siue opinio fuit, adiuuare, aut hũc innocentẽ opprimere posse
videat? Quid igit Censores secuti sunt? ne ipsi qdẽ, vt grauissime dicã, quicq̃ aliud dicẽt, præ
ter sermonẽ, atq; famã. nihil se testibus, nihil tabulis, nihil graui aliquo argumento compe
risse, nihil deniq; causa cognita statuisse dicẽt. Quod si ita fecissent, tamẽ id nõ ita fixum esse
deberet, vt cõuelli nõ liceret. Nõ vtar exẽplorũ copia, quę summa est: nõ rem veterẽ, nõ homi
nẽ potentẽ aliquẽ, aut gratiosum proferam. Nuper hominẽ tenuẽ scribã Aedilitiũ D. Matri-
niũ cũ defendissem apud M. Iuniũ, Q. Publiciũ prętores, & M. Pletoriũ, C. Flaminium ædiles
curules, persuasi, vt Scribã iurati legerent eum, quẽ iidẽ isti Censores ærariũ reliquissent. cũ
enim in homine nulla culpa reperiret, quid ille meruisset, nõ quid de eo statutũ esset, quęren
dum esse duxerũt. Nã hæc qdẽ, quę de iudicio corrupto subscripserint, qs est, q ab illis satis
cognita & diligenter iudicata arbitret? in M. Aquiliũ, & in T. Guttam video esse subscriptũ.
quid est hoc? duos esse corruptos solos pecunia dicãt? cęteri videlicet gratis cõdẽnarũt. Non
est igit circũuentus, nõ est oppressus pecunia, nõ vt illę Quintianæ conciones habebant, oẽs
qui Oppianicũ cõdemnarũt, in culpa sunt, ac suspitiõe ponẽdi. duos solos video auctoritate
censorum affines ei turpitudini iudicari. †aut illud afferant, aliqd esse qđ de iis duobus ha- †Haud il-
buerint cõpertũ ✳ de cæteris cõperisse. Nã illud qdẽ minime probandũ est, ad notationes au lud afferãt
ctoritatẽq; cẽsoriã exemplũ illos a cõsuetudine militari trãstulisse. Statuerũt em ita maiores aliqd esse
nostri, vt si a multis esset flagitiũ rei militaris admissum, sortitiõe in quosdã animaduertere quod &c.
tur, vt metus videlicet ad oĩs, pœna ad paucos pereueniret. qđ idem facere cẽsores in delectu Sortitione
dignitatis, & in iudicio ciuiũ, & in animaduersione vitiorũ, q cõuenit? Nã miles q locũ nõ te puniri.
nuit, q hostiũ impetũ vimq; pertimuit, potest idem postea & miles esse melior, & vir bonus,
& ciuis vtilis. quare ne in bello propter hostiũ metum delinqueret, amplior ei mortis & sup-
plicii metus est a maioribus cõstitutus. ne aũt nimiũ multi pœnã capitis subirent, idcirco il
la sortitio cõparata est. Hoc tu idẽ facies censor in senatu legendo? si erunt plures q ob inno
centẽ cõdemnandũ pecuniã acceperint, vt nõ animaduertas in oẽs? sed carpes vt velis? & pau
cos ex multis ad ignominiã sortiere? habebit igit te sciente & vidente curia Senatorẽ, popu-
lus Ro. iudicẽ, Respu. ciuẽ sine ignominia quenq̃, q ad pernicie innocẽtis fidẽ suã & religionẽ

pecunia cõmutarit! & qui precio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos ciui innocen
ti, is Censorię seueritatis nota non inuret! tu es præfectus moribus! tu magister veteris di-
sciplinæ & seueritatis! si aut retines quẽq̃ sciens in Senatu scelere tanto cõtaminatũ: aut sta
tuis q in eadẽ culpa sit, nõ eadẽ pœna affici oportere cõuenire. & quam conditionem suppli
cii maiores ĩ bello timiditati militis propositã esse voluerũt, eandẽ tu in pace constitues im-
probitati Senatoris! Q⁊ si hoc exemplũ ex re militari ad animaduersionem Censoriã trans-
ferendũ fuit, sortitione id ipsum factũ esse oportuit. Sin autẽ sortiri ad pœnã, atq; hominũ
delictum fortunæ iudicio cõmittere, minime Censoriũ est, certe in multorum peccato carpi
paucos ad ignominiã, & turpitudinẽ nõ oportet. Verũ oẽs intelligimus in istis subscriptio-
Vẽtus po- nibus ventũ quendã populare esse quęsitũ. Iactata res erat in concione a Tribuno seditioso:
pularis. incognita causa probatũ illud erat, multitudinẽ illicitũ est cõtradicere ✳ nemo deniq; vt de
fenderet contrariã partẽ laborabat. in inuidiã porro magnã illa iudicia venerant. etẽ pau-
cis postea mensibus alia vehemens erat in iudiciis ex notatione tabularum inuidia versata.
prætermitti a Censoribus & negligi macula iudiciorũ posse nõ videbat. homines quos cæte
ris vitiis, atq; omni dedecore infamis videbãt, eos hac quoq; subscriptione notare voluerũt:
& eo magis, q; illo ipso tẽpore, illis Censoribus erant iudicia cũ Equestri ordine cõmunicata,
vt viderent per hoĩm idoneorũ ignominiã sua auctoritate illa iudicia cũ equestri ordine re
prehendisse. Q⁊ si hanc apud eos ipsos Censores mihi aut alii causam agere licuisset, hoĩbus
tali prudentia certe probauissem (res em̃ indicat) nihil ipsos habuisse cogniti, nihil cõperti:
ex tota ipsa subscriptione rumorẽ quendã & plausum popularem esse quęsitum. Nã in L. Po
piliũ, q Oppianicum cõdemnarat, subscripsit L. Gellius, q; is pecuniã accepisset, quo innocẽ-
tem condemnaret. Iam id ipsum quantę diuinationis est, scire innocẽtem fuisse reum, quem
fortasse nunq̃ viderat! cum hoĩes sapientissimi Iudices (vt nihil dicã de iis, q condemnarũt)
Nõ liquere causa cognita sibi dixerint non liquere. Verũ esto, condemnat Popilium Gellius, iudicat ac
cepisse a Cluentio pecuniam. Negat hoc Lentulus. nam Popilium, q; erat libertini filius, in
Senatũ nõ legit. locũ qdem Senatoriũ ludis, & cætera ornamẽta reliquit, & eum omni igno-
minia liberat. qđ cum facit, iudicat eius sententia gratis esse Oppianicũ condemnatũ. & eun
dem Popilium postea Lentulus in ambitus iudicio pro testimonio diligẽtissime laudat. Qua
re si neq; L. Gellii iudicio stetit Lentulus, neq; Lentuli existimatione contentus fuit Gellius,
& si vterq; Censor Censoris opinione standũ nõ putauit, qd est quamobrẽ qsq̃ nostrũ Censo
rias subscriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet esse oportere! At in ipsum Ha-
Vitium. bitum animaduerterunt. nullã qdẽ ob turpitudinẽ, nullũ ob totius vitę non dicam vitiũ, sed
Erratum. erratũ. Neq; em̃ hoc hoie sanctior, neq; probior, neq; in oĩbus officiis retinendis diligentior
esse qsq̃ potest. neq; illi aliter dicũt. sed eandem illam famã iudicii corrupti secuti sunt. neq;
ipsi secus existimant, q̃ nos existimari volumus de huius pudore, integritate, virtute. sed pu
tarunt prętermitti accusatorẽ non potuisse, cũ animaduersum esset in iudices. Qua de re to
ta si vnum factũ ex omni antiquitate protulero, plura nõ dicam. Non em̃ mihi exẽplũ sum-
P. Aphrica mi & clarissimi viri P. Aphricani prætereundũ videtur. q cum esset Censor, & in Equitũ cẽ-
ni factũ no su C. Licinius sacerdos prodiisset, clara voce, vt omnis concio audire posset, dixit se scire illũ
bile. verbis conceptis pęieasse. si qs cõtradicere vellet, vsurum esse eum suo testimonio. deinde cũ
Conceptis contra nemo diceret, iussit equũ traducere. Itaq; is cuius arbitrio & populus Ro. & exteræ
verbis pęie gentes contentæ esse consueuerunt, ipse sua conscientia ad ignominiam alterius contentus
rare. nõ fuit. Q⁊ si hoc Habito facere licuisset, facile illis ipsis iudicibus, & falsę suspitioni, & inui-
diæ populariter excitatę restitisset. Vnũ etiam est, qđ me maxime cõturbat, cui loco respõ
Elogium. dere posse vix videor, q; elogiũ recitasti de testamento Cn. Egnatii patris, hoĩs honestissimi
videlicet, & sapientissimi, idcirco se exhęredasse filium, q; is ad Oppianici damnationẽ pecu-
niã accepisset. De cuius hoĩs leuitate, & inconstantia plura nõ dicam. hoc testamentũ ipsum
qđ recitas, eiusmodi est, vt ille cum eũ filium exhæredaret, quem oderat, ei filio cohæredes
hoĩes alieniissimos coniungeret, quẽ diligebat. Sed tu Acti consideres censeo diligenter, vtrũ
Censorium iudiciũ graue velis esse! an Egnatii! si Egnatii, leue est qđ Cẽsores de cæteris sub
scripserunt. ipsum em̃ Cn. Egnatium, quem tu grauem esse vis, ex senatu eiecerunt. Sin autẽ
Censorium, hunc Egnatium, quem pater censoria subscriptione exhæredauit, Censores in
Senatu, cum patrem eiicerent, retinuerunt. At em̃ Senatus vniuersus iudicauit illud corru
ptum esse iudicium. Quomodo! suscepit causam, an potuit rem delatam eiusmodi repudia-

re? cũ tribunus Ple. Populo cõcitato rem pene ad manus reuocasset, cũ vir optimus & homo innocẽtissimus pecunia circũuẽtus esse diceret, cũ inuidia flagraret ordo Senatorius, potuit nihil decerni? potuit illa cõcitatio multitudinis sine summo periculo Reip. repudiari? At qd est decretũ? q̃ iuste? q̃ sapiẽter? q̃ diligẽter? SI QVI SVNT, QVORVM OPERA FACTVM SIT: VT IVDICIVM PVBLICVM CORRVMPERETVR. Vtrum vi det senatus id factũ iudicare? an si factũ sit, moleste grauiterq; ferre? Si ipse A. Cluentius sententiã de iudiciis rogaret, aliã nõ diceret, atq; ii dixerũt, quorũ sententiis Cluẽtiũ cõdemnatũ esse dicitis. Sed quæro a vobis nũ istam legẽ ex isto Senatusconsulto L. Lucullus cõsul homo sapiẽtissimus tulerit? nũ anno post, M. Lucullus, & C. Cassius? in quos cũ cõsules designatos idẽ illud senatus decreuerit, nõ tulerũt. & qd tu Habiti pecunia factũ esse arguis, neq; id vlla tenuissima suspitione cõfirmas, factũ est primo illorũ æquitate, & sapiẽtia cõsulũ: vt id qd senatus decreuerat ad illud inuidię presens incendiũ restinguẽdũ, id postea perferendum ad populũ nõ arbitrarent. ipse deinde populus Ro. qui L. Quintii tribuni Pl. fictis querimoniis antea cõcitat⁹, rem illã & rogationẽ flagitarat, idẽ C. Iunii filii pueri paruuli lachrymis cõmotus, maximo clamore, & cõcursu totã illã legẽ & quęstionẽ repudiauit. Ex quo itelligi potuit id, qd sæpe dictũ est: vt mare qd sua natura trãquillũ sit, ventorũ vi agitari atq; turbari, sic & populũ Ro. sua sponte esse pacatũ, hominũ seditiosorũ vocibus vt violentissimis tẽpestatibus cõcitari. Est etiã relíqua, permagna auctoritas, quam ego turpiter pene præterii: mea em̃ eẽ dicit. Recitauit ex oratione nescio qua Actius, quã meã eẽ dicebat, cohortationẽ quandã iudicũ ad honeste iudicãdũ, & cõmemorationẽ tũ illorũ iudiciorũ, quæ probata nõ essent, tũ illius ipsius iudicii Iuniani: perinde quasi ego nõ ab initio huius defensionis dixerim, inuidiosum illud fuisse iudiciũ: aut cũ de infamia iudiciorũ disputarẽ, potuerim illud, qd tã popular esset, in illo tẽpore prẽterire. Ego vero si qd eiusmodi dixi, neq; cognitũ commemoraui, neq; pro testimonio dixi: & illa oratio potius tẽporis mei, q̃ iudicii & auctoritatis fuit. Cũ em̃ accusarẽ, & mihi initio proposuissem, vt animos & populi Ro. & iudicũ cõmouerẽ: cũq; ois offensiones iudiciorũ nõ ex mea opinione, sed ex hoim rumore proferrẽ: istã rẽ, quę tã populariter esset agitata, prẽterire nõ potui. Sed errat vehemẽter, si qs in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, auctoritates nostras cõsignatas se habere arbitratur. oẽs em̃ illę orationes causarũ, & tẽporũ sunt, nõ hominũ ipsorũ, ac patronorũ. Nã si causæ ipsæ pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorẽ. Nũc adhibemur, vt ea dicamus, non quę nostra auctoritate constituant, sed quæ ex re ipsa causaq; ducant. Hominẽ ingeniosum M. Antoniũ aiũt solitũ esse dicere: idcirco se nullã vnq̃ orationẽ scripsisse, vt si qd aliqñ nõ opus esset ab se esse dictũ, posset se negare dixisse. perinde quasi qd a nobis dictũ, aut actũ sit, id nisi literis mãdauerimus, hoim memoria nõ cõprehendat. Ego vero in isto genere libẽtius cũ multorũ, tũ hois eloquẽtissimi & sapientissimi L. Crassi auctoritatẽ sequor: q cũ L. Planciũ defenderet accusante M. Bruto hoie in dicendo vehementi, & callido: cum Brutus duobus recitatoribus cõstitutis, ex duabus ei⁹ orationib⁹ capita alterna inter se cõtraria recitãda curasset: q̃ in dissuasione rogationis eius, quę contra coloniã Narbonẽsem ferebat, quantũ potest de auctoritate senatus detrahit: in suasione legis Seruilię summis ornat senatũ laudibus: & multa in Equites Ro. cũ ex ea oratione aspˢius dicta recitasset, quo animi illorũ iudicum in Crassum incenderent: aliquantũ esse cõmotus dicit. Itaq; in respõdendo primum exposuit vtriusq; rationẽ tẽporis, vt oratio ex re, & causa habita videret. Deinde vt intellígere posset Brutus, quẽ hominẽ, & nõ solũ qua eloquẽtia, verũ etiã quo lepore, & qbus facetiis prædítũ lacessisset, tres & ipse excitauit recitatores cũ singulis líbellis, quos M. Brutus pater illius accusatoris de iure ciuili reliqt. Eorũ initia cũ recitarent, ea quę vobis nota esse arbitror, Forte euenit, vt rurí in Príuernate essemus ego, & Brutus filius. fundũ Príuernatẽ flagitabat. In Albano eramus ego & Brutus filius. Albanũ poscebat. In Tyburti forte cũ assedissemus. Tyburtẽ fundũ requirebat. Brutũ autẽ hominẽ sapientẽ, q̃ filii nequitiã videret, quę prædia ei relinqueret, testificari dicebat voluisse. q̃ si potuisset honeste scribere, se in balneis cũ id ætatis filio fuisse, nõ prẽteriisset. eas se tamẽ ab eo balneas nõ ex líbris patrís, sed ex tabulis & ex censu quærere. Crassus tum ita Brutũ vltus est, vt illum recitationis suæ pœniteret. moleste em̃ fortasse tulerat, se in his orationibus reprehensum, quas de Rep. habuisset, in qbus forsitan magis requirat cõstantia. Ego aũt illa recitata nõ moleste fero. neq; em̃ ab illo tẽpore, qd tũ erat, neq; ab ea causa, quæ tum agebat, aliena fuerũt. neq; mihi quicq̃ oneris suscepi, cum

Similitudo.

Auctoritas.

Orationũ auctoritatibus quatenus credendum.

Antonius cur nõ scripserit.

L. Crassi facetiæ.

ista dixi, quo minus honeste hanc causam, & libere possem defendere. Q. si velim confiteri me causam A. Cluentii nũc cognoscere, antea fuisse in illa opinione populari, qs tãdẽ id posit reprehendere: præsertim Iudices cũ a vobis quoq; ipsis hoc impetrari sit æquissimum, qđ ego & ab initio petiui, & nũc peto, vt si quã huc grauiorẽ de illo iudicio opinionẽ attulistis, hanc causa perspecta, atq; omni veritate cognita deponatis. Nũc quoniã ad oĩa, quæ abs te dicta sunt T. Acti de Oppianici damnatione, respõdi, cõfiteare necesse est, te opinionẽ multũ fefellisse, q. existimaris me causam A. Cluentii nõ facto eius, sed lege defensurum. Nam hoc persæpe dixisti, tibi sic renunciari, me habere in animo causam hanc pręsidio legis defendere. Ita ne est: ab amicis videlicet imprudentes prodimur: & est nescio qs de his, quos amicos nobis arbitramur, q nostra cõsilia ad aduersarios deferat. Quisnã tibi hoc renũciauit: qs tã improbus fuit: cui ego aũt narraui: nemo vt opinor in culpa est, sed nimirũ tibi istuc lex ipsa renunciauit, sed nũ tibi ita defendisse videor, vt tota in causa mentionẽ nullã fecerim legis: nũ secus hãc causam defendissem, ac si lege Habit9 teneret: certe vt hoiem cõfirmare oporter, nullus est locus a me purgandi istius inuidiosi criminis prętermissus. Quid ergo est: quæret fortasse qspiam: displiceat ne mihi legum præsidio a capite periculum propulsare: mihi vero Iudices nõ displicet, sed vtor instituto meo in hoĩs honesti prudentisq; iudicio. nõ solũ meo cõsilio vti cõsueui, sed multũ etiã eius quẽ defendo & cõsilio & volũtati obtẽpero. Nam vt hæc ad me causa delata est, q leges eas ad quas adhibemur, & ĩ qbus versamur, nosse debere, dixi Habito statim, de eo q coisset, quo qs cõdemnaret, illum esse liberũ. teneri autẽ nostrum ordinẽ. atq; ille me orare & obsecrare cœpit, vt ne sese lege defenderẽ. Cũ ego quę mihi videre nt, dicerẽ, traduxit me ad suã sententiã. affirmabat em̃ lachrymans nõ se cupidiorẽ esse ciuitatis retinendę, q̃ existimationis. morẽ homini gessi: & tamẽ idcirco feci (neq; em̃ id semp facere debemus) q. videbã per se ipsam causam copiosissime sine lege posse defendi. Videbam in hac defensione, qua iam sum vsus, plus dignitatis: in illa, qua me hic vti noluit, minus laboris futurũ. q. si nihil aliud esset actũ, nisi vt hãc causam obtinerẽ, lege recitata perorassem, neq; me illa oratio commoueret, q. ait Actius, indignum esse facinus, si Senator iudicio quẽq; circumuenerit, legibus eũ teneri: si Eques Ro. hoc idẽ fecerit, nõ teneri. Vt tibi concedã hoc indignũ esse (qđ cuiusmodi sit, iam videro) tu mihi cõcedas necesse est, multo esse indignius in ea ciuitate, quę legibus teneat, discedi a legib9. Hoc em̃ vinculũ est huius dignitatis, qua fruimur in republica, hoc fundamentũ libertatis, hic fons æquitatis. mens, & animus, & consiliũ, & sententia ciuitatis posita est in legibus. Vt corpora nostra sine mẽte, sic ciuitas sine lege, suis partibus, & neruis, ac sanguine, & mẽbris vti nõ potest. Legũ ministri magistratus: legum interpretes iudices: legũ deniq; idcirco omnes serui sumus, vt liberi esse possimus. Quid est Q. Naso, cur tu in isto loco sedeas: quę vis est, qua abs te hi iudices tali dignitate prædicti coerceant: vos autẽ Iudices quãobrem ex tãta magna multitudine ciuiũ tam pauci de hominũ fortunis sententiã fertis: quo iure Actius quæ voluit dixit: cur mihi tandiu potestas dicendi datur: qđ sibi aũt illi scribę: qđ lictores: qđ cæteri, quos apparere huic quęstioni video, volunt: opinor hęc oĩa lege fieri, totũq; hoc iudiciũ (vt antea dixi) quasi mente quadã regi legis, & administrari. Quid ergo est: hæc quęstio sola ita gubernat: qđ M. Pletorii, & C. Flaminii inter sicarios: qđ C. Orchinii peculatus: qđ mea de pecuniis repetundis: quid C. Aquilii, apud quẽ nunc de ambitu causa dicit: qđ reliquę quęstiones: circũspicite omnes Reip. partes, oĩa legum imperio, & prescripto fieri videbitis. Si q apud me, te T. Acti reum velit facere, clames te lege pecuniarũ repetundarũ nõ teneri: neq; hæc tua recusatio confessio sit captæ pecuniæ, sed laboris, sed periculi nõ legitimi declinatio. nunc qđ agat, & qđ abs te iuris cõstituat, vide. Iubet lex ea, qua lege hæc quæstio constituta est, iudicẽ quæstionis, hoc est Q. Voconiũ cũ istis iudicibus, q ei obuenerint (vos appellat Iudices) quærere de veneno. in quẽ quærere: infinitũ est. quicũq; fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. Quid eadẽ lex statim adiungit: Recita. DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO. Eius qui coierit: cõuenerit: non ita est. qđ ergo est: dic. QVI TRIBVNI MILITVM LEGIONIBVS QVATTVOR PRIMIS, QVIVE QVAESTORES, TRIBVNI PL. Deinceps omnis magistratus nominauit. QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT. Quid tum: QVI EORVM COIT, COIERIT, CONVENIT, CONVENERIT, QVO QVIS IVDICIO PVBLICO CONDEMNARETVR. Qui eorũ: quoꝝ: videlicet, q suprascripti sunt. qđ ĩteresse vtro modo scriptũ sit: etsi est apertũ, tamẽ ipsa lex docet. vbi em̃ omnes mor

Legum vis

Apparere.

tales alligat, ita loquit. QVI VENENVM MALVM FECIT, FECERIT. omnes viri, mulieres, liberi, serui in iudiciũ vocant. si item de coitione voluisset, adiunxisset, qve coierit. Nũc ita est, DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO. QVI MAGISTRATVM HABVERIT, QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXERIT. QVI EORVM COIT, COIERIT. Num is est Cluentius? certe nõ est. qs ergo est Cluentius? q tamẽ defendi causam suã lege nolit. itaq; abiicio legẽ, morem Cluẽtio gero: tibi tamẽ Acti pauca, quę ab huius causa seiuncta sunt, respõdebo. est eñ qddam in hac causa, qđ Cluentius ad se: est aliqd, qđ ego ad me putem pertinere. hic sua putat interesse, se re ipsa, & gesto negotio, nõ lege defendi. ego aũt mea existimo interesse, me nulla in disputatione ab Actio videri esse superatũ. nõ eñ mihi hæc causa sola dicenda est: oĩbus hic labor meus propositus est, qcũq; hac facultate defensionis cõtenti esse possunt. nolo quẽq; eorũ, q assunt, existimare, me, quæ de lege ab Actio dicta sunt, si reticuerim, cõprobare. quamobrẽ Cluenti de te tibi obsequor, neq; ego legẽ recito, neq; hoc loco pro te dico, sed ea quæ a me desiderari arbitror, nõ relinquã. Iniquũ tibi videt Acti esse, nõ iisdẽ legibus oẽs teneri. Primũ (vt id iniquissimũ esse confitear) huiusmodi est, vt cõmutatis eis opus sit legibus, nõ vt iis quæ sunt, nõ pareamus. Deinde qs vnq; hoc senator accusauit? vt cũ altiorẽ gradũ dignitatis, beneficio populi Ro. esset consecutus, eo se putaret durioribus legũ cõditionibus vti oportere? q̃ multa sunt cõmoda, qbus caremus: q̃ multa molesta, ac difficilia, quę subimus. atq; hæc omnia tñ honoris & amplitudinis cõmodis cõpẽsant. Cõuerte nũc ad equestrẽ ordinẽ, atq; in cæteros ordines: easdẽ vitæ cõditiones nõ perferẽt. putant eñ minus multos sibi laqueos legũ, & conditionũ, ac iudicioꝝ propositos esse oportere, q in summũ locũ ciuitatis aut nõ potuerũt ascẽdere, aut nõ petiuerũt. Atq; vt omittã leges alias oẽs, qbus nos tenemur, cæteri aũt sunt ordines liberati, hanc ipsam legẽ, ne qs iudicio circũueniret, C. Gracchus tulit. eam legẽ pro plebe nõ in plebem tulit. Postea L. Sylla homo a populi causa remotissimus, tamẽ cũ eius rei quæstionẽ hac ipsa lege cõstitueret, qua vos hoc tẽpore iudicatis, populũ Ro. quẽ ab hoc genere liberũ acceperat, alligare nouo quæstionis genere ausus nõ est. Quod si fieri posse existimasset, pro illo odio, qđ habuit in equestrẽ ordinẽ, nihil fecisset libentius, q̃ omnẽ illã acerbitatẽ proscriptionis suæ, questus in veteres iudices, in hãc vnã quęstionẽ attulisset. Nec nũc qcq̃ agit, mihi credite Iudices, & prospicite id, qđ prouidendũ est, nisi vt Equester ordo in huiusce legis periculũ includat. Neq; hoc agit ab oĩbus, sed a paucis. nam ii Senatores, q se facile tuent in integritate, & innocẽtia, quales (vt vere dicã) vos estis, & ceteri, q sine cupiditate vixerũt, Equites ordini Senatorio dignitate proximos, cõcordia cõiunctissimos esse cupiũt. sed ii, q se volunt posse oĩa, neq; pręterea qcq̃ esse aut in hoie vllo, aut in ordine, hoc vno metu se putant equites Ro. in potestate sua redacturos, si cõstitutũ est, vt de iis q rem iudicarẽt, huiusce modi iudicia fieri possint. Videt eñ auctoritatẽ huius ordinis cõfirmari, videt iudicia cõprobari. hoc metu proposito, euellere se aculeum seueritatis vestrę posse cõfidũt. quis eñ de hoie audeat paulo maioribus opibus prædito, vere, & fortiter iudicare? cum videat sibi, de eo, qp coierit, aut cõsenserit, causam esse dicendã? O viros fortes Equites Ro. q homini clarissimo, ac potẽtissimo M. Druso Tribuno ple. restiterunt, cũ ille nihil aliud ageret, q̃ vt illa cuncta, quę tũ erant nobilitatis, nisi vtiq; rem iudicassent, huiusce modi quæstionibus in iudiciũ vocarent. tũc C. Flauius Pusio, Cn. Titinnius, C. Mecœnas, illa robora populi Ro. cæteriq; huiusce modi ordinis nõ fecerũt idẽ, qđ nũc Cluentius, vt aliqd culpæ suscipere se putarẽt, recusando, sed apertissime repugnarũt. cũ hæc recusarẽt, & palã fortissime, atq; honestissime dicerent, se potuisse iudicio populi Ro. in amplissimũ locũ peruenire, si sua studia ad honores petendos cõferre voluissent. sese vidisse, in ea vita qualis splendor inesset, quãta ornamẽta, quę dignitas: quę se nõ cõtempsisse, sed ordine suo patrũq; suorũ cõtentos fuisse: & vitã illã tranquillã, & quietã, remotã a procellis inuidiarũ, & huiusce modi iudiciorũ sequi maluisse. aut sibi ad honores petendos ætatẽ integrã restitui oportere: aut, quoniã id nõ posset, eam cõditionẽ vitæ, quã secuti petitionẽ reliquissent, manere. iniquũ esse, eos q honorũ ornamẽta propter periculorũ multitudinẽ pretermisissent, populi beneficiis esse priuatos, iudiciorũ nouorũ periculis nõ carere. Senatorẽ hoc queri nõ posse, propterea, q ea cõditione proposita petere cœpisset: qq; permulta essent ornamẽta, qbus eã mitigare molestiam posset, locus, auctoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomẽ, & gratia, toga prætexta, sella curulis, insignia, fasces, exercitus, imperia, prouinciæ: qbus in rebus, cũ summum recte factis maiores no

L. Sylla eq̃stri ordini iratus.

Includat in periculũ

Robora populi Ro.

Senatoria ornamẽta.

ſtri permixtũ * plura peccatis pericula propoſita eſſe voluerũt. Illi nõ hoc recuſabãt, ea ne lege accuſarent, qua nũc Habitus accuſat, quę tũc erat Sempronia, nũc eſt Cornelia. intelligebãt em̃ ea lege Equeſtrẽ ordinẽ nõ teneri. ſed ne noua lege alligarent, laborabãt. Habitus ne hoc qdẽ vnq̃ recuſauit, quo minus vel ea lege rationẽ vitę ſuę redderet, qua nõ teneret. quę ſi vobis cõditio placet, oẽs id agamus, vt hęc q̃primũ in oĩs ordines queſtio perferat. interea qdẽ per deos immortales, quoniã oĩa cõmoda noſtra, iura, libertatẽ, ſalutẽ deniq; legibus obtinemus, a legibus nõ recedamus. ſimul & illud q̃ ſit indignũ cogitemus, populum Ro. aliud nunc agere: vobis Remp. & fortunas ſuas cõmiſiſſe: ſine cura eſſe: nõ metuere, ne lege ea, quã nunq̃ ipſe iuſſerit, & quæſtione, qua ſe ſolutũ liberũq; eſſe arbitrarer. p paucos Iudices aſtringatur. Agit em̃ ſic cauſam T. Actius, adoleſcẽs bonus, & diſertus: omes ciues legibus teneri oĩbus: vos attenditis, & auditis filẽtio, ſicut facere debetis. A. Cluẽtius Eques Ro. cauſam dicit ea lege, qua lege Senatores, & hi q magiſtratũ habuerũt, ſoli tenent. mihi per eũ recuſare,

Prędidia cõſtituere in arce legis.

& in arce legis prędidia cõſtituere defenſionis meæ non licet. ſi obtinuerit cauſam Cluentius (ſicuti veſtra æquitate nixi cõfidimus) oẽs exiſtimabunt, id qd erit, obtinuiſſe propter innocentiã, quoniã ita defenſus ſit. in lege aũt, quam attingere noluerit, præſidii nihil fuiſſe. Hic nunc eſt qddam, qd ad me pertineat, de quo ante dixi, qd ego populo Ro. præſtare debeã. quoniam is meę vitæ ſtatus eſt, vt oĩs mihi cura, atq; opera poſita ſit in omniũ periculis defendẽdis. video quanta, & q̃ periculoſa, & q̃ infinita queſtio tentet ab accuſatoribus, cum eam legẽ quæ in noſtrũ ordinẽ ſcripta ſit, in populũ Ro. trãſferre conent. qua in lege eſt. QVI COIERIT. qd q̃ late pateat, videtis. CONVENERIT. æque infinitũ, & incertũ eſt. CONSENSERIT. Hoc vero cũ infinitũ, tum obſcurũ, & occultum eſt. FALSVMVE TESTIMONIVM DIXERIT. Quis de plebe Romana teſtimoniũ dixit vnq̃, cui nõ hoc periculũ T. Actio auctore paratũ eſſe videatis? nam dicturũ qdem certe, ſi hoc iudiciũ plebi Romanę propoſitum ſit, neminem vnq̃ eſſe cõfirmo. ſed hoc polliceor omnibus, ſi cui forte hac lege negotiũ faceſſet, q lege nõ teneatur, ſi is vti me defenſore voluerit, me eius cauſam legis præſidio defenſurum, & vel his iudicibus, vel eorũ ſimilibus facile probaturum, & omni me defenſione vſurũ eſſe legis: qua nunc vt vtar, ab eo cuius voluntati mihi obtemperandũ eſt, nõ conceditur. Non em̃ debeo dubitare Iudices, quin ſiqua ad vos cauſa huiuſmodi delata ſit eius, qui lege non teneat, etiã ſi is inuidioſus, aut multis offenſus eſſe videat, etiã ſi eum oderitis, etiã ſi inuiti abſoluturi ſitis, tamen abſoluatis, & religioni potius veſtrę, q̃ odio pareatis. Eſt em̃ ſapientis iudicis meminiſſe ſe hominẽ: cogitare tantũ ſibi a populo Ro. eſſe permiſſum, quantũ cõmiſſum, & creditũ ſit: & nõ ſolũ ſibi poteſtatẽ datã, verũ etiã fidẽ habitam eſſe meminiſſe. poſſe, quẽ oderit, abſoluere: quẽ nõ oderit, cõdemnare: & ſemper nõ qd ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat, cogitare: animaduertere qua lege reus citetur, de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſet. Cũ hęc ſunt videnda, tũ vero illud eſt hoĩs magni Iudices atq; ſapientis, cum illam iudicandi cauſa tabellam ſumpſerit, nõ ſe putare eſſe ſolũ: neq; ſibi quodcũq; cõcupierit, licere: ſed habere in conſilio legẽ, religionẽ, æquitatẽ, fidem: libidinẽ autem, odium, inuidiã, metum, cupiditateſq; omnis amouere: maximeq; exiſtimare, conſcientiã mentis ſuæ: quã ab diis immortalibus accepimus, quæ a nobis diuelli nõ poteſt: quæ ſi optimorum conſiliorũ, atq; factorũ teſtis in omni vita nobis erit, ſine vllo metu, & ſumma cũ honeſtate viuemus. Hæc ſi T. Actius aut cognouiſſet, aut cogitaſſet, profecto ne conatus quidem eſſet dicere id, qd multis verbis egit: iudicem qd ei videat, ſtatuere, & nõ deuinctum legibus eſſe oportere, quibus de rebus mihi pro Cluentii voluntate nimiũ, pro Reip. dignitate parũ, pro veſtra prudentia, ſatis dixiſſe videor. Reliqua perpauca ſunt, quę, quia veſtrę queſtionis erant, idcirco illi ſtatuerũt ſibi fingenda eſſe, & proferenda, ne omniũ turpiſſimi reperirent, ſi in iudiciũ nihil, præter inuidiã attuliſſent. Atq; vt exiſtimetis neceſſario me de his rebus, de quibus iam dixerim, pluribus egiſſe verbis, attendite reliqua. profecto intelligetis, ea, quę paucis demõſtrari potuerunt, breuiſſime eſſe defenſa. Cn. Decio Samniti, ei, qui proſcriptus eſt, iniuriã in calamitate eius ab hui⁹ familia factã eſſe dixiſti. ab nullo ille liberali⁹, q̃ a Cluentio tractatus eſt. huius illum opes in rebus eius incommodis ſubleuarunt. atq; hoc cum ipſe, tum oẽs eius amici, neceſſariiq; cognorunt. Ancarii & Paceni paſtoribus, huius villicum vim, & manus attuliſſe. cum quędam in collibus (vt ſolet) cõtrouerſia paſtorũ eſſet orta, Habiti villici rem domini, & priuatam poſſeſſionem defenderunt. cum eſſet expoſtulatio facta, cauſa illis demõſtrata, ſine iudicio controuerſiaq; diſceſſum eſt. P. Elii teſtamento

Negotiũ faceſſetur.

Iudici ſapienti cogitanda.

De officio iudicis.

propinquus exhęredat9 cũ esset,hęres hic alienior institut9 est. P.Elius Habiti merito fecit, neq; hic in testamẽto faciendo interfuit,idq; testamẽtũ ab huius inimico Oppianico est obsignatũ. Florio legatũ ex testamẽto ĩficiatũ esse.nõ est ita:sed cũ HS.XXX.scripta essent, ꝑ HS.CCC. neq; ei satis cautũ videret,voluit eũ aliqd acceptũ referre liberalitati suæ. primo debere negauit,post sine cõtrouersia soluit. Cn.cuiusdã Samnitis vxorẽ post bellũ ab hoc eẽ repetitã.mulierẽ cũ emisset de sectoribus,quo tẽpore eã primũ liberam esse audiuit,sine iudi cio reddidit Cn.Cęlio. Enniũ esse quẽdã,cuius bona teneat Habitus.Est hic Ennius egẽs q= dam calumniator,mercenarius Oppianici,q; pęrmultos annos quieuit,deinde aliquãdo cum seruo Habiti furti egit,nuper ab ipso Habito petere cœpit.hic illo priuato iudicio(mihi crę dite) nobis iisdẽ fortasse patronis calũniã nõ effugiet. Atq; etiã,vt nobis renũciet, hoiem multorũ hospitũ,A.Binniũ quendã Coponẽ de via Latina,subornatis,q; sibi a Cluentio ser= uisq; eius in taberna sua manus allatas esse dicat. quo de hoie,nihil etiã nũc dicere nobis est necesse.si inuitauerit,id qđ solet,sic hominẽ accipiemus,vt molestę ferat,se de via decessisse. Habetis Iudices,quę in totã vitã de morib9 A.Cluẽtii,quẽ illi inuidiosum reũ volũt esse, annos octo meditati accusatores collegerũt,q̃ leuia genere ipo,q̃ falsa re,q̃ breuia responsu. Cognoscite nũc id,qđ ad vestrũ iusiurandũ pertinet,qđ vestri iudicii est,qđ vobis oneris im posuit ea lex,qua coacti huc cõuenistis,de criminibus veneni:vt oẽs intelligãt,q̃ paucis ver bis hæc causa pęrorari potuerit:& q̃ multa a me dicta sint,quę ad huius voluntatẽ maxime, ad vestrũ iudiciũ minime pertinerẽt.Obiectũ est C.Vibiũ Capacẽ ab hoc A.Cluentio veneno esse sublatũ. opportune adest homo summa fide & omni virtute prędituS,L.Pletorius Sena tor,q; illius Capacis hospes fuit,& familiaris.apud hũc ille Romę habitauit,apud hũc ęgro tauit,huius domi est mortuus.haud hæres est Cluentius: intestatũ dico esse mortuũ:possef sionẽq; eius bonorũ prętoris edicto huic illius sororis filio adolescenti pudẽtissimo,& in pri mis honesto Equiti Ro.datã,Numerio Cluentio,quẽ videtis.Alterũ veneficii crimẽ: Oppia nico huic adolescenti,cũ eius in nuptiis more Larinatiũ multitudo hominũ prăderet, vene num Habiti consilio paratũ.id cũ daret in mulso,Balbutiũ quendã eius familiarẽ intercepis se,bibisse,statimq; esse mortuũ.Hęc ego si sic agerẽ,tanq̃ mihi crimẽ esset diluendũ,hæc plu ribus verbis dicerẽ,quę nũc paucis pęrcurrit oratio mea.Quid vnq̃ Habitus in se admisit,vt hoc tantũ ab eo facinus nõ abhorrere videat?qd autẽ magnopere Oppianicũ metuebat?cum ille verbũ omnino in hac ipsa causa nullũ facere potuerit:huic autẽ accusatores matre viua deesse nõ possent:qđ iam intelligetis.an vt de causa eius,pęriculi nihil decederet? ad causam nouũ crimen acederet?quod autẽ tẽpus veneni dandi,illo die?in illa frequẽtia?pęr quẽ porro datũ?vnde sumptũ?quę deinde interceptio poculi?cur nõ de integro autẽ datũ? Multa sunt quæ dici possunt:sed nõ cõmittã,vt videar nõ dicendo voluisse dicere. res emi iam se ipsa de fendat.Nego illũ adolescentẽ,quẽ statim epoto poculo mortuũ esse dixistis, omnino illo die esse mortuũ.magnũ & impudẽs mẽdaciũ.pęrspicite cætera.dico illũ, cũ ad illud prandiũ cru dior venisset,& vt ætas illa fert,sibi tũ nõ pępercisset,aliquot dies ægrotasse, & ita esse mor= tuũ.quis huic rei testis est?idem q; sui luctus,pater.pater inquã illius adolescentis,quem pro pter animi dolorẽ pęrtenuis suspitio potuisset ex illo loco testẽ in A.Cluentiũ constituere,is hunc suo testimonio subleuat.qđ recita.tu autẽ nisi molestum est,paulisper exurge,& pęrfer hunc dolorẽ cõmemorationis necessariæ:in qua ego diutius nõ morabor,quoniã qđ fuit vi ri optimi,fecisti,vt ne cui innocẽti mœror tuus calamitatẽ,& falsum crimẽ afferret. Vnũ etiã mihi reliquũ eiusmodi crimen est Iudices,ex quo illud pęrspicere possitis,qđ a me initio orationis meæ dictũ est:qcqd mali pęr hos annos A. Cluentius viderit, qcqd hoc tẽpore ha beat sollicitudinis,ac negotii,id omne a matre esse cõflatũ.Oppianicũ veneno necatum esse, qđ ei datũ sit in pane pęr M.Aselliũ quẽdã familiarẽ illius,idq; Habiti cõsilio factum esse,dici tis.In quo primũ illud quæro:quæ causa Habito fuerit,cur interficere Oppianicũ vellet.Ini micitias emi inter ipsos fuisse confiteor:sed hoies,inimicos suos morte affici volũt,vel q; me tuũt,vel q; oderũt.quo tãdẽ igit Habit9 metu adductus tãtũ in se facinus suscipęre conatus est?qd erat qđ iam Oppianicũ pœna affectum pro maleficiis,eiectũ e ciuitate q̃q̃ timeret?qd metuebat?vt oppugnaret a pęrdito?an ne accusaret a cõdemnato?an ne exulis testimonio lę deret? Sin aũt q; oderat Habitus,idcirco illũ vita frui noluit,adeo ne erat stultus, vt illam, quã tũ ille viuebat,vitã esse arbitraret?damnati,exulis,deserti ab oĩbus, quẽ propter animi importunitatem nemo recipęre tecto,nemo adire,nemo alloqui,nemo respicere vellet,huius

Emisset de sectoribus.

Taberna.

Responsu.

Aegrotare

igitur vitæ Habitus inuidebat? hunc si acerbe & penitus oderat, nõ eum q̃diutissime viuere velle debebat? huic mortẽ maturabat inimicus, qđ illi vnũ in malis perfugium erat calamitatis? qui si quid animi ac virtutis habuisset (vt multi sępe fortes viri in eiusmodi dolore) mortem sibi ipe consciisset, huic quãobrem id vellet inimicus offerre, qđ ipse sibi optare deberet? nam nũc qdem qd tandẽ illi mali mors attulit? nisi forte ineptiis, ac fabulis ducimur, vt existimemus illũ apud inferos impiorum supplicia perferre: ac plures illic offendisse inimicos, q̃ hic reliquisse: a socrus, ab vxorum, a fratris, a liberũ pœnis actum esse præcipitem in scelera-

De inferis incredulus Cicero.

torum sedẽ, atq; regionẽ, quæ si falsa sunt, id qđ oẽs intelligunt, qd ei tandem aliud mors eripuit, præter sensum doloris? Age vero venenũ per quẽ datũ? per M. Asellium. quid huic cũ Habito? nihil, atq; adeo, q; ille Oppianico familiarissime est vsus, potius etiã cõtra simultas, ei ne igit, quẽ sibi offensiorẽ, Oppianico familiarissimũ sciebat esse, potissimũ & suũ scelus & illius periculũ cõmittebat? cur deinde tu, q pietate ad accusandũ excitatus es, hunc Asellium esse in ultum tandiu finis? cur non Habiti exemplo vsus es? vt per illũ, q attulisset venenum, de hoc prędiudicaret? Iam vero illud q̃ non probabile, q̃ inusitatũ Iudices, q̃ nouũ? in pane datũ venenum. facilius ne potuit, q̃ in poculo? latius potuit additũ aliqua in parte panis, q̃ si totũ cõli-

Comesum

quefactũ in potione esset? celerius potuit comesum, q̃ epotũ in venas, atq; in oĩs partes corporis permanare? facilius fallere ĩ pane si esset aĩaduersum, q̃ in poculo, cũ ita cõfusum esset, vt secerni nullo mõ posset? At repentina morte periit. qđ si esset ita factũ, tamẽ ea res propter multorũ eiusmodi mortẽ, satis firmã veneni suspitionẽ nõ haberet. si esset suspitiosum, tñ ad alios potius q̃ ad Habitũ pertineret. verũ in eo ipso hoies impudentissime mẽtiunt. id vt intelligatis, & mortẽ eius, & quẽadmodũ post mortẽ in Habitũ sit crimen a matre quæsitũ, cognoscite. Cum vagus & exul erraret, atq; vndiq; exclusus Oppianicus in Falernũ se ad C. Quintiliũ cõtulisset, ibi primũ in morbũ incidit, ac satis vehementer, diuq; ægrotauit. cum esset vna Sassia: & Stathio Albio quodã colono hoie valẽte, q simul esse solebat, familiarius vteretur, q̃ vir dissolutissimus incolumi fortuna pati posset: & ius illud matrimonii castum, atq; legitimũ damnatione viri sublatũ arbitraret: Nicostratus qdam fidelis Oppianici seruulus percuriosus, & minime mendax, multa dicit renunciare domino solitus esse. Interea Oppianicus cũ iam cõualescceret, neq; in Falerno improbitatẽ coloni diutius ferre posset, & huc ad vrbem profectus esset: solebat em extra portam aliquid habere conducti: cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehemẽter: & postea q̃ ad vrbẽ cũ febri venerit, paucis diebus esse mortuus. Mortis ratio Iudices eiusmodi est, vt aut nihil habeat suspitionis: aut si quid habet, id intra parietes in domestico scelere versetur. Post mortẽ eius Sassia statim moliri nefaria mulier cœpit insidias filio, quæstionẽ habere de viri morte constituit: emit de A. Rupilio, quo erat vsus Oppianicus medico, Stratonẽ quẽdã, quasi vt idẽ

Emit de Rupilio.

faceret, qđ Habitus in emendo Diogene fecerat. de hoc Stratone, & de assecla quodam seruo suo quæsiturã esse dixit. pręterea seruũ illũ Nicostratum, quem nimiũ loquacem fuisse, ac nimium domino fidelẽ arbitrabat, ab hoc adolescente Oppianico in quæstionẽ postulauit. Hic cũ esset illo tempore puer, & illa quæstio de patris sui morte constitui diceret, etsi illũ seruũ & sibi beneuolũ, & patri fuisse arbitrabat, nihil tamẽ est ausus recusare. Aduocant amici & hospites Oppianici, & ipsius mulieris multi hoies honesti, atq; oĩbus rebus ornati: tormẽtis omnibus vehemẽtissimis quæritur. Cũ essent animi seruorũ, & spe, & metu tentati, vt aliqd in quæstione dicerent, tamen (vt arbitror) auctoritate aduocatorum, & vi tormentorũ adducti in veritate manserunt, neq; se quicq̃ scire dixerunt. Quæstio illo die de amicorũ sententia dimissa est. Satis longo interuallo post iterũ aduocant. habetur de integro quæstio, nulla vis tormentorũ acerrimorũ pręterm ittitur: aduersarii aduocati etiam vix ferre posse. furere crudelis atq; importuna mulier, sibi nequaq̃ vt speraret, ea quæ cogitasset, procedere. Cũ iã tortor, atq; essent tormenta ipsa defessa, neq; tamen illa finẽ facere vellet, quidam ex aduocatis, homo & honoribus populi ornatus, & summa virtute præditus, intelligere se dixit, non id agi vt verũ inueniretur, sed vt aliquid falsi dicere cogerentur. hoc post q̃ ceteri comprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quæsitum. Redditur Oppianico Nicostratus, Larinum ipsa proficiscitur cum suis, mœrens, q; iam certe incolumem filium fore putabat, ad quem non modo verum crimen, sed ne ficta quidem suspitio peruenire t, & cui non modo aperta inimicorum oppugnatio, sed ne occultæ quidem matris insidię nocere potuissent. Larinum post q̃ venit, quę a Stratone illo venenum antea viro suo datum sibi persua

ſum eſſe ſimulaſſet,inſtructam ei continuo & ornatã Larini medicinę exercendę cauſa taber
nam dedit.vnum,alterũ,tertiũ annum Saſſia quieſcebat,vt velle atq; optare aliquid calami-
tatis filio potius,q̃ id ſtruere,& moliri videret.Tum interim Hortẽſio,Q.Metello Conſſ.vt
hunc Oppianicũ aliquid agentẽ,ac nihil eiuſmodi cogitantẽ ad hanc accuſationem detrahe
ret,inuito deſpondit ei filiam ſuã illã,quã ex genero ſuſceperat, vt eũ nuptiis allígatũ ſimul,
& teſtamenti ſpe deuinctũ poſſit habere in poteſtate.Hoc ipſo fere tempore Strato ille medi
cus domi furtũ fecit,& cædem eiuſmodi.Cũ eſſet in ædibus armariũ,in quo ſciret eſſe nũmo Armarium
rũ aliquantũ,& auri,noctu duos cõſeruos dormiẽtes occidit,in piſcinãq; deiecit,ipſe arma-
rii fundũ execuit,& ſeſtertiorũ & auri quinq; pondo abſtulit,vno ex ſeruis puero nõ grandi
cõſcio.furto poſtridie cognito,oĩs ſuſpitio in eos ſeruos qui non cõparebãt,cõmouebat. Cũ
exectio illa fundi in armario aĩaduerteret,quęrebant hoĩes quonã modo fieri potuiſſet.quí-
dã ex amicis Saſſię recordatus eſt,ſe nup in auctione quadam vidiſſe in reb⁹ minutis adun-
cam ex omni parte dentiũ,& tortuoſam venire ſerrulam,qua illud potuiſſe ita circũſecari vi
deret.ne multa,perquirit a coactorib⁹,inuenit ea ſerrula ad Stratonẽ pueniſſe.hoc initio ſu- Coactores.
ſpitiõis orto, & aperte inſimulato Stratone,puer ille conſcius ptimuit,rem omnẽ dominę in
dicauit,hoĩes in piſcina inuẽti ſunt,Strato in vincula cõiectus eſt,atq; etiam in taberna eius
nummi nequaq̃ oẽs reperiunt.conſtituit quęſtio de furto.nam quid quiſq̃ ſuſpicari aliud po
teſt:an hoc diciris:armario expilato, pecunia ablata,non omni recuperata,occiſis hominib⁹,
inſtituram eſſe quæſtionem de morte Oppianici:cui probatis:quid eſt qđ minus veriſimile p
ferre potuiſtis:Deinde,vt omittam cætera,triennio poſt mortẽ Oppianici de eius morte q̃-
rebat.atq; etiã incenſa odio priſtino,Nicoſtratũ eundem illum tum ſine cauſa in quæſtionẽ
poſtulauit.Oppianicus primo recuſauit.poſtea q̃ illa,abducturam ſe filiam,mutaturã eſſe te
ſtamentũ minaret,mulieri crudeliſſimę ſeruum fideliſſimũ,non in quæſtionem tulit,ſed pla- Tulit in
ne ad ſuppliciũ dedit.Poſt triẽniũ igit agitata denicp quęſtio de viri morte habebat. & de q- quęſtionẽ.
bus ſeruis habebat:noua credo res obiecta,noui quidam hoĩes in ſuſpitione vocati ſunt.de
Stratone,& de Nicoſtrato.quid:Romę quęſitũ de iſtis hominibus non erat:ita ne tandẽ:mu
lier iam nõ morbo,ſed ſcelere furioſa,cum quęſtionẽ habuiſſet Romę,cũ de T.Annii,L.Ru-
tilii,P.Saturii,& cæterorũ honeſtiſſimorũ virorũ ſententia cõſtitutum eſſet,ſatis quæſitum
videri,eadem de re triennio poſt iiſdẽ de hominib⁹,nullo adhibito, non dicam viro,ne colo
num forte abfuiſſe dicatis,ſed bono viro,in filii caput quæſtionẽ habere conata eſt. An hoc
dicitis:mihi eñ venit in mentẽ,quid dici poſſit,tametſi adhuc non eſſet dictũ:cũ haberetur
de furto quęſtio Stratonẽ aliqđ de veneno eſſe cõfeſſũ.hoc vno mõ Iudices ſępe multorũ im
probitate depreſſa veritas emergit,& innocẽtiæ defenſio intercluſa reſpirat : q̃ aut hi q̃ ad
fraudem callidi ſunt,non tantũ audent quantũ excogitãt:aut illi quoq; eminet audacia,atq; Proiecta
proiecta eſt,a conſiliis malitiæ deſerunt:q̃ ſi aut confidens aſtutia,aut callida eſſet audacia, audacia.
vix vllo obſiſti modo poſſet. Vtrum furtũ factũ nõ eſt:at nihil clarius Larini fuit.an ad Stra
tonẽ ſuſpitio non pertinuit:at is & ex ſerrula inſimulatus,& a puero cõſcio eſt indicatus.an
id actum non eſt in quærendo:quę fuit alia igit cauſa quęrendi:an id qđ dicendũ vobis eſt,
& qđ tum Saſſia dictitabat,cũ de furto q̃reret,tũ Strato iiſdẽ in tormẽtis dixit de veneno:en
hoc illud eſt,qđ ante dixi, mulier abundat audacia,cõſilio & rõne deficit.nã tabellę quæſtio Deficit cõ
nis plures proferunt,quę recitatę,vobiſq; editę ſunt,illę ipſę,quas tũ obſignatas eſſe dixi.in ſilio & ra-
quibus tabellis de furto litera nulla inuenit.non venit in mẽtẽ primã oratione Stratonis cõ tione.
ſcribere de furto,poſt aliquid adiungere dictum de veneno, qđ non percontatione quæſitũ, Litera nul-
ſed dolore expreſſum videretur.quæſtio de furto eſt,veneni iam ſuſpitione,ſuperiore q̃ſtiõe la.
ſublata,qđ ipſum hæc eadem mulier indicarat.quæ vt Romę de amicorum ſententia ſtatue
rat ſatis eſſe quæſitum,poſtea per triennium maxime ex omnibus ſeruis Stratonem illum di
lexerat,in honore habuerat,cõmodis omnibus affecerat.Cum igitur de furto quęreretur,&
eo furto qđ ille ſine controuerſia fecerat,tum ille de eo,qđ quærebatur , verbum nullum fe-
cit,de veneno ſtatim dixit:de furto,ſi non eo loco quo debuit,ne in extrema quidẽ,aut me-
dia,aut in aliqua denicp parte quęſtionis,verbum fecit nullum.Iam videtis illam nefariã mu
lierem Iudices eadem manu,qua,ſi detur poteſtas,interficere filium cupiat,hãc fictam quę-
ſtionem conſcripſiſſe.atq; iſtam ipſam quæſtionem dicite quis obſignauit:vnum aliquem no
minate.neminem reperietis,niſi forte eiuſmodi hominem,quem ego proferri malim, q̃ nemi
nem nominari.Quid ais T.Acti:tu periculũ capitis,tu indicium ſceleris,tu fortunas alterius

literis cõscriptas in iudiciũ afferas? neq; earũ auctorẽ literarũ, neq; obsignatorẽ, neq; testẽ vllum nominabis? & quã tu pestem innocẽtissimo filio ex matris sinu deprompseris, hanc hi tales viri comprobabunt? Esto, in tabellis nihil est auctoritatis: quid? ipsa quęstio iudicibus: qd? amicis hospitibusq; Oppianici, quos adhibuerat antea: quid? huic tãdem ipsi tempori, cur nõ

Quid factũ est Stratone.

reseruata est? quid istis hominibus factum est Stratone, & Nicostrato? quæro abs te Oppianice, seruo tuo Nicostrato quid factũ esse dicas? quẽ tu cum hunc breui tẽpore accusaturus esses, Romã deducere, dare potestatẽ indicandi, incolumẽ deniq; seruare quęstioni, seruare his iudicibus, seruare huic tempori debuisti. nam Stratonẽ qdẽ Iudices in crucẽ actũ ẽsse exectu scitote lingua, qd nemo est Larinatiũ qui nesciat. timuit mulier amens nõ suã conscientiã, nõ odium municipũ, non famã omniũ, sed quasi non oẽs eius sceleris testes essent futuri, sic metuit ne condemnaret extrema seruuli voce morientis. Q d hoc portentũ dii immortales? qd tantũ mõstrũ in vllis locis? qd tam infestũ scelus, & immane, aut vnde natum esse dicam? Iã eñ videtis profecto Iudices, nõ sine necessariis me ac maximis causis prĩcipio orationis meę de matre dixisse. nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit. mitto illam primã libidinis iniuriam, mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiã, quæ nondũ ad huiusce vitæ piculum, sed ad cõmune familię dedecus pertinebãt: nihil de alteris Oppianici nuptiis queror: quarum illa cũ obsides filios ab eo mortuos accepisset, tũ deniq; in familię luctũ atq; in priuignorũ funus nupsit. prætereo q; Auriũ Melinũ, cuius illa quondã socrus, paulo ante vxor fuisset, cũ Oppianici esse opera ꝓscriptũ occisumq; cognosceret, eam sibi domũ sedemq; coniugii delegit, in qua quotidie supĕrioris viri mortis indicia, & spolia fortunarũ videret. illud primũ q̃ror, de illo scelere, qd nũc deniq; patefactũ est Fabritiani veneni, qd iã tũ recẽs suspitiosum cæteris, huic incredibile, nũc vero apertũ iam oĩbus ac manifestũ videt. non est profecto de illo veneno celata mater, nihil est ab Oppianico sine cõsilio mulieris cogitatũ. qd nisi

Celata de illo.

esset, certe postea deprehẽsa re non illa vt ab improbo viro discessisset, sed vt a crudelissimo hoste fugisset, domũ illã in perpetuũ scelere omni affluentẽ reliquisset. nõ modo id non fecit, sed ab illo tẽpore nullũ locũ ptermisit, in quo non instrueret insidias aliquas, ac dies omnes ac noctes tota mente mater de pernicie filii cogitaret. Quę primũ vt illũ cõfirmaret Oppianicum accusatorẽ filio suo, donis muliebrib⁹, collocatione filię, spe hęreditatis obstrinxit. Ita q; apud cęteros nouis inter propinquos susceptis inimicitiis sæpe fieri diuortia atq; affinita tũ dissidia vidimus: hęc mulier satis firmũ accusatorẽ filio suo fore neminẽ putauit, nisi qui in matrimoniũ sororẽ eius ante duxisset, cæteri nouis affinitatibus adducti, veteres inimicitias sæpe deponũt: illa sibi ad cõfirmãdas inimicitias affinitatis cõiũctionẽ pignori fore putauit. Neq; in eo solũ diligẽs fuit, vt accusatorẽ filio suo cõpararet, sed etiã cogitauit, quib⁹ eũ rebus armaret. hinc eñ illę sollicitationes seruoꝝ & minis, & promissis: hinc illę infinitę crudelissimęq; de morte Oppianici quęstiones: quibus finẽ aliqñ non mulieris modus, sed amicorũ auctoritas fecit: ab eodẽ scelere illę triennio post habitę Larini quęstiones: eiusdem amẽtiæ falsę conscriptiones q̃stionũ, ex eodẽ furore etiã illa cõscelerata exectio linguę, totius deniq; huius ab illa est & inuẽta & adornata cõparatio criminis. Atq; his reb⁹ cũ instructũ accusatorẽ filio suo Romã ipsa misisset, paulisper cõquirẽdorũ & cõducendorũ testiũ causa Larini est cõmorata. postea aũt cũ appropinquare huius iudiciũ ei nũciatũ est, cõfestim hucaduolauit, ne aut accusatorib⁹ diligẽtia, aut pecunia testib⁹ deesset, aut ne forte mater hoc sibi optatissimũ spectaculũ huius sordiũ, atq; luctus, & tanti squalloris amitteret. Iã vero qd iter Romam eius mulieris fuisse existimatis? qd ego ꝓpter vicinitatẽ Aquinatiũ & Frabraternorũ ex multis audiui, & cõperi. quos concursus in his oppidis? quantos & virorũ & mulierũ gemitus esse factos? mulierẽ quandã Larino, atq; illam vsq; a mari Supero Romã pficiscĩ, cũ ma

Circũuenire iudicio.

gno comitatu & pecunia, quo facili⁹ circũuenire iudicio capitis atq; opprimere filiũ posset. nemo erat illorũ pene dicã, qn expiãdũ illũ locũ esse arbitraret, q̃cũq; illa iter fecisset: nemo,

Terra mater omniũ.

quin terram ipsam violari, quæ mater est omnium, vestigiis cõsceleratę matris putaret. Itaq; nullo in oppido cõsistendi potestas ei fuit: nemo ex tot hospitibus inuentus est, qui non contagionem aspectus fugeret. nocti se potius ac solitudini, q̃ vlli aut vrbi, aut hospiti committebat. Nũc vero quid agat, quid moliatur, quid deniq; quotidie cogitet, quem ignorare nostrum putat? quos appellarit, quibus pecuniam promiserit, quorũ fidẽ precio labefactare conata sit, tenemus. quin etiam nocturna sacrificia, quæ putat occultiora esse, sceleratasq; eius

preces,& nefaria vota cognouimus,quibus illa etiã deos ĩmortales de suo scelere testaꝫ:neq; intelligit pietate,& religione,& iustis p̃cibus, deorũ mentes,nõ cõtaminata superstitione,neq; ad scelus p̃ficiendũ cæsis hostiis,posse placari.cuius ego furorẽ,atq; crudelitatẽ deos ĩmortales a suis aris atq; tẽplis aspernatos esse cõfido. Vos Iudices,quos huic A.Cluẽtio quosdã alios deos ad omne vitę tẽpus fortuna esse voluit,huius importunitatẽ matris a filii capite depellite.multi sępe in iudicãdo peccata liberũ parẽtũ misericordię cõcesserũt:vos ne huius honestissime actã vitã matris crudelitati cõdonetis,rogam⁹.p̃sertim cũ ex altera parte totũ municipiũ videre possitis.Omnes scitote Iudices(incredibile dictu est,sed a me verissime dicetur)oẽs Larinates,qui valuerũt,venisse Romã,vt hũc studio frequẽtiaq; sua quantũ possent,in tãto eius periculo subleuarent.pueris illud hoc tempore & mulieribus oppidũ scitote esse traditum,idq; in p̃sentia in cõmuni Italiæ pace domesticis copiis esse tutum.quos tamen ipsos æque,& eos quos p̃sentes videtis,hui⁹ expectatio iudicii dies noctesq; sollicitat. non illi vos de vnius municipis fortunis arbitrant̃,sed de totius municipii statu, dignitate, cõmodisq; omnibus sentẽtias esse laturos.summa est em̃ Iudices hominis in cõmunẽ municipii rem diligentia,in singulos municipes benignitas,in oẽs homines iustitia & fides. præterea nobilitatem illam inter suos,locũq; a maioribus traditũ sic tuetur,vt maiorũ grauitatem,cõstantiam,gratiã,liberalitatẽ assequat̃.Itaq; iis eum verbis publice laudant,vt non solũ testimoniũ suum iudiciũq; significent,verũ etiã curam animi,ac dolorẽ. quæ dum laudatio recitatur,vos quæso qui eam detulistis,assurgite.ex lachrymis horũ Iudices existimare potestis,oẽs hæc Decuriones decreuisse lachrymantes.Age vero vicinorũ quantũ studiũ,q̃ incredibilis beneuolentia,quãta cura est!non illi in libellis laudationũ decreta miserũt,sed homines honestissimos,quos nossemus omnes,huc frequentes adesse,& hũc p̃sentes laudare voluerunt.Adsunt Ferẽtani hoĩes nobilissimi,Marrucini item:pari dignitate Theano Apulo, atq; Luceria equites Rõanos honestissimos hoĩes laudatores videtis:Bouiano, totoq; ex Samnio cũ laudationes honestissimæ missæ sunt,tũ hoĩes amplissimi nobilissimiq; venerũt.iã qui in agro Larinati prædia,qui negotia,qui res pecuniarias habẽt,honesti hoĩes & summo splendore prædĩti,difficile dictu est,q̃ sint sollicĩti,q̃ laborẽt.nõ multi mihi ab vno sic deligi videntur,vt hic ab his vniuersis. Q̃ nõ abesse ab huius iudicio L.Volusenũ summo splendore hominẽ,ac virtute prædĩtũ, vellem. præsentem posse P. Heluidium Rufum Equitem Roma.omniũ ornatissimũ noĩare:qui cũ huius causa dies noctesq; vigilaret,& cum me hãc causam doceret,in morbum grauẽ periculosumq; incidit.in quo tũ non minus de capite huius,q̃ de sua vita laborat.Cn. Tudici Senatoris viri optimi & honestissimi par studiũ & testimonio,& laudatione cognoscetis.eadem spe,sed maiore verecũdia de te P. Volumni,qñ iudex es in A.Cluentium,dicimus.& ne longũ sit,omniũ vicinorũ summã esse in hũc beneuolentiã confirmamus.Horũ omnium studium,curam,diligentiã,meumq; vna laborẽ, qui totam hanc causam vetere instituto solus peroraui,vestramq; simul Iudices æquitatem,& mã suetudinẽ,vna mater oppugnat.at quæ mater!quã cęcam crudelitate & scelere ferri videtis, cuius cupiditatem nulla vnq̃ turpitudo retardauit,quę vitiis animi in deterrimas partis iura hominum cõuertit omnia:cuius ea stultitia est,vt eã nemo hominẽ:ea vis,vt nemo fœminã:ea crudelitas,vt nemo matrem appellare possit.atq; etiã noĩa necessitudinũ,non solũ naturæ nomẽ & iura mutauit,vxor generi,nouerca filii,filiæ pellex.eo iam denique adducta est, vt sibi p̃ter formã,nihil ad similitudinẽ hoĩs reseruarit.Quare Iudices si scelus odistis,p̃hibete aditum matris a filii sanguine:date parenti hunc incredibilem dolorẽ ex salute,ex victoria liberũ:patiamini matrem,ne orbata filio lætet̃,victam potius vestra æquitate discedere.Sin aũt id qđ vestra natura postulat,pudorẽ,bonitatẽ, virtutemq; diligitis,leuate hũc ali quãdo supplicẽ vestrũ Iudices tot annos in falsa inuidia periculisq; versatũ.qui nũc primum post illã flãmã alioq; facto,& cupiditate excitatã,spe vestrę æquitatis erigere animũ, & paulũ respirare a metu cœpit,cui posita sunt in vobis oĩa,quem seruatũ esse plurimi cupiũt,seruare soli vos potestis.Orat vos Habitus Iudices,& flens obsecrat,ne se inuidiæ,quæ in iudiciis valere nõ debet:ne matri,cui⁹ vota & p̃ces a vestris mẽtib⁹ repudiare debetis:ne Oppianico homini nefario cõdemnato iã & mortuo cõdonetis.Q̃ siqua calamitas hunc in hoc iudicio afflixerit innocentẽ,ne iste miser Iudices,si id,qđ difficile factu est,in vita remanebit,sępe & multũ quereꝫ,deph̃sum esse illud quõdã Fabritianũ venenũ:qđ si tũ indicatũ nõ esset, nõ huic erumnosissimo venenũ illud fuisset,sed multorũ medicamẽtũ laborũ.postremo etiã

Dii auersã tur scelera.

Aspernatos a suis aris.

fortaſſis mater exequias illius funeris proſecuta mortē ſe filii lugere ſimulaſſet: nūc vero qd erit pfectū? niſi vt huius ex mediis mortis inſidiis vita ad luctum reſeruata, mors ſepulcro patris priuata eſſe videat? Satis diu fuit in miſeriis Iudices, ſatis multos annos ex inuidia laborauit. nemo huic tam iniquus pter parentē fuit, cuius animū non iā expletū eſſe putem⁹. vos qui equi eſtis oībus, qui vt quiſq; crudeliſſime oppugnat, eū leniſſime ſubleuatis, conſeruate A. Cluētiū: reſtituite incolumē municipio: amicis, vicinis, hoſpitibus, quorū ſtudia videtis, reddite: vobis in pretuū liberiſq; veſtris obſtringite. veſtrū eſt hoc Iudices, veſtrę dignitatis, veſtrę clemētiæ. recte hoc repetitur a vobis, vt virum optimū, atq; innocentiſſimū, plurimiſq; mortalib⁹ charum, atq; iucundiſſimum, his aliquando calamitatibus liberetis, vt oēs intelligant, in concionibus eſſe inuidiæ locum, in iudiciis veritati.

Laborauit ex inuidia.

Charū atq; iucūdiſſimum.

DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TRIBVNVM PLEBIS IN SENATV. ORATIO. XV.

Deſunt permulta.

Cuniculi.

Quę res aperte petebat, ea nūc occulte cuniculis oppugnat. dicēt em̄ Decēuiri id, qd & dicit a multis, & ſepe dictū eſt: poſt eoſdē conſules, regis Alexādrini teſtamēto, regnū illud populi Ro. eſſe factū. dabitis igit Alexandriā clā petentib⁹ iis, qbus apertiſſime pugnātib⁹ reſtitiſtis? hæc p deos immortales, vtrū eſſe vobis cōſilia ſiccor, an vinolentor ſomnia? & vtrū cogitata ſapientū, an optata furioſorū vident? Videte nūc proximo capite, vt īpurus helluo turbet remp. vt a maiorib⁹ noſtris poſſeſſiones relictas diſperdat, & diſſipet: vt ſit non minus in populi Ro. patrimonio nepos, q̄ in ſuo. proſcribit in ſua lege, vectigalia, quæ Decemuiri vendāt, hoc eſt, pſcribit auctionē publicor bonorū. agros emi vult, q diuidant. quærit pecuniā. videlicet excogitabit aliquid, atq; afferet. nā ſuperiorib⁹ capitibus dignitas populi Ro. violabatur: nomen Imperii in cōmune odiū orbis terrę vocabat: vrbes pacatę, agri ſocior, regū ſtatus decēuiris donabant, nūc pſens certa pecunia numerata q̄rit. expecto qd Tribun⁹ Pl. vigilās, & acut⁹ excogitet. Veneat inqt ſylua Scātia. vtrū tādē hanc ſyluā in relictis poſſeſſiōib⁹, an in cēſor paſcuis inueniſti? ſi quid eſt, qd īdagaris, inuenerīs, ex tenebris erueris, q̄q̄ iniquū eſt, tū cōſume ſane, quoniā cōmodū eſt, qm̄ quidē tu attuliſti. ſyluā vero tu Scantiā vendas, nobis cōſulib⁹, atq; hoc Senatu? tu vllū vectigal attingas? tu populo Ro. ſubſidia belli, tu ornamēta pacis eripias? tū vero hoc me inertiorē cōſulē iudicabo, q̄ illos fortiſſimos viros, qui apud maiores noſtros fuerūt: q̄ q̄ vectigalia illis cōſulibus Populo Ro. parta ſunt, ea me conſule ne retineri quidē potuiſſe iudicabunt. Vēdit Italię poſſeſſiones ex ordine oēs. ſane eſt in eo diligēs: nullā em̄ ptermittit. perſequit in tabulis cenſoriis totā Siciliā: nullū ædificiū, nullos agros relinqt. audiſtis auctionē populi Ro. pſcriptā a Tribuno plebis, cōſtitutā in mēſem Ianuarii: & credo nō dubitatis, qn idcirco hęc, ærarii cauſa nō vēdiderūt ii, q armis, & virtute peperērunt, vt eſſet qd nos largitionis cā vēderem⁹. Videte nūc quoad fecerit iter aptius q̄ antea. nā ſuperiore parte legis quēadmodū Pōpeiū oppugnarēt, a me īdicati ſūt, nūc iā ſe ipſi indicabūt. Iubent venire agros Attalenſiū, atq; Olympenorū. hos populo Ro. Seruilii fortiſſimi viri victoria adiūxit. deinde agros ī Macedonia regios, q ptim T. Flaminii, ptim L. Pauli, q Perſen vicit, virtute pti ſūt. deinde agrū optimū, & fructuoſiſſimū Corīthiū, q L. Mūmii impio, ac felicitate ad vectigalia ppli Ro. adiūct⁹ eſt. poſt aūt agros ī Hiſpania apud Carthaginē nouā, duorū Scipionū eximia virtute poſſeſſos. tū ipſam veterē Carthaginē vēdūt, quā P. Aphrican⁹ nudatā tectis, ac mœnib⁹, ſiue ad notādā Carthaginēſiū calamitatē, ſiue ad teſtificādā noſtrā victoriā, ſiue ad oblatā aliquā religionē, ad eternā hoīm memoriā conſecrauit. His inſignib⁹ atq; infulis īperii vēditis, qbus ornatā vobis maiores veſtri Rēp. tradiderūt, iubent eos agros venire, quos Rex Mithridates ī Paphlagonia, Pōto, Cappadociaq; poſſederit. nū obſcure vident ppe haſta pconis infectari Cn. Pōpei exercitū? qui venire iubeāt eos ipſos agros, in qbus ille etiā nunc bellū gerat, atq; verſet. Hoc vero cuiuſmodi eſt? q ei⁹ auctionis quā cōſtituūt, locū ſibi nullū definiūt? nā decēuiris qbus ī locis ipſis videat, vēdēdi poteſtas lege permittit. Cenſoribus vectigalia locare niſi in cōſpectu populi Ro. nō licet his vendere vel ī vltimis terris licebit? At hoc etiā nequiſſimi hoīes cōſumptis patrimoniis faciūt, vt in atriis auctionariis potius, q̄ in triuiis, aut in compitis auctionētur. hic permittit ſua lege decēuiris, vt in quibus cōmodū ſit, tenebris, vt ī qua velint ſolitudine, bona populi Ro. poſſint diuēdere. Iam illa oībus in prouinciis, regnis, liberis populis, q̄ acerba, q̄ formidoloſa, q̄ q̄

Cōſilia ſic corum.

Somnia vinolentorū.

Cogitata.

Sylua Scantia.

Inſignia atq; infulæ īperii.

Atria auctionaria.

ſtuoſa cõcurſatio decẽuiralis futura ſit, nõ videtis? hęreditatũ obeũdarũ cauſa, qb⁹ vos legationes dediſtis, qui & priuati, & priuatũ ad negotiũ exierũt, nõ maximis opib⁹, neq; ſumma auctoritate ꝓditi, tñ auditis profecto q̃ graues eorũ aduentus ſociis veſtris eſſe ſoleant, quã obrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris, & mali, cum mittantur in orbẽ terrarũ decẽuiri ſummo cũ imperio, ſumma cũ auaritia, infinitaq; omniũ rerum cupiditate? quorũ cũ aduentus graues, cũ faſces formidoloſi, tñ vero iudiciũ, ac poteſtas erit non ferenda. licebit eñ, qđ videbit, publicũ iudicare: qđ iudicarint, vẽdere. etiã illud, qđ homines ſancti nõ faciẽt, vt pecuniã accipiãt, ne vẽdãt, tamen id iis ipſum p legẽ licebit. hinc vos quas ſpoliationes, quas pactiones, quã deniq; in omnibus locis nũdinationẽ iuris, ac fortunarũ fo re putatis? Etem̃ qđ ſuperiore parte legis præfinitũ fuit, Sylla, & Põpeio Cõſulibus, id rurſus liberũ, infinitũq; fecerunt. iubet eoſdẽ decẽuiros oĩbus agris publicis pergrande vectigal imponere, vt iidẽ poſſint & liberare agros, quos cõmodũ ſit, & quos ipſis libeat publicare. quo i iudicio perſpici nõ põt, vtrũ ſeueritas acerbior, an benignitas quæſtuoſior ſit futura. Sunt tamen in tota lege exceptiones duę non tã iniquæ, q̃ ſuſpitioſę. excipit in vectigali imponendo agrũ Recentoricũ Sicilienſem: in vẽdendis agris eos agros, de qbus cautũ ſit fœdere. hi ſunt in Aphrica, qui ab Hyempſale poſſidẽt. Hic quęro, ſi Hyempſali ſatis eſt cautum fœdere, & Recẽtoricus ager priuat⁹ eſt, quid attinuerit excipi? ſin & fœdus illud habet aliquam dubitationem, & ager Recentoricus dicit nõnunq̃ eſſe publicus, quẽ putet exiſtimaturũ duas cauſas in orbe terrarũ reperias, quibus gratis parceret? Nunc quiſnã tam abſtruſus vſq̃ nũmus videt, quem nõ architecti huiuſce legis olfecerint? prouincias, ciuitates liberas, ſocios, amicos, reges deniq; exhauriunt, admouẽt manus vectigalibus populi Romani. non eſt ſatis. audite vos qui ampliſſimo populi, ſenatuſq; iudicio exercitus habuiſtis, & bella geſſiſtis. quod ad quenq; peruenit, peruenerit ex ꝓda, ex manubiis, ex auro coronario, qđ neq; conſumptum in monimento, neq; in ærariũ relatũ ſit, id ad Decẽuiros referri iubet. hoc capite multa ſperant: in omnis imperatores, hæredeſq; eorũ, quęſtionẽ ſuo iudicio comparant. ſed maximã pecuniã ſe a Fauſto ablaturos arbitrant̃. quã cauſam ſuſcipere iurati iudices noluerunt, hanc iſti Decẽuiri ſuſcepere. idcirco a iudicibus fortaſſe prętermiſſam eſſe arbitrant̃, q; ſit ipſis reſeruata. Deĩde etiã in reliquũ tẽpus diligẽtiſſime ſancit, vt qđ quiſq; imperator habeat pecuniæ, ptinus ad Decẽuiros deferat. hic tñ excipit Pompeiũ: ſimillime vt mihi videt, atq; in illa lege, qua peregrini Roma eiiciunt̃, Glaucippus excipit̃. non. n. hac exceptione vnus afficit beneficio, ſed vnus priuat̃ iniuria. Sed cui manubias remittit, hui⁹ vectigalia inuadit. iubet enim pecuniã, ſiqua poſt nos conſules ex nouis vectigalib⁹ recipiatur, hac vti decẽuiros. qua ſi vero nõ intellígamus, hæc eos vectigalia, quæ Gn. Pompeius adiunxerit, vendere cogitare. Videtis iam P.C. omnibus rebus, & modis cõſtructam, & coaceruatam pecuniã Decẽuiralẽ. Minuetur huius pecunię inuidia. conſumetur enim in agrorum emptionib⁹. optime. quis ergo emet agros iſtos? iidem decẽuiri: tu Rulle, miſſos eñ facio cæteros, emes quos voles, vendes quos voles: vtrũq; horum facies quanti voles. cauet eñ vir optimus, ne emat ab inuito. quaſi vero non intelligam⁹, ab inuito emere, iniurioſum eſſe: ab nõ inuito, quęſtuoſum. Quã tum tibi agri vendet, vt alios omittam, ſocer tuus? & ſi ego eius ęquitatẽ animi probe noui, vendet nõ inuit⁹. facient idẽ cęteri libẽter, vt poſſeſſionis inuidiã pecunia cõmutẽt: accipiãt, qđ cupiũt: dẽt, qđ retinere vix poſſunt. Nunc proſpicite omniũ rerũ infinitã, atq; intolerãdã licẽtiã. pecunia coacta eſt ad agros emẽdos, ii porro ab inuitis non ement̃. ſi cõſenſerint poſſeſſores nõ vẽdere, quid futurũ eſt? referet̃ pecunia? nõ licet. exiget̃? vetat. verũ eſto: nihil eſt, qđ non emi poſſit, ſi tãtũ des, quãtũ velit vẽditor. ſpoliemus orbẽ terrarũ, vẽdamus vectigalia, effundam⁹ ærarium, vt locupletatis aut inuidiæ, aut peſtilentiæ poſſeſſoribus, agri tamen emantur. quid? tum quæ erit in iſtos agros deductio? quæ totius rei ratio, atq; deſcriptio? Deducentur inquit coloniæ. quo? quorũ hominũ? in quæ loca? quis enim nõ videt in coloniis eſſe hæc oĩa cõſideranda? tibi nos Rulle, & iſtis tuis harũ omniũ rerũ machinatorib⁹, totã Italiã inermẽ tradituros exiſtimaſti? quam p̃ſidiis cõfirmaretis, coloniis occuparetis, oñib⁹ vinclis deuinctã, & cõſtrictã teneretis. vbi eñ cauet̃, ne in Ianiculo coloniã cõſtituatis? ne vrbem hanc vrbe alia p̃mere, atq; vrgere poſſitis? non faciem⁹ inquit. primum neſcio. deinde timeo. poſtremo non committam, vt veſtro beneficio potius, q̃ noſtro conſilio ſalui eſſe poſſim⁹. Q; vero totam Italiam veſtris coloniis complere voluiſtis, id cuiuſmodi eſſet, neminẽ ne noſtrũ intellecturum exiſtimaſtis? ſcriptum eſt enim, quæ in municipia, quaſq; in colonias decẽuiri

Nundinatio iuris.

Recẽtoric⁹ ager.

Aurũ Coronarium.

Ianiculum

velint,deducãt colonos,quos velint:& iis agros assignent,quibus in locis velint:vt cũ totã Italiam militibus suis occuparint,vobis nõ modo dignitatis retinendę,sed ne libertatis quidem recuperandæ spes relinquat. Atq; hęc a me suspitionibus & cõiectura coarguunt. Iã oĩs omniũ tollet error:iã aperte ostendent,sibi nomen huius reipublicæ,sedem vrbis,atq; imperii,deniq; hoc tẽplum Iouis optimi maximi,atq; hanc arcẽ omnium gẽtiũ displicere. Capuã deduci colonos volunt,illam vrbem huic vrbi rursus opponere,illuc opes suas deferre, & i perii nomẽ trãsferre cogitant,qui locus propter vbertatẽ agrorũ,abundantiãq; rerũ omniũ, superbiã,& crudelitatẽ genuisse dicit:ibi nostri coloni delecti ad omne facinus a decemuiris collocabunt. & credo qua in vrbe hoĩes in veteri dignitate,fortunaq; nati copiam rerũ moderate ferre nõ potuerũt,in ea isti vestri satellites modeste insolentiã suã cõtinebũt! Maiores nostri Capua magistratꝰ,Senatũ,cõsiliũ cõmune,oĩa deniq; ĩsignia reip. sustulerũt,neq; aliud quicq̃ nisi inane nomen Capuæ reliquerunt:non crudelitate:quid enim illis fuit clementius! qui etiã externis hostibꝰ victis sua sępissime reddiderũt:sed consilio,q; videbant,si qđ Reip. vestigiũ illis mœnibus cõtineret,vrbẽ ipsam ĩperio domiciliũ pbere posse. Vos hæc,nisi euertere Remp. cupęretis,ac vobis nouã dominationẽ cõparare,credo q̃ pernicioſa essent non videretis! quid eĩ cauendũ est in coloniis deducẽdis! si luxuries Annibalẽ ipsum Capuæ corrupit! si superbia nata inibi esse ex Campanorũ fastidio videtur! si præsidium nõ pponit huic vrbi ista colonia,sed opponitur! At quẽadmodũ armat dii immortales! nã bello Punico qc quid potuit Capua,potuit ipsa per sese. nunc omnes vrbes,quæ circum Capuam sunt,a colonis per eosdẽ Decẽuiros occupabuntur. hanc eĩ ob causam permittit ipsa lex,in omnia quæ velint oppida colonos vt Decemuiri deducant,quos velint. Atq; his colonis agrum Campanum,& Stellatem campum diuidi iubet. Non queror diminutionem vectigaliũ,non flagitium huius iacturæ,atq; damni:ptermitto illa,q̃ nemo est,quin grauissime,& verissime conqueri possit,nos caput patrimonii publici,pulcherrimã populi Ro. possessionẽ,subsidium annonæ,horreum belli,sub signo,claustrisq; Reip. positum vectigal,seruare non potuisse: eum deniq; nos agrum P. Rullo concessisse,qui ager ipse per sese,& Syllanæ dominationi,& Gracchorũ largitioni restitissetꝰ nõ dico solũ hoc in Rep. vectigal esse,qđ amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat,in pace niteat,in bello non obsolescat,militem sustentet,hostem non pertimescat:prætermitto omnem hanc orationẽ,& concioni reseruo,de periculo salutis ac libertatis loquor. Quid. n. existimatis itegrũ vobis in Rep. fore! aut i vestra libertate,ac dignitate retinẽdũ! cum Rullus,atq; ii,quos multo magis q̃ Rullũ timetis,cum omni egentiũ, atq; improborũ manu,cum omnibus copiis,cũ omni argento,& auro,Capuam,& vrbes circa Capuam occuparint! His ego rebus P. C. resistam vehementer,atq; acriter:neq; patiar homines ea me consule expromere,q̃ contra Remp. diu cogitarint. Erraſtis Rulle vehementer & tu,& nõnulli Collegę tui,qui sperastis vos contra consulem veritate,non ostentatiõe popularem,posse in euertẽda Rep. populares existimari. lacesso vos, in cõcionem voco,populo Ro. disceptatore vti volo. Etenĩ,vt circũspiciamꝰ oĩa,quę populo grata,atq; iucũda sunt,nihil tã populare,q̃ pacẽ,q̃ cõcordiã,q̃ otiũ reperiemꝰ,sollicitã mihi ciuitatẽ suspitione,suspęsam metu,perturbatã vestris legibus,& cõcionibus,& seditionibꝰ tradidistis,spem improbis ostendistis,timorem bonis iniecistis,fidem de foro,dignitatẽ de Rep. sustulistis. Hoc motu, atq; hac perturbatione animorum,atq; rerum,cum populo Romano vox,& auctoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit:cũ ostenderit nihil esse metuendum,nullũ exercitũ, nullam manum,nullas colonias,nullam venditionem vectigalium,nullum imperium nouũ, nullum regnum Decẽuirale,nullam alteram Romam,neq; aliam sedem imperii nobis consulibus futuram,summamq; tranquillitatem pacis,atq; otii: verẽdũ credo nobis erit,ne vestra ista præclara lex Agraria magis popularis esse videatur! cum vero scelera cõsiliorum vestrorũ,fraudẽq; legis,& insidias,quę ipsi populo Romano a popularibus Tribunis Pl. fiant,ostẽdero:pertimescam credo,ne mihi non liceat contra vos in concione consistere! pręsertim cũ mihi deliberatũ,& constitutum sit,ita gerere cõsulatum,quo vno modo geri grauiter,& libere potest,vt neq; prouinciam,neq; honorem,neq; ornamentum aliquod,aut cõmodũ,neq; rem vllam,quæ a Tribuno plebis impediri possit,appetiturus sim. Dicit frequẽtissimo Senatu cõsul Cal. Ianuarii,sese,si statꝰ hic Reip. maneat,neq; aliud negotiũ extiterit, qđ honeste subterfugere nõ possit,in ꝓuinciã nõ iturũ. sic me in hoc magistratu gerã populi Romani, vt possim Tribunum Pl. Reip. iratum coercere,mihi iratum contemnere. Quamobrem per

Annibalem corrupit Capua.

Supbia nata Capuæ.

Stellatis cãpus.

Obsolescere.

Reseruo.

Pax & concordia,popularia.

deos immortales colligite vos Tribuni plebis:deserite eos,a qbus,nisi ꝓspicitis, breui tẽpore deseremini:cõspirate nobiscũ,cõsentite cũ bonis,cõmunẽ Remp.cõmuni studio,atq; amore defendite.multa sunt occulta Reip.vulnera,multa nefariorũ ciuiũ pernicioſa consilia, nullum externum pericułũ est: non rex,non gens vlla,nõ natio pertimescẽda est:incluſum malũ, inteſtinũ,ac domeſticũ est.huic pro ſe quiſq; noſtrum mederi,atq; hoc oẽs ſanare velle debemus.Erratis ſi ſenatum probare ea,quę dicunt a me,putatis:populũ aũt esse in alia voluntate.omnes,qui ſe incolumes volent,ſequentur auctoritatem conſulis ſoluti a cupiditatibus, liberi a delictis,cauti in periculis,nõ timidi in cõtentionib9. Q2 ſi quis veſtrum ſpe ducitur, ſe poſſe turbulenta ratione honori velificari ſuo,primum me conſule id ſperare deſiſtat, de inde habeat me ipſum ſibi documento,quem equeſtri ortum loco conſulem videt,quæ vitæ via facillime viros bonos ad honorem dignitatemq; perducat. Q2 ſi vos veſtrum mihi ſtudium P.C.ad communem dignitatem defendendam profitemini,perficiam profecto id,quod maxime Reſp.deſiderat,vt hui9 ordinis auctoritas,quæ apud maiores noſtros fuit,eadẽ nũc longo interuallo Reip.reſtituta eſſe videatur.

Cõſpirare.

Velificari honori.

DE LEGE AGRARIA CONTRA P.SERVILIVM RVLLVM TRIBVNVM PL.AD POPVLVM. ORATIO.XVI.

Et hoc in more poſitũ Quirites,inſtitutoq; maiorũ,vt ii,qui beneficio veſtro imagines familiæ ſuæ cõſecuti ſunt,eam primã habeant cõcionẽ,qua gratiã beneficii veſtri cũ ſuorũ laude coniungant.qua in oratione nõnulli aliqñ digni maiorũ loco reperiunt.pleriq; autẽ hoc perficiunt,vt tantũ maioribus eorum debitum eſſe videat, vt de,etiã qđ poſteris ſolueretur,redundaret.mihi quidẽ apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur:nõ q; non tales fuerit, quales nos illorũ ſanguine creatos, diſciplinisq; inſtitutos videtis: ſed q; laude populari,atq; honoris veſtri luce caruerunt.de me aũt ipſo vereor,ne arrogantis ſit apud vos dicere: ingrati,tacere,nã & quibus ſtudiis hanc dignitatem conſecutus ſim , memetipſum commemorare pertę graue eſt,& ſilere de tantis veſtris beneficiis nullo modo poſſum:quare adhibebit a me certa ratio moderatioq; dicendi,vt quid a vobis acceperim,commemorem:quare dignus veſtro ſummo honore,ſingulariq; iudicio ſim,ipſe modice dicam,ſi neceſſe erit:vos eoſdem exiſtimaturos putem,qui iudicauiſtis.Me perlongo interuallo prope memoriæ, temporumq; noſtrorũ primum hominẽ nouum cõſulẽ feciſtis:& eũ locũ,quẽ nobilitas pfidiis firmatum,atq; omni ratione obuallatũ tenebat,me duce reſcidiſtis,virtutiq; in poſterũ patere voluiſtis.neq; me tantũmodo cõſulẽ,qđ eſt ipſum p ſeſe ampliſſimũ,ſed ita feciſtis,quomodo pauci nobiles i hac ciuitate cõſules facti ſunt,nou9 ante me nemo.nã pfecto ſi recordari voluerit is de nouis hominibus,reperietis,eos,q ſine repulſa cõſules facti ſunt,diuturno labore,atq; aliqua occaſiõe eſſe factos,cum multis annis poſt petiſſent,q̃ prætores fuiſſent,aliquãto ſerius,q̃ per ętatem, ac p leges liceret.qui autẽ anno ſuo petierint,ſine repulſa nõ eſſe factos.me eſſe vnũ ex oẽnibus nouis hoibus,de quib9 meminiſſe poſſumus, q cõſulatũ petierim,cũ primũ licitũ ſit:cõſul fact9 ſim,cũ primũ petierim.vt veſter honos ad mei tẽporis diẽ petitus,nõ ad alienę petitionis occaſionẽ intercept9,nec diuturnis pcib9 efflagitatus,ſed dignitate impetrat9 eſſe videat.Eſt illud ampliſſimũ,qđ paulo ante cõmemoraui Quirites,q; hoc honore ex nouis hoibus primũ me multis poſthabitis affeciſtis,q; prima petitione,q; anno meo.ſed tñ magnificẽtius atq; ornati9 eẽ illo nihil põt, q; meis comitiis nõ tabellã indicẽ tacitæ libertatis,ſed voce vnã prę vobis indicẽ veſtrarũ erga me volũtatũ,ac ſtudiorũ tuliſtis . itaq; me nõ extrema trib9 ſuffragioꝝ,ſed primi illi veſtri cõcurſus:neq; ſingulæ voces pconum,ſed vna voce vniuerſus populus Ro.cõſulẽ declarauit.Hoc ego tã inſigne,tã ſingulare veſtrũ beneficiũ Quirites,cũ ad animi mei fructũ,atq; lętitiã duco eſſe pmagnũ,tũ ad curã,ſollicitudinẽq; multo maius.verſant emñ Quirites in aio meo multę,& graues cogitationes,q̃ mihi nullã ptẽ neq; diurnę,neq; nocturnę quietis ipartiũt.primũ tuẽdi cõſulat9.quę cũ oibus eſt difficilis,& magna ratio,tũ vero mihi pter cęteros,cui errato nulla venia,recte facto exigua laus,& ab inuitis expreſſa proponitur,non dubitanti fidele conſilium,non laboranti certũ ſubſidium nobilitatis oſtenditur. Q2 ſi ſolus in diſcrimen aliquod adducerer,ferrẽ Quirites animo æquio-

Quę beneficia Cicero a populo Ro.accęperit.

re.ſed mihi videntur certi hoīes, ſiqua in re me nō modo cōſilio,verū etiā caſu lapſum eē ar
Antetuleri tis. bitrabunt,vos vniuerſos,q̄ me antetuleritis nobilitati,vitupĕraturi.mihi aūt Quirites oīa
potius p̄tiēda eſſe duco,q̄ nō ita gerēdū cōſulatū,vt in oīb⁹ meis factis,atq; conſiliis,veſtrū
de me factū,cōſiliūq; laudet.Accedit etiā ille mihi ſummus labor,ac difficillima ratio cōſu-
latus gerendi,q; nō eadē,qua ſupioribꝰ cōſulibꝰ,lege,& cōditione vtēdū eſſe decreui:q̄ aditū
huius loci,cōſpectumq; veſtrum partim magnopere fugerūt,partim non vehementer ſecuti
ſunt.ego aūt nō ſolū hoc in loco dicā,vbi eſt id dictu facillimū:ſed in ipſo Senatu,in quo eſ
ſe locus huic voci nō videbat,popularē me futurū eſſe Cōſulē,prima mea illa oratione Cal.
Ianuarii dixi.neq;.n.vllo modo facere poſſum,vt cū me intelligā nō hoīm potētiū ſtudio,nō
Excellētes gratię. excellentib⁹ gratiis paucorū,ſed vniuerſi populi Ro.iudicio cōſulē ita factū , vt nobiliſſimis
hoīb⁹ lōge p̄ponerer,nō & in hoc magiſtratu,& in oī vita eſſem popularis.Sed miſi ad hu
iuſce verbi vim,& interpretationē vehemēter opus eſt veſtra ſapientia.verſat em̄ magn⁹ er-
ror p̄pter inſidioſas nōnulloq; ſimulationes:qui cum populi nō ſolū cōmoda, verū etiā ſalu
Popularis. tē oppugnāt, & impĕdiūt,oratiōe aſſequi volūt,vt populares eſſe videant.Ego qualē Calen.
Ianuarii acceperim Rēp.Quirites intelligo,plenā ſollicitudinis,plenam timoris:in qua nihil
erat mali,nihil aduerſi,qđ nō boni metuerent,improbi expectarēt.oīa turbulēta cōſilia cō-
tra hūc Reip.ſtatū,& cōtra veſtrū otiū,partim iniri, partim nobis Cōſulib⁹ deſignatis inita
eſſe dicebant.ſublata erat de foro fides,non ictu aliquo nouę calamitatis,ſed ſuſpitiōe,ac per
turbatione iudiciorū,infirmatione rerū iudicatarū:nouę dominationes,extraordinaria non
imperia,ſed regna quęri putabant.Quæ cū ego nō ſolū ſuſpicarer,ſed plane cernerē:neq; em̄
obſcure gerebant:dixi in Senatu,in hoc magiſtratu me popularē Cōſulē futurū. quid.n.eſt
Pax. tā populare,q̄ pax!qua nō modo ii,quibus natura ſenſum dedit,ſed etiā tecta,atq; agri mihi
Libertas. lętari vident.quid tam populare,q̄ libertas!quā non ſolū ab hoībus,verū etiā a beſtiis expe-
Otium. ti,atq; omnibus reb⁹ anteponi videtis.quid tam populare,q̄ otiū!qđ ita iucundum eſt,vt &
vos,& maiores veſtri,& fortiſſimus quiſq; vir,maximos labores ſuſcipiendos putet,vt aliqn̄
in otio poſſit eſſe,p̄ſertim in imperio,ac dignitate.qui idcirco etiam maioribꝰ noſtris p̄cipuā
laudem,gratiamq; debemus,q; eorum labore eſt factū,vt impune in otio eſſe poſſemus.Qua
re q̄ poſſum nō eſſe popularis!cū videā hęc oīa Quirites,pacē externā,libertatē p̄priā gene-
ris,ac noīs veſtri,otiū domeſticū,denīq; oīa,q̄ vobis chara,atq; ampla ſunt,in fidē,& quodā
modo in patrocinio mei cōſulatus eſſe collata!Neq; em̄ Quirites illud vobis iucūdū,aut po
pulare debet videri,largitio aliqua p̄mulgata,q̄ verbis oſtētari pōt,re vera fieri, niſi exhau-
ſto ærario,nullo pacto pōt.neq; vero illa popularia ſunt exiſtimāda,iudicioꝝ p̄turbatiōes,
rerum iudicatarum infirmationes,reſtitutio damnatoꝝ,qui ciuitatū afflictarū p̄ditis iā re
bus extremi exitiorū ſolent eſſe exitus.neq; ſi qui agros populo Ro.pollicent,ſi aliud qddā
obſcure moliunt,aliud ſpe ac ſpecie ſimulationis oſtentāt,populares exiſtimandi ſunt.Nā ve
re dicam Quirites,genus ipſum legis Agrariæ vituperare non poſſum.venit em̄ mihi in mē
tem,duos clariſſimos,ingenioſiſſimos,amātiſſimos plebis Romanę viros , Tiberiū & C.Grac
chos,plebem in agris publicis cōſtituiſſe,qui agri a priuatis antea poſſidebant.non ſum aūt
ego is Conſul,qui vt plerisq;,nefas eſſe arbitrer,Gracchos laudare:quorū conſiliis,ſapientia,
legibus,multas eſſe video Reip.partis conſtitutas.itaq; vt initio mihi deſignato conſuli nū
ciabatur,legem Agrariam Tribunos Pl.deſignatos cōſcribere,cupiebā quid cogitarēt,cogno
ſcere. etenim arbitrabar,quoniam eodem anno gerendi nobis eſſent magiſtratus,eſſe aliquā
oportere inter nos bene adminiſtrandæ Reip.ſocietatem.Cum familiariter me in eorum ſer
Inſinuare ī ſermonem. monem inſinuarem,ac darem,celabar,excludebar.& cum oſtenderē,ſi lex vtilis plebi Roma-
næ mihi videretur,auctorem me,atq; adiutorem futurum, tamen aſpernabantur hanc libe-
ralitatem meam.negabant me adduci poſſe, vt vllam largitionem probarem.finem feci offe
rendi mei,ne forte mea ſedulitas,aut inſidioſa,aut impudens videret.Interea non deſiſtebāt
clam inter ſe conuenire,priuatos quoſdam adhibere,ad ſuos cœtus occultos noctem adiun
gere,& ſolitudinem.quibus rebus , quanto in metu fuerimus, ex veſtra ſollicitudine,in qua
illis temporibus fuiſtis , facile aſſequi coniectura poteritis.Ineunt tandem magiſtratus Tri
buni plebis : concio tandem expectata P.Rulli , q; & princeps erat Agrariæ legis , & tru-
culentius ſe gere bat , q̄ cæteri . iam deſignatus alio vultu, alio vocis ſono , alio inceſſu eſ-
Capillatior ſe meditabatur , veſtitu obſoletiore , corpore inculto , & horrido , capillatior q̄ ante,bar-
baq; maiore,vt oculis,& aſpectu denunciare omnibus vim Tribunitiam, & minitari Reip.

videretur. legem hominis, concionēq; expectabā: lex initio nulla ꝓponit. cōcionem in primis aduocari iubet. summa cū expectatione cōcurrit. explicat orationē sane longā, & verbis valde bonis. vnū erat qđ mihi vitiosum videbat, ꝙ tāta ex frequētia inueniri nemo potuit, q intelligere posset, qd diceret. hoc ille vtrū insidiarū causa fecerit, an hoc genere eloquētię deletetur, nescio. tamē si q acutiores in cōcione steterāt, de lege Agraria nescio qd voluisse eum dicere suspicabant. aliquādo tandē me designato lex in publicū ꝓponit: cōcurrūt iussu meo plures vno tēpore librarii, descriptā legē ad me afferūt. omni hoc vobis ratione confirmare Librarii.
possum Quirites, hoc animo me ad legendā legē, cognoscendāq; venisse, vt si eā vobis accōmodatā, atq; vtilē esse intelligerē, auctor eius, atq; adiutor essem. nō em̄ natura, neq; diffidio, neq; odio pœnit⁹ īsito bellū nescio qđ habet susceptū Cōsulat⁹ cū Tribunatu, qa pſępe seditiosis, atq; īprobis Tribunis Pl. boni & fortes cōsules obstiterūt, & qa vis Tribunitia nōnūq̄ libidini restitit cōsulari. nō potestatū dissimilitudo, sed animorū disiunctio dissensionē facit. Ita ꝙ hoc animo legē sumpsi in manus, vt eā cupærē esse aptā vestris cōmodis, & eiusmodi, quā consul re, nō oratione popularis, & honeste, & libēter posset defendere. Atq; ego a primo capite legis vsq; ad extremū reperio Quirites, nihil aliud cogitatū, nihil aliud susceptū, nihil aliud actū, nisi vti decē reges ærarii, vectigaliū, puinciarū omniū, totius republicę, regnorū, liberorū populorū, orbis deniq; terrarū domini constituerent, legis Agrarię simulatione, at ꝙ nomine. sic cōfirmo Quirites, hac lege Agraria pulchra, atq; populari, dari vobis nihil, cōdonari certis hominib⁹ oīa, ostētari Populo Romano agros, eripi etiā libertatē, priuatorum pecunias augeri, publicas exhauriri: deniq;, qđ est indignissimū, ꝑ tribunū Pl. quē maiores pſi Trib. ple.
dem libertatis, custodēq; esse voluerūt, reges in ciuitate cōstitui. quę cū exposuero, si falsa vobis videbuntur esse, sequar auctoritatē vestrā, mutabo meā sententiā. sin insidias fieri libertati vestrę, simulatione largitionis intelligetis, nolitote dubitare plurimo sudore, & sanguine maiorū vestrorū partā, vobisq; traditā libertatē, nullo vestro labore cōsule adiutore defendere. Primū caput est legis Agrarię, quo, vt illi putāt, tētamini leuiter, quo animo libertatis vestrę diminutionē ferre possitis. iubet em̄, Tribunū Pl. q eā legē tulerit, creare decēuiros per tribus septē decē, vt quē nouē tribus fecerint, is decemuir fit. Hic quęro, quā ob causam initium rerū, ac legū suarū hinc duxerit, vt populus Ro. suffragio priuaret? toties legibus Agrariis curatores cōstituti sunt, triūuiri, quinqueuiri, decēuiri: quęro a populari Tribuno Pl. ecquādo nisi ꝑ XXXV. tribus creati sint? etem̄ cū oēs potestates, imperia, curationes, ab vniuerso populo Ro. pficisci cōuenit, tū eas pfecto maxime, q̄ constituunt ad populi fructū aliquē, & cōmodū: in quo & vniuersi deligāt, quē populo Ro. maxime cōsulturum putent: & vnusquisq; studio, & suffragio suo viā sibi ad beneficiū impetrandum munire possit. hoc Tribuno Pl. potissimū venit in mentē, Populum Ro. vniuersum priuare suffragiis, paucas tribus nō certa cōditione iuris, sed sortis beneficio fortuito, ad vsurpandā libertatē vocare. Itē ingt eodēq; modo capite altero, vt comitiis Pōtificis Maximi. Ne hoc quidē vidit, maiores nostros tā fuisse populares, vt qđ ꝑ populū creari fas nō erat ꝓpter religionē sacrorum, in eo tamē ꝓpter amplitudinē sacerdotii voluerint populo supplicari. atq; hoc idē de cęteris sacerdotiis Cn. Domitius Tribunus Pl. vir clarissimus tulit, ꝙ populus ꝑ religionē sacerdotia mādare nō poterat, vt minor pars populi vocaret: ab ea parte q esset factus, is a collegio cooptaret. Videte qd interfit inter Cn. Domitiū Tribunū pl. hominē nobilissimum, & P. Rullū, q tentauit vt opinor patientiā vestrā, cū se nobilē esse diceret. Domitius qđ ꝑ cerimonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, vt id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret. hic qđ populi ꝓpriū semp fuit, qđ nemo imminuit, nemo immutauit, quin ii q populo agros essent assignaturi, ante acciperēt a populo beneficiū q̄ darent, id totum eripere vobis, atq; e manibus extorquere conatus est. Ille qđ dari populo nullo modo poterat, tamē quodā modo dedit. hic qđ adimi nullo pacto poterat potestate, quadā ratione eripere conat. Quęret qspiā in tāta iniuria, tātaq; impudētia qd spectarit? non defuit cōsiliū. fides erga plebē Romanā, æquitas in vos, libertatēq; vestrā vehemēter defuit. iubet em̄ comitia. decēuiris habere creādis eū, q legē tulerit. hoc dicā planius. iubet Rullus, homo nō cupidus, neq; appetēs, habere comitia Rullum. nōdū reprehēdo: video fecisse alios. illud, qđ nemo fecit, de minore parte populi, quo ꝓtineat videre. habebit comitia. volet eos denūciare, q̄bus regia potestas hac lege q̄rit. vniuerso populo neq; ipse cōmittit, neq; illi horum consiliorum auctores committi recte putant posse. sortietur Tribus idē Rullus homo

felix,educet quas volet tribus:quos nouẽ tribus decẽuiros fecerint,ab eodẽ Rullo eductæ, hos omniũ rerũ(vt iã ostẽdã)dominos habebimus.atq; ii,vt grati,ac memores beneficii es se videant,aliqd se nouẽ tribuũ notis hoĩb⁹ debere cõfitebunt,reliqs vero sex &.XX.tribu bus nihil erit,qđ non putẽt posse suo iure denegare. Quos tãdẽ igit decẽuiros creari vult: se primũ.q licet:leges em̃ sunt veteres,neq; eæ cõsulares,si qd interesse hoc arbitramini, sed tribunitię,vobis,maioribusq; vestris vehemẽter gratę,atq; iucũdę.Licinia est lex,atq; altera Ebutia:q̃ nõ modo eũ,q tulerit de aliqua curatione,ac potestate,sed etiã collegas ei⁹,cogna tos,affinis excipit,ne eis ea potestas,curatiove mãdet.etem̃ si populo consulis,remoue te a suspitione alicui⁹ tui cõmodi:fac fidẽ te nihil nisi ppli vtilitatẽ,& fructũ q̃rere:sine ad illos potestatẽ,ad te gratiã beneficii tui puenire.nã hoc quidẽ vix est liberi populi,vix vestrorũ animorũ,ac magnificẽtię.quis legẽ tulit:Rullus.quis maiorẽ partẽ populi, suffragiis priua uit:Rullus.qs comitiis prefuit:quis tribus,quas voluit,vocauit nullo custode sortitus:quis decẽuiros,quos voluit,renũciauit:idẽ Rullus.quẽ principẽ renũciauit:Rullum.vix meher cule seruis hoc eũ suis,nõ vobis omniũ gẽtiũ dominis ꝓbaturum arbitrarer. Optimę leges igitur hac lege sine vlla exceptione tollent.idẽ legis sibi sua lege curationẽ petet: idẽ maio re parte populi suffragiis spoliata,comitia habebit:quos volet,atq; in iis se ipsum renũcia bit:& videlicet collegas suos adscriptores legis Agrarię,nõ repudiabit,a quibus ei locus primus inuidię,in pscriptione legis cõcessus est:cęteri fructus omniũ rerũ,q in spe legis hu ius positi sunt,cõmuni cautione,atq; æqua sibi parte retinent.At videte hoĩs diligẽtiam, si aut Rullum cogitasse,aut si Rullo potuisse in mẽtẽ venire arbitramini.viderũt ii,q hęc ma chinabantur,si vobis ex omni populo deligẽdi potestas esset data,quęcũq; res esset,in qua fi des,integritas,virtus,auctoritas quęrerẽt,vos eã sine dubitatione ad Cn. Põpeiũ principem delaturos.etem̃ quẽ vnũ ex cunctis delegissetis,vt eũ omnib⁹ omniũ gentium bellis,terra,& mari ꝓponeretis,certe in decẽuiris faciẽdis,siue fides haberẽt,siue honos,& committi huic optime,& ornari hũc iustissime posse intelligebãt.itaq; excipit hac lege,nõ adolescentia,nõ legitimũ aliquod impedimentũ,nõ potestas,nõ magistratus vllus aliis negotiis,ac legib⁹ im peditus,reus deniq;,quo minus decẽuir fieri possit.presentẽ eũ pfiteri iubet.qđ nulla alia in lege vnq̃ fuit,ne in his quidẽ magistratibus,quorũ certus ordo est.✠ siue accepta lex esset,il lum sibi Collegã ascriberetis custodẽ ac vindicẽ cupiditatũ.Hic,quoniã video vos hoĩs di gnitate,& cõtumelia legis esse cõmotos,renouabo illud,qđ initio dixi,regnũ cõparari,liber tatem vestrã hac lege funditus tolli.An vos aliter existimabatis:cũ ad oĩa vestra pauci ho mines cupiditatis oculos adiecissent,nõ eos in primis id acturos,vt ex omni custodia vestrę libertatis,ex omni potestate,curatione,patrocinio,vestrorũ cõmodorũ,Cn.Pompeius depel leretur:Viderũt,& vident,si p imprudentiã vestrã,negligentiã meã,legẽ incognitã acceperi tis,fore vti postea cognitis insidiis,cũ decẽuiros crearetis,tũ vitiis oĩbus & sceleribus legis, Cn.Põpeii presidiũ opponendũ putetis.& hoc paruũ argumentũ vobis erit,a certis homini bus dominationẽ,potestatẽq; omniũ rerũ queri:cũ videatis eũ,quẽ custodẽ vestrę libertatis fore videant,expertẽ fieri dignitatis.Cognoscite nũc quę potestas decẽuiris,& quãta det.Pri mum lege Curiata Decemuiros ornat.Iam hoc inauditũ,& plane nouo more,vti Curiata le ge magistratus detur,cui nullis comitiis ante sit datus.Eã legẽ ab eo Pretore q sit primus factus,ferri iubet.at quomodo:vt ii decẽuiratũ habeant,quos plebs designauerit.oblitus est, nullos a plebe designari.& is orbẽ terrarũ constringit nouis legibus,qui qd in secũdo capite scriptũ ẽ,nõ meminit ĩ tertio.Atq; hic pspicuũ est,qd iuris a maiorib⁹ acceperitis,gd ab hoc Tribuno Pl.vobis relinquat.maiores de oĩb⁹ magistratib⁹ bis vos sententiã ferre voluerũt. nã cẽturiata lex Cẽsorib⁹ ferebat:cũ Curiata cęteris patriciis magistratib⁹:tũ iterũ de eisdẽ iudicabat, vt eẽt rephẽdẽdi potestas,si populũ bñficii sui pœniteret.nũc qa prima illa comi tia tenetis,cẽturiata,& tributa:curiata tãtũ auspicioꝝ causa remãserũt. hic aũt Tribun⁹ Pl. quia videbat potestatẽ neminẽ iniussu populi,aut plebis posse habere, curiatis ea comitiis q̃ vos non finitis, confirmauit:tributa,quę vestra erant,sustulit.Ita cum maiores binis comi tiis voluerint vos de singulis magistratibus iudicare,hic homo popularis ne vnam quidẽ populo comitiorum potestatẽ reliquit.Sed videte hominis religionẽ,& diligentiã.vidit, & persęxit,sine Curiata lege decemuiros habere potestatẽ nõ posse,quoniã per nouem tribus essent cõstituti.iubet ferre de his legẽ centuriatã.Pretori imperat.q̃ id ipsum absurde, nihil ad me attinet.Iubet em̃ q primus sit Pretor factus,eũ legẽ curiatã ferre.sin is ferre nõ posset,

Lex Curia ta

Lex Centu riata.

Lex Tribu ta.

qui postremus sit: vt aut lusisse in tãtis reb⁹, aut ꝓfecto nescio qd spectasse videaꝫ. Verũ hoc qđ est aut ita puersum, vt ridiculũ, aut ita malitiosum, vt obscurũ sit, relinquamus. ad relígionem hoís reuertamur. Videt sine lege Curiata nihil agi ꝑ decẽuiros posse. quid postea, si ea lata nõ erit? attendite ingeniũ. tũ ii Decẽuiri, inqt, eodẽ iure sint, quo q optima lege. si hoc fieri potest, vt in hac ciuitate, q̃ longe iure libertatis cęteris ciuitatibus antecellit, qſq̃ nullis comitiis imperiũ, aut potestatẽ assequi possit, qd attinet tertio capite legẽ Curiatã ferre iube re? quoniã quarto ꝓmittas, vt sine lege Curiata idẽ iuris habeãt, qđ haberent, si optima lege a populo essent creati? Reges cõstituunꝫ, nõ Decẽuiri Quirites. itaq; ab initiis, fundamẽtisq; nascunꝫ, vt nõ modo cũ gerere cœperint, sed etiã cũ cõstituenꝫ, omne vestrũ ius, potestas, libertasq; tollatur. At videte q̃ díligẽter retineat ius tribunitię potestatis. Cõsulibus legẽ Curiatam ferẽtibus, a Tribunis plebis sępe est intercessum. neq; tamẽ nos id querimur, esse hãc Tribunorũ Pl. potestatẽ: tantũmodo si qs ea potestate temere est vsus, existimamus. hic Tribunus Pl. lege Curiata, quã ꝓtor ferat, adimit intercedendi potestatẽ. atq; hoc cũ in eo reprehendendũ est, q; per Tribunũ Pl. Tribunitia potestas minuit, tũ in eo deridendũ, q; Consulí, si legẽ Curiatã nõ habet, attingere rẽ militarẽ nõ licet: huic, cui vetat intercedẽdi potestatẽ, etiã si intercessum sit, tamẽ eandẽ cõstituit, quã si lata esset lex: vt nõ intelligã, quare aut hic vetet intercedere, aut quenq̃ intercessurũ putet, cũ intercessio stultitiã intercessoris significatura sit, non rẽ imperaturа. Sint igitur decẽuiri neq; veris comitiis, hoc est populi suffragiis, neq; illis ad speciẽ, atq; ad vsurpationẽ vetustatis ꝑ. XXX. lictores auspiciorũ causa adũ bratis, cõstituti. videte nũc eos q a vobis nihil potestatis acceperint, quãto maioribus ornamentis afficiat, q̃ oẽs nos affecti sumus, qb⁹ vos amplissimas potestates dedistis. Iubet auspicii coloniarũ deducẽdarũ causa decemuiros habere pullarios. eodẽ iure, inqt, quo habuerũt tres viri lege Sempronia. Audes etiam Rulle mentionẽ facere legis Semproniæ? nec te ea lex ipsa cõmouet? talis viros illos. XXXV, tribuũ suffragio esse creatos? & cũ tu a Ti. Gracchi æquitate, ac pudore lõgissime remotus sis, id qđ dissimillima ratione factũ sit, eodẽ iure putas esse oportere? Dat ꝑterea potestatẽ verbo Prętoriã, re vera regiã. definit in quinquenniũ, facit sempiternã. tãtis emꝫ cõfirmat opibus, & copiis, vt inuitis eripi nullo mõ possit. deinde ornat apparitorib⁹, scribis, librariis, ꝑconib⁹, architectis, ꝑterea mulis, tabernaculis, cẽturiis, supellectili, sumptum haurit ex ærario, suppęditat a sociis. Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos, stipatores corporis cõstituit, eosdẽ ministros, & satellites potestatis. Formã adhuc habetis Quir. & speciẽ ipsam Tyrannorũ, insignia videtis potestatis, nõdum ipsam potestatẽ. dixerit emꝫ fortasse quispiã. qd me ista lędũt? scriba, lictor, ꝑco, pullarius? oĩa sunt hęc huiusmodi Quirites, vt ea q habeat sine vestris suffragiis, aut rex nõ ferẽdus, aut priuat⁹ furiosus esse videaꝫ. pærspicite quãta potestas pmittaꝫ: nõ priuatorũ insaniã, sed intolerantiã regis esse dicetis. Primũ pmittiꝫ infinita potestas innumerabilis pecunię cõficiendę de vestris vectigalib⁹ nõ fruẽdis, sed alienãdis. deinde orbis terrarũ, gẽtiũq; omniũ daꝫ cognitio sine cõsilio, pœna sine ꝓuocatione, animaduersio sine auxilio. iudicare ꝑ quinquẽniũ, vel de Cõsulib⁹, vel de ipsis Tribunis Pl. poterũt. de illis interea nemo iudicabit. magistrat⁹ his pętere licebit, causam dicere nõ licebit: emere agros a qbus volent, vel quos volent, q̃ volent magno poterũt: colonias deducere nouas, renouare veteres, totã Italiã suis coloniis vt complere liceat, pmittiꝫ: oẽs ꝓuincias obeũdi, liberos populos agris mulctãdi, regnorũ vel dãdorum summa potestas daꝫ: cũ velint, Romę esse: cũ cõmodũ sit, quacũq; velint summo cũ imperio, iudicioq; omniũ rerũ vagari vt liceat, cõcediꝫ. interea dissoluãt iudicia publica: de consiliis abducãt, quos velint: singuli de maximis rebus iudicẽt: quęstori pmittant: finitorẽ mittant: ratũ sit qđ finitor vni vlli, a quo missus erit, renũciauerit. Verbũ mihi deest Quirites, cum ego hãc potestatẽ regiã appello. sed ꝓfecto maior est q̃dã. nullũ emꝫ regnum fuit vnq̃, qđ non si minus iure aliquo, at regionibus tamẽ certis, cõtineret. hoc vero infinitum est: quo & regna oĩa, & vestrũ imperium, qđ latissime patet, & ea, q̃ partim libera a vobis, partim etiam ignorata vobis sunt, pmissu legis cõtinenꝫ. Daꝫ igiꝫ eis, primũ vt liceat eis vendere oĩa, de qbus vendendis Senatus cõsulta facta sunt M. Tullio, Cn. Cornelio cõsulibus, aut postea. cur hoc tã est obscurũ, atq; cęcũ? quid? ista oĩa, de quibus senatus censuit, nominatim in lege perscribi nonne potuerũt? Duę sunt huius obscuritatis causę Quirites. vna pudoris, si quis pudor esse potest in tã insigni impudẽtia, altera sceleris. nã neq; ea, q̃ Senatus nominatim vendenda censuit, audet appellare. sunt enim loca publica vrbis, sunt sacella, quę post restitutam

Ad speciẽ vetustatis.

Ianitores.

Finitor.

Sacella.

Partim. Gaurus mons. Herculanea via.

tribunitiã potestatẽ nemo attigit: q̃ maiores in vrbe partim, piculi pfugia esse voluerũt. hęc lege tribunitia decemuiri vendent. accedit eo mons Gaurus, accedent salicta ad Minturnas, adiunget etiã illa via vendibilis Herculanea multarũ delitiarũ, & magnę pecunię, permulta alia, q̃ Senatus ppter angustias ærarii vendẽda censuit, Cõsules ppter inuidiã non vendide runt. Verũ hęc fortasse ppter pudorẽ in lege reticentur. sed illud magis est credendũ, & per timescendum, ꝙ audacię decemuirali, corrũpendarũ tabularũ publicarũ, fingendorũꝙ Senatusconsultorũ, q̃ facta nũq̃ sunt, cũ ex eo numero, q̃ p eos annos Consules fuerũt, multi mortui sint, magna potestas permittit. nisi forte nihil est æquũ vos de eorum audacia suspicari, quorũ cupiditati nimiũ angustus orbis terrarũ esse videat. Habetis vnũ venditionis genus, qđ magnũ videri vobis intelligo, sed attẽdite animos ad ea, q̃ consequunt. hũc quasi gradum quendã atꝙ aditũ ad cętera iactũ intelligetis. QVI AGRI, QVAE LOCA, AEDIFICIA, quid est ꝓterea? multa in mãcipiis, in pecore, auro, argẽto, ebore, veste, supellectili, cęteris reb⁹. Quid dicã? inuidiosum putasset hoc fore, si oĩa nominasset? Nõ metuit inuidiã. quid ergo? lõgum putauit, & timuit, ne qd pręteriret. adscripsit: ALIVDVE QVID. qua breuitate rem nullam esse exceptã videtis. Quicqd ergo sit extra Italiã, qđ publicum populi Ro. factũ sit L. Sylla, Q. Põpęio cõsulibus, aut postea, id Decẽuiros iubet vẽdere. †hoc caput Quirites, omĩs gentes, nationes, puincias, regna, decemuirũ ditioni, iudicio, potestatiꝙ pmissa, & condonata esse dico. Primũ hoc q̃ro, qui tandẽ locus vsq̃ sit, quẽ nõ possint Decẽuiri dicere publicũ Populi Ro. esse factũ? nã cũ idẽ possit iudicare q̃ dixerit, qd est, qđ nõ liceat ei dicere, cui non liceat idẽ iudicare? Cõmodũ erit Pergamũ, Smyrnã, Thrallis, Ephesum, Miletũ, Cyzicũ, totam deniꝙ Asiã, q̃ post L. Syllam, Q. Põpęiũ consl. recuperata sit, Populi Ro. factã esse dicere. vtrũ oratio ad eius rei disceptationẽ deerit? an cũ idẽ & differet, & iudicabit, impęlli non poterit, vt falsum iudicet? an si cõdemnare Asiã volet, terrorẽ damnationis, & minas nõ quãti volet æstimabit? Quid ꝙ disputari cõtra nullo pacto potest? quoniã statutũ a vobis est, & iudicatum, quã hęreditatẽ iam creuim⁹. Regnũ Bithynię quod certe publicũ est Populi Ro. factũ, nũ quid causæ est, quin oẽs agros, vrbes, statiua, portus, totã deniꝙ Bithyniã decẽuiri vẽdituri sint? qd Mitylenę? q̃ terrę vestrę Quirites belli lege ac victorię iure factę sunt: vrbs & natura, & situ, & descriptione ædificiorũ, & pulchritudine in primis nobilis, agri iucũdi, & fertiles, nempe eodẽ capite inclusi cõtinent. Quid Alexandria, cũctaꝙ Aegyptus? vt occulte latet? vt recondita est? vt furtim tota decẽuiris tradit? Quis eĩ vestrũ hoc ignorat? dici illud regnum testamẽto Regis Alexandrini populi Ro. esse factum? Hic ego consul populi Ro. nõ modo nihil iudico, sed ne quid sentiam quidem profero. magna enim mihi res nõ mõ ad stãtuendum, sed etiam ad dicendum videtur esse. video qui testamẽtum factum esse cõfirmet: auctoritatẽ Senatus extare hęreditatis aditę sentio. tũ quando Alexandro mortuo Legatos Tyrũ misimus, q̃ ab illo pecuniã depositã, nostris recuperarẽt. hęc L. Philippũ sępe in Senatu cõfirmasse memoria teneo. eũ q̃ regnũ illud teneat hoc tẽpore, neꝙ genere, neꝙ animo regio esse, inter oẽs fere video cõuenire. dicit cõtra nullũ esse testamentũ: nõ oportere Populũ Ro. omniũ regnorũ appętentẽ videri: demigraturos in illa loca nostros hoĩes ppter agrorũ bonitatem, & omniũ rerũ copiã. hac tanta de re P. Rullus cũ cęteris decemuiris Collegis suis iudicabit? & verũ iudicabit? nã vtrũꝙ ita magnũ est, vt nullo modo neꝙ concedendũ, neꝙ ferendum sit. Volet esse popularis, populo Ro. adiudicabit. ergo idẽ ex sua lege vendet Alexandriam, vendet Aegyptũ: vrbis copiosissimę, pulcherrimorũꝙ agroꝝ iudex, arbiter, dominus, rex deniꝙ opulentissimi regni reperietur. Nõ sumet sibi tantũ, nõ appetet, iudicabit Alexandriam regis esse, a populo Ro. abiudicabit. primũ populi Ro. hęreditatẽ Decẽuiri iudicẽt? cũ vos volueritis de priuatis hęreditatibus Centũuiros iudicare? deinde quis aget causam populi Romani? vbi res ista agetur? qui sunt isti decemuiri, quos pręspiciamus regnum Alexandrię Ptolemęo gratis adiudicaturos? Q̃ si Alexandria petebatur, cur nõ eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta, L. Torquato consl. cucurrerunt? cur non apęrte vt antea? cur non itẽ vt cum decreto & palam regionem illam pętierunt? an quietis his, qui pęr cursum rectum regnum tenere nõ potuerũt, nũc tetris tenebris, & caligine se Alexandriã pęruenturos arbitrati sunt? Atꝙ illud circũspicite vestris mẽtib⁹, vnaꝙ ✶ legatos nostros hoĩes auctoritate tenui, q̃ rerũ priuatarũ causa legationes liberas obeunt, tamen exterę nationes ferre vix possunt. graue est eĩ nomẽ impęrii, atꝙ id etiã in leui psona pęrimescit, ꝓpterea ꝙ vestro, nõ suo noĩe, cũ hinc egressi sunt, abutunt. quid cẽsetis cũ isti Decẽ-

†hoc capite.

✶ Creuimus hęreditatẽ. Mitylenæ.

Cursus cucurrerunt.

uiri cũ imperio,cũ fascibus,cũ illa delecta finitorũ iuuẽtute p orbẽ terrarũ vagabunt! quo tã dem aĩo! quo metu! quo piculo miseras nationes futuras! est in imperio terror, patient. est in aduẽtu sumptus, ferẽt, imperabit aliqd muneris, nõ recusabũt, illud vero quãtũ est Quirites! cũ is decẽuir, q aliquã in vrbẽ aut expectatus, vt hospes, aut repẽte, vt dominus venerit, illũ ipsum locũ, quo venerit, illã ipsam sedẽ hospitalẽ, in quã erit deductus, publicã Populi Ro. esse dicet! quãta calamitas populi, si dixerit! quantus ipsi q̃stus, si negarit! Atq; iidẽ, q hęc appetũt, q̃ri põnũq; solẽt, oẽs terras Cn. Põpeio, atq; oĩa maria esse pmissa. simile vero est multa committi, & cõdonari oĩa! vel labori & negotio pponi, an pdę & q̃stui! mitti ad socios liberãdos, an ad opprimẽdos! deniq; si qs est honos singularis, nihil ne interest! vtrũ Populus Ro. eũ cui velit, deferat, an is impudẽter populo Ro. p legis fraudẽ surripiat! Intellexistis quot res & quãtas Decẽuiri legis pmissu vẽdituri sint, nõ est satis, cũ sese sociorũ, cũ exterarũ nationum, cũ regũ sanguine implerint, incidãt neruos populi Ro. adhibeãt manus vectigalib⁹ vestris, irrũpãt in ęrariũ, sequit eñ caput, quo capite nõ pmittit qdẽ, si forte desit pecunia, q̃ tãta ex superioribꝰ recipi potest, vt deesse nõ debeat: sed plane, quasi ea res nobis saluti futura sit, ita cogit, atq; imperat, vt Decẽuiri vestra vectigalia vendãt nominatim. Quã tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Ro. auctionẽ, quã mehercule ego pconi huic ipsam luctuosam & acerbã pdicationẽ futurã puto. vt in suis rebus, ita in Rep. luxuriosus nepos, q prius syluas vendat, q̃ vineas. Italiã pcẽsuisti, pærge in Siciliã, nihil est in hac puincia, qd aut in oppidis, aut in agris maiores nostri ppriũ nobis reliquerint, quin id venire iubeat, quod partũ recẽti victoria maiores vobis in sociorũ vrbibus, ac finibus, & vinculũ pacis, & monimentũ belli reliquerũt, id vos ab illis acceptũ hoc auctore vẽdetis! Hic mihi parũper mentes vestras Quir. cõmouere videor, dũ patefacio vobis, quas isti pœnitus abstrusas insidias se posuisse †arbitrat cõtra Cn. Põpei dignitatẽ. & mihi q̃so ignoscite, si appello talẽ virũ sępiꝰ. vos mihi Prętori biennio ante Quir. hoc eodẽ in loco psonã hãc imposuistis, vt qbuscũq; rebus possem, illius absentis dignitatẽ vobiscũ vna tuerer, feci adhuc q̃ potui, neq; familiaritate illius adductus, nec spe honoris, atq; amplissimę dignitatis, quã ego etsi libẽte illo, tamẽ absente illo p vos consecutus sum. quãobrẽ cũ intelligã hanc totã fere legẽ ad illius opes euertẽdas tanq̃ machinã cõparari: & resistã cõsiliis hominũ, & pficiã pfecto, qd ego video cõparari, vt id vos vniuersi nõ solũ videre, verũ etiã tenere possitis. Iubet venire q̃ Attalensiũ, quæ Phaselitum, quę Olympænorũ fuerint, agrũq; Agerensem, & Orindicũ, & Gedusanũ. hæc P. Seruilii imperio, & victoria clarissimi viri vestra facta sunt. Adiũgit agros Bithynię regios, qbꝰ nũc publicani fruunt. deĩde Attalicos agros in Cherroneso: in Macedonia, q Regis Philippi siue Persę fuerũt, q itẽ a Censoribus locati sunt, & certissimũ vectigal. adscribit idẽ auctioni Corinthios agros optimos & fertiles, & Cyrenẽses q Appionis fuerũt, & agros in Hispania ppter Carthaginẽ Nouã: & in Aphrica ipsam Veterẽ Carthaginẽ vendit, quã videlicet P. Aphricanꝰ nõ ppter religionẽ sediũ illarũ ac vetustatis de cõsilii sentẽtia cõsecrauit, sed vt ipse locus, eorũ, q cũ hac vrbe de imperio certarũt, vestigia calamitatis ostẽderet. Sed nõ fuit tã diligẽs, q̃ est Rullus, aut fortasse emptorẽ ei loco repire nõ potuit. Verũ inter hos agros regios, captos veteribꝰ bellis, virtute summorũ imperatorũ, adiũgit regios agros Mithridatis, q in Paphlagonia, q in Põto, q in Cappadocia fuerũt, vt eos Decẽuiri vẽdãt. Ita ne vero! non legibus datis, nõ auditis verbis imperatoris, nõdũ deniq; bello cõfecto, cũ Rex Mithridates amisso exercitu, regno expulsus, tñ in vltimis terris aliqd etiã nũc moliat, atq; ab inuicta Cn. Pompei manu Męote, & illis paludibus, & itinerũ angustiis, atq; altitudine montium defendat: cũ impator in bello versẽt, in locis aũt illis etiã nũc belli nomẽ reliquum sit: eos agros, quorũ adhuc pœnes Cn. Põpeiũ oẽ iudiciũ, & potestas more maiorũ debet esse, decẽuiri vendẽt! & credo P. Rullus (is eñ sicse gerit, vt sibi iã decẽuir designatus esse videat) ad eam auctionẽ potissimũ pficiscetur! is videlicet, anteq̃ veniat in Pontũ, literas ad Cn. Pompeiũ mittet. quarũ ego iã exẽplũ ab istis compositũ esse arbitror. P. SERVILIVS RVLLVS TRIBVNVS PL. DECEMVIR S. D. POMPEIO CN. F. nõ credo ascripturũ eẽ Magno. nõ an. videt id, qd imĩnuere lege conat, cõcessur⁹ verbo. TE VOLO CVRARE, VT MIHI SI NOPE PRAESTO SIS, AVXILIVMQVE ADDVCAS, DVM EOS AGROS, QVOS TVO LABORE CEPISTI, EGO MEA LEGE VENDAM. an Põpeiũ nõ abhibebit! ĩ eiꝰ puicia vẽdet manubias Imperatoris! ponite añ oculos vobis Rullũ ĩ Põto iter vĩa atq; hostiũ castra hasta posita cũ suis formosis finitoribꝰ auctionãtẽ. Neq; ĩ hoc solũ inest cõtumelia, q̃

†arbitrant.

Persona imposuistis.

Propter Carthaginem.

vehemẽter & insignis est,& noua,vt vlla res parta bello,nõdũ legib⁹ datis, etiã tũ impatore bellũ administrãte,nõ mõ venierit,verũ etiã locata sit.plus spectãt hoĩes certe q̃ contumeliã. sperant si concessum sit inimicis Cn.Põpeii cũ imperio,cũ iudicio omniũ rerũ,cũ infinita po testate, cũ innumerabili pecunia,nõ solũ aliis in locis vagari,verũ etiã ad ipsius exercitũ pue nire , aliqd illi infidiarũ fieri,aliqd de eius exercitu,copiis,gloria,detrahi posse.putãt,si quã spem in Cn.Pompeio exercitus habeat,aut agrorũ,aut aliorũ commodorũ,hanc nõ habitu- rum,cũ viderit earum rerũ omniũ potestatẽ ad Decẽuiros esse translatã.Patior non molestę tam stultos esse,q̃ hęc sperẽt:tam impudẽtes,q̃ conent.illud queror,tã me ab iis esse cõtẽptũ, vt hęc portenta me Cõsule potissimũ cogitarẽt.Atq; in omnibus his agris,ædificiisq; ven dendis permittit decemuiris vt vendant qbuscũq; in locis videat.O perturbatam rationẽ.O libidinem refrenandã.O consilia dissoluta,atq; perdita.vectigalia locare nusq̃ licet,niſi in hac vrbe,hoc ex loco,hac vestrũ frequẽtia.venire vestras res proprias,& in perpetuũ a vobis alie nari,in Paphlagonię tenebris atq; in Cappadocię solitudine licebit!L.Sylla cum bona inde- mnatorum ciuium funesta illa auctione sua venderet,& se prędã suã diceret vendere,tamen ex hoc loco vendidit:nec quorũ oculos offendebat,eorũ ipsorũ conspectũ fugere ausus est. Decemuiri vestra vectigalia non modo ne vobis quidẽ arbitris,sed ne pręcone quidẽ publi- co teste vendent! Sequit oẽs agros extra Italiã infinito ex tẽpore:nõ,vt antea,ab Sylla, & Pompeio coss.cognitio decẽuirũ,priuatus sit an publicus:ficq; agro pergrãde vectigal im ponitur.Hoc quãtũ iudiciũ,q̃ intolerandũ,q̃ regiũ sit,quẽ prẽterit!posse quibuscunq; locis velint,nulla disceptatiõe,nullo cõsilio,priuata publicare,publica liberare.Excipit hoc capite ager in Sicilia Recentoricus:quẽ ego excipi,& ppter hominũ necessitudinẽ,& ppter equita tem Quir.sępe vehemẽter gaudeo. Sed quæ hęc impudẽtia!qui agrũ Recentoricũ possidẽt, vetustate possessionis se,nõ iure,misericordia Senatus nõ agri cõditione defendũt. nã illum agrũ publicũ esse fatent.sed moueri possessionibus,amicissimis sedibus,ac diis penatibus ne gant oportere.At si est priuatus ager Recẽtoricus,qd eũ excipis!sin autẽ publicus , q̃ est ista æquitas! cęteros,etiã si priuati sint,pmittere vt publici iudicẽtur,hunc excipere nominatim qui publicus esse fateat.Ergo eorũ ager excipitur,q̃ apud Rullum alia ratione valuerũt. cæ teri agri omnes,qui vbiq; sunt,sine vllo delectu,sine populi Ro.notione,sine iudicio Senat⁹, decemuiris addicentur . Atq; etiam est alia superiore capite,quo omnia veneunt, quęstuosa exceptio:quę teget eos agros,de quibus fœdere cautum est.Audiuit hanc rem nõ a me,sed ab aliis agitari sæpe in Senatu,nonnunq̃ ex hoc loco,possidere agros in ora maritima regem Hyempsalem,quos P.Aphricanus populo Ro.adiudicarit:& tamen postea per C . Cottam, Cons.cautum esse fœdere.hoc quia vos fœdus non iusseritis,veretur Hyempsal vt satis fit mum fit,& ratum.Quid,cuiusmodi est illud!tollitur vestrum iudicium,fœdus totũ excipit, comprobatur.q; minuit auctionẽ Decẽuiralẽ,laudo:q; regi amico cauet,non reprehendo:q; non gratis fit,indico. volitat enim ante oculos istorũ Iubę regis filius adolescens nõ minus bene nummatus,q̃ bene capillatus. Vix iam videtur locus esse,qui tantos aceruos pecuniæ capiat.auget,addit,accumulat:aurum,argentũ ex pręda,ex manubiis,ex coronario,ad quos cunq; peruenit,neq; relatũ est in publicũ,neq; in monimento cõsumptũ,id pfiteri apud decẽ uiros,& ad eos referre iubet.hoc capite etiã quęstionẽ de clarissimis viris,qui Populi Ro.bel la gesserunt,iudiciũq; de pecuniis repetũdis ad Decẽuiros translatũ videtis.horũ erit nullũ iudicium,quãtę cuiusq; manubię fuerint,qd relatũ,qd residuũ sit.in posterũ vero lex hęc im peratoribus vestris cõstituit,vt quicũq; de puincia decesserit,apud eosdẽ Decemuiros, quan tum habeat prędę,manubiarũ,auri coronarii,profiteat.Hic tamẽ vir optimus,eũ quẽ amat, excipit,Cn.Pompeiũ.vnde iste amor tam improuisus,ac tam repẽtinus! qui honore decem- uiratus excludit ppe nominatim:cuius iudiciũ,legũq; datio,captorũ agrorũ ipsius virtute cognitio tollitur:cuius nõ in prouinciã,sed in ipsa castra decẽuiri cum imperio,infinita pe cunia,maxima potestate,& iudicio rerũ omniũ mittunt:cui ius imperatoriũ,qd semp oĩbus imperatoribus est cõseruatũ,soli eripitur:is excipit vnus ne manubias referre debeat.vtrum rãdẽ hoc capite,honos haberi hoĩ,an inuidia q̃ri videt!Remittit hoc Rullo,Cn.Põpeius:be neficio isto legis,benignitate decẽuirali nihil vtit.nã si est æquum prędas ac manubias suas imperatores,nõ in monimẽta deorũ immortaliũ,neq; in vrbis ornamẽta cõferre,sed ad decẽ uiros,tãq̃ ad dominos reportare,nihil sibi appetit pcipue Põpeius,nihil:vult se in cõmuni, atq; in eodẽ quo cęteri,iure versari.sin est iniquũ Quirites,si turpe,si intolerandũ,hos decẽ

Veretur vt satis.

*

Nũmatus bene.

Aurũ coro narium.

uiros portitores oĩbus omniũ pecuniis constitui: qui nõ modo reges, atq; exterarũ nationũ homines, sed etiã imperatores nostros excutiãt: nõ mihi videnť honoris causa, excipere Põpeium, sed metuere, ne ille eandẽ cõtumeliã, quã ceteri, ferre nõ possit: Põpeius autẽ hoc aĩo fit, vt qcqd vobis placeat, sibi ferendũ putet: qđ vos ferre nõ poteritis, id pfecto perficiat, ne diutius inuiti ferre cogamini. Verũtamen cauet, vt siqua pecunia, post nos Cõsules, ex nouis vectigalibus recipiať, ea decẽuiri vtanť. noua porro vectigalia videt ea fore, q̃ Põpeius adiũxerit, ita remissis manubiis, vectigalibus eius virtute partis, se frui putat oportere. Parta sit pecunia Quir. decẽuiris tanta, quãta sit in terris: nihil ptermissum, sed oẽs vrbes, agri, regna denicp, postremo etiã vectigalia vestra venierint: accesserint in cumulũ manubię vestrorũ imperatorũ, quãtę, & q̃ immanes diuitię decẽuiris in tãtis auctionibus, tot iudiciis, tã infinita potestate rerũ omniũ quęranť, videtis. cognoscite nũc alios immẽsos, atq; intolerabiles quæstus, vt intelligatis ad certorũ hominũ importunã auaritiã hoc populare legis Agrarię nomen esse quæsitũ. hac pecunia iubet agros emi, quo deducamini. Nõ cõsueui hoies appellare asperius Quir. nisi lacessit9: velim fieri posset, vt a me sine cõtumelia nominarenť ii, q̃ se decẽuiros sperãt futuros: iã videretis q̃bus hoibus omniũ rerũ & vendẽdarũ & emẽdarũ potesta tem pmitteretis. sed qđ ego nõdũ statuo mihi esse dicẽdũ, vos tamẽ id potestis cũ animis vestris cogitare. vnũ hoc certe videor mihi, verissime posse dicere. tũ cũ haberet hęc Resp. Luscinos, Calatinos, Acidinos hoies nõ solũ honoribus populi, rebusq; gestis, verũ etiã patientia paupertatis ornatos: & tũ, cũ erãt Catones, Philippi, Lælii, quorũ sapiẽtiã, tẽperantiãq; in publicis, priuatisq;, forẽsibus, domesticisq; rebus pspexeratis: tamẽ huiuscemodi res cõmissa nemini est, vt idẽ iudicaret, & venderet, & hoc faceret p quinquẽniũ toto in orbe terrarũ: idẽ q; agros vectigalis Populi Ro. abalienaret: & cũ summam tãtę pecunię nullo teste sibi ipse ex sua voluntate fecisset, tũ denicp emeret a q̃bus vellet, qđ videreť. Cõmittite vos nunc Quir. his hoibus hęc oĩa, quos odorari hũc decẽuiratũ suspicamini, reperietis partẽ esse eorũ, qb9 ad habendũ, partẽ q̃bus ad cõsumẽdũ, nihil satis esse videať. Hic ego iã illud qđ expeditissimum sit, ne disputo quidẽ Quirites, nõ esse hãc vobis a maiorib9 relictã consuetudinem, vt emanť agri a priuatis, quo plebs publice deducať: oĩbus legibus, agris publicis priuatos esse deductos: huiuscemodi me aliqd ab hoc horrido, ac truce Tribuno Pl. expectasse: hanc vero emendi & vendẽdi q̃stuosissimã ac turpissimã mercaturã, alienã actione Tribunitia, alienam dignitate Populi Ro. semp putaui. Libet agros emi. primũ q̃ro quos agros? & q̃bus in locis? nolo suspẽsam & incertã Plebẽ Ro. obscura spe & cęca expectatione pẽdere. Albanus ager est, Setinus, Priuernas, Fundanus, Vestinus, Falernus, Linternus, Cumanus, Casinas. audio. Ab alia porta, Capenas, Faliscus, Sabinus ager, Reatinus, Venafranus, Alifanus, Trebulanus. habes tantã pecuniã, qua hosce oẽs agros, & cęteros horũ similis nõ modo emere, verũ etiã coacernare possis. cur eos nõ definis, neq; nominas? vt saltẽ deliberare plebs Romana possit, qđ interfit sua, qđ expediat, quantũ tibi in emẽdis, & in vẽdendis rebus cõmittendũ putet. Deflnio inqt Italiã. satis certa regio. etem̃ quantulũ interest vtrũ in Massici radices, an in Italiam aliove deducamini? Age vero definis locũ. quidnã agri vero, inqt? q̃ arari, aut coli possit. qui possit arari inquit, aut coli, nõ q̃ aratus aut cultus sit. Vtrũ hęc lex est, an tabula Veratianæ auctionis? in qua scriptũ fuisse aiũt: iugera CC. in q̃bus oliuetũ fieri potest: iugera CCC. vbi institui vineę possunt. hoc tu emes ista innumerabili pecunia, qđ arari aut coli possit? qđ solũ tã exile, & macrũ est, qđ aratro pstringi nõ possit? aut qđ est tã asperũ saxetũ, in quo agricolarum cultus nõ elaboret? Idcirco, inqt, agros nominare nõ possum, qa tangã nullũ ab inuito. hoc quoq; multo est q̃stuosius, q̃ si ab inuito sumeret. inietur emm̃ ratio q̃stus de vestra pecunia, & tũ denicp ager emeť, cũ idem expedierit emptori, & venditori. Sed videte vim legis Agrarię: ne ii quidem, qui agros publicos possident, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima conditione, & pecunia maxima. Conuersa ratio. antea, cum erat a Tribuno Pl. mẽtio legis Agrarię facta, cõtinuo q̃ agros publicos, aut q̃ possessiones inuidiosas tenebãt pertimescebãt. hęc lex eos homines fortunis locupletat, inuidia liberat. Q̃ multos emm̃ Quirites, existimatis esse, q̃ latitudinẽ possessionũ tueri, q̃ inuidiã Syllanorũ agrorũ ferre nõ possint? q̃ vendere cupiant? emptorem non reperiant? perdere iam denicp illos agros ratione aliqua velint? Qui paulo ante, diem, noctemq; tribunitium nomen horrebant, vestram vim metuebant, mentionem legis Agrariæ pertimescebant, ii nunc etiam vltro rogabuntur, atq; orabuntur, vt agros partim publicos, partim plenos inuidię, plenos periculi, quanti ipsi ve-

Cogitare cũ animis.

Mercatura.

Veratiana auctio.

Oliuetum.

Saxetum.

Intus canit sibi.

lint decemuiris tradãt.atq; hoc carmen hic Tribunus Pl.nõ vobis,sed sibi intus canit. habet socerũ virũ optimũ,q tantũ agri in illis Reip.tenebris occupauit,quãtũ cõcupiuit.huic subuenire vult succũbenti,iã oppresso Syllanis oneribus,graui sua lege,vt liceat illi inuidiã deponere,pecuniã condere.& vos nõ dubitatis,quin vectigalia vestra vendatis plurimo maiorum vestrorum sanguine,& sudore quęsita!vt Syllanos possessores diuitiis augeatis, periculo liberetis!Nã ad hanc emptionẽ decẽuiralem duo genera agrorũ spectant Quirites.eorũ vnum,ppter inuidiã domini fugiũt:alterũ,ppter vastitatẽ.Syllanus ager a certis hoibus la

Perferre vnũ stridorem.

tissime cõtinuatus tantã habet inuidiã,vt veri ac fortis Tribuni Pl.stridorẽ vnũ perferre nõ possit.hic ager omnis,quoquo precio coemptus erit,tamen ingenti pecunia vobis inducet.

Inducí.

Alterũ genus agrorũ ppter sterilitatẽ incultũ,ppter pestilentiã vastũ,atq; desertũ, emet ab iis,qui eos vidẽt sibi esse,si nõ vendiderint,relinquẽdos.Et nimirũ istud est,qđ ab hoc Tribuno Pl.dictũ est in Senatu,vrbanã plebem nimiũ in Rep.posse,exhauriendam esse.hoc eñ est vsus,quasi de aliqua sentina,ac nõ de optimorũ ciuiũ genere loquereť.Vos vero Quirites, si me audire vultis,retinete istã possessionẽ gratię,libertatis,suffragiorũ,dignitatis,vrbis,fori,ludorũ,festorũ dierũ,cęterorũ omniũ cõmodorũ.nisi forte mauultis,relictis his rebus, atq; hac luce reip.in Sipontina siccitate,aut in Salpinorũ pestilentię finibus Rullo duce col-

Sipontina siccitas.

locarí.At dicat quos agros empturus sit:ostendat,& qd,& qbus daturus sit.vt vero cũ oẽs vrbes,agros,vectigalia,regna vendiderit , tũ arenã aliquã,aut paludes emat,id vos potestis quęso cõcedere!Qz̃q illud est egregiũ,q hac lege ante oĩa veneunt,ante pecuniæ coguntur, & coaceruantur,q̃ gleba vna emať.deinde emi iubet,ab inuito vetat.quęro,si,q velint vendere non fuerint,qđ pecunia fiet!& referre in ærariũ lex vetat,exigi ꝓhibet.igit pecuniã omnem decẽuiri tenebũt,vobis ager nõ emeť.vectigalibus abalienatis,sociis vexatis,regibus,atq; oĩbus gẽtib9 exinanitis,illi pecunias habebũt,vos agros nõ habebitis. Facile inquit adducẽtur pecunię magnitudine,vt velint vendere.ergo ea lex est,qua nostra vẽdamus,quãti possim9: aliena emamus,quãti possessores velint.Atq; in hos agros,qui hac lege empti sint,colonias ab iis decẽuiris deduci iubet.quid!omnis ne locus eiusmodi est,vt nihil interfit Reip.colonia deducať in eum locũ,nec ne!an est locus,q coloniã postulet!est plane rectius & ✳ Quo

Recordari diligentiã.

in genere,sicut in cęteris Reip.partibus,est operępreciũ diligentiã maiorũ recordari,qui colonias sic idoneis in locis contra suspitionẽ periculi collocarũt,vt esse nõ oppida Italiæ,sed propugnacula imperii viderentur.Hi deducent colonias in eos agros,quos emerint.etiã ne si Reip.non expediat!& in quę loca ꝑterea vibebit!quid igitur est causę,quin coloniã in laniculum possint deducere!& suũ presidium in capite,atq; ceruicibus vestris possint colloca re!tu non definias,quo colonias,in quę loca,quo numero colonorũ deduci velis!tu occupes locum,quẽ idoneũ ad vim tuam iudicaris!compleas numero!cõfirmes præsidio, quo velis! Populi Ro.vectigalibus,atq; omnibus copiis ipsum Populũ Ro.coerceas!opprimas!redigas in istam decemuiralẽ ditionẽ,ac potestatẽ!Vt vero totã Italiã suis presidiis obsidere,atq; occupare cogitet,quęso Quir.cognoscite.permittit decẽuiris,vt in omnia municipia,in omnes colonias totius Italię colonos deducãt,quos velint,iisq; colonis agrũ dari iubet.Nũ obscure maiores opes,q̃ libertas vestra pati potest,& maiora presidia quęrunt! nũ obscure regnũ constituitur!nũ obscure libertas vestra tollitur!nã cũ iidẽ omnẽ pecuniã,maximã multitudinem,id est totã Italiam suis opibus obsidebũt:iidẽ vestrã libertatẽ suis ꝑsidiis,& coloniis interclusam tenebũt:q̃ spes tandẽ!q̃ facultas recuperãdę vestrę libertatis relinquet!At eñ ager

Campanus ager pulcherrimus

Campanus hac lege diuidet orbis terrę pulcherrimus: & Capuã colonia deducetur,vrbem amplissimã,atq; ornatissimã.Atqui qd ad hęc possumus dicere!de cõmodo vestro prius dicã Quirites:deinde ad amplitudinẽ,& dignitatẽ reuertar.vt si quis agri aut oppidi bonitate delectetur,ne quid expectet:si quẽ rei dignitas cõmouet,vt huic simulatę largitioni resistat. Ac primũ de oppido dicã,si qs est forte,quẽ Capua magis,q̃ Roma delectat. Quinq; millia colonorũ Capuã scribi iubet.ad hũc numerum quingẽtos sibi singuli sument.Quęso nolite vosmetipsos cõsolari,vere & diligenter cõsiderate.nũ vobis,aut vestri similibus, integris,quietis,otiosis hominibus in hoc numero locũ fore putatis!si est omnibus vobis,aut maiori vestrum parti:q̃q̃ me,vester honos vigilare dies,atq; noctes,& intentis oculis oĩs Reip.partis intueri iubet,tñ paulisp,si ita cõmodũ vestrũ fert,cõmouebor. sed si quinq; hoĩm millibus ad vim,facinus,cędęq; delectis,locus,atq; vrbs,q̃ bellũ facere,atq; instruere possit,q̃rit: tñ ne patiemini vestro nomine cõtra vos firmari opes:armari ꝑsidia:vrbes,agros,copias,cõparari!

Nam agrũ quidẽ Campanũ,quẽ vobis ostentant, ipsi concupiuerũt:deducẽt suos,quoꝝ nomine ipsi teneant,& fruantur,coemant:præterea ista dena iugera continuabũt. Nam si dicẽt per legem id nõ licere,ne per Corneliã quidẽ licet:at videmus (vt lõginqua mittamus) agrũ Prænestinũ a paucis possideri:neq; istoꝝ pecuniis quicq̃ aliud deesse video,nisi eiusmodi fundos,quorũ subsidio familiarũ magnitudines,& Cumanorũ,ac Puteolanorũ prædiorum sumptus sustentare possint. Qđ si vestrũ cõmodũ spectat,veniat,& coram mecum de agri Cãpani diuisione disputet. Quæsiui ex eo Cal. Ian. quibus hominibus, & quemadmodum illũ agrum esset distributurus. respondit a Romilia Tribu se initium esse facturum. Primũ quæ est ista superbia,& cõtumelia! vt populi pars amputetur,ordo tribuũ negligatur:ante rusticis detur ager,qui habent,q̃ vrbanis,quibus ista agri spes,& iucunditas ostenditur. aut si hoc ab se dictum negat,& satisfacere omnibus vobis cogitat,proferat,in iugera dena describat,ab Otriculana vsq; ad Narniẽsem nomina vestra ꝓponat. si nõ modo dena iugera dari vobis,sed ne constipari quidem tantũ numerũ hominũ posse in agrum Campanũ intelligetis,tamẽ ne vexari Rẽpublicã,contemni maiestatẽ Populi Romani, deludi vosmetipsos diutius a Tribuno Pl. patiemini! Q; si posset ager iste ad vos peruenire,nõne eum tamẽ in patrimonio vestro remanere malletis! vnũ ne fundum pulcherrimũ Populi Ro. caput vestræ pecuniæ,pacis ornamentum,subsidium belli,fundamentũ vectigaliũ,horreum legionũ,solatiũ annonę, diſperire patiemini! An oblitι estis Italico bello amissis cæteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis! An ignoratis cætera illa magnifica Populi Ro. vectigalia, pleui sæpe momento fortunæ,inclinatione tẽporis pendere! Quid nos Asię portus,quid Syrię rura,quid omnia trãsmarina vectigalia iuuabunt,tenuissima suspitione prędonũ,aut hostium iniecta! At vero hoc agri Campani vectigal,cum eiusmodi est,vt domi sit,& omnibus præsidiis oppidorũ tegatur:tum neq; bellis infestũ,nec fructibus variũ,nec cęlo, ac loco calamitosum esse solet. Maiores nostri nõ solũ id qđ a Cãpanis ceperant,nõ imminuerũt,verũ etiã qđ & tenebant,quibus adimi iure nõ poterat,coemerũt. Qua de causa nec duo Gracchi, qui de plebis Ro. cõmodis plurimũ cogitauerũt:nec L. Sylla,qui omia sine vlla religione, quibus voluit,est dilargitus,agrũ Cãpanũ attingere ausus est. Rullus extitit,qui ex ea possessione Rẽp. dimoueret,ex qua nec Gracchoꝝ benignitas eã,nec Syllæ dominatio deiecisset. Quẽ agrum nũc ꝑtereuntes vestrũ esse dicitis,& quẽ pariter qui iter faciũt,externi homines vestrum esse audiũt,is cũ erit diuisus,ꝛneq; vestrũ dicetur. At qui homines possidebũt! primo qdẽ acres, ad vim prõpti,ad seditionẽ parati:qui simulac Decẽuiri cõcrepuerint, armati in ciues,& expediti ad cędẽ esse possint. deinde ad paucos opibus,& copiis affluentis totũ agrũ Cãpanũ ꝑ ferri videbitis. vobis interea,q̃ illas a maioribus pulcherrimas vectigaliũ sedes armis captas accepistis,gleba nulla de paternis,atq; auitis possessionibus relinquetur:ac tãtũ intererit inter vestrã & priuatoꝝ diligentiã, ꝙ cũ a maioribus vestris P. Lentulus, Princeps Senatus in ea loca missus esset,vt & priuatos agros,q̃ in publicũ Campanũ incurrebãt, pecunia publica coemeret,dicit renũciasse,nulla se pecunia fundũ cuiusdã emere potuisse: eũq; q nollet vẽdere,ideo negasse se adduci posse vti vẽderet,ꝙ cũ plures fũdos haberet,ex illo solo fundo nũq̃ malũ nũciũ audisset. Ita ne vero! priuatũ hæc causa cõmouit! Populũ Ro. ne agrũ Campanũ priuatis,gratis Rullo rogante tradat,nõ cõmouebit! At qdẽ Populus Romanus de hoc vectigali potest dicere, qđ ille de suo fundo dixisse dicit. Asia multos annos vobis fructum Mithridatico bello nõ tulit,Hispaniarũ vectigal tẽporibus Sertorianis nullũ fuit, Sicilię ciuitatibus bello fugitiuoꝝ M. Attilius etiã mutuũ frumentũ dedit:at ex hoc vectigali nũq̃ malus nũcius auditus est. Cætera vectigalia belli facultatibus affligũtur, hoc vectigali etiã belli facultates sustẽtatur. Deinde in hac assignatione agroꝝ,ne illud qdẽ dici potest,qđ in cæteris, agros desertos a plebe,atq; a cultura hominũ liberoꝝ esse non oportere. Sic enim dico: si Cãpanus ager diuidatur,exturbari,& expelli plebem ex agris,non constitui,& collocari. Totus enim ager Campanus colitur,& possidetur a plebe optima,& modestissima. qđ genus hominũ optime moratum,optimoꝝ & aratoꝝ,& militum, ab hoc plebicola Tribuno Pl. funditus eiicitur. atq; illi miseri nati in illis agris,& educati,glebis subigẽdis exercitati,quo se subito conferant,non habebunt. his robustis,& valentibus, & audacibus Decẽuirũ satellitibus agri Campani possessio tota tradetur. & vt vos nũc de vestris maioribus ꝑdicatis,hũc agrũ nobis maiores nostri reliquerũt:sic vestri posteri de vobis ꝑdicabunt,hunc agrum patres nostri acceptũ a patribus suis perdiderũt. Equidẽ existimo,si iam Campus Martius diuidatur,& vni-

Romilia tribus.

Otricula-na tribus.

Narniẽsis.

Calamito-sum.

Agricolæ memorabile exẽplũ.

Plebicola.

Exercitati subigendis glebis.

cuiq; vestrũ,vbi consistat,bini pedes assignentur:tamẽ promiscue toto, q̃ proprie,parua frui parte malletis.Quare etiã si ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro peruẽturũ,q vobis ostẽditur,aliis cõparaꝝ:tñ honestius eũ vos vniuersi,q̃ singuli possideretis. Nũc vero cũ ad vos nihil pertineat,sed paretur aliis,eripiatur vobis, nõne acerrime tãq̃ armato hosti,sic huic legi pro vestris agris resistetis?Adiũgit Stellatem campũ agro Campano, & in eo duodena describit in singulos hoies iugera. quasi vero paulũ differat ager Cãpanus,ac Stellatis.Et multitudo Quirites q̃ritur,qua illa oia oppida cõpleãtur.Nã dixi antea,lege pmitti, vt q̃ velint municipia,quas velint veteres colonias,colonis suis occupent.Calenũ municipiũ cõplebunt, Theanũ oppriment : Atellam,Cumas,Neapolin, Pompeios,Nuceriã suis pfidiis deuincent. Puteolos vero,q nũc in sua potestate sunt,suo iure libertateq; vtuntur,totos nouo populo, atq; aduentitiis copiis occupabũt.Tũc illud exiliũ Campanæ coloniæ vehementer hũic imperio timendũ:Capua a Decemuiris inferetur:tũc contra hanc Romã cõmunẽ patriã omniũ nostrũ,illa altera Roma q̃retur.In id oppidũ homines nefarii Remp. nostrã trãsferre conant, quo in oppido maiores vestri nullã omnino Remp.esse voluerũt:qui tres solũ vrbes in terris omnibus Carthaginẽ,Corinthũ, Capuã statuerũt posse imperii grauitatẽ ac nomen sustinere.Deleta Carthago est,q; cũ hominũ copiis,tum ipsa natura,ac loco succincta portibus,armata muris,excurrere ex Aphrica, imminere ita fructuosissimis insulis Populi Ro.videbat. Corinthi vestigiũ vix relictũ est. erat enim posita in angustiis,atq; in faucibus Græciæ,sic vt terra claustra locorũ teneret,& duo maria maxime nauigationi diuersa,pene coniũgeret, cũ pertenui discrimine separarẽtur.Hæc quę procul erãt a conspectu imperii,nõ solũ afflixerũt, sed etiã nequando recreata exurgere,atq; erigere se possent,funditus vt dixi,sustulerunt. De Capua multũ est,& diu consultũ.extant literæ Quirites publicę, sunt senatusconsulta complura.Statuerũt homines sapientes:si agrũ Campanis ademissent:magistratus,Senatũ, publi cũ ex illa vrbe cõsiliũ sustulissent,imaginẽ Reip.nullã reliquissent: nihil fore q; Capuã timeremus.Itaq; hoc pscriptũ in monumẽtis veteribus reperietis,vt esset vrbs,quę res eas, quib⁹ ager Cãpanus coleret,suppeditare posset:vt esset locus cõparãdis, cõdẽdisq; fructibus:vt aratores cultu agroꝝ defessi,vrbis domiciliis vterent: idcirco illa ædificia non esse deleta.Vide te quãtũ interuallũ sit interiectũ,inter maioꝝ nostroꝝ consilia,& inter istoꝝ hominũ dementiã.Illi Capuã receptaculũ aratoꝝ,nundinas rusticoꝝ,cellã atq; horreũ Cãpani agri esse voluerũt.Hi expulsis aratoribus,effusis,ac dissipatis fructibus vestris, eandẽ Capuã sedẽ nouæ Reip.constituũt,molem cõtra veterẽ Remp.cõparãt.Q; si maiores nostri existimassent,quẽq; in tam illustri imperio, & tam pclara Populi Ro.disciplina, Bruti aut P.Rulli simile futurũ, (hos enim nos duos adhuc videmus,qui hanc Remp.Capuã totã transferre vellent) profecto nomen illius vrbis non reliquissent. Verũ arbitrabãtur Corintho,& Carthagini,etiam si Senatũ & magistratũ sustulissent,agrũq; ciuibus ademissent,tamẽ nõ defore,qui illa restituerent,atq; qui ante omnia cõmutarent,q̃ nos audire possemus . hic vero in oculis S.P.Q.R. nihil posse existere,qd̃ nõ ante extingui,atq; opprimi posset,q̃ plane exortũ,ac natũ esset.Neq; vero ea res fefellit homines diuina mẽte,& cõsilio prẽditos. nã post Q. Fuluiũ,Q.Fabium Consl.quibus Cõsulibus Capua deuicta,atq; capta est,nihil est in ea vrbe cõtra hanc Remp. non dico factũ,sed nihil omnino excogitatũ.Multa postea bella gesta cũ Regibus, Philippo, Antiocho,Persa,Pseudophilippo,Aristonico,Mithridate,& ceteris. multa pterea bella grauia Carthaginensiũ,Corinthiũ,Numãtinũ,multę in hac Rep.seditiones domesticę,quas prętermitto,bella cũ sociis,Fregellanũ,Marsicũ:quibus omnibus domesticis, externisq; bellis Capua nõ modo nõ obfuit,sed opportunissimã se nobis pbuit,& ad bellũ instruendũ,& ad exercitus ornandos,& tectis,ac sedibus suis recipiẽdos.hoies nõ inerant in vrbe,q malis cõcionibus,turbulentis Senatuscõsultis,iniquis imperiis Rẽp.miscerẽt,& rerũ nouarum causam aliquã q̃rerẽt.Neq; eñ cõcionãdi potestas erat cuiq̃,nec cõsilii capiũdi publici.non glorię cupiditate efferebant:propterea q; vbi honos publice nõ est,ibi glorię cupiditas esse nõ potest.nõ cõtentione,nõ ambitione discordes. nihil eñ superat,de quo certarẽt,nihil qd̃ cõtra pterẽt, nihil vbi dissiderẽt.Itaq; illã Cãpanã arrogantiã,atq; intolerandã ferociã,ratione, & consilio maiores nostri ad inertissimũ,& desidiosissimũ otiũ pduxerũt. sic & crudelitatis infamiã effugerũt,q; vrbẽ ex Italia pulcherrimã nõ sustulerũt:& multũ in posterũ prouiderunt,q; neruis vrbis omnibus exectis,vrbẽ ipsam solutã,ac debilitatã reliquerunt. Hæc consilia maiorũ M. Bruto,vt antea dixi,reph̃edenda,& P.Rullo visa sunt. neq; te P.Rulle omina illa M. Bruti,

Tres vrbes imperiales.

Interuallũ.

Existere.

Campana arrogãtia.

atq; auſpicia a ſimili furore deterrẽt. nã & ipſe qui deduxit, & qui magiſtratũ Capua & Leo creanti ✳ cepertũt, & qui aliquã partẽ illius deductionis, honoris, muneris attigerũt, oẽs acerbiſſimas impioꝝ pœnas pertulerũt. Et quoniã Bruti, atq; illius tẽporis feci mentionẽ, cõmemorabo id qđ egomet vidi, cũ veniſſem Capuã, coloniam deductã L. Conſidio, & Sex. Saltio (quẽadmodũ ipſi loquebãtur) Prætoribus: vt intelligatis quãtã locus ipe afferat ſuperbiam, quę paucis diebus, quibus illo colonia deducta fuit, perſpici atq; itelligi potuit. Nã primũ id qđ dixi, cũ cæteris in coloniis Duũuiri appellẽtur: hi ſe, Prętores appellari volebant. Quibus primus annus, hanc cupiditatẽ attuliſſet: nonne arbitramini paucis annis fuiſſe conſulũ nomen appetituros? Deinde anteibant lictores, nõ cum bacillis, ſed vt hic Prætorib⁹ anteeunt, cũ faſcibus duobus. erant hoſtiæ maiores in foro cõſtitutę, quæ ab his Prætoribus de tribunali, ſicut a nobis conſulibus de conſilii ſentẽtia probatis, ad pręconem & ad tibicinẽ immolabãtur. deinde patres cõſcripti vocabanť. Iã vero vultũ Cõſidii videre ferẽdũ vix erat: quẽ hominẽ vt grandi macie torridũ Romæ, cõtẽptũ, abiectũ videbam⁹, hũc Capuę Cãpano pſidio, ac regio ſpiritu cũ videremus, Bloſſios mihi videbar illos videre, ac Iubellios. Iã vero q metus erat tunicatoꝝ illoꝝ! & in Albana, & Seplaſia, quæ cõcurſatio percontãtiũ, quid Prætor edixiſſet! vbi cœnaret! quid enũciaſſet! Nos aũt, hinc Roma q veneramus, iã nõ hoſpites, ſed peregrini, atq; aduenę nominabamur. Hęc q proſpexerint, maiores noſtros dico Quirites, nõ eos in deoꝝ immortaliũ numero, venerãdos a nobis & colẽdos putatis! Quid enim viderũt! hoc qđ nũc vos quęſo perſpicite atq; cognoſcite. nõ ingenerant hoibus mores tã a ſtirpe generis, ac ſeminis, q̃ ex his reb⁹, q̃ ab ipſa natura bonis ✳ a vitę cõſuetudine ſuppeditãtur, qb⁹ alimur, & viuimus. Carthaginẽſes fraudulenti, & mẽdaces, nõ genere, ſed natura loci, q̃ propter portus ſuos multis & variis mercatoꝝ ſermonibus, ad ſtudiũ fallendi, ſtudio queſtus vocabãtur. Ligures montani, duri, atq; agreſtes: docuit ager ipſe, nihil ferẽdo, niſi multa cultura, & magno labore q̃ſitũ. Campani ſemp ſuperbi bonitate agroꝝ, & fructuũ magnitudine, vr bis ſalubritate, deſcriptione, pulchritudine. Ex hac copia, atq; omniũ rerũ affluentia, primũ illa nata ſunt: arrogantia, quæ a maioribus noſtris alterũ Capua cõſulẽ poſtulauit. deinde ea luxuries, quæ ipm Annibalem armis etiã tũ inuictũ, voluptate vicit. Huc iſti Decemuiri cũ numerũ colonoꝝ ex lege Rulli deduxerint, centũ Decuriones, decẽ Augures, ſex Põtifices cõſtituerint, quos illoꝝ animos, quos impetus, quã ferociã fore putatis! Romã i mõtibus poſitã, & cõuallibus, cœnaculis ſublatã, atq; ſuſpẽſam, nõ optimis viis, anguſtiſſimis ſemitis, pre ſua Capua planiſſimo ĩ loco explicata, ac p̃ illis ſemitis irridebũt, atq; cõtemnẽt. Agros vero Vaticanũ & Pupiniam cũ ſuis optimis, atq; vberibus campis cõferẽdos ſcilicet nõ putabũt. opidoꝝ autẽ finitimoꝝ illã copiã cũ hac p riſum, ac p iocum cõtemnẽt: Labicos, Fidenas, Collatiam, ipſum hercle Lanuuiũ, Ariciam, Tuſculum, cum Calibus, Theano, Neapoli, Puteolis, Cumis, Põpeiis, Nuceria cõparabũt. Quibus illi rebus elati, & inflati fortaſſe nõ cõtinuo, ſed certe, ſi paulum aſſumpſerint veteſtatis, ac roboris, non continebuntur, progredientur longius, efferentur. Singularis homo priuatus, niſi magna ſapientia præditus, vix facile ſeſe regionibus officii, magnis in fortunis, & copiis † cõtineť. nedũ iſti ab Rullo, & Rulli ſimilibus cõquiſiti, atq; electi coloni, Capuę, in domicilio ſuperbiæ, atq; in ſedibus luxuriæ collocati, nõ ſtatim cõquiſituri ſint aliquid ſceleris, & flagitii: immo vero etiam hoc magis, q̃ illi veteres, germaniq; Cãpani, q̃ in vetere fortuna illos natos, & educatos, nimię tñ rerum omniũ copię deprauabãt. hi ex ſumma egeſtate, in eandẽ rerũ abũdantiã traducti, nõ ſolũ copia, verũ etiã inſolẽtia cõmouebũtur. Hæc tu P. Rulle M. Bruti ſceleris veſtigia, q̃ monimẽta maioꝝ ſapiẽtiæ ſequi maluiſti. hæc tu cũ iſtis tuis actoribus excogitaſti, vt vetera vectigalia ea expleretis nouo ✳? Vrbi ad certamen dignitatis opponere vis: vt ſub veſtrũ ius, iuriſdictionem, poteſtatem, vrbes, nationes, prouincias, liberos populos, reges, terrarum deniq; orbem ſubiungeretis: vt cum omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis, ex vectigalibus redegiſſetis, ab omnib⁹ Regibus, gentibus, Imperatoribus noſtris coegiſſetis, tamen omnes vobis pecunias ad nutum veſtrũ penderent: vt iidem partim inuidioſos agros a Syllanis poſſeſſoribus, partim deſertos ac peſtilentes, a veſtris neceſſariis, a vobiſmetipſis emptos, quanti velletis Populo Ro. inducere tis: vt omnia municipia, coloniaſq; Italiæ, nouis colonis occupare tis: vt qbuſcũq; ĩ locis vobis videreť, ac q̃ multis videreť, colonias collocare tis: vt oẽm Rẽp. veſtris militibus, veſtris vtribus, veſtris pſidiis cingere tis, atq; oppreſſam tenere tis: vt ipſum Cn. Põpeiũ, cuius pſidio ſapiſſime Rẽp. cõtra acerrimos hoſtes, & cõtra improbiſſimos ciues victorẽ atq; hoꝝ conſpectu ✳

Ad tibicinẽ immolabantur.

Bloſſii ac Iubellii.

Tunicati.

Ingenerari

Carthaginenſiũ natura.

Ligurum.

Cãpanoꝝ.

Cœnacula.

†continet.

Capua domicilii ſuperbiæ.

Subiũgere

Inducere.

priuare poſſetis:vt nihil auro, & argento violari,nihil numero,& ſuffragiis declarari,nihil velata * manu pꝛfringi poſſet,qđ nō vos oppreſſum,atq; ereptū teneretis: vt volitaretis in terea pꝛ gentis,ꝓ regna omnia cū impꝛio ſummo,cū iudicio infinito,cum omni pecunia:vt veniretis in caſtra Cn.Põpꝛii,atq; ipſa caſtra,ſi cōmodū vobis eſſet,venderetis:vt interea ma giſtratus reliquos legibus omnibus ſoluti, ſine metu iudicioꝝ, ſine pꝛiculo pꝛtere poſſetis: * vt nemo ad Populū Ro.vos adducere,nemo producere,nō in Senatū cogere,nō Cōſul coer cere,nō Tribunus Pl.retinere poſſit.Hęc ego vos concupiiſſe pro veſtra ſtultitia,atq; intem pꝛātia nō miror:ſpꝛaſſe me conſule aſſequi poſſe,demiror. Nam cū omniū Conſulū grauis in Rep.cuſtodiēda cura,ac diligētia debet eſſe,tū eoꝝ maxime,q nō in cunabulis,ſed in cāpo ſunt Cōſules facti.nulli Populo Ro. pro me maiores mei ſpoponderūt:mihi creditū eſt:a me pꝛtere qđ debeo,me ipm appellare debetis.Quēadmodū cū pꝛtebā,nulli me vobis auctōres ge neris mei cōmēdarūt:ſic ſi qđ deliquero,nullę ſunt imagines,q̄ me a vobis deprecētur.Quare * modo vt vita ſuppꝛtat,quā ego ſum is qui ab iſtoꝝ ſcelere,inſidiiſq; defendere,polliceor hoc vobis Quir.bonæ fidei Remp.vigilanti homini,nō timido,diligenti cōmiſiſtis.Ego is Cōſul qui cōcionē metuā?qui Tribunos Pl.pꝛhorreſcā? qui ſæpe & ſine cauſa tumultuer? q timeā ne mihi in carcere habitandū ſit,ſi Tribunus Pl.duci iuſſiſſet?ego cū veſtris armis armatus, * inſignibuſq; ampliſſimis ornatus,impꝛio,auctoritate,nō horreo in hūc locū progredi poſſe, vobiſq; auctoribus improbitati hominis reſiſtere.nec vereor ne Reſp.tātis munita pꝛſidiis abiſtis vinci aut opprimi poſſit. Si antea timuiſſem,tñ hac concione, hoc populo certe non vererer.Quis em vnq̄ tā ſecūda concione legē Agrariā ſuaſit,q̄ ego diſſuaſi?ſi hoc diſſuade re eſt,ac nō diſturbare,ac puertere.Ex quo intelligi Quir.poteſt,nihil eſſe tā populare, q̄ id qđ ego vobis in hūc annū Cōſul popularis affero,pacē,tranquillitatē,otiū . q̄ nobis deſigna tis timebatis,ea ne accidere poſſent,cōſilio meo,ac ratione prouiſa ſunt. nō modo vos eritis in otio,qui ſemp eſſe volueratis,verū etiā iſtos,qbus otioſi otiū feciſſemus,otioſiſſimos reda.Etenim illis honores,poteſtates,diuitię,ex tumultu,atq; ex diſſenſionibus ciuiū cōparari ſolent. vos quoꝝ gratia in ſuffragiis cōſiſtit,libertas in legibus,honos in iudiciis,& æquita te,magnos timores familiares in pace,omni ratione otiū tenere debetis.Nā et ſi ii q ꝓpter de * fidiā in otio viuūt,tñ in ſua turpi inertia capiūt voluptatē:ſub ipſo otio quo vos fortunā re gitis,ſi hūc ſtatū quē habetis eſſe nō ignoraui,an q̄ſitū,ſed vita partū otium tenueritis. Qđ * ego & cōcordia quā mihi cōſtitui cū Collega inuitiſſimis iis hoibus quos vos in Cons.ini * mici eſſe & corporis & actibus puidi oibus proſpexi ſane reuocaui.idē Tribuno Pl.denūciaui quid turbulenti me Cōſule cōflaret.Sūmū & firmiſſimū eſt illud cōmunibus fortunis pſidiū * Quirites,vt quales vos hodierna die maxima concione mihi pro ſalute veſtra pbuiſtis, tales reliquis tēporibus Populi Ro.pꝛbeatis.pro certo polliceor hoc vobis,atq; confirmo,me eſſe pꝛfecturū,vt iam tandem illi, qui honori inuiderunt meo, tamen vos vniuerſos in conſule deligendo plurimum vidiſſe fateantur.

Depcari.

Secūda cō cione.

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM TR.PL.AD POPVLVM. ORATIO.XVII.

Deferūt de me apud vos.

OMMODIVS Feciſſent Tribuni Plebis Quirites,ſi quæ apud vos de me deferunt,ea coram potius me præſente dixiſſent.nā & æqui tatem veſtræ diſceptationis, & conſuetudinem ſuperiorum, & ius ſuæ poteſtatis retinuiſſent.Sed quoniam adhuc præſens certamen, contentionēq; fugerunt, nunc, ſi videtur eis, in meam concionem prodeāt,& quo prouocati a me, venire noluerunt, reuocati ſaltem reuertātur. Video quoſdā Quirites ſtrepitu ſignificare neīcio qd: & non eoſdem vultus,quos proxima mea concione præbuerunt,in hanc concionem mihi retuliſſe.Quare a vobis,qui nihil de me cre didiſtis,vt eam voluntatē,quā ſemper habuiſtis erga me, retineatis

Vſura par ua exigui tēporis.

pꝛto.A vobis autem quos leuiter immutatos eſſe ſentio,paruam exigui temporis vſuram bo nę de me opinionis poſtulo,vt eā ſi quę dixero,vobis ꝓbabo,ꝓpꝛtuo retineatis.Sin aliter,hoc ipſo in loco depoſitā,atq; abiectā relinq̄tis . Cōpleti ſunt animi aureſq; veſtrę Quir.me gra tificātē Septē tyrānis,cęteriſq; Syllanarū aſſignationū poſſeſſoribꝰ,Agrarię legi,& cōmodis veſtris obſiſtere. hęc ſi qui crediderūt,illud prius crediderīt neceſſe eſt:hac lege Agraria,q̄ ꝓ mulgata ſit,adimi Syllanos agros,vobiſq; diuidi:aut deniq; minui priuatoꝝ poſſeſſiōes,vt in

tas vos deducamini. Si ostēdo, non modo non adimi cuiq̃ glebam de Syllanis agris, sed etiã genus id agrorũ certo capite legis impudentissime confirmari, atq; sanciri: si doceo agris his qui a Sylla sunt dati, sic diligēter Rullum sua lege consulere, vt facile appareat eã legē, non a vestrorũ cõmodorũ patrono, sed a Valgii genero esse conscriptã: num qd est causę Quirites, quin illa criminatione, qua in me absentem vsus est, non solũ meã, sed etiã vestrã diligētiam, prudentiãq; desęxerit? Caput est legis. XL. de quo ego cõsulto Quir. neq; apud vos ante feci mentionē, ne aut refricare obductã iam Reip. cicatricem viderer, aut aliquid alienissimo tẽpore nouæ dissensionis cõmouere. neq; vero nũc ideo disputabo, q; hũc statũ Reip. non magnopere defendendũ putem: præsertim qui otii, & concordiæ patronũ me in hũc annũ Reip. confessus sim: sed vt doceã Rullum posthac in his saltem tacere rebus, in quibus de se & de suis factis taceri velit. Omniũ legũ iniquissimã, dissimillimãq; legis esse arbitror eã quam L. Flaccus Interrex de Sylla tulit, vt omnia quæcũq; ille fecisset, essent rata. Nam cũ cæteris in ciuitatibus Tyrannis institutis, leges omnes extinguantur, atq; tollantur: hic Reip. Tyrãnũ lege cõstituit. Est inuidiosa lex, sicut dixi. verũtamen habet excusationem. non enim videtur hominis lex esse, sed temporis. Quid si est hæc multo impudentior? Nã Valeria lege, Cornelijsq; legibus eripitur, cũ datur: coniũgitur impudens gratificatio cũ acerba iniuria. sed tñ inhibet illis legibus sęm nonnullam cui ademptus est, aliquẽ scrupulum cui datus est. Rulli cautio est hæc. QVAE POST C. MARIVM, CN. PAPYRIVM CONSVLES. q̃ procul a suspitione fugit, q; eos Consules, qui aduersarii Syllæ maxime fuerũt, potissimũ nominauit. Si enim Syllam Dictatorẽ nominasset, pærspicuũ fore, & inuidiosum arbitratus est. Sed quẽ vestrũ tã tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules Syllã Dictatorẽ fuisse in mẽtem venire nõ posset? Quid ergo ait Marianus Tribunus Pl. qui nos Syllanos in inuidiam rapit? QVAE POST MARIVM ET CARBONEM CONSS. agros, ædificia, lacus, stagna, loca, possessiones, cęlũ, & mare ptermisit, cætera cõplexus est. PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT. a quo Rulle? post Mariũ & Carbonẽ Conss. quis assignauit? quis dedit? quis concessit, pter Syllã? EA OMNIA EO IVRE SINT. quo iure? labefactat videlicet nescio qd. nimiũ acer, nimiũ vehemẽs Tribunus Pl. Syllana rescindit. VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT. etiã ne meliore, q̃ paterna, & auita? meliore. At hoc Valeria lex nõ dicit: Corneliæ leges nõ sanciũt: Sylla ipse nõ postulat. Si isti agri p tẽ aliquã iuris, aliquã similitudinẽ pprię possessionis, aliquã sęm diuturnitatis attingũt, nemo est tã impudẽs istor, quin agi secũ pclare arbitret. Tu vero Rulle quid q̃ris? qd habẽt, vt habeãt? qs vetat? vt priuatũ? sed ita latũ est, vt melior tui soceri fundus Irpinus sit, siue ager Irpinus (totũ em̃ possidet) q̃ meus paternus auitusq; fundus Arpinas. id em̃ caues. optimo em̃ iure ea sunt profecto pdia, quæ optima cõditione sunt. Libera meliore iure sunt, q̃ serua. Capite hoc, oĩa q̃ seruiebãt, nõ seruient. Soluta meliore in causa sunt, q̃ obligata. eodẽ capite obligata oĩa, si modo Syllana sunt, liberãtur. Immunia cõmodiore cõditione sunt, q̃ illa q̃ pensitant. Ego Tusculanis pro aqua Crebra vectigal pendã, quia a municipio fundũ accepi: si a Sylla mihi datus esset, Rulli lege nõ pẽderẽ. Video vos Quir. sicuti res ipsa cogat, cõmouerí, vel legis, vel orationis impudentia. Legis, quę ius melius Syllanis pdiis cõstituat, q̃ paternis. Orationis, quæ eiusmodi causa insimulare quẽq̃ audeat, rationes Syllæ nimiũ vehemẽter defendere. At si illa solum sanciret, quæ a Sylla essent data, tacerẽ, modo ipse se Syllanum esse confiteretur. sed non mòdo illis cauet, verũ etiam aliud quoddam genus donationis inducit: & is qui a me Syllanas possessiones defendi criminatur, non eas solum sancit, verum ipse nouas assignationes instituit, & repentinus Sylla nobis exoritur. Nam attendite quantas cõcessiones agrorum hic noster obiurgator vno verbo facere conetur. QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. patior. audio. Quid deinde? POSSESSA. hoc Tribun? Pl. promulgare ausus est? vt qd quisq; post Mariũ & Carbonẽ Conss. possidet, id eo iure teneret, qd optimo priuatum. etiam ne si vi eiecit? etiam ne si clam, si precario venit in possessionem? Ergo hac lege ius ciuile, causæ possessionũ, prætorũ interdicta tollentur. non mediocris res, neq; paruũ sub hoc verbo furtum Quirites latet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiq̃ assignati, neq; venditi, qui a paucis hominibus impudentissime possidentur. his cauet, hos defendit, hos priuatos facit: hos inquã agros, quos Sylla nemini dedit, Rullus nõ vobis assignare vult, sed eis cõdonare, q possidẽt. Causam q̃ro, cur ea quæ maiores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hispaniis, Macedonia, Asia, quæsiuerũt, venire patiamini: cũ ea quæ

Refricare obductam cicatricẽ.

Ingensũ tardum.

Optimo iure prędia.

vestra sunt,condonari possessoribus eadē lege videatis? Iam totā legē intelligetis cū ad patu-
corū dominationē scripta sit, tum ad Syllanę assignationis rationes esse accōmodatissimam,
nam socer huius vir multū bonus est: neq; ego nūc de illius bonitate,sed de genere impudē
tię disputo.Ille enim qđ habet retinere vult,neq; se Syllanū esse dissimulat. Hic vt ipse habe
at, qđ nō habet,quę dubia sunt,per vos sancire vult:& cū plus appetat q̄ ipse Sylla, qb⁹ ego
Criminor. rebus resisto,Syllanas res defendere criminor. Habet agros nōnullos,inquit,socer meus de-
sertos,atq; longinquos; vēdet eos mea lege quāti volet.habet incertos,ac nullo iure posses-
sos,confirmabuntur optimo iure.habet publicos,reddā priuatos.deniq; eos fundos,quos in
agro Cassinati optimos,fructuosissimos cōtinuauit,cū vsq; eo vicinos ꝓscriberet,quoad ocu
los confirmando,ex multis prędiis vnā eandē regionē,formāq; perfecerit,quos nūc cū aliquo
metu tenet,sine vlla cura possidebit.Et quoniā qua de causa,& quor̄ causa ille hoc promul-
gauit,ostendi,doceat ipse,nū ego quē possessorē defendā,cū Agrariæ legi resisto? Syluā Scan
tiam vendis.Resp.possidet.defendo.Campanū agrū diuidis:vos estis in possessione. nō cedo.
Deinde Italiæ,Sicilię,cæterarūq; prouinciarū possessiones venalis, ac proscriptas hac lege vi
deo.vestra sunt prædia,vestræ possessiones. resistam,atq; repugnabo, neq; patiar a quoq̄ po-
pulū Romanū de suis possessionibus me consule dimoueri: præsertim cū vobis nihil q̄ratur.
hoc enim vos in errore versari diutius non oportet.Nūquis vestrū ad vim,ad facinus,ad cæ
dem accōmodatus est? Nemo.Atq; ei generi hominū,mihi credite,Campanus ager,& ꝑclara
illa Capua seruatur. exercitus contra vos,cōtra libertatē vestrā,contra Cn.Pompeiū consti-
tuit:cōtra hāc vrbē Capua,contra vos manus hominū audacissimor̄,cōtra Cn.Pōpeiū decē
duces comparantur. Veniant coram,& quoniam me in vestram concionem vobis flagitanti-
bus conuocauerunt,differant.

PRO C.RABIRIO PERDVELLIONIS REO,AD QVIRITES. ORATIO.XVIII.

ETSI QVIRITES Non est meę cōsuetudinis initio dicēdi rationē reddere,qua de causa quēq; defendā,propterea q̄ cū oībus ciuibus in eor̄ periculis semp satis iustā mihi causam necessitudinis esse du xi,tū in hac defensione capitis,famę,fortunarūq; omniū C. Rabirii proponenda ratio videt esse officii mei:propterea q̄ quę iustissima mihi causa ad hūc defendendū esse visa est,eadē vobis ad absoluen dū debet videri.Nā me cū amicitię vetustas, tū dignitas hoīs,tum ratio humanitatis,tū meæ vitę perpetua cōsuetudo, ad C.Rabiriū defendendū est adhortata . at vero vt id studiosissime facerē, salus Reip.cōsulare officiū, Consulatus deniq; ipse mihi vna vobiscū cū
Culpa delicti, salute Reip.cōmēdatus,coegit.Nō em̄ C.Rabiriū culpa delicti,nō inuidia,vitęq; turpitudo, nō deniq; veteres iustę, grauesq; inimicitię ciuiū in discrimē capitis vocauerūt . sed vt illud summū auxiliū maiestatis,atq; īperii,qđ nobis a maiorib⁹ est traditū,de Rep.tolleret:vt nihil posthac auctoritas Senatus, nihil cōsulare īperiū,nihil cōsensio bonor̄,cōtra pestē, ac pniciē ciuitatis valeret:idcirco in his reb⁹ euertēdis vnius hoīs senectus,infirmitas,solitudoq; tēta ta est.Quāobrē si est boni cōsulis,cū cūcta auxilia Reip.labefactari cōuelliq; videat,ferre opē
Cōsulis boni officiū. patrię,succurrere saluti,fortunisq; cōmunibus,implorare ciuiū fidē,suā salutē posteriorē sa-
Ciuis boni officium. lute cōmuni ducere: est etiā bonor̄ & fortiū ciuiū,quales vos oībus Reip.tēporib⁹ extitistis, intercludere oīs seditionū vias,munire ꝓsidia Reip.summū in cōsulibus īperiū,summū in Se natu cōsiliū,putare:ea q̄ secutus sit,laude potius,& honore,q̄ pœna,& supplicio digna iudi-
cari.Quāobrē labor in hoc defendēdo ꝑcipue meus est, studiū vero cōseruandi hoīs cōmune mihi vobiscū esse debebit.Sic em̄ existimare debetis Quirites:post hominū memoriā rē nullā maiorē,magis periculosam,magis ab oībus vobis ꝓuidēdā,neq; a Trib.Pl.susceptā,neq; a cō sule defensam,neq; ad Populū Ro.esse delatā.Agitur em̄ nihil aliud in hac causa Quirites,q̄ vt nullū sit posthac in Rep.publicū cōsiliū,nulla bonor̄ consensio cōtra improbor̄ furorē,& audaciā,nullū extremis Reip.tēporibus ꝓfugiū,& ꝓsidiū salutis Reipublicę.Quæ cū ita sint, primū,qđ in tāta dimicatione capitis,famę,fortunarūq; oīm fieri necesse est,ab Ioue Optimo
Inuocatio. Maximo,cęterisq; diis deabusq; immortalibus,quor̄ opę,& auxilio multo magis hæc Resp.q̄ ratione hominū,& cōsilio gubernatur,pacē ac veniā pęto:ꝑcorq; ab iis,vt hodiernū diem, &

ad huius salutē conseruandā, & ad Remp. constituendā, illuxisse patiātur. Deinde vos Quiri tes, quorū potestas proxime ad deoꝝ immortaliū numen accedit, oro, atq; obsecro, quoniam vno tempore vita C. Rabirii hominis miserrimi, atq; innocentissimi, salus Reipublicæ vestris manibus suffragiisq; permittitur, adhibeatis in hominis fortunis misericordiā, in Reip. salu te sapiētiā, quā soletis. Nūc quoniā T. Labiene diligētię meę, tēporis angustiis obstitisti: meq; ex cōparato, & cōstituto spatio defensionis, in semihorę curriculum coegisti: parebitur & qđ iniquissimū est, accusatoris cōditioni: & qđ miserrimū, inimici potestati. ḡḡ in hac pscriptio ne semihoræ, patroni mihi partes reliquisti, Consulis ademisti: propterea q; ad defendēdum proœmodū satis erit hoc mihi tēporis, verū ad conquerendū parū. Nisi forte de locis religio sis, ac †delubris, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respōdendū putas. quo in crimine nihil est vnq̄ abs te dictū, nisi a C. Macro obiectū esse crimen id C. Rabirio, in quo ego demiror, meminisse te quid obiecerit C. Rabirio Macer inimicus: oblitū esse, quid æqui & iurati iudices iudicarint. An de peculatu facto, an de tabulario incēso, longa oratio est ex= primenda? quo in crimine propinquus C. Rabirii iudicio clarissimo C. Curtius pro virtute sua, est honestissime liberatus: ipse vero Rabirius nō modo in iudiciū horum criminū, sed ne in tenuissimā quidē suspitionē verbo est vnq̄ vocatus. An de sororis filio diligentius respon dendū est? quē ab hoc necatū esse dixisti, cū ad iudicii morā familiaris funeris excusatio q̄re retur. Quid enim est tā verisimile, q̄ chariorē huic sororis maritū, q̄ sororis filiū fuisse? atq; ita chariorē, vt alter vita crudelissime priuaretur, cū alteri ad ꝓlationē iudicii biduū q̄reret. An de seruis alienis contra legē Fabiam retētis, aut de ciuibus Romanis cōtra legē Porciam verberatis, aut necatis, plura dicēda sunt? cū tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singula ri volūtate Campaniæ vicinitatis ornetur? cūq; ad eius propulsandū periculū nō modo ho mines, sed proꝑ regiones ipsę cōuenerint, aliquāto etiā latius excitatę, q̄ ipsi⁹ vicinitatis no men, ac termini postulabāt? Nā quid ego ad id longā orationē cōparē, qđ est in eadē mulctæ irrogatione pscriptū, hūc nec suę nec alienę pudicitię pęrcisse? Quin etiā suspicor eo mihi semihorā a Labieno ꝑstitutā esse, vt ne plura de pudicitia dicerē. Ergo ad hæc crimina, quæ patroni diligentiā desiderāt, intelligis mihi semihorā istā nimiū longā fuisse. Illam alterā ptē de nece Saturnini, nimis exiguā, atq; angustā esse voluisti: quæ nō oratoris ingenii, sed cōsu lis auxilii implorat, & flagitat. Nā de perduellionis iudicio, qđ a me sublatum esse criminari soles, meū crimen est, nō Rabirii. qđ vtinā Quirites ego id aut primus, aut solus ex hac Rep. sustulissem: vtinā qđ ille crimē esse vult, propriū testimoniū meę laudis esset. Quid em̄ opta ri potest qđ ego mallē, q̄ me in consulatu meo carnificē de foro, crucē de cāpo sustulisse? Sed ista laus primū est maioꝝ nostroꝝ Quirites, q̄ expulsis regibus, nullū in libero populo vestī giū crudelitatis regię retinuerūt. deinde multoꝝ viroꝝ fortiū, q̄ vestrā libertatē nō acerbita te supplicioꝝ infestā, sed lenitate legū munitā esse voluerūt. Quāobrē vter nostrū tādē Labie ne popularis est? tu ne, qui ciuibus Romanis in cōcione ipsa carnificē, q̄ vincla adhiberi pu tas oportere? qui in cāpo Martio comitiis Cēturiatis auspicato in loco crucē ad ciuiū suppli ciū defigi, & constitui iubes? an ego, qui funestari concionē contagione carnificis vero? qui ex piandū forū Populi Ro. ab illis nefariis sceleris vestigiis esse dico? qui castā concionē, sanctū campū, inuiolatū corpus omniū ciuiū Ro. integrū ius libertatis defendo seruari oportere? Po pularis vero Tribun⁹ Plebis, custos, defensorq; iuris, & libertatis. Porcia lex virgas ab omniū ciuiū Ro. corpore amouit. hic misericors flagella retulit. Porcia lex libertatē ciuiū lictori eri puit. Labienus homo popularis carnifici tradidit. C. Gracchus legē tulit ne de capite ciuiū Ro. iniussu vestro iudicaret. hic popularis a Duūuiris iniussu vestro, nō iudicari de ciue Ro. sed īdicta causa ciuē Ro. capitis cōdemnari coegit. Tu mihi etiā legis Porcię, tu C. Gracchi, tu hoꝝ libertatis, tu cuiusq̄ denique hominis popularis, mētionē facis, qui nō modo supplicīis inusitatis, sed etiā verboꝝ inaudita crudelitate, violare libertatē huius populi, tentare man suetudinē, cōmutare disciplinā conatus es? Nāq; hæc tua, quę te hominē clementē, popularē q; delectant: I lictor colliga manus: quæ nō modo huius libertatis mansuetudinisq; nō sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilii: sed Tarquinii superbissimi atq; crudelissimi Re gis ista sunt cruciatus carmina, quę tu homo lenis ac popularis libentissime cōmemoras: Ca put obnubito, arbori infelici suspendito: quę verba Quir. iampridē in hac Rep. non solū tene bris vetustatis, verū etiā luce libertatis oppressa sunt. An vero, si actio ista popularis esset, & si vllā partē æquitatis haberet, aut iuris, C. Gracchus eam reliquisset? scilicet tibi grauiorem

Illuxisse.

Semihora.

†de lucis.

Tabulariū.

Perduellio nis iudiciū

I lictor, col liga manꝰ.

Infelix arbor.

dolorē patrui tui mors attulit,q̄ C.Graccho fratris?& tibi acerbior ei⁹ patrui mors est, quē nūq̄ vidisti,q̄ illi eius fratris, quicū concordissime vixerat? & similis viri tu vlcisceris patrui mortē,atq; ille persequeret fratris sui,si ista ratione agere voluisset?& par desideriū sui reliqt, apud Populū Ro.Labienus iste patruus vester,quisquis fuit, & Ti.Gracchus reliquerat? an pietas tua maior,q̄ Gracchi?an animus?an consiliū?an opes?an auctoritas?an eloquentia?quę si in illo minima fuissent,tamē p̄ tuis facultatibus maxima putarētur.Cū vero his reb⁹ omnibus C.Gracchus omnis vicerit,quantū interuallū tandē inter te atq; illum interiectū putas?

Millies moreretur.

Sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus,q̄ in eius concione carnifex cōsisteret:quē nō modo foro,sed etiā cælo hoc,ac spiritu Censorię leges,atq; vrbis domicilio carere voluerūt. hic se popularē dicere audet?me alienū a cōmodis vestris?cū iste omnis, & supplicioꝝ,& verboꝝ acerbitates,nō ex memoria vestra ac patrū vestroꝝ,sed ex annaliū monumētis,atq; ex Regū cōmētariis conquisierit:ego omnibus meis opibus,oībus consiliis,omnibus dictis,atq; factis repugnarim,& restiterim crudelitati.Nisi forte hāc cōditionē vobis esse vultis,quā serui,si libertatis spem ꝓpositā non haberēt,ferre nullo modo possent. Misera est ignominia iudicioꝝ publicoꝝ,misera mulctatio bonoꝝ,miserū exiliū, sed tñ in omni calamitate retinetur aliquod vestigiū libertatis.Mors deniq; si proponitur, in libertate moriamur.

Obductio capitis.

Carnifex vero,& obductio capitis,& nomē ip̄m crucis absit,nō modo a corpore ciuiū Romanoꝝ,sed etiā a cogitatione,oculis,auribus.Harū em̄ omniū rerū nō solū euētus,atq; ꝑpessio, sed etiā cōditio,expectatio,mētio ipsa deniq; īdigna ciue Ro.atq; homine libero est. An vero

Vindicta.

seruos nostros hoꝝ supplicioꝝ omniū metu,dominoꝝ benignitas vna vindicta liberauit:nos a verberibus,ab vnco,a crucis deniq; terrore,neq; res gestę,neq; acta ætas, neq; nostri honores vindicabūt?Quāobrē fateor,atq; etiā T.Labiene profiteor,& p̄ me fero, te ex illa crudeli, importuna,nō tribunitia actione,sed Regia,meo consilio,virtute,auctoritate esse depulsum.

Fateor.

Profiteor.

Prę me fero.

Qua tu in actione,q̄q̄ omnia exēpla maioꝝ,omnis leges,omnē auctoritatē Senatus,omnis religiones,atq; auspicioꝝ publica iura neglexisti:tamē a me hæc in hoc tā exiguo meo tēpore non audies. liberū tēpus nobis dabit ad istā disceptationē. nunc de Saturnini crimine,ac de clarissimi patrui tui morte dicemus. Arguis occisum esse a C.Rabirio L. Saturninū,& id C.Rabirius multoꝝ testimoniis,Q. Hortensio copiosissime defendēte, antea falsum esse docuit.Ego aūt si mihi esset integrū,suscipere hoc crimen,agnoscerē,cōtfierer.Vtinā hāc mihi facultatē causa cōcederet,vt possem hoc p̄dicare,C.Rabirii manu,L.Saturninū hostē Populi Ro.interfectū.Nihil me clamor iste cōmouet,sed consolatur, cū indicat esse quosdā ciuis imperitos,sed nō multos: nūq̄ mihi credite,Populus Ro.hic q silet,consulē me fecisset,si vestro clamore perturbatū iri arbitraret.Quāto iā leuior est acclamatio. quin cōtinetis vocē indicē stultitię vestrę,testē paucitatis?Libenter inquā confiterer,si vere possem,aut etiā si mihi esset integrū,C.Rabirii manu,L.Saturninū esse occisum: & id facinus pulcherrimū eē arbitrarer. Sed quoniā id facere nō possum,cōfitebor id qđ ad laudē minus valebit,ad crimē nō minus. Confiteor interficiēdi Saturnini causa, C. Rabiriū arma cepisse. quid est Labiene? quā a me grauiorē confessionē,aut qđ in hūc maius crimen expectas?nisi vero interesse aliquid putas, inter eum qui hominem occidit, & eum qui cum telo occidendi hominis causa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit, arma sumpta esse contra Saturninum sine scelere nō possunt. si arma iure sumpta concedis, inter

Desunt non pauca.

Armamentaria publica.

Fit S.C.vt C.Marius,L.Valerius Cōsules adhiberēt Tribunos Pl.& p̄tores,quos eis videret: operāq; darēt,vt impiū Populi Ro.maiestasq; cōseruaret. adhibēt oīs Tribunos Pl.pręter Saturninū,p̄ter Glauciā:q Rēp.saluā esse vellent,arma capere,& se sequi iubēt.parēt oēs.ex ædificiis,armamētariisq; publicis arma Populo Ro.C.Mario consule distribuente dantur. Hic iā vt omittā cætera,de te ipso Labiene q̄ro: cū Saturninus Capitoliū teneret,armatus esset vna C.Glaucia, C.Saufeius,etiam ille ex compedibus,atq; ergastulo Gracchus:addam(quoniam ita vis) eodem Q.Labienum patruum tuum:in foro autem C.Marius,& L.Valerius Flaccus Conss.post cunctus Senatus,atq; ille Senatus,quem etiam vos ipsi,qui hos P. Conscriptos q nunc sunt,in inuidiam vocatis,quo facilius de hoc Senatu detrahere possitis: ✱ cū equester ordo,at quorū equitum Ro.dii immortales?patrum nostrorū atq; eius ætatis,quæ tū magnā

partem Reip. atq; oẽm dignitatẽ iudiciorũ tenebat: cum oẽs omniũ ordinũ hoies, qui in salute Reip. salutẽ suam repositã esse arbitrabant, arma cepissent: quid tandẽ C. Rabirio faciendũ fuit? de te ipso inquã Labiene quæro. cũ ad arma consules ex S. Cõsulto vocauissent: cũ armatus M. Aemilius Princeps Senatus in comitio constitisset, qui cũ ingredi vix posset, nõ ad insequendum sibi tarditatem pedũ, sed ad fugiendum impedimento fore putabat: cũ deniq; Q. Scæuola confectus senectute, prępeditus morbo, mancus, & membris oĩbus captus, ac debilis, hastili nixus, & animi vim, & infirmitatem corporis ostenderet: cũ L. Metellus, Ser. Galba, C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnesq; qui tum erant cõsulares, pro salute cõmuni arma cepissent: cum oẽs Prętores, cuncta nobilitas, ac iuuentus accurreret, C. & L. Domitius, L. Crassus, Q. Mutius, C. Claudius, M. Drusus: cũ omnes Octauii, Metelli, Iulii, Cassii, Catones, Pompœii, cum L. Philippus, L. Scipio, cum M. Lepidus, cum D. Brutus, cum hic ipse P. Seruilius, quo tu imperatore Labiene meruisti, cũ hic Q. Catulus admodũ tum adolescẽs, cum hic C. Curio, cum deniq; oẽs clarissimi viri cũ consulibus essent, quid tandẽ C. Rabiriũ facere conuenit? vtrum inclusum atq; abditum latere in occulto? atq; ignauiã suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere? an in Capitolium pergere? atq; ibi se cum tuo patruo & cęteris ad mortem propter vitę turpitudinẽ confugientibus congregare? an cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scæuola, cum bonis deniq; omnibus coire nõ modo salutis, verum etiam periculi societatem? Tu deniq; Labiene quid faceres tali in re ac tempore? cum ignauiæ ratio te in fugam atq; in latebras impelleret, improbitas & furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret, Consules ad patrię salutem ac libertatem vocarent: quã tandẽ auctoritatem, quã vocẽ, cuius sectam sequi, cuius imperio parere potissimum velles? Patruus inquit meus cũ Saturnino fuit. quid pater? quicũ? quid propinqui vestri Equites Romani? quid omnis pfectura, regio, vicinitas vestra? quid ager Picenus vniuersus? vtrum Tribunitiũ furorem, an consularẽ auctoritatem secutus est? Equidẽ hoc affirmo, qđ tu nũc de tuo patruo prędicas, neminẽ vnq; adhuc de sese esse confessum. nemo est inquã inuentus tam profligatus, tam pærditus, tam ab omni nõ modo honestate, sed etiã simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cũ Saturnino fatereꝰ. At fuit vester patruus. fuerit, & fuerit nulla desperatione rerũ suarũ, nullis domesticis vulneribus coactus: induxerit eũ L. Saturnini familiaritas, vt amicitiam patrię pponeret: idcirco ne oportuit C. Rabiriũ descíscere a republica? non comparere in illa armata multitudine bonorum? consulũ voci, atq; imperio non obedire? Atqui videmus hæc in rerum natura tria fuisse, vt aut cũ Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latere mortis erat instar turpissimę. cũ Saturnino esse, furoris & sceleris. virtus & honestas & pudor cum consulibus esse cogebat. hoc tu igiꝰ in crimen vocas? q̃ cum iis fuerit C. Rabirius, quos amẽtissimus fuisset, si oppugnasset: turpissimus, si reliquisset. At C. Decianus, de quo tu sępe commemoras, quia cũ hominẽ oĩbus insignem notis turpitudinis P. Furiũ accusaret summo studio bonorũ omniũ, queri est ausus in concione de morte Saturnini, condẽnatus est: & Sex. Titius, q̃ habuit imaginẽ L. Saturnini domi suę, condẽnatus est. Statuerunt Equites Ro. illo iudicio, improbum ciuẽ esse, & non retinendũ in ciuitate, qui hominis hostilẽ in modũ seditio si imagine aut mortẽ eius honestaret, aut desideria imperitorũ misericordia cõmoueret, aut suam significaret imitandę improbitatis voluntatẽ. Itaq; mihi mirũ videꝰ, vnde hanc tu Labiene imaginem, quã habes, inueneris. nam Sex. Titio damnato, qui istã habere auderet, inuẽtus est nemo. Quod tu si audisses, aut si pær ętatẽ scire potuisses, nũq; profecto istã imaginem quę domi posita pestem atq; exiliũ Sex. Titio attulisset, in rostra atq; in concionem attulisses, nec tuas vnq; rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam nauem, & in qbus C. Deciani naufragiũ fortunarũ videres. sed in his rebus oĩbus imprudentia laberis, causam enim suscepisti antiquiorẽ memoria tua: quę causa ante mortua est, q̃ tu natus esses. qua in causa tute profecto fuisses, si per ętatẽ esse potuisses, eam causam in iudiciũ vocas. An non intelligis primũ quos homines, & quales viros mortuos summi sceleris arguas? deinde quos ex iis, qui viuunt, eodem crimine in summũ capitis periculũ arcessas? Nã si C. Rabirius fraudem capitalem admisit, q̃ arma contra L. Saturninũ tulit, huic quidẽ afferet aliquã deprecationem periculi, ętas illa, qua tum fuit: Q. vero Catulũ patrem huius, in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit: M. Scaurũ, illa grauitate, illo consilio, illa prudẽtia: duos Mutios: L. Crassum, M. Antoniũ, qui tum extra vrbem cũ prędidio fuit, quorũ in hac ciuitate longe maxima consilia, atq; ingenia fuerũt: cęteros pari dignitate prędítos, custodes,

Membris captus.

Coire societatem.

gubernatoresq; Reip.quêadmodũ mortuos defendemus!Quid de illis honestissimis viris ac q; optimis ciuibus Equitibus Ro.dicem⁹,qui tũ vna cũ Senatu salutẽ Reip.defenderũt! quid de tribunis ęrariis!ęterorũq; ordinũ omniũ hominibus! qui tum arma pro cõmuni libertate ceperunt.Sed quid ego de iis oĩbus,qui cõsulari imperio paruerũt,loquor!de ipsorũ Coss. fama,quid futurũ est!L.Flaccũ hominẽ cũ semper in Rep.tum in magistratibus gerẽdis,in sacerdotio,cerimoniisq;,quibus perat,diligentissimũ,nefarii sceleris ac parricidii mortuũ con-

C.Marii laus.

demnabimus!adiungemus ad hanc labẽ ignominiãq; mortis etiã C.Marii nomen!C. Mariũ, quem vere patrẽ patrię,parentẽ inquã vestrę libertatis, atq; huiusce Reip. possumus dicere, sceleris ac parricidii nefarii mortuũ condẽnabimus!Etem̃ si C.Rabirio q; iit ad arma,crucem T.Labienus in campo Martio defigendã putauit, qđ tandem excogitabitur in eũ,supplicĩũ, qui vocauit!Ac si fides Saturnino data est,qđ abs te sępissime dicitur,non eam C. Rabirius, sed C.Marius dedit, idemq; violauit, si in fide non stetit. Quæ fides Labiene qui potuit sine

Hospes vrbis.

Senatusc̃ulto dari!adeo ne hospes huiusce vrbis!adeo ne ignarus es disciplinæ consuetudinisq; nostræ,vt hęc nescias!vt peregrinari in aliena ciuitate,non in tua magistratũ gerere videare!Quid iam ista C.Mario,inquit, nocere possunt!quoniã sensu & vita caret.Ita ne vero!tantis in laboribus C.Marius periculisq; vixisset,si nihil longius q̃ vitæ termini postulabãt,spæ atq; aĩo de se!& gloria sua cogitasset!At credo,cũ innumerabilis hostiũ copias in Italia fudisset,atq; obsidione Rẽp.liberasset,oĩa sua secũ vna moritura arbitrabat.nõ est ita Qui

Ironia.

rites,neq; quisq̃ nostrũ in Reip.periculis cũ laude ac virtute versat,quin spę posteritatis fructuq; ducat.Itaq; cum multis aliis de causis virorũ bonorum mentes diuinę mihi, atq; æternę videntur esse,tum maxime, q; optimi & sapiẽtissimi cuiusq; animus ita pręsentit in poste-

Mentes bonorũ diuinę atq; ęternę.

rũ,vt nihil nisi sempiternũ spectare videat.Quapropter equidẽ & C.Marii,& cęterorũ virorum sapientissimorũ,ac fortissimorũ ciuiũ mentes,quę mihi videtur ex hominũ vita ad deorum religionẽ & sanctimoniã demigrasse,testor,me pro illorũ fama,gloria,memoria, non secus ac pro patriis fanis,atq; delubris propugnandũ putare:ac si pro illorũ laude mihi arma capienda essent,non minus strenue caperem,q̃ illi pro cõmuni salute ceperunt. Etenim Qui-

Vitę curriculum exiguũ, immẽsum glorię.

rites exiguũ nobis vitę curriculũ natura circũscripsit,immensum glorię,quare si eos qui iam de vita decesserunt,ornabimus,iustiorẽ nobis mortis conditionẽ relinquemus.Sed si illos Labiene,quos iam videre non possumus,neglĩgis,ne his quidem,quos vides, cõsuli putas oportere!Neminem esse dico ex iis oĩbus,qui illo die Romę fuerint,quẽ tu diem in iudiciũ vocas, pubesq; tum fuerit,quin arma cœperit,quin consules secutus sit.omnes ii, quorũ tu ex ætate coniecturam facere potes,quid tum fecerint:abs te capitis C.Rabirii nomine citant.At occidit Saturninum Rabirius.vtinã fecisset.non supplicĩũ deprecarer,sed præmium postularẽ. Etenim si Sceuę seruo Q.Crotonis,qui occidit L.Saturninũ, libertas data est, qđ Equiti Ro. pręmiũ dari par fuisset!& si C.Marius,q; fistulas quibus aqua suppeditabat Iouis Opt. Max. templis,ac sedibus,pręcidi imperarat, q; in cliuo Capitolino improborum ciuium.

Desunt non pauca.

IN L.CATILINAM,IN SENATV. ORATIO.XIX.

QVOVSQVE TANDEM ABVTERE CATILINA PATIENtia nostra!q̃diu nos etiam furor iste tuus eludet!quem ad finem sese effrenata iactabit audacia!nihil ne te nocturnum pręsidium palatii!nihil ne vrbis vigiliæ!nihil timor populi! nihil concursus bonorum omniũ!nihil hic munitissimus habẽdi Senatus locus! nihil horum ora,vultusq; mouerunt!patere tua consilia non sentis! constrictam iam omniũ horum conscientia teneri coniurationem tuã nõ vides!quid proxima,quid superiore nocte egeris,vbi fueris,quos cõuocaueris, quid consilii ceperis, quẽ nostrum ignorare arbitraris!

O tępora, o mores.

O tempora,O mores.Senatus hoc intelligit,Consul videt,hic tamẽ viuit.viuit!immo vero etiã in Senatum venit:fit publici consilii particeps:notat,& designat oculis ad cędem vnũquenq; nostrũ.nos autem viri fortes satisfacere Reip. videmur,si istius furorem,ac tela vitemus.Ad mortem te Catilina duci iussu cõsulis iampridem oportebat:in

te conferri peſtem iſtã,quã tu in nos oẽs iandiu machinaris.An vero vir ampliſſimus P.Scipio pontifex maximus Tiberiũ Gracchum mediocriter labefactantẽ ſtatum Reipu.priuatus interfecit?Catilinã vero orbem terrę cæde,atq; incendiis vaſtare cupientẽ nos Conſules perferemus?nam illa nimis antiqua prętereo,q̃ Q.Seruilius † Hala Sp.Melium nouis rebus ſtudentem manu ſua occidit.Fuit,fuit illa iſta quondã in hac Rep.virtus, vt viri fortes acriori bus ſuppliciis ciuem pernicioſum,q̃ acerbiſſimum hoſtem coercerent. habemus eñ ſenatuſ conſultũ in te Catilina vehemens,& graue.non deeſt Reip.conſiliũ,neq; auctoritas huius ordinis.nos,nos,dico aperte,Conſules deſumus.Decreuit quondã Senatus,vt L.Opimius Cõſ. videret,ne quid Reſpu.detrimenti caperet. nox nulla interceſſit. mox interfectus eſt propter quaſdam ſeditionũ ſuſpitiones,C.Gracchus clariſſimo patre natus,auis,maioribus: occiſus eſt cuꝫ liberis M.Fuluius Conſularis.Simili ſenatuſcõſulto C.Mario & L.Valerio Conſ.permiſſa eſt Reſpublica.num vnũ diem poſtea L.Saturninũ Tribunũ plebis,& C.Seruiliũ mors, ac Reip.pœna remorata eſt? At nos vigeſimũ iam diem patimur hebeſcere aciẽ horũ auctoritatis.habemus eñ huiuſmodi Senatuſcõſultũ,verũtamen incluſum in tabulis,tanq̃ in vagina reconditũ:quo ex Senatuſcõſulto confeſtim interfectũ te eſſe Catilina cõuenit.viuis,& viuis non ad deponendã,ſed ad confirmandã audaciã.Cupio P.C.me eſſe clementẽ,cupio in tã tis Reip.periculis me non diſſolutũ videri.ſed iam me ipſum inertię nequitięq; cõdemno. caſtra ſunt in Italia cõtra Rẽp.in Hetrurię faucibus collocata:creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus:eorũ autẽ imperatorẽ caſtrorũ,ducemq; hoſtium intra mœnia atq; adeo in Senatu videtis,inteſtinã aliquã quotidie perniciem Reip.molientẽ.Si te iam Catilina comprehendi, ſi interfici iuſſero,credo erit verendũ mihi,ne hoc potius oẽs boni ſerius a me,q̃ quiſq̃ crudelius factum eſſe dicant. Verũ ego hoc,qđ iampridem factũ eſſe oportuit, certa de cauſa nõdũ adducor vt faciã.tum denicp interficiã te,cum iam nemo improbus tam perditus,tam tui ſimilis inueniri poterit, qui id non iure factũ eſſe fateatur. Q2 diu quiſq̃ erit,qui te defendere audeat,viues,& viues ita,vt nunc viuis,multis meis,& firmis p̃ſidiis oppreſſus,ne cõmouere te cõtra Remp.poſſis.multorũ te etiã oculi & aures non ſentientẽ,ſicut adhuc fecerũt, ſpeculabunt,atq; cuſtodiẽt.Etenim quid eſt Catilina qđ iam amplius expectes?ſi neq; nox tenebris obſcurare cœtus nefarios,nec priuata domus parietibus cõtinere vocẽ coniurationis tuę poteſt,ſi illuſtrant,ſi erumpunt oĩa.muta iam iſtã mentẽ,mihi crede, obliuiſcere cędis atq; incẽdiorum,teneris vndiq;,luce ſunt clariora nobis tua conſilia omnia.quę etiã mecũ licet recognoſcas.Meminiſti ne me ante diem XII.Cal.Nouemb.dicere in Senatu, certo die fore in armis,qui dies futurus eſſet ante diẽ.VIII.Cal.Nouembris, C. Manliũ audaciæ ſatellitem,atq; adminiſtrũ tuę?num me fefellit Catilina nõ modo res tanta,tam atrox, tam incredibilis,verũ id qđ multo magis eſt admirandũ,dies? Dixi ego idem in Senatu cędem te optimatum cõtulíſſe in ante diẽ.V.Cal.Nouembris,tum cũ multi principes ciuitatis Roma,non tam ſui conſeruandi,q̃ tuorũ conſiliorũ reprimendorũ cauſa profugerũt.num inficiari potes te illo ipſo die meis p̃ſidiis,mea diligentia circũcluſum,cõmouere te contra Remp. nõ potuiſſe? cũ tu diſceſſu cęterorũ,noſtra tamen,qui remãſiſſemus,cęde contentũ eſſe dicebas. Quid,cũ te Prę neſte Cal.ipſis Nouẽbris occupaturũ nocturno impetu eſſe confideres?ſenſiſti ne illam coloniam meo iuſſu,meis p̃ſidiis,cuſtodiis,vigiliiſq; eſſe munitã?nihil agis,nihil moliris, niſhil cogitas,qđ ego non modo audiã,ſed etiam videam,planeq; ſentiam.Recognoſce mecũ tandẽ illam ſuperiorem noctem:iam intelliges multo me vigilare acrius ad ſalutem, q̃ te ad perniciem reipublicę.Dico te priori nocte veniſſe inter falcarios,nõ agam obſcure,in M.Leccę domum:conueniſſe eodẽ complures eiuſdẽ amentię,ſceleriſq; ſocios.num negare audes?quid taces?cõuincam,ſi negas.video eñ eſſe hic in Senatu quoſdã,qui tecũ vna fuere.O dii immortales, vbinam gentium ſumus?quã Remp.habemus?in qua vrbe viuimus?hic, hic ſunt in noſtro numero P.C.in hoc orbis terrę ſanctiſſimo, grauiſſimoq; conſilio, qui de meo, noſtrũq; omniũ interitu,qui de huius vrbis atq; adeo orbis terrarũ exitio cogitent. hoſce ego video Conſul,& de Rep.ſententiã rogo.& quos ferro trucidari oportebat, eos nondũ voce vulnero.Fuiſti igitur apud Leccã ea nocte Catilina,diſtribuiſti partes Italię,ſtatuiſti quo quẽq; p̃ficiſci placeret,delegiſti quos Romę relinqueres,quos tecũ educeres,deſcripſiſti vrbis partes ad incendia,confirmaſti te ipſum iam eſſe exiturũ,dixiſti paululũ tibi eſſe etiã nunc morę, q̃ ego viuerem.reperti ſunt duo Equites Romani,qui te iſta cura liberarent,& ſeſe illa ipſa nocte paulo ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerent. Hęc ego omnia, vixdũ iam

† Ahala.

Ante diem XII.Cal.

In ante diẽ.

Inter falcarios.

Vbinã gentium.

cœtu veſtro dimiſſo,comperi: domũ meã maioribus præſidiis muniui, atq; firmaui: excluſi eos,quos tu mane ad me ſalutatũ miſeras,cũ illi ipſi veniſſent,quos ego iam multis, ac ſummis viris ad me venturos id temporis eſſe prędixerã.Quę cũ ita ſint Catilina,perge quo cœpiſti,egredere aliquando ex vrbe,patent portę, proficiſcere. nimiũ diu te imperatorẽ illa tua Malliana caſtra deſiderant: educ tecũ oẽs tuos:ſi minus, q̃plurimos. purga vrbẽ. magno me metu liberabis,dummodo inter me atq; te murus interſit.nobiſcũ verſari iam diutius nõ potes.non feram,non patiar,non ſinam.magna dĩs immortalibus habenda eſt gratia, atq; huic ipſi Ioui Statori antiquiſſimo cuſtodi huius vrbis,q̃ hãc tam tetram,tam horribilẽ,tãq; infeſtam Reip.peſtem toties iam effugimus.non eſt ſępius in vno homine ſalus ſumma periclitanda reipublicę.Q̃diu mihi conſuli deſignato Catilina inſidiatus es,nõ publico me p̃ſidio, ſed priuata diligentia defendi:cũ proximis comitiis cõſularibus me conſulẽ in campo,& cõpetitores tuos interficere voluiſti,cõpreſſi tuos nefarios conatus amicoq; p̃ſidio,& copiis, nullo tumultu publico concitato.deniq; quotieſcunq; me periſti,per me tibi obſtiti: q̃q̃ videbam,perniciem meam cũ magna calamitate Reip.eſſe coniunctã.nunc iam aperte Remp.vniuerſam petis,templa deorũ immortaliũ,tecta vrbis,vitam omniũ ciuiũ, Italiam deniq; totã, ad exitium,& vaſtitatem vocas.quare,quoniã id qd̃ primum,atq; huius Imperii, diſciplineq; maiorum propriũ eſt,facere non audeo:faciã id,qd̃ eſt ad ſeueritatẽ lenius,ad communẽ ſalutem vtilius.nam ſi te interfici iuſſero,reſidebit in Rep.reliqua coniuratorũ manus.ſin tu(qd̃ te iandudũ hortor)exieris,exhauriet ex vrbe tuorũ comitũ magna, & pernicioſa ſentina rei publicæ.Quid eſt Catilina?num dubitas id me imperãte facere, qd̃ iam tua ſponte faciebas? exire ex vrbe Conſul hoſtẽ iubet:interrogas me,num in exiliũ?non iubeo:ſed ſi me conſulis, ſuadeo.quid eñ Catilina eſt,qd̃ te iam in hac vrbe delectare poſſit?in qua nemo eſt extra iſtã coniurationem perditorũ hominũ,qui te non metuat:nemo,qui te non oderit.Quę nota domeſticę turpitudinis non inuſta vitę tuę eſt?qd̃ priuatarũ rerum dedecus non hęret infamię? quæ libido ab oculis,qd̃ facinus a manibus tuis vnq̃,qd̃ flagitium a toto corpore abfuit? cui tu adoleſcentulo,quem corruptelarũ illecebris irretiſſes, non ad audaciã ferrum, ad libidinẽ facem prętuliſti?quid vero nuper?cũ morte ſuperioris vxoris nouis nuptiis domum vacuam feciſſes,nonne etiã alio incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti?quod ego prętermitto,& facile patior fieri,ne in hac ciuitate tãti facinoris immanitas aut extitiſſe,aut nõ vindicata eſſe videatur.Prętermitto ruinas fortunarũ tuarũ,quas omnes impendere tibi p̃ximis idibus ſenties,ad illa venio,quę non ad priuatã ignominiam vitiorũ tuorũ,non ad domeſticã tuam difficultatem,ac turpitudinẽ,ſed ad ſummam reipublicę,atq; ad omniũ noſtrũ vitam,ſalutemq; pertinẽt.poteſt ne tibi huius vitę hęc lux Catilina,aut huius ſpiritus cęli eſſe iucũdus? cum ſcias horum eſſe neminem,qui neſciat te pridie Calend.Ian.Lepido,& Tullo Conſſ.ſtetiſſe in comitio cum telo?manũ,conſulũ,& principũ ciuitatis interficiendorũ cauſa paratiſſe?ſceleri ac furori tuo non aliquã mentem,aut timorem tuũ,ſed fortunã Reip.obſtitiſſe? Ac iam illa omitto: neq; eñ ſunt aut obſcura, aut non poſt multo cõmiſſa. quoties tu me deſignatum, quoties me Conſulẽ interficere voluiſti?quot ego tuas petitiones ita coniectas, vt vitari poſſe non viderent,parua quadam declinatione,& vt aiunt,corpore effugi?nihil agis, nihil aſſequeris,nihil moliris,qd̃ mihi latere valeat in tempore.neq; tñ conari,ac velle deſiſtis. Quoties iam,quoties iam tibi extorta eſt ſica iſta de manibus?quoties vero excidit caſu aliquo & elapſa eſt?tñ ea carere diutius nõ potes:quę quidem quibus abs te initiata ſacris, ac deuota ſit,neſcio,q̃ eam neceſſe putas conſulis in corpore defigere.Nunc vero quæ tua eſt iſta vita, ſic eñ iam tecũ loquar,nõ vt odio permotus eſſe videar,quo debeo,ſed vt miſericordia,quæ tibi nulla debet.veniſti paulo ante in Senatũ:quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis amicis,ac neceſſariis ſalutauit?ſi hoc poſt hoĩm memoriã contigit nemini,vocis expectas contumeliã,cũ ſis grauiſſimo iudicio taciturnitatis oppreſſus?quid?q̃ ab euẽtu tuo iſta ſubſellia vacua facta ſunt?quid?q̃ oẽs Cõſulares,qui tibi p̃ſępe ad cędẽ cõſtituti fuerunt, ſimulatq; aſſedi ſti,partẽ iſtã ſubſelliorũ nudã atq; inanẽ reliquerũt.Quo tandẽ aĩo hoc tibi ferẽdũ putas?ſerui mehercle mei ſi me iſto pacto metuerẽt,vt te metuunt oẽs ciues tui,domũ meã relinquendam putarẽ.tu tibi vrbẽ nõ arbitraris? etſi me meis ciuibus iniuria ſuſpectũ tam grauiter atq; infenſum viderẽ,carere me aſpectu ciuiũ,q̃ infeſtis oculis omniũ conſpici mallẽ.tu cum cõſcientia ſcelerũ tuorũ agnoſcas odiũ omniũ iuſtũ,& iam tibi diu debitum:dubitas,quorũ mẽtes ſenſuſq; vulneras,eorũ aſpectum p̃ſentiãq; vitare?Si te parentes timerent,atq; odiſſent

Periclitãda ſalus i vno.

Extitiſſe.

Latere mihi.

Ciues tui.

tui, neq; eos vlla ratione placare posses, vt opinor, ab eorũ oculis aliquo concederes, nunc te patria, quę cõmunis est omniũ nostrũ parens, odit, ac metuit, & iãdiu te nihil iudicat, nisi de parricidio suo cogitare: huius tu neq; auctoritatẽ verebere? neq; iudiciũ sequere? neq; vim pertimesces? Quę tecũ Catilina sic agit, & quodãmodo tacita loquit. Nullum iam tot annos facinus extitit nisi per te, nullũ flagitium sine te: tibi vni multorũ ciuium neces, tibi vexatio, direptioq; sociorũ impunita fuit, ac libera: tu non solũ ad negligendas leges, & quęstiones, verũ etiam ad euincendas, perfringendasq; valuisti. Superiora illa, q̃q̃ ferenda non fuerunt, tamen vt potui, tuli. nunc vero me totam esse in metu propter te vnũ: quicquid increpuerit, Catilinam timeri: nullũ videri contra me consiliũ iniri posse, qđ a tuo scelere abhorreat: non est ferendum. Quamobrẽ discede, atq; hunc mihi timorẽ eripe, si verus, ne opprimar: sin autẽ falsus, vt tandẽ aliquando timere desinã. Hęc si tecũ vt dixi patria loquat, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere nõ possit? quid? q̃ tu te ipse in custodiam dedisti? quid? q̃ vitandæ suspitionis causa, apud M. Lepidũ te habitare velle dixisti? a quo non recept⁹ etiã ad me venire ausus es, atq; domi meę te asseruari rogasti? Cũ a me quoq; id respõsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tutũ esse tecũ, qui magno in periculo essem, q̃ iisdem mœnib⁹ cõtineremur, ad Q. Metellũ prętorẽ venisti. a quo repudiatus, ad sodalẽ tuũ, virum optimũ, M. Marcellum demigrasti: quẽ tu videlicet & ad custodiendũ te diligentissimũ, & ad supplicãdum sagacissimum, & ad vindicandũ fortissimũ fore putasti. sed q̃ longe videt a carcere, atq; a vinculis abesse debere, qui se ipsum iam dignũ custodia iudicauerit? Quę cũ ita sint Catilina, dubitas, si hic morari ęquo animo nõ potes, abire in aliquas terras? & vitam istã multis supplicijs iustis debitisq; ereptã, fugę, solitudiniq; mandare? Refer inquis ad Senatũ. id postulas: & si hic ordo sibi placere decreuerit, te ire in exiliũ, obtemperaturũ te esse dicis, non referam id, qđ abhorret a meis moribus: sed tamẽ faciam, vt intelligas quid ii de te sentiãt. Egredere ex vrbe Catilina, libera Remp. metu: in exiliũ, si hanc vocem expectas, proficiscere. quid est Catilina? quid? attendis, quid? animaduertis horũ silentiũ? patiũtur, tacent. quid expectas auctoritatem loquentiũ, quorũ voluntatẽ tacitorum perspicis? At si hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sextio, si fortissimo viro, M. Marcello dixissem, iam mihi Cõsuli hoc ipso in templo iure optimo Senatus vim & manus intulisset. de te autẽ Catilina cũ quiescunt, probant: cũ patiunt, decernunt: cũ tacent, clamant. neq; hi solũ, quorũ vel auctoritas clara est videlicet vita vtilissima, sed etiã illi Equites Ro. honestissimi atq; optimi viri, cęteriq; fortissimi ciues qui circũstant Senatũ, quorũ tu & frequentiã videre, & studia perspicere, & voces paulo ante exaudire potuisti. quorũ ego vix abs te iandiu manus ac tela contineo: eosdem facile adducã vt te hęc, quæ iampridẽ vastare studes, relinquẽtẽ, vsq; ad portas prosequant. q̃q̃ quid est qđ loquar? te vt vlla res frangat? tu vt vnq̃ te corrigas? tu vt vllã fugã meditere? tu vllũ vt exiliũ cogites? vtinã tibi istam mentẽ dii immortales donarent. etsi video, si mea voce ire in exilium animum induxeris, quanta tẽpestas inuidię nobis, si minus in pręsens tẽpus recenti memoria scelerũ tuorũ, at in posteritatem impendeat. Sed nõ est mihi tãti, dũmodo ista tua priuata sit calamitas, & a Reip. periculis seiungat. Sed tu vt vitiis tuis cõmoueare, vt legũ pœnas pertimescas, vt temporibus Reip. concedas, nõ est postulandũ. neq; em̃ Catilina is es, vt te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocarit. Quãobrem, vt sæpe iã dixi, proficiscere: ac si mihi inimico, vt p̃dicas, tuo conflare vis inuidiã, recta via perge in exilium. vix feram sermones hominũ, si id feceris: vix molem istius inuidię, si in exilium ieris iussu Consulis, sustinebo. sin autẽ seruire meę laudi, & glorię mauis, egredere cũ importuna sceleratorum manu, confer te ad Manliũ, concita perditos ciues, secerne te a bonis, infer patriæ bellũ, exulta impio latrocinio: vt a me non eiectus ad alienos, sed inuitatus ad tuos isse videaris. q̃q̃ quid ego te inuitẽ? a quo iam sciã esse pręmissos, qui te ad forũ Aurelij p̃stolarent armati: sciam pactã, & constitutã esse cum Manlio diem: a quo etiã Aquilã illam argenteã, quã tibi ac tuis oĩbus pernicioſam esse confido, & funestã futurã, cui domi tuę sacrarium scelerũ tuorũ constitutũ fuit, sciam esse pręmissam. tu vt illa diutius carere possis? quam venerari ad cędem proficiscẽs solebas, a cuius altaribus sępe istam dexterã impiã ad necem ciuium trãstulisti. Ibis tandem aliquando, quo te iampridẽ tua ista cupiditas effrenata, ac furiosa rapiebat. neq; n. tibi hęc res affert dolorẽ, sed quandã incredibilẽ voluptatẽ. ad hãc te amentiã natura peperit, volũtas exercuit, fortuna seruauit. nunq̃ tu nõ modo otiũ, sed ne bellũ quidẽ, nisi nefariũ cõcupisti: nactus es ex perditis, atq; ab omni non modo fortuna, verũ etiã spe derelictis

Patrię prosopopœia.

Inducere animũ.

Cõflare inuidiam.

Forũ Aurelium.

Pręstolari.

Tua ista.

conflatã ímproborum manũ,hic tu qua lętitia perfruere?quíbus gaudíis exultabis? quãta ín voluptate bacchabere?cũ ín tanto numero tuorũ nęq; audíes virum bonum quẽq;,nęq; vide bís.Ad huíus vítę ſtudiũ meditati illí ſunt,qui ferũtur, labores tuí: ıacere humí non modo ad obſidendũ ſtuprum,verũ etíam ad facínus obeundũ:vigílare non ſolum ad ínſidíandũ ſomno maritorũ,verum etiã bonis occiſorũ.Habes vbí oſtentes íllã pręclaram tuam patientiã famis,& frígoris,ínopíę rerum omníũ,quíbus te breuí tẽpore cõfectũ eſſe ſentíes. Tantũ profeci tum,cũ te a Conſulatu repuli,vt exul potíus tentare,q̃ Conſul vexare Rempu.poſſes: at q; vt íd qđ eſſet a te ſcelerate ſuſceptũ,latrocínium potíus,q̃ bellũ nomínaret. Nunc vt a me P.C.quandã prope iuſtã patrię querímoníã deteſter,ac deprecer,percípite quęſo díligenter quę dícã,& ea penitus animís veſtrís mẽtibuſq; mandate.Etenim ſi mecũ patría,quę mihí vita mea multo eſt charíor,ſi cuncta Italia,ſi omnís Reſp.loquatur,M.Tulli quid agis?tu neeum,quẽ eſſe hoſtẽ comperíſtí,quẽ ducẽ bellí futurũ vídes,quem expectarí ímperatorẽ ín caſtrís hoſtíũ ſentís,auctorẽ ſceleris,príncipẽ coníurationís,euocatorẽ ſeruorũ, & ciuíũ perdítorum,exíre patíerís?vt abs te nõ emíſſus ex vrbe,ſed ímmíſſus in vrbẽ eſſe vídeat?nõne hũc ín víncula ducí,non ad mortẽ rapí,non ſummo ſupplício mactarí ímperabís?Quid tandẽ ímpedít te?mos ne maiorũ?at perſępe,etiã príuatí in hac Rep. pernícioſos cíues morte mulctarunt.an leges,quę de ciuíum reorũ ſupplício rogatę ſunt?at nunq̃ ín hac vrbe hí,quí a Rep. defecerunt,ciuíũ iura tenuerunt.an ínuidiã poſteritatís tímes?pręclarã vero populo Ro.refe res gratíam,qui te hominẽ pær te cognitum,nulla cõmẽdatione maiorũ,tam mature ad ſummum ímperíũ pær omnes honorũ gradus extulit,ſi propter ínuídíã,aut alicuíus periculi metum,ſalutẽ ciuíũ tuorũ negligís.Sed ſi quís eſt ínuídię metus,nõ eſt vehementíus ſeueritatís ac fortitudínís ínuídia,q̃ ínertię,ac nequitię pertimeſcẽda.an,cũ bello vaſtabít Italía, vexabũtur vrbes,tecta ardebunt,te non exíſtímas ínuídię incẽdío cõflagraturũ? His ego ſanctíſſímis Reíp.vocíbus,& eorũ hominũ,qui ídem ſentíunt,mẽtibus pauca reſpõdebo. Ego ſi hoc optímum factu iudícarẽ P.C.Catilinã morte mulctarí,vníus vſurã horę gladiatorí iſtí ad víuendum non dediſſem.etenim ſi ſummí víri,& clariſſímí cíues,Saturnini,& Gracchorũ,& Flacci & ſuperiorũ compluríũ ſanguíne non modo ſe non contamínauerũt, ſed etiã honeſtauerũt, certe verendũ mihí nõ erit,ne quid parrícida ciuíũ ínterfecto, ínuídiæ mihí ín poſteritatem redundaret.Q; ſi ea míhí maxíme ímpenderet,tamen hoc animo ſemper fuí, vt ínuídiã virtute partã,gloriã,non ínuídiã putarem.Q;q̃ nonnullí ſunt ín hoc ordine,quí aut ea,quę ímmínent,non vídeant,aut ea quę vídeant,díſſímulent: quí ſpæm Catílinę cũ mollibus ſentẽtíis aluerunt,coníurationẽq; naſcentẽ non credendo corroborauerũt:quorũ auctorítatem ſecutí multí non ſolũ ímprobí,verũ etíam ímperítí,ſí ín hunc animaduertíſſem, crudeliter,nõ egregíe factum eſſe dícerent.nunc íntelligo,ſi iſte quo intendit,ín Mallíana caſtra peruenerit, nemínem tam ſtultũ fore,quí non vídeat coniurationẽ eſſe patefactã:neminẽ tam ímprobũ,quí non fateatur.Hoc autem vno ínterfecto,íntellígo hanc Reip. peſtẽ paulíſpær reprímí,non in perpetuũ comprímí poſſe.Q; ſi ſe eíecerít,ſecũq; ſuos eduxerít,& eodẽ cęteros vndíq; collectos naufragos aggregauerit,extínguetur,atq; delebitur,nõ modo hęc tam adulta Reíp.peſtís,verũ etiã ſtírps,ac ſemen malorũ omníũ.etenim ıandíu P.C.ín his periculís coníuratiónís,& ínſidíís verſamur,ſed neſcío quo pacto omníũ ſcelerũ,ac veteris furoris,& audacię maturítas ín noſtrí conſulatus tempus erupit.Q; ſi ex tanto latrocínío íſte vnus tolletur,vídebímur fortaſſe ad breue quoddam tempus cura,& metu eſſe releuatí,periculũ autẽ reſidebit, & erít incluſum penitus ín venís,atq; ín víſcerib9 reípublicę. Vt ſępe hoíes ęgrí, morbo grauí,cũ ęſtu,febríq; ıactant,ſi aquã gelídã bíberint,príus releuarí vídent,deínde multo grauíus vehemẽtíuſq; afflictant:ſic hic morbus,quí eſt ín repu.releuatus íſtíus pœna, vehemẽtíus víuís reliquís ingraueſcet.Quare ſecedãt ímprobí,ſecernant ſe a bonís,vnũ ín locũ cõgregent, muro deníq;,íd qđ ſępe ıam dixí,ſecernant a nobis,deſinant ínſidíarí domí ſuę Cõſulí,circunſtare tríbunal prętoris vrbaní,obſidere cũ gladíís curíã,malleolos ad incẽdendã vrbẽ, faceſq; cõparare:ſit deníq; inſcríptũ ín frontẽ vníuſcuíuſq;,quid de Rep.ſentíat.Polliceor vobis hoc P.C.tantã ín nobis Conſſ.fore díligentíã,tantã ín vobis auctorítatẽ, tantã ín Equítibus Ro. vírtutẽ,tantã ín oĩbus bonís conſenſionẽ,vt Catílinę profectione oĩa patefacta,illuſtrata,oppreſſa,vĩdicata eſſe vídeatis.híſce omínib9 Catílina cũ ſumma Reip.ſalute,& cũ tua peſte,ac pernícíe,cũq; eorũ exítio,q̃ ſe tecũ omní ſcelere,parrícídioq; ıunxerũt, proficíſcere ad ímpiũ bellũ ac nefaríũ.Tũ tu Iupíter híſdẽ quibus hęc vrbs auſpicíís a Romulo eſt cõſtítuta, quem

Meditati ad ſtudiũ.

Vſura vnię horę.

Parrícida ciuíum.

Inuídia vírtute parta, gloria.

Símile.

Inſcriptum ín frontẽ.

Statorem huius vrbis, atq; imperii vere nominamus: hunc, & huius socios a tuis aris cęteris q; templis, ac tectis vrbis, ac mœnibus, a vita, fortunisq; ciuiũ omnium arcebis: & omnes inimicos bonorum, hostes patrię, latrones Italię, scelerum fœdere inter se ac nefaria societate cõiunctos, ęternis supplicíis viuos, mortuosq; mactabis. Iupiter Stator.

IN L. CATILINAM, AD QVIRITES. ORATIO. XX.

TAndem aliquando Quirites Catilinã furentẽ audacia, scelus anhelãtem, pestem patrię nefarie molientẽ, vobis, atq; huic vrbi ferrũ, flammãq; minitantẽ, ex vrbe vel eiecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientẽ vrbe prosecuti sumus: abiit, excessit, euasit, erupit: nulla iam pernicies a monstro illo atq; prodigio mœnibus ipsis intra mœnia comparabit. Atq; hunc quidẽ vnum huius belli domestici ducem sine cõtrouersia vicim⁹. nõ em iã inter latera nostra sica illa versabit: Síca. non in campo, nõ in foro, nõ in curia, nõ denicq; inter domesticos parietes pertimescemus. loco ille motus est, cũ est ex vrbe depulsus: palam iam cũ hoste nullo impediente bellũ iustũ geremus. Sine dubio perdidimus hominẽ: magnifice vicimus, cũ illũ ex occultis insidiis in apertum latrociniũ cõiecimus. Qz vero nõ cruentũ mucronẽ, vt voluit, extulit, q; ei ferrum de manibus extorsim⁹, q; incolumes ciues, q; stantẽ vrbẽ reliquit, quanto tandẽ illũ mœrore afflictũ esse, & profligatum putatis: iacet ille nũc prostratus Quirites, & se perculsum, atq; abiectũ esse sentit: & retorquet oculos profecto sępe ad hanc vrbẽ, quã ex suis faucibus ereptã esse luget. Quę quidẽ lętari mihi videt, q; tãtã pestẽ euomuerit, foraq; proiecerit. At si quis est talis, quales esse oẽs oportebat, qui hoc ipso, in quo exultat, & triũphat oratio mea, me vehementer accuset, q; tã capitalẽ hostẽ non cõprehenderim potius, q̃ emiserim: nõ est ista mea culpa, sed temporũ. interemptũ esse L. Catilinã, & grauissimo supplicio affectũ iampridẽ oportebat: id a me & mos maiorũ, & hui⁹ imperii seueritas, & Resp. postulabat. sed q̃ multos fuisse putatis, qui quę ego deferrẽ, nõ crederent! q̃ multos, qui ꝓpter stultitiã nõ putarẽt! q̃ multos, qui etiã defenderẽt! q̃ multos, qui propter improbitatẽ fauerẽt! Ac si sublato illo, depęlli a vobis omne pęriculũ iudicarẽ, iãpridẽ ego L. Catilinã nõ modo inuidię meę, verũ etiã vitę periculo sustulissem. sed cũ viderẽ ne vobis quidẽ oĩbus re etiã probata, si illũ, vt erat meritus, morte mulctassem, fore, vt ei⁹ socios inuidia oppressus persequi nõ possem: rẽ huc deduxi, vt tũ palã pugnare possetis, cũ hostẽ aperte videretis. Quẽ quidẽ ego hostẽ Quir. q̃ vehemẽter foris esse timẽdũ putem, licet hinc ĩtelligatis, q; illud etiã moleste fero, q; ex vrbe parũ comitatus exierit. vtinã ille oẽs secũ suas copias eduxisset. Tongillũ mihi eduxit, quẽ amare in p̃texta calũnia cœperat: Publiciũ, & Mimaciũ, quorũ æs alienũ cõtractũ in popinã nullũ Reip. motũ afferre poterat. Aes alienũ. reliquit quos viros! quãto alieno ære, q̃ valẽtes, q̃ nobiles, vos videtis. Itaq; ego illũ exercitũ ex Gallicanis legionib⁹, & cũ hoc delectu, quẽ in agro Piceno & Gallico Q. Metellus habuit, ex his copiis, quę a nobis quotidie cõparant, magnopere contẽno, collectũ ex senibus desperatis, agresti luxuria, ex rusticis †mẽdiculis, ex decoctorib⁹, ex iis, qui vadimonia deserere, q̃ illũ exercitum maluerint. quibus ego nõ modo si aciem exercitus nostri, verũ etiam si edictũ Prætoris ostendero, concident. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad Curiam, quos etiã in Senatum venire, qui nitent vnguentis, qui fulgẽt purpura, mallem secũ eduxisset suos milites. q; si hic permanent, memẽtote nõ tã exercitũ illũ esse nobis, q̃ hos, qui exercitũ deseruerunt, pertimescendos. Atq; etiã hoc magis sunt timendi, q; quid cogitent, me scire sentiũt, neq; tñ permouent. video cui Apulia sit attributa, qui habeat Hetruriã, qui agrũ Picenum, qui Gallicũ, qui sibi has vrbanas insidias cædis, atq; incendiorũ depoposcerit: oĩa superioris noctis cõsilia ad me perlata esse sentiũt. patefeci in Senatu hesterna die: Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid expectãt! nę illi vehemẽter errãt, si illã meã pristinã lenitatẽ perpetuam sperant futurã. quod expectaui, iam sum assecutus, vt vos oẽs factã esse aperte coniuratiõnẽ contra Rẽpu. videretis. nisi vero si quis est qui Catilinę similes cũ Catilina sentire nõ putet. Non est iam lenitati locus, seueritatẽ res ipsa flagitat. vnũ etiã nunc concedã, exeant, proficiscant, ne patiant desiderio sui Catilinã miserũ tabescere. demonstrabo iter. Aurelia via ꝓfectus est. Sentina vt si accelerare volẽt, ad vesperã cõsequent. O fortunatã Rẽp. si quidẽ hanc sentinã huius vrbis

† mediastinis.

Decoctores.

bis.

eiecerit.vno mehercle Catilina exhausto, releuata mihi,& recreata Respu.videtur. quid em̃ mali,aut sceleris fingi,aut excogitari potest,qđ non ille cõceperit! quis tota Italia veneficus! quis gladiator! quis latro! quis sicarius! quis parricida! quis testamentorũ subiector! quis circunscriptor! quis ganeo! quis nepos! quis adulter! quę mulier infamis! quis corruptor iuuentutis! quis corruptus! quis perditus inueniri potest! qui se cum Catilina nõ familiarissime vixisse fateatur! quę cædes per hosce annos sine illo facta est! qđ nefarium stuprum non per illũ! Iam vero quę tanta in vllo vnq̃ homine iuuentutis illecebra fuit,quãta in illo! qui alios ipse amabat turpissime,aliorum amori flagitiosissime seruiebat:aliis fructũ libidinum,aliis mortẽ parentũ non modo impellendo,verũ etiã adiuuando pollicebatur.Nunc vero q̃ subito nõ solũ ex vrbe, verũ etiã ex agris ingentẽ numerũ perditorũ hominũ collegerat! nemo nõ modo Romę,sed ne vllo in angulo totius Italię oppressus ære alieno fuit,quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus asciuerit.Atq; vt eius diuersa studia in dissimili ratione perspicere possitis,nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior,qui se non intimum Catilinę esse fateat: nemo in scena leuior,& nequior, qui se nõ eiusdẽ prope sodalẽ fuisse cõmemoret. atq; idẽ tñ stuprorũ,& scelerũ exercitatione assuefactus frigore,& fame,& siti,ac vigiliis perferendis,fortis ab iis istis suis sociis p̃dicabat,cũ industrię subsidia,atq; instrumenta virtutis,in libidine,audaciaq; consumerent.Hunc vero si sui fuerint comites secuti,si ex vrbe exierint desperatorũ hominũ flagitiosi greges,O nos beatos,O Rẽp.fortunatã,O pręclarã laudẽ Cõsulatus mei.iam em̃ nõ sunt mediocres hoĩm libidines.inhumanę audacię,ac intolerandę:nihil cogitant,nisi cędes,nisi incẽdia,nisi rapinas:patrimonia sua profuderũt,fortunas suas obligurierunt,res eos iampridẽ,fides deficere nuper cœpit. eadẽ tñ illa,quę erat in abũdãtia,libido permanet.Q; si in vino & alea comessationes solum & scorta quęrerent, essent illi quidẽ desperandi,sed tñ essent ferendi.hoc vero quis ferre possit! inertes hoĩes fortissimis ĩsidiari,stultissimos prudentissimis,ebriosos sobriis,dormientes vigilantibus,qui mihi accubantes in cõuiuiis,cõplexi mulieres impudicas,vino languidi,confecti cibo,sertis redimiti,vnguẽtis oblíti,debilitati stupris,eructant sermonibus suis cędẽ bonorũ,atq; vrbis incẽdia.quibus ego cõfido impendere fatum aliquod:& pœnã iandiu improbitati,nequitię,sceleri,libidini debitam aut instare iam plane,aut certe iam appropinquare.Quos si meus consulatus, quoniã sanare non potest,sustulerit,non breue nescio qđ tẽpus,sed multa secula propagarit reipublicę,nulla est enim natio,quã pertimescamus:nullus Rex,qui bellum populo Ro.facere possit.omnia sunt externa vnius virtute terra,mariq; pacata:domesticũ bellum manet,intus insidiæ sunt, intus incluſum periculum est,intus est hostis:cũ luxuria nobis,cum amẽtia,cum scelere certandũ est.huic me bello ducẽ profiteor Quirites,suscipio inimicitias hominũ perditorũ:quę sanari poterunt,quacũq; ratione sanabo:quę resecanda erunt,nõ patiar ad pernicię ciuitatis manare.Proin aut exeant,aut quiescant:aut si in vrbe,& in eadẽ mente permanent:quę merẽtur,expectent.Ac etiã sunt Quirites,qui dicant a me in exilíũ eiectum esse Catilinã.qđ verbo si ego assequi possem,ipsos istos eiicerẽ,qui hęc loquunt.homo em̃ videlicet timidus, & permodestus vocẽ consulis ferre nõ potuit:simulatq; ire in exilíũ iussus est,paruit. Q; hesterno die cũ domi meę pene interfectus essem,Senatũ in ædẽ Iouis Statoris vocaui,rem oẽm ad Patres conscriptos retuli.quo cũ Catilina venisset,quis eum Senator appellauit! quis salutauit! quis deniq; ita aspexit,vt perditũ ciuẽ,ac non potius importunissimũ hostẽ! quin etiam principes eius ordinis partẽ illam subselliorũ,ad quã ille accesserat,nudã atq; inanẽ reliquerunt. Hic ego vehemens ille Cõsul,qui verbo ciues in exilíũ eiicio, quęsiui a Catilina an in noctur no cõuentu apud M.Leccã fuisset necne! cũ ille homo audacissimus cõscientia conuictus primo reticuisset,patefeci cętera:quid ea nocte egisset,vbi fuisset,quid in ꝓxima cõstituisset,quẽ admodũ esset ei ratio totius belli descripta,docui.Cũ hęsitaret,cũ teneret,quęsiui qd dubitaret proficisci eo,quo iãpridẽ pararat:cũ arma,cũ secures,cũ dignitates,cũ fasces,cũ tubas, cũ signa militaria,cum Aquilam illam argenteã,cui etiam sacrariũ scelerũ domi suę fecerat, scirem esse pręmissam.In exilíũ eiiciebam! quẽ iam ingressum in bellũ esse videbã! Etenim credo Manlius iste cẽturio,qui in agro Fesulano castra posuit,bellũ Populo Ro.suo noĩe indixit,& illa castra nũc nõ Catilinã ducẽ expectãt:& ille eiectus in exilíũ,se Massiliã, vt aiũt,nõ in hęc castra cõferet.O conditionẽ miserã nõ modo administrandę,verũ etiã cõseruãdę reipu.nunc si L.Catilina consiliis,laboribus,periculis meis circunclusus, ac debilitatus subito pertimuerit,sententiam permutauerit,deseruerit suos,consilium belli faciundi abiecerit, ex hoc cura-

Subiector testament. Circũscriptor.

Obligurire Res iãpridẽ,fides nu per deficere cœpit. Desperãdi essent.

Aquila argentea Catilinę.

ſu ſceleris,& belli iter ad fugã,atq; in exiliũ cõuerterit:nõ ille a me ſpoliatus armis audacię, nõ obſtupefactus,ac perterritus mea diligẽtia,nõ de ſpe conatuq; depulſus,ſed indẽnatus innocẽs in exiliũ eiectus a Cõſule,ví,& minis eſſe dicetur:& erũt,qui illũ,ſi hoc fecerit,nõ improbũ,ſed timidũ,me nõ diligẽtiſſimũ Cõſulẽ,ſed crudeliſſimũ tyrãnũ exiſtimare velint. Eſt mihi tãti o Quir.huius inuidię falſę atq; iniquę tẽpeſtatẽ ſubire,dũmodo a vobis huius horribilis belli,ac nefarii periculũ depellat.dicat ſane eiectus eſſe a me, dũmodo eat in exiliũ. ſed mihi credite,nõ eſt iturus. nunq; ego a diis immortalibus optabo Quirites inuidię meę leuã dæ cauſa,vt L.Catilinã ducere exercitũ hoſtiũ,atq; in armis volitare audiatis.ſed triduo tamen audietis. multoq; magis illud timeo, ne mihi ſit inuidioſum aliquãdo, q illũ emiſerim potius q eiecerim. ſed cũ ſint hoſtes,qui illũ cũ pfectus ſit,eiectũ eſſe dicãt, iidẽ ſi interfectus eſſet,quid dicerẽt?Qq iſti,qui Catilinã Maſſiliã ire dictitãt,nõ tam hoc querũtur,q verent. Nemo eſt iſtorũ tã miſericors,qui illũ non ad Manliũ,q ad Maſſilienſes ire malit.Ille autem ſi mehercules hoc,qd agit,nunq ante cogitaſſet,tamẽ latrocinantem ſe interfici mallet,q exulem viuere.nunc vero,cũ ei nihil adhuc pręter ipſius voluntatẽ cogitat ionẽq; acciderit,niſi q viuis nobis Roma profectus eſt,optemus potius,vt exeat in exiliũ,q queramur.Sed cur tãdiu de vno hoſte loquimur?& de eo hoſte,qui iam fatet ſe eſſe hoſtẽ?& quia,qd ſemper voluí,murus intereſt,nõ timeo.de his,q ſimulãt,q Romæ remanẽt,q nobiſcum ſunt, nihil dicimus?quos qdẽ ego,ſi vllo modo fieri poſſet,nõ tam vlciſci ſtudeo, q ſanare, & ipſos placare Reip.neq; id quare fieri nõ poſſit,ſi me audire voluerint, intelligo. Exponã em vobis Quir. ex qbus generibus hoĩm iſtę copię cõparent. deinde ſingulis medicinã cõſilii, atq; orationis meę,ſi quã potero,afferã. Primũ genus eſt eorũ,q magno ęre alieno,maiores etiã poſſeſſiones habẽt,quarũ amore adducti diſſolui nullo modo poſſunt.Horũ hoĩm ſpecies eſt honeſtiſſima.ſunt em locupletes.volũtas vero & cauſa impudẽtiſſima.tu agris,tu ædificiis,tu argento,tu familia,tu rebus oĩbus ornatus,& copioſus ſis?& dubites aliqd de poſſeſſione detrahere?ac fidẽ acquirere?quid em?expectas bellũ?qd?ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas?an tabulas nouas?errãt q iſtas a Catilina expectãt.meo beneficio tabulę noue proferunt,verũ auctionarię.neq; enim iſti q poſſeſſiones habẽt,alia ratione vlla ſalui eſſe poſſunt.quod ſi maturius facere voluiſſent,neq;(id qd ſtultiſſimũ eſt) certare cum vſuris,fructibus prędiorũ,locupletioribus his,& melioribus ciuib9 vteremur.Sed hoſce homines minime puto pertimeſcẽdos,q aut deduci de ſentẽtia poſſunt:aut,ſi permanebũt,magis mihi vident,vota facturi cõtra Rẽp.q arma laturi. Alterũ genus eſt eoꝝ,q qq pmunt ęre alieno,dominationẽ tamẽ expectãt,rerũ potiri volũt:honores,quos quieta Rep.deſperãt, turbata cõſequi ſe poſſe arbitrant.Quibus hoc pręcipiendũ videt,vnũ ſcilicet & idẽ,qd cæteris oĩbus,vt deſperẽt ſe id qd conant conſequi poſſe.primũ oĩm me ipſum vigilare, adeſſe, prouidere Reip.deinde magnos animos eſſe in bonis viris,magnã cõcordiã,maximã multitudinẽ pręterea,magnas copias militũ:deos deniq; immortales huic inuicto populo, clariſſimo imperio,pulcherrimæ vrbi,cõtra tantã vim ſceleris præſentis auxiliũ eſſe laturos. Qz ſi iam ſint id qd cũ ſummo furore cupiũt,adepti,nũ illi in cinere vrbis & ſanguine ciuiũ, quæ mente ſcelerata,ac nefaria cupierũt,cõſules,ac dictatores,aut etiã reges ſe expectãt futuros? nõ vident ſe cupere id,qd ſi adepti fuerint,fugitiuo alicui aut gladiatori concedi ſit neceſſe?

Tertiũ genus eſt ætate iam cõfectũ,exercitatione robuſtũ:quo ex genere eſt, ipſe Mallius, cui nunc Catilina ſucceſſit. hi ſunt hoĩes ex his coloniis,quas Feſulis Sylla conſtituit,quas ego vniuerſas ciuiũ eſſe optimorũ, & fortiſſimorũ virorũ ſentio.ſed tamẽ hi ſunt coloni, q ſe inſperatis repentiniſq; pecuniis ſumptuoſius inſolentiuſq; iactarũt.hi dum ædificant tanq beati:dum prædiis,lecticis,familiis magnis,cõuiuiis,apparatibus,delectant: in tantũ æs alienũ inciderunt,vt ſi ſalui eſſe velint,Sylla ſit his ab inferis excitandus.qui etiã nõnullos agreſtes hoĩes tenues atq; egentes in eandẽ ſpem rapinarũ veterum impulerũt. quos ego vtroſq; Quirites ĩ eodẽ genere prędatorũ, direptorũq; pono,ſed eos hoc moneo:deſinãt furere,& proſcriptiones & dictaturas cogitare.tantus em illorũ temporũ dolor inuſtus eſt ciuitati, vt iã iſta nõ modo hoĩes,ſed ne pecudes quidẽ mihi paſſuræ eſſe videant. Quartum genus ſane variũ,& mixtũ,& turbulentũ:qui iampridẽ premunt: q nunq emergẽt:q partim inertia,partim male gerendo negotio,partim etiã ſumptibus in vetere ære alieno vacillãt:qui vadimoniis,iudiciis,proſcriptionib9 bonorũ defatigati,permulti ex agris,ex vrbe ſe in illa caſtra cõferre dicunt.hoſce ego nõ tã milites acres,q inficiatores lentos eſſe arbitror, q hoĩes primũ

Sacroſanctæ poſſeſſiones.

Aedificãt tanq beati

Inuſtus dolor.

si stare nō possunt, corruāt, sed ita, vt nō modo ciuitas, sed ne vicini qdē proximi sentiāt. nā illud nō intelligo, quāobrē, si viuere honeste nō possunt, perire turpiter velint. aut cur minore dolore perituros se cū multis, q̄ si soli pereant, arbitrent. Quintū genus est parricidarū, sicariorū, deniq; omniū facinorosorū: quos ego a Catilina nō reuoco: nam neq; diuelli ab eo possunt, & pereāt sane in latrocinio, quoniam sunt ita multi, vt eos capere carcer nō possit.

Cœnæ antelucanæ.

Postremū aūt genus est nō solū numero, verū etiā genere ipso, atq; vita, qd̄ propriū est Catilinæ, de eius delectu, immo vero de cōplexu eius, ac sinu: quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos, videtis, manicatis, & talaribus, ac tritis tunicis, velis amictos, non togis: quorū oīs industria vitę, & vigilādi labor in antelucanis cœnis expromit. in his gregibus oēs aleatores, oēs adulteri, oēs impuri, impudiciq; versant. hi pueri tā lepidi, ac delicati, qui nō solū amare, & amari, neq; cātare, & psallere, sed etiā ficas vibrare, & spargere venena didicerūt: q ni exeūt, ni pereūt, etiā si Catilina perierit, scitote hoc in Rep. seminariū Catilinariū futurū. verū qd sibi isti miseri volūt? nō suas secū mulierculas sunt in castra ducturi? quē admodū illis carere poterūt? his pręsertim iā noctibus? quo aūt pacto illi Apenninū, atq; illas pruinas, ac niues perferēt? nisi idcirco se facilius hyemē toleraturos putant, q̄ in cōuiuiis nudi saltare didicerūt. O bellū magnopere pertimescēdū, cū hāc sit habiturus Catilina scortatorū cohortē Prętoriā. Instruite nūc Quir. cōtra has tā pręclaras Catilinę copias vestra præsidia, vestros q̄ exercitus. & primū gladiatori illi cōfecto, & saucio Cōsules, Imperatoresq; vestros opponite. deinde cōtra illā naufragorū eiectā, ac debilitatā manū, florē totius Italię, ac robur educite. iā vero vrbes coloniarū, ac municipiorū respondebūt Catilinę tumulis sylvestribus. Neq; vero cęteras copias, ornamēta vestra, præsidia, cū illius latronis inopia, atq; egestate debeo conferre. sed si omissis his rebus oībus, qbus nos suppeditamur, eget ille: Senatu, Equitibus Romanis, populo, vrbe, ærario, vectigalibus, cūcta Italia, prouinciis oībus, exteris nationibus: si his rebus omissis, ipsas causas, quę inter se cōfligūt, cōtēdere velim, ex eo ipso, q̄ valde ipsi iaceāt, intelligere possumus. ex hac em̄ parte pudor pugnat, illinc pętulātia: hinc pudicitia, illinc stuprū: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc cōstantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudo: hinc cōtinentia, illinc libido. deniq; æquitas, tēperantia, fortitudo, prudētia, virtutes oēs, certāt cū iniquitate, cū luxuria, cū ignauia, cū temeritate, cū vitiis oībus. postremo copię cū egestate, bona ratio cū pērdita, mēs sana cū amētia, bona deniq; spes cū omniū rerū desperatione cōfligit. In huiusmodi certamine, ac pręlio nōne, etiā si hoīm studia deficiāt, dii ipsi īmortales cogāt, ab his pręclarissimis virtutibus tot, & tāta vitia superari? Quę cū ita sint Quir. vos quēadmodū iā antea dixi, vestra tecta custodiis, vigiliisq; defendite. mihi vel vrbi sine vestro motu, ac sine vllo tumultu, satis esse pręsidii consultū, ac prouisum est. coloni oēs, municipesq; vestri certiores a me facti de hac nocturna excursione Catilinę, facile vrbes suas, finesq; defendēt. gladiatores, quā sibi ille maximā manū, & certissimā fore putauit, q̄q̄ meliore animo sunt q̄ pars patriciorū, potestate tamē in vestra cōtinebunt. Q. Metellus, quē ego prospiciēs hoc, in agrū Gallicanū pręmisi, Picenūq;, aut opprimet hominē, aut oēs ei⁹ motus, conatusq; prohibebit. reliqs aūt de rebus cōstituēdis, maturādis, agēdis, iā ad Senatū referemus, quē vocari videtis. Nūc illos q in vrbe permanserūt, atq; adeo cōtra vrbis salutē omniūq; vestrū in vrbe a Catilina relicti sunt, q̄q̄ sint hostes, tamē qa nati sunt ciues, monitos eos etiā atq; etiā volo. mea lenitas adhuc si cui solutior visa est, hoc expectauit, vt id qd̄ latebat, erumperet. qd̄ reliquū est, iam nō possum obliuisci, meā hāc esse patriā, meorū esse me cōsulē, mihi aut cū his viuēdū, aut pro his esse moriendum. nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ: si qui exire volūt, cōsulere sibi possunt. qui vero in vrbe se cōmouerit, cuius ego nō modo factū, sed inceptū vllū, conatūve contra patriā deprehendero, sentiet in hac vrbe esse cōsules vigilantes, esse egregios magistratus, esse fortem Senatū, esse arma, esse carcerē, quē vindicē nefariorū ac manifestorū scelerū maiores nostri esse voluerūt. Atq; hæc oīa sic agentur Quirites, vt res maximæ, minimo motu, pericula summa, nullo tumultu, bellū intestinū, ac domesticū post hominū memoriā crudelissimū & maximū, me vno togato duce, & Imperatore sedet. quod ego sic administrabo Quirites, vt si vllo modo fieri poterit, ne improbus qdē quisq̄ in hac vrbe pœnā sui sceleris sufferat. sed si vis manifestę audacię, si impędēs patrię periculū me necessario de hac animi lenitate deduxerint, illud profecto perficiā, qd̄ in tanto, & tā insidioso bello vix optandū videt, vt ne quis bonus intereat, paucorūq; pœna vos oēs iam salui esse possitis. Quę quidē ego neq; mea prudē

Suppędita ri.

Cōtendere causas.

Referre ad Senatum.

tia,neq; humanis cõsiliis fretus polliceor vobis Quir.sed multis nõ dubiis deorũ immortaliũ significationibus:qbus ego ducibus in hãc spem,sentẽtiãq; sum ingressus. qui iã non procul,vt quondã solebant,ab extero hoste,atq; lõginquo,sed hic presentes suo numine,atq; auxilio sua tẽpla atq; vrbis tecta defendẽt.quos vos Quirites precari, venerari, atq; implorare debetis.vt quã vrbẽ pulcherrimã,florẽtissimã,potẽtissimãq; esse voluerũt, hãc oĩbus hostiũ copiis terra mariq; superatis a perditissimorum ciuium nefario scelere defendant. In hãc spẽ ingressus.

IN L. CATILINAM, AD QVIRITES. ORATIO.XXI.

REMPVBLICAM QVIRITES,VITAMQVE OMNIVM VEstrũ,bona,fortunas,cõiuges,liberosq; vestros,atq; hoc domicilium clarissimi imperii,fortunatissimã,pulcherrimãq; vrbẽ,hodierno die deorũ imortaliũ erga vos summo amore,laboribus,cõsiliis,periculisq; meis ex flamma,atq; ferro,ac pene ex faucibus fati ereptã,& vobis cõseruatã,ac restitutã videtis. Et si nõ minus nobis iucũdi atq; illustres sunt ii dies,quibus cõseruamur,q̃ illi,qbus nascimur: q; salutis certa lætitia est,nascẽdi incerta conditio:& q; sine sensu nascimur,cũ voluptate cõseruamur:profecto,quoniã illũ,q hãc vrbẽ cõdidit,Romulũ ad deos immortales beneuolẽtia,famaq; sustulimus, esse apud vos posteriosq; vestros in honore debet dies is,q eandẽ hãc vrbẽ cõditã,amplificatamq; seruauit.nã totius vrbis tẽplis,delubris,tectis oĩbus,subiectos propẽ iã ignes circũdatosq; restinximus,iidẽq; gladios in Remp. districtos retudimus, mucronesq; eorũ a iugulis vestris reiecimus.Quę quoniã in Senatu illustrata,patefacta,comperta sunt per me,vobis iã exponã breuiter Quirites,vt & quanta,& q̃ manifesta,& qua ratione inuestigata,& comprehensa sint,vos q ignoratis,ex actis scire possitis. Principio vt Catilina paucis ante diebus erupit ex vrbe, cũ sceleris sui socios,& huiusce nefarii belli acerrimos duces Romæ reliquisset,semp vigilaui,& puidi Quir.quẽadmodũ in tãtis,& tã abscõditis insidiis salui esse possemus.Nã tũ,cũ ex vrbe Catilinã eiiciebã,(nõ em̃ iã vereor huius verbi inuidiã,cũ illa magis sit timẽda,q; viuus egressus est)sed tũ,cũ illũ exterminari volebã, aut reliquã cõiuratorum manũ simul exiturã,aut eos,q remãsissent,infirmos sine illo ac debiles putabã.Atq; ego vt vidi,quos maxĩo furore & scelere eẽ inflammatos sciebã,eos eẽ nobiscũ,& Romę remãsisse:ĩ eo oẽs dies noctesq; cõsumpsi,vt qd agerẽt,qd molirent,sentirẽ,ac viderẽ: vt qm̃ auríbꝰ vrís ꝓpter incredibilẽ magnitudinẽ sceleris minorẽ fidẽ faceret oro mea,rẽ ita cõprehenderẽ,vt tũ demũ animis saluti vestrę ꝓuideretis,cũ oculis maleficiũ videretis.Itaq; vt comperi legatos Allobrogũ belli trãsalpini & tumultꝰ Gallici excitãdi causa, a P.Lẽtulo eẽ sollicitatos, eosq; in Galliã ad suos ciues,eodẽ itinere cũ lrís,mãdatisq; ad Catilinã esse missos,comitẽq; iis adiũctũ Vulturciũ,atq; huic datas eẽ ad Catilinã lras:facultatẽ mihi oblatã putaui, vt qd erat difficillimũ,qdq; ego semp optabã a diis imortalibꝰ,tota res nõ solũ a me,sed etiã a Senatu, a vobis manifeste deprehẽderet.Itaq; hesterno die L.Flaccũ,& Cn.Pontinũ Prętores fortissimos atq; amãtissimos Reip.viros,ad me vocaui,rẽ oẽm exposui,qd fieri placeret ostendi. Illi autẽ,q oĩa de Rep.preclara, atq; egregia sentirẽt,sine recusatione, ac sine vlla mora negotiũ susceperũt:& cũ aduesperasceret,occulte ad põtẽ Miluiũ puenerũt:atq; ibi ꝓximis villis ita bipartiti fuerunt, vt Tibris inter eos,& põs interesset. eodẽ autẽ & ipsi sine cuiusq̃ suspitione multos fortes viros eduxerũt:& ego de Prefectura Reatina complures delectos adolescẽtes, quoq; vtor assidue in Reip.ꝓsidio,cũ gladiis miserã.Interim tertia fere vigilia exacta,cũ iam põtẽ cũ magno comitatu legati Allobrogũ ingredi inciperẽt,vnaq; Vulturciꝰ,fit in eos impetus:educunt & ab illis gladii,& a nostris:res erat Prętoribus nota solis,ignorabat a cęteris. Tũ interuẽtu Pontini,atq; Flacci,pugna quę erat cõmissa,sedatur:literę,quęcũq; erant in eo comitatu,integris signis Prętoribꝰ tradunt,ipsi cõprehẽsi ad me cũ iam diluceseret deducũtur.Atq; hoq; oĩm sceleq; improbissimũ machinatorẽ Cimbrũ Gabiniũ,statim ad me nihildũ suspicãtẽ vocaui.Deinde item accersit P.Statilius,& post eũ Cethegus, tardissime aũt Lẽtulus,credo q; literis dandis, pręter cõsuetudinẽ proxima nocte vigilarat. Cũ vero summis ac clarissimis viris huiꝰ ciuitatis,q audita re mane ad me cõuenerant, lras a me prius aperiri q̃ ad Senatũ referri placeret,ne si nihil esset inuẽtũ, temere a me tãtus tumultꝰ iniectꝰ ciuitati

Naſcẽdi cõditio incerta.

Aduesperascerẽt.

Vtor cũm genitiuo.

Diluceſceret.

videret: negaui me esse facturũ, vt de periculo publico, nõ ad cõsiliũ publicũ rem integrã deferrẽ. Etẽm Quir. si ea quę erãt ad me delata, reperta nõ essent, tamẽ ego nõ arbitrabar in tãtis periculis esse mihi nimiã diligẽtiã pertimescẽdã. Senatũ frequẽtẽ celeriter, vt vidistis, coegi. Atq; interea statim admonitu Allobrogũ C. Sulpitiũ Prętorẽ fortẽ virũ misi, q ex ædibus Cethegi si qd telorũ esset, efferret. e qbus ille maximũ ficarũ numerũ, & gladiorũ extulit. Introduxi Vulturciũ sine Gallis, fidẽ ei publicã iussu Senatus dedi: hortatus sum, vt ea quæ sciret, sine timore indicaret. tũ ille dixit, cũ vix se ex magno timore recreasset, a P. Lẽtulo se habere ad Catilinã mãdata, & literas, vt seruorũ pręsidio vteret, & ad vrbẽ q̃primũ cũ exercitu accederet. Id aũt eo cõsilio, vt cũ vrbẽ oĩbus ex partibus quẽadmodũ descriptum, distributũq; erat, incendissent, cædẽq; infinitã ciuiũ fecissent, pręsto esset ille, q & fugientes excipęret, & se cũ his vrbanis ducibus cõiungeret. Introducti aũt Galli iusiurandũ sibi, & literas a Lẽtulo, Cethego, Statilio ad suã gentẽ datas esse dixerũt: atq; ita sibi ab his & a L. Cassio esse pręscriptũ, vt equitatũ in Italiã q̃ primũ mitterẽt, pedestres sibi copias nõ defuturas: Lẽtulũ aũt cõfirmasse ex fatis Sibyllinis, Aruspicũq; respõsis se eẽ tertiũ illũ Corneliũ, ad quẽ regnũ vrbis huius, atq; imperiũ peruenire esset necesse: Cinnã ante se, & Syllã fuisse: eundẽq; dixisse, fatalẽ hũc esse annũ ad interitũ huius vrbis, atq; imperii, q esset decimus annus post virginũ absolutionẽ, post Capitolii aũt incensionẽ vigesimus. hãc aũt Cethego cũ cęteris controuersiã esse dixerũt, q̃ Lẽtulo, atq; aliis cędẽ Saturnalibus fieri, atq; vrbẽ incendi placeret: Cethego nimiũ id lõgum videri. Ac, ne longũ sit Quirites, tabellas proferri iussimus, quæ a quoq; dicebant datę. Primũ ostendimus Cethego, signũ cognouit. nos linum incidimus, legimus. erat scriptũ ipsius manu, & Allobrogũ Senatui, & populo, sese q̃ eorũ legatis cõfirmasset, esse facturũ. orare vt illi facerẽt, quæ sibi legati eorũ præcepissent. Tũ Cethegus, q paulo ante aliqd de gladiis, ac de ficis, quę apud se erãt deprehensæ, respondisset, dixissetq; se semp bonorũ ferramẽtorũ studiosum fuisse, recitatis literis debilitatus, atq; abiectus, cõscięntia cõuictus repente cõticuit. Introductus est Statilius, cognouit manũ, & signũ suũ, recitatę sunt tabellæ. in eadẽ fere sentẽtia: cõfessus est. Tũ ostendi tabellas Lentulo, & quæsiui cognoscerete ne signũ. annuit. est vero inquã notũ signum imago aui tui clarissimi viri, qui amauit vnice patriã, & ciues suos, quę quidem te a tanto scelere etiam muta reuocare debuit. legunt eadẽ ratione ad Senatũ Allobrogũ populũq; literæ. si quid de his rebus dicere vellet, feci potestatẽ. Atq; ille quidẽ primo negauit. post autẽ aliquanto toto Vulturcii iã indicio expositio, atq; edito, surrexit: quæsiuit a Gallis, quid sibi esset cũ his: quãobrem domũ suã venissent: itęq; a Vulturcio. Qui cum illi breuiter, constanterq; respondissent, per quẽ ad eum quotiesq; venissent, quæsissentq; ab eo, nihil ne secũ esset de Fatis Sibyllinis locutus: tũ subito ille scelere demens, quanta vis conscientię esset, ostendit. nam cum id posset inficiari, repente pręter opinionẽ omnium confessus est. ita eum nõ modo ingeniũ illud, & dicendi exercitatio, qua semper valuit, sed etiã propter vim sceleris manifesti, atq; deprehensi impudẽtia, qua superabat oẽs, improbitasq; defecit. Vulturcius vero subito proferri literas, atq; aperiri iussit, quas sibi a Lentulo ad Catilinã datas esse dicebat. Atq; ibi vehemẽtissime perturbatus Lentulus, tamẽ signũ, & manũ cognouit. erant aũt scriptę sine noĩe, sed ita. QVI SIM, EX EO, QVEM AD TE MISI, COGNOSCES. CVRA VT VIR SIS, ET COGITA, QVEM IN LOCVM SIS PROGRESSVS, ET VIDE, QVID IAM TIBI SIT NECESSE. CVRA VT OMNIVM TIBI AVXILIA ADIVNGAS, ETIAM INFIMORVM. Gabinius deinde introductus, cum primo impudenter respõdere cœpisset, ad extremũ nihil ex iis quę Galli insimulabãt, negauit. Ac mihi qdẽ Quir. cũ illa certissima sunt visa argumẽta, atq; indicia sceleris, tabellę, signa, man⁹, deniq; vniuscuiusq; cõfessio, tũ multo certiora illa, color, oculi, vultus, taciturnitas. sic eñ obstupuerãt, sic terrã intuebant, sic furtim nõnũq̃ inter se aspiciebãt, vt nõ iã ab aliis indicari, sed ipsi a se viderent. Indiciis expositis atq; editis Quir. Senatũ cõsului de summa Reip. qd fieri placeret. Dictę sunt a principibus acerrimæ ac fortissimæ sententiæ, quas Senatus sine vlla mora est cõsecutus. & quoniã nondũ est perscriptũ Senatuscõsultũ, ex memoria vobis Quir. qd Senat⁹ cẽsuerit, exponã. Primũ mihi gratię verbis amplissimis agunt, q̃ virtute, cõsilio, prudẽtia mea Resp. periculis sit maximis liberata. deinde L. Flaccus, & C. Põtinius Prętores, q̃ eorũ opera forti fideliq; vsus essem, merito, ac iure laudant. atq; etiã viro forti Collegæ meo laus impertit, q̃ eos, qui cõiurationis participes fuissent, a suis & Reip. cõsiliis remouisset. Atq; ita censuerũt, vt P. Lẽtulus, cum se

Sicæ.

Vulturcii de coniuratione confessio.

Ferramẽta

Manũ cognouit.

Inficiari.

Lentulus ad Catilinam.

Inter se aspiciebãt.

Ex memoria exponã

Prętura abdicasset,tũ in custodiã traderẽt.itẽ vti C.Cethegus,L.Statilius,P.Gabinius,q oẽs pręsentes erãt,in custodiã traderent.atq; idẽ hoc decretũ est in L.Cassium,q sibi procuratio nẽ incendendę vrbis depoposcerat:in M.Cepariũ, cui ad sollicitãdos pastores Apuliam esse attributã,erat indicatũ:in P.Furiũ,q est ex his colonis,quos Fesulas L.Sylla deduxit: in Q. Manliũ Chilonẽ,q vna cũ hoc Furio semp erat in hac Allobrogũ sollicitatione versatus: in P.Vmbrenũ libertinũ hominẽ,a quo primũ Gallos ad Gabiniũ pærductos esse cõstabat. Atq; ea lenitate Senatus est vsus Quir.vt ex tãta cõiuratiõe,tãtaq; vi, ac multitudine domestico rũ hostiũ,nouẽ hominũ pærditissimorũ pœna Rep.cõseruata,reliquorũ mẽtes sanari posse arbitrarẽt.Atq; etiã supplicatio diis immortalibus pro singulari eorũ merito,meo noĩe decreta est Quirites,qđ mihi primũ post vrbẽ cõditã togato cõtigit:& his decreta verbis ẽ, q; vrbẽ incẽdiis,cęde ciues, Italiã bello liberassem. Quę supplicatio si cũ cęteris cõferat Quirites, hoc interfit,q; cæterę bene gesta,hæc vna cõseruata Repu.cõstituta est.Atq; illud qđ faciendũ primũ fuit,factũ atq; trãsactũ est.nã P.Lẽtulus,q̃q̃ patefactus indiciis,& cõfessionib⁹ suis, iudicio Senatus,nõ modo Prętoris ius,verũ ciuis amiserat,tamẽ magistratu se abdicauit.vt quę religio C.Mario clarissimo viro nõ fuerat,quo minus C.Glauciã,de quo nihil nominatim erat decretũ,Prętorẽ occideret,ea nos religione in priuato P.Lentulo puniẽdo liberaremur.Nũc quoniã Quir.sceleratissimi,periculosissimiq; belli nefarios duces captos iam, & cõprehẽsos tenetis,existimare debetis oẽs Catilinę copias,oẽs spes,atq; opes his depulsis vrbis periculis cõcidisse.Quẽ qdẽ ego cũ ex vrbe depellebã,hoc prouidebã animo Quirites,remoto Catilina,nõ mihi esse P.Lentuli somnũ,L.Cassii adipẽ,nec C.Cethegi furiosam temeritatem pertimescendã. Ille erat vnus timendus ex his oĩbus,sed tãdiu, dũ mœnibus vrbis detinebatur.oĩa norat,omniũ aditus tenebat:appellare,tẽtarc,sollicitare poterat,audebat.erat ei consiliũ ad facinus aptũ.cõsilio autẽ neq; lingua,neq; manus deerat.Iam ad cęteras res conficiendas certos hoĩes delectos,ac descriptos habebat.Neq; vero, cũ aliqd mãdauerat,cõfectũ putabat:nihil erat,qđ nõ ipse obiret,occurreret,vigilaret,laboraret.frigus,sitim,famẽ ferre poterat.Hũc ego hominẽ,tã acrẽ,tã paratũ,tam audacẽ, tam callidũ, tam in scelere vigilantẽ, tã in pærditis rebus diligentẽ,nisi ex domesticis insidiis in castrense latrociniũ cõpulissem(dicã id qđ sentio)nõ facile hanc tantã molẽ mali a ceruicibus vestris depulissem. nõ ille vobis Saturnalia cõstituissetneq; tanto ante,exitiũ,ac fati diẽ Reip.denũciassetneq; cõmisissetvt signũ,vt literę sue,testes deniq; manifesti sceleris deprehenderent.quę nũc illo absente sic gesta sunt, vt nullum in priuata domo furtũ vnq̃ fit tam palã inuentũ, q̃ tanta hæc in Remp. coniuratio manifeste inuenta atq; deprehensa est. q; si Catilina in vrbe ad hanc diẽ remansisset,q̃q̃ quoad fuit,oĩbus eius cõsiliis occurri,atq; obstiti,tamẽ vt leuissime dicã, dimicandũ nobis cũ illo fuisset:neq; nos vnq̃,dum ille in vrbe hostis fuisset,tantis periculis Remp.tanta pace,tãto otio,tanto silentio,liberassemus.Q̃q̃ hęc omnia Quir. ita sunt a me administrata,vt deorum immortaliũ nutu, atq; consilio & gesta & prouisa esse videant. idq; cũ coniectura cõsequi possumus,q; vix videt humanis consiliis tantã molem rerũ gubernatio consequi potuisse,tum vero præsentes ita his tẽporibus opem & auxiliũ nobis tulerũt,vt eos pene oculis videre possemus.nã vt illa omittã, visas iam nocturno tẽpore faces, ardorẽq; cæli, vt fulminũ iactus,vt terręmotus,cęteraq; quæ ita nobis Consulibus facta sunt, vt hęc quę nũc fiunt,canere dii immortales viderent,hoc certe Quir.qđ sum dicturus,neq; prętermittẽdũ, neq; relinquendum est.nam profecto memoria tenetis Cotta,& Torquato consl.cõplures in Capitolio turres de cælo esse percussas, cum & simulacra deorũ immortalium depulsa sunt, & statuę veterũ hominũ deiectæ,& legũ æra liquefacta sunt.tactus est etiã ille,qui hanc vrbẽ condidit,Romulus, quem inauratum in capitolio paruum atq; lactentem vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis.Quo quidem tempore,cum Aruspices ex tota Hetruria conuenissent,cędes,atq; incendia,& legum interitum,& bellum ciuile,ac domesticum,& totius vrbis ac imperii occasum appropinquare dixerũt,nisi dii immortales omni ratione placati suo numine propę fata ipsa flexissent.Itaq; illoq; responsis tũc,& ludi decẽ per dies facti sunt:neq; res vlla,quæ ad placandũ deos pertineret,prætermissa est. iidemq; iusserunt simulacrũ Iouis facere maius,& in excelsum collocare,& cõtra atq; ante fuerat,ad orientẽ cõuertere.ac se spe rare dixerũt,si illud signũ,qđ videtis,solis ortũ,& forum curiãq; conspiceret,fore,vt ea consilia,quę clam essent inita cõtra salutem vrbis,atq; imperii,illustrarent,vt a S.P.Q.R.perspici possent.Atq; illud ita collocandũ consules illi statuerunt,sed tanta fuit operis tarditas,vt

Tradere in custodiam.

Religione liberari.

Videre oculis.

Prodigia.

Memoria teneo.

Turres de cælo percussæ.

neq̄ a ſuperioribus cõſulibus,neq̄ a nobis ante hodiernũ diẽ collocaret.Hic qs poteſt eſſe tã
Mente captus. auerſus a vero?tã pręceps,tã mẽte captus?q neget hęc oĩa,quę videmus,pręcipueq̄ hãc vrbem deor̄ immortaliũ nutu,atq̄ poteſtate adminiſtrari?Etem̃ cũ eſſet ita reſpõſum:cędes,incendia,interitũq̄ Reip.cõparari,& ea a pęrditis ciuibus:quę tũ propter magnitudinẽ ſcelerũ nõnullis incredibilia videbant:ea nõ modo cogitata a nefariis ciuib⁹, verũ etiã ſuſcepta eſſe ſenſiſtis,illud vero nõne ita præſens eſt,vt nutu Iouis optimi maximi factũ eſſe videat?vt cũ hodierno die mane per forũ meo iuſſu & cõiurati & eor̄ indices in ædẽ Cõcordię ducerent, eo ipſo tẽpore ſignũ ſtatueret.quo collocato,atq̄ ad vos,Senatũq̄ cõuerſo, oĩa & Senatus, & vos,quę erãt cõtra ſalutẽ omniũ cogitata,illuſtrata,& patefacta vidiſtis.Quo etiã maiore ſunt iſti odio ſupplicioq̄ digni, q nõ ſolũ veſtris domiciliis atq̄ tectis, ſed etiã deorũ tẽplis atq̄ delubris ſunt funeſtos ac nefarios ignes inferre conati. qbus ego ſi me reſtitiſſe dicã,nimiũ mihi ſumam,& nõ ſim ferendus.Ille,ille Iupiter reſtitit,ille Capitoliũ,ille hęc tẽpla,ille hãc vrbẽ,ille vos oẽs ſaluos eſſe voluit.Diis ego immortalibus ducibus hanc mentẽ volũta
temq̄ ſuſcepi,atq̄ ad hæc tanta indicia peruẽi.Iam vero illa Allobrogũ ſollicitatio ſic a Lẽ
tulo,cæteriſq̄ domeſticis hoſtibus tanta res tam demẽter credita & ignotis & barbaris, cõmiſſæq̄ literæ nunq̃ eſſent profecto,niſi a diis immortalibus huic tantę audacię cõſiliũ eſſet ereptũ.Q̄ vero vt homines Galli ex ciuitate male pacata,quæ gens vna reſtat,quę bellũ facere & poſſe,& nõ nolle videat,ſpem imperii,& rerũ amplíſſimarũ vltro ſibi a patriciis homínibus oblatã negligerẽt,veſtrã ſalutẽ ſuis opibus anteponerẽt,id nonne diuinitus factũ eſſe putatis?pręſertim q nos nõ pugnãdo,ſed tacendo ſuperare potuerũt? Quãobrem Quir.quo
Supplicatio ad oĩa puluinaria niã ad oĩa puluinaria ſupplicatio decreta eſt,celebratote illos dies cũ cõiugibus,ac liberis veſtris.nã multi ſæpe honores diis immortalibus iuſti habiti ſunt,ac debiti,ſed profecto iuſtio
Iuſti honores. res nũq̃.erepti em̃ ex crudeliſſimo ac miſerrimo interitu,& erepti ſine cęde,ſine ſanguine,ſine dimicatione,me vno togato duce & imperatore viciſtis. Etem̃ recordamini
Quir.oẽs ciuiles diſſenſiones:neq̄ ſolũ eas quas audiſtis,ſed has,quas vos meminiſtis,& vidiſtis.L.Sylla P.Sulpitiũ oppreſſit,ex vrbe eiecit C.Mariũ cuſtodẽ huius vrbis, multoſq̄ fortes viros partim eiecit ex ciuitate,partim interemit.Cn.Octauius Conſul armis ex vrbe collegã ſuũ expulit.omnis hic locus aceruis corporũ,& ciuium ſanguine redundauit.ſuperauit
Lumina ciuitatis. poſtea Cinna cũ Mario.Tum vero clariſſimis viris interfectis,lumina ciuitatis extincta ſunt. Vltus eſt huius victorię crudelitatẽ poſtea Sylla.ne dici qdẽ opus eſt quanta diminutione ciuiũ,& quanta calamitate Reipu.Diſſenſit M.Lepidus a clariſſimo,& fortiſſimo viro Q.Catulo.attulit nõ tã ipſius interitus Reip.luctũ,q̃ cæterorũ. Atq̄ illæ diſſenſiones erãt huiuſmodi Quirites,quę nõ ad delendã,ſed ad cõmutandã Remp.pertinerẽt.nõ illi nullã eſſe Rẽpu.ſed in ea,quę eſſet,ſe eſſe principes: neq̄ hanc vrbem conflagrare,ſed ſe in hac vrbe florere voluerũt.Atq̄ illæ tamẽ oẽs diſſenſiones,quarũ nulla exitiũ Reip.quæſiuit,eiuſmodi fuerũt,vt nõ recõciliatione cõcordię,ſed internicione ciuiũ diiudicatę ſint.In hoc aũt vno poſt hoĩm memoriã maximo,crudeliſſimoq̄ bello, quale bellũ nulla vnq̃ barbaria cum ſua gente geſſit:quo in bello lex hæc fuit a Lentulo,C.Caſſio,Cethego conſtituta,vt oẽs,q ſalua vrbe ſalui eſſe poſſent,in hoſtiũ numero ducerent:ita me geſſi,vt oẽs ſalui cõſeruaremini. & cum
Reſtare. hoſtes veſtri tantũ ciuiũ ſuperfuturũ putaſſent,quãtũ infinitæ cędi reſtitiſſet:tatũ aũt vrbis, quantũ flamma obire nõ potuiſſet:& vrbẽ,& ciues integros incolumeſq̄ ſeruaui. Quibus p tantis rebus Quir.nullũ ego a vobis præmiũ virtutis,nullũ inſigne honoris,nullũ monimẽtum laudis poſtulo,pręterq̃ hui⁹ diei veſtrã memoriã ſempiternã. In animis ego veſtris oẽs triũphos meos,ornamenta oĩa honoris,monimẽta glorię,laudis inſignia,condi,& collocari volo.nihil me mutũ poteſt delectare,nihil tacitũ,nihil deniq̄ huiuſmodi,qđ etiã minus digni aſſequi poſſint.Memoria veſtra Quir.noſtrę res alent,ſermonibus creſcẽt,literarũ monimentis inueteraſcẽt,& corroborabunt:eãdẽq̄ diem intelligo,quã ſpero æternã fore, & ad ſalutẽ vrbis,& ad memoriã Conſulatus mei propagatã.omniq̄ tẽpore in hac Repu.duos dies extitiſſe,quorũ alter finẽ veſtri Imperii,nõ terrę,ſed cæli regionibus terminaret. alter eiuſdẽ Imperii domiciliũ,ſedẽq̄ ſeruaret.Sed quoniã earũ rerũ, quas ego geſſi, nõ eſt eadẽ fortuna atq̄ cõditio,& illorũ,q externa bella geſſerunt, q̄ mihi viuendũ ſit cũ illis quos vici ac ſubegi,illi hoſtes aut interfectos aut oppreſſos reliquerũt,veſtrũ eſt Quirites,ſi cęteris recta ſua facta proſunt, mihi mea nequãdo obſint,prouidere.mentes em̃ hominũ audaciſſimorũ ſceleratę ac nefarię ne vobis nocere poſſent,ego q̄uidi:ne mihi noceãt,veſtrũ eſt prouidere. q̃q̃

Quir.míhí qdē níhíl íā ab íſtís noceri poteſt.magnū eſ̄ in vobis præſidíū,qđ míhí ín pærpe-
tuū cōparatū eſt:magna in Rep.dígnitas,quæ me ſemp tacita defendet:magna vis eſt cōſcíē
tię,quā q negligēt,cū me víolare volēt,ſe ípſi †índicabūt.Eſt etiā in nobis ís anim9 Quir. vt †iudícabūt
nō mō nullíus audacię cedam9,ſed etiā oēs ímprobos vltro ſemp laceſſam9.Q; ſi oēs impætus
domeſticorū hoſtiū depulſi a vobis,ſe in me vnū cōuerterint,vobis erit ꝓuidendū Quir.qua
cōditione poſthac eos eſſe velitis, q ſe pro ſalute veſtra obtulerint ínuídię,pericúliſq; oībus.
Míhí qdē ípſi qd íā ad vitę fructū poſſit acquirí:preſertim cū neq; in honore veſtro, neq; in
gloria virtutis,qcq; videā altius,quo quidē míhí líbeat aſcēdere.Illud ꝓfecto pficiā Quir. vt
ea,quę geſſí ín cōſulatu,priuatus tuear, atq; ornē:vt ſiqua eſt ínuídia in cōſeruanda Repu.
ſuſcepta,lędat ínuídos,míhí valeat ad gloriā.deínde ita me in Rep.tractabo, vt meminerim
ſemp quę geſſerim,curēq; vt ea virtute nō caſu geſta eſſe videanť. Vos Quir. quoniā íā nox
eſt,veneremíní illū Iouē cuſtodē huius vrbis,ac veſtrū,atq; in veſtra tecta diſcedite:& ea,q̄q̄
pericūlū eſt depulſum,tamē æque,ac priori nocte feciſtis,cuſtodiis,vigíliiſq; defendite.Id ne
vobis diutius faciundum ſit,atq; vt in pærpetua pace eſſe poſſitis,prouídebo.

IN L. CATILINAM, IN SENATV. ORATIO.XXII.

IDEO P.C.IN ME OMNIVM VESTRVM ORA,ATQVE oculos eſſe cōuerſos:vídeo vos nō ſolū de veſtro ac Reip. verū etiā ſi id depulſum ſit,de meo pericúlo eſſe ſollícitos.Eſt míhí iucūda in malis,& grata in dolore veſtra erga me volūtas.ſed eā pær deos ím-mortales quęſo deponíte,atq; oblíti ſalutis meę,de vobis, ac líberis veſtris cogitate.míhí ſi hęc cōdítio cōſulatus data eſt,vt oēs acerbi tates, oēs dolores cruciatuſq; pærferrē,ferā nō ſolū fortiter,ſed etiā líbēter, dūmodo meis laboribus vobis populoq; Ro.P.C. dignitas, ſaluſq; pariať.Ego ſum ílle Cōſul P.C.cuí nō forū,in quo oīs æqui-tas cōtineť:nō cāpus,cōſularib9 auſpiciis cōſecratus:nō curia, ſum mū auxiliū omniū gentiū:nō domus, cōmune pærfugium:non lectus,ad quietem datus:non deniq; hęc ſedes honoris ſella curulis vnq̄ vacua mortis pericúlo,atq; inſidíis fuit.ego multa tacui,multa pærtulí,multa conceſſí,multa meo quodā dolore in veſtro tímore ſanaui.Nunc ſi hunc exitum Conſulatus meí dii ímmortales eſſe voluerūt,vt vos P.C.populūq; Ro.ex cę de míſera,coníuges,líberoſq; veſtros,vírgineſq; veſtales ex acerbíſſíma vexatione,tēpla,atq; delubra,hanc pucherrímam patríam omnium noſtrum ex fœdíſſíma flamma,totam Italíam ex bello,& vaſtítate erípērē,quęcūq; míhí vni proponeť fortuna,ſubeať. Eteſ̄ ſi P.Lentulus ſuum nomen inductus a vatibus fatale ad pernicię Reip.fore putauit, cur ego nō læter meū Cōſulatū ad ſalutē Reip.propę fatalē extítíſſe?Quare P.C.conſulíte vobís,proſpícite patríę, cōſeruate vos,cōíuges,líberos,fortunaſq; veſtras,populí Ro.nomen,ſalutēq; defendite, mí-hí parcere ac de me cogitare deſinite.Nam primū debeo ſperare oēs deos,quí huic vrbi preſi dent,pro eo míhí ac mereor relaturos gratiā eſſe.deínde, ſi quid obtigerit, æquo animo pa-ratoq; moriar.neq; eſ̄ turpis mors forti viro pōteſt accidere:neq; ímmatura conſulari: nec Mors fortis viri.
míſera,ſapientí.Nec tamē ego ſum ílle ferreus,quí fratrís chariſſímí atq; amantíſſímí preſen tis mœrore nō mouear,horūq; omniū lachrymis,a qbus me circūſeſſum videtis.nec nō meā mentē domum ſæpe reuocat exanímata vxor,abiecta metu fília, & paruulus filius, quí míhí videť amplecti Remp.tanq̄ obſidē conſulatus meí: neq; ílle,q expectans huius exitū diei aſtat ín cōſpectu meo gener.moueor his rebus oībus,ſed in eā partē,vt ſalui ſint nobiſcū oēs,etiā ſi vis aliqua me oppreſſerit,potius q̄ & illí & nos vna Reip.peſte pereamus. Quare P.C.incū Incumbite
bite ad ſalutē Reip.circūſpicite oēs procellas, quę impēdēt,niſi ꝓuidetis.nō Tib.Gracchus, ad ſalutem
quí iterū Tribunus pl.fierí voluit:nō C.Gracchus,q agrarios cōcitare conatus eſt: nō L.Sa turnínus,quí C.Memmiū occidit,ín diſcrímen aliqđ, atq; in veſtrę ſeueritatis iudiciū addu cit,ſed tenenť hí,q ad vrbis incendiū,ad veſtrū omniū cædē,ad Catilínā accipiēdum Romæ reſtiterunt.tenentur líteræ,ſigna, manus, deniq; vniuſcuiuſq; confeſſio. ſollícitantur Allo-broges,ſeruitia excitanť, Catilína accerſitur: id eſt ínitū conſilium, vt interfectis omnibus, nemo ne ad deplorādum quidem Reip.nomē,atq; ad lamentandam tanti ímpērii calamitatē relinquatur.Hęc omnia índices detulerunt,rei confeſſí ſunt,vos multis iudiciis índicauiſtis.

primum, q̄ mihi gratias egistis singularibus verbis: & mea virtute, atq̄ diligentia perditor̄ hominū patefactā esse coniurationē decreuistis. deinde q̄ P. Lentulū, vt se abdicaret Prætura coegistis. tum q̄ eum & cęteros de qbus iudicauistis, in custodiā dādos censuistis: maximeq̄ q̄ meo nomine supplicationē decreuistis, qui honos togato habitus ante me est nemini. postremo hesterno die prędia legatis Allobrogū, T. q̄ Vulturcio dedistis amplissima. quę sunt oīa eiusmodi, vt hi q̄ in custodiā nominatim dati sunt, sine dubitatiōe a vobis damnati esse videant. Sed ego instituī referre ad vos P. C. tā q̄ integrū: & de facto, quid iudicetis: & de pœna, quid censeatis. illa prędicā, quæ sunt Consulis. Ego magnū in Rep. versarī furorem, & nouā quędā miscerī, & cōcitarī mala iampridē vidēbā: sed hanc tantā, tam exitiosam haberī cōiurationē a ciuibus nunq̄ putauī. Nunc quicqd est, quocunq̄ vestrę mentes inclinār, atq̄ sententiæ, statuendū vobis ante noctem est. Quātū facinus ad nos delatū sit, videtis. huic si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. latius opinione dissemināt̄ est hoc malū: manauit non solū per Italiā, verū etiā trāscendit Alpes, obscure serpens multas iam prouincias occupauit. id opprimī sustentando, ac prolatando nullo pacto potest. quacunq̄ ratione placet, celeriter vobis iudicandū est. Video duas adhuc esse sententias: vnā D. Syllanī, q̄ censet eos qui hęc delere conatī sunt, morte esse mulctandos. alterā C. Cæsaris, q̄ mortis pœnam remouet, cæterorū supplicīorū oēs acerbitates amplectit. Vterq̄ & pro suī dignitate, & pro rerū magnitudine in summa seuēritate versat. Alter eos, qui nos omnes, q̄ populū Ro. vita priuare conati sunt, q̄ delere Imperiū, q̄ populī Ro. nomen extinguere, puncto tēporis fruī vita, & cōmunī spiritu non putat oportere. atq̄ hoc genus pœnę sæpe in improbos ciues in hac Repu. esse vsurpatū recordat. Alter intelligit, mortē a diis immortalibus nō esse supplicii causa cōstitutā, sed aut necessitatē naturæ, aut laborū, aut miseriarū quietē esse. itaq̄ eā sapiētes nunq̄ inuitī, fortes etiā sępe libēter appetiuerūt. vincula vero, & ea sempiterna, certe ad singularē pœnā nefariī sceleris inuenta sunt. municipiis dispertiri iubet. habere videt ista res iniquitatē, si imperare velis: difficultatē, si rogare. Decernat tamē si placet. ego em̄ suscipiam, & vt spero reperiā, q̄ id qđ salutis omniū causa statuerītis, nō putet esse suę dignitatis recusare. adiungit grauē pœnā municipibus, si qs eorū vincula ruperit, horribiles custodias circūdat, & digna scelere hoīm perditorū sancit: ne qs, eorū pœnā, quos cōdemnat, aut per Senatū, aut p populū leuare possit. eripit etiā spem, quę sola hoīem in miseriis cōsolarī solet. bona prętera publicarī iubet. vitā solā relinqt nefariis hoībus: quā si eripuisset, multas vno dolore animi ac corporis & oīes scelerū pœnas ademisset. Itaq̄ vt aliqua in vita formido improbis esset posita, apud inferos eiusmodi quædā illī antiquī supplicia impiis cōstituta esse voluerunt: q̄ videlicet intelligebāt his remotis nō esse mortē ipsam pertimescendā. Nūc P. C. ego mea video quid interfit. Si eritis secuti sentētiā C. Cæsaris, quoniā hanc is Reip. viā, quę popularis habetur, secutus est, fortasse minus erunt hoc monitore, & auctore, huiusce sententiæ mihi populares impetus pertimescendi. Sin illam alteram secutī eritis, nescio an amplius mihi negotiī contrahatur. sed tamen meorum periculorum rationes vtilitas Reipu. vendicat. habemus enim etiam a C. Cæsare, sicut ipsius dignitas postulabat, & maiorū eius amplitudo, sententiam tanq̄ obsidem perpetuæ in Remp. voluntatis: intellectum est, quid interest inter leuitatem concionatorum, & animum vere popularem, saluti populī cōsulentem. video de istis, qui se populares haberī volunt, abesse non neminē, ne de capite videlicet ciuium Ro. sententiam ferat. is & nudiustertius in custodiā ciues Romanos Cethegum, & P. Lentulū dedit, & supplicationem mihi decreuit, & indices hesterno die maximis præmiis affecit. Iam hoc nemini dubium est, qui reo custodiam, quęsitori gratulationē, indici præmiū decreuit, quid de tota re, & causa iudicarit. At vero C. Cæsar intelligit, legē Semproniam esse de ciuibus Ro. constitutam. qui autem in Repu. sit hostis, eum ciuem esse nullo modo posse. deniq̄ ipsum latorem legis Sempronię iussu populī pœnas Reip. dependisse. idem & ipsum largitorē Lētulū & prodigū, nō putat, cū de pernicie Reip. & exitio huius vrbis tam acerbe tāq̄ crudeliter cogitarit, etiam appellarī posse popularē. Itaq̄ homo mitissimus, atq̄ lenissimus nō dubitat P. Lentulū æternis tenebris vinculisq̄ mandare: & sancit in posterū, ne qs huius supplicio leuādo se iactare, & in pernicie Reip. posthac popularis esse possit. adiungit etiā publicationē bonorum, vt omnes animi cruciatus, & corporis, etiā egestas, ac mendicitas cōsequat. Quāobrē siue hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad concionem, Populo Ro. charū, atq̄ iucundū. siue Syllanī sentētiā seq̄ malueritis, facile me, atq̄ vos a crudelitatis vituperatiōe defendetis,

Mors.

Spes in miseriis solatur.

Quæsitor.

Dependere pœnas.

atq; obtinebo eam multo leuiorẽ fuisse. q̃q̃ P.C. quæ potest esse in tanti sceleris immanitate punienda crudelitas? Ego em̃ de meo sensu iudico, nã ita mihi salua Rep. vobiscũ perfrui liceat, vt ego q; in hac causa vehemẽtior sum, nõ atrocitate animi moueor. quis em̃ est me mitior? sed singulari quadã humanitate & misericordia. Videor em̃ mihi hanc vrbẽ videre lucẽ orbis terrarũ, atq; arcẽ omnium gentium, subito vno incendio cõcidentẽ: cerno animo sepultam patriã, miseros atq; insepultos aceruos ciuiũ: versat ante oculos aspectus Cethegi, & furor, in vestra cęde bacchãtis. Cũ vero mihi proposui regnantẽ Lentulũ, sicut ipse se ex fatis speraſſe confessus est, purpuratũ esse & Gabiniũ, cum exercitu venisse Catilinã: tũ lamẽtationẽ matrũ familias, tũ fugã virginũ, atq; puerorũ, ac vexationẽ virginũ vestaliũ pærhorresco. & quia mihi vehementer hęc vident misera atq; miseranda, idcirco in eos, q ea pficere voluerunt, me seuerũ vehementẽq; prębebo. Etem̃ quęro, si qs paterfamilias liberis suis a seruo interfectis, atq; vxore occisa, incensa domo, supplicium de seruis q̃acerbissimũ sanxerit: vtrũ is clemens, ac misericors, an inhumanus, & crudelissimus esse videbit? Mihi vero importunus, ac ferreus, q nõ dolorẽ cruciatu lenierit. Sic nos in his oĩbus, q nos, cõiuges, liberos nostros trucidare voluerunt: q singulas vniuscuiusq; domos, hoc vniuersum Reip. domiciliũ, delere conati sunt: qui id egerũt, vt gẽtẽ Allobrogũ in vestigiis huius vrbis, atq; in cinere deflagrati imperii collocarent: si vehemẽtissimi fuerim⁹, misericordes habebimur. sin remissiores esse voluerimus, summę nobis crudelitatis in patrię ciuiũq; pnicie fama subeunda est. nisi cuipiã L. Cęsar vir fortissimus, & amãtissimus Reip. crudelior nudiustertius est visus, cũ sororis suę fœminę electissimę virũ pręsentẽ, & audientẽ vita priuandũ esse dixit: cũ auum iussu CONS. interfectũ, filiũq; eius impuberẽ ligatum a Pr. missum in carcerẽ necandũ esse dixit. Quorum quid simile fuit factũ? qđ initum delendę Reip. consiliũ? largitionis voluntas, tũ in Rep. versata est, & partiũ quędã contentio. Atq; illo tẽpore huius auus Lẽtuli clarissimus vir, armatus Gracchũ est pærsecutus. Ille graue tum vulnus accepit, ne quid de summa dignitate Reip. minueret. Hic ad euertenda fundamenta Reip. Gallos accersiuit, seruitia concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos Cethego, cæteros ciues interficiendos Gabinio, vrbẽ inflãmandam Cassio, totã Italiã vastandã diripiendãq; Catilinę. Vereamini cẽseo ne in hoc scelere tã imman̄i, ac nefario, nimis aliqd seuere statuisse videamini? cũ multo magis sit verendũ, ne remissione pœnę crudeles magis in patriã, q̃ ne seueritate animaduersionis nimis vehemẽtes in acerbissimos hostes fuisse videamur. Sed quę exaudio P.C. dissimulare non possum. iactant enim voces, quę pęrueniũt ad aures meas, eorũ q vereri vident, vt habeã satis præsidii ad ea, quæ vos statueritis hodierno die, trãsigenda. omnia prouisa, parata, & constituta sunt P.C. cum mea summa cura, atq; diligentia, tum multo etiã maiore Populi Ro. ad summũ imperium retinendũ, & ad cõmunes fortunas conseruandas voluntate. omnes adsunt oĩm ordinũ homines, deniq; omnium ætatum: plenum est forum, pleni aditus huius loci, ac templi. Causa em̃ est post vrbem conditã hæc inuenta sola, in qua omẽs sentirent vnũ, atq; idẽ, pręter eos, qui cum sibi viderent esse pęreundũ, cum omnibus potius, q̃ soli pęrire voluerunt. hosce ego homines excipio, & secerno libẽter. neq; em̃ improborũ ciuium, sed iam acerbissimorũ hostium numero habendos puto. Cęteri vero, dii immortales, qua frequentia, quo studio, qua virtute ad cõmunẽ dignitatem salutemq; consentiunt. Quid ego hic Eqtes Ro. cõmemorem? qui vobis ita summa ordinis consiliiq; concedunt, vt vobiscũ de amore Reip. certent. quos ex multorum annorũ dissensione huius ordinis, ad societatem, concordiamq; reuocatos, hodiernus dies vobiscum, atq; hæc causa coniũgit. quã coniunctionem, si in consulatu cõfirmatã meo, pærpetuam in Rep. tenuerimus, confirmo vobis, posthac malum ciuile ac domesticũ ad nullã Reip. esse venturũ partem. Pari studio defendendę Reip. conuenisse video Tribunos ærarios fortissimos viros: Scribas item vniuersos. quos cum casu hic dies ad ærarium frequentes aduocauit, video ab expectatione huius sortis, ad cõmunem salutem esse cõuersos. Ois ingenuorum adest multitudo, etiam tenuissimorũ. Quis est em̃? cui non hęc tẽpla, aspectus vrbis, possessio libertatis, lux deniq; hæc ipsa, & hoc cõmune patrię solũ, cũ sit charũ, tũ vero dulce atq; iucundũ? Opæræpreciũ est P.C. libertinorũ hominũ studia cognoscere, q fortunã ciuitatis consecuti, hanc vere suã patriã esse iudicãt: quã quidam hinc nati, & summo nati loco, non patriã suam, sed vrbem hostiũ esse iudicauerunt. Sed qd ego hos homines, ordinesq; commorẽ? quos priuatę fortunæ, quos cõmunis respublica, quos deniq; libertas ea, quæ dulcissima est, ad salutẽ patrię defendendã excitauit? seruus est nemo, qui modo tolerabili cõditione

Cerno aĩo.

L. Cæsar.

Seruitia.

Exaudio.

sit seruitutis,q̄ non audaciam ciuiū perhorrescat,qui nō obstare cupiat,qui non tantū,quā-
tum audet,& quantū potest,conferat ad cōmunē salutis voluntatē. Quare si quē vestrū for-
te cōmouet hoc,qđ auditū est,lenonē quendā Lentuli concursare circū tabernas,precio spe-
rantem sollicitare posse animos egentiū,atq; imperitorū,est id qdē cœptū atq; tētatū,sed nul
li sunt inuēti tā aut fortuna miseri,aut voluntate perditi,q̄ nō ipsum illū sellæ,atq; operis,&
quæstus quotidiani locū,qui non cubile,ac lectulū suū,q̄ denīq; nō cursum hunc otiosum ví
tę suę saluū esse velit. Multo vero maxima pars eorū,q̄ in tabernis sunt: nisi vero,id enim po
tius est dicendū,genus hoc vniuersum amicissimū est otio. Etem̄ omne eorū instrumentum,
omnis opera,ac quęstus,frequētia sustinet,alitur otio. Quorū si quęstus occlusis tabernis mi
nui solet,quid tandē incensis futurū est? Quæ cum ita sint P.C. vobis populi Ro. præsidia nō
desunt. vos ne populo Ro. deesse videamini, puidete. Habetis Consulē ex plurimis periculis,
& insidiis,atq; ex media morte,non ad vitā suā,sed ad salutē vestrā reseruatū: oēs ordines
ad conseruandā Remp. mente,voluntate,studio,virtute,voce, consentiunt: obsessa facibus,
& telis impię cōiurationis,vobis supplex manus tendit patria cōmunis: vobis vitā omnium
ciuiū,vobis arcē,& Capitoliū,vobis aras,pēnates,vobis illū ignē Vestę ppetuū,ac sempiter-
nū,vobis oīa tępla deorū,atq; delubra,vobis muros,atq; vrbis tecta cōmēdat. præterea de
vestra vita,de coniugū vestrarū,ac liberorū anima,de fortunis oīm,de sedibus, de focis ve-
stris,hodierno die iudicandū est. Habetis ducē memorē vestri,oblitū sui: quę non semp facul
tas datur,vt sui oblitus,alii memoret. Habetis oēs ordines,omnes hoīes, vniuersam Remp.
Alii in gtō id quod in ciuili causa hodierno die primum videmus,vnum atq; idem sentientem. Cogita-
te quantis laboribus fundatū imperiū,quanta virtute stabilitā libertatē, quanta deorū beni-
gnitate auctas,exaggerataſq; fortunas nox vna pene delerit. Id ne vnq̄ posthac nō modo cōsi
ci,sed ne cogitari qdem possit,vobis hodierno die puidendū est. Atq; hęc,non vt vos,q̄ mi-
hi studio pene præcurritis,excitarē,locutus sum,sed vt mea vox,quæ debet esse in Rep. prin
ceps,officio functa Consulari videret. Nunc anteq̄ ad sententiā redeo,de me pauca dicā. Ego
quanta manus est cōiuratorū,quā videtis esse permagnā, tantā me inimicorū multitudinem
suscepisse video,sed eā esse iudico turpē,& infirmā,contemptā,& abiectā. q̄ si aliqñ alicui⁹ fu
rore,& scelere concitata manus ista plus valuerit,q̄ vestra,ac Reip. dignitas,me tamen meo-
Mors oīb⁹ rum factorum,atq; consiliorū P.C. nunq̄ pœnitebit. Etem̄ mors,quā illi mihi fortasse minitā
parata. tur,omnibus est parata. vitę tantā laudē,quāta vos me vestris decretis honestastis, nemo est
assecutus. Cęteris em̄ semp bene gestę,mihi vni conseruatę Reip. gratulationē decreuistis. Sit
Viri clariſ. Scipio clarus ille,cui⁹ cōsilio, atq; virtute Annibal in Aphricā redire,atq; ex Italia decedere
coactus est: ornetur eximia laude Aphricanus, q̄ duas vrbes huic Imperio infestissimas Car-
thaginē,Numātiāq; deleuit: habeat vir egregius L. Paulus ille,cuius currū Rex potētissimus
quondā & nobilissimus Perses honestauit: sit in æterna gloria Marius,q̄ bis Italiā obsidione,
& metu seruitutis liberauit: anteponatur omnibus Põpeius,cuius res gestę,atq; virtutes iis-
dem,q̄bus solis cursus regionibus ac terminis continent: erit profecto inter horū laudes ali-
qd loci nostræ gloriæ. nisi forte maius est patefacere nobis prouincias, quo exire possimus,q̄
curare,vt etiā illi q̄ absunt,habeant quo victores reuertant. Q̄q̄ inest in vno loco conditio
melior externę victorię,q̄ domesticę: q̄ hostes alienigenę,aut oppressi seruiūt: aut recepti,be
neficio se obligatos putant. qui autem ex numero ciuiū demētia aliqua deprauati,hostes pa-
triæ semel esse cœperūt,eos,cū a pernicie Reip. repuleris,neq; vi coercere,neq; beneficio pla-
care possis. Quare mihi cū pērditis ciuibus ęternū bellū susceptū esse video. qđ ego vestro,bo
norūq; omnium auxilio,memoriaq; tantorum periculorum, quę nō modo in hoc populo, q̄
seruatus est,sed in omnium gentiū sermonibus,ac mentibus semper hęrebit,a me atq; a meis
facile propulsari posse confido. Neq; vlla profecto tanta vis reperietur, quæ coniunctionē ve
stram equitumq; Ro. & tantam conspirationem bonorum omnium perfringere,& labefacta-
re possit. Quę cum ita sint Patres conscripti,pro imperio,pro exercitu,p̄ prouincia, quā ne-
Neglígere. glexi,p̄ triūpho,cæterisq; laudis insignibus, quæ sunt a me ppter vrbē vestrā,vestręq; salu-
tis custodiā repudiata,p̄ clientelis,hospitiisq; puincialibus,quę tñ vrbanis opibus nō minore
labore tueor,q̄ cōparo: pro his igit oīmbus rebus, & p̄ meis in vos singularibus studiis, pro
q̄ hac quā prospicitis ad cōseruandā Rēp. diligētia,nihil a vobis nisi huius tēporis, totiusq;
mei Cōsulatus memoriam postulo. quæ dū erit vestris mētibus infixa, firmissimo me muro
septum esse arbitrabor. Q̄z si meā spem vis improborū fefellerit,atq; superauerit,commendo

vobis paruũ meũ filiũ:cui ꝓfecto satis erit ꝓsidii,nõ solũ ad salutẽ,sed ad dignitatẽ, si eius qui hęc omnia suo solus ꝑiculo conseruauerit,illũ esse filium meminerítis.Quapropter de summa salute vestra P.C.de vestris cõiugibus,ac liberis,de aris,ac focis,de fanis,ac templis, de totius vrbis tectis,ac sedibus,de Imꝑio,de libertate,de salute Italiæ, deꝙ vniuersa Rep. decernite diligenter,vt instituistis,ac fortiter.Habetis em̃ consulẽ,q & parere vestris decretis non dubitet:& ea,quę statueritis,quoad viuet defendere, & ꝑ se ipsum prędstare possit.

PRO L. MVRENA. ORATIO.XXIII.

VAE Precatus sum a diis immortalibus Iudices more, institutoꝙ maiorũ illo die,quo auspicato comitiis centuriatis L.Murenã Consulẽ renunciaui:vt ea res mihi,magistratuiꝙ meo, populo, plebiꝙ Romanæ bene,atꝙ feliciter eueniret:eadẽ ꝑcor ab iisdẽ diis immortalibus ob eiusdẽ hoĩs consulatũ vna cũ salute obtinendũ:& vt vestrę mentes,atꝙ sententię cũ populi Ro.voluntate, suffragiisꝙ consentiant:eaꝙ res vobis,populoꝙ Ro.pacẽ,tranqllitatẽ,otiũ,cõcordiamꝙ afferat.Qz si illa solẽnis comitiorũ ꝑcatio cõsularib9 auspiciis consecrata tantã habet in se vim,& religionẽ,quantã Reipu.dignitas postulat,idẽ ego sum ꝑcatus, vt eis quoꝙ hoĩbus, ꝙbus hic consulatus me rogãte datus esset,ea res fauste,feliciter,prosperęq eueniret. Quæ cũ ita sint Iudices,& cũ omnis deorũ immortaliũ potestas,aut translata sit ad vos,aut certe cõmunicata vobiscũ,idem cõsul eũ vestrę fidei cõmendat, q antea diis immortalibus cõmendauit, vt eiusdem hoĩs voce & declaratus cõsul,& defensus,beneficium populi Ro.cũ vestra,atꝙ oĩm ciuium salute tueatur. Et quoniã in hoc officio studiũ meę defensionis ab accusatoribus, atꝙ etiã ipsa susceptio causæ reprehẽsa est,anteq̃ pro L.Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam:non quo mihi potior hoc qdẽ in tempore sit officii mei,q̃ huiusce salutis defensio,sed vt meo facto vobis ꝓbato,maiore auctoritate ab huius honore,fama,fortuniſꝙ oĩbus inimicorũ impętus ꝓpulsare possim.Et primũ M.Catoni vitã ad certã rationis normam dirigenti,& diligentissime ꝓpendenti momẽta officiorũ oĩm,de officio meo respõdebo. Negat fuisse rectum Cato,me,& consulẽ,& legis ambitus latorẽ,& tã seuere gesto cõsulatu,causam L.Murenę attingere.Cuius reprehensio me vehemẽter mouet,nõ solũ vt vobis Iudices, ꝙbus maxime debeo,verũ etiam vt ipsi Catoni,grauissimo,atꝙ integerrimo viro rationẽ facti mei probẽ.A quo tandem M.Cato est æquius consulẽ defendi,q̃ a Consule! quis mihi in Rep.potest,aut debet esse coniunctior,q̃ is,cui Respu.a me vna traditur sustinenda,magnis meis laboribus,& ꝑiculis sustentata! Qz si in his rebus repętendis,quę mãcipii sunt,is ꝑiculũ iudicii ꝓstare debet,q se nexu obligauit,profecto etiã rectius in iudicio consulis designati,is potissimũ consul,q cõsulẽ declarauit,auctor beneficii populi Ro.defensorꝙ periculi esse debebit.Ac si vt nõnullis in ciuitatibus fieri solet,patronus huic causę publice constitueret, is potissime honore affecto defensor daretur,q eodẽ honore prędditus nõ minus afferret ad dicendũ auctoritatis,q̃ facultatis. Qz si portu soluentibus,ii qui iam in portũ ex alto inuehunt,prędcipere summo studio solent,& tẽpestatũ rationẽ,& prædonũ,& locorum:ꝙ natura affert,vt eis faueamus,qui eadẽ ꝑicula,ꝙbus nos perfuncti sumus,ingrediant:quo tandem animo me esse oportet prope iam ex magna iactatione terram videntẽ,in hũc,cui video maximas Reip.tempestates esse subeundas!Quare si est boni consulis,non solũ videre qd agatur verũ etiã prouidere quid futurũ sit,ostendã alio loco quantũ salutis cõmunis interfit, duos Consules in rep.Cal.Ianuariis esse.Qđ si ita est,non tam me officiũ debuit ad hominis amici fortunas,q̃ resp.Consulẽ ad cõmunẽ salutẽ defendẽdã vocare. Nã ꝙ legẽ de ambitu tuli, certe ita tuli,vt eã,quã mihimetipsi iãpridẽ tulerim de ciuiũ ꝑiculis defendẽdis,nõ abrogarem.Etem̃ si largitionem factam esse confiterer,idꝙ recte factũ esse defenderẽ,facerẽ improbe etiã si alius legem tulisset.Cũ vero nihil cõmissum contra legẽ esse defendã, quid est qđ meã defensionẽ latio legis impędiat!Negat esse eiusdẽ seueritatis,Catilinã exitiũ Reip.intra mœnia molientẽ,verbis,& pene imꝑio vrbe expulisse:& nũc ꝓ L.Murena dicere.Ego aũt has artis lenitatis & misericordię,quas me natura ipsa docuit,semꝑ egi libenter.illã vero grauitatis seueritatisꝙ ꝑsonã nõ appętiui,sed ab Rep.mihi impositã sustinui,sicut huius imꝑii digni

Norma rationis.

Nexu obligare.

Cõsulis boni officiũ.

Interfit salutis.

Legẽ de ambitu tulit Cicero.

tas in ſummo periculo ciuiũ poſtulabat. Q; ſi tum, cum Reſp. vím, & ſeueritatẽ deſiderabat, vici naturã, & tã vehemẽs fui, q̃ cogebar, non q̃ volebã: nunc, cũ omnes me cauſę ad miſericordiã, atq; ad humanitatẽ vocent, quanto tandẽ ſtudio debeo naturæ meæ, conſuetudiniq; ſeruire! Ac de officio defenſionis meę, ac de ratione accuſationis tuę fortaſſe etiã alia in parte orationis dicendũ nobis erit. Sed me Iudices non minus hoĩs ſapientiſſimi, atq; ornatiſſimi Ser. Sulpitii conqueſtio, q̃ Catonis accuſatio cõmouebat. qui grauiſſime & acerbiſſime ferre dixit, me familiaritatis, neceſſitudiniſq; oblitum cauſam L. Murenę contra ſe defendere.

„ Huic ego Iudices ſatisfacere cupio, voſq; adhibere arbitros. Nam cũ graue eſt vere accuſari
„ in amicitia, tum etiã, ſi falſo accuſeris, non eſt negligendũ. Ego Serui Sulpiti me in petitione tua tibi omnia ſtudia, atq; officia pro noſtra neceſſitudine & debuiſſe confiteor, & preſtitiſſe arbitror. Nihil tibi conſulatũ petenti a me defuit, qđ eſſet aut ab amico, aut a gratioſo, aut a conſule poſtulandũ. abiit illud tẽpus, mutata ratio eſt. ſic exiſtimo, ſic mihi perſuadeo, me tibi contra honorẽ L. Murenę quantũ tu a me poſtulare auſus ſis, tantũ debuiſſe: cõtra ſalutẽ, nihil debere. Neq; eñ ſi tibi tum, cũ peteres conſulatũ, affui, idcirco nunc, cũ Murenã ipſum petas, adiutor eodem pacto eſſe debeo. Atq; hoc non modo non laudari, ſed ne concedi qdẽ poteſt, vt amicis noſtris accuſantibus, non etiã alieniſſimos defendamus. Mihi aũt cũ Murena Iudices & vetus & magna amicitia eſt, quæ in capitis dimicatione a Ser. Sulpitio nõ idcir co obruetur, q; ab eodẽ in honoris contentione ſuperata eſt. Quę ſi cauſa non eſſet, tamẽ vel dignitas hoĩs, vel honoris eius, quẽ adeptus eſt, amplitudo ſummã mihi ſuperbię, crudelitatiſq; famã inuiſſet, ſi hoĩs & ſuis, & populi Ro. ornamẽtis ampliſſimi cauſam tanti periculi repudiaſſem. Neq; eñ iã mihi licet, neq; eſt integrũ, vt meũ laborẽ hominũ periculis ſubleuãdis non impertiã. Nã cũ premia mihi tãta p hac induſtria ſint data, quanta antea nemini, ſic & ſi cœperis eos, cũ adeptus ſis, deponere, eſſet hoĩs & aſtuti, & ingrati. Q; ſi licet deſinere, ſi te auctore poſſum, ſi nulla inertię, nulla ſuperbię turpitudo, nulla inhumanitatis culpa ſuſcipitur, ego vero libẽter deſino. Sin autẽ inertiã fuga laboris & deſidiã, repudiatio ſupplicũ ſuperbiã, amicorũ neglectio improbitatẽ coarguit, nimirũ hęc cauſa eſt eiuſmodi, quã nec induſtri⁹, quã nec miſericors, nec officioſus deſerere poſſit. Atq; huiuſce rei cõiecturã de tuo ipſius ſtudio Serui facillime ceperis. Nam ſi tibi neceſſe putas etiã aduerſariis amicorũ tuorũ de iure conſulentibus reſpõdere: & ſi turpe exiſtimas te aduocato illũ ipſum, quẽ cõtra veneris, cauſa cadere: noli tã eſſe iniuſtus, vt cũ tui fontes vel inimicis tuis pateant, noſtros etiã amicis putes clauſos eſſe oportere. Etem̃ ſi me tua familiaritas ab hac cauſa remouiſſet: & ſi hoc idẽ Q. Hortenſio, M. Craſſo clariſſimis viris, ſi itẽ cęteris, a qbus intelligo tuã gratiã magni æſtimari, accidiſſet: in ea ciuitate conſul deſignatus defenſorẽ nõ haberet, in qua nemini vnq̃ infimo maiores noſtri patronũ deeſſe voluerũt. Ego vero Iudices ipſe me exiſtimarẽ nefariũ ſi amico, crudelẽ ſi miſero, ſuperbũ ſi conſuli defuiſſem. Quare qđ dãdũ eſt amicitiæ, large dabitur a me, vt tecũ agã Serui non ſecus, ac ſi meus eſſes frater, q mihi eſt chariſſimus. iſto in loco qđ tribuendũ eſt officio, fidei, religioni, id ita moderabor, vt meminerim me cõtra amici ſtudiũ pro amici periculo dicere. Intelligo Iudices tris totius accuſationis partis fuiſſe, & earũ vnã in reprehenſione vitę, alterã in cõtentione dignitatis, tertiã in criminibus ambitus eſſe verſatã. Atq; harũ triũ partiũ prima illa, quę grauiſſima eſſe debebat, ita fuit infirma & leuis, vt illos lex magis quędã accuſatoria, q̃ vera maledicendi facultas de vita L. Murenæ dicere aliqd coegerit. Obiecta eſt eñ Aſia, quę ab hoc nõ ad voluptatẽ, & luxuriã expetita eſt, ſed in militari labore peragrata. Qui ſi adoleſcens patre ſuo imperatore nõ meruiſſet, aut hoſtẽ, aut patris imperiũ timuiſſe, aut a parẽte repudiatus videret: aut cũ ſedere in equis triumphantiũ pretextati potiſſimũ filii ſoleant, huic donis militaribus, patris triũphũ decorare fugiẽdũ fuit, vt reb⁹ cõmuniter geſtis pene ſimul cũ patre triũpharet. Hic vero Iudices & fuit in Aſia, & viro fortiſſimo parenti ſuo magno adiumento in periculis, ſolatio in laborib⁹, gratulationi in victoria fuit. Et ſi habet Aſia ſuſpitionẽ luxurię quandã, nõ Aſiã nunq̃ vidiſſe, ſed in Aſia cõtinẽter vixiſſe laudandũ eſt. Quãobrẽ non Aſię nomẽ obiiciendũ Murenę fuit, ex qua laus familię, memoria generi, honos & gloria nomini cõſtituta eſt: ſed aliquod aut in Aſia ſuſceptũ, aut ex Aſia deportatũ flagitiũ, ac dedecus. meruiſſe vero ſtipendia in eo bello qđ tum Populus Ro. nõ modo maximũ, ſed etiã ſolũ gerebat, virtutis: patre imperatore libẽtiſſime meruiſſe, pietatis: finẽ ſtipendiorũ patris victoriã ac triũphũ fuiſſe, felicitatis fuit. Maledicto qdem idcirco nihil in hiſce rebus loci eſt, q; oĩa laus occupauit. Saltatorẽ appellat L.

Deſuit a me.

Gratioſus

Inuiſiſſet famam.

✳

Eloquẽtia Cicero. honorifica.

Neglectio.

Cauſa cadere.

Nõ Aſiam nũq̃ vidiſſe, ſed in Aſia cõtinẽ. vix. laud.

Saltator infamis.

Murenã Cato, maledictũ est, si vere obiicit, vehemẽtis accusatoris: sin falso, maledici cõuitiatoris. Quare cũ ista sis auctoritate, nõ debes Marce arripere maledictũ ex triuio, aut ex scurrarũ aliquo conuitio: neq; temere consulẽ populi Ro. saltatorẽ vocare, sed conspicere quibus pręterea vitiis affectũ esse necesse sit eum, cui vere istud obiici possit. Nemo em̃ fere saltat sobrius, nisi forte insanit, neq; in solitudine, neq; in cõuiuio moderato atq; honesto. Intẽperstiui cõuiuii, amœni loci, multarũ delitiarũ comes est extrema, saltatio. Tu mihi arripis id, qd necesse est om̃ vitiorũ esse postremũ. relinqs illa, quibus remotis hoc vitiũ omnino esse nõ potest. nullũ turpe conuiuiũ, non amor, nõ comessatio, non libido, nõ sumptus, ostendit: & cum ea non reperiant, quæ voluptatis nomen habẽt, q̃q̃ vitiosa sunt: in quo ipsam luxuriam repe rire non potes, in eo te vmbrã luxurię reperturũ putas! Nihil igit in vitã L. Murenæ dici potest! nihil inquã om̃ino Iudices. sic a me consul designatus defendit, vt eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla pœrfidia, nulla crudelitas, nullũ pętulans dictũ in vita proferatur. Bene habet. iacta sunt fundamenta defensionis. nõdũ em̃ nostris laudibus, quibus vtar postea, sed prope inimicorum confessione, virum bonum, atq; integrum hominem defendimus. Quo constituto, facilior est mihi aditus ad contentionem dignitatis, quæ pars altera fuit accusationis.

Arripere ex triuio. Nemo fere saltat sobrius. Saltatio. Bñ habet.

Summã video esse in te Serui Sulpitii dignitatẽ generis, integritatis, industriæ, cæterorũq; ornamentorũ om̃. quibus fretũ ad consulatus pętitionẽ aggredi par est. paria cognosco esse ista in L. Murena, atq; ita paria, vt neq; ipse dignitate vinci potuerit, neq; te dignitate superarit. Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuũ. Quo loco, si tibi hoc sumis, nisi q patricius sit, neminem bono esse genere natũ, facis vt rursus plebs in Auentinũ seuocanda esse videatur. Sin autem sunt amplę, & honestę familiæ plebeiæ, & proauus L. Murenæ, & auus Prętores fuerunt: & pater cũ amplissime, atq; honestissime ex Pretura triũphasset, hoc faciliorem huic gradũ consulatus adipiscẽdi reliquit, q; is iã patri debitus, a filio petebat. Tua vero nobilitas Serui Sulpitii, tametsi summa est, tamen hoĩbus literatis, & historicis est notior, populo vero & suffragatoribus obscurior. Pater em̃ fuit equestri loco, auus nulla illustri laude celebratus. itaq; nõ ex sermone hominũ recẽti, sed ex annaliũ vetustate eruẽda est memoria nobilitatis tuæ. Quare ego te semp in nostrũ numerũ aggregare soleo, q; virtute industriaq; pfecisti, vt cum Eqtis Ro. esses filius, summa tamẽ amplitudine dignus putarere. nec mihi vnq̃ minus in Q. Põpeio nouo hoie, & fortissimo viro virtutis esse visum est, q̃ in hoie nobilissimo M. Aemilio. Etem̃ eiusdẽ animi atq; ingenii est, posteris suis, qd Põpeius fecit, amplitudinem nominis, quã non acceperit, tradere: & vt Scaurus, memoriã ꝓpe intermortuam generis sui, virtute renouare. Q̃q̃ ego iam putabã Iudices multis viris fortibus, ne ignobilitas obiiceret generis, meo labore esse pœrfectũ: q nõ modo Curiis, Catonibus, Põpeiis antiqs illis fortissimis viris, nouis hominibus, sed his recentibus Mariis, & Didiis, & Celiis cõmemorandis iacebãt. Cũ ego vero tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem, vt aditus ad cõsulatũ posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati q̃ virtuti pateret: non arbitrabar, cũ ex familia vetere, & illustri Consul designatus ab Eqtis Ro. filio Consule defenderetur, de generis nouitate accusatores esse dicturos. Etem̃ mihi ipsi accidit, vt cum duobus Patriciis, altero improbissimo, atq; audacissimo, altero modestissimo atq; optimo viro pterẽ. superaui tamẽ dignitate Catilinã, gratia Galbã. q; si id crimen homini nouo esse deberet, profecto mihi neq; inimici, neq; inuidi defuissent. Omittamus igit de genere dicere, cuius est magna in vtroq; dignitas. videamus cętera. Quęsturã vna petiit, & sum ego factus prior. Nõ est respondendũ ad oĩa. Neq; em̃ quẽq̃ vestrũ fugit, cũ multi pares dignitate fiant, vnus autẽ primũ solus possit obtinere, non eundẽ esse ordinẽ dignitatis, & renũciationis. propterea, q; renũciatio gradus habeat: dignitas aũt sit pœrsępe eadẽ omnium. Sed Quęstura vtriusq; pro pemodũ pari momẽto sortis fuit. habuit hic lege Titia prouinciã tacitã, & quietã. tu illam, cui cũ Questores sortiunt, etiam acclamari solet, Hostiensem, non tam gratiosam, & illustrẽ, q̃ negotiosam, & molestã. consedit vtriusq; nomen in Quæstura. nullũ em̃ vobis sors campũ dedit, in quo excurrere virtus cognosciq; posset. Reliqui temporis spatiũ in contẽtionem vocatur. ab vtroq; dissimillima ratione tractatũ est. Seruius hic nobiscũ hanc vrbanã militiam respondendi, scribendi, cauẽdi, plenã sollicitudinis, ac stomachi secutus est: ius ciuile didicit, multũ vigilauit, laborauit, præsto multis fuit, multorũ stultitiã pœpessus est, arrogantiam pertulit, difficultatem exorbuit, vixit ad aliorũ arbitriũ, nõ ad suũ. magna laus, & grata hominibus, vnũ hominẽ elaborare in ea scientia, quę sit multis profutura. Quid Murena interea! for

Dignitas. Renuncia-tio. Militia Vrbana. Exorbuit.

tíſſimo & ſapientíſſimo viro ſummo Impératori legatus L.Lucullo fuit. qua in legatione du xit exercitũ,ſigna cõtulit,manũ conſeruit,magnas copias hoſtíũ fudit:vrbes partim ví,par= tim obſidione cepit:Aſiã iſtã refertã & eandẽ delicatã ſic obiit,vt in ea neq; auaritię,neq; lu= xurię veſtigiũ reliquerit:maximo in bello ſic eſt verſat⁹,vt hic multas res & magnas ſine im peratore geſſerit,nullã ſine hoc imperator.Atq; hęc,q̃q̃ præſente L.Lucullo loquar, tamẽ ne ab ipſo ꝓpter pericũlũ noſtrũ conceſſam videamur habere licẽtiã fingẽdi, publicis literis te= ſtata ſunt oĩa:q̃bus L.Lucullus tãtũ laudis imꝑtit,quantũ neq; ambitioſus imperator,neq; inuidus tribuere alteri in cõmunicãda gloria debuit.Sũma in vtroq; eſt honeſtas, ſumma di gnitas.quã ego,ſi mihi ꝓ Seruiũ liceat,pari,atq; in eadẽ laude ponã.ſed nõ licet,agitat rẽ mi litarẽ,inſectaꝛ totã hãc legationẽ:aſſiduitatis,& operarũ harũ quotidianarũ putat eſſe cõſu latũ:apud exercitũ mihi fueris inqt,tot annos forũ nõ attigeris,abfueris tãdiu, vt cũ longo interuallo veneris,cũ iis q in foro habitarũt,de dignitate cõtẽdas!Primũ iſta noſtra aſſiduí= tas Seruí neſcis quãtũ interdũ afferat hoĩbus faſtidii,quãtũ ſatietatis.mihi qdẽ vehementer expedit,poſitã in oculis eſſe gratiã,ſed tamẽ ego mei ſatietatẽ magno meo labore ſupaui. & tu idẽ fortaſſe.verũtamẽ vtriq; noſtrũ deſideriũ nihil obfuiſſet.Sed vt hoc omiſſo ad ſtudio rũ,atq; artiũ contentionẽ reuertamur : quí põt dubitare,qn ad cõſulatũ adipiſcendũ multo Vigilas de nocte. plus afferat dignitatis res militaris,q̃ iuris ciuilis gloria!vigilas tu de nocte,vt tuis cõſulto ribus reſpondeas:ille,vt eo quo intẽdit,mature cũ exercitu pueniat.Te gallorũ,illũ buccina rũ cantus exuſcitat.Tu actionẽ inſtituis,ille aciẽ inſtruit.Tu caues ne tui cõſultores: ille,ne vrbes,aut caſtra capiant.Ille tenet,& ſcit vt hoſtíũ copię,tu vt aquę pluuię arceant.ille exer= Rei militaris virtus. citatus eſt in ꝓpagãdis finibus,tu in regẽdis.Ac nimirũ,dicendũ eſt eñ qđ ſentio,rei milita= ris virtus ꝓſtat ceteris oĩbus.Hęc nomẽ populo Ro.hęc huic vrbi ęternã gloriã pęperit:hæc orbẽ terrarũ parere huic imperio coegit.oẽs vrbanę res,oñia hęc noſtra ꝓclara ſtudia,& hęc forenſis laus,& induſtria,latent in tutela,ac ꝓſidio bellicę virtutis.ſimulatq; increpuit ſuſpi= tio tumultus,artes illico noſtrę cõticeſcũt.Et qm̃ mihi videris iſtã ſciẽtiã iuris, tanq̃ filiolã oſculari tuã,nõ patiar te in tãto errore verſari,vt iſtud neſcio qd,qđ tãtopere didiciſti,præ= In iuriſperitos. clarũ aliqd eſſe arbitrere.Aliis ego te virtutibus,cõtinentię,grauitatis,iuſtitię,fidei, cæteris oĩbus, cõſulatu & oñi honore ſemp digniſſimũ iudicaui.ꝙ qdẽ ius ciuile didiciſti:nõ dicã, Operã perdere. operã ꝓdidiſti,ſed illud dicã,nullã eſſe in illa diſciplina munitã ad cõſulatũ viã.oẽs.n.artes q̃ nobis populi Ro.ſtudia cõciliãt,& admirabilẽ dignitatẽ,& ꝓgratã vtilitatẽ debẽt habere.Sũ= ma dignitas eſt in iis,q militari laude antecellũt.oñia eñ quæ ſunt in imperio, & in ſtatu ci uitatis,ab iis defendi,& firmari putant.Sũma etiã vtilitas,ſiqdẽ eorũ conſilio,& periculo,cũ Rep.tũ etiã noſtris rebus ꝓfrui poſſumus.Grauis etiã illa eſt,& plena dignitatis dicẽdi facul tas,quę ſępe valuit in conſule deligẽdo,poſſe cõſilio,atq; oratione,& ſenatus,& populi,& eo rũ q res iudicãt,mẽtes ꝓmouere.Quęrit conſul,q dicendo nõnunq̃ cõprimat tribunitios fu= rores,q concitatum populũ flectat,q largitioni reſiſtat.Non mirũ ſi ob hanc facultatẽ hoĩes ſæpe etiã non nobiles conſulatũ conſecuti ſunt:præſertim cũ hæc eadẽ res plurimas gratias, firmiſſimas amicitias,maxima ſtudia pariat.Quox in iſto veſtro artificio Sulpiti nihil eſt.pri mũ dignitas in tã tenui ſciẽtia quę poteſt eſſe:res.n.ſunt paruę,ꝑpę in ſingulis literis atq; in Interpun= terpunctionib⁹ verborũ occupatę.Deinde etiã ſi qd apud maiores noſtros fuit in iſto iure ad ctiones. mirationis,id enunciatis veſtris myſteriis totũ eſt contẽptũ,& abiectũ.Poſſet agi lege nec ne, Faſtorũ ꝓmulgatio. pauci quondã ſciebant.Faſtos enim vulgo non habebant.erant in magna potentia qui conſu lebant.a quibus etiã dies tanq̃ a Chaldęis petebant.Inuentus eſt Scriba quidam Cn.Flauius, Cn.Flauiꝰ. qui cornicum oculos confixerit,& ſingulis diebus ediſcendos Faſtos populo propoſuerit,& Cornicum oculos cõfigere. ab ipſis cautis iuriſcõſultis eorũ ſapientiã cõpilarit. Itaq; irati illi, ꝙ ſunt veriti, ne dierum ratione ꝑuulgata,& cognita,ſine ſua opera lege poſſet agi, notas quaſdam compoſuerunt, vt omnibus in rebus ipſi intereſſent.cum hoc fieri beliſſime poſſet:fundus Sabinus meꝰ eſt: Lege agi. immo meus:deinde iudicium:noluerunt.fundus inquit qui eſt in agro, q Sabinus vocatur. Ex iure manu cõſertũ ſatis verboſe. cedo quid poſtea!eum ego ex iure meum eſſe aio. quid tum inde!ibi ego te ex iure manu conſertum voco. quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, vnde pe= Tibicen latinus. tebatur,non habebat.Trãſit idem iuriſconſultus tibicinis latini modo.Vnde tu me,inquit, ex iure manu conſertum vocaſti:inde ibi ego te reuoco. Prætor interea, ne pulchrum ſe ac beatum putaret, atq; aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoq; carmen compoſitum eſt, cum cæteris rebus abſurdum, tum vero nullo vſui. vtriſq; ſuperſtitibus præſentibus: iſtam

viã dico, inite viã. prẽsto aderat sapiẽs ille, q̃ inire viã doceret. redite viã. eodẽ duce redibant. Hæc iam tũ apud illos barbatos ridicula credo videbantur: hoĩes cũ recte atq; in loco cõsti-tissent, iuberi abire, vt vnde abissent, eodẽ statim redirẽt. hisdẽ ineptiis fucata sunt illa oĩa, Quãdo te in iure cõspicio. & hęc, sed an ne tu dicis, q̃ causa vindicaueris? Quę dũ erãt occulta, necessario ab eis, q̃ ea tenebãt, pętebant. postea vero puulgata, atq; in manib⁹ iactata, & excussa, inanissima prudẽtię reperta sunt: fraudis aũt & stultitię plenissima. Nã cũ permulta prę clare legibus essent cõstituta, ea iurecõsultorũ ingeniis pleraq; corrupta, ac deprauata sunt. Mulieres omnis ꝓpter infirmitatẽ consilii maiores in tutorũ potestate esse voluerunt. hi inuenerunt genera tutorũ, quæ potestate mulierũ continerent. Sacra interire illi noluerũt. horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorũ sacrorum causa reperti sunt. In omni deniq; iure ciuili ęqtatẽ reliquerunt, verba ipsa tenuerũt. vt quia in alicuius libris exẽpli causa id nomẽ inuenerãt, putarunt oẽs mulieres quę coemptionẽ facerẽt, Caias vocari. Iã illud mihi qdem mirũ videri solet, tot hoĩes, tã ingenioſos, ꝑ tot annos etiã nunc statuere nõ potuisse, vtrũ diẽ tertiũ, an pærendinũ: iudicẽ, an arbitrũ: rẽ, an litẽ dici oporteret. Itaq; (vt dixi) dignitas in ista scientia consularis nunq̃ fuit, quę tota ex rebus fictis, cõmentitiisq; cõstaret. Gratię vero multo etiã minus. Qđ eñ oñibus patet, & ęque promptũ est mihi & aduersario meo, id esse gratum nullo pacto potest. itaq; nõ modo beneficii collocandi spem, sed etiã illud, qđ aliquando fuit, licet consulere, iã pdidistis. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quę neq; extra Romã vsq̃, neq; Romę rebus prolatis quicq̃ valet. Peritus ideo haberi nemo potest, q̃ in eo qđ sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. Difficilis autẽ res ideo non putat, q̃ & perpaucis & minime obscuris literis cõtinet. Itaq; si mihi homini vehementer occupato stomachũ mouerit is, triduo me iurisconsultũ esse profitebor. Etenĩ quæ de scripto aguntur, scripta sunt omnia. neq; tamen quicq̃ tã anguste scriptũ est, quo ego non possim, qua de re agitur, addere. Quę consulunt aũt, minimo periculo respondentur. si id qđ oportet, respondeas: idẽ videare respondisse qđ Seruius. Sin aliter, etiam controuersum ius nosse, & tractare videare. Quapropter nõ solũ illa gloria militaris vestris formulis atq; actionibus anteponenda est: verũ etiam dicendi cõsuetudo longe & multũ isti vestrę exercitationi ad honorẽ antecellet. Itaq; mihi vident pleriq; initio multo hoc maluisse. post, cũ id assequi nõ potuissent, istuc potissimũ sunt delapsi. vt aiũt in Grecis artificibus, eos Aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint. sic nõnullos videmus, q̃ oratores euadere non potuerũt, eos ad iuris studiũ deuenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa etiã gratia. Etenim a vobis salubritas quædam, ab iis q̃ dicunt salus ipsa petitur. deinde vestra responsa atq; decreta & euertunt sępe dicẽdo, & sine defensione oratoris firma esse nõ possunt. in qua si satis profecissem, parcius de eius laude dicerẽ. nunc nihil de me dico, sed de his q̃ in dicendo magni sunt, aut fuerunt. Duæ sunt artes, quæ possunt locare hoĩes in amplissimo gradu dignitatis. vna imperatoris, altera oratoris boni. Ab hoc eñ pacis ornamenta retinent: ab illo belli pericula repelluntur. Cęterę tũ virtutes ipsę per se multũ valent: iustitia, fides, pudor, tẽperãtia, q̃bus te Serui excellere oẽs intelligũt. sed nũc de studiis ad honorẽ dispositis, nõ de insita cuiusq; virtute disputo. Oĩa ista nobis studia de manib⁹ excutiũt, simulatq; aliqs mot⁹ nouus bellicũ canere cœpit. Etenĩ vt ait ingeniosus poeta, & auctor valde bonus, ꝑliis ꝑmulgatis TOLLITVR E MEDIO non solũ ista vestra verbosa simulatio prudẽtiæ, sed etiã ipsa illa dña rerũ SAPIENTIA: VI GERITVR RES. SPERNITVR ORATOR nõ solũ odiosus in dicendo, ac loquax, verũ etiã BONVS: HORRIDVS MILES AMATVR. Vestrũ vero studium totum iacet. NON EX IVRE MANV CONSERTVM: SED FERRO inquit REM REPETVNT. Qđ si ita est, cedat opinor Sulpitii forũ castris, otiũ militiæ, stylus gladio, vmbra soli: sit deniq; in ciuitate ea prima res, propter quã ipsa est ciuitas omniũ princeps. Verum hæc Cato nimium nos nostris verbis magna facere demõstrat, & oblitos esse bellum illud oñe Mithridaticum cũ mulierculis esse gestũ. Qđ ego longe secus existimo Iudices, deq; eo pauca disseram. neq; eñ causa in hoc continet. Nã si omnia bella, quæ cũ Græcis gessimus, cõtemnenda sunt: derideatur de rege Pyrrho triumphus M. Curii, de Philippo T. Flaminii, de Aetolis M. Fuluii, de rege Perse L. Pauli, de Pseudophilippo Q. Metelli, de Corinthiis L. Mummii. sin hæc bella grauissima, victoriæq; eorũ bellorum gratissimę fuerũt, cur Asiaticæ nationes, atq; ille a te hostis contemnitur? Atqui ex veterũ rerum monimentis, vel maximũ bellũ populũ Romanũ cum Antiocho gessisse video: cuius belli victor L. Scipio, si

Prędinus dies.

Licet cõsulere.

Triduo iurisconsultũ se ꝓfitetur Cicero. ✳ Cõtrouersum ius.

Aulœdi, q̃ citharœdi esse nõ possunt.

Artes duæ gloriã pariunt.

Ennius.

qua parta cũ Publio fratre gloria,quã laudẽ ille Aphrica oppreſſa cognomine ipſo prę ſe ferebat,eandẽ hic ſibi ex Aſię nomine aſſumpſit.Quo qdem in bello virtus enituit egregia M. Catonis proaui tui,quo ille,cũ eſſet vt ego mihi ſtatuo,talis,qualẽ te eſſe video,nunq̃ cũ Scipione eſſet ꝓfectus,ſi cũ mulierculis belladũ arbitrareť. Neq; vero cũ P.Aphricano ſenatus egiſſet,vt legatus fratri ꝓficiſcereť,cum ipſe pauloante Annibale ex Italia expulſo,ex Aphrica eiecto,Carthagine oppreſſa,maximis pericúlis Rẽp.liberauiſſet, niſi illud graue bellum & vehemens putareť.Atq; ſi diligenter qd Mithridates potuerit,& qd effecerit, & q vir fuerit, conſideraris,omnibus regibus,cum qbus Populus Ro.bellum geſſit, hunc regẽ nimirũ antepones.quẽ L.Sylla maximo & fortiſſimo exercitu pugna excitatũ,nõ rudis imperator,vt aliud nihil dicã,cũ bellũ inuectũ totã in Aſiam,cũ pace dimiſit.quem L.Murena pater huiuſce vehementiſſime vigilãtiſſimeq; vexatũ,repreſſum magna ex parte,non oppreſſum reliqt.qui Rex ſibi aliquot annis ſumptis ad confirmãdas rationes,& copias belli,tantũ ipſe opibus,conatuq; valuit,vt ſe Oceanũ cũ Ponto,Sertorii copias cũ ſuis coniũcturũ putaret. Ad qđ bellum duobus conſulibus ita miſſis,vt alter Mithridatẽ perſequereť, alter Bithyniam tuereť: alterius res & terra,& mari calamitoſę,vehemẽter & opes regis,& nomẽ auxerunt.L.Luculli vero res tantæ extiterunt, vt neq; maius bellum cõmemorari poſſit,neq; maiore conſilio,& virtute geſtum.Nam cũ totius impetus belli ad Cyzicenorũ mœnia cõſtitiſſet:eamq; vrbem ſibi Mithridates Aſię ianuã fore putauiſſet,qua effracta & reuulſa tota pateret ꝓuincia:pfecta ab Lucullo hęc ſunt omia,vt vrbs fideliſſimorũ ſociorũ defendereť,vt omnes copię regis diuturnitate obſidionis conſumereńt.Quid illã pugnam naualem ad Tenedũ, cum cõtento curſu,acerrimis ducibus,hoſtiũ claſſis Italiam ſpe atq; animis inflata peteret,mediocri certamine,& parua dimicatione cõmiſſam arbitraris?Mitto prelia,prętereo oppugnationes oppidorũ:expulſus regno tandẽ aliquando tãtum tamen conſilio atq; auctoritate valuit, vt ſe rege Armeniorũ adiuncto nouis opibus copiiſq; renouarit.Ac ſi mihi nũc de rebus geſtis eſſet noſtri exercitus,imperatoriſq; dicendũ,plurima & maxima plia cõmemorare poſſem:ſed non id agimus.hoc dico:ſi bellũ hoc,ſi hic hoſtis,ſi ille Rex contemnendus fuiſſet,neq; tãta cura ſenatus,& populus Ro.ſuſcipiendum putaſſet,neq; tot annos geſſiſſet,neq; tãta gloria L. Lucilli,neq; vero eius belli conficiendi curã tãto ſtudio Populus Ro.ad Cn. Põpeium detuliſſet:cuius ex omnibus pugnis,quæ ſunt innumerabiles,vel acerrima mihi videť illa, quæ cũ rege cõmiſſa eſt,& ſumma cõtentione pugnata.Qua ex pugna cũ ſe ille eripuiſſet,& Boſphorũ confugiſſet,quo exercitus adire non poſſet:etiã in extrema fortuna,& fuga nomẽ tamẽ retinuit regium.Itaq; ipſe Pompeius regno poſſeſſo, ex oĩbus oris ac notis ſedibus hoſte pulſo,tamen tantũ in vnius anima poſuit:vt cũ ille omnia,quę tenuerat,adierat,ſperarat,victoria poſſideret:tamẽ nõ anteq̃ illũ vita expulit,bellũ confectũ iudicarit.Hũc tu hoſtẽ Cato cõtemnis? quocũ per tot annos,tot preliis,tot imperatores bella geſſerunt:cuius expulſi & eiecti vita tãti æſtimata eſt,vt morte eius nunciata,deniq; bellũ confectum arbitrareť.Hoc igit in bello L.Murenam legatum fortiſſimi animi, ſummi cõſilii, maximi laboris cognitum eſſe defendimus:& hanc eius operam nõ minus ad conſulatũ adipiſcendũ,q̃ hanc noſtrã forẽſem induſtriã dignitatis habuiſſe.At em̃ in prætura petitione prior renunciatus eſt Seruius.Pergitis ne vos,tanq̃ ex ſyngrapha agere cũ populo? vt quẽ locũ ſemel honoris cuipiã dederit, eundẽ reliqs honoribus debeat?Qđ enim fretum,quem Euripum,tot motus,tãtas,tã varias habere putatis agitationes fluctuũ,quãtas perturbatiões,& quantos æſtus habet ratio comitiorum?Dies intermiſſus,aut nox interpoſita ſepe perturbat omnia, & totã opinionẽ parua nõnunq̃ cõmutat aura rumoris.Sępe etiã ſine vlla aperta cauſa fit aliud,atq; exiſtimam⁹, vt nõnunq̃ ita factũ eſſe etiã populus admireť,quaſi vero nõ ipſe fecerit.Nihil eſt incertius vulgo,nihil obſcurius voluntate hominũ,nihil fallacius ratione tota comitiorũ.Quis L.Philippum ſummo ingenio,opera,gratia,nobilitate,a M.Herennio ſupari poſſe arbitrat⁹ eſt?Quis Q.Catulum humanitate,ſapientia,integritate antecellentem,a Cn. Manlio?Quis M.Scaurũ hominem grauiſſimũ,ciuẽ egregium,fortiſſimum ſenatorem, a Q. Maximo? nõ modo horũ nihil ita fore putatũ eſt,ſed ne cum eſſet factum qdẽ, quare ita factum eſſet, intelligi potuit. Nam vt tempeſtates ſępe certo aliquo cæli ſigno cõmouent,ſæpe improuiſo nulla ex certa ratione,obſcura aliqua ex cauſa concitant:ſic in hac comitiorum tempeſtate populari ſæpe intellígas,quo ſigno cõmota ſit : ſæpe ita obſcura eſt,vt caſu excitata eſſe videat. Sed tamen ſi eſt reddenda ratio,duę res vehementer in Prætura deſideratæ ſunt, quæ ambæ in conſulatu

Mithridatis potẽtia.

Cyzicus Aſię ianua.

Omnia, de duobus.

Ex ſyngrapha agere.

Comitiorũ æſtus.

Incertum vulgus.

Similitu.

tum Murenę profuerunt. Vna,expectatio muneris,q̄ & rumore nōnullo,& ſtudiis ſermonibuſq; cōpetitorū creuerat.altera,q; ii,quos in puincia,ac legatione oīs & liberalitatis & virtutis ſuę teſtis habuerat,nondū deceſſerant.Horū vtrūq; ei fortuna ad cōſulatus petitionē reſeruauit.nā & L.Luculli exercit⁹,q ad triūphū cōuenerat,idē comes L.Murenę p̄ſto fuit,& munus ampliſſimū,qđ petitio Prętur̄ deſiderabat, p̄tura reſtituit.nū tibi hæc parua videnť adiumēta,& ſubſidia cōſulatus?volūtas militū:q̄ cū p ſe valet multitudine, tum apud ſuos gratia.tum vero in conſule declarando multū etiam apud vniuerſum populū Ro,auctoritatis habet ſuffragatio militaris.imperatores em̄ comitiis cōſularibus,nō verborū interpretes deligunť.quare grauis eſt illa oratio,me ſauciū recreauit,me p̄da donauit, hoc duce caſtra cepimus,ſigna cōtulimus: nunq̄ iſte plus militi laboris impoſuit,q̄ ſibi ſumpſit:ipſe cū fortis,tū et̄iā felix.hoc quāti putas eſſe ad famā hominū ac voluntatē?etem̄ ſi tanta illis comitiis religio eſt,vt adhuc ſemper omen valuerit prærogatiuū,quid mirū eſt,in hoc felicitatis famā ſermonēq; valuiſſe?Sed ſi hęc leuiora ducis,quę ſunt grauiſſima,& hanc vrbanā ſuffragationē militari anteponis,noli ludorū huius elegantiā,& ſcenę magnificētiā valde cōtēnere,quę huic admodū profuerunt.Nā quid ego dicā populū,ac vulgus īperitoq; ludis magno pere delectari?minus eſt mirandū.q̄q̄ huic cauſę id ſatis eſt:ſunt em̄ populi, ac multitudinis comitia.quare ſi populo ludoq; magnificētia voluptati eſt,non eſt mirandū eam L.Murenæ apud populū profuiſſe.Sed ſi noſmetipſi,qui & ab delectatione omni negotiis impędimur,& in ipſa occupatione delectationes alias multas habere poſſumus,ludis tñ oblectamur, & ducimur,quid tu admirere de multitudine indocta?L.Otho vir fortis,meus neceſſarius,Equeſtri ordini reſtituit nō ſolū dignitatē,ſed etiā voluptatē.itaq; lex hæc, q̄ ad ludos p̄tinet,eſt omniū gratiſſima:q; honeſtiſſimo ordini cū ſplēdore,fructus quoq; iucunditatis eſt reſtitutus.quare delectant hoīes mihi crede ludi,etiā illos q̄ diſſimulant,nō ſolum eos,qui fatēt̄ur: qđ ego in mea petitione ſenſi.nam nos quoq; habuim⁹ ſcenā cōpetitricē.Q; ſi ego,qui trinos ludos ædilis fecerā,tamen Antonii ludis cōmouebar,tibi q̄ caſu nullos feceras, nihil huius iſtā ipſam quā irrides argēteā ſcenā aduerſatā putas? Sed hęc ſane ſint paria oīa.ſit par forē ſis opera ✳ militari ſuffragatio vrbana:ſit idē,magnificentiſſimos & nullos vnq̄ feciſſe ludos.quid?in ipſa Prætura nihil ne exiſtimas inter tuam,& iſtius ſortē interfuiſſe?huius ſors ea fuit,quā oēs tui neceſſarii tibi optabamus,iuris dicundi:in qua gloriā cōciliat magnitudo negotii,gratiā æquitatis largitio.qua in ſorte ſapiens Prętor,qualis hic fuit,offenſionem vitat æqualitate decernēdi,beneuolentiā adiungit lenitate audiēdi. egregia & ad conſulatū apta puincia,in qua laus æquitatis,integritatis,facilitatis,ad extremū ludorū voluptate cōcluditur.quid tua ſors?triſtis,atrox,quæſtio pęculatus: ex altera parte lachrymarū,& ſqualoris:ex altera plena catenarum,atq; indicum.cogendi iudices,inuiti retinendi cōtra voluntatem,ſcriba damnatus,ordo totus alienus.Syllana gratificatio reprehēſa:multi viri fortes, & propę pars ciuitatis offenſa eſt,lites ſeuere æſtimatę.cui placet,obliuiſcitur: cui dolet,meminit.poſtremo tu in prouinciā ire noluiſti,non poſſum id in te reprehendere, quod in me ipſo & Prætor,& conſul probaui.ſed tamen L.Murenæ prouincia multas bonas gratias cū optima exiſtimatione attulit.habuit proficiſcens delectū in Vmbria,dedit ei facultatē Reſp. liberalitatis:qua vſus,multas ſibi tribus,quæ municipiis Vmbriæ conficiunť,adiunxit. ipſe autem in Gallia,vt noſtri homines deſperatas iam pecunias exigerent, æquitate diligentia q; pærfecit.Tu interea Romæ ſcilicet amicis præſto fuiſti.fateor.ſed tamen illud cogita,nonnullorum amicorum ſtudia minui ſolere in eos,a quibus prouincias contemni intellīgāt.Et quoniam oſtendi Iudices parem dignitatem ad conſulatus petitionem, diſparem fortunam prouinciarium negotiorū in Murena,atq; in Sulpitio fuiſſe:dicam iam apertius in quo me⁹ neceſſarius fuerit inferior Seruius,& ea dicam vobis audientibus amiſſo iam tempore, q̄ ipſi ſoli re integra ſæpe dixi. Petere cōſulatum neſcire te Serui pærſępe dixi:& in his reb⁹ ipſis, quas te magno,& forti animo,& agere,& dicere videbā,tibi ſolitus ſum dicere,magis te forte ſenatorem mihi videri,q̄ ſapientem candidatum.Primū accuſandi terrores & minæ,quibus tu quotidie vti ſolebas,ſunt fortis viri:ſed & populi opinionem a ſpe adipiſcendi auertunt,& amicorum ſtudia debilitant.neſcio quo pacto ſemper hoc fit:neq; in vno aut altero animaduerſum eſt,ſed iam in pluribus:ſimulatq; candidatus accuſationē meditari viſus eſt, vt honorem deſperaſſe videatur.Quid ergo?acceptam iniuriam pærſequi non placet? immo vehementer placet.ſed aliud tēpus eſt petēdi,aliud p̄ſequēdi. petitorē ego,p̄ſertim cōſulat⁹,

Militaris ſuffragatio

Omen prærogatiuū.

Propę pars ciuitatis.

Quid magiſtratum petēti obſit.

magna ſpe,magno animo,magnis copiis,& in forũ,& in campũ deduci volo.nõ placet mihi inquiſitio cãdidati p̃nũcia repulſę:nõ teſtiũ poti⁹,q̃ ſuffragatorũ cõparatio:nõ minę magis, q̃ blanditię:nõ declamatio potius,q̃ pęrſalutatio.præſertim cũ iã hoc nouo more omnes fere domos omniũ concurſent,& ex vultu candidatorũ cõiecturã faciant,quãtũ quiſq; animi, & facultatis habere videatur.vides ne tu illum triſtem,demiſſum!iacet,diffidit, abiecit haſtas.ſerpit hic rumor.Scis tu illũ accuſationẽ cogitare!inquirere in cõpętitores!teſtes quære re!alium faciã,quoniam ſibi hic ipſe deſpęrat.Eiuſmodi cãdidatorũ,amici intimi debilitãtur, ſtudia deponunt,aut teſtatã rẽ abiiciunt,aut ſuã operã,& gratiã iudicio,& accuſationi reſeruant. Accedit eodẽ,vt etiã ipſe candidatus totũ animũ atq; omnem curã,operam,diligẽtiã q; ſuã in pętitione nõ poſſit ponere.adiungit ẽm accuſationis cogitatio,nõ parua res, ſed nimirũ omniũ maxima.magnũ eſt enim,te cõparare ea,quibus poſſis hominẽ e ciuitate pręſertim nõ inopem,neq; infirmũ exturbare:qui & p ſe,& p ſuos,& vero etiã p alienos defendat. omnes ẽm ad pericula ppulſanda cõcurrimus:& qui nõ aperte inimici ſumus,etiã alieniſſimis in capitis periculis amiciſſimorũ officia,& ſtudia pręſtamus.Quare ego expert⁹, & pętẽdi,& defendẽdi,& accuſandi moleſtiã,ſic intellexi:in pętẽdo ſtudiũ eſſe acerrimũ,in defendẽdo officiũ,in accuſando laborẽ.Itaq; ſic ſtatuo,fieri nullo modo poſſe,vt idẽ accuſationẽ, & pętitionem cõſulatus diligẽter adornet,atq; inſtruat.vnũ ſuſtinere pauci poſſunt,vtrũq; nemo.tu,cũ te de curriculo pętitionis deflexiſſes,animũq; ad accuſandũ tranſtuliſſes,exiſtimaſti te vtriq; negotio ſatisfacere poſſe!vehementer erraſti.quis enim dies fuit,poſtea q̃ in iſtã accuſandi denũciationẽ ingreſſus es,quem tu nõ totum in iſta ratione cõſumpſeris! Legem ambitus flagitaſti,quæ tibi non deerat.erat enim ſeueriſſime ſcripta Calphurnia. geſtus eſt mos,& volũtati,& dignitati tuę.ſed tota illa lex accuſationẽ tuã,ſi haberes nocẽtẽ reum,fortaſſe armaſſet:pętitioni vero,refragata eſt.pœna grauior in plebẽ tua voce efflagitata eſt.cõmoti animi tenuiorũ,exiliũ in noſtrũ ordinẽ.cõceſſit ſenatus poſtulationi tuæ.ſed non libenter duriorẽ fortunę cõmuni conditionẽ te auctore cõſtituit.morbi excuſationi pœna addita eſt.volũtas offenſa multorũ,quibus aut cõtra valetudinis cõmodũ laborandũ eſt,aut incommodo morbi etiã cæteri vitæ fructus relinquendi.quid ergo!hæc quis tulit!is qui auctoritati ſenatus,volũtati tuæ paruit.deniq; is tulit,cui minime proderant.Illa quę mea ſumma volũtate ſenatus frequens repudiauit,mediocriter aduerſata tibi eſſe exiſtimas! cõfuſionẽ ſuffragiorũ flagitaſti,prorogationem legis Manilię,æquationem gratię,dignitatis,ſuffragiorũ. grauiter hoĩes honeſti,atq; in ſuis ciuitatib⁹,& municipiis gratioſi tulerũt,a tali viro eẽ pugnatũ,vt oẽs & dignitatis,& gratię gradus tollerent.Idem æditicios iudices eſſe voluiſti,vt odia occulta ciuiũ,quæ tacitis nũc diſcordiis continentur,in fortunas optimi cuiuſq; erum pęrẽt.hęc omnia tibi accuſandi viã muniebant,adipiſcendi obſepiebãt.Atq; ex oĩb⁹ illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ non tacente me maxima.de qua ab hoĩe ingenioſiſſimo & copioſiſſimo Hortenſio multa grauiſſime dicta ſunt.quo etiã mihi durior locus eſt dicendi dat⁹. vt cũ ante me & ille dixiſſet,& vir ſumma dignitate & diligẽtia & facultate dicendi M.Craſſus,ego in extremo non partem aliquã agerem cauſę, ſed de tota re dicerẽ,qđ mihi videret. itaq; in hiſdẽ rebus fere verſor,& qđ poſſum Iudices,occurro veſtræ ſapientiæ.ſed tñ Seruí, quã te ſecurim putas iniecciſſe pętitioni tuæ,cũ tu populũ Ro.in eũ metũ adduxiſti,vt pertimeſceret,ne cõſul Catilina fieret:dũ tu accuſationẽ comparares,depoſita atq; abiecta petitione!Etẽm te inquirere videbãt triſtẽ ipſum:mœſtos amicos,obuerſationes, teſtificatiões,ſeductiones teſtiũ,ſeceſſionẽ ſubſcriptorũ aĩaduertebant.quibus rebus certe ipſi candidatorũ vultus obſcuriores videri ſolent.Catilinam interea alacrem,atq; lętũ,ſtipatũ choro iuuentutis, vallatũ iudicibus,atq; ſicariis,inflatum cũ ſpe militũ,tũ Collegę mei, quẽadmodum dicebat ipſe,pmiſſis,circũfluẽte colonorũ Arretinorũ & Feſulanorũ exercitu.quã turbã diſſimillimo ex genere,diſtinguebant hoĩes pęrcuſſi Syllani temporis calamitate.vultus erat ipſius plen⁹ furoris,oculi ſceleris,ſermo arrogantię.ſic vt ei iam exploratus & domi conditus conſulat⁹ videret.Murenã cõtemnebat:Sulpitiũ accuſatorẽ ſuũ numerabat,nõ competitorẽ.ei vim denũciabat,Reip.minabatur.Quibus rebus q timor bonis oĩbus iniectus ſit,quantaq; deſperatio Reip.ſi ille factus eſſet,nolite a me cõmoneri velle:voſmetipſi vobiſcũ recordamini.meminiſtis ẽm cũ illius nefarii gladiatoris voces pcrebuiſſent,quas habuiſſe in cõcione domeſtica dicebat:cũ miſerorũ fidelẽ defenſorẽ negaſſet inueniri poſſe,niſi eũ q ipſe miſer eſſet:integrorũ & fortunatorũ promiſſis,ſaucios,& miſeros credere non oportere.quare q cõſũpta

Haſtas abiecit.

Accuſandi difficultas.

Geſtus eſt mos.

Aeditícii iudices.

Securim iniicere.

Catilinę ne farię voces

replere,erepta recuperare vellēt,ſpectarent quid ipſe deberet,quid poſſideret, quid auderet: miníme timidū,& valde calamitoſum eſſe oportere eū,qui eſſet futurus dux & ſignifer calamitoſoꝝ.Tum igit̄ his rebus auditis meminiſtis fieri Senatuſcōſultū referēte me,ne poſtero die comitia haberent̄,vt de his rebus in ſenatu agere poſſemus.itaq; poſtridie frequēti ſenatu Catilinam excitaui:atq; eū de his rebus iuſſi,ſi quid vellet,quę ad me allatę eſſent,dícere. Atq; ille vt ſemp fuit apertiſſimus,non ſe purgauit,ſed indicauit,atq; innuit.Tū enim dixit, duo corpora cē Reip.vnū debile infirmo capite,alterū firmū ſine capite.huic,cū ita de ſe meritū eſſet,caput ſe viuo nō defuturū,cōgemuit ſenatus frequens,neq; tñ ſatis ſeuere ꝓ rei indignitate decreuit.nā partim ideo fortes in decernendo nō erant,quia nihil timebāt:partim quia timebāt.Tū erupit e ſenatu triūphās gaudio,quē oīno viuū illinc exire nō oportuerat. preſertim cū idem ille in eodē ordine paucis diebus ante Catoni fortiſſimo viro iudiciū minitanti,ac denūciāri reſpōdiſſet:ſi qđ eſſet in ſuas fortunas incēdiū excitatū,id ſe non aqua ſed ruina reſtincturū. His tum rebus cōmot⁹,& q̄ hoſtes iam tū cōiuratos cum gladiis in cāpum deduci a Catilina ſciebā,deſcendi in cāpū cū firmiſſimo p̄ſidio fortiſſimorū virorum, & cū illa lata inſigniq; lorica,nō quæ me tegeret. etem̄ ſciebā Catilinā non latus aut ventrē, ſed caput & collū ſolere petere. verū vt oēs boni aīaduerterēt;& cū in metu & periculo cōſulem viderent,id qđ eſt factum,ad opem p̄ſidiumq; cōcurrerent.Itaq; cū te Serui remiſſiorem in petendo putarent,Catilinam & ſpe & cupiditate inflammatum viderēt, oēs qui illam ab Rep.peſtem depellere cupiebant,ad Murenā ſe ſtatim contulerunt.magna eſt aūt comitiis cōſularibus repentina voluntatū inclinatio,præſertim cum incubuit ad virū bonū,& multis aliis adiumentis petitionis ornatum.qui cū honeſtiſſimo patre,atq; maioribus,modeſtiſſima adoleſcentia,clariſſima legatione,Prætura probata in iure,grata in munere , ornata in prouincia,petiſſet diligenter: & ita petiſſet,vt neq; minanti cederet,neq; cuiq̄ minaret: huic mirandum eſt,magno adiumēto Catilinæ ſubitam ſpem cōſulatus adipiſcendi fuiſſe! Nūc mihi tertius ille locus eſt orationis de ambitus criminibus,perpurgat⁹ ab iis,qui ante me dixerunt:a me quoniā ita Murena voluit,retractandus.Quo in loco Poſthumio familiari meo ornatiſſimo viro de diuiſoꝝ indiciis,& de deprehēſis pecuniis:adoleſcēti ingenioſo & bono, Seruio Sulpitio de equitū centuriis:M.Catoni homini in omni virtute excellenti de ipſi⁹ ac cuſatione, de ſenatuſcōſulto,de rep,reſpondebo.Sed pauca quæ meum animū repēte mouerunt,prius de L.Murenę fortuna conquerar.Nam cū ſæpe antea Iud.& ex aliorū miſeriis, & ex meis curis,laboribuſq; quotidianis,fortunatos eos homines iudicarem,qui remoti a ſtudiis ambitionis,otium ac tranquillitatem vitę ſecuti ſunt:tum vero in his L.Murenæ tātis, tamq; improuiſis periculis ita ſum animo affectus,vt non queam ſatis neq; cōmunē omniū noſtrū conditionem,neq; huius euentū fortunāq; miſerari.qui primū dū ex honoribus continuis familiæ maiorumq; ſuorum vnum aſcendere gradum dignitatis conatus eſt,venit in periculum,ne & ea quæ relicta,& hæc quæ ab ipſo parata ſunt,amittat.deinde propter ſtudium nouæ laudis,etiam in veteris fortunæ diſcrimen adducitur.quæ cum ſunt grauia Iudices,tum illud acerbiſſimum eſt,q; habet eos accuſatores,non qui odio inimicitiarū ad accuſandum,ſed qui ſtudio accuſandi ad inimicitias deſcenderent.Nam vt omittam Seruium Sulpitium,quem intellígo non iniuria L.Murenæ,ſed honoris contentione permotum,accuſat paternus amicus Cn.Poſthumius,vetus vt ait ipſe vicinus,ac neceſſarius, qui neceſſitudinis cauſas complurís protulit,ſimultatis nullam commemorare potuit:accuſat Serui⁹ Sulpitius ſodalis filii,cuius ingenio paterni omnes neceſſarii munitiores eſſe debebant: accuſat M.Cato,qui q̄q̄ a Murena nulla re vnq̄ alienus fuit,tamen ea cōditione nobis erat in hac ciuitate natus,vt eius opes,& ingenium præſidio multis etiam alieniſſimis,vix cuiq̄ inimicus eſſe deberet.Reſpondebo igitur Poſthumio primum,qui neſcio quo pacto mihi videtur Prętorius candidatus in conſularem,quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. cuius competitores ſi nihil deliquerūt,dignitati eorum conceſſit,cum petere deſtitit.ſin autem eorum aliquis largitus eſt,expetendus amicus eſt,qui alienam potius iniuriā,q̄ ſuā perſequatur.

Duo corpora reip.

Cādidatus p̄torius. Deſultori⁹

Ea omnia,quæ & Poſthumio,& Ser.Sulpitio adoleſcenti reſponſa ſunt,deſiderantur.

Venio nunc ad M.Catonem,quod eſt firmamentum,ac robur totius accuſationis,qui tamē ita grauis eſt accuſator,& vehemens,vt multo magis eius auctoritatem q̄ criminationē per

timeſcã. In quo ego accuſatore Iudices primũ illud deprecabor, ne qd L. Murenę dignitas illius, ne qd expectatio tribunatus, ne qd totius vitæ ſplendor, & grauitas noceat: deniq; ne ea ſoli huic obſint bona M. Catonis, quę ille adept⁹ eſt, vt multis ꝓdeſſe poſſet. Bis cõſul fuerat P. Aphricanus, & duos terrores huius imperii Carthaginẽ, Numantiamq; deleuerat, cũ accuſauit L. Cottam, erat in eo ſumma eloquẽtia, ſumma fides, ſumma integritas, auctoritas tãta quanta in imperio populi Romani, qđ illius opera tenebat. Sępe hoc maiores natu dicere audiui, hanc accuſatoris eximiã dignitatẽ plurimũ L. Cottæ profuiſſe. noluerũt ſapiẽtiſſimi homines, q tũ rem illam iudicabant, ita quenq; cadere in iudicio, vt nimiis aduerſarii viríb⁹ abiectus videret. Quid Sergiũ Galbam, (nam traditũ memoriæ eſt) nonne proauo tuo fortiſſimo, atq; florentiſſimo viro, M. Catoni incũbenti ad eius perniciem populus Ro. eripuit? Semper in hac ciuitate nimis magnis accuſatorũ opib⁹, & populus vniuerſus, & ſapiẽtes ac multũ in poſterũ proſpicientes iudices reſtiterũt. nolo accuſator in iudiciũ potentiã afferat, non vim maiorem aliquã, nõ auctoritatẽ excellentẽ, non nimiã gratiã. valeant hęc omnia ad ſalutem innocẽtiũ, ad opem impotẽtũ, ad auxiliũ calamitoſorũ. in periculo vero & in pernicie ciuiũ repudient. Nã ſi qs hoc forte dicet: Catonem deſcenſurũ ad accuſandũ nõ fuiſſe, niſi pri⁹ de cauſa iudicaſſet: iniquã legem Iudices, & miſerã cõditionẽ inſtituet periculis hoĩm, ſi exiſtimabit iudiciũ accuſatoris in reũ ꝓ aliquo præiudicio valere oportere. Ego tuũ cõſiliũ Cato ꝓpter ſingulare animi mei de tua virtute iudiciũ, vituperare nõ audeo: nõnulla in re forſitan conformare, & leuiter emẽdare poſſim. nõ multa peccas inqt ille fortiſſimo viro ſenior
» magiſter: ſed ſi peccas, te regere poſſum. at ego te veriſſime dixerim, peccare nihil, neq; vlla ĩ
re te eẽ huiuſmodi, vt corrigẽdus poti⁹, q̃ leuiter inflectẽdus eẽ videare. finxit em̃ te ipſa natura ad honeſtatem, grauitatẽ, tẽperantiã, magnitudinẽ animi, iuſtitiam, ad oẽs deniq; virtutes magnũ hominẽ & excelſum. acceſſit his tot, doctrina nõ moderata, nec mitis: ſed, vt mihi videt, paulo aſperior, & durior, q̃ aut veritas, aut natura patiat. & qm̃ non eſt nobis hęc oratio habenda aut cũ imperita multitudine, aut in aliquo cõuentu agreſtiũ, audacius paulo de ſtudiis humanitatis, q̃ & mihi, & vobis, nota, & iudicãda ſunt, diſputabo. In M. Catone Iudices hæc bona, q̃ videmus diuina & egregia, ipſius ſcitote eſſe propria. quæ nonnunq̃ requirimus, ea ſunt oĩa nõ a natura, ſed a magiſtro. fuit em̃ qdam ſummo ingenio vir, Zeno, cuius inuentorũ ęmuli Stoici nominant. huius ſententiæ ſunt, & præcepta, eiuſmodi. ſapientẽ gratia nunq̃ moueri: nunq̃ cuiuſq̃ delicto ignoſcere: neminẽ miſericordem eſſe, niſi ſtultũ, & leuem: viri non eſſe, neq; exorari, neq; placari: ſolos ſapiẽtes eſſe, ſi diſtortiſſimi ſint, formoſos: ſi mendiciſſimi, diuites: ſi ſeruitutẽ ſeruiant, reges. nos autem qui ſapientes nõ ſumus, fugitiuos, exules, hoſtis, inſanos deniq; eſſe dicũt. omnia peccata eſſe paria: omne delictũ ſcelus eſſe nefariũ: nec minus delinquere eũ, q gallũ gallinaceũ, cũ opus nõ fuerit, q̃ eum, q patrẽ ſuffocauerit. ſapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, ſententiã mutare nunq̃. hæc homo ingenioſiſſimus M. Cato auctorib⁹ eruditiſſimis inductus arripuit, neq; diſputãdi cauſa, vt magna pars, ſed ita viuendi. Petunt aliqd Publicani. caue quicq̃ habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt miſeri, & calamitoſi. ſceleratus & nefarius fueris, ſi quicq̃ miſericordia adductus feceris. Fatetur aliquis ſe peccaſſe, & eius delicti veniam petit. nefarium eſt facinus ignoſcere. At leue delictum eſt. omnia peccata ſunt paria. dixiſti quippe: iam fixum, & ſtatutum eſt. Nõ re ductus es, ſed opinione. ſapiẽs nihil opinatur. Erraſti aliqua in re, male dici putat. Hac ex diſciplina nobis illa ſunt. dixi in ſenatu me nomen conſularis candidati delaturum. iratus dixiſti. nunq̃ inquit ſapiens iraſcitur. At tẽporis cauſa. improbi inquit hominis eſt mendacio fallere. mutare ſententiam, turpe eſt: exorari, ſcelus: miſereri, flagitiũ. Noſtri aũt illi (fatebor em̃ Cato, me quoq; in adoleſcentia diffiſum ingenio meo quæſiſſe adiumenta doctrinæ) noſtri inquã illi a Platone, & Ariſtotele moderati homines & temperati, aiunt apud ſapientem valere aliquando gratiam: viri boni eſſe, miſereri: diſtincta genera eſſe delictorum, & diſpares pœnas: eſſe apud hominẽ cõſtantẽ ignoſcendi locum: ipſum ſapientem ſæpe aliquid opinari, qđ neſciat, iraſci nonnunq̃, exorari eundem, & placari: qđ dixerit, interdum ſi ita rectius ſit, mutare, de ſententia decedere aliquando, omnes virtutes mediocritate quadam eſſe moderatas. Hos ad magiſtros ſiqua te fortuna Cato cum iſta natura detuliſſet, non tu quidem vir melior eſſes, nec fortior, nec temperantior, nec iuſtior (neq; enim eſſe potes) ſed paulo ad lenitatẽ propenſior. non accuſares nullis adductus inimicitiis, nulla laceſſitus iniuria, pudẽtiſſimum hominẽ, ſumma dignitate, atq; honeſtate ꝓditũ: puta-

Carthago & Numantia terrores duo ĩperii.

Catonis virtutes.

Humanitatis ſtudia.

Zenonis ſententiæ.

Ignoſcere facinus.

Platonis & Ariſtotelis præcepta.

res,cū in eiuſdē anni cuſtodia,te atq; L.Murenā fortuna poſuiſſet,aliquo te cū hoc reip.vin culo eſſe cōiunctū,qđ atrociter in ſenatu dixiſti,aut nō dixiſſes, aut ſepoſuiſſes, aut mitiorē in partē interpretarere.Ac te ipſum(quantū ego opinione auguror)nūc & animi quodā im petu cōcitatū,& vi naturæ atq; ingenii elatū,& recentibus p̄ceptoꝝ ſtudiis flagrantē,iā vſus flectet,dies leniet,ætas mitigabit.etēm iſti ipſi mihi videnť veſtri p̄ceptores, & virtutis ma giſtri fines officiorū paulo longius,q̄ natura vellet,protuliſſe:vt cū ad vltimū animo cōten diſſemus,ibi tamen,vbi oporteret,cōſiſteremus.nihil ignoueris,immo aliquid, nō omnia.ni hil gratiæ cauſa feceris:immo reſiſtito gratię,cū officiū & fides poſtulabit.miſericordia cō motus ne ſis etiam in diſſoluēda ſeueritate.ſed tñ eſt laus aliqua humanitatis.in ſentētia p̄r maneto:enimuero niſi ſententia alia vicerit melior. Huiuſcemodi Scipio ille fuit,quem non pœnitēbat facere idem,qđ tu.habere eruditiſſimum hominē,& pene diuinū domi,cuius ora tione,& p̄ceptis,q̄q̄ erant eadem iſta,quæ te delectant,tamen aſp̄rior nō eſt factus,ſed(vt ac cepi a ſenibus)leniſſim⁹.Quis vero C.Lęlio comior?quis iucundior,eodē ex ſtudio iſto? qs illo grauior?ſapientior?Poſſum de L.Philippo,de C.Gallo dicere hæc eadē.ſed te domū iam deducam tuā.quenq̄ ne exiſtimas Catone proauo tuo commodiorē,comiorem,moderatio rem fuiſſe,ad omnē rationē humanitatis?de cuius p̄eſtanti virtute cum vere grauiterq; di ceres,domeſticū te habere dixiſti exemplū ad imitandū. Eſt illud quidē exemplū tibi propoſi tū domi,ſed tamen naturę ſimilitudo illius,ad te magis,qui ab illo ortus es, q̄ ad vnūquēq; noſtrum p̄ruenire potuit.ad imitandū vero tā mihi propoſitū exemplar illud eſt,q̄ tibi.ſed ſi illius comitatē,& facilitatē tuę grauitati,ſeueritatiq; aſp̄rſeris,non iſta quidē erunt melio ra,q̄ nūc ſunt optima,ſed certe cōdita iucundius.Quare vt ad id,qđ inſtituí,reuertar,tolle mihi e cauſa nomen Catonis:remoue,ac prætermitte auctoritatem,quę in iudiciis aut nihil valere,aut ad ſalutē debet valere:cōgredere mecū criminib⁹ ipſis.qd accuſas Cato? quid af fers in iudiciū?quid arguis?ambitum accuſas.non defendo.me reprehendis, q; idem defen dam,qđ lege punierim.puniui ambitum,non innocētiā.ambitum vero ipſum vel tecū accu ſabo,ſi voles. Dixiſti ſenatuſconſultū me referente eſſe factū:ſi mercede corrupti obuiā can didatis iſſent:ſi conducti ſectarenť:ſi gladiatoribus, vulgo locus tributim, & item prandia, ſi vulgo eſſent data,contra legē Calphurniam factum videri.Ergo ita ſenatus ſi iudicat,con tra legem facta hęc videri,ſi facta ſint,decernit qđ nihil opus eſt,dum candidatis morem ge rit.nam factum ſit nec ne,vehementer quęrit.ſi factum ſit,quin contra legem ſit,dubitare ne mo poteſt.eſt igitur ridiculū:qđ eſt dubiū,id relinquere incertū:qđ nemini dubiū pōt eſſe,id iudicare.Atq; id decernitur omnibus poſtulantibus candidatis, vt ex S.C. neq; cuius inter ſit,neq; cōtra quem ſit,intelligi poſſit.Quare doce a L.Murena illa eſſe cōmiſſa.tum egomet tibi contra legem cōmiſſa eſſe concedam.Multi obuiam prodierūt de p̄uincia decedenti,Cō ſulatū petenti. ſolet fieri.eccui autē non proditur reuertenti?quę fuit iſta multitudo?primū ſi tibi iſtam rationem non poſſim reddere,quid habet admirationis tali viro aduenienti,can didato cōſulari,obuiā prodiſſe multos?qđ niſi eſſet factū,magis mirādū videretur.qd ſi etiā illud addā,qđ a cōſuetudine non abhorret,rogatos eſſe multos? nū aut criminoſum ſit,aut mirandū,qua in ciuitate rogati infimorū hominum filios p̄p̄ de nocte ex vltima ſæpe vrbe deductum venire ſoleamus,in ea nō eſſe grauatos homines prodire hora tertia in campum Martiū,p̄ſertim talis viri nomine rogatos?quid ſi oēs ſocietates venerūt? quarū ex numero multi ſedēt iudices.quid ſi multi hoſtes noſtri ordinis, honeſtiſſimi?qd ſi illa officioſiſſima, q̄ neminē patiť non honeſte in vrbē introire,tota natio candidatoꝝ?ſi deniq; ipſe accuſator noſter Poſthumius obuiā cū bene magna caterua ſua venit?quid habet iſta multitudo admi rationis?omitto clientes,vicinos,tribulis,exercitū totū Luculli,qui ad triūphū p̄r eos dies venerat.hoc dico.frequētiā in iſto officio gratuitā nō modo dignitati vllius vnq̄,ſed ne vo luntati qdē defuiſſe.At ſectabanť multi.doce mercede,cōcedam eſſe crimen.hoc quidē remo to,qđ reph̄dis?Quid opus eſt,inquit,ſectatorib⁹?a me tu id queris?quid opus ſit eo,quo ſem p̄r vſi ſumus?homines tenues vnū habēt in noſtrū ordinē aut p̄merendi,aut proferendi be neficii locū,hāc in noſtris p̄titionib⁹ operā,atq; aſſectationē.neq; em̄ fieri poteſt,neq; poſtu lādū eſt a nobis,aut ab Eqtibus Romanis,vt ſuos neceſſarios cādidatos,ſectenť totos dies:a quibus ſi domus noſtra celebrať,ſi interdū ad forū deducimur,ſi vno baſilicę ſpatio honeſta mur,diligēter obſeruari videmur,& coli.tenuiorū & nō occupatoꝝ amicoꝝ eſt iſta aſſiduí tas.quorū copia bonis viris,& beneficis deeſſe nō ſolet.Noli igiť eripere hūc inferiori gene

Auguror opinione.

Aſp̄rſeris ſeueritati.

Ex vltima vrbe.

Natio cādi datorum.

rí hominũ fructũ officíi Cato: ſine eos, qui omnía a nobis ſpẽrãt, habere ipſos quoq; alíquíd, qđ nobis tribuere poſſint. ſi níhíl erit prẽter ípſoꝝ ſuffragiũ, tenue eſt: ſi vt ſuffragant, níhil valẽt gratía: ípſi deniq; vt ſolẽt loquí, nõ dícere ꝑ nobis, nõ ſpõdere, nõ vocare domũ ſuã poſ

Cõpenſarí opera ſua.

ſunt. atq; hæc a nobis pẽtũt oía: neq; vlla re alia, q̃ a nobis cõſequunt, níſi opera ſua cõpẽſarí putãt poſſe. itaq; & legi Fabíę, q̃ eſt de numero ſectatoꝝ, & S.C. qđ eſt L. Cæſare cõſule factũ, reſtiterũt. nulla eſt. n. pœna, q̃ poſſit obſeruãtiã tenuioꝝ ab hoc vetere inſtítuto officíorũ ex cludere. At ſpectacula ſunt tributím data, & ad prandíũ vulgo vocatí. etſi hoc factũ a Mure na oĩno Iudices nõ eſt, ab eius amicís aũt more & modo factũ eſt, tñ admonit⁹ re ipſa, recor dor quantũ hę quęſtiones in ſenatu habitę punctorũ nobis Serui detraxerint. qđ em̃ tempus fuit, aut noſtra, aut patrum noſtroꝝ memoría, quo hæc ſiue ambitio eſt, ſiue líberalitas, non fuerit? vt locus & in circo, & in foro daret amícis, & tribulíbus? hæc homines tenuiores pri mum, nondum qui ea ſuis tribulíbus vetere inſtituto aſſequebantur.

Deſunt nonnulla.

Præfectũ fabrũ ſemel locũ tribulíbus ſuís dediſſe, quid ſtatuent in víros primarios, q̃ in Cír co totas tabernas tribuliũ cauſa cõparárũt? hæc omnia ſectatorũ, ſpectaculorũ, prandíorum item crímina a multitudine in tuã nimiã dílígẽtiã Serui cõiecta ſunt: in quibus tamen Mu rena ab ſenatus auctoritate defenditur. Quid enim ſenatus? num obuiam prodire crímen putat? non. ſed mercede. conuínce. num ſectarí multos? non. ſed conductos. doce. num locum

Vulgo.

ad ſpectandum dare? aut ad prandíum inuitare? minime. ſed vulgo, paſſim. quid eſt vul go? vniuerſos. non igítur ſi L. Nacta ſummo loco adoleſcens, qui & quo animo iam ſit, & qualis vír futurus ſit, vídemus, in equítum centuríis voluit eſſe, & ad hoc officium neceſſí tudínis, & ad reliquum tempus gratioſus, id erit eius vitrico fraudí, aut crímini. nec ſi vír go Veſtalis huius propinqua, & neceſſaría locum ſuum gladiatoríũ cõceſſit huic, nõ & ílla pie fecit, & hic a culpa eſt remotus. oía hęc ſunt officia neceſſarioꝝ, cõmoda tenuiorum, mu

Munía.

nía candidatoꝝ. At em̃ agit mecũ auſtere & Stoice Cato. negat verũ eſſe allíci beneuolentiã cíbo, negat iudiciũ hominũ in magiſtratíb⁹ mãdandis corrũpi voluptatíbus oportere. Ergo ad cœnam pętitionis cauſa ſi quis vocat, cõdemnet. Quippe inquit tu mihi ſummũ ímperiũ, ſũmã auctoritatẽ, tu gubernacula Reip. pętas fouendis hoĩm ſenſib⁹, & deliniendis animis, &

Lenocíniũ.

adhibendis voluptatibus? vtrũ lenocíniũ inquit a grege delicatę iuuentutis, an orbis terra rũ ímperiũ a populo Ro. pętebas? Horribilis oratio. ſed eã vſus, vita, mores, ciuitas ípa reſpuit.

Accumbe re í robore.

Neq; tñ Lacedęmonii auctores iſtius vitę, atq; oratíonis, qui quotidianis epulis in robore ac cumbunt: neq; vero Cretes, quorũ nemo guſtauit vnq̃ cubãs: meli⁹ q̃ Romani homines, qui

Guſtauit cubans.

tempora voluptatis laboriſq; diſpertiũt: Reſp. ſuas retinuerũt. quorũ alteri vno aduentu no ſtrí exercítus deleti ſunt. alteri noſtri ímperíí præſidío diſciplinã ſuã legeſq; cõſeruãt. Quare noli Cato maioꝝ inſtituta, quę res ipſa, q̃ díuturnitas ímperíí cõprobat, nimiũ ſeuera oratio ne reꝑhendere. fuit eodẽ ex ſtudío vír erudit⁹ apud patres noſtros, & honeſt⁹ hõ, & nobilis, Q. Tubero. Is, cũ epulũ Q. Maxímus Aphrícani patrui ſui noĩe ppĩo Ro. daret, rogatus eſt a Maxímo, vt tricliníũ ſterneret: cũ eẽt Tubero eiuſdẽ Aphrícani ſororis fílí⁹, atq; ille hõ eru

Lectuli Pu nicani.

dítiſſim⁹, ac Stoic⁹, ſtrauit pẽlliculis hœdínis lectulos punicanos, & expoſuit vaſa Samía: q̃ſi vero eſſet Díogenes Cynicus mortuus, & nõ díuíni hoĩs Aphrícani mors honeſtaret: quem

P. Aphrica ní laus.

cũ ſupremo eius die Maximus laudaret, gratías egit díis ímmortalíb⁹, ꝙ ille vír in hac Rep. potiſſimũ natus eſſet. neceſſe em̃ fuiſſe, ibi eſſe terrarũ ímperiũ, vbi ille eſſet. Huius in morte celebrãda grauiter tulit populus Ro. hanc puerſam ſapiẽtiã Tuberonis. itaq; homo íntegerrímus, ciuis optímus, cũ eſſet L. Pauli nepos, P. Aphrícani, vt dixi, ſororis fílius, hís hœdínis

Luxuríam priuatãpo. Ro. odit.

pẽlliculis Prętura deiectus eſt. Odit populus Ro. priuatã luxuriã, publícã magnifícentiã dilí gít. nõ amat ꝑfuſas epulas, ſordes & inhumanitatẽ multo minus. diſtinguit ratiõnẽ officío rũ, ac tẽporũ, viciſſitudinẽ laboris, ac voluptatis. Nã qđ ais nulla re allíci hoĩm mentes opor tere ad magiſtratũ mãdãdũ, níſi dignitate: hoc tu ipſe in quo ſumma eſt dignitas, nõ ſeruas. cur em̃ quenq̃, vt ſtudeat tíbi, vt te adiuuet, rogas? rogas tu me, vt mihi prẽfis, vt cõmittam ego me tibi. quid tandẽ? iſtuc me rogari oportet abs te? an te potius a me, vt ꝑ mea ſalute la

Nomẽcla tor.

borem, pẽriculũq; ſuſcipias? Quid, ꝙ habes nomenclatorẽ? in eo quidẽ fallis, & decípis. nam ſi noĩe appellari abs te ciuís tuos honeſtũ eſt, turpe eſt eos notiores eẽ ſeruo tuo, q̃ tibí. ſin etiã noris, tñ pær monitorẽ appellãdí ſunt? cur ante pętis q̃ inſuſurrauit? aut quid cũ admoneris, tamẽ quaſi tute noris, ita ſalutas? quid poſteaq̃ es deſignatus, multos ſalutas negligentius?

hæc omnia ad rõnẽ ciuitatis si dirigas, recta sunt. sin perpendere ad disciplinę pcepta velis, re periantur prauissima. Quare nec plebi Ro. eripiẽdi fructus isti sunt ludorũ, gladiatorũ, conui uiorũ, quæ omnia maiores nostri comparauerunt: nec candidatis ista benignitas adimenda est, quę liberalitatem magis significat, q̃ largitionem. At enim te ad accusandum Resp. addu xit. Credo Cato te isto animo, atq; ea opinione venisse. sed tu imprudentia laberis. ego qđ fa cio Iudices cũ amicitię, dignitatisq; L. Murenę gratia facio: tum me pacis, otii, cõcordię, liber tatis, salutis, vitæ deniq; omniũ vestrum causa facere clamo, atq; testor. Audite, audite cõsu lem Iudices, nihil dicã arrogantius, tantũ dicã, totos dies, atq; noctes de Rep. cogitantẽ. vsq; eo L. Catilina Rẽp. despexit, atq; contempsit, vt ea copia, quã secũ eduxit, se hãc ciuitatem op pressurum arbitraret? lati⁹ patet illius scelęris cõtagio, q̃ qsq̃ putat: ad plures ptinet. intus, in tus inquã est equus Troian⁹, a quo nũq̃ me cõsule dormiẽtes opprimemini. Quæris a me qd ego Catilinã metuã? nihil. & curaui, ne qs metueret. sed copias illius, quas hic video, dico eẽ metuẽdas. nec tã timẽdus est nũc exercit⁹ L. Catilinæ, q̃ isti, q illũ exercitũ deseruisse dicunt. nõ. n. deseruerũt, sed ab illo in speculis, atq; insidiis relicti, in capite atq; in ceruicib⁹ nostris re stiterunt. hi & integrũ cõsulẽ, & bonũ imperatorẽ, & natura, & fortuna cum Reip. salute cõ iũctũ deiici de vrbis pręsidio, & de custodia ciuitatis vestris sententiis deturbari volũt. quo rum ego ferrũ, & audaciã reiecí in campo, debilitaui in foro, cõpressi etiã domi meę sæpe Iu ces: his vos si alterum cõsulẽ tradideritis, plus multo erũt vestris sentẽtiis, q̃ suis gladiis cõ secuti. Magni interest Iudices, id quod ego multis repugnantibus egi, atq; perfeci, esse Calẽ. Ian. in Rep. duos consules. nolite arbitrari mediocribus cõsiliis, aut vsitatis viis, aut lege im proba, aut pernicioſa largitione auditum aliquãdo aliqđ malũ Reip. quæri. Inita sunt in hac ciuitate cõsilia Iudices vrbis delendæ, ciuium trucidandorũ, nominis Romani extinguendi. Atq; hęc ciues, ciues inquã (si eos hoc noĩe appellari fas est) de patria sua & cogitãt, & cogi tauerũt. horum ego quotidie cõsiliis occurro, audaciã debilito, sceleri resisto. sed vos moneo Iudices, in exitu est iam meus consulatus. nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentię, nolite adimere eum cui rẽp. cupio tradere incolumẽ ab his tantis periculis defendẽdã. Atq; ad hæc mala Iud. quid accedat aliud non videtis? te te appello Cato: nõne prospicis tempesta tẽ anni tui? iã. n. hesterna cõcione intonuit vox pernicioſa designati Tr. Collegæ tui, contra quẽ multũ tua mẽs, multũ oẽs boni prouiderũt, qui te ad tribunatus petitionẽ vocauerunt. Omnia quę per hoc trienniũ agitata sunt, iã ab eo tẽpore, quo a L. Catilina, & Cn. Pisone ini tum cõsilium senatus interficiendi scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erũ punt. Qui locus est Iudices? qđ tẽpus? qui dies? quæ nox? cũ ego nõ ex istorũ insidiis, ac mu cronib⁹ nõ solũ meo, sed multo etiã magis diuino cõsilio eripiar, atq; euolẽ? Neq; isti me meo nomine interfici, sed vigilantẽ cõsulem de reip. præsidio dimouere volunt. nec minus vellẽt Cato te quoq; aliqua ratione, si possent, tollere. id qđ mihi crede, & agunt, & moliunt. vidẽt quantum in te sit animi, quãtũ ingenii, quantũ auctoritatis, quantum reip. præsidii. sed cũ cõ sulari auctoritate, & auxilio spoliatam vim tribunitiam viderint, tum se facilius inermem & debilitatũ te oppressuros arbitrantur. nã ne sufficiat consul non timent. vident in tuorũ po testate collegarum fore. sperant sibi Syllanum clarũ virũ sine collega, te sine consule, remp. si ne prędidio obiici posse. His tantis in rebus, tantisq; in periculis, est tuum M. Cato, qui nõ mi hi, non tibi, sed patrię natus es, videre quid agatur, retinere adiutorem, defensorem, socium in rep. cõsulem non cupidum, cõsulem (qđ maxime tempus hoc postulat) fortuna cõstitutũ ad amplexãdũ otium: scientia, ad bellum gerendum: animo & vsu, ad quod velis negotium. q̃ q̃ huiusce rei potestas omnis in vobis sita est Iudices, totã Rẽp. vos in hac causa tenetis, vos guberna⁹is. Si L. Catilina cũ suo cõsilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret L. Murenam. si interficere posset, occideret. petunt enim ratio nes illius, vt orbetur auxilio Respublica, vt minuatur contra suum furorem imperator copia, vt maior facultas Tribunis Pl. detur depulso aduersario, seditionis ac discordiæ concitã dæ. iidem ne igitur delecti amplissimis ex ordinibus honestissimi, atq; sapientissimi viri iudi cabunt, qđ ille importunissimus gladiator, hostis reip. iudicaret? Mihi credite Iudices, i hac causa non solũ de L. Murenę, verũ etiã de vestra salute sententiã feretis. in discrimen extre mum venimus, nihil est iam vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. non solum minuẽ da nõ sunt auxilia, q̃ habemus: sed etiam noua, si fieri possit, comparanda. hostis est em̃ non apud Anienem, qđ bello Punico grauissimum visum est, sed in vrbe, in foro (Dii immortales

Candidati.

Copia.

Equus Troianus.

Vicarius.

Sufficere consulem.

sine gemitu hoc dici nõ potest)non nemo etiam in illo sacrario reip.in ipsa inquã curia non
Dii faxint. nemo hostis est. Dii faxint,vt meus collega vir fortissim⁹ hoc Catilinę nefariũ latrociniũ ar
matus opprimat:ego togatus vobis,bonisq; omnib⁹ adiutoribꝰ,hoc quod cõceptum Resp.
pericului parturit,cõsilio discutiam,& comprimam. Sed quid tãdem fiet,si hæc elapsa de ma
nibus nostris in eum annũ,qui cõsequit,redũdarint:vnus erit consul,& is nõ in administrã
do bello,sed in sufficiendo collega occupatus.hunc iam qui impediturí sint,

Desunt nonnulla.

illa pestis immanis,importuna Catilinæ prorumpet,qua minatur:in agros suburbanos repen
te aduolabit,versabitur in castris furor,in curia timor,in foro coniuratio, in campo exerci-
tus,in agris vastitas:omni autem in sede,ac loco ferrum , flammamq; metuemus.quæ iãdiu
comparantur,eadem ista omnia,si ornata suis præsidiis erit respublica,facile & magistratuũ
consiliis,& priuatorum diligentia opprimentur.Quæ cum ita sint Iudices, primum Reipu.
causa,qua nulla res cuiq̃ potior debet esse,vos pro mea summa & vobis cognita in Remp.di
ligentia,moneo,pro auctoritate cõsulari hortor,pro magnitudine periculi obtestor,vt otio,
vt paci,vt saluti,vt vitæ vestrę,& cęterorũ ciuiũ cõsulatis.deinde ego fidem vestram vel de
fensoris & amici officio adductus oro,atq; obsecro Iudices,vt ne hominis miseri,& cũ cor-
poris morbo,tum animi dolore confecti,L.Murenę recentem gratulationem noua lamenta-
tione obruatis.modo maximo beneficio populi Ro.ornatus,fortunatus videbatur, q̃ prim⁹
in familiam veterem,primus in municipium antiquissimum consulatum attulisset.nunc idẽ
Supplex ve sqallore sordidus,cõfect⁹ morbo,lachrymis ac mœrore pdit⁹,vester est supplex Iudices,ve
ster. stra fidẽ obtestat,misericordiã iplorat,vestrã potestatẽ,ac vestras opes intuet.Nolite p deos
Honestates imortales Iud.hac eũ re,q̃ se honestiorẽ fore putauit,etiã cæteris añ partis honestatib⁹,atq;
oĩ dignitate fortunaq; priuare.Atq; ita vos sic Murena Iud.orat,atq; obsecrat , si iniuste ne
minẽ læsit:si nulli⁹ auris,volũtatẽq; violauit:si nemini,vt leuissime dicã,odio,nec domi,nec
Demissi militiæ fuit:sit apud vos modestiæ locus,sit demissis hominibus perfugium,sit auxilium pu
homines. dori.Misericordiã spoliatio consulatus magnam habere debet Iudices:vna enim eripiuntur
cũ cõsulatu oĩa.inuidiã vero iis tẽporibus habere cõsulatus ipse nullã põt.obiicit enim con
cionibus seditiosoꝝ,insidiis cõiuratoꝝ,telis Catilinę:ad oĩne deniq; periculũ,atq; ad oẽm in
uidiã solus opponitur.Quare quid inuidendum Murenæ,aut cuiq̃ nostrum sit in hoc pclа-
ro consulatu,non video Iudices.quę vero miseranda sunt,ea & mihi ante oculos versantur,
& vos videre,& perspicere potestis.Si(qđ Iupiter omen auertat) hunc vestris sententiis af-
fixeritis,quo se miser vertet:domum ne:vt eam imaginem clarissimi viri parentis sui,quam
paucis ante diebus laureatam in sua gratulatione cõspexit,eandem deformatam ignominia
lugentẽq; videat:an ad matrem:quæ misera modo consulem osculata filium suum,nũc cru-
ciatur,& sollicita est,ne eundem paulopost spoliatum omni dignitate conspiciat.Sed qd ego
matrem,aut domum appello:quem noua pœna legis,& domo,& parente,& omnium suorũ
consuetudine,conspectuq; priuat.Ibit igitur in exilium miser:quo:ad orientis ne partis:in q
» bus annos multos legatus fuit,& exercitus duxit,res maximas gessit.at habet magnum do-
» lorem,vnde cum honore decesseris,eodem cum ignominia reuerti.An se in contrariam par
tem terrarum abdet:vt Gallia Transalpina,quem nuper summo cum imperio libentissime vi
derit,eundem lugentem,mœrẽtem,exulem videat:in ea porro prouincia,quo animo C.Mu
renam fratrem suum aspiciet:qui huius dolor:qui illius mœror erit:quæ vtriusq; lamenta-
tio:quanta autem perturbatio fortunæ,atq; sermonis:q; quibus in locis paucis ante diebus
factum esse consulem Murenam nuncii literæq; celebrassent,& vnde hospites atq; amici gra
Excidere. tulatum Romam concurrerint,repente excidet ipse nuncius suę calamitatis.Qua-si acerba,
si misera,si luctuosa sunt,si alienissima mansuetudine,& misericordia vestra Iudices, conser-
uate populi Ro.beneficium,reddite Reip.Consulem,date hoc ipsius pudori,date patri mor
tuo,date generi,& familiæ, date etiam Lanuuio municipio honestissimo,quod in hac causa
Facere Iu- frequens mœstumq; vidistis.nolite a sacris patriis Iunonis sospitæ,cui omnes consules face-
noni Sospi re necesse est,domesticum & suum consulem potissimum auellere.Quem ego vobis si quid
tę consules habet aut momenti commendatio,aut auctoritatis confirmatio mea,consul consulem Iudi-
solent. ces ita commendo,vt cupidissimum otii,studiosissimum bonorum,acerrimum contra sedi-
tionem,fortissimum in bello,inimicissimum huic coniurationi,quæ nunc rempu.labefactat,
futurum esse promittam,& spondeam.

PRO L.FLACCO.ORATIO.XXIIII.

QVM In maximis piculis huius vrbis,atq; imperii, grauissimo , atq; acerbissimo Reip.casu,socio,atq; adiutore cõsiliorũ,periculorumq; meorũ,L.Flacco,cędẽ a vobis,cõiugibus,liberis vestris, vastitatẽ a templis,delubris,vrbe,Italia depellebã:sperabã Iudices honoris potius L.Flacci me adiutorẽ futurũ,q̃ miseriarũ depcatorẽ.qđ.n. esset p̃miũ dignitatis,qđ populus Ro.cũ hui9 maioríb9 semp detulisset, huic denegaret!cũ L.Flaccus veterẽ Valerię gẽtis in liberanda patria laudẽ ppe quingẽtesimo anno Reip.retulisset.Sed si forte aliq̃ aut beneficii hui9 obtrectator,aut virtutis hostis,aut laudis inuidus extitisset,existimabam L.Flacco multitudinis potius imperitę, nullo tamẽ cũ periculo,q̃ sapiẽtissimorũ,& lectissimorũ virorũ iudiciũ esse subeundũ.etem̃ q bus auctoribus & defensorib9 omniũ tũ salus esset nõ ciuiũ solũ,verũ etiã gentiũ defensa,ac retenta:neminẽ vnq̃ putaui p eos ipsos periculũ hui9 fortunis atq; insidias curaturũ. Qđ si esset aliquãdo futurũ,vt aliqs de L.Flacci pnicie cogitaret,nũq̃ tamẽ existimaui Iudices D. Lęliũ optimi viri filiũ,optima ipsum spe p̃ditũ,summę dignitatis,eã suscepturũ accusationẽ, quę sceleratorũ ciuiũ potius odio,& furori,q̃ ipsius virtuti,atq; institutę adolescẽtię cõueniret.Etenim cũ a clarissimis viris iustissimas inimicitias sępe cũ bene meritis ciuib9 depositas esse vidissem,nõ sum arbitrat9 quẽq̃ amicũ reip.posteaq̃ L. Flacci amor in patriã pspect9 esset,nouas huic inimicitias,nulla accepta iniuria,denũciaturũ. Sed qm̃ Iudices multa nos & in nr̃is reb9,& in rep.fefellerũt,ferim9 ea,q̃ sunt ferẽda.tãtũ a vobis petim9,vt oĩa reip.subsidia,totũ statũ ciuitatis,oẽm memoriã tẽporũ p̃teritorũ,salutẽ p̃sentiũ,spẽ reliquorũ,i vestra potestate,in vestris sentẽtiis,in hoc vno iudicio positã eẽ,& defixã putetis.Si vnq̃ resp.cõsiliũ,grauitatẽ,sapiẽtiã,puidẽtiã iudicũ iplorauit:hoc tpe,hoc iquã tẽpore implorat.nõ estis de Lydorũ,aut Mysorũ,aut Phrygũ,q huc cõpulsi,cõcitatiq; venerũt,sed de vr̃a Rep. iudicaturi,de ciuitatis statu,de cõmuni salute,de spe bonorũ omniũ, siqua reliqua est etiã nũc,q̃ fortiũ ciuiũ mẽtes cogitationesq; sustẽtet.oĩa alia pfugia bonorũ,p̃sidia innocentiũ,subsidia reipublicę,cõsilia,auxilia,iura ceciderũt.Quẽ em̃ aliũ appellẽ!quẽ obtester!quẽ iplorẽ!Senatum ne!at is ipse auxiliũ petit a vobis:& cõfirmationẽ auctoritatis sue,vestrę potestati p̃mis sam esse sentit.an Eqtes Romanos!iudicabitis principes ei9 ordinis quinquaginta,qd cũ oĩbus senseritis.an populũ Romanũ!at is quidẽ oẽm suã potestatẽ de bonis tradit vobis.Quã obrẽ nisi hoc loco,nisi apud vos,nisi p vos Iudices nõ auctoritatẽ,q̃ amissa est,sed salutẽ nostram,q̃ spe exigua,extre maq; pẽdet,tenuerim9,nihil est pterea,quo cõfugere possimus . nisi forte q̃ res hoc iudicio tẽtet,qd agat,cui causę,fundamẽta iaciant Iudices nõ videtis.Dãnatus est is,q Catilinã signa patrię inferẽtem interemit.quid est causę!cur non is,q Catilinã ex vrbe repulit,ptimescat!rapit ad pcnã,q indicia cõmunis exitii cepit.cur sibi cõsidat is,qui ea pferẽda,& patefaciẽda curauit!socii consiliorũ,ministri,comitesq; vexant.quid auctores! qd duces!qd principes sibi expectẽt!Atq; vtinã inimici nostri,ac bonorum omnium mecũ potius contendant: vtrum tamen omnes boni,duces nostri an comites fuerint ad communem conseruandam salutem. ✳

Desit fortasse quippiam.

Hunc igitur virum Lęli quibus tandem rebus oppugnas!fuit P.Seruilio imperatore in Cilicia tribunus militũ.ea res siletur.Fuit M.Pisoni Quęstor in Hispania.vox de Quęstura nulla missa est.Bellum Cretẽse ex magna parte gessit,atq; vna cum summo imperatore sustinuit.muta est huius temporis accusatio.Prętur̃e iurisdictio,res varia,& multiplex ad suspitiones,& simultates non attingitur:ea vero in summo & periculosissimo Reip.tempore etiã ab inimicis laudatur.At a testibus lędit̃ur.anteq̃ dico a quibus,qua spe,qua vi, qua re concitatis,qua leuitate,qua egestate,qua perfidia,qua audacia prędit̃is,dicam de genere vniuerso, & de conditione omnium nostrum.Per deos immortales Iudices,vos quomodo is qui anno ante Romæ ius dixerat,anno post in Asia ius dixerit,a testibus quæretis ignotis!ipsi coniectura nihil iudicabitis!in tam varia iurisdictione,tam multa decreta,tot hominum gratiosorum læsæ voluntates. quæ est vnq̃ iacta non suspitio , quæ tamen solet esse falsa, sed iracundiæ vox,aut doloris! & is est reus auaritiæ , qui in vberrima re turpe compendium : in maledicentissima ciuitate,in suspitiosissimo negotio maledictũ omne,non modo crimẽ effu

Prędit̃us p fidia.

Gratiosi homines.

Cõpendiũ.

Maledicẽtissima ciuitas.

Vicanus.

Cicero. de Grecis sententia.

Da mihi testimonium mutuum.

Grecus testis.

Arcessere iudicio.

†illo.

gít. Prętereo illa q̃ prętereunda nõ sunt: nullũ huius in priuatis rebus factũ auarũ, nullam in re pecuniaria contẽtionẽ, nullã in re familiari sordẽ posse ꝓferri. Quibus ígitur testibus ego, hosce possum refutare, nisi vobis? Timolites ille vican⁹, homo nõ modo nobis, sed ne inter suos quidẽ notus, vos docebit qualis sit L. Flaccus? quẽ vos modestissimũ adolescentẽ, puincię maximę sanctissimũ virum, nostri exercitus fortissimũ militẽ, diligentissimũ ducẽ, tẽpera tissimum legatũ, quęstorẽq; cognouerunt: quẽ vos ꝑsentes constantissimũ Senatorẽ, iustissimum Prętorẽ, ac amantissimũ Reipu. ciuẽ iudicastis. de qbus vos aliis testes esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis? at quos testes? primũ dicã (id quod est cõmune) Greços. nõ quo nationi huic ego vnus maxime fidẽ derogem. nam si quis vnq̃ de nostris hominibus a genere isto, studio, ac voluntate nõ abhorrens fuit, me & esse arbitror, & magis etiam tum, cũ plus erat otii, fuisse. sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudẽtes, q ad hoc iudiciũ deducti non sunt: multi imprudẽtes, illiterati, leues, quos variis de causis video cõcitatos. Veruntamẽ hoc dico de toto genere Grecorũ: tribuo illis literas, do multarũ artiũ disciplinã, non adimo sermonis leporẽ, ingeniorũ acumẽ, dicẽdi copiã: deniq; etiã, siqua sibi alia sumũt, non repugno. testimoniorũ religionem, & fidẽ, nunq̃ ista natio coluit: totiusq; huiusce rei q̃ sit vis, quę auctoritas, qd põdus, ignorãt. Vnde illud est, Da mihi testimoniũ mutuum? num Gallorum? nũ Hispanorũ putatur? totũ istud Grecorum est: vt etiã qui Grece nesciunt, hoc quibus verbis a Grecis dici soleat, sciant. Itaq; videte quo vultu, qua cõfidentia dicãt: tũ intelligetis qua religione dicant. nunq̃ nobis ad rogatũ respondẽt, semp accusatori plus q̃ ad rogatum: nunq̃ laborant, quẽadmodũ probent quod dicunt, sed quemadmodũ se explicent dicendo. Iratus Flacco dixit M. Lurco, ꝙ (vt ipse aiebat) libertus erat eius turpi iudicio condemnatus. nihil dixit, quod lederet eum, cũ cuperet: imꝑdiebat enim religio. tamẽ id qd dixit, quanto cũ pudore, quo tremore, & pallore dixit! Q̃z promptus homo P. Septimius! q̃ iratus de iudicio, & de villico! tamen hęsitabat, tamen eius iracundię, religio nõnunq̃ repugnabat. inimicus M. Cælius, ꝙ cum in re manifesta putasset nefas esse Publicanũ iudicare contra publicanũ, sublatus erat e numero recuperatorũ: tamẽ tenuit se, neq; attulit in iudiciũ quicq̃ ad lędendũ, nisi voluntatẽ. Hi si Greci fuissent, ac nisi nostri mores ac disciplina plus valerẽt q̃ dolor, ac simultas, omnes se spoliatos, vexatos, fortunis euersos esse dixissent. Grecus testis cum ea voluntate ꝓcessit, vt lędat, non iurisiurandi, sed lędendi verba meditat. vinci, refelli, coargui putat esse turpissimũ, ad id se parat, nihil aliud curat. itaq; non optimus quisq;, nec grauissimus, sed impudẽtissimus loquacissimusq; delígit. vos autẽ in priuatis minimarũ rerum iudiciis testẽ diligenter expenditis: etiã si formã hominis, si nomen, si tribum nostis, mores tamẽ exquirẽdos putatis. qui autẽ dicit testimoniũ ex nostris hoibus, vt se ipse sustẽtet, vt oía verba moderat, vt timet, ne qd cupide, ne qd iracũde, ne qd plus, minusve q̃ sit necesse dicat. num illos idẽ putatis? qbus iusiurandũ iocus est: testimoniũ, ludus: existimatio vestra, tenebrę: laus, merces, gratia, gratulatio ꝓposita est oĩs in impudẽti mẽdacio. Sed non dilatabo orationẽ meã: etem̃ posset esse infinita, si mihi libeat totius gẽtis in testimoniis dicendis explicare vanitatẽ. sed ꝓpius accedã. de his vestris testibus dicã. Vehemẽtẽ accusatorẽ nacti sumus Iudices, & inimicũ in omni genere odiosum, ac molestũ, quẽ spero his rebus fore magno vsui, & amicis, & Reipublicę. sed certe inflãmatus incredibili cupiditate hãc causam ac cusationẽq; suscepit. qui comitatus in inquirẽdo! comitatũ dico! immo vero quãtus exercitus! q̃ iactura! q̃ sumpt⁹! quãta largitio! q̃ q̃q̃ vtilia sunt causę, timide tñ dico, ꝙ vereor ne Lęlius ex his rebus, quas sibi suscepit glorię causa, putet aliqd oratione mea sermonis in sese, aut inuidię esse q̃sitũ. Itaq; hãc partẽ totã relinquã. tãtũ a vobis ꝑtã Iudices, vt si qd ipsi audistis cõmuni fama, atq; sermone de vi, de manu, de armis, de copiis, memineritis quarũ rerum inuidia lege hac recẽti, ac noua, certus est inqsitioni comitũ numerus cõstitut⁹. Sed vt hãc vim omittã, quãta illa sunt! q̃ quoniã accusatorio iure, & more sunt facta, reꝑhẽdere nõ possumus, q̃ri tñ cogimur. primũ ꝙ distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeiũ, ꝙ L. Flacco est vehemẽter inimicus, cõtẽdisse a Lęlio paterno amico ac ꝑnecessario, vt hũc hoc iudicio arcesseret: omnẽq; ei suã auctoritatẽ, gratiam, copias, opes ad hoc negotiũ cõficiẽdũ detulisse. Id hoc verisimilius Grecis hoibus videbat, ꝙ paulo ante familiarem Lęliũ in eadẽ ꝓuincia Flacco viderãt. Põpeii autẽ auctoritas cũ apud oẽs tãta est, quãta esse debet, tũ excellit in ista ꝓuincia, quã nup & ꝑdonũ, & regũ bello liberauit. Adiũxit † illa, vt eos q domo exire nolebãt, testimonii denũciatione terreret: q domi stare nõ poterãt, lar-

go,& liberali viatico cõmoueret.sic adolescẽs ingenii plenus,locupletes metu,tenues p̃mio, stultos errore p̃mouit.sic sunt expressa ista p̃clara,q̃ recitant̃,psephismata,nõ sentẽtiis,neq; auctoritatibus declarata,nec iureiurãdo constricta,sed porrigẽda manu,pfundẽdoq; clamore multitudinis cõcitatę.O morẽ p̃clarũ,disciplinãq;,quã a maioribus accepimus,si qdem teneremus.sed nescio quo pacto iã de manibus elabit̃.nullã em̃ illi nostri sapiẽtissimi & sanctissimi viri vim cõcionis esse voluerunt.quę sciscceret plebs,aut q̃ populus iuberet summota cõcione,distributis partibus,tributim,& cẽturiatim descriptis ordinibus,classib9, ętatibus,auditis auctoribus,re multos dies p̃mulgata,& cognita,iuberi , vetariq; voluerunt. Greçorũ autẽ totę Resp.sedẽtis cõcionis temeritate administrant̃.itaq; vt hãc Greciã,q̃ iam diu suis consiliis p̃culsa & afflicta est,omittã:illa vetus,q̃ quõdã opibus,imperio,gloria floruit,hoc vno malo concidit,libertate immoderata,ac licentia cõcionũ.cũ in theatro imperiti homines rerũ omniũ rudes,ignariq; consederãt,tũ bella inutilia suscipiebãt,tũ seditiosos homines Reip.p̃ficiebant,tũ optime meritos ciues e ciuitate eiiciebãt.Qz si hæc Athenis tum,cũ illę nõ solũ in Greçia,sed p̃ę cunctis gẽtibus enitebant,accidere sunt solita,quã moderationem putatis in Phrygia,aut in Mysia concionũ fuisse!Nostras cõciones illarũ nationum homines plerũq; p̃turbãt.quid,cũ soli sunt ipsi,tãdẽ fieri putatis!Cęsus est virgis Cynicus ille Athenagoras,q in fame frumẽtũ exportare erat ausus.data cõcio Lęlio est. processit ille:& Greçus apud greços nõ de culpa sua dixit,sed de pœna q̃stus est. porrexerũt manus. psephisma natũ est.hoc testimoniũ est!nup epulati,paulo ante omi largitione saturati Pergameni,qđ Mithridates,q multitudinẽ illã nõ auctoritate,sed sagina tenebat,se velle dixit, id sutores,& Zonarii cõclamarũt.hoc testimonium est ciuitatis!Ego testes a Sicilia publice duxi,verũ erãt ea testimonia nõ concitatę cõcionis,sed iurati senatus.quare iã nõ est mihi contẽtio cũ teste.vobis videndũ est,sint ne hęc testimonia putãda.Adolescens bonus,honesto loco natus,disertus,cũ maximo ornatissimoq; comitatu venit in oppidũ Greçorũ:postulat concionẽ:locupletes homines,& graues,ne sibi aduersarent̃,testimonii denũciatione deterret.egentes,& leues spe legationis,& viatico publico,priuata etiã benignitate p̃lectat.opifices,& tabernarios,atq; illã omnẽ fecẽ ciuitatũ,qđ est negotii concitare!in eũ p̃sertim q nup summo cũ in imperio fuerit,summo autẽ in amore esse,p̃pter nomẽ ip̃m imperii non potuerit.Mirandũ vero est,hoies eos,q̃bus odio sunt nostrę secures:nomẽ acerbitati:scriptura, decumę,portoriũ,morti:libẽter arripere facultatẽ lędẽdi,q̃cũq; det̃!Memẽtote igit̃ cũ audietis psephismata,nõ audire vos testimonia,audire temeritatẽ vulgi,audire vocẽ leuissimi cuiusq;,audire strepitũ imperitorũ,audire cõcionẽ cõcitatã leuissimę nationis. Itaq; pscrutamini penitus naturã rationẽq; criminũ.iã nihil p̃ter sp̃eciẽ,nihil p̃ter terrorẽ ac minas repietis.✝

Viaticum.
Plenus ingenii.
Elabit̃ de manibus.
Sciscceret plebs.
Populus iuberet.

Deesse videntur nonnulla.

In erario nihil habẽt ciuitates,nihil in vectigalib9.duę rationes cõficiẽdę pecunię:aut versura,aut tributo.nec tabulę creditoris p̃ferunt̃,nec tributi confectio vlla recitat̃. Qz vero facile falsas rationes inferre,& in tabulas qđcũq; cõmodũ est,referre soleãt,ex Cn.Põpeii literis ad Hypseũ,& Hypsei ad Põpeiũ missis q̃so cognoscite. LITERAE POMPEII ET HYPSEI. Satis ne vobis coarguere his auctorib9 dissolutã Greçorũ cõsuetudinẽ,licẽtiãq; impudentẽ videmur!nisi forte q Cn.Põpeiũ,q p̃sentẽ,q nullo impellẽte fallebãt,eos vrgẽte Lęlio in absentem,& in L.Flaccũ aut timidos fuisse,aut religiosos putamus.Sed fuerint incorruptę literæ domi,nũc vero quã habere auctoritatẽ,aut quã fidẽ possunt! triduo lex ad Prętorẽ deferri, iudicũ signis obsignari iubet.trigesimo die vix deferunt̃.ne corrũpi tabulę facile possint, id circo lex obsignatas in publico poni voluit.at obsignant̃ corruptę.quid refert igit̃,tãto post ad iudices deferant̃,an oino nõ deferant̃! Quid si testiũ studiũ cũ accusatore sociatũ est!tamen ne isti testes habebunt̃!vbi est igit̃ illa expectatio,q̃ versari in iudiciis solet!nã antea cũ dixerat accusator acriter,& vehemẽter:cũq; defensor supplíciter demisseq; respõderat: tertius ille erat expectat9 locus testiũ,q aut sine vllo studio dicebãt,aut cũ dissimulatione aliqua cupiditatis.hoc vero qd est!vna sedẽt,ex accusatorũ subselliis surgũt,nõ dissimulãt,nõ verẽtur.de subselliis q̃ror!vna ex domo p̃deũt:si verbo titubarit,quo reuertant̃ nõ habebũt.An q̃q̃ esse testis põt,quẽ accusator sine cura interroget!nec metuat ne sibi aliqd qđ ipse nolit, respõdeat!vbi ẽ igit̃ illa laus oratoris!q̃ vel ĩ accusatore antea,vel ĩ patrono spectari solebat! bene testẽ interrogauit,callide accessit,reph̃edit:quo noluit,adduxit:cõuicit,& eliguẽ reddidit.qd tu istũ roges Lęli!q priusq̃ hoc,te rogo,dixeris,plura ẽt effũdet,q̃ tu ei domi añ p̃scri

Prolectare.
Fex ciuitatum.
Elinguis.

pſeris.quid ego autē defenſor rogē?nā aut oratio teſtiū refelli ſolet,aut vita lędi.qua diſputatione orationē refellā eius,q dicit,dedimus?nihil amplius in hominē dicēdū eſt. igit cum oratio argumentationē nō habet,qd dicā in ignotū?Querēdū eſt ergo,& deplorandū, id qd iādudum facio,de omni accuſationis iniquitate.primum de cōmuni genere teſtiū.dicit em̄ natio minime in teſtimoniis dicendis religioſa.ppius accedo.nego eſſe iſta teſtimonia, q̄ tu ipſe Pſephiſmata appellas.ſed & fremitū egentiū,& motū quendā temerariū Greculę cōcionis.intrabo etiā magis.qui geſſit,nō adeſt:q numeraſſe dicit,nō eſt deductus:priuatę literæ nullę ꝓferuntur,publicę retętę ſunt in accuſatorū poteſtate:ſumma eſt in teſtibus,hi viuūt cum inimicis, adſunt cū aduerſariis,habitāt cū accuſatoribus.vtrū hic tandē diſceptationē & cognitionē veritatis,an innocētię labē aliquā aut ruinā fore putatis?Multa em̄ ſunt eiuſ modi Iudices,vt etiā ſi in homine ipſo,de quo agit,negligēda ſint,tamē in cōditione ,atq; in exemplo ptimeſcēda videant.Si quē infimo loco natū,nullo ſplendore vitę,nulla cōmēdatione famę defenderē,tamē ciuis a ciuibus cōmunis humanitatis iure ac miſericordia deprecarer,ne ignotis teſtibus,ne incitatis,ne accuſatoris cōſeſſoribus,cōuiuis,contubernalibus, ne hominibus leuitate Grecis,crudelitate barbaris,ciuē ac ſupplicē veſtrū dederetis:ne periculoſam imitationē exēpli reliquis in poſterū ꝓderetis.ſed cū L.Flacci res agat,cuius exfamilia qui primus conſul factus eſt,primus in hac ciuitate conſul fuit:cuius virtute regibus exterminatis,libertas in Rep.cōſtituta eſt:quę vſq; ad hoc tempus honoribus,imperio, rerū geſtarum gloria cōtinuata permanſit:cūq; ab hac perenni conteſtataq; virtute maiorum nō modo non degenerauerit L.Flaccus,ſed id,quod maxime florere in generis ſui gloria viderat,laudē patrię in libertatē vindicādę Prętor adamauerit:in hoc ego reo ne quod pernicio ſum exemplū ꝓdatur,pertimeſcam?in quo,etiā ſi quid erraſſet,omnes boni conniuendū eſſe arbitrarent.qd quidē ego nō modo non poſtulo,ſed cōtra Iud.vos oro,& obteſtor, vt totā cauſam q̄maxime intentis oculis(vt aiunt)acerrime contēplemini.Nihil religione teſtatū, nihil veritate fundatū,nihil dolore exꝑſſum:cōtraq; oīa corrupta libidine,iracūdia , ſtudio, precio,periurio reperient.Etem̄ iā vniuerſa iſtorū cognita cupiditate, accedā ad ſingulas q̄relas criminationesq; Grecorū. Claſſis nomine pecuniā ciuitatibus imperatā queruntur. qd nos factū Iud.confitemur.ſed ſi hoc crimē eſt,aut in eo eſt,q; nō licuerit imperare:aut in eo,q; nō opus fuerit nauibus:aut in eo,q; nulla hoc Prętore claſſis nauigarit.Licuiſſe vt intelligas,cognoſce qd me cōſule ſenatus decreuerit,cū quidē nihil a ſuperioribus cōtinuorū annorū decretis deceſſerit. SENATVSCONSVLTVM. Proximū eſt ergo,vt opus fuerit claſſe,nec ne,quęramus.vtrū igit hoc Greci ſtatuent,aut vllę exterę nationes ! an veſtri Prętores!veſtri duces!veſtri imperatores!Equidē exiſtimo in eiuſmodi regiōe, atq; puincia, quę mari cincta,portib⁹ diſtincta,inſulis circūdata eſſet,nō ſolū preſidii,ſed etiā ornādi imperii cauſa nauigandū fuiſſe.Hęc em̄ ratio ac magnitudo animorū in maioribⁿ noſtris fuit: vt cū in priuatis rebus,ſuiſq; ſumptibus minimo cōtenti tenuiſſimo cultu viuerēt,in imperio,atq; in publica dignitate oīa ad gloriā ſplendorēq; reuocarēt.quęritur em̄ in re domeſtica cōtinētię laus,in publica dignitatis.Quid ſi etiā pfidii cauſa claſſem habuit!qs erit tā iniquus,qui reprehēdat!Nulli erāt prędones.quid!nullos fore qs pſtare poterat!Minuis, inqt, gloriā Pompeii.immo tu auges moleſtiam.ille enim claſſes prędonum,vrbes,portus,recepta cula ſuſtulit:pacem maritimam ſumma virtute,atq; incredibili celeritate confecit:illud vero neq; ſuſcepit,neq; ſuſcipere debuit,vt ſiqua vſpiam nauicula prędonum apparuiſſet,accuſandus videret.itaq; ipſe in Aſia,cū oīa iā bella,terra,mariq; cōfeciſſet,claſſem tamē iiſdem iſtis ciuitatibus imperauit. qd ſi tum ſtatuit opus eſſe,cū ipſius preſentis nomine tuta oīa & pacata eſſe poterant,qd cū ille deceſſiſſet,Flacco exiſtimatis ſtatuendū, & faciendū fuiſſe! Quid nos hic!nōne ipſo Pōpeio auctore,Syllano & Murena cōſſ.decreuim⁹,vt claſſis in Italia nauigaret!nōne eo ipſo tēpore,cū L.Flaccus in Aſia remiges imperabat,nos hic in mare ſuperū,& inferū Seſtertiū ter & quadragies rogabamus!qd poſtremo anno!nōne M. Curio, & P.Sextilio Quęſtoribus pecunia in claſſem eſt erogata!quid!hoc oī tēpore equites in ora maritima nō fuerūt!Illa eſt em̄ gloria diuina Pōpeii:primū ꝓdones eos,q tū cū illi bellū maritimum gerēdū datū eſt,toto mari diſperſi vagabant,redactos eſſe oēs in poteſtatē.deinde Syriam eſſe noſtrā,Cilicią teneri,Cyprum ꝑ Ptolemęū Regē nihil audere:pterea Cretā Metelli virtute eſſe noſtrā,nihil eſſe vnde pficiſcant,nihil quo reuertant:oēs ſinus, pmontoria, littora,inſulas,vrbes maritimas,clauſtris imperii noſtri cōtineri.Q; ſi Flacco Prętore nemo in

Pſephiſmata.

Intētis oculis cōtēplari.

Romanorū magnificētia.

marí prędo fuiſſet, tamẽ huius dílígẽtia reprehẽdenda nõ eſſet. idcirco eñ ꝙ híc claſſem habuiſſet, exiſtímarẽ nõ fuiſſe. Quíd ſi L. Eppíi, L. Agríi, C. Ceſtii equitũ Ro. huiꝰ etiã clariſſími viri Cn. Domitii, ꝙ in Aſia tũ legatus fuit, teſtímonío doceo, eo ipſo tẽpore, quo tu ípſe negas claſſem habendã fuiſſe, cõplures a ꝑdonibus eſſe captos? tamẽ Flacci cõfiliũ, ín remigibꝰ imperãdís reprehẽdet? quíd ſi etiã occíſus eſt a píratís Adramitenus homo nobílis, cuius eſt fere nobís omnibus nomẽ auditũ, Acínas pugil Olympíonices? hoc eſt apud Greꝯ (quoníam de eorũ grauitate dicimus) ꝓpe maius, & glorioſius, ꝙ Romę triũphaſſe. At neminẽ cepíſtí. ꝙ multi orę maritimę clariſſimi viri ꝑfuerunt, ꝙ cũ ꝑdonẽ nullũ cepiſſent, mare tamen tutum preſtiterũt? caſus eſt eñ in capiẽdo, locus, euentus, occaſio: defendẽdi facilis eſt cautío, non ſolũ latibulis occultorũ locorũ, ſed etiã tempeſtatũ moderatione, & cõuerſione. Reliquũ eſt, vt queraꝝ, vtrũ noſtra iſta claſſis curſu, & remís, an ſumptu tantũ & líteris nauigarit. nũ ígitur negarí poteſt, cuius rei cũcta teſtis eſt Aſia, bípartito claſſem diſtributã fuiſſe? vt vna pars ſupra Epheſum, altera ínfra Epheſum nauígaret? hac claſſe M. Craſſus vir ampliſſímus ab Eno in Aſiã, hís nauíbus Flaccus ex Aſia ín Macedoniã nauigauit. In quo ígit Prætoris eſt dílígẽtia requirẽda? ín numero nauíũ? & in deſcríptíone ęquabili ſumptus? dimidiũ eius, quo Pompeius erat vſus, ímperauit. nũ potuit parcius? deſcripſit autẽ pecuniã ad Põpeii rationem, ꝙ fuit accommodata L. Syllę deſcríptioni. qui cũ oẽs Aſię ciuitates ꝑ portione in ꝑuincias deſcripſiſſet, illã rationẽ in ímperando ſumptu & Pompeíus, & Flaccus ſecutus eſt. neꝙ eſt adhuc tamẽ ea ſumma cõpleta. nõ refert vero. quid lucretur? cũ eñ genus imperatæ pecunię ſuſcípit: id qđ tu crímen eſſe vís, cõfiteꝫ. qui ígitur probari poteſt in ea pecunia non referẽda, crimẽ ſibí ipſum facere, in qua crimẽ eſſet nullũ, ſi referret? At eñ negas fratrẽ meũ qui L. Flacco ſucceſſerit, pecuniã vllam in remiges ímperaſſe. equidẽ Q. fratrís mei laude de lector, ſed aliís magís grauíoribus, atꝙ maioribus. aliud quíddam ſtatuit, aliud vidit, exiſtímauit quocũꝙ tẽpore auditũ quid eſſet de prędonibus, ꝙ vellet ſubito ſe claſſem cõparaturum. deniꝙ hoc primus frater meus in Aſia fecit, vt hoc ſumptu remigũ ciuitates leuaret. crímen autẽ tum víderi ſolet, cũ alíquís ſumptus inſtituit eos, qui antea nõ erant inſtituti, non cũ ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutís priorũ. Flaccus quid alíi poſtea facturi eſſent ſcire nõ poterat. quíd feciſſent videbat. Sed quoniã de cõmuni totius Aſię crímine dictum eſt, aggrediar iam ad ſingulas ciuitates. ex ꝙbus ſit ſane nobís prima ciuitas Aemonẽſis. Citat præco voce maxima Legatos Aemonenſes. procedit vnus Aſclepíades. prodeant. etíam ne preconẽ mentíri coegíſti? eſt enim credo ís vir iſte, vt ciuitatis nomẽ ſua auctoritate ſuſtíneat? damnatus turpiſſimís iudiciis domí, notatus líteris publícis. cuius de probris, adulteríis, ac ſtupris extant Aemonenſiũ literę: quas ego non ſolũ ꝓpter longitudinem, ſed etiã ꝓpter turpiſſimam obſcœnitatẽ verborũ prętereundas puto. Dixit publice datum drachmarum CC. &. VI. míllia. dixit tantũ, níhil oſtendit, nihil protulit. ſed adiunxit id, qđ certe quoniam erat domeſticũ, docere debuit: ſe priuatim drachmarũ CC. VI. dediſſe. quantũ ſibi ablatum homo impudẽtiſſimus dícit, tantũ nũꝙ eſt auſus vt haberet, oprare. Ab Aulo Sextílio dícit ſe dediſſe, & a ſuis fratríbꝰ. potuit dare Sextílius. nã fratres quidẽ cõſortes ſunt mẽdícitatis. Audíamus ígit Sextíliũ. fratres deniꝙ ípſi ꝓdeant. ꝙ volẽt impudẽter mẽtiant: & qđ nũ ꝙ habuerint, dediſſe ſe dícant. tamẽ alíqd fortaſſe corã ꝓducti dícẽt, in quo reprehendantur. Non deduxi ínquit, Sextíliũ. Cedo tabulas. nõ deportaui. Fratres ſaltẽ exhíbe. nõ denũciaui. Qđ ergo vnus Aſclepíades, fortuna egens, vita turpís, exiſtímatione damnatus, ímpudẽtia atꝙ audacía fretus, ſine tabulís, ſine auctore legerit, id nos quaſi crimẽ aut teſtimoniũ pertí meſcamus? Idẽ laudationẽ, quã nos ab Aemonẽſibꝰ Flacco datã ꝓferebamꝰ, falſam eſſe dicebat. cuius qdẽ laudationís iactura exoptãda nobís fuit. nã vt ſignũ publícũ inſpexit pclarus iſte auctor ſuę ciuitatís, ſolere ſuos cíues, ceteroſꝙ Greꝯ ex tẽpore, qđ opus ſit, obſignare dixit. tu vero tíbí habeto iſtã laudationẽ: nec eñ Aemonẽſium teſtímonío Flacci vita, & dignitas nitiꝫ. das eñ mihí, qđ hęc cauſa maxíe poſtulat, nullã grauitatẽ, nullã cõſtãtíã, nullũ firmũ in Greꝯis hoíbus cõſiliũ, nullã deniꝙ eſſe teſtímonií fidẽ. níſi vero hactenus iſta formula teſtímonii atꝙ oratiõís tuę deſcríbí, ac diſtínguí poteſt, vt Flacco abſentí alíqd ciuitates tribuiſſe dícant: Lęlío pſentí, ꝓ ſe agẽti, vi legís, iure accuſationís, opibus ꝑterea ſuís terrẽti, ac mínãti, níhil tẽporís cauſa ſcrípſiſſe, aut obſignaſſe videant. Equidẽ in minímis rebꝰ ſæpe res magnas vídi Iud. deprehẽdí, ac teneri. vt in hoc Aſclepíade. hęc ꝙ eſt a nobís prolata, laudatio, obſignata erat creta ílla Aſiatica, quæ fere eſt oĩbus nota nobís: qua vtunt oẽs non

Olympíonices.

Dediſſe a Sextílio.

In minímis rebus ſępe res magnę depẽdũt. Creta Aſiatica.

modo in publicis,sed etiã in priuatis literis,quas quotidie videmus mitti a publicanis, sæpe vnicuiq; nostrũ.neq; eñ testis ipse signo inspecto,falsum nos ꝓferre dixit,sed leuitatẽ totius Asię ꝓtulit,de qua nos & libẽter & facile cõcedimus.Nostra igit laudatio,quã ille temporis causa nobis datã dicit,datã quidẽ cõfitetur,cõsignata creta est,in illo autẽ testimonio,qđ ac cusatori dicit datũ,cęram esse videmus.hic ego Iudices,si vos Aemonẽsiũ decretis,si cętero rum Phrygum literis ꝓmoueri putarẽ,vociferarer:& quantũ maxime possem,contẽderẽ:te starer publicanos,excitarẽ negotiatores,vestrã etiã scientiã implorarẽ:cęra deprehẽsa, confi derem totius testimonii fictã audaciã manifesto cõprehẽsam,atq; oppressam teneri.nũc ve ro nõ insultabo vehemẽtius,nec volitabo in hoc insolẽtius,neq; in istũ nugatorẽ tanq; in ali quem testẽ inuehar,neq; in toto Aemonẽsiũ testimonio,siue hic cõfictũ est,vt apparet, siue missum domo est,vt dicit,cõmouebor.etenim qbus ego istã laudationẽ remittam,quoniam sunt(vt Asclepiades dicit)leues,horũ testimoniũ nõ ptimescam. Venio nũc ad Dorylẽsiũ testimoniũ,q producti tabulas se publicas ad spæluncas pdidisse dixerunt.O pastores nescio quos cupidos literarũ: siquidẽ nihil istis ꝓter literas abstulerũt.sed aliud esse causę suspica mur,ne forte isti parũ versuti esse videantur.pœna est vt opinor Dorylai grauior,q̃ apud alios,falsarũ,& corruptarũ literarũ.si veras ꝓtulissent,criminis nihil erat.si falsas,erat pœ na.bellissimũ putarũt,dicere amissas.quiescãt igit,& me hoc in lucro ponere,atq; aliud age re patiãtur.Nõ sinunt.supplet eñ ille nescio qs,& priuatim dicit se dedisse. hoc vero ferri nullo modo potest.quia de tabulis publicis recitat,his q̃ in accusatoris potestate fuerũt,nõ debet habere auctoritatẽ.sed tamẽ indiciũ fieri videt,cũ tabulę illę ipsę cuiusquemodi sunt, ꝓferunt.cũ vero is,quẽ nemo vestrũ vidit vnq̃,nemo q mortalis esset,audiuit, tãtum dicit, dedi:dubitabitis Iudices,quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimũ ciuẽ vindicetis?Atq; huic eidẽ nuper tres Equites Ro.honesti & graues,cũ in causa liberali eum qui asserebatur, cognatum suum esse diceret,non crediderunt.qui hoc euenit?vt qui locuples testis doloris, & sanguinis sui non fuerit,idem sit grauis auctor iniuriæ publicæ?Atq; hic Dorylensis nu per cũ efferret magna frequẽtia,cõsessuq; vestro,mortis illius inuidiã in L.Flaccũ Lęlius cõfe rebat.facis iniuste Læli,si putas periculo nostro viuere tuos cõtubernales: pręsertim qđ tua negligẽtia factũ arbitremur.homini eñ Phrygi,q arborẽ fici nũq̃ vidisset,fiscinam ficorum obiecisti.cuius mors te ex aliqua parte releuauit.edacẽ eñ hospitẽ amisisti.Flacco vero quid ꝓfuit?q valuit tãdiu dũ huc ꝓdiret,mortuus est aculeo iã dimisso,ac dicto testimonio . At istud columẽ actionis tuę Mithridates,posteaq̃ biduũ retentus testis a nobis,effudit q̃ volu it oĩa,reprehẽsus,cõuictus;fractusq; discessit:ambulat cũ lorica.metuit homo doctus,& sa piẽs,ne L.Flaccus nũc se scelere alliget,cũ iã testẽ illũ effugere nõ possit.vt q ante dictũ testi monium sibi tẽperarit,cũ tamẽ aliqd assequi possit:is nũc id agat,vt ad falsum auaritię testi monium,verũ etiã maleficii crimẽ adiungat.Sed de hoc teste,totoq; Mithridatico,disseruit & subtiliter,& copiose Q.Hortẽsius.nos vt instituimus,ad reliqua ꝓgamus. Caput est oĩm Greçorũ cõcitãdorũ,q cũ accusatoribus sedet, Heraclides ille Tennites,homo ineptus, & lo quax,sed(vt sibi videt)ita doctus,vt etiã magistrũ aliorũ se esse dicat:& q ita sit ambitiosus vt oẽs vos,nosq; quotidie psalutet:Tẽni vsq; ad illã ætatẽ in senatũ venire nõ potuit.& q se artẽ dicẽdi traditurũ etiã cęteris ꝓfiteat,ipse oĩbus turpissimis iudiciis cõuictus est. pari fe licitate vna legatus venit Nicomedes,q neq; in senatũ vlla cõditione pueníre potuit,& fur ti,& ꝓ socio,damnatus est.nã princeps legationis Lysanias adeptus est ordinẽ senatoriũ:sed cum Rẽp.nimiũ amplecteret,peculatus damnatus & bona,& senatoriũ nomẽ amisit.hi tres, etiã ærarii nostri tabulas falsas esse voluerũt.nã seruos nouẽ se ꝓfessi sunt habere,cũ oĩno sine comite veníssent.Decreto scribẽdo primũ video affuisse Lysaniã,cuiꝰ fratris bona,ꝙ is populo nõ soluebat,ꝓtore Flacco publice venierũt.prętera Philippus est Lysanię gener , & Hermobius,cuius frater Poles itẽ pecunię publicę est cõdemnatus. dicũt se Flacco,& iis q si mul essent,drachmarũ XV.millia dedisse.cũ ciuitate mihi res est acerrima,& cõficiẽtissima literarũ,in qua nummus moueri nullus potest sine quinq; Prętoribus,tribus Quęstoribus, quattuor mẽsariis,q apud illos a populo creant.ex hoc tãto numero deductus est nemo: & cum illã pecuniã nominatim Flacco datã referant,maiorẽ etiã aliquã,cũ huic iidẽ darẽt , in ædem sacrã reficiendã se perscripsisse dicunt.quod minime conuenit,nam aut omnia occul te referenda fuerunt,aut apẽrte omnia.cum perscribũt nominatim Flacco,nihil timẽt, nihil verentur.cum operi publico referunt,iidem homines subito eundem quem contempserant,

Ponere in lucro.

Aliđ agere Cuiusque= modi.

Periculo nro viuere.

Arbor fici.

Columen actionis.

Scelere se alliget.

Furti & ꝓ socio dãna tus.

Cõficiẽtissi ma literarũ

pertimescunt. Si prętor dedit, vt est scriptũ, a Quęstore numerauit: quęstor a mẽsa publica: mensa aut ex vectigali, aut ex tributo. Nunq̃ erit istud simile criminis, nisi mihi totã rationẽ omni & personarũ genere, & literarũ explicaris. Vel qđ est in eodẽ decreto scriptũ, homines clarissimos ciuitatis, amplissimis vsos honoribus, hoc prętore circũuẽtos. cur hi neq; in iudicio adsunt? neq; in decreto nominantur? nõ em̃ credo significari isto loco illũ, q̃ se erigit, Heraclidam. vtrũ em̃ in clarissimis est ciuib9 is, quẽ iudicatũ hic duxit Hermippus? q̃ hãc ipsam legationem, quã habet, nõ accepit a suis ciuibus, sed vsq; Tymolo petiuit: cui nullus honos in sua ciuitate habitus est vnq̃. res autem ea, quę tenuissimis committebatur, huic vni in vita commissa sola est. custos T. Aufidio prętore in frumento publico est positus: p quo cum a P. Varino prętore pecuniã accepisset, celauit suos ciues, vltroq; iis sumptũ intulit. qđ post eaq̃ Tẽni literis a P. Varino missis cognitũ atq; patefactum est: cumq; eadem de re Cn. Lentulus, qui Censor fuit, Tennitarum patronus literas misisset: Heraclidem istum Tẽni nemo postea vidit. Atq; vt eius impudentiam perspicere possitis, causam ipsam, quę leuissimi hominis animum in Flaccum incitauit, quęso cognoscite. Fundum Cymeũ Romę mercatus est de pupillo Meculonio, cũ verbis se locupletẽ faceret, haberet nihil pręter illã impudẽtiã, quã videtis: pecuniã sumpsit mutuam a Sex. Scola Iudice hoc nostro primario viro, qui & rem agnoscit, neq; hominem ignorat. qui tamẽ credidit P. Fuluii Veratii lectissimi hominis fidei. is cum solueret, sumpsit a C. & M. Fusiis, Equitibus Ro. primariis viris. hic hercule, cornici oculum, vt dicit. nam hunc Hermippũ hominẽ eruditũ ciuẽ suũ, cui debebat esse notissim9, percussit. eius em̃ fide sumpsit a Fusiis. Securus Hermippus Tẽnũ pficiscitur, cũ iste sese pecuniam, quã huius fide sumpserat, a discipulis suis, diceret Fusiis persoluturũ. habebat enim Rhetor iste adolescẽtes quosdã locupletes, quos dimidio redderet stultiores, q̃ acceperat: vbi nihil possent discere nisi ignorantiã literarũ. neminẽ quidẽ adeo infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. itaq; cũ Roma clam esset pfect9, multosq; minutis mutationib9 fraudauisset, in Asiam venit: Hermippoq; percõtati de nomine Fusiano, respondet se omnẽ pecuniam Fusiis persoluisse. Interim neq; ita longo interuallo libertus a Fusiis cũ literis ad Hermippum venit. pecunia petitur ab Hermippo. Hermippus ab Heraclida petit. ipse tamen Fusiis satisfacit absentibus, & fidẽ suã liberat. hunc æstuantem, & tergiuersantem iudicio ille p sequitur. a recuperatoribus causa cognoscitur. Nolite existimare Iud. non vnam & eandem omnibus in locis esse fraudatorũ & inficiatorũ impudẽtiã. fecit eadẽ oĩa quę nostri debitores solent. negauit sese omnino versurã vllam fecisse Romę. Fusiorũ se affirmauit nunq̃ omino nomẽ audisse. Hermippũ vero ipsum pudentissimũ atq; optimum virum, veterẽ amicum atq; hospitẽ meũ, splendidissimũ atq; ornatissimũ ciuitatis suę, probris omnib9 maledictisq; vexat. Sed cum se homo volubilis quadã precipiti celeritate dicendi in illa ratione iactaret, repente testimoniis Fusiorũ, nominibusq; recitatis homo audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. itaq; recuperatores cõtra istũ rem minime dubiã prima actione iudicauerũt. Cum iudicatũ non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. Habetis & honestatẽ hominis, & auctoritatẽ testimonii, & causam omnẽ simultatis. Atq; is ab Hermippo missus cũ ei pauca mãcipia vendidisset, Romã se cõtulit. deinde in Asiã rediit, cũ iã frater meus Flacco successisset. ad quẽ adiit, causamq; ita detulit: recuperatores vi Flacci coactos & metu falsum inuitos iudicauisse. frater meus p sua ęquitate prudẽtiaq; decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret. si metu coactos diceret, haberet eosdem recuperatores. recusauit: & quasi nihil esset actum, nihil iudicatũ, ab Hermippo ibidẽ mancipia, q̃ ipse ei vendiderat, petere cœpit. M. Gratidius legatus, ad quẽ est aditũ, actionẽ se daturũ negauit: re iudicata stari ostendit placere. Iterũ iste, cui nullus esset vsq̃ consistẽdi locus, Romã se retulit. persequit Hermippus, qui nunq̃ istius impudẽtię cessit. petit Heraclides a C. Plocio Senatore viro primario, q̃ legatus in Asia fuerat, mancipia quædam, quę se, cum iudicatum esset, per vim vendidisse dicebat. Q. Naso vir ornatissimus, qui Prętor fuerat, Iudex sumitur. qui cum sententiam secũdum Plociũ se dicturũ ostẽderet, & ab eo iudice abiret, q̃ iudiciũ lege nõ erat, causam totã reliquit. Satis ne vobis Iud. videor ad singulos testes accedere? neq; vt primo constituerã tantummodo cũ vniuerso genere cõfligere? Venio ad Lysaniã eiusdẽ ciuitatis, peculiarẽ tuum Deciane testẽ, quẽ tu cũ ephebũ Tenni cognosses, quoniã te nudus delectarat, semp nudum esse voluisti. abduxisti Tẽno Apollonidẽ, pecuniã adolescentulo grãdi fœnore, fiducia tamẽ accepta, occupauisti. hanc fiduciã cõmissam tibi tenes hodie, ac possides. eũ tu testẽ spe recu

Vtrum.

Mercatus de pupillo.

Cornici oculum. peruersum. de quo p L. Murena.

Rhetor dimidio stultiores discipu. reddid. q̃ acceperat

Infatuare.

Ephebus.

Fiducia.

perandi fundi paterni venire ad teſtimoniũ dicendũ coegiſti.qui quoniã teſtimonium dixit, quidnã ſit dicturus,expecto. noui genus hominũ.noui conſuetudinẽ,noui libidinẽ. Itaq; et ſi teneo quid ſit dicere paratus,nihil tamẽ contra diſputabo prius q̃ dixerit:totũ em̃ cõuer tet,atq; alia finget.Quãobrẽ & ille ſeruet qđ parauit:& ego me ad id qđ attulerit , integrũ conſeruabo. Venio nũc ad eã ciuitatẽ,in quã ego multa & magna officia contuli,& quam meus frater in primis colit,atq; diligit.quę ſi ciuitas p̃ viros bonos grauesq; homines que relas ad vos detuliſſet,paulo cõmouerer magis.nũc vero qd putẽ?Trallianos Meãdrio cau ſam cõmiſiſſe homini egenti,ſordido,ſine honore,ſine exiſtimatione,ſine cenſu?vbi erãt illi Pythodorus,& Lepiſon?cęteri homines apud nos noti,inter ſuos nobiles?vbi illa magnifi ca,& glorioſa oſtentatio ciuitatis?nonne eſſet puditũ,ſi hãc cauſam agerẽt ſeuere,nõ mõ le gatũ,ſed Trallianũ oĩno dici Meandriũ?huic illi legato,huic publico teſti patronũ ſuũ iã in de a patre,atq; maiorib⁹,L.Flaccũ mactãdũ ciuitatis teſtimonio tradidiſſent?Nõ eſt ita Iudi ces,non eſt p̃fecto.vidi ego in quodã iudicio nup Philodorũ teſtẽ Trallianũ,vidi Parrhaſiũ, vidi Archidemũ.cũ quidẽ idẽ hic mihi Meandrius quaſi miniſtrator aderat,ſubiiciens,quid in ſuos ciues ciuitatẽq; ſi vellem,dicerẽ.nihil em̃ illo hoſe leuius,nihil egẽtius,nihil inqui natius.Quare ſi hunc habẽt auctorẽ Tralliani doloris ſui,ſi hunc cuſtodẽ literarũ,ſi hũc te ſtem iniurię,ſi hunc auctorẽ querelarũ,remittãt ſpiritus,cõprimant animos ſuos,ſedent ar rogantiã,fateant̃ in Meandrii p̃ſona eſſe expreſſam faciẽ ciuitatis.ſin iſtũ ſemp illi ipſi domi p̃terendũ eſſe & cõculcãdũ putauerũt,deſinãt putare auctoritatẽ eſſe in eo teſtimonio,cui⁹ auctor inuentus eſt nemo.Sed exponã qd in re ſit,vt quãobrẽ iſta ciuitas neq; ſeuere Flaccũ oppugnarit,neq; benigne defẽderit,ſcire poſſitis.Erat ei Caſtriciano noſe irata,de quo toto reſpondit Hortẽſius.inuita ſoluerat Caſtricio pecuniã iandiu debitã.hinc totũ odium,hinc omnis offenſio.quo cũ veniſſet Lęlius ad iratos,& illud Caſtricianũ vulnus dicẽdo refricuiſ ſet,ſiluerũt principes,neq; in illa concione adfuerunt,neq; ipſius decreti ac teſtimonii aucto res eſſe voluerũt.vſq; eo orba fuit ab optimatibus illa cõcio,vt princeps principũ eſſet Meã drius:cuius lingua quaſi flabello ſeditionis illa tũ eſt egentiũ cõcio ventilata.Itaq; ciuitatis pudentis,vt ego ſemp exiſtimaui,& grauis,vt ipſi exiſtimari volũt, iuſtũ dolorẽ querelasq; cognoſcite.Quę pecunia fuerit apud ſe Flacci patris nomine a ciuitatibus,hãc a ſe eſſe abla tam querunt̃.alio loco quęrã,qd licuerit Flacco.nunc tantũ a Trallianis requiro,quã pecu niam a ſe ablatã querunt̃,ſuã ne dicãt,ſibi a ciuitatibus collatam in vſum ſuũ.cupio audire. Non,inqt,dicimus.Quid igit̃?delatã ad nos,creditã nobis L.Flacci patris nomine,ad ei⁹ dies feſtos atq; ludos.quid tũ?hãc te inqt capere nõ licuit.iã id videro.ſed primũ illud tenebo.q̃ ritur grauis,locuples,ornata ciuitas, q̃ non retinet alienũ.ſpoliatã ſe dicit q̃ id non habet quod eius non fuit.quid hoc impudentius dici aut fingi poteſt?delectum eſt oppidum,quo in oppido vno pecunia tota Aſia ad honores L.Flacci poneretur.hęc pecunia tota ab hono ribus tranſlata in quęſtũ & fœnerationẽ,recuperata eſt multis poſt annis.quę ciuitati facta eſt iniuria?at moleſte fert ciuitas.credo.amiſſum eſt em̃ pręter ſpem,qđ erat ſpe deuoratũ lu crum.At queriť.impudẽter facit. nõ em̃ oĩa quę dolemus,eadẽ iure queri poſſum⁹.At accu ſat verbis grauiſſimis.non ciuitas,ſed imperiti homines a Meandrio cõcitati.Quo loco etiã atq; etiã facite vt recordemini,q̃ ſit temeritas multitudinis,quę leuitas p̃pria Gręcorũ,quid in concione ſeditioſa valeat oratio.hic in grauiſſima & moderatiſſima ciuitate,cum eſt fo rum plenum iudiciorũ,plenum magiſtratuum,plenum optimorum virorũ & ciuium: cum ſpeculatur atq; obſidet roſtra vindex temeritatis & moderatrix officii Curia:tamen quan tos fluctus excitari concionum videtis ! quid vos fieri cenſetis Trallibus?an id quod Per gami? niſi forte hæ ciuitates exiſtimari volunt, facilius vna ſe epiſtola Mithridatis moueri impellique potuiſſe,vt amicitiam populi Romani,fidem ſuam,iura omnia officii, humanitatiſ q; violarent,q̃ vt filium teſtimonio lęderent,cuius patrem armis pellendum a ſuis mœnibus cenſuiſſent.Quare nolite mihi iſta nomina ciuitatum nobilium opponere.quos enim hoſtes hęc familia contempſit,nunq̃ eoſdem teſtes pertimeſcet.vobis autem eſt confitendũ, ſi conſi liis principum veſtrę ciuitates reguntur:non multitudinis temeritate,ſed optimatũ cõſilio bellum ab iſtis ciuitatibus cum populo Ro.eſſe ſuſceptum.ſin ille tum motus eſt temeritate imperitorum excitatus,patiamini me delicta vulgi a publica cauſa ſeparare. At enim iſtam pecuniam huic capere nõ licuit.vtrum vultis patri Flacci licuiſſe nec ne?ſi licuit,ſicuti certe licuit:ad eius honores collatam,ex quibus ipſe nihil capiebat:patris pecuniam recte abſtulit

Puditũ eẽt

Miniſtra tor.

Orba ab optimatib⁹

Lingua fla bellum ſedi tionis.

Deuoratũ ſpe.

Leuitas Gręcorum

filius, si non licuit, tñ illo mortuo nõ modo filius, sed quiuis hęres rectissime potuit auferre. Ac tum quidẽ Tralliani cũ ipsi graui fœnore istam pecuniã multos annos occupauissent, a Flacco tñ omnia quę voluerũt, impetrauerunt. neq; tam fuerũt impudentes, vt id qđ Lælius dixit, dicere auderent, hanc ab se pecuniã abstulisse Mithridatem. quis em̃ erat, qui nõ sciret in ornãdis studiosiorem Mithridatẽ, q̃ in spoliãdis Trallianis fuisse? Quę quidẽ a me si vt dicenda sunt, dicerent, grauius agerẽ Iudices, q̃ adhuc egi, quantã Asiaticis testibus fidẽ habere vos cõueniret. reuocarẽ animos vestros ad Mithridatici belli memoriã, ad illam vniuersorum ciuium Ro. per tot vrbes vno puncto tẽporis miserã crudelẽq; cædem, Prętores nostros deditos, Legatos in vincula coniectos, noís prope Romani memoriã cũ vestigio imperii non modo ex ædibus Gręcorũ, verũ etiã ex literis esse deletã. Mithridatẽ deũ, illum patrẽ, illũ cõseruatorem Asię, illũ Euhyum, Bromiũ, Nysium, Bacchũ, Liberum nominabant. vnũ atq; idẽ erat tempus, cũ L. Flacco cõsuli portas tota Asia claudebat: Cappadocem aũt illũ non modo recipiebat suis vrbibus, verũ etiã vltro vocabat. liceat hęc nobis, si obliuisci nõ possumus, at tacere. liceat mihi potius de leuitate Gręcorũ queri, q̃ de crudelitate. auctoritatẽ isti habeant apud eos, quos esse omnino noluerunt. nam quoscũq; potuerũt rogatos, interemerunt: nomẽ ciuium Ro. quantũ in ipsis fuit, sustulerũt. In hac igit̃ vrbe se iactant, quã oderunt: apud eos, quos inuiti vident: in ea Rep. ad quã opprimendã non animus eis, sed vires deficiunt, & defuerunt. aspiciant hunc florẽ legatorũ laudatorũq; Flacci ex vera atq; integra Gręcia, tum se ipsi expendãt, tum cũ his comparent, tum si audebunt, dignitati horũ anteponãt suã. Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges, ortę, atq; in oẽs terras distributę putant. de quorũ vrbis possessione, propter pulchritudinẽ etiã inter deos certamen fuisse proditum est. quę vetustate ea est, vt ipsa ex sese suos ciues genuisse dicat: & eorum eadem terra parens, altrix, patria, dicat. auctoritate autem tanta est, vt iam fractũ prope ac debilitatum Gręcię nomẽ huius vrbis laude nitatur. Adsunt Lacedęmonii: cui⁹ ciuitatis spectata ac nobilitata virt⁹, nõ solũ natura corroborata, verũ etiã disciplina putat. qui soli toto orbe terrarũ septingentos iam annos amplius vnis moribus & nunq̃ mutatis legibus viuunt. Adsunt ex Achaia cuncta multi Legati, Bœotia, Thessalia, quib⁹ locis nuper legatus Flaccus imperatore Metello prępfuit. Neq; vero te Massilia ptereo, quę L. Flaccũ militẽ Quęstoremq; cognosti. cuius ego ciuitatis disciplinã atq; grauitatẽ non solũ Gręcię, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendã iure dicam. quę tam procul a Gręcorũ omniũ regionibus, disciplinis, linguaq; diuisa, cũ in vltimis terris cincta Gallorũ gentibus barbarię fluctibus alluat̃, sic optimatũ cõsilio gubernat̃, vt oẽs eius instituta laudare facilius possint, q̃ emulari. Hisce vtit̃ laudatoribus Flaccus, his innocẽtię testibus, vt gręcis Gręcorũ auxilio resistamus. Q̃q̃ qs igno rat, qui modo vnq̃ mediocriter res istas scire curauit, quin tria Gręcoq; genera sint vere: quorum vni sunt Athenienses, q̃ gẽs Ionũ habet̃: Aeolis alteri, Doris tertii noiabant̃. Atq; hęc cuncta Gręcia, q̃ fama, q̃ gloria, q̃ doctrina, q̃ plurimis artibus, q̃ etiã imperio & bellica laude floruit, paruũ quendã locũ vt scitis Europę tenet, sempq; tenuit. Asię maritimã oram bello supęratam cinxit vrbibus, non vt munitã coloniis illam gentẽ, sed vt obsessam teneret. Quãobrẽ quęso a vobis Asiatici testes, vt cũ vere recordari voletis quantũ auctoritatis in iudiciũ afferatis, vosmetipsi describatis Asiã, nec quid alienigenę de vobis loqui soleãt, sed qd vosmetipsi de genere vestro statuatis, memineritis. Nãq; vt opinor Asia vestra cõstat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. vtrũ igit̃ nostrũ est an vestrũ hoc prouerbiũ: Phrygẽ plagis fieri solere meliorẽ: quid de tota Caria: nõne hoc vestra voce vulgatũ est: si quid cũ periculo experiri velis, in Caria id potissimũ esse faciundũ: quid porro in Greco sermone tã tritũ atq; celebratũ est, q̃ si qs despicatui ducit̃, vt Mysorũ vltimus esse dicat̃: Nã quid ego dicã de Lydia: quis vnq̃ Gręcus Comœdiã scripsit, in qua seruus primarũ partiũ non Lydus esset: Quãobrẽ quę vobis fit iniuria, si statuimus vestro nobis iudicio standũ esse de vobis: Equidẽ mihi iã satis superq; dixisse videor de Asiatico gñe testiũ. sed tñ vestrũ ẽ Iudices oĩa q̃ dici possunt ĩ hoĩm leuitatẽ, incõstantiã, cupiditatẽ, etiã si a me min⁹ dicunt̃, vestris animis & cogitatiõe cõprehẽdere. Sequit̃ auri illa inuidia Iudaici. hoc nimirũ est illud, q̃ nõ longe a gradibus Aureliis hęc causa dicit̃: ob hoc crimẽ hic locus abs te Lęli, atq; illa turba quęsita est. scis quãta sit manus, quãta cõcordia, quãtũ valet in cõcionib⁹: summissa voce agã, tãtũ vt iudices audiãt. neq; n. desunt, q̃ istos in me, atq; in optimũ quẽq; incitẽt: quos ego quo id facili⁹ faciãt, nõ adiuuabo. Cũ autũ Iudęorũ noie quotãnis ex Italia & ex oĩb⁹ vestris puinciis Hierosolymã exportari soleret,

Athenięn. laus.
Lacedæmoniorum.
Vnis moribus.
Massilięn. laus.
Laudare facili⁹ q̃ emulari.
Gręcoq; genera tria.
Phryx plagis fit melior.
Despicatui duci.
Mysorũ vltimus.
Lydus seruus.
Aurũ Hierosolymita num.

Flaccus ſanxit edicto,ne ex Aſia exportari liceret.Quis eſt Iudices,qui hoc non vere laudare poſſit!exportari aurũ non oportere,cũ ſepe antea Senatus,tum me cõſule grauiſſime iudicauit.huic autẽ barbarę ſuperſtitioni reſiſtere,ſeueritatis:multitudinẽ Iudęorũ flagrantẽ nonnunq̃ in concionibus,pro Rep.contẽnere,grauitatis ſummę fuit.At Cn.Põpeius captis Hieroſolymis,victor ex illo fano nihil attigit.in primis hoc vt multa alia ſapienter.in tam ſuſpitioſa ac maledica ciuitate locũ ſermoni obtrectatorũ non reliquit.non em̃ credo religionem & Iudęorum & hoſtiũ impedimento prętantiſſimo imperatori,ſed pudorẽ fuiſſe. Vbi ergo crimen eſt!quoniã quidẽ furtum nuſq̃ reprehendis,edictũ probas,iudicatũ fateris,quęſitũ & prolatum palã non negas,actũ eſſe per viros primarios res ipſa declarat. Apameæ manifeſte cõprehenſum, ante pedes Prętoris in foro expẽſum eſt auri pondo centum paulo minus per Sextũ Ceſium Equitẽ Ro.caſtiſſimũ hominẽ atq; integerrimũ.Laodiceę viginti pondõ paulo amplius per hunc C.L.Peduceũ Iudicem noſtrũ.Adrymeti per Cn.Domitiũ legatum.Pergami non multũ auri ratio conſtat.aurũ in ærario eſt,furtum non reprehendit,inuidia quęrit, a iudicibus oratio auertit,vox in coronam turbamq; effundit.Sua cuiq; ciuitati religio Lęli eſt.noſtra nobis.ſtantibus Hieroſolymis,pacatiſq; Iudęis,tũ iſtorũ religio ſacrorũ a ſplẽdore huius imperii,grauitate noſtri,maiorũ inſtitutis abhorrebat.nũc vero hoc magis,q; illa gens quid de imperio noſtro ſentiret,oſtẽdit armis.q̃ chara diis immortalib⁹ eſſet,docuit, q; eſt victa,q; elocata,q; ſeruata.Quãobrem qm̃ qđ crimẽ eſſe voluiſti,id totũ vides in laudẽ eſſe conuerſum,veniamus iã ad ciuiũ Ro.querelas.Ex quibus ſit ſane prima Deciani.Quid tibi tãdẽ Deciane iniurię factũ eſt!negotiaris in libera ciuitate.primũ patere me eſſe curioſum: quouſq; negotiabere!preſertim cũ ſis illo loco natus.annos iam triginta in foro verſaris,ſed tamen Pergameno.lõgo interuallo,ſiquando tibi peregrinari commodũ eſt, Romam venis, affers faciem nouam,nomen vetus,purpuram Tyriam.in qua tibi inuideo,q; vnis veſtimentis tãdiu lautus es. Verũ eſto,negotiari libet.cur non Pergami!Smyrnę!Trallib⁹!vbi & multi ciues Ro.ſunt,& ius a noſtro magiſtratu dicit!otium te delectat:lites,turbę, Populus Ro. odio eſt.Greęcorum libertate gaudes. cur ergo vn⁹ tu Apolloniẽſes amãtiſſimos Populi Ro. fideliſſimos ſocios,miſeriores habes, q̃ aut Mithridates, aut etiam pater tu⁹ habuerit vnq̃! cur his per te frui libertate ſua!cur deniq; eſſe liberos non licet!homines ſunt tota Aſia frugaliſſimi,ſanctiſſimi,a Greęcorũ luxuria,& leuitate remotiſſimi, patreſfamilias ſuo contenti, aratores,ruſticani:agros habẽt & natura perbonos, & diligentia culturaq; meliores.in hiſce agris tu p̃dia habere voluiſti.omnino mallẽ,magis erat tuũ:ſi te craſſi agri delectabãt,hic alicubi in Cruſtumino,aut in Capenati parauiſſes.verũ eſto:Catonis eſt dictũ,pedibus cõpenſari pecuniã. lõge omnino a Tiberi ad Caicũ: quo in loco etiã Agamẽnon cũ exercitu erraſſet, niſi ducẽ Telephũ inueniſſet.Sed cõcedo id quoq;,placuit oppidum,regio delectauit.emiſſes. Amyntas eſt genere,honore,exiſtimatione,pecunia,princeps illius ciuitatis:huius ſocrũ,mulierẽ imbecilli cõſilii ſatis locupletẽ pellexit Decianus ad ſeſe:& cũ illa quid ageret, neſciret, in poſſeſſione prędiorũ eius familiã ſuã collocauit:vxorẽ abduxit ab Amynta pręgnantẽ,quę peperit apud Decianũ filiã,hodieq; apud Decianũ eſt & vxor Amyntę & filia. nũ quid harũ rerum a me fingit Deciane!ſciunt hęc oẽs nobiles,ſciunt boni viri,ſciũt,deniq; noſtri hoſtes, ſciunt mediocres negotiatores.Exurge Amynta,repete a Deciano,nõ pecuniã,nõ prędia:ſocrum deniq; ſibi habeat,reſtituat vxorẽ,reddat miſero patri filiã.membra quę debilitauit lapidibus,fuſtibus,ferro:manus,quas cõtudit:digitos,quos cõfregit:neruos,quos cõcidit:reſtituere non põt.filiã,filiã inquã ęrũnoſo patri Deciane redde. Hęc Flacco te nõ probaſſe miratis!cui quęſo tandẽ probaſti!emptiones falſas,p̃diorũ p̃ſcriptiones cũ mulierculis aperta circũſcriptione feciſti.tutor his rebus Greęcorũ legibus aſcribẽdus fuit. Polemocratem ſcripſiſti mercenariũ & adminiſtrũ conſiliorũ tuorũ. adductus eſt in iudicium Polemocrates de dolo malo & de fraude a Dione huius ipſius tutelę noĩe.qui cõcurſus ex oppidis finitimis vndiq;! qui dolor animorũ!quę querela!condẽnatus eſt Polemocrates ſentẽtiis oĩbus.irritę venditiones,irritę p̃ſcriptiones.nũ reſtituis!defers ad Pergamenos, vt illi reciperẽt in ſuas literas publicas p̃claras proſcriptiones,& emptiones tuas.repudiãt,reiiciunt.at qui hoĩes! Pergameni laudatores tui.ita em̃ mihi gloriari viſus es laudatione Pergamenorũ,quaſi honorẽ maiorũ tuorũ aſſecutus eſſes:& hoc te ſuperiorẽ putabas eſſe,q̃ Lęliũ,q; te ciuitas Pergamena laudaret.num honeſtior eſt ciuitas Pergamena,q̃ Smyrnę!An ne ipſi quidẽ dicunt!vellẽ tantũ habere me otii, vt poſſim recitare Pſephiſma Smyrnęorũ qđ fecerunt in Caſtriciũ mortuum:

Põpeius aurũ Hieroſolymitanum nõ attigit.

Iudęorũ religionẽ eleuat.

Elocata.

Vna veſtimenta.

Pedib⁹ cõpenſari pecuniam.

Iudiciũ de dolo malo.

Pſephiſma.

vel qđ ait Luceius, L. Flaccũ ſibi dare cupiſſe, vt fide ſe abduceret, Seſtertiũ vicies, & eũ tu accuſas auaritię? quẽ dicis Seſtertiũ vicies voluiſſe perdere, nam quid emebat, cũ te emebat? vt ad ſe tranſires? quã partem cauſę tibi daremus? an vt enunciares cõſilia Lęlii? qui teſtes ab eo ꝓdirent? quid? nos nõ videbamus habitare vna? quis hoc neſcit? tabulas in Lęlii poteſtate fuiſſe non dubiũ eſt, an ne vehemẽter, ne copioſe accuſares? nũc facis ſuſpitionẽ. ita eñ dixiſti, vt neſcio quid a te impetratũ eẽ videaț. At eñ Aduoni Sextilio grauis iniuria facta eſt, & nõ ferenda: ꝙ cum eſſet eiꝰ vxor Valeria inteſtata mortua, ſic egit eã rem Flaccus, quaſi ad ipm hęreditas pertineret. In quo quid reprehendas, ſcire cupio, ꝙ falſum intenderit? qui doces? ingenua inquit fuit. O peritũ iuris hominẽ, quid? ab ingenuis mulieribus hęreditates lege nõ veniunt? in manũ inquit conuenerat, nunc audio: ſed quęro vſu? coemptione? vſu non potuit, nihil eñ poteſt de tutela legitima ſine omniũ tutorum auctoritate diminui. coemptione? omnibus ergo auctoribus, in quibus certe Flaccũ fuiſſe non dices, relinquit illud, qđ vociferari non deſiſtit: non debuiſſe, cum Prętor eſſet, ſuum negotiũ agere, aut mentionem facere hęreditatis. Maximas audio tibi L. Luculle, qui de L. Flacco ſententiã laturus es, pro tua eximia liberalitate maximiſq; beneficiis in tuos, veniſſe hęreditates, cũ Aſiam prouinciã conſulari imperio obtineres. ſi quis eas ſuas eſſe dixiſſet, cõceſſiſſes? Tu T. Vecti ſiqua tibi in Aphrica venerit hęreditas, vſu amittes? an tuũ nulla auaritia ſalua dignitate retinebis? At iſtius hęreditatis iam Globulo Prętore Flacci noſe petita poſſeſſio eſt, non igit impreſſio, non occaſio, nõ vis, non tempus, non imperiũ, non ſecures ad iniuriam faciendã, Flacci animũ impulerũt. Ita ꝙ eodem etiam M. Lurco vir optimus meus familiaris conuertit aculeũ teſtimonii ſui, negauit a priuato pecuniam in prouincia Prętorem petere oportere. Cur tandẽ Marce Lurco nõ oportet? extorquere, accipere contra leges non oportet: petere nõ oportere, nũq; oſtendes, niſi docueris non licere. an legationes ſumere liberas exigendi cauſa, ſicut & tu ipſe nuper, & multi viri boni ſępe fecerũt, rectũ eſt? qđ ego non reprehẽdo, ſocios video queri. Prætorem ſi hęreditatẽ in prouincia non reliquerit, non ſolũ non reprehendendũ, verum etiã condemnãdum putas? Doti inquit Valeria pecuniã omnem ſuam dixerat, nihil iſtorũ explicari poteſt, niſi oſtenderis, illam in tutela Flacci non fuiſſe, ſi ſit, quæcunq; ſine hoc auctore eſt dicta dos, nulla eſt. Sed tñ Lurconẽ q̃q̃ pro ſua dignitate moderatus eſt in teſtimonio dicẽdo religioni ſuę, tñ iratum Flacco eſſe vidiſtis, neq; eñ occultauit cauſam iracũdię ſuę, neq; reticendã putauit. queſtus eſt libertũ ſuũ Flacco prętore eſſe damnatũ. O conditiones miſeras adminiſtrãdarum ciuitatum, & prouinciarũ: in quibus diligentia plena ſimultatũ eſt, negligẽtia vitupęrationum: vbi ſeueritas periculoſa eſt, liberalitas ĩgrata, ſermo inſidioſus, aſſentatio pernicioſa, frons omniũ familiaris, multorũ animus iratus, iracũdię occultę, blanditię apertę: veniẽtes Prętores expectant, ꝓſentibus inſeruiunt, abeũtes deſerũt. Sed omittamus querelas, ne noſtrũ conſiliũ in omittendis prouinciis laudare videamur. Literas miſit de villico P. Septimii hoĩs ornati, qui villicus cędẽ fecerat. Septimiũ ardentẽ iracũdia videre potuiſtis, in Lurconis libertum iudiciũ ex edicto dedit. hoſtis eſt Lurco. quid igit? hominũ gratioſorũ ſplendidorũq; libertis fuit Aſia tradenda? an ſimultates neſcio quas cũ libertis veſtris Flaccus exercet? an in veſtris veſtrorũq; cauſis ſeueritas odio eſt? eandẽ laudatis cũ de nobis iudicatis? At iſte Andro ſpoliatus bonis vt dicitis, ad dicendũ teſtimoniũ non venit. quid ſi veniat? deciſionis arbiter C. Cęcilius fuit, quo ſplendore vir, qua fide, qua religione? obſignator C. Sextilius Lurconis ſororis filius, homo & prudens, & conſtans, & grauis. ſi vis erat, ſi fraus, ſi metus, ſi circũſcriptio, quis pactionẽ fieri, quis adeſſe iſtos coegit? quid ſi iſta omnis pecunia, huic adoleſcentulo L. Flacco reddita eſt? ſi petita, ſi redacta, ſi per hunc Antiochum paternum huius adoleſcentis libertũ, ſeni illi Flacco probatiſſimũ? videmur ne non ſolũ auaritię crimen effugere, ſed etiã liberalitatis laudẽ aſſequi ſingularẽ? communem eñ hęreditatem, quę ęqualiter ad vtrũq; lege veniſſet, conceſſit adoleſcenti propinquo ſuo, nihil ipſe attigit de Valerianis bonis. qđ ſtatuerat facere, adductus huius pudore, & nõ ampliſſimis patrimonii copiis, id nõ ſolum fecit, ſed etiã prolixe, cumulateq; fecit. Ex quo intelligi debet, eũ contra leges pecunias non cepiſſe, qui tam fuerit in hęreditate concedẽda liberalis. At Falcidianũ crimen ingens. Talẽta quinquaginta ſe Flacco dicit dediſſe. audiamus hominẽ. nõ adeſt. quomodo igitur dicit? epiſtolã mater eius profert, & alterã ſoror. ſcriptũ ad ſe dicunt eſſe ab illo, tantã pecuniã Flacco datã. ego is, qui ſi aram tenens iuraret, crederet nemo, per epiſtolã, qđ volet, iniuratus probabit? at qui vir? q̃ non amicus ſuis ciuibus? qui patrimonium ſatis lautum, quod hic no-

Seſtertium vicies.

In manũ conuenire.

Vſus.

Coemptio.

Dicere pecuniã doti.

Iudiciũ ex edicto dare

Deciſionis arbiter.

Prolixe.

Arã tenentem iurare.

biſcum conficere potuit,Greçorũ conuiuiis maluit diſſipare. quid attinuit relinquere hanc
Comeſſe bona. vrbẽ?libertate tã prçclara carere?adire periculũ nauigandi?quaſi bona comeſſe Romę nõ lice
ret.nũc denicꝫ materculę ſuę feſtiuus filius aniculę minime ſuſpitioſæ purgat ſe per epiſtolã,
Matercula. vt eam pecuniã,quã cõfecerat,non cõſumpſiſſe,ſed Flacco dediſſe videat. At fructus iſti Tral
lianorũ Globulo Pr.venierãt.Falcidius emerat HS.nongẽtis millibus.ſi dat tantã pecuniam
Flacco,nẽpe idcirco dat,vt rata ſit emptio.emit igit aliquid,qd certe multo pluris eſſet. dat
De viuo de trahit. de lucro,nihil detrahit de viuo,minꝰ igit lucri facit. cur Albanũ venire iubet?cur matri pre
terea blandit?cur epiſtolis,& ſororis & matris imbecillitatẽ aucupat?Poſtremo cur non audi
mus ipſum?retinetur credo in prouincia.mater negat. veniſſet inquit,ſi eſſet denunciatũ. tu
certe coegiſſes,ſi vllum firmamentũ in illo teſte poſuiſſes. ſed hominẽ ab negotio abducere
noluiſti.magnũ erat ei certamẽ propoſitũ,magna cũ Greçis contẽtio, qui tñ vt opinor iacẽt
victi.nam iſte vnus totã Aſiã magnitudine poculorũ,bibẽdoꝫ ſuperauit.Sed tñ quis tibi Læ
li de epiſtolis iſtis indicauit?mulieres negãt ſe ſcire.quis?is ipſe?igitur ille tibi ſe ad matrẽ &
Oratu tuo ſororẽ ſcripſiſſe narrauit?an etiã ſcripſit oratu tuo?at vero M.Ebutiũ cõſtantiſſimũ & prudẽ
tiſſimũ hoiem Falcidii affinẽ nihil interrogas?nihil eius generũ pari fide prẽditũ C.Manliũ?
qui profecto de tanta pecunia ſi eſſet data,nihil audiſſe nõ poſſet.His tu igit epiſtolis Decia
ne recitatis,his mulierculis productis,illo abſente auctore laudato, tantũ te crimen probatu
rum putaſti?preſertim cũ ipſe non deducẽdo Falcidiũ,iudiciũ feceris plus falſam epiſtolã ha
bituram ponderis,q̃ ipſius pſentis fictam vocẽ,& ſimulatũ dolorẽ.Sed qd ego de epiſtolis Fal
cidii,aut de Androne Sextilio, aut de Deciani ſenſu tãdiu diſputo?poſtulo?de ſalute omniũ
noſtrũ,de fortunis ciuitatis,de ſumma Reip.taceo?quã vos vniuerſam in hoc iudicio veſtris
humeris,veſtris inquã humeris Iudices ſuſtinetis.Videtis in quo motu tẽporũ, quãta in cõ
uerſione rerũ,ac perturbatiõe verſemur.Cũ alia multa certi hoies, tum hoc vel maxime mo
liunt,vt veſtrę quoꝫ mentes,veſtra iudicia,veſtrę ſentẽtię optimo cuiꝫ infeſtiſſimę,atꝫ ini
miciſſimę reperiant.grauia iudicia pro Reip.dignitate,multa de cõiuratoꝝ ſcelere feciſtis.nõ
putãt ſatis cõuerſam eſſe Rẽp.niſi in eãdẽ impiorũ pœnã optime meritos ciues detruſerint.
Oppreſſus eſt C.Antonius.eſto.habuit quandã ille infamiã ſuã:neꝫ tñ ille ipe,p meo iure di
co,vobis iudicibus dãnatus eſſet:cuius dãnatione ſepulcrũ L.Catilinę floribus ornatũ,hoim
Iuſta. audaciſſimorũ,ac domeſticorũ hoſtiũ cõuentu epuliſꝫ celebratũ eſt.iuſta Catilinę facta ſunt.
nunc a Flacco Lẽtuli pœnę p vos expetunt.quã poteſtis P.Lẽtulo,qui vos in cõplexu liberoꝝ
coniugũꝫ veſtrarũ trucidatos incẽdio patrię ſepelire conatus eſt, mactare victimã gratiorẽ:
Litare. q̃ ſi L.Flacci ſanguine illius nefariũ in vos oẽs odiũ ſaturaueritis?Litemꝰ igit Lẽtulo, parẽte
Parentare. mus Cethego,reuocemus eiectos:nimię pietatis, & ſummi amoris in patriã viciſſim nos pœ
nas,ſi ita placet,ſufferamus.nos iam ab indicibus nominamur,in nos crimina fingunt, nobis
pericula cõparant.quę ſi per alios agerent,ſi denicꝫ p populi nomen ciuiũ imperitorũ multi
tudinẽ concitaſſent,equiore animo ferre poſſemꝰ. illud vero ferri nõ poteſt, qꝫ per ſenatores,
& per equites Ro.qui hęc oĩa pro ſalute oĩm,cõmuni cõſilio,vna mẽte atꝫ virtute geſſerũt,
harũ rerũ auctores,duces,principes ſpoliari oĩbus fortunis, ac de ciuitate expelli poſſe arbi
trant.Etem populi Ro.perſpiciũt eã mentẽ & voluntatẽ.oĩbus rebus quibꝰ põt populus Ro.
ſignificat quid ſentiat:nulla varietas eſt iter hoies opinionis,nulla volũtatis,nulla ſermonis.
Quare ſi quis illuc me vocat,venio.Populũ Ro.diſceptatorẽ nõ modo non recuſo, ſed etiam
Faceſſant operę. depoſco.vis abſit,ferrũ ac lapides remoueant,operę faceſſant,ſeruitia fileant:nemo erit tã in
iuſtus,qui me audierit,ſit modo liber,& ciuis,quin potius de pmiis meis q̃ de pœna cogitã
dum putet.O dii immortales,qd hoc miſerius?nos qui P.Lẽtulo ferrũ & flammã de manibus
extorſimus,imperitę multitudinis iudicio cõfidimꝰ,lectiſſimorũ ciuiũ & ampliſſimorũ ſentẽ
tias pertimeſcimus.M.Aquiliũ patres noſtri multis auaritię criminibꝰ,teſtimoniiſꝫ cõuictũ,
C.Piſo abſo quia cũ fugitiuis fortiter bellũ geſſerat,iudicio liberauerũt.Cõſul ego nup defendi C.Piſonẽ:
lutꝰ defen qui quia cõſul fortis cõſtanſꝫ fuerat,incolumis eſt Reip.cõſeruatus.defendi itẽ cõſul L.Mu
dente Cice renã conſulẽ deſignatũ.nemo illorũ iudicũ clariſſimis viris accuſantibꝰ audiendũ ſibi de am
rone. bitu putauit,cũ bellũ iã gerente Catilina oẽs me auctore duos cõſules Cal. Ianuariis ſcirent
L.Murena eſſe oportere.Innocens & bonus vir,& oĩbus rebus ornatus,bis hoc anno me defendẽte abſo
abſolutus. lutus eſt A.Thermus.quãta Reip.cauſa lætitia populi Ro.quanta gratulatio cõſecuta eſt?Sẽ
per graues,& ſapientes iudices in rebus iudicãdis quid vtilitas ciuitatis,quid cõmunis ſalus
quid Reip.tẽpora poſcerẽt, cogitauerunt. cum tabella vobis dabitur Iudices, non de Flacco

dabitur ſolũ: dabitur de ducibus, auctoribuſq; conſeruãdę ciuitatis: dabitur de omnibus bonis ciuibus: dabitur de vobiſmetipſis: dabit̃ de liberis veſtris: de vita, de patria, de ſalute communi, non iudicatis in hac cauſa de exteris nationibus, nõ de ſociis: de vobis, ac veſtra Rep. iudicatis. Q; ſi prouinciarũ vos ratio magis mouet, q̃ veſtra, ego vero non modo nõ recuſo, ſed etiã poſtulo, vt prouinciarũ auctoritate moueamini. Etem̃ opponem⁹ Aſię prouinciæ: primũ magnã partẽ eiuſdẽ prouincię, q̃ p hui⁹ piculis legatos laudatoreſq; miſit. deinde prouinciã Gallíã, prouinciã Cilíciã, Hiſpaniã prouinciã, Cretã. Grecis aũt, Lydis, & Phrygib⁹, & Myſis, obſiſtẽt Maſſilienſes, Rhodii, Lacedæmonii, Atheniẽſes, cũcta Achaia, Theſſalia, Bœotia. Septimio & Cęlio teſtib⁹, P. Seruilius, & M. Metellus, hui⁹ pudoris integritatiſq; teſtes repugnabũt. Aſiaticę iuriſdictioni vrbana iuriſdictio reſpondebit. annui tẽporis criminationem omnis ętas L. Flacci & perpetua vita defendet. Et ſi prodeſſe L. Flacco Iud. debet, q; ſe Tribunũ mil. q; Quæſtorem, q; legatũ imperatoribus clariſſimis, exercitibus ornatiſſimis, prouiciis grauiſſimis dignum ſuis maioribus præſtitit: profit q; hic vobis videntibus, in periculis cõmunibus omniũ veſtrum, ſua pericula cũ meis coniunxit: profint honeſtiſſimorũ municipiorũ, coloniarumq; laudationes: profit etiã Senatus populiq; Ro. præclara & vera laudatio. O nox illa quæ pene æternas huic vrbi tenebras attuliſti: cũ Galli ad bellũ, Catilina ad vrbem, coniurati ad ferrũ & flammã vocabantur: cũ ego te Flacce, cælum noctẽq; conteſtans, flens flentẽ obteſtabar: cũ tuę fidei optimę & ſpectatiſſimę ſalutem vrbis, & ciuiũ commendabã. Tu tu Flacce Prętor cõmunis exitii nuncios cepiſti: tu incluſam in literis Reip. peſtem deprehendiſti: tu periculorũ indicia, tu ſalutis auxilia, ad me & ad ſenatũ attuliſti. quę tibi tum gratię ſunt a me actę! quæ ab ſenatu! quę a bonis oĩbus! quis tibi, quis C. Pontinio fortiſſimo viro quẽq; bonum putaret vnq; non ſalutem, verũ honorem vllũ denegaturũ! O Nonæ illæ Decembres, quę me conſule fuiſtis, quẽ ego diem vere natalẽ huius vrbis, aut certe ſalutarẽ appellare poſſum. O nox illa, quã iſte eſt dies conſecutus, fauſta huic vrbi: miſerum me, metuo ne funeſta nobis. qui tũ animus L. Flacci! (nihil dicã em̃ de me) qui amor in patriã! quę virtus! quę grauitas extitit! Sed quid ea commemoro, quę tum, cũ agebanť, vno conſenſu omniũ, vna voce populi Romani, vno orbis terrę teſtimonio, in cælũ laudibus efferebanť! nunc vereor ne nõ modo nõ profint, verum etiã aliquid obſint. etem̃ multo acriorem improborũ interdũ memoriam eſſe ſentio, q̃ bonorũ. Ego te, ſi quid grauius acciderit, ego te inquam Flacce perdidero. mea dextra illa, mea fides, mea promiſſa: cũ te, ſi Rẽp. cõſeruaremus, oĩm bonorũ pręſidio, quoad viueres, non modo munitũ, ſed etiã ornatũ fore pollicebar. putaui: ſperaui, etiã ſi honos noſter vobis vilior fuiſſet, ſalutẽ certe charam futurã. At L. Flaccũ quidẽ Iudices ſi (qđ dii immortales omẽ auertãt) grauis iniuria affixerit, nunq̃ tñ proſpexiſſe veſtrę ſaluti, cõſuluiſſe vobis, liberis, cõiugibus, fortunis veſtris, pœnitebit: ſemp ita ſentiet, talẽ ſe animũ & generis dignitati, & pietati ſuę, & patrię debuiſſe. vos ne pœniteat tali ciui nõ pepercíſſe, p deos immortales Iud. prouidete. quotus em̃ quiſq; eſt, qui hãc in Rep. ſectã ſequať! qui vobis, qui veſtri ſimilibus placere cupiat! qui optimi atq; ampliſſimi cuiuſq; hoĩs atq; ordinis auctoritatẽ magni putet! illã viã ſibi vident expeditiorẽ ad honores, & ad oĩa q̃ cõcupiuerũt. Sed cętera ſint eorũ: ſibi habeant potentiã, ſibi honores, ſibi cęterorũ cõmodorũ ſummas facultates. liceat iis, qui hęc ſalua eſſe voluerũt, ipſis eſſe ſaluis. nolite Iud. exiſtimare eos, q̃bus integrũ eſt, qui nondũ ad honores acceſſerũt, non expectare huius exitũ iudicii. ſi L. Flacco tãtus amor in bonos oẽs, tãtũ in Rep. ſtudiũ, calamitati fuerit, quẽ poſthac tam amentẽ fore putatis, qui nõ illã viam vitæ, quã ante pręcipitẽ, & lubricã eſſe ducebat, huic planę & ſtabili pręponendã eſſe arbitreť! Q; ſi taliũ ciuiũ vos Iud. tędet, oſtendite. mutabunt ſententiã, qui potuerint: cõſtituent quid agãt, quibus integrũ eſt. nos qui iam progreſſi ſumus, hũc exitũ noſtrę temeritatis feremus. ſin hoc aĩo q̃plurimos eſſe vultis, declarabitis hoc iudicio, quid ſentiatis. huic, huic miſero puero, veſtro, ac liberorũ veſtrorũ ſupplici Iudices hoc iudicio viuendi p̃cepta dabitis. cui ſi patrẽ cõſeruatis, qualis ipſe debeat eſſe ciuis, p̃ſcribetis. ſi eripitis, oſtẽditis bonę rationi, & cõſtanti, & graui nullũ a vobis fructũ eſſe propoſitũ. qui vos qm̃ eſt id ętatis, vt ſenſum iã percipere poſſit ex mœrore patrio, auxiliũ nondũ patri ferre poſſit, orat ne ſuũ luctũ patris lachrymis, patris mœrorẽ ſuo fletu augeatis. qui etiã me intueť, me vultu appellat, meã quodãmodo flens fidẽ implorat: ac repetit eã, quã ego patri ſuo quondã pro ſalute patrię ſpoponderim, dignitatem. Miſeremini familię Iudices, miſeremini fortiſſimi patris, miſeremini filii: nomen clariſſimum, & fortiſſimum, vel generis, vel vetuſtatis, vel hominis cauſa, Reip. reſeruate.

Legati laudationis cauſa.

O nox illa.

Nonæ Decembres.

Sectã.

Integrũ eſt.

Oratio

PRO P. SYLLA. ORATIO. XXV.

Casus tulit

Pręcipitāte repub.

Maxime vellem Iudices, vt P. Sylla & antea dignitatis suæ splendorē obtinere, & post calamitatē acceptā modestię fructū aliquē potuisset percipere. sed qm̄ ita tulit casus infestus, vt amplissimo in honore, tū cōmuni ambitionis inuidia, tū singulari Antronii odio euerteret: & in his pristinę fortunę reliquiis miseris, & afflictis, tn̄ haberet quosdā, quorū animos, ne supplicio quidē suo satiare posset: q̄q̄ ex huius incōmodis magnā animo molestiā capio, tn̄ in cęteris malis facile patior oblatū mihi tēpus, in quo boni viri lenitatē meā, misericordiāq; notā oībus quondā, nunc quasi intermissam agnoscerent: improbi ac perditi ciues re domiti atq; victi, p̄cipitante rep. vehementē me fuisse atq; fortē, cōseruata mitē, ac misericordē faterent̄. Et qm̄ L. Torquatus meus familiaris, ac necessarius Iudices existimauit, si nostrā in accusatione sua necessitatē familiaritatēq; violasset, aliquid se de auctoritate meę defensionis posse detrahere, cū huius periculi ꝓpulsatione coniungā defensionē officii mei. quo quidē genere nō vterer orationis Iudices hoc tēpore, si mea solū interesset. multis em̄ mihi locis & data facultas est, & sępe dabit̄ de mea laude dicendi. sed vt ille Iudices quantū de mea auctoritate diripuisset, tantū se de huius p̄sidiis diminuturum sperauit: sic hoc ego sentio: si mei facti rationē vobis, constantiāq; huius officii ac defensionis probauero, causam quoq; me P. Syllę probaturum. Ac primū abs te illud L. Torquate quæro, cur me a cęteris clarissimis viris, ac principibus ciuitatis in hoc officio, atq; in defensionis iure secernas? quid enim est, quamobrem abs te Q. Hortensii factū clarissimi viri, atq; ornatissimi ciuis nō reprehēdat̄, rep̄hendat̄ meū? nam si initū est cōsilium a P. Sylla inflāmandę ciuitatis, huius extinguendi imperii, delendę vrbis, mihi maiorem hęc res dolorem, q̄ Q. Hortensio, mihi maius odiū afferre debet? meum deniq; grauius esse iudiciū, qui adiuuandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendēdus, qui deserendus esse videatur? Ita inquit. tu em̄ inuestigasti, tu patefecisti coniurationē. quod cū dicit, non attendit, eum qui patefecerit, hoc curasse, vt id omnes viderent, qđ antea fuisset occultum. quare ista coniuratio si patefacta per me est, tam patet Hortensio, q̄ mihi. quē cum videas honore hoc, auctoritate, virtute, consilio pręditum non dubitasse, quin innocentem P. Syllam defenderet, quęro cur qui aditus ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit? quæro illud etiā, si me qui defendo, reprehendendū putas esse, quid tandē existimes de his summis viris, & clarissimis ciuibus, quorū studio & dignitate celebrari hoc iudiciū & ornari, causam defendi huius innocētis vides? nō em̄ vna est ratio defensionis ea, quę posita est in oratione. oēs, qui adsunt, qui laborant, qui saluū volunt, pro sua parte atq; auctoritate defendūt. An vero in q̄bus subselliis hęc ornamenta ac lumina reipublicę viderē, in his me apparere nollē? quorū ego opera illum in locū, atq; in hanc celsissimā sedem dignitatis atq; honoris multis meis ac magnis laboribus & periculis ascendissem? Atq; vt intelligas Torquate quē accuses: si te id offendit, ꝙ ego qui hoc genere quęstionis defenderim neminem, non desim P. Syllę: recordare de cęteris, quos adesse huic vides: intelliges & de hoc, & de cæteris iudicium meum, & horum par atq; vnum fuisse. Quis nostrum adfuit Vargunteo? nemo. ne hic quidem Q. Hortensius, præsertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. non enim iam se vllo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, cum ille tanto scelere commisso omniū officiorum societatē diremisset. quis nostrum Seruium Syllam? quis Publium? quis M. Leccā? quis Cornelium defendendū putauit? quis his horū adfuit? nemo. qd ita? quia cæteris in causis etiam nocentes, viri boni, si necessarii sunt, non defendendos esse non putant. in hoc crimine non solum leuitatis est culpa, verum etiam quędam contagio sceleris, si defendas eum quē obstrictum esse patriæ suspicere. Quid Antronio? nōne sodales, non Collegę sui, non veteres amici, quorū ille copia quondam abundarat, non hi oēs, qui sunt in rep. principes defuerūt? immo etiā testimonio pleriq; lęserunt? statuerāt tātū illud esse maleficiū, ꝙ nō modo nō occultari ꝑ se, sed etiā aperiri illustrariq; deberet. Quāobrē quid est qđ mirere, si cum iisdem me in hac causa vides adesse, cum quibus in cęteris intelligis abfuisse? nisi vero me vnum vis ferū præter cęteros, me asperū, me inhumanū existimari, me singulari immanitate, & crudelitate pręditum. Hanc mihi tu si propter res meas gestas imponis in omni vita mea personam Torquate, vehemēter erras. me natura misericordem, patria seuerum, crudelem nec patria, nec natura esse voluit. deniq; istam

Obstrictus patrię.

Pręditus crudelitate

ipſam perſonã vehementẽ,& acrẽ,quã mihi tum tẽpus, & reſpublica impoſuit, iã volũtas & natura ipa detraxit.illa.n.ad breue tẽpus ſeueritatẽ poſtulauit.hęc in omni vita miſericordiã lenitatẽq; deſiderat.Quare nihil eſt q ex tãto comitatu virorũ amplıſſimorũ me vnũ abſtrahas.ſimplex officiũ,atq; vna eſt oĩm bonorũ cauſa.nihil erit qđ admirere poſthac,ſi in ea parte,in qua hos animaduerteris,me videbis.nulla eſt eñ in rep.cauſa mea propria.tẽpus agẽdi fuit magis mihi ꝓpriũ,q̃ cæteris:doloris vero,& timoris,& periculi fuit illa cauſa cõmunis. neq; eñ princeps tũc ad ſalutẽ eſſe potuiſſem,ſi eſſe alii comites noluiſſent. quare neceſſe eſt qđ mihi cõſuli pręcipuũ fuit ꝓter alios,id iam priuato cũ cęteris eſſe cõmune. Neq; ego hoc partiẽdę inuidię,ſed cõmunicãdę laudis cauſa loquor.oneris mei partẽ nemini impertio, glorię bonis oĩbus.In Antroniũ teſtimoniũ dixiſti inquit, Syllã defendis. Hoc totũ eiuſmodi eſt Iudices,vt ſi ego ſim incõſtans ac leuis,nec teſtimonio fidẽ tribui conuenerit, nec defenſioni auctoritatẽ.ſin eſt in me ratio reipublicę,religio priuati officii,ſtudiũ retinendę volũtatis bonorum,nihil minus accuſator debet dicere,q̃ a me defendi Syllam,teſtimonio lęſum eſſe Antronium.videor eñ non ſolũ ſtudiũ ad defendendas cauſas,verũ opinionis aliquid,& auctoritatis afferre.qua & moderate ego vtar Iudices,& omnino nõ vterer,ſi ille me nõ coegiſſet.

Duę cõiurationes abs te Torquate conſtituunt:vna quæ Lepido & Volcatio Conſſ.patre tuo Conſ.deſignato facta eſſe dicit,altera quę me conſule. harũ in vtraq; Syllam dicis fuiſſe. patris tui fortiſſimi viri,atq; optimi conſulis,ſcis me conſiliis non interfuiſſe:ſcis me, cũ mihi ſummus tecũ vſus eſſet,tñ illorũ expertem temporũ,& ſermonũ fuiſſe. credo q nondum penitus in Rep.verſabar,q nondum ad propoſitum mihi fiñẽ honoris peruenerã,q mea ambitio,& forenſis labor ab omni illa cogitatione abſtrahebat.Quis ergo intererat veſtris conſiliis:oẽs hi,quos vides huic adeſſe,& in primis Q.Hortenſius:qui cũ propter honorẽ, ac dignitatẽ,atq; animũ eximiũ in rempublicã,tum propter ſummã familiaritatẽ,ſummũq; amorem in patrẽ tuum,tum cõmunibus,tũ pręcipuis patris tui periculis cõmouebat.Ergo iſtius cõiurationis crimen defenſum ab eo eſt,qui interfuit,qui cognouit, qui particeps, & conſilii veſtri fuit,& timoris.cuius in hoc crimine propulſando cũ eſſet copioſiſſima, atq; ornatiſſima oratio,tum nõ minus inerat auctoritatis in ea,q̃ facultatis. Illius igit coniurationis quæ facta contra vos,delata ad vos,a vobis prolata eſſe dicit,ego teſtis eſſe non potui.non modo eñ nihil cõperi,ſed vix ad aures meas iſtius ſuſpitionis fama peruenit. qui vobiſcũ in cõſilio fuerunt,qui vobiſcũ illa cognorunt,quibus ipſis periculũ tum conflari putabat, qui Antronio non adfuerunt,qui in illũ teſtimonia grauia dixerunt,hunc defendũt,huic adſunt,in huius periculo declarant,ſe non crimine cõiurationis,ne adeſſent cęteris,ſed hominũ maleficio deterritos eſſe.Mei conſulatus autẽ tempus & crimẽ maxime cõiurationis a me defendetur. Atq; inter nos partitio nõ eſt fortuito Iudices,nec temere facta:ſed cũ videremus eorũ crimi num nos patronos adhiberi,quorũ teſtes eſſe poſſemus,vterq; noſtrũ id ſibi ſuſcipiendũ putauit,de quo alíqd ſcire ipſe,atq; exiſtimare potuiſſet.Et quoniã de criminibus ſuperioris cõiurationis Hortenſiũ diligenter audiſtis,de hac cõiuratione quę me cõſule facta eſt,hoc primum attendite. Multa cũ eſſem cõſul,de ſummis reip.periculis audiui,multa quęſiui, multa cognoui:nullus vnq̃ de Sylla nuncius ad me,nullũ indiciũ,nullę literę peruenerunt,nulla ſuſpitio.Multũ hęc vox fortaſſe deberet valere eius hoĩs,qui cõſul inſidias reip.cõſilio inueſtigaſſet,veritate aperuiſſet,magnitudine animi vindicaſſet: cũ ipſe nihil audiſſe de P.Sylla, nihil ſuſpicatũ eſſe diceret.ſed ego nondũ vtor hac voce ad hunc defendendũ, ad purgandũ me potius vtor:vt mirari Torquatus deſinat,me,qui Antronio abfuerim,Syllam defendere. Quæ eñ Antronii fuit cauſa:quę Syllę eſt? ille ambitus iudiciũ tollere, ac diſturbare primũ conflato voluit gladiatorũ,ac fugitiuorũ tumultu : deinde id qđ vidimus oẽs, lapidatione, atq; concurſu.Sylla ſi ſibi ſuus pudor ac dignitas non prodeſſet,nullũ auxiliũ requiſiuit.Ille damnatus ita ſe gerebat non ſolũ conſiliis,& ſermonibus,verũ etiã aſpectu,atq; vultu,vt inimicus eſſe ampliſſimis ordinibus,infeſtus bonis oĩbus,hoſtis patrię videret. hic ſe ita fractũ illa calamitate,atq; afflictum putauit,vt nihil ſibi ex priſtina dignitate ſupereſſe arbitraret, niſi qđ modeſtia retinuiſſet.Hac vero in cõiuratione,quid tã coniunctũ q̃ ille cũ Catilina:cũ Lentulo:quę tanta ſocietas vllis inter ſe rerũ optimarũ,quanta ei cũ illis ſceleris,libidinis,audacię:qđ flagitium Lentulus non cũ Antronio concepit:qđ ſine eodem illo Catilina facinus admiſit:cũ interim Sylla cũ eiſdem ipſis non modo noctẽ ſolitudinemq; non quereret, ſed ne mediocri quidem ſermone,& congreſſu coniungeretur.Illũ Allobroges maximarũ rerũ veriſ

Conflari periculum.

Abfuerim Antronio.

Lapidatio.

Insimulare. simi indices:illũ multorũ literę,ac nuncii coarguerũt.Syllam interea nemo insimulauit, nemo nominauit.postremo eiecto,siue emisso ia ex vrbe Catilina,ille arma misit,cornua,tubas, falces,signa,legiones.ille relictus intus,expectatus foris,Lẽtuli pœna cõpressus,cõuertit se,ali quando ad timorẽ,nunq̃ ad sanitatẽ.hic cõtra ita quieuit,vt eo tẽpore omni Neapoli fuerit, vbi neq; hoies fuisse putant huius affines suspitionis,& locus est ipse nõ tã ad inflãmandos calamitosorũ aios,q̃ ad consolãdos accõmodatus. propter hanc igit tantã dissimilitudinem hominũ,atq; causarũ,dissimilẽ me in vtroq; prębui.veniebat em̃ ad me, & sępe veniebat An-

Cõdiscipulus. tronius multis cũ lachrymis supplex,vt se defenderẽ: & se meũ cõdiscipulũ in puericia, familiarem in adolescẽtia,collegã in Quęstura cõmemorabat fuisse: multa mea in se, nõnulla etiã sua in me proferebat officia.Quibus ego rebus Iudices,ita flectebar aio,atq; frãgebar,vt etiã ex memoria,quas mihi ipsi fecerat insidias deponerem:vt iam immissum esse ab eo C. Cornelium,qui me in sedibus meis,in cõspectu vxoris meę ac liberorũ meorũ trucidaret,obliuiscerer.quæ si de vno me cogitasset,qua mollitia sum animi, ac lenitate, nunq̃ mehercule illius lachrymis ac precibus restitissem.sed cũ mihi patrię,cum vestrorũ periculorum, cum huius vrbis,cum illorũ delubrorum,atq; templorũ,cum puerorũ infantium,cum matronarum, ac

Veniebat in mentem virginũ. virginũ veniebat in mentẽ:& cum illę infestę,ac funestę faces,vniuersumq; totius vrbis incendium,cum tela,cum cędes,cum ciuiũ cruor,cum cinis patrię versari ante oculos,atq; animũ memoria refricare cœperat:tum deniq; ei resistebam,neq; solũ illi hosti, ac parricidæ,sed his etiã propinquis illius,Marcellis patri,& filio,quorũ alter apud me parẽtis grauitatẽ,alter filii suauitatẽ obtinebat:neq; me arbitrabar sine summo scelere posse qđ maleficiũ in aliis vindicassem,idẽ in illorũ socio,cũ scirem,defendere.Atq; idẽ ego neq; P.Syllam supplicem ferre, neq; eosdẽ Marcellos,neq; hui9 M.Messalę hois necessarii pces sustinere potui. neq; n. est causa aduersata naturę:nec hõ,nec res misericordię meę repugnauit.nusq̃ nomen, nusq̃ vestigiũ fuerat:nullũ crimẽ,nullũ indiciũ.suscepi causam Torquate, suscepi, & feci libẽter, vt me quẽ boni cõstantẽ semp,vt spero,existimassent,eũdẽ ne improbi quidẽ crudelem dicerent. Hic ait se ille Iudices regnũ meum ferre non posse.qđ tandẽ Torquate regnũ!consulatus credo mei, in quo ego imperaui nihil,sed contra Patribus conscriptis,& bonis oibus parui. quo in magistratu non institutũ est a me Iud.regnum,sed non permissum.An tum in tanto imperio,tãta potestate non dicis fuisse regẽ!nũc priuatũ regnare dicis! quo tandẽ noie! q; in quos testimonia dixisti,inqt,dãnati sunt:quẽ defendis,spĕrat se absolutũ iri.Hic tibi ego de testimoniis meis hoc respondeo.si falsum dixerim,te in eos dixisse.sin verũ,nõ esse hoc regnare, cũ verũ iuratos dicas ꝑbare.De huius spĕ tãtũ dico,nullas a me opes P.Syllã,nullã potentiã,nihil de niq; ꝑter fidẽ defensionis expectare.Nisi tu inqt causam recepisses,nũq̃ mihi restitisset,sed in dicta causa profugisset.si iã hoc tibi concedã,Q.Hortensiũ tanta grauitate hoiem,si hos tales viros nõ suo stare iudicio,sed meo:si hoc tibi dẽ,qđ credi nõ potest,nisi ego huic adessem hos adfuturos nõ fuisse:vter tandẽ rex est!is ne,cui innocẽtes hoies nõ resistũt!an is, q calamitosos nõ deserit!At hic etiã,id qđ tibi necesse minime fuit,facetus esse voluisti,cũ Tarquiniũ,& Numã,& me tertiũ peregrinũ regẽ esse dixisti.mitto iã de rege quęrere.illud q̃ro,peregrinũ cur me esse dixeris!nã si ita sum,non tã est admirandũ regẽ esse me,quia vt tu vis,etiã peregrini reges Romę fuerũt,q̃ cõsulẽ Romę fuisse peregrinũ.Hoc dico inquit,te esse ex municipio.fateor,& addo etiã ex eo municipio, vnde iterũ iã sal9 huic vrbi imperioq; missa est. sed scire ex te peruelim,quãobrẽ qui ex municipiis veniãt, peregrini tibi esse videant.nemo em̃ istuc M.illi Catoni seni,cũ plurimos haberet inimicos,nemo T.Coruncano, nemo Curioni,nemo huic ipsi nostro C.Mario,cũ ei multi inuiderent,obiecit vnq̃. Equidẽ vehemẽter lætor,eũ esse me,in quẽ tu,cum cuperes,nullã contumeliã iacere potueris,quę nõ ad maximam partẽ ciuiũ cõueniret,sed tñ te a me pro magnis causis nostrę necessitudinis,monendum esse

Nõ possũt oẽs esse patricii. etiã atq; etiã puto.nõ possunt oẽs esse patricii:si verũ quęris,ne curãt quidem.nec se ęquales tui propter istã causam abs te anteiri putant.At si tibi nos peregrini videmur,quorũ iam & nomen & honos inueterauit & huic vrbi,& hoim famę ac sermonibus: q̃ tibi illos cõpetitores tuos peregrinos videri necesse erit,qui iam ex tota Italia delecti tecũ de honore,& de omni dignitate contẽdũt!quorũ caue tu quẽq̃ peregrinũ appelles,ne peregrinorum suffragiis obruare.qui si attulerit neruos,& industriã,mihi crede, excutiẽt tibi istã verborũ iactationẽ, & te ex somno sępe excitabunt:nec patientur se abs te nisi virtute vincẽtur,honore superari. At si Iudices cæteris patriciis me & vos peregrinos videri oporteret,a Torquato tamen hoc

Inueterauit huic vrbi.

vitium fileretur. eſt enim ipſe a materno genere municipalis honeſtiſſimi ac nobiliſſimi generis: ſed tamen Aſculani. Aut igitur doceat Picentes ſolos non eſſe peregrinos, aut gaudeat ſuo generi me meum non anteponere. Quare neq; me peregrinũ poſthac dixeris, ne grauius refutere: neq; regẽ, ne derideare. niſi forte regiũ tibi videtur, ita viuere, vt nõ modo homini nemini, ſed ne cupiditati quidẽ vlli ſeruias: cõtẽnere omnes libidines: nõ auri, nõ argenti, nõ ceterarũ rerũ indigere: in ſenatu ſentire libere: populi vtilitati magis conſulere, q̃ voluntati: nemini cedere, multis obſiſtere. ſi hoc putas eſſe regiũ, me regẽ cõfiteor eſſe. Sin te potentia mea, ſi dominatio, ſi denicp aliquod dictũ arrogãs, aut ſuperbũ mouet, qn tu id potius pfers, q̃ verbi inuidiã cõtumeliãq; maledicti? Ego tãtis a me beneficiis in Rep. poſitis, ſi nullũ aliud mihi ꝓmiũ a ſenatu Populoq; Ro. niſi honeſtũ otiũ poſtularẽ, quis nõ cõcederet? ſibi haberẽt honores, ſibi impia, ſibi prouincias, ſibi triũphos, ſibi alia ꝑclara laudis inſignia: mihi liceret eius vrbis, quã cõſeruaſſem, cõſpectu, trangllo animo, & quieto frui? Quid ſi hoc nõ poſtulo? ſi ille labor meus priſtin9, ſi ſollicitudo, ſi officia, ſi opę, ſi vigilię deſeruiũt amicis, pręſto ſunt oĩbus: ſi neq; amici in foro requirũt ſtudiũ meũ, neq; Reſp. in curia: ſi me nõ modo nõ rerum geſtarũ vacatio, ſed neq; honoris, neq; ætatis excuſatio vendicat a labore: ſi volũtas mea, ſi in duſtria, ſi domus, ſi animus, ſi aures patẽt oĩbus: ſi mihi ne ad ea qdẽ quę p ſalute oĩm geſſi, recordãda, & cogitãda quicq̃ relinquit tẽporis: tñ hoc regnũ appellabit? cuius vicarius q velit eſſe, inueniri nemo poteſt, longe abeſt regni ſuſpitio. Si q̃ris, q ſint Romæ regnũ occupare conati, vt ne replices annaliũ memoriã, ex domeſticis imaginibus inuenies. Res em̃ geſtę credo meę, me nimis extulerũt? ac mihi neſcio quos ſpiritus attulerũt? Quibus de rebus tã claris, tã immortalib9 Iudices, hoc poſſum dicere: me q e ſummis eripuerim periculis vrbẽ hãc, & vitã omniũ ciuiũ, ſatis adeptũ fore, ſi ex hoc tãto in omnes mortales beneficio nullũ ĩ me periculũ redũdabit. Etenim in qua ciuitate res tantas geſſerim, memini: & in qua vrbe, intelligo. plenũ forũ eſt eoꝝ hominũ, quos ego a veſtris ceruicibus depuli Iudices, a meis nõ remoui. niſi vero paucos fuiſſe arbitramini, qui conari, aut ſperare poſſent ſe tãtũ imperium poſſe delere. Horũ ego faces eripere de manibus & gladios extorquere potui, ſicut feci: voluntates vero conſceleratas, ac nefarias nec ſanare potui, nec tollere. Quare nõ ſum neſcius quãto periculo viuã in tãta multitudine improboꝝ, cũ mihi vni cũ oĩbus improbis æternũ videã bellum eſſe ſuſceptũ. Q̃ ſi illis meis ꝑfidiis forte inuides: & ſi ea tibi regia videntur, ꝙ oẽs boni oĩm generũ atq; ordinũ ſuã ſalutẽ cũ mea coniũgũt: cõſolare te, ꝙ omniũ mẽtes improboꝝ mihi vni maxime ſunt infenſę, & aduerſæ. Qui me nõ ſolũ idcirco oderunt, ꝙ eoꝝ conatus impios & furorẽ conſceleratũ repreſſi: ſed eo etiã magis, ꝙ nihil iã ſe ſimile me viuo conari poſſe arbitrantur. At vero qd ego miror, ſi qd ab improbis de me improbe dicit? cum L. Torquatus primũ ipſe his fundamẽtis adoleſcẽtię iactis, ea ſpe propoſita ampliſſimę dignitatis, deinde L. Torquati fortiſſimi Conſulis, cõſtãtiſſimi Senatoris, ſemper optimi ciuis filius, interdũ efferatur immoderatione verboꝝ? qui cũ ſuppreſſa voce de ſcelere P. Lentuli, de audacia cõiuratorũ omniũ dixiſſet, tantũmodo vt vos qui ea probatis, exaudire poſſetis: de ſupplicio P. Lẽtuli, de carcere, magna, & queribũda voce dicebat. in quo primũ illud erat abſurdũ, ꝙ cũ ea quæ leuiter dixerat, vobis probare volebat: eos autẽ qui circũ iudiciũ ſtabãt, audire nolebat: non intelligebat ea quæ clare diceret, ita illos audituros, qbus ſe vẽditabat, vt vos quoq; audiretis, qui id nõ ꝓbabatis. Deinde alterũ iam oratoris vitiũ, nõ videre quid queq; cauſa poſtulet. Nihil eſt em̃ tã alienũ ab eo, qui alterũ coniurationis accuſet, q̃ videri coniuratoꝝ pœnam, mortẽq; lugere. Qd cũ is Tribunus Pl. facit, q vnus videt ex illis ad lugẽdos cõiuratos relictus, nec mirũ eſt. difficile eſt em̃ tacere cũ doleas. te, ſi quid eiuſmodi facis, nõ modo talẽ adoleſcentẽ, ſed in ea cauſa, in qua te vindicẽ coniurationis velis eſſe, vehementer miror. ſed reꝑhendo tamẽ illud maxime, ꝙ iſto ingenio & prudentia prædítus, cauſam Reip. nõ tenes, qui arbitrere plebi Romanæ res eas nõ ꝓbari, quas me cõſule omnes boni pro ſalute cõmuni geſſerũt. Ecquẽ tu horũ, qui adſunt, quibus te cõtra ipſoꝝ volũtatẽ vẽditabas, aut tã ſceleratũ ſtatuis fuiſſe, vt hæc oĩa perire voluerit? aut tã miſerũ, vt & ſe perire cuperet, & nihil habere qd ſaluũ eſſe vellet? An vero clariſſimũ virũ generis veſtri ac nominis nemo reꝑhendit? qui filiũ ſuũ vita priuauit, vt in cæteris firmaret imperiũ. Tu Remp. reꝑhẽdis, quæ domeſticos hoſtes ne ab his ipſa necaretur, necauit? Itaq; attende iam Torquate q̃ ego defugiam auctoritatẽ conſulatus mei. maxima voce vt oẽs exaudire poſſint, dico, ſemperq; dicã. Adeſtote omnes animis, qui adeſtis corporibus, quoꝝ ego frequẽtia magnope lætor. erigite mẽtes au-

Homini nemini.

Vacatio.

Suppreſſa voce.

Defugere. Adeſtote animis.

resq; vestras,& me de inuidiosis rebus,vt ille putat,dicēte attendite.Ego consul,cū exercitus perditorū ciuiū clandestino scelere conflatus crudelissimū & luctuosissimū exitiū patriæ cōparasset:cū ad occasum interitūq; Reip.Catilina in castris,in his aūt tēplis,atq; tectis dux Lentulus esset constitutus:meis consiliis,meis laboribus,mei capitis periculis,sine tumultu, sine delectu,sine armis,sine exercitu,quinq; hoibus comphēsis atq; confossis,incēsione vrbē, internicione ciues,vastitate Italiā,interitu Rēp.liberaui.Ego vitā omniū ciuiū, statū orbis terræ, vrbē hāc deniq; sedē omniū nostrū,arcē regū ac nationū exterarū,lumen gentiū,domicilium imperii,quinq; hominū amentiū ac perditorū pœna redemi . An me existimasti hæc iniuratū in iudicio nō esse dicturū,q̄ iuratus ī maxima cōcione dixissem!Atq; etiā illud addā, ne q̄ forte incipiat improbus subito te amare Torquate,& aliqd sperare de te:atq; vt idē omnes exaudiant,clarissima voce dicā.Harū omniū rerū,quas ego in consulatu p salute cōmuni suscepi & gessi,L.ille Torquatus cū esset meus cōtubernalis in consulatu,cū signifer esset iuuētutis, atq; in prætura fuisset,auctor,adiutor,particeps extitit:cū princeps,cū auctor,cū signifer cēt iuuentutis:parēs eius homo amātissimus patriæ,maximi animi,summi cōsilii,singularis cōstātiæ cū esset æger:tamē oībus rebus illis interfuit,nūq̄ est a me digressus,studio,cōsilio,auctoritate,vnus adiuuit plurimū,cū infirmitatem corporis animi virtute superaret. Vides ne vt eripiā te ex improborū subita gratia! & reconciliē bonis oībus!qui te & diligūt,& retinēt, retinebūtq; semp:nec si a me forte desciueris,idcirco te a se,& a Republica,a tua dignitate deficere patiētur.Sed iā redeo ad causam. atq; hoc vos Iudices testor. mihi de memetipso tam multa dicēti necessitas quædā imposita est ab illo.Nā si Torquatus Syllā solū accusasset,ego quoq; hoc tēpore nihil aliud agerē,nisi eū qui accusatus esset, defenderē. sed cū ille tota sua illa oratione in me esset inuectus,& cū initio vt dixi defensionē meā auctoritate spoliare voluisset,etiā si dolor meus respondere nō cogeret,tamen ipsa causa hanc a me orationē flagitasset.Allobrogibus nominatū Syllā esse dicis,quis negat Syllæ indiciū! sed vide quēadmodū nominatus sit. L. Cassiū dixerūt cōmemorasse cū cęteris Antroniū secum facere.quęro num Syllam dixerit Cassius!nūq̄. Sese aiunt quæsisse de Cassio,quid Sylla sentiret. videte diligentiam Gallorū:qui vitā hominū,naturāq; non nossent,ac tantū audissent eos,pari calamitate qui fuerant,esse in eadem volūtate.Quid tum!Cassius si respondisset idem sentire,& secū facere Syllam,tamen mihi nō videretur in hūc id crimino sum esse debere.Qui ita!quia q̄ barbaros homines ad bellum impelleret,non debebat minuere illorū suspitionē, & purgare eos, de quibus illi aliquid suspicarentur.Non respondit tamen vna facere Syllam.etenim esset absurdum,cum cæteros sua sponte nominasset,mētionem Syllę facere nullam,nisi admonitum & interrogatum.nisi forte verisimile est,P.Syllæ nomen in memoria Cassio non fuisse.Si nobilitas hominis,si afflicta fortuna,si reliquiæ pristinæ dignitatis non tam illustres fuissent,tamen Antronii cōmemoratio memoriā Syllæ retulisset.etiā vt arbitror,cū auctoritates principum coniurationis ad incitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, & cū sciret exteras nationes maxime nobilitate moueri,non prius Antroniū q̄ Syllam nominasset.Iam vero illud probari minime potest,Gallos Antronio nominato putasse propter calamitatis similitudinem sibi aliquid de Sylla esse q̄rendū:Cassio,si hic esset in eodē scelere,ne cū appellasset quidem Antroniū,huius in mētem venire potuisse.Sed tū quid respondit de Sylla Cassius!se ne scire certū.nō purgat,inquit.dixi antea:ne si argueret quidē tū deniq;,cū esset interrogatus, id mihi criminosum videret. sed ego in iudiciis,& quæstionibus nō hoc q̄rendum arbitror: num purgetur aliqs,& nū arguatur. etenim cū negat se scire Cassius,vtrū subleuat Syllam! an satis ꝓbat se nescire!subleuat apud Gallos.quid ita! ne indicēt! Quid! si pericul̄ esse putasset,ne illi vnq̄ indicarēt,de se ipso cōfessus esset!nescivit. Credo Iudices celatū esse Cassiū de Sylla vno: nā de cęteris certe sciebat,& ea domi eius pleraq; cōflata esse cōstabat. qui negare noluit esse ī eo numero Syllā,quo plus spei Gallis daret: dicere aūt falsum nō ausus est. nescire dixit. atqui hoc perspicuū est: cū is q̄ de oībus scierit,de Sylla se scire negarit, eādem vim esse negationis huius,q̄ si extra coniurationē hūc esse se scire dixisset. Nā cuius scientiā de oībus cōstat fuisse,eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri.Sed iā nō q̄ro purgetur ne Cassius Syllā. illud mihi tū satis est,cōtra Syllā nihil esse ī indicio. Excluſus hac criminatione Torquatus rursus in me irruit,me accusat:ait me aliter,ac dictū est, in tabulas publicas retulisse.O dii immortales,vobis em̄ tribuā,quę vestra sunt:nec vero possum meo tantū ingenio dare,vt tot res,tantas,tā varias,tā repentinas in illa turbulentissima tēpestate Reip.

Nominatū Allobrogibus,

mea sponte desexerim. Vos profecto animũ meũ tũ cõseruandę patrię cupiditate incẽdistis: vos me ab omnibus cæteris cogitationibus ad vnã salutẽ Reip. contulistis: vos denię in tantis tenebris erroris, & inscientiæ clarissimũ lumen prætulistis menti meæ. Vidi ego hoc Iudices: nisi recẽti memoria Senatus, auctoritatẽ huiꝰ indicii monimẽtis publicis testatus essem, fore vt aliquãdo nõ Torquatus, neꝙ Torquati quispiã similis (nam id me multũ fefellit) sed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otii, bonorꝫ hostis, aliter indicata hæc esse diceret, quo facilius vento aliquo in optimũ quẽꝙ excitato, posset in malis Reip. portũ suorꝫ malorũ aliquẽ inuenire. Itaꝙ introductis in senatũ indicibus, cõstitui senatores, qui omnia indicũ dicta, interrogata, respõsa perscriberẽt. At quos viros! nõ solũ summa virtute & fide, cuius generis in senatu facultas maxima, sed etiã quos sciebã memoria, sciẽtia, cõsuetudine, & celeritate scribẽdi facillime quæ dicerẽtur, persequi posse: C. Cosconiũ, gtũc erat prætor: M. Messalam, qui tũ præturã petebat: P. Nigidiũ, Appiũ Claudiũ: credo esse neminẽ, qui his oĩbus, aut vere referẽdis, aut etiã scribẽdis putet ingeniũ defuisse. Quid deinde! quid feci! cũ scirem ita indiciũ in tabulas publicas relatũ, vt illę tabulę priuata tñ custodia more maiorũ cõtinerẽtur: nõ occultaui, nõ cõtinui domi, sed describi ab oĩbus statim librariis, diuidi passim, & p uulgari, atꝙ edi Populo Ro. imperaui: diuisi toti Italiæ, diuisi in omnes prouincias: eius indicii, e quo salus oblata esset oĩbus, expertẽ esse neminẽ volui. Itaꝙ dico locũ in orbe terrarum esse nullũ, quo in loco Reip. nomẽ sit, qn eodẽ pscriptũ hoc indiciũ peruenerit. In quo ego tã subito, & exiguo, & turbido tẽpore multa diuinitus, ita vt dixi, nõ mea spõte prouidi. primũ ne qui posset tãtũ aut de Rep. aut de alicuius periculo meminisse, quãtũ vellet. deinde ne cui liceret vnq̃ reprẽdere illud indiciũ, aut temere creditũ criminari. postremo ne qd iã a me, ne qd ex meis cõmẽtariis qreret: ne aut obliuio mea, aut memoria videret nimia: ne denię aut negligẽtia turpis, aut diligẽtia crudelis putaret. Sed tñ abs te Torquate quæro: cũ indicatus tuus inimicus esset, & esset eius rei frequẽs senatus, & recens memoria testis: tibi meo familiari & contubernali prius etiã edituri fuerint indiciũ scribæ mei si voluisses, q̃ in codicẽ retulissent: cũ videres aliter fieri, cur tacuisti! passus es! non mecum aut cũ familiari meo questus es! aut quoniã tã facile inueheris in amicos, iracundius aut vehementius expostulasti! Tu cũ tua vox nũq̃ sit audita: cũ indicio lecto, descripto, diuulgato, quieueris, tacueris: repente tãtã rem enũciare audeas! & in eũ locũ te deducas, vt anteq̃ me commutati indicii coargueris, te summę negligentiæ tuo indicio conuictũ esse fateare! Mihi cuiusq̃ salus tanti fuisset, vt meã negligerem! per me ego veritatẽ patefactã contaminarem aliquo mendacio! quẽq̃ denię ego iuuarem: a quo & crudeles insidias in Remp. factas, & in me potissimũ cõsulem putarem! Qz si iam essem oblitus seueritatis & cõstãtiæ meæ, tam ne amens eram, vt cũ literæ posteritatis causa repertę sint, quæ subsidio obliuioni esse possent, ego recẽtem putarẽ memoriã cuncti senatus, cõmẽtario meo posse superari! Fero ego te Torquate iãdudũ, fero: & nõnũq̃ animũ incitatũ ad vlciscendam orationẽ tuã, reuoco ipse, & reflecto. permitto aliquid iracundiæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitię, tribuo parenti. sed nisi tibi aliquẽ modũ vitæ constitueris, coges oblitum me nostræ amicitiæ habere rationẽ meæ dignitatis. Nemo vnq̃ me tenuissima suspitione perstrinxit, quẽ nõ puerterim. sed mihi hoc credas velim: nõ his libentissime solco respondere, quos mihi videor facillime posse superare. Tu quoniã miníme ignoras cõsuetudinẽ dicendi meã, noli hac noua lenitate abuti mea: noli aculeos orationis meæ, qui recõditi sunt, excussos arbitrari: noli id putare omnino a me esse omissum, si quid est tibi remissum, atꝙ concessum. cũ illę valent apud me excusationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia nostra: tum nõdũ statuo te viriũ satis habere, vt ego tecũ luctari & congredi debeã. ꝙ si esse vsu atꝙ ætate robustior, essem idẽ qui soleo, cũ sum lacessitus: nunc tecũ sic agam, tulisse vt potius iniuriam, q̃ retulisse gratiã videar. Neꝙ vero quid mihi irascare, intelligere possum. si ꝙ eum defendo, quẽ tu accusas: cur tibi quoꝙ ipse non succenseo: qui accuses eũ, quẽ ego defendo! Inimicum, inquis, accuso meũ: & amicũ ego defendo meum. Non debes tamen quẽq̃ in cõiurationis quæstione defendere, immo nemo magis eũ, de quo nihil est suspicatus, q̃ is, qui de aliis multa cogitauit. Cur dixisti testimoniũ in alios! quia coactus. cur damnati sunt! quia creditum est. Regnũ est dicere in quem velis, ac defendere quem velis. immo seruitus est non dicere in quem velis, ac defendere quem velis. Ac si cõsiderare cœperis, vtrũ magis mihi hoc necesse fuerit facere, an tibi: intelliges, honestius te inimicitiarum modũ statuere potuisse, q̃ me humanitatis. An vero cum honos agebatur amplissimus familię vestræ,

Insciẽtia.

Naufragus patrimonio.

In codicẽ referre.

Literę posteritatis cã reptę.

Pręuertere

Aculei orationis.

hoc eſt conſulatus parẽtis tui, ſapiẽtiſſimus vir familiariſſimis ſuis nõ ſuccẽſuit pater tuus, cum Syllã & defenderent,& laudarent! Intelligebat hanc nobis a maioribus eſſe traditã diſciplinam, vt nullius amicitia ad propulſanda pericula impẽdiremur. & erat huic iudicio longe diſſimilis illa contentio. tum afflicto P. Sylla conſulatus vobis pariebatur, ſicuti partus eſt: honoris erat certamen : ereptum repetere vos clamitabatis, vt victi in campo, in foro vinceretis. tum qui contra vos pro huius ſalute pugnabant, amiciſſimi veſtri, quibus nõ iraſcebamini, Conſulatum vobis eripiebant, honori veſtro repugnabant : & tamẽ id inuiolata veſtra amicitia, integro officio, veteri exemplo atq; inſtituto optimi cuiuſq; faciebant. Ego vero quibus ornamentis aduerſor tuis! aut cui dignitati veſtræ repugno! Quid eſt qđ iam ab hoc expetas! honor ad patrem, inſignia honoris ad te delata ſunt. Tu ornatus ęrumnis venis ad eũ lacerandum, quem interemiſti. ego iacentem & ſpoliatum defendo, & protego. atq; hic tu & reprehendis me, quia defendam, & iraſceris. ego autem nõ modo tibi non iraſcor, ſed ne reprehendo quidem factum tuũ. Te enim exiſtimo tibi ſtatuiſſe quid faciendũ putares, & ſatis idoneum officii iudicem poſuiſſe. At accuſat C. Cornelii filius, idęq; valere debet, ac ſi pater indicaret. O patrem Cornelium ſapientẽ: qui qđ præmii ſolet eſſe in iudicio, reliquerit: qđ turpitudinis in confeſſione, id per accuſationem filii ſuſceperit. Sed quid eſt tãdem qđ indicat p iſtum puerum Cornelius! Si eſt cauſa mihi ignota, cum Hortenſio communicata, reſpondet Hortenſius. Sin vt ais illum comitatum Antronii & Catilinæ, cum in campo conſularibus comitiis quæ a me habita ſunt, ędem facere voluerũt: Antronium tum in campo vidimus. & quid dixi vidiſſe nos! ego vidi. vos enim tum Iudices nihil laborabatis, neq; ſuſpicabamini. Ego tectus præſidio firmo amicorũ, Catilinæ tum & Antronii copias, & conatũ repreſſi. Num quis eſt igitur qui tum dicat in campum aſpiraſſe Syllam! Atqui ſi tum ſe cũ Catilina ſocietate ſceleris coniũxerat, cur ab eo diſcedebat! cur cũ Antronio nõ erat! cur in pari cauſa non paria ſigna reperiũtur criminis! Sed quoniam Cornelius ipſe, etiam nũc de indicãdo dubitat, vt dicitis: informat ad hoc adumbratum indiciũ filii: quid tandẽ de illa nocte dicit! cũ
Inter falcarios. inter falcarios ad M. Leccam nocte ea quæ cõſecuta eſt poſterum diẽ Nonarũ Nouẽb. me cõſule Catilinæ denũciatione cõuenit! quæ nox omniũ tẽporũ coniurationis acerrima fuit, atq; acerbiſſima. tũ Catilinæ dies exeundi, tũ cæteris manendi conditio, tũ deſcriptio totã p vrbẽ ędis, atq; incendiorũ conſtituta eſt: tũc tuus pater Corneli, id qđ tandẽ aliquãdo cõfitetur, illam ſibi officioſam prouinciã depopoſcit, vt prima luce conſulem ſalutatum veniret: intromiſſus meo more, & iure amicitiæ me in meo lecto trucidaret. hoc tẽpore, cũ arderet acerrime coniuratio: cum Catilina egrederetur ad exercitũ: Lẽtulus in vrbe relinqueretur: Caſſius incendiis, Cethegus ędi præponeretur: Antronio vt occuparet Hetruriam pſcriberetur: cũ omnia ordinarentur, inſtituerentur, pararentur, vbi fuit Sylla Corneli! nũ Romæ! immo lõge abfuit. num in his legionibus, quo ſe Catilina referebat! multo etiã longius. num in agro Camerti! Piceno! Gallico! quas oras maxime quaſi morbus quidã illius furoris peruaſerat! nihil vero minus. Fuit enim, vt iam ante dixi, Neapoli: fuit in ea parte Italiæ, quæ maxime ea ſuſpitione caruit. Quid ergo indicat, aut quid affert, aut ipſe Cornelius, aut vos, q ab eo hęc mãdata defertis! gladiatores emptos eſſe Fauſti ſimulatione, ad ędẽ, ac tumultũ. ita prorſus: interpoſiti ſunt gladiatores, quos teſtamento patris videmus deberi. arrepta eſt familia, quę ſi eſſet prætermiſſa, poſſet alia familia Fauſti munus præbere. Vtinã quidẽ hæc ipſa non modo iniquorum inuidiæ, ſed & æquorũ expectationi ſatisfacere poſſet. properatũ vehementer, cũ longe tẽpus muneris abeſſet. quaſi vero tempus dandi muneris non valde appropinquaret, nec opinante Fauſto, cũ is neq; ſciret, neq; vellet, familia eſt cõparata. At literæ ſunt Fauſti, p quas ille precibus a P. Sylla petit, vt emat gladiatores, & vt hos ipſos emat. neq; ſolũ ad Syllam miſſæ, ſed ad L. Cæſarem, Q. Pompęium, C. Memmiũ, quorũ de ſentẽtia tota res geſta eſt.
Ferramẽta. At præfuit familiæ Cornelius. iam ſi in paranda familia ſuſpitio eſt nulla, qđ profert nihil ad rem pertinet. ſed tamen munere ſeruili obtulit ſe ad ferramenta proſpicienda, præfuit vero nũq; eaq; res per Bellũ Fauſti libertũ omni tẽpore adminiſtrata eſt. At enim Cincius eſt ab hoc in vlteriorẽ Hiſpaniã miſſus, vt eã prouinciã perturbaret. Primũ Cincius Iudices L. Iulio C. Figulo cõſulibus profectus eſt aliquãto ante furorẽ Catilinę, & ante ſuſpitionẽ huius coniurationis. deinde eſt profectus nõ tũ primũ, ſed cũ in iiſdẽ locis aliquãto ante eadẽ de cauſa aliquot annos fuiſſet. ac profectus eſt nõ modo ob cauſam, ſed etiã neceſſariã cauſam, magna ratione cũ Mauritaniæ rege contracta. tũ autẽ illo profecto, Sylla procurãte eius rem, & ge-

rente, plurimis, & pulcherrimis P. Cincii prædiis venditis, æs alienũ eiusdẽ dissolutũ: vt quę causa cęteros ad facinus impulit, cupiditas retinẽdę possessionis, ea Cincio nõ fuerit prædiis diminutis. Iam vero illud q̃ incredibile! q̃ absurdũ! qui Romæ cędẽ facere, qui hanc vrbẽ inflãmare veller, eũ familiarissimũ suũ dimittere ab se, & mandare in vltimas terras. Vtrũ quo facilius Romæ ea, quæ conabatur, efficeret, si in Hispania turbatũ esset! at hæc ipsa p se sine vlla cõiũctione agebãtur. an in tantis rebus, tã nouis consiliis, tã periculosis, tã turbulentis, hominẽ amantissimũ sui, familiarissimũ, coniũctissimũ, officiis, vsu, consuetudine, dimittẽdũ esse arbitraretur! verisimile nõ est, vt quẽ in secũdis rebus, quẽ in otio secũ semp habuisset: hũc in aduersis, & in eo tumultu, quẽ ipse cõparabat, ab se dimitteret. Ipse autẽ Cincius (nõ enim mihi deserẽda est causa amici veteris atq; hospitis) is homo est! aut ea familia, ac disciplina, vt hoc credi possit! eũ bellũ Reip. facere voluisse! vt cuius pater, cũ cæteri deficerent finitimi, ac vicini, singulari extiterit in Rẽp. nostrã officio, & fide: is sibi nefariũ bellum contra patriã suscipiendũ putaret! Cuius æs alienũ videmus Iudices nõ libidine, sed negotii gerẽdi studio esse contractũ: qui ita Romæ debuit, vt in prouinciis, & in regnis maximæ ei pecuniæ deberentur: quas cũ peteret, nõ cõmisit, vt sui procuratores quicq̃ oneris absente se sustinerent: venire omnes suas possessiones, & patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, q̃ vllã moram cuiq̃ fieri creditorũ suorũ. A quo quidẽ genere Iudices ego nũq̃ timui, cũ in illa Reip. tẽpestate versarer. illud erat genus hominũ horribile, & pertimescendum, qui tãto amore suas possessiones amplexi tenebant, vt ab his membra diuelli citius, ac distrahi posse diceres. Cincius nũq̃ sibi cognationẽ cũ prędiis esse existimauit suis. Itaq; se nõ modo ex suspitione tanti sceleris, verũ etiam ex omni hominũ sermone, non armis, sed patrimonio suo vendicauit. Iã vero, qđ subiicit, Pompęianos esse a Sylla impulsos, vt ad istam coniurationẽ, ac ad hoc nefarium facinus accederent, id cuiusmodi sit intelligere nõ possum. an tibi Põpęiani coniurasse videntur! quis hoc vnq̃ dixit! aut quæ fuit istius rei vel minima suspitio! Disiũxit, inquit, eos a colonis, vt hoc dissidio, ac dissensione facta oppidũ in sua potestate posset, & Põpęianos habere. Primũ, omnis Pompęianorũ, colonorũq; dissensio delata ad patronos est, cũ iam inueterasset, ac multos annos esset exagitata. Deinde ita a patronis res cognita est, vt nulla in re a cæterorũ sententiis Sylla dissenserit. Postremo coloni ipsi sic intelligũt, nõ Põpęianos a Sylla magis q̃ sese esse defensos. Atq; hoc Iudices ex hac frequentia colonorum honestissimorũ hominũ intelligere potestis, qui adsunt, laborant: hunc patronũ, defensorẽ, custodem illius coloniæ, si in omni fortuna, atq; omni honore incolumẽ habere non potuerunt, in hoc tamẽ casu quo afflictus iacet, per vos tutari, conseruareq; cupiunt. Adsunt pari studio Pompeiani, q ab illis etiam in crimen vocantur: qui ita de ambitione, & de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, vt idem de communi salute sentirent. Ac ne hæc quidem P. Syllæ mihi videtur silentio prætereunda esse virtus: q; cum ab hoc illa colonia deducta sit, & cum cõmoda colonorũ a fortunis Pompęianorum Reip. fortuna diuiserit, ita charus vtrisq; est, atq; iucundus, vt nõ alteros demouisse, sed vtrosq; constituisse videatur. At enim & gladiatores, & omnis ista vis, rogationis Cęcilię causa comparabãtur: atq; hoc loco in L. Cęcilium prudentissimũ, atq; ornatissimũ virũ vehemẽter inuectus est: cuius ego de virtute, & cõstãtia Iudices tãtũ dico, talẽ hũc in ista rogatione, quã promulgauit, nõ de tollenda, sed de leuãda calamitate fratris sui, fuisse: vt consultũ esse voluerit fratri: tamẽ cũ Rep. pugnare noluerit: promulgarit impulsus amore fraterno, destiterit fratris auctoritate deductus. Atq; in ea re per L. Cęcilium Sylla accusatur, in qua re est vterq; laudandus. Primũ Cęcilius, qui id promulgarit, in quo res iudicatas videbatur voluisse rescindere, vt statueretur, Sylla recte reprehẽdit. Status enim Reip. maxime iudicatis rebus continetur. neq; ego tantũ fraterno amori dandũ arbitror, vt quisq̃ de salute suorũ consulat, cõmunẽ relinquat. nihil de iudicio ferebat: sed pœnã ambitus eam ferebat, quæ fuerat nuper superioribus legibus constituta. itaq; hac rogatione, non iudicum sententiam, sed legis vitium corrigebat. Nemo iudicium reprehẽdit, cum de pœna quęritur, sed legem. Damnatio enim est iudicum, quæ manebat: pœna legis, quæ leuabatur. Noli igitur animos eorum ordinum, qui præsunt iudiciis summa cum grauitate, & dignitate, alienare a causa: nemo labefactare iudicium est conatus: nihil est eiusmodi promulgatum: semper Cęcilius in calamitate fratris sui iudicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putauit. Sed quid ego de hoc plura disputem! Dicerem fortasse: & facile, & libenter dicerem: si paulo etiam longius, q̃ finis quotidiani officii postulat, pietas & fraternus amor

Perpetuandus.

L.Cęcilíũ protulíſſet:implorarẽ ſenſus veſtros:vniuſcuiuſq; indulgentiã teſtatur in ſuos:præterẽ errato veniã L.Cęcilii ex intimis veſtris cogitationibus,atq; ex humanitate cõmuni.lex díes fuit propoſita paucos,ferrí cœpta,nũq; poſita eſt in ſenatu,Populũ Romanũ latuit:cum in Capitoliũ nos ſenatũ cõuocaſſemus,nihil eſt actũ príus,& id mandato Syllæ Q.Metellus prætor ſe loquí dixít,Syllam illã rogationẽ de ſe nolle ferri.Ex íllo tẽpore L.Cęcílius multa de Rep.egít:Agrariæ legí,quæ tota a me repḥenſa, & abiecta eſt, interceſſorẽ fore pærpeſſus eſt:improbis largitionib⁹ reſtitit,Senatus auctoritatẽ nũq; impędiuit:ita ſe geſſit in tribunatu,vt onere depoſito domeſtící officíi,níhil poſtea níſi de Reipu.cõmodis cogitarít. atq; in ipſa rogatione ne p vím quíd ageretur quís tamẽ veſtrũ Syllam aut Cęcíliũ verebatur:nõne omnis terror ílle,oís ſeditionís timor,atq; opinio,ex Antronii improbitate pẽdebat:eíus voces,eíus mínę ferebantur:eius aſpectus,cõcurſatio,ſtipatio,greges hominũ pærditorꝝ,metum nobís,ſeditionęſq; afferebãt.Itaq; P.Sylla hoc importuniſſimo tũ honoris, tũ etiã calamitatís ſocio,atq; comite, & ſecũdas fortunas amittere coactus eſt, & in aduerſis ſine vllo remedío,atq; alleuamento pærmanere. Hic tu epiſtolã meã ſæpe recítas,quã ego ad Cn.Põpeíũ de meís rebus geſtís,& de ſumma Reip.miſi: & ex ea crimen alíquod in P. Syllam quęrís: & ſi furorẽ íncredibílẽ bíennio ante conceptũ erupiſſe in meo conſulatu ſcripſi,me hoc demõſtraſſe dicís,Syllam in illa fuiſſe ſuperiore coniuratione.ſcílicet ís ſum,qui exiſtímẽ Cn.Píſonem, & Catílinam,& Vargunteum, & Antroníũ níhil ſcelerate,níhil audacter ípſos pær ſeſe ſine P.Sylla facere potuiſſe:de quo etíam ſi quís dubitaſſet antea,num id qđ tu arguís,cogítaſſet,interfecto patre tuo conſule deſcendere Calen.Ian.cum lictoribus:ſuſtuliſti hanc ſuſpítionem,cum dixiſtí,hunc,vt Catílinam conſulem efficeret,contra patrem tuũ opęras & manum comparaſſe.Qđ ſi tibi ego confiteor,tu mihí concedas neceſſe eſt: hunc cum Catílinæ ſuffragaretur,níhil de ſuo conſulatu,quẽ iudício amiſerat,per vím recuperando cogitauiſſe. neq; enim iſtorum facinorum tantorum,tam atrocium crímen Iudíces P.Syllæ pærſona fuſcípit.iam enim faciam crímínibus omnibus fere díſſolutis,contra atq; in cæteris cauſis fíerí ſolet,vt nũc denięq; de vita hominis ac de moribus dicam. Etenim de príncípio ſtuduit animus occurrere magnitudini crímínis, ſatisfacere expectatíoni hominũ,de me aliquid & de ipſo q accuſatus eſt,dícere. nunc iam reuocandí eſtís eo,quo vos ipſa cauſa etiam tacẽte me cogit, animis.Omnibus in rebus Iudíces,quæ grauíores maioreſq; ſunt,quid quiſq; voluerít,cogítarit,admíſerit,non ex crímine,ſed ex moribus eíus qui arguitur,eſt ponderãdum. Neq; eñ poteſt quiſq; noſtrum ſubito fíngí,neq; cuiuſq; repente vita mutarí,aut natura conuerti. Circũſpícite pauliſper mentibus veſtris, vt alía omittamus,hoſce ípſos homines, qui huic affínes ſceleri fuerunt.Catílina contra Remp.coniurauit:cuius aures vnq; hoc reſpuerunt conatum eſſe hominem a pueritía,non ſolum intemperantia & ſcelere,ſed etiam conſuetudíne & ſtudío in omní flagítío,ſtupro,cęde verſatum! Quís eum contra patriam pugnantem pæríſſe míratur,quem ſempær omnes ad ciuile latrocinium natum putauerunt! Quis Lentuli ſocietates cum índícibus!quís inſaniam líbídínum!quís peruerſam,atq; impiam religionem recordatur!qui íllum aut nefarie,aut ſtulte cogitaſſe miretur!Quís de C.Cethego,atq; eíus in Híſpaniam profectione,ac de vulnere Q.Metelli Pii cogítat,cuí nõ ad íllíus pœnam carcer ædíficatus eſſe vídeatur!omitto cæteros,ne ſit infinitum.tantum a vobis pęto,vt taciti de omnibus,quos coniuraſſe cognitum eſt,cogítetis.intelligetis vnũquẽq; íllorum prius a ſua vita,q; noſtra ſuſpítione eſſe damnatum.Ipſum íllum Antronium (quoníam eíus nomẽ fínítímum maxime eſt huius pęrículo & crímíní) non ſua hæc vita conuincit! ſempær audax,petulans, líbídínoſus.quem in ſtuprorum defenſionibus non ſolum verbis vtí improbíſſímís ſolítũ eſſe ſcímus,verum etiam pugnís & calcíbus:quem exturbare homines e poſſeſſíonibus, cædem facere vícínorum,ſpoliare fana ſociorum,ví conatum & armís díſturbare iudícia,in bonís rebus omnes contemnere,in malís pugnare contra bonos,non Reip.cedere,nõ fortunę ipſi ſuccumbere:huius ſi cauſa non manifeſtiſſimis rebus teneretur,tamen eum mores ipſius ac víta conuincerent.Agedum conferte nunc cum íllíus,vítam P. Syllæ vobís Populoq; Ro. notíſſimã Iudíces,& eã ante oculos veſtros proponite.Ecquod huius factũ,aut cõmiſſum,nõ dícã audacíus,ſed qđ cuiq; paulo minus cõſideratũ víderetur factũ,quæro! verbũ ecquod vnq; ex ore huius excidit,vnde quiſq; poſſet offendí!At vero in ílla graui L.Syllæ victoria turbulentaq;,quis P.Sylla mítíor! † multorum hic vitã eſt a L.Sylla deprecatus.q; multi ſunt ſummi homines & ornatiſſimi,& noſtrí,& equeſtris ordínís,quorũ p ſalute ſe híc Syllæ oblíga-

Alleuamentum.

Opęrę.

De príncípio.

Natura nõ facile conuertitur.

Exclamatio

Agedum conferte.

†q; multoꝝ ex Gellio.

uit. quos ego nominarē: neq; enim ipſi nolūt, & huic animo gratiſſimo adſunt: ſed qa maius eſt beneficiū, q̄ poſſe debet ciuis ciui dare, ideo a vobis pęto, vt qđ potuit, tempori tribuatis: qđ fecit, ipſi. Quid reliquā conſtantiā, vitæ cōmemorē? dignitatē, liberalitatē, moderationē in priuatis rebus, ſplendorē in publicis? quæ ita a fortuna deformata ſunt, vt tamē a natura inchoata cōpareant. Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas? quæ ſtudia amicorū? quæ ex quoq; ordine multitudo? hæc diu multum, & multo labore quęſita, vna eripuit hora. Accepit P. Sylla Iudices vehemēs vulnus & mortiferū: verūtamē eiuſmodi, qđ videtur eius vita, & natura accipere potuiſſe: honeſtatis & dignitatis habuiſſe nimis magnā iudicatus eſt cupiditatē: quā ſi nemo alius habuit in conſulatu pętendo, cupidior iudicatus eſt hic fuiſſe, q̄ cæteri. ſin etiā in aliis nōnullis fuit iſte cōſulatus amor, fortuna ī hoc fuit fortaſſe grauior, q̄ in cæteris. Poſtea vero qs P. Syllam, niſi mœrētē, demiſſum, afflictūq; vidit? qs vnq̄ eſt ſuſpicatus hūc magis odio, q̄ pudore, hominū aſpectū, lucēq; vitare? Qui cum multa haberet inuitamenta vrbis & fori propter ſumma ſtudia amicorū, quę tamen ei ſola in malis reſtiterunt, abfuit ab oculis veſtris: & cū lege retineretur, ipſe ſe exilio pene mulctauit, in hoc vos pudore iudicii, & in hac vita, tanto ſceleri locū fuiſſe creditis? Aſpicite ipſum, cōtuemini os, conferte crimen cū vita vſq; ad hoc tempus explicata: tum crimen recognoſcite. mitto Remp. quæ fuit ſemper Syllę chariſſima: hos ne amicos tales viros, tā cupidos ſui, per quos res eius ſecūdę quondā erant ornatę, nūc ſubleuantur aduerſę, crudeliſſime perire voluit? vt cum Lentulo, & Catilina, & Cethego fœdiſſimā vitā, ac miſerrimā, turpiſſima morte propoſita degeret? Non inquā cadit in hos mores, nō in hūc pudorem, nō in hanc vitā, nō in hunc hominē iſta ſuſpitio. noua quædā illa immanitas exorta eſt, incredibilis fuit ac ſingularis furor: ex multis ab adoleſcētia collectis perditoq; hominū vitiis repente iſta tāta importunitas inauditi ſceleris exarſit. Nolite Iud. arbitrari hominū illū impętū, & conatū fuiſſe. neq; enim vlla gens tā barbara, aut tā immanis vnq̄ fuit: in qua non modo tot, ſed vnus tā crudelis hoſtis patriæ ſit inuētus. Belluę quędā illę ex portentis immanes, ac ferę forma hominū indutæ extiterūt. perſpicite etiā, atq; etiā Iudices: nihil em̄ eſt, qđ in hac cauſa dici poſſit vehementius, penitus introſpicite Catilinæ, Antronii, Cethegi, Lētuli, cęterorūq; mentes: quas vos in his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quātas audacias, q̄ incredibiles furores, quas notas ſcelerū, quę indicia parricidioq;, quātos aceruos facinoq; reperietis! ex magnis, & diuturnis, & iā deſperatis Reip. morbis iſta repēte vis erupit, vt ea confecta & eiecta cōualeſcere aliquādo & ſanari ciuitas poſſit. Neq; em̄ eſt quiſq̄, qui arbitretur illis incluſis in Rep. peſtibus, diutius hoc imperiū ſtare potuiſſe. itaq; eos nō ad perficiendū ſcelus, ſed ad luēdas Reip. pœnas furiæ quædā incitauerūt. In hūc igit gregē vos nūc P. Syllā Iud. ex his q cū hoc viuunt, atq; vixerūt, honeſtiſſimoq; hominū gregibus reiicietis? ex hoc hominū numero, ex hac familiari dignitate, in impioq; partē atq; in parricidarū cędē, ac numerū trāſferetis! Vbi erit igit illud fortiſſimū pſidiū pudoris? quo in loco nobis vita ante acta proderit? qđ ad tēpus exiſtimationis partę fructus reſeruabit? ſi in extremo diſcrimine ac dimicatione fortunæ deſeruerit, ſi nō aderit, ſi nihil adiuuabit. Quæſtiones nobis ſeruoq; ac tormenta accuſator minitat. in quib⁹ q̄q̄ nil periculi ſuſpicamur, tū illa tormēta gubernat dolor, moderat natura cuiuſq; tū animi, tū corporis, regit quęſitor, flectit libido, corrūpit ſpes, infirmat metus, vt in tot rerū anguſtiis nihil veritati loci relinquat. Vita P. Syllę torqueatur, ex ea q̄ratur, nū quæ occultetur libido? num qđ lateat facinus? num quæ crudelitas? nū quæ audacia! nihil erroris erit in cauſa, nec obſcuritatis Iudices, ſi a vobis vitæ perpetuę vox ea quæ grauiſſima debet eſſe, audietur. Nullum in hac cauſa teſtem timemus, nihil quēq̄ ſcire, nihil vidiſſe, nihil audiſſe arbitramur. Sed tamē ſi nihil vos P. Syllæ fortuna mouet Iudices, veſtra moueat. veſtra enim q cū ſumma elegantia atq; integritate vixiſtis, hoc maxime intereſt, nō ex libidine, aut ſimultate, aut leuitate teſtium cauſas honeſtorū hominū ponderari, ſed in magnis diſquiſitionibus repentiniſq; periculis vitā vniuſcuiuſq; eſſe teſtem. quā vos Iud. nolite armis ſuis ſpoliatā atq; nudatā obiicere inuidiæ, dedere ſuſpitioni. munite cōmunē arcem bonorū, obſtruite perfugia improborū, valeat ad pœnā & ad ſalutē plurimū, quā ſolam videtis ipſam ex vi ſua, naturaq; facillime perſpici, ſubito flecti, fingiq; nō poſſe. Quid vero hæc auctoritas (ſemper enim de ea dicēdum eſt, q̄q̄ a me timide modiceq; dicetur) quid inquā hæc auctoritas noſtra! qui a cæteris coniurationis cauſis abſtinuimus, P. Syllam defendimus, nihil hunc tandem iuuabit! graue ſi appetimus aliquid: ſi cum cæteri de nobis ſilent, non etiam noſmetipſi tacemus.

Reſtare.

Non cadit in hos mores.

Furię.

graue. ſed ſi lędimur,ſi accuſamur,ſi in inuidiã vocamur,profecto cõceditis Iudices, vt nobis libertatẽ retinere liceat,ſi minus liceat dignitatẽ. Accuſati ſunt vno nomine cõſulares: vt iam videat honoris ampliſſimi nomen plus inuidiæ,q̃ dignitatis afferre. Affuerunt,inquit, Catilinę,illũq; laudarũt. nulla tũ patebat,nulla erat cognita coniuratio. defendebant amicũ, aderant ſupplici,vitæ eius turpitudinẽ in ſummis eius periculis nõ inſequebãtur. Quin etiã parens tuus Torquate,conſul reo de pecuniis repetundis Catilinæ fuit aduocatus: improbo homini,at ſupplici: fortaſſe audaci,at aliquãdo amico. cui cũ adfuit poſt delatã ad eũ primã illam cõiurationẽ,indicauit ſe audiſſe aliquid,nõ credidiſſe. At idẽ nõ adfuit alio in iudicio, cũ adeſſent cæteri. ſi poſtea cognorat ipſe aliquid,qđ in conſulatu ignoraſſet,ignoſcendũ eſt iis qui poſtea nihil audierũt. ſin illa res prima valuit,nõ inueterata, q̃ recens debuit eſſe grauior. Sed ſi tuus parens etiã in illa ſuſpitione periculi ſui,tamẽ humanitate adductus aduocationẽ hominis improbiſſimi ſella curuli atq; ornamẽtis & ſuis,& cõſulatus honeſtauit: qđ eſt quãobrẽ conſulares,qui Catilinę adfuerũt,reprehendãtur! At iidẽ iis qui ante hũc cauſam de cõiuratione dixerũt,nõ adfuerũt: tanto ſcelere aſtrictis hominibus ſtatuerũt nihil a ſe adiumenti,nihil opis,nihil auxilii ferri oportere. Atq; vt de eoꝝ cõſtantia atq; animo in Rẽpu. dicã, quoꝝ tacita grauitas & fides de vnoquoq; loquit̃,neq; cuiuſq̃ ornamẽta orationis deſiderat: poteſt quiſq̃ dicere vnq̃ meliores,fortiores,cõſtantiores conſulares fuiſſe, q̃ iis tẽporibus,& periculis,quibus pene oppreſſa eſt Reſpublica! Quis nõ de cõmuni ſalute apertiſſime! quis nõ fortiſſime! quis nõ cõſtantiſſime ſenſit! Neq; ego pcipue de cõſularibus diſputo. nã hæc & hominũ ornatiſſimoꝝ,qui prætores fuerunt,& vniuerſi ſenatus cõmunis eſt laus: vt conſtet poſt hominũ memoriã,nũq̃ in illo ordine plus virtutis,plus amoris in Rẽp. plus grauitatis fuiſſe. Sed quia ſunt deſcripti cõſulares, de his tãtũ mihi dicẽdũ putaui,qđ ſatis eẽt, atteſtante memoria omniũ,neminẽ eſſe ex illo honoris gradu,qui non omni ſtudio, virtute, auctoritate,incubuerit ad Rẽp. cõſeruandã. Sed quid! ego qui Catilinam nõ laudaui, qui reo Catilinę conſul nõ adfui,qui teſtimoniũ de cõiuratione dixi in alios,adeo ne vobis alienus a ſanitate: adeo oblitus cõſtantiæ meæ: adeo immemor rerũ a me geſtarũ eſſe videor: vt cũ cõſul bellũ geſſerim cũ coniuratis,nũc eoꝝ ducẽ conſeruare cupiã! & in animũ inducam,cuius nuper ferrũ retuderim,flãmãq; reſtinxerim, eiuſdẽ nũc cauſam vitãq; defendere! Si mediuſfidius Iudices nõ me ipſa Reſp. meis laboribus & periculis cõſeruata ad grauitatẽ animi & cõſtantiã ſua dignitate reuocaret,tamẽ hoc natura eſt inſitũ,vt quẽ timueris, quicum de vita, fortuniſq; cõtẽderis,cuius ex inſidiis euaſeris,hunc ſemp oderis. Sed cũ agatur honos meus ampliſſimus,gloria rerũ geſtarũ ſingularis,cũ quoties quiſq̃ eſt ĩ hoc ſcelere cõuictus,toties renouetur memoria p me inuentę ſalutis: ego ſim tã demens! ego cõmittã! vt ea quę p ſalute omniũ geſſi,caſu magis & felicitate a me,q̃ virtute,& cõſilio geſta eſſe videãtur! Quid ergo! hoc tibi ſumis,dicet fortaſſe quiſpiã! vt quia tu defenderis,innocens iudicetur! Ego vero Iudices nõ modo mihi nil aſſumo,in quo quiſpiã repugnet,ſed etiã ſi quid ab oĩbus cõceditur, id reddo,ac remitto. non in ea Rep. verſor, nõ his tẽporibus caput meũ obtuli p patria piculis oĩbus,nõ aut ita ſunt extincti quos vici,aut ita grati quos ſeruaui,vt eo mihi plus appetere coner,q̃ quantũ oẽs inimici inuidiq; patiãtur. Graue eſſe eũ videret,qui inueſtigarit cõiurationẽ,qui patefecerit,q̃ oppreſſerit,cui ſenatus ſingularib9 verbis gratias egerit,cui vni togato ſupplicationẽ decreuerit,dicere in iudicio: nõ defenderẽ,ſi coniuraſſet. nõ dico id qđ graue eſt: dico illud qđ in his cauſis coniurationis nõ auctoritati aſſumam,ſed pudori meo. ego ille cõiurationis inueſtigator,atq; vltor,certe nõ defenderẽ Syllã,ſi cõiuraſſe arbitrarer. ego Iudices de tãtis omniũ periculis cũ quęrerẽ oĩa,multa audirẽ,nõ crederẽ oĩa,cauerẽ oĩa, dico hoc qđ initio dixi,nullius indicio,nullius ſuſpitione, nullis literis de re Publi. Syllæ rẽ vllã ad me eſſe delatã. Quãobrẽ vos dii patrii ac penates,qui huic vrbi,atq; huic imperio pſidetis: qui hoc imperiũ,q̃ hãc libertatẽ,Populũq; Romanũ,q̃ hęc tecta,atq; tẽpla me cõſule,veſtro numine,auxilioq; ſeruaſtis: teſtor,integro me animo,ac libero P. Syllæ cauſam defendere,nullũ a me ſciẽte facinus occultari,nullũ ſcelus ſuſceptũ cõtra ſalutẽ oĩm defendi,ac tegi. nihil de hoc cõſul cõperi,nihil ſuſpicatus ſum,nihil audiui. Itaq; idẽ ego ille,q̃ vehemens in alios,qui inexorabilis in cæteros eſſe viſus ſum: perſolui patriæ qđ debui. reliqua iam a me meæ perpetuę cõſuetudini naturæq; debentur. tam ſum miſericors Iudices,q̃ vos: tã mitis,q̃ qui leniſſimus. in quo vehemẽs fui vobiſcũ,nihil feci niſi coactus: Reip. pcipitãti ſubueni: patriam demerſam extuli: miſericordia ciuiũ adducti tunc fuimus tam vehementes, q̃ neceſſe

Aduocatus reo.

Tacita grauitas de vnoquoq; loquitur.

Natura inſitum.

Aſſumo mihi.

Penates Dii.

fuit. salus esset oim amissa vna nocte, nisi esset seueritas illa suscepta. Sed vt ad sceleratoꝝ pœnã amore Reip. sum adductus, sic ad salutẽ innocentiũ voluntate deducor. nihil video esse in hoc P. Sylla Iud. odio dignũ, misericordia digna multa. Neq; em̃ nũc ꝓpulsandę calamitatis suę causa supplex ad vos Iudices cõfugit: sed nequa generi, ac nomini suo nota nefarię turpitudinis inuratur. Nã ipse quidẽ si erit vestro iudicio liberatus, quę habet ornamenta? quæ solatia reliquæ vitę? qbus lętari & pẽrfrui possit? domus erit credo exornata, aperient̃ maiorum imagines, ipse ornatũ ac vestitũ recuperabit. omnia Iud. hæc amissa sunt: om̃ia generis, nominis, honoris insignia, atq; ornamẽta, vnius iudicii calamitate occiderũt. sed ne extinctor patrię, ne proditor, ne hostis appellet̃, ne hãc labem tãti generis in familia relinquat, id laborat, id metuit: cui honoris integros fructus nõ sit traditurus, ne æternã memoriã dedecoris relinquat. Hic vos orat Iudices paruus, vt se aliquãdo si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis. huic misero notiora sunt iudiciorũ itinera, & fori, q̃ disciplinarũ. Nõ iã de vita P. Syllę Iudices, sed de sepultura cõtendit̃. vita erepta est supiore iudicio. nũc ne corpus eiiciat̃, laboram⁹. Quid. n. est huic reliq, qđ eũ in vita hac teneat? aut qd est, quãobrẽ hęc cuiq̃ vita videat̃? Nup is hõ fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei se neq; honore, neq; gratia, nec fortunis anteferret. nũc spoliat⁹ om̃i dignitate, quę erepta sunt, nõ repetit: qđ fortuna in malis reliq fecit, vt cũ parente, cũ liberis, cũ fratre, cũ his necessariis lugere suã calamitatẽ liceat, id sibi ne eripiatis Iudices, vos obtestat̃. Te ipsum iã Torquate expletũ hui⁹ miseriis pateat. etsi nihil aliud Syllę nisi cõsulatũ abstulissetis: tñ eo vos cõtentos esse oportebat. honoris em̃ cõtẽtio vos ad causam, nõ inimicitiæ deduxerũt. Sed cũ huic oĩa cũ honore detracta sint: cũ in hac fortuna misera ac luctuosissima destitut⁹ sit: qd est qđ expętas ampli⁹? lucis ne hãc vsurã eripere vis plenã lachrymarũ atq; mœroris? in qua cũ maximo cruciatu, atq; dolore retinet̃? libẽter reddiderit adempta ignominia fœdissimi criminis. an vero inimicũ vt expellas? cuius ex miseriis, si esses crudelissimus, videdo fructũ caperes maiorẽ, q̃ audiẽdo? O miserũ & infelicẽ illũ diẽ, quo cõsul oĩbus cẽturiis P. Sylla renũciatus est: O falsam spem: O volucrẽ fortunã: O cęcã cupiditatẽ: O ꝓposterã gratulationẽ. q̃ cito illa oĩa ex lætitia & voluptate ad luctũ, & lachrymas reciderunt? vt q pauloante cõsul designatus fuisset, retineret repẽte nullũ vestigium pristinę dignitatis. Quid em̃ erat mali, qđ huic spoliato honore, fama, fortunis, deesse videret? aut cui nouę calamitati locus vllus relictus esset? vrget eadẽ fortuna quæ cœpit, reperit nouũ mœrorẽ, nõ patit̃ hominẽ calamitosum vno modo afflictũ vno in luctu pẽrire. Sed iã impędior egomet Iudices dolore animi, ne de huius miseria plura dicã. vestrę iã sunt ptes Iudices, in vestra mãsuetudine, atq; humanitate causam totã repono. vos & reiectione interposita nihil suspicãtibus nobis repẽtini in nos Iudices cõsedistis, ab accusatoribus delecti ad spem acerbitatis, a fortuna nobis ad ꝑfidiũ innocẽtię cõstituti. Vt ego qd de me populus Ro. existimaret, qa seuerus in improbos fuerã, laborauí: & quę prima innocẽtis mihi defensio est oblata, suscepi: sic vos seueritatẽ iudiciorum, quę p hos mẽses in homines audacissimos facta est, lenitate ac misericordia mitigate. Hoc cũ impętrare a vobis ipsa causa debet, tum est vestri animi atq; virtutis declarare, non esse eos vos, ad quos potissimũ interposita reiectione deuenire conuenerit. in quo ego Iudices vos, quantũ meus amor in vos postulat, tantũ hortor, vt cõmuni studio, quoniam in Rep. coniuncti sumus, mansuetudine & misericordia vestra falsam a nobis crudelitatis famam repellamus.

Vsura lucis.

Fortunæ mutatio.

Reiectio.

PRO A. LICINIO ARCHIA POETA. ORATIO. XXVI.

SI QVID est in me ingenii Iudices, qđ sentio q̃ sit exiguũ: aut siqua exercitatio dicẽdi, in qua me nõ inficior mediocriter esse versatum: aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarũ artiũ studiis, & disciplina ꝓfecta, a qua ego nullũ confiteor ætatis meę tempus abhorruisse: earũ rerũ omnium vel in primis hic A. Licinius fructũ a me repetere prope suo iure debet. Nã quoad lõgissime potest mẽs mea respicere spatiũ præteriti tẽporis, & pueritię memoriam recordari vltimam, inde vsq; repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiẽdam, & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. Q; si hæc vox huius hortatu, præceptisq; conformata, nõnullis aliquã

Vltima memoria.

do ſaluti fuit: a quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios ſeruare poſſemus, huic profecto ipſi, quantũ eſt ſitũ in nobis, & opem, & ſalutẽ ferre debemus. Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur: q alia quędã in hoc facultas ſit ingenii, neq hęc dicẽdi ratio, aut diſciplina: nec nos qdem huic cuncti ſtudio penitus vnq dediti fuimus. Etem omnes artes, quę ad humanitatẽ pertinẽt, habẽt quoddã cõmune vinculũ, & quaſi cognatione quadam inter ſe cõtinẽtur. Sed ne cui veſtrũ mirũ eſſe videatur, me in quęſtione legitima, & in iudicio publico, cũ res agatur apud Prętorẽ populi Romani, lectiſſimũ virũ, & apud ſeueriſſimos Iudices, tanto conuentu hominũ, ac frequẽtia, hoc vti genere dicendi, qđ nõ modo a conſuetudine iudiciorũ, verũ etiam a forenſi ſermone abhorreat: quęſo a vobis, vt in hac cauſa mihi detis hãc veniã, accõmodatam huic reo, vobis quẽadmodũ ſpero non moleſtã: vt me pro ſummo poeta, atq eruditiſſimo hoĩe dicentẽ, hoc concurſu hominũ literatiſſimorũ, hac veſtra humanitate, hoc deniq Prętore exercente iudiciũ, patiamini de ſtudiis humanitatis, ac literarũ paulo loq liberi9: & in eiuſmodi pſona, quæ ppter otiũ ac ſtudiũ miníme in iudiciis piculiſq tractata eſt, vti ppe nouo quodã, & inuſitato gñe dicẽdi. qđ ſi mihi a vobis tribui, cõcediq ſentiã, pficiã pfecto, vt hũc A. Liciniũ nõ mõ nõ ſegregãdũ, cũ ſit ciuis, a nũero ciuiũ, verũ etiã, ſi nõ eſſet, putetis aſciſcẽdũ fuiſſe. Nã vt primũ ex pueris exceſſit Archias: atq ab his artib9 q bus ętas puerilis ad hũanitatẽ informari ſolet, ſe ad ſcribẽdi ſtudiũ cõtulit: primũ Antiochię (nã ibi natus eſt, loco nobili, & celebri quõdã vrbe, & copioſa, atq eruditiſſimis hoĩbus, liberaliſſimiſq ſtudiis affluẽti) celeriter antecellere omĩbus ingenii gloria cõtigit. Poſt in cęteris Aſię partibus, cunctęq Grecię, ſic eius aduentus celebrabat, vt famã ingenii expectatio hoĩs: expectationẽ, ipſius aduentus, admiratioq ſuperaret. Erat Italia tunc plena Greçarũ artium ac diſciplinarũ: ſtudiaq hæc, & in Latio vehemẽtius tum colebant, q̃ nunc hiſdẽ in oppidis: & hic Romę propter trãquillitatẽ Reip. non negligebantur. Itaq hunc & Tarentini, & Rhegyni, & Neapolitani ciuitate cęteriſq præmiis donarunt: & omnes, q aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atq hoſpitio dignũ exiſtimarũt. Hac tanta celebritate famę, cum eſſet iam abſentibus notus, Romã venit Mario Conſule, & Catulo. nactus eſt primũ Cõſules eos, quorum alter res ad ſcribendũ maximas: alter cũ res geſtas, tum etiã ſtudium, atq aures adhibere poſſet. ſtatim Lucullí, cum prætexatus etiã tum Archias eſſet, eum domũ ſuam receperunt. ſed em hoc non ſolũ ingenii ac literarũ, verũ etiam naturę atq virtutis, vt domus quę huius adoleſcentię prima fuerit, eadẽ eſſet familiariſſima ſenectuti. Erat temporibus illis iucundus Q. Metello illi Numidico, & eius Pio filio: audiebat a M. Aemilio: viuebat cũ Q. Catulo & patre, & filio: a L. Craſſo colebat: Lucullos vero, & Druſum, & Octauios, & Catonẽ & totã Hortẽſiorũ domũ deuinctã cõſuetudine cũ teneret, afficiebat ſũmo honore, q eũ nõ ſolũ colebãt, q aliqd pcipere aut audire ſtudebãt, verũ etiã, ſi q forte ſimulabãt. Interim ſatis lõgo interuallo, cũ eſſet cũ L. Lucullo in Siciliã profectus, & cũ ex ea puincia cũ eodẽ Lucullo decederet, venit Heracleã, quę cũ eſſet ciuitas ęqſſimo iure, ac fœdere, aſcribi ſe in eã ciuitatẽ voluit. idq, cũ ipſe p ſe dignus putaret, tũ auctoritate & gratia Luculli ab Heraclienſibus impetrauit. Data eſt ciuitas Syllani lege & Carbonis, ſi q fœderatis ciuitatibus aſcripti fuiſſent: ſi tũ, cũ lex ferebat, in Italia domicilíũ habuiſſent: & ſi ſexaginta dieb9 apud Prętorẽ eſſent pfeſſi. Cũ hic domicilíũ Romę multos iã annos haberet, profeſſus eſt apud Prętorẽ Q. Metellum familiariſſimũ ſuum. Si nihil aliud, niſi de ciuitate, ac lege dicimus, nihil dico amplius, cauſa dicta eſt. Quid enim horum infirmari Gracche poteſt? Heraclię ne eſſe eũ aſcriptũ negabis? adeſt vir ſumma auctoritate, & religione, & fide, M. Lucullus, q ſe nõ opinari, ſed ſcire, nõ audiuiſſe, ſed vidiſſe, nõ interfuiſſe, ſed egiſſe dicit. adſunt Heracliẽſes legati. nobiliſſimi hoĩes, hui9 iudicii cauſa, cũ mãdatis, & cũ publico teſtimonio venerũt, q eũ aſcriptũ Heraclienſem dicunt. Hic tu tabulas deſideras Heraclienſium publicas, quas Italico bello incenſo tabulario interiſſe ſcimus omnes. Eſt ridiculum ad ea quæ habemus nihil dicere, quærere quæ habere nõ poſſumus: & de hominũ memoria tacere, literarũ memoriã flagitare: & cum habeas ampliſſimi viri religionẽ, integerrimi municipii iuſiurandũ, fidemq: ea, quæ deprauari nullo modo poſſunt, repudiare: tabulas quas idem dicis ſolere corrũpi, deſiderare. At domicilíũ Romę nõ habuit is, q tot annis ante ciuitatẽ datã, ſedẽ oĩm rerũ ac fortunarũ ſuarũ Romæ collocauit. At nõ eſt pfeſſus. imo vero his tabulis pfeſſus, q̃ ſolę ex illa pfeſſiõe collegioq Prętorũ obtinẽt publicarũ tabularũ auctoritatẽ. Nã cũ Appii tabulę negligẽtius aſſeruatę dicerent: Gabinii, q̃diu incolumis fuit, leuitas, poſt damnationẽ, calamitas, oẽm tabularũ fidẽ reſi

Artiũ hũanitatis cognatio.

Quæſo a vobis.

Ex pueris excedere.

Ingenii fama, expectatio hoĩs: expect. aduẽ. ſup.

Tabulariũ

gnasset:Metellus homo sanctissimus modestissimusq; omnium,tanta diligẽtia fuit,vt ad Lentulum Prætorem,& ad iudices venerit,& vnius nominis litura se cõmotum esse dixerit.His igitur tabulis nullam liturã in nomen A.Licinii videtis. Quę cum ita sint, quid est quod de eius ciuitate dubitetis:præsertim cũ aliis quoq; in ciuitatibus fuerit adscriptus. Etenim cum mediocribus multis,& aut nulla,aut humili aliqua arte præditis gratuito ciuitatẽ in Græcia homines impertiebãtur, Rhegynos,credo,aut Locrenses,aut Neapolitanos,aut Tarentinos,qđ scenicis artificibus largiri solebãt,id huic summa ingenii prędito gloria noluisse:qđ: cũ ceteri nõ modo post ciuitatẽ datã,sed etiã post legẽ Papiã, aliquo modo in eorũ municipiorũ tabulas irrepserunt:hic q nec vtiť qdem illis,in qbus est scriptus,q; semper se Heraclienſem esse voluit,reiicietur! Census nostros reqris scilicet.Est em̃ obscurũ ꝓximis censoribus,hunc cũ clarissimo imperatore L.Lucullo apud exercitum fuisse:superioribus,cũ eodem Quęstore fuisse in Asia:primis Iulio,& Crasso,nullã populi partẽ esse cẽsam . Sed qm̃ census non ius ciuitatis cõfirmat,ac tantũmodo indicat,eũ,q sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue:his temporibus,quę tu criminaris,ne ipsius qdem iudicio in ciuiũ Romanorũ iure esse versatũ,& testamentũ sæpe fecit nostris legibus,& adiit hęreditates ciuiũ Romanorum,& in beneficiis ad ærariũ delatus est a L.Lucullo Prætore,& Consule.Quęre argumenta, siqua potes,nunq̃ em̃ hic neq; suo,neq; amicorũ iudicio reuinceť. Quęres a nobis Gracche,cur tãtopere hoc homine delectemur:quia suppeditat nobis,vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiať,& aures conuitio defessę conquiescãt.An tu existimas,aut suppetere nobis posse,qđ quotidie dicamus in tanta varietate rerũ,nisi animos nostros doctrina excolamus: aut ferre animos tantã posse contentionem,nisi eos doctrina eadẽ relaxemus: Ego vero fateor me his studiis esse deditũ:cæteros pudeat,si qui ita se literis abdiderunt,vt nihil possint ex his neq; ad cõmunem afferre fructum,neq; in aspectũ lucẽq; proferre.Me autẽ qd pudeat:q tot annos ita viuo iudices, vt a nullius me vnq̃ tẽpore, aut cõmodũ,aut otiũ meũ abstraxerit,aut voluptas auocarit,aut deniq; somnus retardarit.Quare qs tandem me reprehendat:aut qs mihi iure succenseat:si quantum cæteris ad suas res obeundas,quantum ad festos dies ludorũ celebrandos,quãtum ad alias voluptates,& ad ipsam requiem animi, & corporis conceditur temporis,quantum alii tribuũt tempestiuis conuiuiis,quantum deniq; aleæ,quantũ pilæ,tãtum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumpsero.Atq; hoc adeo mihi concedendum est magis,q; ex his studiis,hæc quoq; crescit oratio & facultas.quę quantacunq; in me est,nunq̃ amicorũ periculis defuit.Quę si cui leuior videtur:illa qdem certe,quæ summa sunt, ex quo fonte hauriam,sentio.Nã nisi multorũ præceptis multisq; literis mihi ab adolescentia suasissem,nihil esse in vita magnopere expetendũ,nisi laudẽ,atq; honestatẽ: in ea aũt persequenda omnes cruciatus corporis,omnia pericula mortis,atq; exilii parui esse ducenda: nunq̃ me ꝓ salute vestra in tot,ac tantas dimicationes,atq; in hos profligatoꝝ hominũ quotidianos impetus obiecissem.Sed pleni oẽs sunt libri,plenæ sapientũ voces,plena exẽplorũ vetustas:quæ iacerent in tenebris oĩa,nisi literarũ lumen accederet.Q; multas nobis imagines,non solũ ad intuendum,verum etiam ad imitandum, fortissimorum virorũ expressas,scriptores & Græci,& Latini reliquerunt:quas ego mihi semper in administranda Rep.proponens,animum & mentẽ meam ipsa cogitatione hominũ excellentiũ conformabã.Quęret quispiam,qd: illi ipsi summi viri,quorũ virtutes literis proditæ sunt,ista ne doctrina,quã tu laudibus effers, eruditi fuerunt:difficile est hoc de omnibus confirmare,sed tamen est certum qd respõdeã. Ego multos hoĩes excellenti animo ac virtute fuisse,& sine doctrina naturæ ipsius habitu ꝓpe diuino,per se ipsos & moderatos,& graues extitisse fateor.etiã illud adiungo:sæpius ad laudẽ atq; virtutẽ,naturã sine doctrina,q̃ sine natura valuisse doctrinã.atq; idẽ contendo,cũ ad naturam eximiã,atq; illustrẽ accesserit ratio quædã,confirmatioq; doctrinæ, tũ illud nescio qd præclarum,ac singulare solere existere.Ex hoc esse hũc numero,quem patres nostri viderũt, diuinũ hominẽ Aphricanũ: ex hoc C.Lęlium,L.Furiũ modestissimos hoĩes, & continentissimos:ex hoc fortissimũ virum,& illis temporibus doctissimũ Catonem illum senem.qui profecto si nihil ad percipiendam colendãq; virtutẽ literis adiuuarenť,nunq̃ se ad earũ studium contulissent.Q; si non hic tantus fructus ostenderet,& si ex his studiis delectatio sola petere tur:tamen vt opinor,hanc animaduersionem humanissimã,ac liberalissimã iudicaretis.Nam cæteræ res neq; temporũ sunt,neq; ætatũ oĩm,neq; locorũ.hæc studia adolescẽtiam agunt,se nectutẽ oblectant,secundas res ornant,aduersis perfugiũ,ac solatiũ præbent,delectant domi,

Census.
Reuinci.
Suppetere.
Abdere literis.
Profligati homines.
Literarum lumen.
Doctrina an natura plus possit
Phię studia qd cõferãt.

non impediũt foris, pernoctant nobiscũ, peregrinantur, rusticantur. Q; si ipsi hæc neq; attingere, neq; sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus. Quis nostrum tã animo agresti ac duro fuit, vt Roscii morte nuper non cõmouere tur? qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentẽ artem, ac venustatem, videbatur omnino mori non debuisse, ergo ille corporis motu tantũ amorẽ sibi conciliarat a nobis oĩbus: nos animorũ incredibiles motus, celeritatẽq; ingeniorum negligemus? Quoties ego hũc Archiam vidi Iudices, (vtar eĩ vestra benignitate, quoniã me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, cũ literã scripsisset nullam, magnũ numerum optimorũ versuum de his ipsis rebus, quæ tum agerent, dicere ex tempore? quoties reuocatum eandem rem dicere cõmutatis verbis, atq; sententiis? quæ vero accurate cogitateq; scripsisset, ea sic vidi probari, vt ad veterũ scriptorũ laudem pueniret. hũc ego non diligã? non admirer? nõ omni ratione defendendũ putẽ? Atq; sic a summis hoĩbus, eruditissimisq; accepimus, cæterarũ rerũ studia, & doctrina, & pceptis, & arte constare: poetã natura ipsa valere, & mẽtis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, q; quasi deorũ aliquo dono, atq; munere cõmẽdati nobis esse videant. Sit igit Iudices sanctũ apud vos humanissimos hoĩes hoc poetę nomen, qđ nulla vn q barbaria violauit. Saxa & solitudines voce respondẽt. bestię sępe immanes cantu flectuntur atq; consistunt. nos instituti rebus optimis nõ poetarũ voce moueamur? Homerũ Colophonii ciuẽ esse dicunt suum, Chii suũ vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnęi vero suũ esse cõfirmant, itaq; etiã delubrũ eius in oppido dedicauerunt. permulti alii præterea pugnant inter se, atq; contendũt. Ergo illi alienũ, qa poeta fuit, post mortẽ etiã expetunt: nos hunc viuũ q & voluntate, & legibus noster est, repudiabimus? presertim cum omne olim studiũ, atq; ingenium contulerit Archias ad populi Ro. gloriã, laudẽq; celebrãdã. nã & Cimbricas res adolescens attigit: & ipsi illi C. Mario, q durior ad hæc studia videbat, iucũdus fuit. Neq; eĩ qsq; est tam auersus a musis, qui non mandari versibus æternũ suorum laborum facile præconiũ patiatur. Themistoclem illum summũ Athenis virũ dixisse aiunt: cum ex eo quæreret, quod Acroama, aut cuius vocem libentissime audiret: eius, a quo sua virtus optime predicaretur. Itaq; ille Marius item eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quæ gesserat, posse celebrari. Mithridaticum vero bellum magnum, atq; difficile, & in multa varietate terra mariq; versatum, totum ab hoc expressum est. qui libri nõ modo L. Lucullũ fortissimum, & clarissimũ virũ, verum etiam populi Ro. nomen illustrant. Populus eĩ Ro. aperuit Lucullo imperante Pontũ, & regiis quondam opibus, & ipsa natura regionis vallatũ: populi Ro. exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles Armeniorũ copias fudit: populi Ro. laus est, vrbem amicissimã Cyzicenor; eiusdẽ consilio ex omni impetu regio, ac totius belli ore, ac faucibus ereptam esse, atq; seruatam. nostra semper feretur & prædicabitur L. Lucullo dimicãte cum interfectis ducibus depressa hostium classis, & incredibilis apud Tenedum pugna illa naualis. nostra sunt trophea, nostra monimenta, nostri triumphi. qua re quorum ingeniis hæc ferũtur, ab his populi Ro. fama celebratur. Charus fuit Aphricano superiori noster Ennius. itaq; etiã in sepulcro Scipionũ putat is esse constitutus. & marmoratis laudib9 certe nõ solũ ipsi, q laudantur, sed etiã populi Ro. nomen ornat. In cęlũ huius proauus Cato tollitur. magnus honos populi Ro. rebus adiungit. omnes deniq; illi Maximi, Marcelli, Fuluii non sine cõmuni omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum, qui hæc fecerat, Rudium homines maiores nostri in ciuitatẽ receperunt: nos hũc Heraclienſem, multis ciuitatibus expetitum, in hac aũt legibus cõstitutũ, de nostra ciuitate eiiciemus? Nam si quis minorem gloriæ fructũ putat ex Græcis versibus percipi, q; ex latinis, vehemẽter errat: propterea q; græca leguntur in oĩbus fere gentibus: latina suis finibus, exiguis sane continentur. Quare si res hæ, quas gessimus, orbis terrę regionibus definiuntur, cupere debemus, quo minus manuũ nostrarũ tela peruenerint, eodem gloriam famamq; penetrare. q; cum ipsis populis, de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt: tum his certe, qui de vita gloriæ causa dimicant, hoc maximũ & pericolorum incitamentũ est, & laborum. Q; multos scriptores rerum suarũ magnus ille Alexãder secum habuisse dicitur? atq; is tamẽ, cum in Sigeo ad Achillis tumulũ astitisset: O fortunate inquit adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. & vere. nam nisi illi ars extitisset illa, idem tumulus, qui corpus eius cõtexerat, nomẽ etiã obruisset. Quid noster hic Magnus, q cũ virtute fortunã adæquauit? nonne Theophanem Mitylenęum scriptorem

Roscii histrionis mors.

Literã scripsisset nullam.

Cogitate, aduerb.

Poetã nasci Sãctos esse poetas.

Homeri patria icerta.

Auersus a musis.

Themistoclis responsum.

L. Plotius poeta a Mario dilect9.

Ennius Aphricano charus. ✶ Marmoratæ laudes.

Versus latini & græci.

Alexander de Homero.

Pompeii in Theophanẽ gratitudo.

rerum ſuarum in cõcione militum ciuitate donauit? & noſtri illi fortes viri, ſed ruſtici ac mi
lites, dulcedine quadam gloriæ commoti, quaſi particípes eiuſdem laudis magno illud clamo
re approbauerunt? Itaq; credo, ſi ciuis Romanus Archias legibus non eſſet, vt ab aliquo Im=
peratore ciuitate donaretur, perficere non potuit? Sylla cum Hiſpanos & Gallos donaret, cre
do hunc petentem repudiaſſet? quem nos in concione vidimus, cum ei libellum malus poeta
de populo ſubieciſſet, q; Epigramma in eum feciſſet tantũmodo alternis verſibus longiuſcu=
lis, ſtatim ex his rebus, quas tunc vendebat, iubere ei præmium tribui ſub ea conditione, ne
quid poſtea ſcriberet. Qui ſedulitatem mali Poetæ duxerit aliquo tamen prẽmio dignam, hu
ius ingenium, & virtutem in ſcribendo, & copiam nõ expetiſſet? Quid? a Q. Metello Pio fami
liariſſimo ſuo, qui ciuitate multos donauit, neq; per ſe, neq; per Lucullos impetrauiſſet? qui
præſertim vſq; eo de ſuis rebus ſcribi cuperet, vt etiam Cordubę natis Poetis pingue quiddã
ſonantibus atq; peregrinum, tamen aures ſuas dederet. Neq; em̃ eſt hoc diſſimulãdum, quod
obſcurari non poteſt, ſed prę nobis ferendum. Trahimur omnes laudis ſtudio: & optimus q;q;,
maxime gloria ducitur. Ipſi illi philoſophi, etiam in illis libellis, quos de contemnẽda glo
ria ſcribunt, nomen ſuum inſcribunt. in eo ipſo, in quo prædicationem nobilitatemq; deſpici
unt, prædicari de ſe, ac nominari volunt. Decimus qdem Brutus, ſummus ille vir, & Impera=
tor, Accii amiciſſimi ſui carminibus templorũ, ac monimentorũ aditus exornauit ſuorũ. Iam
vero ille qui cũ Aetolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias Mu
ſis conſecrare. Quare in qua vrbe Imperatores prope armati Poetarũ nomen, & Muſarũ delu
bra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Muſarum honore, & a Poetarum ſalute ab=
horrere. Atq; vt id libẽtius faciatis, iam me vobis Iudices indicabo, & de meo quodam amo
re gloriæ, nimis acri fortaſſe, verũtamen honeſto, vobis confitebor. Nam quas res nos in Cõ
ſulatu noſtro vobiſcũ ſimul p ſalute huius vrbis, atq; Imperii, & pro vita ciuium, proq; vni
uerſa Rep. geſſimus: attigit hic verſibus, atq; inchoauit. quibus auditis, q; mihi magna res,
& iucunda viſa eſt, hunc ad perficiendum hortatus ſum. Nullam enim virtus aliam mercedẽ
laborum, periculorumq; deſiderat, præter hanc laudis, & gloriæ. qua quidem detracta Iudi=
ces, quid eſt q; in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui, tantis nos in laboribus exer=
ceamus? certe ſi nihil animus præſentiret in poſterum, & ſi quibus regionibus vitæ ſpatium
circunſcriptum eſt, eiſdem omnes cogitationes terminaret ſuas, nec tantis ſe laboribus fran=
geret, neq; tot curis, vigiliiſq; angeretur, nec toties de vita ipſa dimicaret. nunc inſidet quæ
dam in optimo quoq; virtus, quæ noctes, & dies animum gloriæ ſtimulis cõcitat, atq; admo
net, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri, ſed cum
omni poſteritate adæquandam. An vero tam parui animi videamur eſſe omnes, qui in repu
blica, atq; in his vitæ periculis laboribuſq; verſamur: vt cum vſq; ad extremum ſpatium, nul
lum tranquillum, atq; otioſum ſpiritum duxerimus, nobiſcum ſimul moritura omnia arbi=
tremur? An, cum ſtatuas & imagines non animorũ ſimulacra, ſed corporum, ſtudioſe multi
ſummi homines reliquerunt, conſiliorum relinquere, ac virtutum noſtrarum effigiem nõne
multo malle debemus, ſummis ingeniis expreſſam, & politam? Ego vero omnia, quę gerebã,
iam tum in gerendo ſpargere me, ac diſſeminare arbitrabar in orbis terræ memoriam ſempi
ternam. Hæc vero, ſiue a meo ſenſu poſt mortem abfutura ſunt, ſiue, vt ſapientiſſimi homi=
nes putauerunt, ad aliquam animi mei partem pertinebunt, nunc quidem certe cogitatione
quadam, ſpeq; delector. Quare conſeruate Iudices hominem, pudore eo, quem amicorũ ſtu=
diis videtis comprobari, tum dignitate, tum etiam venuſtate: ingenio autem tanto, quanto
id conuenit exiſtimari, quod ſummorum hominũ ingeniis expetitum eſſe videatis: cauſa ve=
ro eiuſmodi, quę beneficio legis, auctoritate municipii, teſtimonio Luculli, tabulis Metelli cõ
probetur. Quæ cum ita ſint, petimus a vobis Iudices, ſiqua non modo humana, verum etiã
diuina in tantis negotiis commendatio debet eſſe: vt eum, qui vos, qui veſtros Imperatores,
qui populi Ro. res geſtas ſemper ornauit: qui etiam his recentibus noſtris, veſtriſq; domeſti=
cis periculis æternum ſe teſtimonium laudum daturum eſſe profitetur: iſq; eſt eo numero,
qui ſemper apud omnes ſancti ſunt habiti, atq; dicti: ſic in veſtram accipiatis fidem, vt huma
nitate veſtra leuatus potius, q̃ acerbitate violatus eſſe videatur. Quæ de cauſa pro mea con=
ſuetudine breuiter, ſimpliciterq; dixi Iudices, ea cõfido probata eſſe omnibus: quę firme a me
iudicialiq; cõſuetudine, & de hominis ingenio, & cõmuniter de ipſius ſtudio locutus ſum,
ea Iudices a vobis ſpero eſſe in bonã partem accepta: ab eo, qui iudicium exercet, certe ſcio.

Syllæ factũ in malo po eta.

Pingue ſo= nantibus.

Trahimur oẽs laudis ſtudio.

Phi gloriæ cupidi.

Accius.

Ennius.

Martis ma nubię Mu= ſis cõſecra= tę.

Merces vir tutis, laus.

Animus æ ternus.

Poetæ ſan= cti.

Oratio

AD POPVLVM ET EQVITES RO. ANTEQVAM IRET IN EXILIVM. ORATIO XXVII.

IQVANDO Inimicorũ impetũ propulsare, ac propellere cupistis, defendite nunc vniuersi vnũ, qui ne oẽs occideretis, ardoreq; flãmę conflagraretis, mei capitis periculo nõ dubitaui prouidere. Nã quem virtutis gloria cũ summa laude ad cælũ extulit, eundẽ inimicorũ inuidia indignissime oppressum deprimit ad supplicium. Si liberum conceptam dulcedinẽ animo inclusam continetis, nolite eo velle carere, q̃ charissimã vestram procreationem sibi esse duxit. Est enim liberale officiũ, serere beneficiũ, vt metere possis fructũ. Fidei conducit, in loco debitũ retribuere. Illic eñ animi voluntas ꝑpensa comprobatur: hic memoria collaudaẽ. Itaq; si omnibus graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis: sit is vestris animis acceptissimus, q̃ a vestro corpore iugum acerbissimũ repulit seruitutis. Et si maiores vestri, eos imperatores, qui mili tum virtute, hostium fregerunt furorẽ, iucundissimo fructu libertatis reconciliato, non solũ statuis dignos putarunt, sed etiam æterna triumphi laude decorarunt: tum vos eum consulem, q̃ non militũ p̃senti fortitudine, sed sua eximia animi virtute, hostilem ciuiũ mentem, Senatus auctoritate vindicauit, existimate vobis retinendũ in ciuitate esse. Si quæ beneficia singulis ciuibus, priuatimq; dant, ea solent iis esse fructuosa, a quibus sunt profecta: iure, & merito possum ego vos ad defensionẽ meę salutis adhortari, quos conseruaui vniuersos. Nã neq; maius est defendere vnũ, q̃ populũ: neq; verius a singulis, q̃ ab omnibus repetere officii præmiũ, & fructũ: propterea q̃ in vnius periculo sæpe contentio parua est, vt leuis sit labor defensori sustinẽdus. in Reip. insidiis, quo firmius est qđ oppugnatur, eo paratiores sunt inimici: vt iis sine magna sollicitudine, industria, virtute non queat resisti. Et singulorũ opes sępe sunt tenues, & infirmę ad gratiã referendã, vt opitulari benemerẽtibus non queant, si maxime cupiant. Vniuersorũ auxilium eo plurimũ prodest, quo firmioribus opibus est nixum. Iure igit quoniã & maior impẽsa in patriã officii facta est, q̃ in priuata fit defensione: & plus a vobis p̃sidii, q̃ a cęteris opis ad salutẽ potest afferri: vos obtestor, quos mihi & debere, & posse intelligo opitulari. Nõ conuenit eñ, cũ ego ad ꝑmerendũ officiũ tã fuerim expeditus: vos ad referẽdã gratiã esse tardiores: ne cuius amplitudinẽ ac gloriã laude, atq; honoribus amplificare debeatis: eius incolumitatẽ, & salutẽ deferendã existimetis. Etenim errat si qs arbitratur M. Tulliũ idcirco in capitis periculum vocari, q̃ deliquerit aliqd, q̃ patriam læserit, q̃ improbe vixerit. nõ citatur reus audacię, virtutis reus citatur. nõ accusat q̃ Rẽp. oppugnarit, sed q̃ homo nouus pniciosum nobiliũ restinxerit furorẽ. Nõ obest mihi turpis & nocens, sed honestissime, laudatissimeq; acta vita. non odio bonorũ, sed inuidia premor malorũ. intelligunt hoies tot & tã præclaris testimoniis, monimẽtisq; virtutis cõparatis, M. Tullio dum sit incolumis, fore voluptati. idcirco vitam eripere cupiunt, vti cũ spiritu, sensum quoq; adimant iucũditatis. Nõne igit indignum est, eos p̃miis meis inuidere, q̃ virtute certare noluerunt! eos in contentionẽ honoris venire, q̃ officiis se superari ęqssimo animo tulerunt! Si dulcis est gloria, cõsequere virtutẽ. noli abiicere labores, petere honorem. honorẽ dico! immo vero famã, fortunas, familiã, liberos, caput, corpus, ipsum deniq; sanguinẽ, & animã. Cedo inuitus de republica: cedo oppressus de fortuna, de dignitate: discedo a Rep. victus audacia malorũ. Liceat manere si non illũ M. Tulliũ, custodẽ vrbis, defensorem oĩm, patrem patrię: at certe reliqas Tullii liceat in conspectu ciuiũ, in hac vrbe, quã ex parricidarũ faucib⁹ eripuit, remanere: tecta oĩm, fana deorũ, vniuersam videre periculi ✕ ciuitatẽ. liceat ex hac flãma euolare, præsertim q illud impium incendiũ perditoꝝ hominũ lachrymis potius meis, q̃ sanguine vestro restingui malui. Neq; eñ peto vt mihi detis vitã: sed datã repeto, vt reddatis. Si meministis qđ dedi, vos nõ debetis obliuisci, sed retribuere qđ debetis. Vos vos obtestor Dii immortales, q̃ meæ menti lumina prętulistis, cũ cõsensum extinxi coniurationis: arcẽq; vrbis ab incẽdio, ac flãma liberaui: liberosq; vestros a gremio, & cõplexu matrũ ad cædẽ & cruorẽ nõ sum passus extrahi. Num igit potest fieri a cliẽtibus vt recipiar! cũ a quibus debeam retineri, reiicere instituãt! Socii quo fugiant! cũ aditus custodi patrię præclusus sit! quomodo spes salutis reliquis residebit! cum ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis! pax & concordia ex traneis gignetur! cum iam domesticis nõ insideat, sed publice prouidenti eripiatur! Nã quid

Cedo de republ.

Lumina ꝑtulistis.

ego improborũ facta renouem oratione,vt redintegratione illius coniurationis animos vul nerẽ vestros:auxiliũ ab alienis efflagitabitis,cũ ciues vestros deseratis:Sociorũ inuocẽ subsi=dium,cũ a ciuibus intercluſum ſit preſidium:quã colere gentẽ nunc inſtituã: vtrũ vt cuſtos accipiar:an vt proditor excludar:ſi vt conſeruator,veſtra erit ignominia.ſi vt oppugnator, præciſa erunt omnia.Itaq; qđ putaui fore gaudiũ,id extitit exitium.Si Quirites eundẽ in cæ terorum periculis haberemus animũ,quẽ in noſtris difficultatibus,& pro innocẽtiſſimo quo q; propugnare,& nocentiſſimũ quẽq; oppugnare nobis vtiliſſimũ eſſe arbitraremur, & ſi cũ optimi cuiuſq; rebus aduerſis noſtrã ſalutem, cum deterrimorum hominũ ſecundis, noſtra pericula putaremus cõiuncta:frequẽtes profecto talibus conatibus obuiam ire niteremur:ne q; partim innocentia freti,partim nobilitate nixi,partim potẽtia,ac multitudine amicorum fulti,cum perfacile exiſtimaremus aduerſariorũ vim ac factionẽ a nobis repelli poſſe, ſubito ipſi ſimili periculo circũuenti,in noſtro euentu aliorũ reminiſcentes caſus, iure id nobis acci dere nequicq̃ quereremur.Quis em̃ eſt Quirites:qui nunc cũ inimicorũ noſtrorum vim atq; violentiã proſpiciat, quiq; noſtrum ipſum periculoſiſſimũ caſum recognoſcat, q̃ non ſibi ac ſuis diffidat fortunis:Quo em̃ ſe ſatis tutũ arbitrabit̃ præſidio: virtutis, & glorię: at ea nos ipſa hoc tẽpore oppugnant.multitudine amicorũ:apparuerunt non fortes eſſe ſe amicos,ſi in eorum poteſtate noſtra ſita ſalus non eſt.paucitate inimicorũ: at id non in ipſius, ſed in alio rum voluntate poſitũ eſt.nã non ſatis eſt,ne cui iniuriã facias,prouidere:ſi tamẽ ſunt volun tarii inimici,qui tuis premiis te oppugnent.Atq; adeo cũ hæc oĩa omnibus ſint grauia atq; acerba,tum vero nobis miſera atq; intoleranda,quorũ & officia in Rẽp.recẽtiſſima,& incom moda ob Remp.frequẽtiſſima in familia verſant̃.Nũc ſi eadẽ conditio diſceptationis propo=netur,æqui auditores adhibebuntur,aures non obtuſę criminatione,ſed vacuę præbebunt̃: qui ſunt aſſecuti ſummũ gradũ honoris,nõ diſpoliabunt̃ honore:qui ſperant, facilius & p=cliuius ad laudẽ nobilitatis peruenier.Quãobrẽ nolo me duce, ſupplicii vos ad fraudẽ dedu ci,vt ego ad priſtinũ ſtatũ recidã caſus.Nũc igit̃ ſi lingua eſt concertandũ,innocentiæ virtu te fretus ſupero.Si facta cõpenſanda ſunt,conferamus equitatẽ. Si violentię impetu opprimi mur,decedã pro omnibus vnus tribunitio furori,quoniã laborẽ p cunctis ferre conſueui.Si igit̃ aliquo tẽpore his hoĩbus conſuluiſtis,quorũ animus eſt religionis pietate defunctus,de betis mihi quoq; pſpicere,qui numini deorũ conſecratũ,ſartũ tectũ ab omni periculo conſer uaui:& vos vt tutã tranqllãq; fortunam traheretis,mea pfeci vigilatia. Nã me quẽ pauloan te fortuna erexerat ad gloriã,virtus extulit ad laudẽ,populus tribuit honorẽ : eũdẽ tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatẽ. Et quoniã animaduertiſtis illã conſpirationem cõfla tam ita eſſe reſtinctam,vt nulla ſcintilla cõpareat incendii, vos quoq; tribunitiam ſedate te=meritatem.qui nunc ſe mihi inimicũ oſtendit,ſe prius eſſe veſtrũ cõfeſſus eſt inimicũ, ne rei crudelitas experrecta in me,in vos conualeſcat,& calamitas remorata lõgius ſerpat,atq; pro grediatur,p̃cauete.Nunc vel ſolus defectus ad calamitatẽ,vel primus vocatus ad tale pericu lum,omnium animos iure debeo cõmouere.Oĩa ſunt immutata. manus ad demonſtrandam religantur iniuriam,lingua incidit̃ ad deplorandam calamitatem,animus præcludit̃ ad ex ponendã rei indignitatẽ.humilitatẽ generis obiiciunt nobis:qui nouã rationẽ ſuſcitãt,vete=res maiorũ obterunt laudes.Sed qd ego plura de illorum aut in me maledictis,aut in vos ſce lerate loquar factis:quorũ cognita improbitas,me tacẽte coarguitur turpitudine vitæ:vt de iis non ſit neceſſe inimicos predicare,de quorũ ſcelere ne amici qdẽ, aut ipſi poſſunt negare. Vos ego appello,quorũ de me maxima eſt poteſtas:apd vos loquor de mea calamitate, quos habui ſemp innocẽtię & virtutis meę teſtes.Igit̃ ex ciuitate benemerit9 de Rep.ciuis exturba tur:innocẽs expellitur:cõſularis homo,nõ minimis facultatibus vſus,quondã amicorũ mul=torum præſidio munitus,nunc partim ab inuidis,partim ab inimicis circũuentus eget indi=gne:huic ſi opem non tuleritis in periculo capitis,vos credo retinebitis veſtram libertatem: qui neq; tanta valetis auctoritate,neq; tantorum officiorum impenſam egiſtis in patriã. Mi=hi credite:hoc in vno incommodũ confirmatum,multorum infirmabit incolumitatem:& ſi initio non erit refutatum,impune ad omnium pernicię conualeſcet.Proinde aut in meo peri culo ſalutẽ integrã pſtate cõmunem,aut in veſtris hoc idẽ incõmodũ expectate fortunis.Ne=mo tã perdita auctoritate,tã facinoroſa inuentus eſt vita,q̃ cum de ſcelere fatereť, non tamẽ ſentẽtiis prius iudicum cõuinceretur,q̃ ſupplicio addiceretur.Ego repente vi tribunitia cor=reptus,non modo loquendi libere in iudicio,ſed ne conſiſtendi quidem in ciuitate habeo po=

Defunctus pietate re=lig.

Sartum te ctum.

Defectus.i. deſtitutus.

Impenſam agere.

teſtatem.Eiiciór non ſolum ſine teſte,ſine iudice,ſine crimine,ſed ſine etiã ſcelere,ſine accuſatore.Hoſtibus in bello qui diſſident voluntate,dimicant armis,vitã quotidie oppugnant,in ipſa acie,cũ prælianť,licet loq,licet diſputare.mihi in pace ciui, qui perditorũ hominũ fregi furorẽ,pro fortunis meis apud vos loq non licebit?Serui q ad ſupplicíũ cæſi verberib9 trahũtur,apud eos ſæpe diſputant,quos necare voluerunt. ego conſularis apud vos non loquar, quos conſeruaui?Tacebo,ſi neceſſe eſt,tacebo inquã animo ęquo,quoniam virtus mea me tacẽte agit cauſam meã.Itaq; vt ego in concione mea nihil ponã de rebus meis geſtis,tamen in animis,& memoria veſtra largiter relinquã.iſti modo videant,qua ratione hanc inultã meã fugam ferre poſſint.Etem̃ ſi a me,vt iſti exiſtimãt,Lentuli mortui ſordes, ſi Catilinę notiſſimus furor,ſi amentia Cethegi,ſi luxuries ac ſtupra Caſſii pœnas repętũt, profecto iſtis hora nulla,eiecto Tullio,vacua periculo,aut periculi expectatione relinquet. Itaq; illi in dies non meis inſidiis,quę nullæ a me parant̃,ſed ſuorũ ſcelerum conſcientia cruciati,mihi abſenti & populo Ro.pœnas dabunt.Quas ob res ego inimicorũ amentiæ, cupiditatiq; paucorũ, oĩm ſalutis cauſa decedã,neq; eo deducã,aut progredi patiar,vt opera mea manus inter vos cõſeratis,cædeſq; ciuium inter ſe fiat:multoq; poti9 ipſe patria liberiſq; meis carebo, q̃ propter vnum me vos de fortunis veſtris Reiq; pu.dimicetis.Sic em̃ ab initio fui animatus,vt nõ magis me mea cauſa putarem eſſe natum,q̃ Reip.procreatũ.Sed illud queror: qđ nõ iam ad vnius pernicíem,ſed ad vniuerſorum inſtruitur calamitatem:conqueri,commiſerari,dicere,expurgare,ſuſpitionẽ dimouere,crimen diluere,non licere: ore oppreſſo ceruices eſſe præbendas.quæ tamen oĩa iã non ſunt tam calamitoſa,q; mihi ſunt ſubeunda: q̃ pernicioſa, q; in Remp.ſunt introducta.Quãobrem ſtatutum eſt atq; decretũ in his tẽporibus ciuitatis oĩa perpeti,quæ volet furor libidinoſus.Vim volunt afferre.præſto ſum.eiicere volunt. exeo indicta cauſa.nolunt audire.cauſam non dico. aliud quippiam conant̃. agant.nihil duri, nihil acerbi mihi erit,qđ Rẽp.tutabit̃. Non em̃ illis victus cedo, ſed incolumibus vobis me cõdono.Neq; em̃ mors miſeranda eſt,quæ ob Remp.capit̃:neq; exilium turpe, qđ virtute ſuſcipitur:cum præſertim nõnullã hæ pœnæ habeãt in ſe conſolationem.Nam vitam ſi eripiũt, nõ adiment gloriam immortalẽ.ſi exilio mulctabunt corpus,non animũ a Rep.remouebunt.Nã vbicunq; ero,hoc cogitabo,hæc ſemp cura mea erit:meq; vobis ereptũ,non a vobis repudiatum exiſtimabo.Illud ab vniuerſis poſtulo,petoq;,ſi dũ in ciuitate manere licitum eſt,nemini iniuſte periculũ creaui,nemini innocenti fui calamitati,ſi omnibus auxilio præſidioq; eſſe conſueui,plurimoſq; in hac ciuitate ſum tutatus,vti vos liberos meos in veſtrã fidẽ recipiatis,eoſq; defendatis,neve inimicos meos in familiã noſtrã longius progredi patiamini.vtiq;, ſiue hinc abiero,ſiue ero hic oppreſſus,ea maneat opinio, & exiſtimatio, quæ virtute parta, non quæ infelicitate illata eſt. Nũc ego te Iupiter Optime maxime,cuius nutu, ac ditione ſola terrarum gubernant̃,teq; particeps connubii,ſocia regni,Regina Iuno,teq; Tritonia,armipotens,Gorgona,Pallas,Minerua,cæteriq; dii,deæq; immortales,q excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutã,vt non ſolũ cunctam intueri,ſed etiã tueri poſſitis ciuitatem:a quorũ ego quondã altaribus impiã manũ ciuium remoui:a quorũ templis,meo periculo,funeſtam facem repuli,ne illuſtriſſimũ orbis terrarũ monimentũ cum prínciꝑ omnium terrarum occideret ciuitate:teq; Iupiter Stator,quem vere huius imperii ſtatorem maiores noſtri nominauerunt,cuius in templo hoſtilem impetum Catilinę repuli a muris,cuius templum a Romulo victis Sabinis in palatii radice cum victoria eſt collocatũ: oro atq; obſecro,ferte opem pariter Reip.cunctęq; ciuitati,meiſq; fortunis,reſiſtite tribunitio furori,fauete innocẽtiæ,ſubuenite ſolitudini, miſeremini ſenectutis, nolite eũ ſupplicem a vobis abſterrere, & excludere, qui in ſuo magiſtratu funeſtam facem a veſtris repulit templis. Si C.Mario auxilio fuiſtis, q; in cliuo Capitolino improborum ciuium cædem fecerat: ſi P. Scipioni,q; Annibalis furibundam mentem a veſtris repulit templis:ſi deniq; Cn. Pompeio, q; terra mariq; hoſtes reddidit pacatos:fic nunc, in meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam,vt ſæpe multorum in periculis feciſtis: fic nunc, in meis miſeriis diuinum aliquod auxilium,& numen oſtendite.Deinde vos, quorum poteſtas proxime ad deorum immortalium numen accedit,oro atq; obſecro:quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes iacui:vt eum, quem ſinguli ſtratum,atq; abiectum ſubleuaſtis,nunc vniuerſi conſeruatum velitis. Si nemínem vnq̃ veſtrum læſi:ſi nemini innocenti obfui:ſi etiam econtrario,vt quiſq; auxiliũ meum deſiderauit,opem ferre non dubitaui:ſi deniq; quæcunq; adminiſtraui, ex veſtra auctorita-

Creare periculum.

Sola terrarum.

Intueri.

Tueri.

Iupiter Stator.

te,& Patrũ cõscriptoꝝ volũtate feci:si malui inimicoꝝ cupiditati,q̃ Reip.& legitimę auctoritati pœnas sufferre: vt existimetis ex illo crudelissimo inimicorũ impetu ereptũ, in antiquũ statũ dignitatis restitui cõuenire.Sed quoniam neq; mihi libere loquẽdi, neq; vobis clemẽter audiẽdi,neq; omnino iudicãdi,paucorũ furore,& audacia facta est potestas, sed oppressa est Resp.armis,metu debilitata seruili, vti liberũ spiritũ ducẽdi nullã habeat potestatẽ,cedã inermis armatis, innocẽs nocẽtibus,priuatus furibũdo magistratui. Neq; eñ Q.Metellus qcq̃ de virtute sua detraxit,q; cessit L.Saturnino furẽti:neq; C.Cotta,q; Q.Varroni tribuno plebis,iferiore gñe orto cedẽdũ putauit:neq; C.Marius,q quãtas res gesserit,vestra vobis libertas indicio esse poterit.neq; vero M. Tullius suũ animũ a vestra abalienauit potestate, cum præcipuũ vobis obsidẽ sui animi,vestrã reliquerit libertatẽ. Quãobrẽ testor deos, deasq; oẽs immortales,vestrasq; maxime mẽtes, me nõ vitæ turpitudine, nõ pro magnitudine scelerũ, nõ propter reliquę ætatis infamiam,pœnas iure & lege pærsoluere,sed propter virtutis inuidiã,propter iucũdissimã ingenii laudẽ,propter magnitudinẽ rerũ gestarũ,crudelissime ciuitate priuari.Quod si idẽ accidit Q.Cepioni,si Mãcino,Statilio, mihi quoq; hoc accidisse nõ magnopere erit mirãdũ:cũ pręsertim nõ generis antiquitate, sed virtutis ornamẽtis summã laudẽ sim cõsecutus.Nũc ego vos Equites Ro.obtestor,quorũ virtute,nomẽ Romanũ victoriã cũ laude possidet cõiunctã,quorũ factis gloriant ciues,lętant socii,gemũt hostes:vt si erga vos omni tẽpore optime fui animatus:si mea pericula neglexi,dũ timorẽ a patria propulsarẽ:si æque liberis vestris prospexi,ac vos parẽtibus cõsuestis:vt nunc me velitis vestris opibus defensum,incolumẽ ĩ hac ciuitate retinere,q̃ cũ a scelerata cõiuratiõe esset incẽsa,meo luctu ac labore restincta est: nec patiamini me a liberis meis abstractũ,a cõiuge abreptũ,ab aris focisq; innocẽtẽ proiectũ,vitã degere in exilio,miserrimi mortalis casum subire.Proiicit Tullius in exiliũ. itaq; nimirũ innocens ab inimico,religiosus a scelerato,beneuolus huic ciuitati ab hoste.O misera vitæ ratio,quæ tandiu resides in voluptate,q̃diu fortunę poscit libido. ego ne inimicus huic ciuitati!quãobrẽ!quia inimicos necaui.ego ne hostis!quid ita!quia hostes interfeci.Eheu conditionẽ huius tẽporis.antea gloria & laude dignissimi ducebant,qui hęc perfecerũt.nũc scelerati & parricidæ esse dicunt,q; hæc administrarũt.sint sane scelerati: superet istorũ victoria,si modo victoria appellãda est,ĩ qua ciuitatis inest luctus: habeãt hãc palmã ex innocẽtis cruore. tantũ a vobis illud Equites Ro.peto,& rogo,vt quẽ sæpenumero vestra laude cohonestatis,eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis.

Ducere spi ritũ liberũ

Eheu conditionem.

AD QVIRITES POST REDITVM. ORATIO.XXVIII.

QVOD PRECATVS A IOVE OPTIMO MAXIMO, CAEterisq; diis immortalib⁹ sum Quirites,eo tẽpore,cũ me,fortunasq; meas p vestra incolumitate,otio,cõcordiaq; deuoui,vt si meas rationes vnq̃ vestrę saluti antepositas,sempiternã pœnã sustinerẽ mea volũtate susceptã:sin & ea,quę ante gesserã,cõseruandę ciuitatis causa gessissem,& illã miserã profectionẽ,vestrę salutis gratia suscepissem,vt qđ odiũ scelerati hoies,& audaces in Rẽp. & in oẽs bonos cõceptum iandiu continerẽt,id in me vno potius, q̃ in optimo quoq;,& in vniuersa ciuitate deficeret:hoc si animo in vos,liberosq; vestros fuissem,vt aliquãdo vos,Patresq; cõscriptos,Italiãq; vniuersam,memoria mei,misericordia,desideriũq; teneret:eius deuotionis me esse conuictũ iudicio deorũ immortaliũ,testimonio Senatus,cõsensu Italiæ, cõfessione inimicorũ, beneficio diuino immortaliq; vestro,maxime lętor Quirites.Etsi homini nihil est magis optãdũ,q̃ prospera,æquabilis,perpetuaq; fortuna,secũdo vitę fine vlla offensione cursu,tamẽ si mihi tranquilla,& placata oia fuissent,incredibili quadã,& pene diuina,qua nũc vestro bñficio fruor, lætitiæ voluptate caruissem.Quid dulcius hominũ generi a natura datũ est,q̃ sui cuiq; liberi!mihi vero,& propter indulgentiã meã,& propter excellens eorũ ingenium,vita sunt mea chariores.tñ nõ tãta voluptate erãt susceptι, quanta nũc sunt restituti.Nihil cuiq̃ fuit vnq̃ iucũdi⁹,q̃ mihi meus frater. nõ tã id sentiebã cũ fruebar,q̃ tũc,cũ carebã,& posteaq̃ vos mihi illi,& mihi eũ reddidistis.Res familiaris sua quẽq; delectat.reliquæ meæ fortunæ recuperatę plus mihi nũc voluptatis afferũt,q̃ tũc incolumi afferebãt.Amicitię,cõsuetudines,vicinita-

Fortuna æquabilis optanda.

res,clientelæ,ludi deniq;,& dies festi, quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, q̃ fruẽdo.Iam vero honos,dignitas,locus,ordo,beneficia vestra,q̃q̃ mihi semper clarissima visa sunt,tamẽ ea nunc renouata illustriora videnť,q̃ si obscurata nõ essent.Ipsa aũt patria,dii immortales,dici vix potest,quid charitatis,quid voluptatis habet.quę speciesItaliæ!quę celebritas oppidorũ!quæ forma regionũ!qui agri!quæ fruges!quæ pulchritudo vrbis!quę humanitas ciuiũ!quæ Reip.dignitas!quæ vestra maiestas!qbus ego oĩbus antea rebus sic fruebar,vt nemo magis.sed tãq̃ bona valetudo iucũdior est eis,qui e graui morbo recreati sunt, q̃ qui nũq̃ ægro corpore fuerũt:sic ea omnia desiderata magis,q̃ assidue percepta,delectant. Quorsum igitur hęc disputatio!quorsum!vt intelligere possitis,neminẽ vnq̃ tanta eloquentia fuisse,neq; tam diuino atq; incredibili genere dicendi,qui vestroꝝ magnitudinẽ multitudinẽq; beneficiorũ,quæ in me,fratrẽq; meũ,liberosq; nostros cõtulistis,nõ modo augere,aut ornare oratione,sed enumerare,aut cõsequi possit.A parentibus, id qđ necesse erat, paruus sum procreatus.a vobis natus sum Cõsularis.Illi mihi fratrẽ incognitũ qualis futurus esset, dederũt.vos spectatũ & incredibili pietate cognitũ reddidistis.Rẽp.illis accepi tẽporibus eã, quæ pene amissa est.a vobis eam recuperaui,quã aliquãdo oẽs vnius opera seruatã iudicauerũt.Dii immortales mihi liberos dederũt.vos reddidistis.multa prẽterea a diis immortalibꝰ optata consecuti sumus.nisi vestra voluntas fuisset,omnibus diuinis muneribus caruissemꝰ. vestros deniq; honores,quos eramus gradatim singulos assecuti,nunc a vobis vniuersos habemus.vt quantum antea parentibus, quantum diis immortalibus, quãtum vobismetipsis, tantũ hoc tẽpore vniuerso cuncta Populo Ro.debeamus. Nam cum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est,vt eam cõplecti oratione non possim:tum in studiis vestris tãta animorum declarata est voluntas,vt non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatẽ auxisse videamini.Non enim pro meo reditu,vt P.Popilii nobilissimi hominis adolescentes filii,& multi prẽterea cognati,atq; affines deprecati sunt:non,vt pro Q.Metello clarissimo viro iã spectata ætate filius,non L.Dalmaticus Consularis,summa auctoritate vir, non Q. Metellus Censorius,non eorum liberi,non Q.Metellus Nepos, qui tum Consulatũ petebat: non sororum filii Lucullí, Seruilii, Scipiones:permulti enim tum Metelli,aut Metellorum liberi pro Q.Metelli reditu vobis,ac patribus vestris supplicauerunt .q; si ipsius summa dignitas,maximęq; res gestę non satis valerent, tamen filii pietas,propinquorum preces,adolescentium squalor,maiorum natu lachrymę,Populum Ro.mouere potuerunt.Nam C.Marii,qui post illos veteres clarissimos Consulares,vestra patrumq; memoria , tertius ante me Consularis,subiit indignissimã fortunam pstantissima sua gloria,dissimilis fuit ratio. Nõ.n. ille deprecatione rediit,sed in dissensu ciuium,exercitu se,armisq; reuocauit. Me autẽ nudũ a propinquis,nulla cognatione munitũ,nullo armorũ ac tumultus metu,Cn.Pisonis generi mei diuina quædã & inaudita auctoritas,atq; virtus,fratrisq; mei miserrimi , atq; optimi quotidianę lachrymę,sordesq; lugubres a vobis deprecatę sunt.Frater erat vnus,q suo squalore vestros oculos inflecteret:qui suo fletu desideriũ mei,memoriãq; renouaret: q statuerat Quirites,si vos me sibi nõ reddidissetis,eandẽ subire fortunã:& tãto in me amore extitit,vt negaret fas esse nõ modo domicilio,sed ne sepulcro quidem se a me esse seiũctũ.Pro me pse te Senatus hominũq; pterea viginti millia vestẽ mutauerũt. p eodẽ me absente vnius squalorẽ sordesq; vidistis.Vnus hic q domi,q in foro posset esse,mihi pietate filius inuentus est, beneficio parẽs,amore idem,qui semp fuit frater.Nam cõiugis miserę squalor,& luctus,atq; optimę filię mœror assiduus,filiiq; parui desideriũ mei,lachrymæq; pueriles, itineribus necessariis,aut magnam partem † lectis,ac tenebris continebãtur. Quare hoc maius est in nos vestrum promeritum,q; non multitudini propinquorum,sed nobismetipsis nos reddidistis. Sed quemadmodũ propinqui,quos ego parare non potui,mihi ad deprecandã calamitatem meam nõ affuerũt:sic illud,qđ mea virtus prestare debuit,adiutores,auctores,hortatoresq; ad me restituendũ ita multi fuerũt,vt lõge superiores oẽs hac dignitate copiaq; superarem. Nũq̃ de P.Popilio clarissimo,atq; fortissimo viro,nũq̃ de Q.Metello nobilissimo,& cõstãtissimo ciue,nunq̃ de C.Mario custode ciuitatis,atq; imperii vestri,in Senatu mẽtio facta est.Tribunitiis superiores illi rogationibus, nulla auctoritate Senatus sunt restituti. Marius vero non modo nõ a senatu, sed etiam oppresso Senatu est restitutus. nec rerum gestarum in reditũ C. Marii memoria, sed exercitus atq; arma valuerunt. at de me vt valeret, semper senatus flagitauit: vt aliquando perficeretur, cum primum licuit,frequentia,atq; auctoritate

Similitudo.

Nudus a ppinquis.

Vestẽ mutare.

†tectis.

pfecit. nullus in eorũ reditu motus municipiorũ, & coloniarũ factus est. at me in patriã ter
suis decretis Italia cũcta reuocauit. Illi inimicis interfectis magna tũ ciuiũ cæde facta reducti
sunt. ego iis a qb⁹ eiectus sum, puincias obtinẽtib⁹, inimico hoc optimo viro, & mitissimo al
tero cõsule referẽte reductus sum: cũ is inimicus, q ad meã perniciẽ vocẽ suã cõmunibus ho
stibus prębuisset, si ritu ✳ dũtaxat viueret, re qdẽ infra oẽs mortuos amandatus esset. Nunq̃ Amãdatus
de Popilio L. Opimius fortissimus Cõsul: nunq̃ de Q. Metello nõ modo C. Marius q erat ini
micus, sed ne is qdem, qui secutus est, M. Antonius homo eloquẽtissimus, cũ A. Albino Col-
lega Senatũ, aut populũ est cohortatus. at pro me superiores Cõsules semp vt referrent effla
gitati sunt. sed veriti sunt ne causa gratiæ facere viderent, ꝙ alter mihi affinis erat, alterius
causam capitis receperã: q prouinciarũ fœdere irretiti, totũ illũ annũ querelas Senatus, luctũ
bonorũ, Italię gemitũ pertulerũt. Calẽdis vero Ianu. postea q̃ orba Resp. Cõsulis fidẽ tanq̃ le
gitimi tutoris implorauit, P. Lẽtulus Cõsul parẽs, deus, salus nostrę vitę, fortunę, memorię, Parẽs, de⁹,
nominis, simulac de solenni religione retulit, nihil humanarũ rerũ sibi prius, q̃ de me, agẽdũ salus no-
iudicauit. atq; eo die cõfecta res esset, nisi is Tribunus plebis, quẽ ego maximis beneficiis que stræ vitæ
storẽ Cõsul ornauerã, cũ & cunctus ordo, & multi eũ summi viri orarent, & Cn. Oppius so- &c.
cer, optimus vir, ad pedes flens iaceret, noctẽ sibi ad deliberandũ postulasset: que deliberatio
nõ in re delenda, quẽadmodũ nõnulli arbitrabant, sed vt patefactũ est, in augenda mercede
cõsumpta est. postea res acta est in Senatu alia nulla, cũ variis rationibus impediret. & volũ-
tate tamẽ perspecta Senatus, causa apud vos mẽse Ian. deferebat. Hic tãtũ interfuit inter me
& inimicos meos. ego cũ hoies in tribunali Aurelio palã cõscribi, cẽturiariq; vidissem: cũ in Cẽturiari.
telligerẽ veteres ad spem cædis Catilinę copias esse reuocatas: cũ viderem ex ea parte hoies,
cuius partis principes nos numerabamur, partim ꝙ mihi inuiderẽt, partim ꝙ sibi timerent,
aut proditores esse, aut desertores salutis meæ: cũ duo cõsules empti pactione prouinciarũ,
auctores se inimicis Reip. tradidissent: cũ egestatẽ, auaritiã, libidines suas viderẽt expleri nõ
posse, nisi me cõstrictũ domesticis hostib⁹ dedidissent: cũ Senatus Equitesq; Ro. flere pro me
ac mutata veste vobis supplicare edictis atq; imperiis vetarent: cũ omniũ puinciarũ pactio-
nes, cũ oia cũ oibus fœdera, recõciliationes gratiarũ, sanguine meo sancirent: cũ oẽs boni nõ
recusarent, quin vel pro me, vel mecum perirẽt: armis decertare pro mea salute nolui, qđ po
tui, quoniã & vincere, & vinci luctuosum Reip. fore putaui. At inimici mei mense Ianu. cum
de me agerent, corporibus ciuiũ trucidatis, flumine sanguinis meũ reditũ intercludendũ pu-
tauerũt. itaq; cũ ego abfui, eam Rẽp. habuistis, vt æque me, atq; illã restituẽdã putaretis. ego
aũt in qua ciuitate nihil valeret Senatus, oĩs esset impunitas, nulla iudicia, vis, & ferrũ in fo
ro versarent, cũ priuati se parietũ prędidio nõ legũ tuerent, Tribuni ple. vobis inspectãtibus
vulnerarent, ad magistratuũ domos cũ ferro, & facibus irẽt, Cõsulis fasces frangerent, deoq;
immortaliũ tẽpla incenderent, Rẽp. nullã esse putaui. itaq; neq; Rep. exterminata, mihi locũ
in hac vrbe esse duxi: nec si illa restitueret, dubitaui quin me secũ ipa reduceret. An ego cum
mihi esset exploratissimũ, P. Lentulũ proximo anno Cõsulẽ futurũ, qui illis ipsis Reip. pericu
losissimis tẽporibus Aedilis curulis me Cõsule omniũ meorũ consiliorũ particeps, periculo-
rũq; socius, fuisset: dubitarẽ quin is me cõfectũ Consularibus vulneribus Cõsulari medicina
ad salutẽ reduceret? Hoc duce, collega aũt eius clemẽtissimo, atq; optimo viro primo nõ ad
uersante, post etiã adiuuãte, reliqui magistratus pene oẽs fuerũt defensores salutis meæ. ex q
bus excellenti animo, virtute, auctoritate, prędidio, copiis, T. Annius, & P. Sextius, præstanti
in me beneuolentia, & diuino studio extiterũt. eodẽq; P. Lentulo auctore, & pariter referente
Collega, frequẽtissimus Senatus vno dissentiente, nullo intercedente, dignitatẽ meã qbus po
tuit verbis amplissimis, ornauit: salutẽ vobis, municipiis, coloniisq; oĩbus commendauit. ita
me nudũ a propinquis, nulla cognatione munitũ, cõsules, Prętores, Tribuni plebis, Senatus, Nudus a
Italia cuncta semper a vobis deprecata est: deniq; oẽs, q vestris maximis beneficiis honoribus ꝓpinquis.
q; sunt ornati, ꝓducti ad vos ab eodẽ, nõ solũ ad me cõseruãdũ vos cohortati sunt, sed etiã Deprecata
rerũ mearũ gestarũ auctores, testes, laudatoresq; fuerũt. Quorũ princeps ad cohortãdos vos est me a vo
& rogandos fuit, Cn. Pompeius, vir omniũ, q sunt, fuerũt, erunt, virtute, sapientia, ac gloria bis.
princeps. qui mihi vnus vni priuato amico, eadẽ oĩa dedit, que vniuersæ Reip. salutẽ, otium, Cn. Pom-
dignitatem. cuius oratio fuit, quẽadmodum accepi, tripartita. Primum vos docuit: meis cõ- peius.
siliis Remp. esse seruatã: causamq; meã cum cõmuni salute cõiunxit: hortatusq; est, vt aucto-
ritatem Senatus, statum ciuitatis, fortunas ciuis benemeriti defenderetis. tum in perorando

Rogare. Obsecrare.

posuit: vos rogari a senatu, rogari ab equitibus, rogari ab Italia cuncta. deniq; ipse ad extremũ pro mea vos salute nõ rogauit solũ, verũ etiã obsecrauit. Huic ego homini Quirites tantum debeo, quantũ hominẽ homini debere vix fas est. Huius cõsilia, P. Lentuli sententiã, Senatus auctoritatẽ vos secuti, in eo me loco, in quo vestris beneficiis fuerã, iisdẽ Centuriis, quibus collocaratis, reposuistis. Eodẽ tẽpore audistis eodẽ ex loco summos viros, ornatissimos, atq; amplissimos hoïes, principes ciuitatis, oẽs Cõsulares, oẽs prętorios eadẽ dicere, vt omniũ testimonio per me vnũ Rẽp. conseruatã esse cõstaret. Itaq; cũ P. Seruilius grauissimus vir, & ornatissimus ciuis dixisset, opera mea Remp. incolumẽ magistratibus deinceps traditã: dixerunt in eandẽ sententiã cęteri. sed audistis eo tẽpore clarissimi viri nõ solũ auctoritatem, sed etiam testimonium, L. Gellii: qui quia suã classem attentatã magno cũ suo periculo pene sensit, dixit in cõcione vestra: si ego Consul, cũ fui, nõ fuissem, Remp. funditus interiturã fuisse. En ego tot testimoniis Quirites, hac auctoritate Senatus, tanta cõsensione Italiæ, tanto studio bonorũ omniũ, agente P. Lentulo, cõsentientibus cęteris magistratibus, deprecante Cn. Pompęio, oïbus hoïbus fauentibus, diis deniq; immortalibus frugũ vbertate, copia, vilitate, reditũ meũ cõprobãtibus, mihi, meis, Reip. restitutus, tantũ vobis, quãtũ facere possum Quirites, pollicebor. primũ qua sanctissimi hoïes pietate erga deos immortales esse solẽt, eadem me erga populũ Ro. sempęr fore: numẽq; vestrũ æque mihi graue, & sanctum, ac deorum immortaliũ in omni vita futurũ. deinde, quoniã me in ciuitatẽ Resp. ipsa reduxit, nullo me loco Reip. defuturum. Q; si qs existimat, me aut volũtate esse mutata, aut debilitata virtute, aut animo fracto, vehemẽter errat. mihi qđ potuit vis, & iniuria, & sceleratorũ hominũ furor detrahere, eripuit, abstulit, dissipauit. qđ viro forti adimi nõ potest, id mihi manet, & pamanebit. Vidi ego fortissimũ virũ municipẽ meũ, C. Mariũ, quoniã nobis quasi aliqua fatali necessitate, nõ solũ cum his, q hęc delere voluissent, sed etiã cũ fortuna, bellígerandũ fuit: eũ tamẽ vidi cũ esset summa senectute, nõ modo nõ infracto animo propter magnitudinẽ calamitatis, sed cõfirmato atq; renouato. quẽ egomet dicere audiui, tum se fuisse miserũ, cũ careret patria, quã obsidione liberauissẽt: & cũ sua bona possideri ab inimicis, ac diripi audiret: cum adolescentẽ filiũ videret eiusdẽ sociũ calamitatis: cũ in paludibus demersus cõcursu ac misericordia Minturnensiũ corpus ac vitã suã cõseruaret: cum parua nauicula traiectus in Aphricã, qbus regna ipse dederat, ad eos supplex, inopsq; venisset. recuperata vero sua dignitate, se nõ cõmissurũ, vt cũ ea, quę amiserat, sibi restituta essent, virtutem animi nõ haberet, quã nunq; perdidisset. Sed hoc inter me, atq; illũ interest: q ille, qua re plurimũ potuit, ea ipsa re inimicos suos vltus est, armis. ego qua consueui vtar pietate: quoniã illi arti in bello, ac sedítione locus est, huic in pace, atq; otio. q̃q̃ ille animo irato nihil nisi de inimicis vlciscendis agebat. ego de ipsis inimicis tantũ, quantũ mihi Resp. permittet, cogitabo. Deniq; Quirites,

Cice. gña hoïm quatuor violarunt.

quoniã me quattuor omnino genera hominũ violarũt: vnũ eorũ, q odio Reipu. q eam ipsis inuitis, cõseruarã, inimicissimi fuerunt: alterũ qui per simulationẽ amicitię, nefarie me prodiderũt: tertiũ, q cũ propter inertiã suam, eadẽ assequi nõ possent, inuiderẽt laudi, & dignitati meæ: quartũ, q cũ custodes Reip. esse debuerunt, salutẽ meã, statũ ciuitatis, dignitatẽ eius imperii, qđ erat pœnes ipsos, vendiderũt: sic vlciscar facinora singula, quẽadmodũ a qbusq; sum prouocatus: malos ciues, Remp. benegerendo: perfidos amicos, nihil credẽdo, atq; oïa cauendo: inuidos, virtuti & gloriæ seruiendo: mercatores prouinciarũ, reuocãdo domum, atq; ab iis prouinciarũ rationẽ repętendo. Q; q̃ mihi maiori curæ est, quẽadmodũ qdem vobis, q de me estis optime meriti, gratiã referã, q̃ quẽadmodũ inimicorũ iniurias, crudelitatemq; perse quar. etenim vlciscendæ iniurię facilior ratio est, q̃ beneficii remunerandi. propterea q superiorẽ esse contra improbos, minus est negotii, q̃ bonis exequari. tũ etiã nec tam necessarium qdem est, male meritis referre qđ debeas, q̃ vt bene meritos colas. Odiũ vel precib⁹ mitigari potest, vel tẽporibus Reip. cõmuniq; vtilitate deponi, vel difficultate vlciscẽdi teneri, vel vetustate sedari. bene meritos quin colas, nec exorari fas est: neq; id Reip. repętere vtcũq; necesse est, neq; est excusatio difficultatis, neq; æquũ est tẽpore, & die memoriã bñficii definire. postremo qui in vlciscendo remissior fuit, mox apęrte laudatur. at grauissime vituperat, q in tãtis beneficiis, quãta vos in me cõtulistis, remunerãdis est tardior: neq; solũ ingratus, qđ ipm graue est, verũ etiã impius appelletur necesse est. Atqui in officio persoluẽdo dissimilis ratio pecunię debitę est: propterea q pecuniã q retinet, non dissoluit: qui reddidit, non habet. gratiã, & qui retulit, habet: & qui habet, dissoluit. Quapropter memoriã vestri beneficii colam

Fatalis necessitas.

Facilius vlciscí q̃ gratias referre

Odiũ mitigatur.

Gratiæ referendæ, & pecuniæ debitæ, ratio dissimilis.

beneuolētia ſempiterna,nō ſolū dū anima exupærabo mea,ſed etiā cū mortuo monimēta veſtri in me beneficii pærmanebunt.In referenda aūt gratia hoc vobis repromitto,ſempærq; præſtabo:mihi neq; in cōſiliis de Rep.capiundis,diligentiā:neq; in pæriculis a Rep.propulſandis animū:neq; in ſentētia ſimpliciter referēda,fidē:neq; in hoīm volūtatibus pro Rep. lædēdis, libertatē:nec in pferēdo labore,induſtriā:nec ī veſtris cōmodis augēdis,gratā animi beneuolētiā defuturā.atq; hęc cura Quir.erit infixa aīo meo ſempiterna,vt cū vobis q apud me deorū īmortaliū vim & numē tenetis,tū poſteris veſtris,cūctiſq; gētib⁹,digniſſim⁹ ea ciuitate,vi dear quæ ſuā dignitatē non poſſe tenere ſe,niſi me recuperaſſet,cunctis ſuffragiis iudicauit.

Exupærabo anima.

Repromitto.

POST REDITVM IN SENATV. ORATIO.XXIX.

I PATRES Cōſcripti p veſtris īmortalibus in me,fratrēq; meū,liberoſq; noſtros meritis,parū vobis cumulate gratias egero,quęſo, obteſtorq;,ne meę naturę potius,q̄ magnitudini veſtroꝝ beneficiorū id tribuendū putetis. quę enī tāta pōt exiſtere vbertas ingenii:q̄ tāta dicēdi copia:qđ tā diuinū,atq; increbile gen⁹ orationis:quo quiſq̄ poſſit veſtra in nos vniuerſa promerita, nō dicā cōplecti orādo,ſed pærcenſere numerādo:q̄ mihi fratrē optatiſſimum,me fratri amantiſſimo,liberis noſtris parētes,nobis liberos,q ordinē,q fortunas,q ampliſſimā Remp.q patriā,qua nihil poteſt eſſe iucundius, q deniq; noſmetipſos nobis reddidiſtis. Q; ſi parētes chariſſimos habere debemus,q; ab iis nobis vita,patrimonium,libertas,ciuitas tradita eſt:ſi deos immortales,quorū beneficio & hęc tenuimus,& cæteris rebus aucti ſumus:ſi populum Ro.cuius honoribus in ampliſſimo cōſilio,& in altiſſimo gradu dignitatis,atq; in hac omniū terrarū arce collocati ſumus:ſi hūc ipſum ordinē, a quo ſæpe magnificētiſſimis decretis ſumus honeſtati:immenſum qddā,& infinitū eſt,qđ vobis debeamus:q veſtro ſingulari ſtudio atq; cōſenſu,parentū beneficia,deorū immortaliū munera,populi Ro.honores, veſtra de me multa iudicia,nobis oīa vno tēpore reddidiſtis,vt cū multa vobis,magna populo Ro. innumerabilia parentibus,oīa diis immortalibus debeamus,hæc antea ſingula pær illos habuerimus, nunc vniuerſa pær vos recuperauim⁹.Itaq; P.C.qđ ne optādū qdē eſt hoī,immortalitatē quādā pær vos adepti videmur.qđ em tēpus erit vnq̄,quo veſtrorū in nos beneficiorū memoria, ac fama moriaī:qui illo ipſo tēpore,cum vi,ferro, metu,minis obſeſſi teneremini,nō multo poſt diſceſſum meū vniuerſi me reuocauiſtis,referēte L.Mūmio fortiſſimo,atq; optimo viro:quē habuit ille pæſtifer annus maxime fidelē,& minime timidū ſi dimicare placuiſſet,defenſorem ſalutis meæ.poſteaq̄,vobis poteſtas decernēdi nō eſt pærmiſſa p eū Tribunū plebis,q cū pær ſe Remp.lacerare nō poſſet,ſub alieno ſcelere deleuit,nunq̄ de me ſiluiſtis,nunq̄ meā ſalutē nō ab his cōſulibus,qui vendiderant,flagitauiſtis.Itaq; veſtro ſtudio,atq; auctoritate pærfectum eſt,vt ille ipſe annus,quē ego mihi,q̄ patriæ maluerā eſſe fatalē,hos Tribunos haberet, qui promulgarent de ſalute mea,& ad vos ſæpenumero referrent.nā cōſules modeſti, legūq; metuentes,impędiebanī lege,nō ea quæ de me,ſed ea quę de ipſis lata erat.cū meus inimicus p mulgauit:vt ſi reuixiſſent hi,q hæc pene delerūt,tū ego redirē. quo facto vtrūq; cōfeſſus eſt, & ſe illorū vitā deſiderare,& magno in pæriculo Remp.futurā,ſi aut hoſtes, atq; interfectores Reip.reuixiſſent,aut ego non reuertiſſem.Itaq; illo ipſo anno,cū ego ceſſiſſem: principes aūt ciuitatis,nō legū præſidio,ſed parietū vitā ſuā tuerenī:Reſpublica ſine conſulibus eſſet: neq; ſolū parentibus pærpetuis,verū etiā tutoribus annuis eſſet orbata:ſententias dicere prohiberemini:caput meæ proſcriptionis recitareī:nunq̄ dubitaſtis meā ſalutē cū cōmuni ſalute cōiungere.Poſtea vero q̄ ſingulari,& præſtantiſſima virtute P.Lentuli Cōſulis,ex ſuperioris anni caligine,& tenebris lucē in Rep.Cal.Ian.reſpicere cœpiſtis:cū Q.Metelli nobiliſſimi hominis,atq; optimi viri ſumma dignitas,cū prætorū,Tribunorū pene omniū virtus,& fides Reip.ſubueniſſet:cū virtute,gloria,rebus geſtis,Cn.Pompeius omniū gentiū,omniū ſeculorū,oīs memoriæ facile princeps,tuto ſe in ſenatū venire arbitrareī:tantus veſter cōſenſus de ſalute mea fuit,vt licet corpus abeſſet meū, dignitas iam in patriā reuertiſſet.Quo q dem menſe quid inter me & meos inimicos intereſſet,exiſtimare potuiſtis. ego meā ſalutem deſerui,ne propter me ciuiū vulneribus Reſp. cruentareī.illi meū reditū nō populi Ro.ſuf-

Parentes chariſſimi habendi.

Fatalis annus.

Metuētes legum.

Cn.Pōpei⁹.

fragiis,ſed flumine ſanguinis intercludendũ putauerũt. Itaq; poſtea nihil vos ciuibus, nihil ſociis,nihil regibus reſpõdiſtis:nihil Iudices ſentẽtiis,nihil populus ſuffragiis, nihil hic ordo auctoritate declarauit:mutũ forũ,elinguẽ curiã,tacitam & fractã ciuitatẽ videbatis. quo quidẽ tẽpore,cũ is exceſſiſſet,qui cædi & flammæ vobis auctoribus reſtiterat:cũ ferro, & facibus hoĩes tota vrbe volitãtes,magiſtratuũ tecta oppugnata,deorũ tẽpla inflãmata,ſummi viri & clariſſimi Cõſulis faſces fractos,fortiſſimi atq; optimi Tribuni ple.ſanctiſſimũ corpus nõ ſolũ tactũ,ac violatũ manu,ſed vulneratũ ferro cõfectũq; vidiſtis.qua ſtrage nõnulli pmoti magiſtratus,partim metu mortis,partim deſperatione Reip.paululum a mea cauſa receſſerunt.reliqui fuerũt,quos neq; terror,nec vis,nec ſpes,nec metus,nec promiſſa,nec minæ,nec tela,nec faces a veſtra auctoritate,a populi Ro.dignitate,a mea ſalute depellerẽt.Princeps P. Lẽtulus parẽs ac deus noſtræ vitæ,fortunæ,memoriæ,noĩs,hoc ſpecimen virtutis,hoc indicium animi,hoc lumen cõſulatus ſui fore putauit,ſi me mihi,ſi meis,ſi vobis,ſi Reip.reddidiſſet.Qui vt eſt deſignatus, nũq; dubitauit ſententiã de ſalute mea, & de Rep.dignã dicere. cũ a tribunis pl.vetaretur,cũ preclarũ caput recitaret,ne qs ad vos referret,ne quis decerneret, ne diſputaret,ne loqueretur,ne pedibus iret,ne ſcribẽdo adeſſet,totã illã,vt ante dixi,proſcriptionẽ,nõ legẽ putauit,qua ciuis optime de Rep.meritus nominatim ſine iudicio,vna cũ Senatu Reip.eſſet ereptus. Vt vero iniit magiſtratũ,nõ dicã quid egerit prius,ſed quid omnino egit aliud,niſi vt me cõſeruato veſtrã in poſterũ dignitatẽ auctoritatẽq; ſanciret! Dii immortales quantũ mihi beneficium dediſſe videmini,q; hoc anno P.Lentulus cõſul fuit: quo quãto maius dediſſetis,ſi ſuperiore anno fuiſſet.nec em eguiſſem medicina cõſulari,niſi cõſulari vulnere cõcidiſſem.Audierã ex ſapientiſſimo homine,atq; optimo ciue,& viro,Q.Catulo,nõ ſepe vnũ cõſulẽ improbũ,duos vero nũq;, excepto illo Ceſonino tempore fuiſſe. quare meã cauſam ſemper fore firmiſſimã dicere ſolebat,dũ vel vnus in Rep. eſſet Conſul. qđ vere dixerat,ſi illud de duobus Cõſulibus,qđ ante in Rep. nõ fuerat, perenne ac propriũ manere potuiſſet. Q; ſi Q.Metellus illo tempore Cõſul fuiſſet vnicus,dubitatis quo animo fuerit in me cõſeruando futurus,cũ in reſtituẽdo auctorẽ fuiſſe aſcriptorẽq; videatis! Sed fuerũt duo Cõſules,quorũ mentes anguſtæ,humiles,prauæ,oppletæ tenebris,ac ſordibus,nomẽ ipſum Cõſulatus,ſplendorẽ illius honoris,magnitudinẽ tãti Imperii,nec intueri,nec ſuſtinere, nec capere potuerũt.nõ Cõſules,ſed mercatores prouinciarũ,ac vẽditores veſtræ dignitatis.quorũ alter a me Catilinã amatorẽ ſuũ multis audiẽtibus,alter Cethegũ cõſobrinũ ſuũ reposcebat.qui me duo ſceleratiſſimi poſt hominũ memoriã,nõ cõſules,ſed latrones,nõ modo deſeruerũt,in cauſa præſertim publica,& conſulari, ſed prodiderũt,oppugnarunt,omni auxilio nõ ſolũ ſuo,ſed etiã veſtro, cæterorũq; ordinũ ſpoliatũ eſſe voluerũt. quorũ alter tamẽ neq; me,neq; quẽq; fefellit.quis em vllã vllius boni ſpem haberet in eo:cuius primũ tempus ætatis palã fuiſſet ad oẽs libidines diuulgatũ:qui ne a ſanctiſſima qdem parte corporis potuiſſet hominũ impurã intẽperantiã propulſare:qui cũ ſuã rem nõ minus ſtrenue, q; poſtea publicã cõfeciſſet:egeſtatẽ,& luxuriã domeſtico lenocinio ſuſtentauit:qui niſi in arã tribunatus cõfugiſſet,neq; vim prætoris,nec multitudinẽ creditorũ,nec bonorũ proſcriptionẽ effugere potuiſſet:qui in magiſtratu niſi rogationẽ de piratico bello tuliſſet, profecto & egeſtate & improbitate coactus piraticã ipſe feciſſet,ac minore qdẽ Reip.detrimẽto,q; q; intra mœnia nefarius hoſtis prædoq; verſatus eſt.quo inſpectante ac ſedẽte,legẽ Tribunus ple.tulit,ne auſpiciis obtemperaret,ne obnunciare concilio,aut comitiis,ne legi intercedere liceret:vt lex Helia & Fuſia ne valerẽt:quę noſtri maiores certiſſima ſubſidia Reip. cõtra tribunitios furores eſſe voluerũt.idẽq; poſtea,cũ innumerabilis multitudo bonorũ de Capitolio ſupplex ad eum ſordidata veniſſet:cũq; adoleſcẽtes nobiliſſimi,cũctiq; Equites Ro.ſe ad lenonis impuriſſimi pedes abieciſſent:quo vultu cincinnatꝰ ganeo nõ ſolũ ciuiũ lachrymas,verũ etiã patrię preces repudiauit!neq; eo cõtentus fuit,ſed etiã in concionẽ aſcendit: eaq; dixit, quæ ſi eius vir Catilina reuixiſſet,dicere nõ eſſet auſus:ſe nonarũ Decẽbriũ,quę me cõſule fuiſſent,cliui Capitolini pœnas ab Equitibꝰ Ro.eſſe repetiturũ.neq; ſolũ id dixit,ſed quos ei cõmodũ fuit,cõpellauit.L.vero iã equitẽ Ro.preſtãti dignitate hoĩem,& ſaluti meę,pro familiaritate,Reip. pro fortunis ſuis amiciſſimũ,Cõſul imperioſus exire vrbe iuſſit:& cũ vos veſtẽ mutãdã cenſuiſſetis,cũctiq; mutaſſetis,atq; idẽ oẽs boni iã ante feciſſent,ille vnguẽtis oblitus,cum toga prętexta quã oẽs Prętores,Aedileſq; tũ abiecerãt, irriſit ſqualorẽ veſtrũ, & luctũ gratiſſimæ ciuitatis,fecit qđ nemo vnq; Tyrãnus:vt quo minus occulte veſtrũ malum gemeretis, nihil

P.Lẽtulus parens ac deus vitæ Ciceronis.

Q.Catuli dictũ de cõſulibus.

Corporis parsſanctiſſima.

Piraticam facere.

Obnũciare concilio.

Cincinnatus ganeo.

diceret:ne aperte incõmoda patrię lugeretis,ediceret.Cũ vero in Circo Flamínio nõ a Tríbu no ple.Cõsul in cõcionẽ,sed a latrone Archipirata productus esset:primũ processit,qua auctoritate vir!vini,somni,stupri plenus,madẽti coma,cõposito capillo,grauibus oculis,fluentibus buccis,pressa voce & temulẽta,q̃ in ciuis indẽnatos esset aĩaduersum, id sibi dixit grauis auctor vehemẽtissime displicere. vbi nobis hęc auctoritas tãdiu tãta latuit!cur in lustris & helluationibus huius calamistrati saltatoris eximia virtus tandiu cessauit! Nam ille alter Cesonius Caluentius ab adolescentia versatus est in foro,cũ eũ pręter simulatã irritamq̃ tristitiã nulla res cõmendaret,nõ cõsulis studiũ,nõ discẽdi initia rei militaris,nõ cognoscendorũ hominũ,nõ liberalitas.quẽ prętęriẽs cũ incultũ horridũ mœstũq̃ vidisses,etiã si agrestem & inhumanũ existimares,tamẽ libidinosum & perditũ nõ dubitares.cum hoc hoie,aut stipite æthiope,si in foro cõstitisses,nihil crederes interesse:sine sensu,sine sapore,elinguem, tardũ,inhumanũ,neglectũ,Cappadocẽ modo abreptũ de grege venaliũ diceres. Idẽ domi q̃ libidinosus!q̃ impurus!q̃ intẽperans nõ in auare cœptis,sed porro intermissis voluptatibus! cũ vero literas studere ĩcipit,& helluo immanis cũ Gręculis philosopharí,tũ est Epicureus: nõ pœnitus illi disciplinę quęcũq̃ est,deditus,sed captus vno verbo voluptatis.habet aũt magistros nõ ex istis ineptis,q̃ dies totos de officio ac de virtute differũt,q̃ ad laborẽ, ad industriã,ad pericula pro patria subeunda,adhortanť:sed eos,q̃ disputẽt horã nullã vacuã voluptate esse debere : in omni parte corporis semper oportere aliquod gaudiũ, delectationemq̃ versari.his vtiť quasi prębectis libidinũ suarũ:hi voluptates oẽs vestigãt,atq̃ odorãt: hi sũt cõditores,instructoresq̃ cõuiuii:iidẽ expendũt atq̃ extimãt voluptates:sentẽtiãq̃ dicunt, & iudicãt,quantũ cuiq̃ libidini tribuendũ esse videať.horũ ille artibus eruditus,ita cõtempsit hanc prudẽtissimã ciuitatẽ,vt oẽs suas libidines,oĩa flagitia latere posse arbitrareť, si modo vultũ importunũ in forũ detulisset.is nõ me,q̃q̃ equidẽ nõ cognorã eũ,propter Pisonũ affinitatẽ,quã lõge hinc ab hoc genere,cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset,sed vos populũq̃ Ro.nõ cõsilio,neq̃ eloquẽtia, qđ in multis sæpe accidit, sed rugis supercilioq̃ decepit.L.Piso tu ne ausus es isto oculo,nõ dicã isto animo,ista fronte,nõ vita, tãto supercilio,nõ eĩ possum dicere tãtis gestis,cũ Gabinio cõsociare cõsilia pestis meæ!nõ te illius vnguẽtorũ odor,nõ vini anhelitus,nõ frons calamistrí notata vestigiis,in eã cognitionẽ adducebat!vt cum illius re similis fuisses,frontis tibi integumẽto ad occultanda tãta flagitia diutius vti nõ liceret!cũ hoc coire ausus es!vt cõsularẽ dignitatẽ,vt Reip.statũ,vt Senatus auctoritatẽ,vt ciuis optime meriti fortunas prouinciarũ fœdere addiceres!te cõsule, tuis edictis,& imperiis,Senatui Populoq̃ Ro.nõ est licitum,nõ modo sentẽtiis,atq̃ auctoritate sua, sed ne luctu qdẽ,ac vestitu Reipu.subuenire. Capuæ ne te putabas,in qua vrbe domicilium quondã superbiæ fuit,cõsulẽ esse,sicut eras,eo tẽpore!an Romę!in qua ciuitate oẽs ante vos Cõsules Senatui paruerũt!tu es ausus in Circo Flaminio productus cũ tuo illo pari dicere, te semper misericordẽ fuisse!quo verbo Senatũ,atq̃ oĩs bonos cũ a patria pestẽ expellerẽt,crudeles demõstrabas fuisse.tu misericors me affinẽ tuũ,quẽ comitiis,prærogatiuę primũ custodem prębeceras,quẽ Cal.Ian.tertio loco sententiã rogaras,cõstrictũ inimicis Reip.tradidisti. tu meũ generũ propinquũ tuũ,tu affinẽ tuã filiã meã superbissimis & crudelissimis verbis a genibus tuis repulisti. idẽq̃ tu clemẽtia ac misericordia singulari,cũ ego vna cũ Rep.nõ tribunitio,sed Cõsulari ictu cõcidissem,tãto scelere,tãtaq̃ intẽperãtia fuisti,vt ne vnã qdẽ horã interesse paterere inter meã pestem,& tuã prædam,saltem dũ conticesceret illa lamentatio & gemitus vrbis.nondũ palã factum erat concidisse Rẽp. cũ tibi arbitria funeris soluebanť: vno eodẽq̃ tẽpore domus mea diripiebatur,ardebat,bona ad vicinum Cõsulem de palatio, de Tusculano ad item vicinũ alterũ Consulẽ deferebãtur:cum iisdem operis suffragiũ ferentibus,eodem gladiatore latore,vacuo non modo a bonis,sed etiam a liberis,atq̃ inani foro, ignaro Populo Ro.quid ageretur,Senatu vero oppresso,& afflicto,duobus impiis,nefariisq̃ Consulibus,ærarium,prouincię,Legiones,Imperia donabãtur.Horũ Cõsulũ ruinas,vos Cõsules vestra virtute fulsistis,summa Tribunorũ,Prætorũq̃ fide,& diligentia subleuati.Quid ego de præstãtissimo viro T.Annio dicã!aut quis de tali ciue satis digne vnq̃ loquetur! qui cum videret sceleratum ciuem,aut domesticum potius hostem,si legibus vti liceret,iudicio esse frangendũ:sin ipsa iudicia vis impediret,ac tolleret,audaciam virtute, furorem fortitudine,temeritatem consilio, manum manu,vim vi esse superandam: primo de vi postulauit: posteaq̃ ab eodem iudicia sublata esse vidit, ne ille omnia vi posset efficere , curauit . Qui

Calamistrátus saltator.

Stipes Aethiops.

Cappadox.

Studere literas.

Ironia.

Vultus importunus.

Capua domicilíũ superbiæ.

T.Annius.

docuit neq; tecta,neq; tẽpla,neq; forũ,neq; curiã,ſine ſumma virtute,ac maximis opibus, & copiis ab inteſtino latrocinio poſſe defendi.qui primus poſt meũ diſceſſum metũ bonis,timorem huic ordini,ſeruitutẽ depulit ciuitati.Quã rationẽ pari virtute,animo,fide, P.Sextius ſecutus,pro mea ſalute,pro veſtra auctoritate,pro ſtatu ciuitatis nullas ſibi inimicitias,nullam vim,nullos impetus,nullũ vitæ diſcrimẽ vitandũ vnq; putauit. qui cauſam Senatus exagitatam concionibus improborũ,ſic ſua diligẽtia multitudini cõmendauit,vt nihil tam popularе,q; veſtrũ nomẽ,nihil tã oĩbus charũ aliquãdo,q; veſtra auctoritas videreť.qui me cũ
Iuxta ac. oĩbus rebus,qbus Tribunus ple.potuit, defendit: tũ reliquis officiis iuxta, ac ſi meus frater eſſet,ſuſtentauit.cuius ego clientibus, libertis,familia,copiis,literis,ita ſum ſuſtentatus, vt meæ calamitatis nõ adiutor ſolũ,verũ etiã ſocius videreť.Iam cæterorũ officia ſtudiaq; vidiſtis:q; cupidus mei C.Ceſtilius,q; ſtudioſus veſtri,q; non varius fuerit in cauſa.Quid Moſopius:cui ego ipſi,parẽti,fratriq; eius,ſentio quantũ debeã. qui cũ mea ſentẽtia volũtas eorũ
Obliterare in priuato iudicio eſſet offenſa,publici mei beneficii memoria priuatã offenſionẽ obliteraue runt.Iam T.Fadius, q mihi Quæſtor fuit:M.Curius, cuius ego patri Quæſtor fui: ſtudio, amore,animo huic neceſſitudini nõ defuerũt.Multa de me C.Meſſinius,& amicitię,& Rei-
Spẽciatim. pu.cauſa dixit:legem ſpẽciatim initio de ſalute mea promulgauit.Q.Fabricius,ſi quę de me agere conatus eſt,ea cõtra vim & ferrũ pẽficere potuiſſet,menſe Ianu. noſtrũ ſtatũ recuperaſſem.quẽ ad ſalutẽ meã voluntas impulit,vis retardauit,auctoritas veſtra reuocauit. Iam vero Prętores quo animo in me fuerint,vos exiſtimare potuiſtis,cũ L.Cęcilius priuatim me ſuis oĩbus copiis ſtuduerit ſuſtẽtare: publice promulgarit de ſalute mea cũ collegis pene oĩbus:direptoribus aũt meorũ bonorũ in ius adeũdi poteſtatem nõ fecerit.M. aũt Calidius ſtatim deſignatus,ſentẽtia ſua,q; eſſet ſibi chara mea ſalus, declarauit.Oĩa officia C. Septimii, Q.Valerii,P.Craſſi,Sex.Quintilii,C.Cornuti,ſumma & in me,& in Remp.cõſtiterunt.quæ
Nemo gratiarum immemor,eſt gratus inuentus. cũ libenter cõmemorẽ nõ ingratus:nemo eñ gratiarũ immemor,eſt gratus inuentus:nõnullorũ in me nefarie cõmiſſa prętereo. non eſt mei tẽporis iniurias meminiſſe:quas ego,etiã ſi vlciſci poſſem,tamẽ obliuiſci mallẽ.alio`tranſferẽda mea tota vita eſt,vt bene de me meritis referã gratiã:cũ apertis hoſtibus bellũ gerã:timidis amicis ignoſcã:proditoribus meis,nõ indicem dolorẽ profectionis meę:defenſores,reditus dignitate cõſoler. Q7 ſi mihi nullũ aliud eſſet officium in oñi vita reliquũ,niſi vt erga duces ipſos,& principes,atq; auctores ſalutis meæ,ſatis gratus iudicarer:tamẽ exiguũ reliquæ vitæ tẽpus nõ modo ad referẽdã, verũ etiã ad cõmemorãdã gratiã mihi relictũ putarẽ.quãdo eñ ego huic homini,ac liberis eius,quãdo oẽs mei gratiã referẽt!quę memoria!quæ vis ingenii!quæ magnitudo obſeruãtię!tot tãtiſq; beneficiis reſpõdere poterit!q mihi primus afflicto,& iacenti,cõſularẽ fidẽ, dexteramq; porrexit:qui me a morte ad vitã,a deſperatione ad ſpem,ab exitio ad ſalutẽ reuocauit.quanto amore in me,ſtudio in Rẽp. fuit! vt excogitaret quẽadmodũ calamitatẽ meã nõ modo leuaret,ſed etiam honeſtaret!quid eñ magnificẽtius!quid præclarius mihi accidere potuit!q̃ qđ illo pętente vos decreuiſtis,vt cuncti ab omni Italia,qui Rempu.ſaluã vellent,ad me vnũ hominem fractũ,& propę diſſipatum reſtituendũ & defendendum venirent.vt qua voce a te Romule poſt vrbẽ cõditã Conſul vſus eſſet pro vniuerſa Repu.apud eos ſolũ q eius vocẽ ex audire poſſent,eadẽ voce Senatus oĩbus agris,atq; oppidis,ciues,totãq; Italiã ad vnius ſalutem defendendã excitaret.quid ego glorioſius meis poſteris potui relinquere! q̃ hoc Senatũ iudicaſſe:qui ciuis me nõ defendiſſet,eum Remp.ſaluã noluiſſe.Itaq; tantũ veſtra auctoritas, tantũ eximia Cõſulis dignitas valuit,vt omne is flagitiũ ſe cõmittere putaret,ſi quis nõ veniret.Idemq; Cõſul,cũ illa incredibilis multitudo Romã,& pene Italia ipſa veniſſet, vos frequẽtiſſimos in capitoliũ cõuocauit.quo tẽpore quantã vim naturæ bonitas haberet,aut vera nobilitas,intelligere potuiſtis.nam Q.Metellus,& inimicus,& frater inimici,pęrſpecta veſtra voluntate,omnia priuata odia depoſuit.quẽ P.Seruilius vir cũ clariſſimus tũ vero optimus,mihiq; amiciſſimus,& auctoritatis,& orationis ſuę diuina quadã grauitate,ad ſui generis cõmuniſq; ſanguinis facta,virtuteſq;,reuocauit:vt haberet in conſilio & fratrẽ ab inferis ſocium rerũ mearũ,& omnis Metellos preſtãtiſſimos ciuis, pene ex Acheronte excitatos: in quibus Numidicũ illum Metellũ,cuius quondam de patria diſceſſus honeſtis omnibus luctuoſus tandẽ viſus eſt.Itaq; dimittiť nõ modo ſalutis defenſor,qui ante hoc vnũ beneficiũ, fuerat inimicus,verũ etiã aſcriptor dignitatis meę.Quo qdẽ die cũ.CCCCX. Senatores eſſetis,magiſtratuſq; oẽs adeſſent,diſſenſit vnus,qui ſua lege cõiuratos etiã ab inferis excitãdos

putarat.atq; illo die,quo Remp.meis cōsiliis cōseruatam grauissimis verbis & plurimis iudicassetis,idem Consul curauit,vt eadem a principibus ciuitatis in concione postero die dicerent.cum quidem ipse egit ornatissime causam meam,perfecitq; astante,atq; audiente Italia tota,vt vix cuiusdam conducti,atq; perditi vocem acerbam atq; inimicam bonis,possent audire.Ad hęc nō modo adiumentum salutis,sed etiā ornamēta dignitatis meę reliqua vos iidem addidistis:decreuistis,ne quis vlla ratione rē impediret:q id impedisset, grauiter molesteq; laturos:illū contra remp.salutemq; bonorū,concordiamq; ciuium,facturū:& vt ad vos ea statim referrent:meq; etiam,si diutius calumniarentur,redire iussistis.quid? vt agerentur gratiæ,qui e municipiis venissent?quid? vt ad illā diem res cū redisset,rogarent,vt pari studio conuenirēt?quid deniq; illo die,quem P.Lentulus mihi fratriq; meo,liberisq; nostris natalem cōstituit,non modō ad nostram,verū etiā ad sempiterni memoriā tēporis:quo die nos comitiis Cēturiatis,quę maxime maiores iusta dici,haberiq; voluerūt,arcessiuit in patriam: vt eędem Centuriæ,q̄ me Consulem fecerant,Consulatum meum comprobarent.quo die qs ciuis fuit,qui fas esse putaret,quacūq; aut ętate,aut valetudine esset,nō se de salute mea sententiā ferre?qñ tantam frequentiam in campo?tantū splendorem Italię totius,ordinūq; omnium?qñ illa dignitate tot rogatores,†tutores,custodesq; vidistis?Itaq; P.Lentuli beneficio excellenti,atq; diuino nō solum reducti sumus in patriam,sicut nōnulli clarissimi viri, sed eqs insignibus,& curru aurato reportati.Possum ego satis in Cn.Pōpeiū vnḡ gratus videri? qui nō solum apud vos,qui idē sentiebatis,sed etiam apud vniuersum populū Romanū salutem reip.& cōseruatam p me,& cōiunctā esse cum mea dixerit.qui causam meā prudentib⁹ cōmēdarit,imperitos edocuerit:eodemq; tēpore improbos auctoritate sua cōpresserit, bonos excitarit.qui populum Ro.pro me,tanḡ pro fratre,aut pro parente,non solum hortatus sit, verū etiam obsecrarit.qui cum ipse propter metum dimicatiōis,& sanguinis domo se teneret, etiam a superioribus tribunis petierit,vt de salute mea,& promulgarent,& referrent.qui in colonia nuper cōstituta cum ipse gereret magistratū,in qua nemo erat emptus intercessorū, vim & crudelitatē priuilegii,auctoritate honestissimorū hominū & publicis literis cōsignauit,princepsq;,Italię totius p̄sidium ad nostram salutem implorandū putauit.qui cū ipse mihi semp amicissim⁹ fuisset,etiā vt suos necessarios mihi amicos redderet, elaborauit. Quibus autem officiis T.Annii beneficia remunerabo?cuius oīs actio,ratio,cogitatio,totus deniq; Tribunatus,nihil aliud fuit,nisi cōstās,ppetua,fortis,inuicta defensio salutis meæ?Quid de P.Sextio loquar?qui suam erga me beneuolentiā & fidē non solum animi dolore,sed etiā corporis vulneribus ostēdit? Vobis P.C.singulis & egi,& agā gratias vniuersis.egi initio,quā tum potui.satis ornate agere nullo modo possum.Et q̄q̄ sunt in me præcipua merita multorum,quę fileri nullo modo possunt,tñ huius temporis ac timoris mei non est,conari cōmemorare beneficia in me singulorum.nam difficile est non aliquem,nefas quenq̄ p̄terire. Ego vos vniuersos Patres Conscripti deorum numero colere debeo.sed vt in ipsis diis immortalibus non semper eosdem,atq; alias alios solemus & venerari,& precari,sic in hominibus de me diuinitus meritis omnis erit ætas mihi ad eorū in me merita p̄dicāda,atq; recolēda.hodierno aūt die nominatim a me magistratibus statui gratias esse agēdas,& de priuatis vni,q̄ p salute mea,municipia coloniasq; adisset,populū supplex obsecrasset,sentētiā dixisset eam, quā vos secuti,mihi dignitatem meā reddidistis.vos me florentem semper ornastis: laborantem,mutatione vestis,& p̄ luctu vestro,quoad licuit,defendistis. Nostra memoria Senatores,ne in suis quidem periculis,mutare vestem solebant.in meo periculo Senatus veste mutata fuit,quoad licuit per eorum edicta,qui mea pericula non mō suo p̄sidio,sed etiā vestra deprecatione nudarūt.quibus ego reb⁹ obiectis,cum mihi priuato confligendum viderē cū eodem exercitu,quē Consul non armis,sed vestra auctoritate superaram,multa mecū ipse reputaui.dixerat in concione Consul,se cliui Capitolini pœnas ab Equitib⁹ Ro.repetiturum, nominatim alii compellabantur,alii citabant,alii relegabant:aditus templorū erant non solum p̄sidiis,& manu,verum etiam demolitione sublati.alter Consul vt me & remp.non modo desereret,sed etiam hostibus reip.proderet,pactionibus eos suorum p̄miorum obligarat, erat alius ad portas cum imperio in multos annos,magnoq; exercitu:quem ego inimicū mihi fuisse non dico:tacuisse cum diceretur esse inimicus,scio.Duas partes esse in rep.cum putaretur,altera me deposcere propter inimicitias,altera timide defendere propter suspitionē cædis putabatur.qui autem me deposcere videbantur,ii huius auxerunt dimicationis me-

Centuriata comitia iusta.

†diribitores.

Domo se teneret.

Remunerare.

rum,q̄ nonnunq̄ inficiãdo ſuſpitionem hominum,curamq̄ minuerunt. Quare cum viderẽ Senatum ducibus orbatum,me a magiſtratibus partim oppugnatum,partim proditum,partim derelictum,ſeruos ſimulatione collegiorũ nominatim eſſe conſcriptos,copias omnis Catilinæ pene iiſdem ducibus ad ſpem cædis, & incendiorũ eſſe reuocatas,equites Ro.proſcriptionis,vaſtitatis,cædis metu eſſe perterritos,potui P.C.multis auctoribus fortiſſimis viris, me vi,armiſq̄ defendere.nec mihi ipſe ille animus idem meus,vobis non incognitus defuit. ſed videbam,ſi viciſſem præſentem aduerſarium,nimium multos mihi alios eſſe yincendos. ſi victus eſſem,multis bonis & pro me,& mecum,& poſt me eſſe pereundum:tribunitiiq̄ ſanguinis vltores eſſe preſentis:meæ mortis pœnas iudicio,& poſteritati reſeruari.nolui cũ Cõſul communem ſalutem ſine ferro defendiſſem,meam priuatus armis defendere:bonoſq̄ viros lugere malui meas fortunas,q̄ ſuis deſperare. At ſi ſolus eſſem interfectus, mihi turpe:ſi cum multis,Reip.funeſtum fore videbatur. Q̄z ſi mihi æternam eſſe propoſitam ærumnam arbitrarer,morte me ipſe potius,q̄ ſempiterno dolore mulctaſſem.ſed cum viderem me,non diutius,q̄ ipſam Remp.ex hac vrbe abfuturum:neq̄ ego illa exterminata mihi remanẽdum putaui:& illa ſimulatq̄ reuocata eſt,me ſecum pariter reportauit.mecum leges, mecũ quæſtiones,mecum iura magiſtratuum,mecum Senatus auctoritas,mecum libertas,mecum etiã frugum vbertas,mecum deorum & hominum ſanctitates omnes,& religiones affuerũt.quę ſi ſemper abeſſent,magis veſtras fortunas lugerem:q̄ deſiderarem meas.ſin aliquando reuocarentur,intelligebam mihi cum illis vna eſſe redeundum.Cuius mei ſenſus certiſſimus teſtis eſt hic idem,qui cuſtos capitis fuit,Cn.Plancius.qui omnibus prouincialibus ornamentis,commodiſq̄ depoſitis,totam ſuam Quæſturam in me ſuſtentando,& conſeruando collocauit.qui ſi mihi Quæſtor Imperatori fuiſſet,in filii loco fuiſſet.nũc certe erit parentis:cum fuerit Quæſtor non imperii,ſed doloris mei.Quapropter P.C.quoniam in Rep.ſum pariter cum Rep.reſtitutus:non modo in ea defendẽda nihil minuam de libertate mea priſtina,ſed etiam adaugebo.etenim ſi eam tum defendebam,cum mihi illa debebat,quid nunc me facere oportet,cum ego illi plurimum debeam!nam quid eſt,q̄d animum meum frangere,aut debilitare poſſit!cuius ipſam calamitatem non modo nullius delicti, ſed etiam diuinorum in Remp.beneficiorum teſtem eſſe videatis!nam importata eſt, quia defenderam ciuitatem:& mea voluntate ſuſcepta eſt,ne a me defenſa Reſp.per eundem me extremum in diſcrimẽ vocaretur.pro me,non vt pro P.Popilio nobiliſſimo homine adoleſcentes filii,non propinquorum multitudo populum Ro.eſt deprecata:non,vt pro Q.Metello ſummo & clariſſimo viro,ſpectatæ iam adoleſcentiæ filius,non L.& C.Metelli Conſulares,non eorum liberi,nõ Q. Metellus Nepos,qui tum cõſulatum petebat:non Luculli,Seruilii,Scipiones,Metellorum filii flentes ac ſordidati populo Ro.ſupplicauerũt.ſed vnus frater,qui in me pietate filius,conſiliis parens,amore,vt erat,frater inuentus eſt,ſqualore,& lachrymis, & quotidianis precibus,deſiderium mei nominis renouari,& rerum geſtarum memoriam vſurpari coegit.q cũ ſtatuiſſet niſi per vos me recuperaſſet,eandem ſubire fortunam,atq̄ idem ſibi domicilium & vitæ & mortis depoſceret,tamen nunq̄ nec magnitudinem negotii, nec ſolitudinem ſuam, nec vim inimicorum,ac tela pertimuit.Alter fuit propugnator mearum fortunarum,& defenſor aſſiduus,ſumma virtute & pietate C.Piſo gener.qui minas inimicorum meorum,qui inimicitias affinis mei,propinqui ſui Conſulis,qui Pontum,& Bithyniam Quęſtor pro mea ſalute neglexit.nihil vnq̄ Senatus de P.Popilio decreuit,nunq̄ in hoc ordine Q.Metelli mẽtio facta eſt.tribunitiis ſunt illi rogationibus,interfectis inimicis,deniq̄ nulla auctoritate Senatus,reſtituti:cum alter eorum Senatui paruiſſet, alter vim cædemq̄ fugiſſet.nã C.quidẽ Marius,qui hac hominum memoria tertius ante me Conſularis tempeſtate ciuili expulſus eſt,non modo a Senatu non eſt reſtitutus,ſed reditu ſuo Senatum cũctum pene deleuit.nulla de illis magiſtratuum conſenſio,nulla ad Rempub.defendendam populi Ro.conuocatio, nullus Italiæ motus,nulla decreta municipiorum,& Coloniarum extiterũt. Quare cum me veſtra auctoritas accerſierit,Populus Ro.reuocarit,Reſp.implorarit, Italia cuncta pene ſuis humeris reportarit,non committam P.C.vt cũ ea ſint mihi reſtituta,quæ in poteſtate mea non fuerunt,ea non habeam,quæ ipſe præſtare poſſim:præſertim cum illa,amiſſa recuperarim,virtutem & fidem nunq̄ amiſerim.

Deſperare fortunis.

Queſtor imperatori filii loco.

PRO DOMO SVA AD PONTIFICES. ORATIO. XXX.

QVM multa diuinitus Pontifices a maioribus nostris inuẽta atq; instituta sunt, tum nihil præclarius, q̃ ꝙ vos eosdem & religionibus deorum immortalium, & summę Reip. præesse voluerũt: vt amplissimi & clarissimi ciues Remp. benegerendo, Pontifices religiones sapienter interpretando, Remp. cõseruarent. Qz si vllo tẽpore magna causa in sacerdotũ populi Romani iudicio, ac potestate versata est, hęc profecto tanta est, vt omnis reip. dignitas, omniũ ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dii penates, bona, fortunę, domicilia, vestrę sapiẽtiæ, fidei, potestatiq; cõmissa, creditaq; esse videant. vobis hodierno die cõstituendũ est, vtrum posthac amẽtis ac pærditos magistratus improborum, ac sceleratorum ciuium præsidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitis. Nam si illa labes, ac flamma Reip. suum illum pestiferum, & funestũ tribunatum, quem æquitate humana tueri nõ potest, diuina religione defenderit, aliæ cerimoniæ nobis erunt, alii antistites deorum immortalium, alii interpretes religionum requirẽdi. sin autem vestra auctoritate, sapientiaq; Pontifices, ea quæ furore improborum in Repu. ab aliis oppressa, ab aliis deserta, ab aliis prodita, gesta sunt, rescinduntur: erit causa, qua conciliũ maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia eligendis iure, ac merito laudare possimus. Sed quoniam ille demens, si ea quæ ego p̃ hos dies in senatu de Rep. sensi, vituperasset, aliquẽ se aditum ad aures vestras esse habiturũ putauit, omittam ordinem dicendi meum: respondebo hominis furiosi non orationi, qua ille vti non potest, sed conuitio, cuius exercitationẽ intolerabili pætulantia, tũ etiã diuturna impunitate muniuit. Ac primũ illud a te hoste insano, ac furioso requiro, quæ te tanta pœna tuorum scelerũ flagitiorũq; vexet, vt hos tales viros, qui non solum cõsiliis suis, sed etiam specie ipsa dignitatem Reip. sustinent, ꝙ ego in sententia dicenda salutem ciuium cũ honore Cn. Pompei cõiunxerim, mihi esse iratos, & aliud de summa hoc tẽpore religione sensuros, ac me pręsente senserit, arbitrere? Fuisti tu inquit apud pontifices superior: sed etiam quoniam te ad populum cõtulisti, sis inferior necesse est. ita ne vero? qđ in imperita multitudine est vitiosissimũ, varietas, & incõstantia, & crebra tanq̃ tẽpestatum, sic sententiarum cõmutatio, hoc tu ad hos transferas? quos ab incõstãtia grauitas, a libidinosa sententia certum & definitũ ius religionum, vetustas exẽplorũ, auctoritas literarum, monimẽtorumq; deterret? Tu ne es ille, inquit, quo senatus carere nõ potuit? quẽ boni luxerũt? quẽ Resp. desiderauit? quo restituto, senatus auctoritatẽ restitutã putabamus? quã primũ adueniens prodidisti. Nondũ de mea sententia dico. impudentiæ primũ respondebo tuę. Hũc igit̃ funesta Reip. pestis, hunc tu ciuẽ ferro, & armis, & exercitus terrore, & cõsulũ scelere, & audacissimorũ hominũ minis, seruorũ delectu, obsessione templorũ, occupatione fori, oppressione curiæ, domo, & patria, ne cum improbis boni dimicarent, cedere curasti? quẽ a senatu, quẽ a bonis oĩbus, quẽ a cũcta Italia desideratũ, accersitũ, reuocatũ, conseruandæ Reip. causa cõsiteris? At eĩ in senatũ venire, in Capitoliũ intrare turbulento illo die non debuisti. Ego vero neq; veni, & domo me tenui, q̃diu turbulẽtũ tẽpus fuit, cũ seruos tuos ad rapinã, ad bonorũ cædem paratos cũ illa tua cõsceleratorũ ac pærditorũ manu armatos in Capitoliũ tecũ venisse cõstabat, qđ cũ mihi nunciaret, scio me domi mansisse, & tibi & gladiatoribus tuis instaurandę cædis potestatẽ non fecisse. postea q̃ mihi nũciatũ est, populũ Ro. in Capitoliũ ꝓpter metũ, atq; inopiã rei frumentariæ cõuenisse, ministros aũt scelerũ tuorũ pærterritos, partim amissis gladiis, partim ereptis diffugisse, veni nõ solũ sine vllis copiis, a manu, verũ etiã cũ paucis amicis. An ego cũ P. Lẽtulus Cõsul optime de me ac de Rep. meritus, cũ Q. Metellus, q cũ meus inimicus esset, frater tuus, & dissensioni nostrę, & pacibus tuis salutẽ ac dignitatẽ meã ptulisset, me arcesserent in senatũ: cũ tanta multitudo ciuiũ tã recẽti officio suo me ad referẽdã gratiã nominatim vocarẽt: non venirẽ? cũ pręsertim te iam illinc cũ tua fugitiuorũ manu discessisse cõstaret. Hic tu me etiã custodẽ defensorẽq; Capitolii, tẽplorũq; oĩm, hostẽ capitolinũ appellare ausus es? ꝙ cũ in Capitolio Senatũ duo Cõsules haberẽt, eo venirẽ, vtrũ ne est tẽpus aliqđ, quo ĩ senatũ venisse turpe sit? an res illa talis erat, vt rẽ ipsã repudiare, & eos q agebãt, cõdemnare deberẽ? Primũ dico Senatoris eẽ boni, semp ĩ senatũ venire: nec cũ his sentio, q statuũt min⁹ bonis tpib⁹ in senatũ vt ipsi nõ venirẽt: nõ itelligẽtes hãc suã nimiã pseuerãtiã, iis, quoq; aĩm offẽdere voluerũt, gratã & iucũdã

Oratio. Conuitiũ.

Sententiarũ cõmutatio tanq̃ tẽpestatum.

Domo me tenui.

fuisse. At em nonnulli ꝓpter timorē,ꝙ se in senatu tuto nō esse arbitrabant,discesserūt.nō reprehendo:nec quero,fuerit ne aliqd ptimescendū.puto arbitrio suo quenq; timere oportere. cur ego nō timuerim,queris?quia te illinc abiisse cōstabat. cur cū viri boni nonnulli putarint tuto se in senatu esse nō posse,ego nō idē senserim?cur cū ego me existimassem tuto oīno in ciuitate eē nō posse,illuc irē?an aliis licet & recte licet,ī meo metu sibi nihil timere?mihi vni necesse erit,& meam,& aliorū vicem ptimescere?an quia nō condemnaui sentētia mea duos Consules,sum reprehendēdus?eos igit ego potissimū damnare debui,quoꝝ lege perfectum est,ne ego indemnatus,atq; optime de Rep.meritus,damnatoꝝ pœnā sustinerē? quorū etiā delicta ꝓpter eorū egregiā in me cōseruādo volūtatē,nō modo me,sed oīs bonos ferre oporteret:eorū optimū cōsiliū ego potissimū p eos in meā pristinā dignitatē restitutus, cōsiliō repudiarē meo? At quā sentētiā dixi?primum eā,quā populi sermo in animis vestris iam ante defixerat:deinde eā,quę erat superioribꝰ diebꝰ agitata in senatu:deinde eā,quā senatꝰ frequēs,tū,cū mihi est assensus,secutꝰ est:vt neq; allata sit a me res inopinata ac recēs,nec si qđ in sentētia vitium est,maius sit eius,q dixerit,q̄ omniū,q ꝓbarint. At em liberū senatus iudiciū ꝓpter metū nō fuit.si timuisse eos facis,q discesserūt,cōcede non timuisse eos, q remanserūt.sin aūt sine iis q tū abfuerūt,nihil decerni libere potuit:cū oēs adessent , cœptū est referri de indicēdo S.C.ab vniuerso senatu reclamatū est.Sed quero in ipsa sentētia, qm̄ princeps ego sum eius,atq; auctor,quid reꝑhēdat?vtrū causa capiēdi noui cōsilii nō fuit?an meę partes in ea causa nō ꝑcipuę fuerūt?an alio potius cōfugiēdū fuit?quæ res,q̄ causa maior esse,q̄ fames potuit?q̄ seditio?q̄ cōsilia tua,tuorūq;?qui facultate oblata ad imperitorū aīos incitādos,renouaturū te tua illis funesta latrocinia ob annonę causam putarūt.frumētū ꝓuincię frumētarię partim nō habebāt:partim in alias terras,credo ꝓpter varietatē vēditorū,miserant:partim,quo gratius esset,tū cū in ipsa fame subuenissent, custodiis suis clausū cōtinebant,vt subito nouū mitterēt.res erat nō in opinione dubia, sed in ꝑsentia,atq; ante oculos ꝓposito periculo:neq; id cōiectura ꝑspiciebamus,sed iā experti videbamus.nā cū ingraueſce ret annona,vt iā plane inopia,ac fames,non caritas timeret, cōcursus est ad tēplū Concordię factus,Senatū illuc vocante Metello Cōsule.qui si verus fuit,ex dolore hominū & fame, certe Cōsules causam suscipere,certe Senatus aliqd cōsilii capere potuit.Sin in causa fuit annona,seditionis quidē stimulator & cōcitator,tu fuisti,nonne id agendū nobis oībus fuit,vt materiē subtraheremus furori tuo?quid si vtrūq; fuit?& vt fames stimularet hoīes,& tu in hoc vlcere tanq̄ vnguis existeres?nonne fuit eo maior adhibēda medicina?q̄ & illud natiuū, & hoc delectū malū sanare posset?Erat igit & ꝑsens caritas,& futura fames.inde saxis facta lapidatio est.si ex dolore plebeio nullo incitāte,magnū malū.si P.Clodii impulsu,vsitatū hominis facinorosi scelus.si vtrūq;,vt res esset ea,q̄ sua spōte multitudinis aīos incitaret,& parati atq; armati seditionis duces:videt ne ipsa Resp.& cōsulis auxiliū imploraſſe?& senatꝰ fidē?Atqui vtrūq; fuisse ꝑspicuū est.difficultatē annonę,summāq; inopiā rei frumētarię,vt homines nō iā diuturnam caritatē,sed vt famē plane timerēt,nemo negat.hūc istū otii, & pacis hostē causam arrepturū fuisse ad incēdia,cędes,rapinas,nolo Pōtifices suspicemini, nisi videritis.qui sunt hoīes a Q.Metello fratre tuo Cōsule in Senatu palā nominati?a qbus ille se lapidibꝰ appetitū & pcussum esse dixit?L.Sergiū & M.Lolliū noīauit.quis est iste Lollius? qui si ne ferro ne nūc qdē tecū est,q te Tribuno pl.nihil de me dicā,sed q Cn.Pōpeiū interficiendū depoposcit.quis est Sergius?armiger Catilinę,stipator tui corporis,signifer seditiōis,cōcitator tabernariorū,damnatus iniuriarū,percussor,lapidator,fori depopulator,obsessor patrię. His atq; huiusmodi ducibꝰ,cū tu in annonæ caritate in cōsules,ī senatū,in bona,fortunasq; locupletū,ꝑ causam inopū atq; peregrinoꝝ,repetinos impetus cōparares:cū tibi salus esse in otio nulla posset:cū desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorū:nōne puidendū senatui fuit,ne in hāc tātā materiē seditionis,ista funesta fax adhæresceret? Fuit igit causa capiēdi noui consilii.videte nūc,fuerit ne partes meę pcipuę.Quē tū Sergius ille tuus,quē Lollius,quē cæterę pestes in lapidatiōe illa noīabant?quē annonā præstare oportere dicebāt?nonne me?qd puerorū illa cōcursatio nocturna?num a te ipo institutа,me frumētū flagitabāt?quasi vero ego aut rei frumētarię ꝑfuissem,aut cōpressum aliqđ frumentū tenerē,aut in isto genere omnino qcq̄ aut curatiōe,aut potestate valuissem. sed homo ad cędē imminēs,meū nomen operariis ediderat,imperitis iniecerat.cū de mea dignitate in templo Iouis Maximi Senatꝰ frequētissimus vno isto dissentiēte decreuisset,subito illo ipso die

Ingraueſceret annona

Tanq̄ vnguis in vlcere.

Lapidatio.

carissimã annonã nec opinata vilitas cõsecuta est. erant q deos imortales (id qđ ego sentio) numine suo reditũ meũ dicerẽt cõprobasse. nonnulli aũt illã rẽ ad illã rationẽ cõiecturãq; re uocabãt, qui q; in meo reditu spes otii, & cõcordię sita videbaț, in discessu aũt quotidianus se ditionis timor, iã pene belli depulso metu cõmutatã esse annonã dicebãt: q̃ qa rursus in meo reditu facta erat durior, a me cuius aduentu fore vilitatẽ boni viri dictitabãt, annona flagi- Durior an
tabaț. ego deniq; nõ solũ ab operariis tuis impulsu tuo nominabar, sed etiã depulsis ac dissi- nona.
patis tuis copiis a populo Ro. vniuerso, q tũ in Capitoliũ cõuenerat, cũ illo die minus vale-
rẽ, noiatim in senatũ vocabar. deniq; expectatus, multis sentẽtiis iã dictis, rogatus sum sentẽ
tiã. dixi Reip. saluberrimã, ac necessariã, petebaț a me frumẽti copia, annonę vilitas: quasi pos
sem aliqd in ea re gerẽda: nõ habebaț. flagitabar bonorũ expostulatione, improborũ conuitia
sustinere nõ poterã. delegaui amico locupletiori, nõ quo illi ita de me merito onus illud ipo
nerẽ (succubuissem eñ potius ipse) sed quia videbã id, qđ oẽs: qđ nos de Cn. Põpeio pollicere
mur, id illũ fide, cõsilio, virtute, auctoritate, felicitate deniq; sua facillime perfecturũ. Itaq; si-
ue hũc dii immortales fructũ mei reditus populo Ro. tribuũt: vt quẽadmodum discessu meo
frugũ inopia, fames, vastitas, cædes, incendia, rapinæ, scelerũ impunitas, fuga, formido, discor
dia fuisset: sic reditu meo vbertas agroꝝ, frugũ copia, spes otii, trãquillitas animorũ, iudicia,
leges, concordia populi, Senatus auctoritas mecũ simul reducta videanț, siue egomet aliquid
aduẽtu meo, cõsilio, auctoritate, diligentia pro tanto beneficio populo Ro. prestare debui: p-
sto, pmitto, spondeo: nihil dico amplius, hoc qđ satis est huic tẽpori dico, Remp. annonę no
mine, in id discrimẽ, quo vocabaț, nõ esse vẽturã. Nũ igiț in hoc officio, qđ fuit p̃cipue meũ,
sentẽtia mea reph̃diț: rem maximã eripui a peste summi periculi, nõ solũ eã, sed etiã vos a cę
de, incendiis, vastitate. nemo negat, cum ad causam caritatis accederet iste speculator com-
muniũ miseriarũ, qui semp in reip. malis sceleris sui faces inflãmariț. Negat oportuisse quic q̃
vni extra ordinẽ decerni. Nõ iam tibi sic respõdebo, vt cæteris. Cn. Põpeio plurima, periculo-
sissima, maxima, terra, mariq; bella extra ordinẽ sunt cõmissa: quarũ rerũ si quẽ pœniteat, eũ
victorię populi Ro. necesse est pœnitere. nõ ita tecũ ago. cũ his hęc haberi oratio põt, qui ita
disputãt, se, siqua res est ad vnũ deferẽda, ad Cn. Põpeiũ delaturos potissimũ. sed se extra or
dinem nihil cuiq̃ dare. cũ Põpeio datũ sit, id se p dignitate hois ornare, ac tueri solere. Horũ
ego sentẽtiã ne laudẽ impedior Cn. Põpeii triũphis: qb⁹ ille, cũ esset extra ordinẽ ad patriam Extra ordi
defendẽdã vocatus, auxit nomẽ populi Romani, imperiũq; honestauit. cõstãtiã pbo. qua mi- nem.
hi quoq; vtẽdũ fuit, quo ille auctore extra ordinẽ bellũ cũ Mithridate, Tigraneq; gessit. sed
cũ illis tñ possum aliqd disputare. tua vero quę tãta impudẽtia est! vt audeas dicere extra or
dinẽ dari nihil cuiq̃ oportere! qui cũ lege nefaria Ptolemęũ Regẽ Cypri, fratrẽ Regis Alexan
drini eodẽ iure regnãtẽ, causa incognita publicasses, populũq; Ro. scelere obligasses: cum in
eius regnũ, bona, fortunas, patrociniũ huius imperii immisisses, cuius cũ patre, auo, maiori-
bus, societas nobis, & amicitia fuisset: huius pecunię deportandę, & si qs suũ ius defenderet,
bello gerẽdo, M. Catonẽ p̃fecisti. dices, quẽ virũ! sanctissimũ, prudẽtissimũ, fortissimũ, amicissi M. Catonis
mũ reip. virtute, cõsilio, ratione vitę mirabili ad laudẽ, & ppe singulari. sed quid ad te! qui ne laus.
gas esse iuris quenq̃ vlli rei publicę extra ordinẽ p̃fici! Atq; in hoc solũ icõstantiã redarguo
tuã, q in ipso Catone, quẽ tu nõ p illius dignitate produxeras, sed p tuo scelere subduxeras:
quẽ tuis Sergiis, Lolliis, cęteriscq; cędis, & incẽdioꝝ ducib⁹, obieceras: quẽ carnificẽ ciuiũ, quẽ
indemnatoꝝ necis principẽ, quẽ crudelitatis auctorẽ fuisse dixeras: ad hũc honorẽ, & iperiũ
extra ordinẽ noiatim rogatione tua detulisti: & tãta fuisti intẽperantia, vt illi⁹ tui sceleris ra
tionẽ occultare nõ posses. Literas in cõcione recitasti, q̃s tibi a C. Cęsare missas diceres. CAE
SAR P. CLODIO. cũ etiã es argumẽtat⁹, amoris esse hoc signũ, cũ noibus tãtũ vteret, neq;
ascriberet Proconsul, aut Tribuno pl. Deinde gratulari tibi, q; idẽ in posterũ M. Catonẽ Tri
bunatu tuo remouisses, & q; idẽ in posterũ de extraordinariis potestatib⁹ libertatẽ ademisses. Extraordi-
Quas aut nũq̃ tibi ille literas misit: aut si misit, in cõcione recitari noluit. aut siue ille misit, narię pote-
siue tu finxisti, certe consiliũ tuũ de Catonis honore, illarũ literarũ recitatione patefactũ est. states.
Sed omitto Catonẽ, cuius eximia virtus, dignitas, & in eo negotio, qđ gessit, fides, & cõtinen
tia tegere videnț improbitatẽ & legis, & actionis tuę. quis hoi post hoies natos turpissimo,
sceleratissimo, cõtaminatissimo, qs illã opimã fertilẽq; Syriã, qs bellũ pacatissimis gẽtib⁹, quis
pecuniam ad emendos agros cõstitutã, ereptã vi ex Cæsaris reb⁹ actis, quis imperium infini-
tũ dedit! Cui quidẽ cũ Ciliciã dedisses, mutasti pactionẽ, & Ciliciã ad Prætorẽ itẽ extra ordi

nem transtulisti:Gabinio precio amplificato Syriã nominatim dedisti.quid? homini teterri-
Notatissimus. mo,crudelissimo,omniũ scelerũ libidinũq; maculis notatissimo,L.Pisoni,nonne noiatim po
pulos liberos,multis senatuscõsultis, etiã recẽti lege soceri ipsius liberatos,vinctos, & cõstri
ctos tradidisti?nõne cũ ab eo merces tui beneficii,p̃ciũq; prouincię meo sanguine tibi esset p
solutũ,tñ ærariũ cũ eo partit⁹ es?Ira ne vero?tu ꝓuicias Cõsulares,quas C.Gracchus, q vn⁹
maxime popularis fuit,nõ modo nõ abstulit ab senatu,sed etiã vt necesse esset quotannis cõ
stitui p Senatũ decreta lege sanxit:eas lege Sempronia p Senatũ decretas rescidisti?extra or-
dinẽ sine sorte nominatim dedisti,nõ cõsulib⁹,sed reip.pestibus?nos q; nominatim rei maxi-
mę pene iã desperatę summũ virũ sępe ad extrema reip.discrimina delectũ p̃fecimus, a te reꝑ
Metapho- hẽdemur?Quid tãdẽ?si tu quę in illis reip.tenebris,cęcisq; nubib⁹,& ꝓcellis,cũ senatũ & gu-
ra. bernaculis deiecisses,populũ e naui exturbasses,ipse archipirata cũ grege p̃donũ ipurissimo
pleniss̃imis velis nauigasses:si q̃ tũ ꝓmulgasti,cõstituisti,ꝓmisisti,vẽdidisti,pferre potuisses,q
locus orbe terrarũ vacuus extraordinariis fascib⁹,atq; imperio Clodiano fuisset?Sed excitat⁹
aliqñ Cn.Pompei (dicam ipso audiente qđ sensi,& sentio,quoquo animo me auditurus est)
excitat⁹ inquã aliqñ Cn.Pompei nimiũ diu recõditus,& penitus abstrusus animi dolor sub-
uenit subito reip.ciuitatẽq; fractã malis,mutam,debilitatã, abiectã metu,ad aliquã spem li-
bertatis,& pristinę dignitatis erexit.hic vir extra ordinẽ rei frumentarię p̃ficiendus nõ fuit?
scilicet tu helluoni spurcissimo,prægustatori libidinũ tuarũ,homini egentissimo, & facino-
rosissimo Sex.Clodio,socio tui sanguinis,q sua lingua etiã sororẽ tuã a te abalienauit:omne
frumẽtũ priuatũ,& publicũ,oẽs ꝓuincias frumẽtarias,oẽs mãcipes,omnis horreorũ clauis le
ge tua tradidisti.qua ex re primũ caritas nata est,deinde inopia:impẽdebat fames, incendia,
cędes,direptio:imminebat tuus furor omniũ fortunis & bonis.queri? etiã importuna pestis
ex ore impurissimo Sex.Clodii rem frumentariã esse ereptã:summisq; in periculis, eius viri
auxiliũ imploraſſe rẽpublicã,a quo sępe se,& seruatã,& amplificatã esse meminisset.extra or-
Parricida. dinẽ ferri nihil placet Clodio.qd de me qđ tulisse te dicis parricida,fratricida,sororicida,nõ
Fratricida. ne extra ordinẽ tulisti?an de peste ciuis,quẽadmodũ oẽs iã dii atq; hoies iudicarũt,cõserua
Sororicida toris reipublicę,quẽadmodũ aũt tute ipse cõfiteris, nõ modo indemnati,sed ne accusati qui
dẽ,licuit tibi ferre nõ legẽ,sed nefariũ priuilegiũ,lugente senatu,mœrentib⁹ bonis oĩbus,to-
tius Italię p̃cibus repudiatis,oppressa captaq; republica?mihi populo Romano implorante,
Senatu poscẽte,tẽporib⁹ reip.flagitãtibus,nõ licuit de salute populi Ro.sentẽtiã dicere? qua
qdem in sentẽtia si Cn.Pompei dignitas aucta est cõiũcta cũ vtilitate cõmuni,certe laudãdus
essem,si eius dignitati suffragat⁹ viderer,q mee saluti opem & auxiliũ tulisset.Desinant,desi
nãt hoies iisdẽ machinis sperare me restitutũ posse labefactari,quib⁹ antea stantẽ pculerunt.
qđ em̃ par amicitiæ fuit vnq̃ in hac ciuitate cõiũctius,q̃ fuimus inter nos, ego & Cn.Pom-
Industrius pęius?quis apud populũ Ro.de illius dignitate industrius?quis senatui sæpius dixit? qui tan
comparat. tus fuit labor?quæ simultas?quæ contentio?quã ego nõ pro illius dignitate suscepĕrim?q ab
illo in me honos?quæ prędicatio de mea laude?quę remuneratio beneuolentię p̃termissa est?
Hãc nostram cõiũctionẽ,hanc cõspirationẽ in Rep.bene gerẽda,hãc iucũdissimã vitę,atq; of
ficioq; omniũ societatẽ,certi hoies fictis sermonib⁹ & falsis criminib⁹ diremerũt:cũ iidẽ illũ,
vt me metueret,me caueret,monerẽt:iidẽ apd me,mihi illũ esse vni inimicissimũ, dicerẽt:vt
Prolixe pol neq; ego ab illo q̃ mihi pętenda essent,satis audacter petere possem:neq; ille tot suspitionib⁹
liceretur. certoq; hominũ,& scelere exulcerat⁹,q̃ meũ tẽpus postularet,satis ꝓlixe mihi pollicerẽt.Da
ta merces ẽ erroris mei magna Põtifices,vt me nõ solũ pigeat stultitię meę,sed etiã pudeat:
qui,cũ me nõ repentinũ aliqđ meũ tempus,sed veteres multo ante suscepti, & prouisi labo-
res cũ viro fortissimo & clarissimo cõiũxissent,sim passus a tali amicitia distrahi:neq; ĩtellexe
rim qbus aut vt apertis inimicis obsisterẽ,aut vt insidiosis amicis nõ crederem. Proinde desi
nant aliqñ me iisdẽ inflãmare verbis.quid sibi iste vult?nescit quãtũ auctoritate valeat,quas
res gesserit,qua dignitate sit restitutus.cur ornat eũ,a quo desertus est?Ego vero neq; me tũ
desertũ puto,sed pene deditũ:nec quę sint in illa Reip.flãma gesta cõtra me, neq; quomodo,
neq; ꝑ quos,patefaciũdũ mihi esse arbitror.si vtile Reip.fuit,haurire me vnũ ꝓ oĩbus illã in
dignissimam calamitatẽ:etiã hoc vtile sit,quoq; id scelere conflatũ sit,me occultare,& tace-
re.Illud vero est hominis ingrati,tacere.itaq; libẽtissime p̃dicabo.Cn.Pompeiũ studio & au-
ctoritate æque vt vnũquenq; vestrũ,opibus,cõtentione,p̃cibus,periculis deniq;, p̃cipue pro
salute mea laborasse.hic tuis P.Lẽtule,cũ tu nihil aliud dies & noctes nisi de salute mea co-

gitares,cõsiliis oĩbus interfuit:hic tibi grauissimus auctor ad instituẽdã, fidelissimus socius ad cõparandã,fortissim⁹ adiutor ad rem pficiẽdã fuit:hic municipia coloniasq; adiit:hic Italiæ totius auxiliũ cupiẽtis implorauit:hic in senatu princeps sententię fuit:idéq; cũ dixisset, tũ etiã pro salute mea populũ Romanũ obsecrauit.quare istã orationẽ,qua es vsus, omittas licet,post illã sentẽtiã,quã dixerã de annona,põtificũ aios eẽ mutatos.proinde quasi isti,aut de Cn.Põpeio aliter,atq; ego existimo,sentiãt:aut qd mihi pro expectatione populi Ro.pro Cn.Põpeii meritis erga me,p ratione mei tẽporis,faciẽdũ fuerit,ignorẽt:aut etiã,si cui⁹ forte Põtificis animũ,qd certo scio aliter esse,mea sentẽtia offendit,alio mõ sit cõstituturus aut de religione Põtificũ,aut de rep.q̃ eũ aut cerimoniarũ ius,aut ciuitatis salus coegerit. Intelligo Põtif.me plura extra cãm dixisse,q̃ aut opinio tulerit,aut voluntas mea.sed cum me purgatũ vobis esse cuperẽ,tũ etiã vestra in me attente audiẽdo benignitas ꝓuexit orationẽ meã.sed hoc cõpensabo breuitate eius orationis,q̃ pertinet ad ipsam cognitionẽ vestrã.quæ cũ sit in ius religionis,& in ius Reip.distributa,religionis partẽ,q̃ multo est verbosior,ꝓtermittens,de iure reip.dicam.quid est em̃ aut tã arrogãs,q̃ de religione,de rebus diuinis,cerimoniis,sacris,põtificũ collegiũ docere conari?aut tã stultũ,q̃ si qs qd in vestris libris inuenerit,id narrare vobis?aut tã curiosum,q̃ ea scire velle,de qbus maiores nostri vos solos & cõsuli,& scire voluerũt?Nego potuisse iure publico,legib⁹ iis,qbus hęc ciuitas vtit̃,quenq̃ ciuẽ vlla eiusmodi calamitate affici sine iudicio.hoc iuris in hac ciuitate,etiã tũ,cũ Reges essent,dico fuisse:hoc nobis esse a maiorib⁹ traditũ,hoc esse deniq; propriũ liberę ciuitatis,vt nihil de capite ciuis,aut de bonis,sine iudicio senat⁹,aut populi,aut eorũ,q de quaq; re constituti iudices sint,detrahi possit. Vides ne me nõ radicit⁹ euellere oĩs actiões tuas?neq; illud agere, qd aptũ ẽ,te oĩno nihil gessisse iure,nõ fuisse Tribunũ plebis.hoc dico,eẽ parricidiũ. dico apud põtifices,augures adsũt,versor ĩ medio iure publico.qd est Põtifices ius adoptionis?nẽpe vt is adoptet,qui neq; procreare iã liberos possit:& cũ potuerit,sit expert⁹.quæ deĩ de causa cuiq; sit adoptionis,quę ratio generũ,ac dignitatis,q̃ sacroꝝ,quęri a põtificũ collegio solet.quid est horũ in ista adoptione q̃situ?adoptat annos viginti nat⁹,etiã minor,Senatorẽ.liberoꝝ ne causa?at ꝓcreare põt,habet vxorẽ,suscepit etiã liberos.Exhęredauit pater filiũ.quid sacra Clodię gẽtis,cur intereũt qd in te est?quia oĩs notio Põtificũ,cũ adoptaret,esse debuit.nisi forte ex te ita quęsitũ est,nũ ꝓturbari remp.seditioníb⁹ velles? & ob eã causam adoptari,nõ vt fili⁹ esses,sed tribunus plebis fieres,& funditus euerteres ciuitatẽ?respõdisti credo te ita velle.pontificib⁹ bona causa visa est,approbauerũt.nõ ætas eius q adoptabat,q̃sita est,vt Cn.Ausidio,M.Puppio:quorũ vterq; nostra memoria,summa senectute,alter Orestem,alter Pisonẽ adoptauit.quas adoptiões,sicut alias innumerabiles,hęreditates nominis, pecunię,sacroꝝ secutæ sunt.tu neq; Fonteius es,q esse debebas:neq; patris hęres:neq; amissis sacris paternis,in hæc adoptiua venisti.Ita ꝓturbatis sacris,cõtaminatis gentibus,& quas deseruisti,& quas polluisti,iure Quiritũ legitimo tutelarũ,& hęreditatũ relicto,factus es ei⁹ filius cõtra fas,cuius per ætatẽ pater esse potuisti . Dico apud pontifices,nego istã adoptionẽ pontificio iure factã:primũ ꝙ hę vestrę sint ętates,vt is,q te adoptauit,vel ille tibi loco filii pætatẽ esse potuerit.deinde ꝙ causa quęri solet adoptãdi,vt is adoptet,qui qd natura iã assequi nõ põt,legitimo & põtificio iure quęrat,& ita adoptet,vt ne qd aut de dignitate gerũ,aut de sacrorũ religione minuat.illud in primis, nequa calumnia,nequa fraus, ne qs dolus adhibeat,vt hæc simulata adoptio filii q̃maxime veritatẽ illam suscipiendoꝝ liberorum imitata esse videat.quæ maior calumnia est,q̃ venire imberbẽ adolescẽtulũ, bene valentẽ,ac meritũ?dicere filiũ Senatorẽ populi Ro.sibi velle adoptare?id aũt scire,& videre oẽs,nõ vt ille filius instituat,sed vt e patriciis exeat,vt tribunus pl.fieri possit,idcirco adoptari? neq; id obscure:nã adoptatũ emancipari statim,ne sit eius filius,q adoptarit.cur ergo adoptat? probate genus adoptionis.iam omnium sacra interierunt,quorũ custodes vos esse debetis: iam patricius nemo relinquetur.cur enim quisq̃ vellet tribunũ plebis se fieri non licere?angustiorẽ sibi esse petitionẽ cõsulatus,in sacerdotiũ cũ possit venire:quia patricio nõ sit locus,nõ venire.vt cuiq; aliquid acciderit,quare cõmodius sit esse plebeium,simili rõne adoptabit̃. Itaq; populus Ro.breui tẽpore,neq; Regem sacrorũ, neq; Flamines,nec Salios habebit,nec ex pte dimidia reliquos sacerdotes,neq; auctores centuriatoꝝ,& curiatorũ comitiorum: auspiciaq; populi Ro.si magistratus patricii creati non sint,intereant necesse est,cũ Interrex nullus sit, qd & ipm patriciũ esse,& a patricio prodi necesse é.Dixi apud põtifices,istã adoptionẽ nullo

Proíde q̃si.

Ius Pontificiũ duplex.

Ius adoptionis.

Emãcipari.

Interrex patricius.

decreto huius collegii ꝓbatã,contra oẽ põtificiũ ius factã,ꝓ nihilo esse habẽdã.qua sublata,intelligis totũ Tribunatũ tuũ cõcidisse. Venio ad Augures.quorũ ego libros,si q̃ sũt re cõditi,non scrutor:nõ sum in exquirendo iure augurũ curiosus:hęc quę vna cũ populo dici,q̃ sępe in cõcionibus responsa sunt,noui.negant fas esse agi cũ populo,cũ de cælo seruatũ sit.quo die de te lex Curiata lata esse dicat,audes negare de cælo esse seruatũ?adest ꝑsens vir singulari virtute,cõstãtia,grauitate prędit⁹,M.Bibulus.hunc cõsulẽ illo ipso die contẽdo seruasse de cælo.Infirma sunt igit acta C.Cæsaris viri fortissimi?minime.neq; eẽ mea iã quicq̃ interest,exceptis his telis,quæ ex illius actionibus in meũ corpus immissa sunt.sed hęc de auspiciis,quæ ego nũc ꝑbreuiter attingo,acta sunt a te.tu tuo pręcipitante iam,& debilitato Tribunatu,auspiciorũ patronus subito extitisti: tu M.Bibulũ in cõcione, tu augures produxisti:te interrogante augures respõderũt,cũ de cælo seruatũ sit,cũ populo agi nõ posse:tibi M.Bibulus quærenti,se de cælo seruasse respõdit:idęq; in cõcione dixit ab Appio fratre tuo productus,te oĩno,q; cõtra auspicia adoptatus esses,Tribunũ pl.nõ fuisse.Tua deniq; omnis actio posterioribus mẽsibus fuit:omnia quę C.Cęsar egisset,quę contra auspicia essent acta,ꝑ senatũ rescindi oportere.qđ si fieret,dicebas te tuis humeris me custodẽ vrbis ĩ vrbem relaturũ.Videte hominis amentiã.vbi ꝑ suũ Tribunatũ Cæsaris actis alligat⁹ tenere tur ✳ Si & sacrorũ iure Pontifices,& auspicio;religione augures,totũ vertunt tribunatũ tuũ,quid quęris amplius?an etiã apertius aliqđ ius populi,atq; legũ?Hora fortasse sexta diei questus sum in iudicio,cũ C.Antoniũ Collegã meũ defenderẽ,quędã de Rep.quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere.hęc hoĩes improbi ad quosdã viros fortes, lõge aliter atq; a me dicta erant,detulerũt.hora nona illo ipso die tu es adoptatus.si qđ in cæteris legibus trinum nũdinũ esse oportet,id in adoptione satis est,triũ esse horarũ:nihil reprehendo. sin eadẽ obseruãda sunt,decreuit senatus,M.Drusi legibus,q̃ cõtra legẽ Cęciliã,& Didiam latæ essent,populũ nõ teneri. Iam intelligis omni genere iuris,qđ in sacris,qđ in auspiciis,qđ in legibus sit,te tribunũ pl.nõ fuisse?Atq; ego hoc totũ nõ sine causa relinquo.video.n.quosdam clarissimos viros,principes ciuitatis,aliquot locis iudicasse,te cũ plebe iure agere potuisse.qui etiam de me ipso,cũ tua rogatione funere elatam Remp.esse dicerẽt,tamẽ id funus,etsi miserũ,atq; acerbum fuisset,iure indictũ esse dicebãt.qđ de me ciue,ac de Rep.bene merito tulisses,funestũ funus te indixisse reip.qđ saluis auspiciis tulisses,iure egisse dicebãt.quare licebit,vt opinor,nobis eĩ⁹ actiões nõ ĩfirmare,qb⁹ illi actionib⁹ cõstitutũ Tribunatũ tuũ cõprobauerũt.Fueris sane tribunus pl.tã iure,q̃ lege,q̃ fuit hic ipse Rullus vir oĩbus rebus clarissim⁹,atq; amplissimus.quo iure,quo more,quo exẽplo legẽ noĩatim de capite ciuis indemnati tulisti?vetant leges sacratæ,vetant.XII.tabulę,leges priuatis hominib⁹ irrogari.id est eẽ priuilegiũ.nemo vnq̃ tulit,nihil est crudelius,nihil pniciosi⁹,nihil qđ minus hęc ciuitas ferre possit.Proscriptionis miserrimũ nomen illud,& oĩs acerbitas Syllani tẽporis qd habet,qđ maxime sit ĩsigne ad memoriã crudelitatis?opinor pœnã in ciues Romanos noĩatim sine iudicio cõstitutã.Hãc vos igit Põtifices iudicio,atq; auctoritate vestra tribuno pl.potestatẽ dabitis?vt proscribere possit,quos velit?quæro enim,quid sit aliud ꝑscribere:velitis,iubeatis,vt M.Tullius in ciuitate ne sit,bonaq; eius vt mea sint?ita eẽ fecit, etsi aliis verbis tulit.hoc plebiscitũ est?hæc lex?hęc rogatio ē?hoc vos pati potestis?hoc ferre ciuitas?vt singuli ciues singulis versiculis e ciuitate tollant?Eqdẽ iã ꝑfunct⁹ sum,nullã vim,nullũ impętũ meo,expleui aĩos inuidorũ,placaui odia improborũ,saturaui etiã ꝑfidiã & scelus ꝑditoꝝ:deniq; de mea causa,q̃ videbat perditis ciuibus ad inuidiã esse proposita,iã oẽs vrbes,oẽs ordines,oẽs dii,atq; hoĩes iudicauerũt.vobismetipsis Pont.& vestris liberis,cęterisq; ciuib⁹ ꝑ vestra auctoritate & sapientia cõsulere debetis.nam cũ tam moderata iudicia populi sint a maioribus cõstituta:primũ,vt ne pœna capitis cũ pecunia coniungat:deinde ne pro indicta die quis accuset:vt ter ante magistratus accuset intermissa die,q̃ mulctam irroget, aut iudicet: quarta sit accusatio Trinũ nũdinũ,prodita die qua die iudiciũ sit futurũ:cũ multa etiam ad placãdũ,atq; ad misericordiã reis cõcessa sint:deĩde exorabilis populus,facilis suffragatio ꝑ salute:deniq; etiã, siqua res illũ diẽ aut auspiciis,aut excusatione sustulit,tota causa iudiciũ q; sublatũ est.hæc cũ ita sint in re,vbi crimẽ est?vbi accusator?vbi testes?qd ĩdigni⁹?q̃ q neq; adesse sit iussus,neq; citat⁹,neq; accusat⁹,de eius capite,liberis,fortunis oĩbus cõductos,& si carios,egẽtes,& ꝑditos suffragiũ ferre?& eã legẽ putare?At si hoc de me potuit,quẽ honos, quẽ dignitas,quẽ cã,quẽ Resp.tuebat,cuius deniq; pecunia nõ expetebat,cui nihil oberat prę

Seruatũ de cælo.

Iure agere cũ plebe.

Funere elata Resp.

Leges sacratę.

Priuilegiũ.

Proscribere.

Perfunctus sum.

Iudicia populi moderata.

ter conuersionē status,& inclinationē cōmuniū temporū:qd tandē futurū est iis! quorū vita remota ab honore populari,& ab hac illustri gratia est! pecunię autē tātę sunt,vt eas nimiū multi egētes,sumptuosi,nobiles cōcupiscant! Date hāc tribuno pl. licentiā,& intuemini paulisper animis iuuentutē,& eos maxime,qui imminere iam cupiditate vidēt in tribunitiam potestatē: collegia mediusfidius tribunorū pl. tota reperient hoc iure firmato,q̄ coeant de hominū locupletissimorū bonis,pręda p̄sertim populari,& spe largitionis oblata. At quid tulit legū scriptor peritus,callidus! velitis,iubeatis,vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur! crudele,nefariū,ne in sceleratissimo quidē ciue ferūdū sine iudicio. Nō tulit vt interdicatur. quid ergo! vt interdictū sit. O cœnū,O portētū,O scelus. hāc tibi legē Clodius scripsit spurciorum lingua sua: vt interdictū sit,cui nō sit interdictū. Sexte noster bona venia,quoniā iam dialecticus es,& hoc quoq; ligurис: qd factū nō est,vt sit factū,ferri ad populū,aut verbis vllis sanciri,aut suffragiis cōfirmari potest! hoc tu p̄scriptore,hoc cōsiliario,hoc ministro omnium nō bipędū solū,sed etiā quadrupędū impurissimo,Remp. perdidisti. neq; tu eras tam excors,tamq; demens,vt nescires hūc Clodiū esse,q cōtra leges faceret: & alios esse,q leges scribere solerent. sed neq; eorū,neq; cęterorū,in quibus esset aliqd modestię,cuiusq̄ tibi potestas fuit. neq; tu legū scriptoribus iisdē potuisti vti,q̄bus cęteri,neq; operū architectis, neq; Pontificē adhibere quē velles: postremo ne in prędę quidē societate mancipē,aut prędonem sociū,extra tuorū gladiatorū numerū: aut denique suffragii latorē in ista tua p̄scriptione quē q̄ nisi furē,aut sicariū reperire potuisti. Itaq; cū tu florens ac potens p mediū forū popularis volitares: amici illi tui te vno amico tecti & beati,q se populo cōmiserant,ita repellebantur, vt etiā Palatinā tuā perderēt. q in iudiciū venerāt,siue accusatores erāt,siue rei,te depcante dānabant. denique ille nouiti⁹ Ligur,venalis ascriptor & subscriptor tu⁹,cū M. Papirii sui fratris esset testamēto,& iudicio improbatus,mortē eius se velle p̄seq dixit: nomē Sexti Proper ti detulit: accusare alienę dānationis,scelerisq; socius p̄pter calumnię metū nō est ausus. De hac igitur lege dicimus,q̄ iure rogata videat: cuius quā q̄sq; partē tetigit,digito,voce,p̄da, suffragio,quocūq; venit,repudiatus,cōuictusq; discessit. Quid! si his verbis scripta est ista p scriptio,vt se ipsa dissoluat! est em̄,q; M. Tullius falsum senatusc̄ōsultum retulerit. si igit̄ retulit falsum senatusc̄ōsultū,tū est rogatio. si nō retulit,nulla est. satis ne tibi vidēt a senatu iudicatum! me nō modo nō ementitū esse auctoritatē eius ordinis,sed etiā vnū post vrbem cōditā diligētissime senatui paruisse! Quot modis doceo legē istā,quā vocas,nō esse legem! quid! si etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti! tamē ne arbitraris,id qd M. Drusus in legibus suis plerisq;,bonus ille vir,M. Scaurus,& L. Crassus cōsularis non obtinuerint,id te posse omniū facinorū,& stuprorū omniū Decumis,& Clodiis auctoribus obtinere! Tulisti de me ne recipērer,nō vt exirē: quē tu ipse nō poteras dicere,nō licere esse Romę. quid em̄ dices! damnatū! certe nō. expulsum! qui licuit! sed tamē ne id quidē est scriptū,vt exirem. pœna est,q recepērit. quā omnes neglexerūt. eiectio nusq̄ est. verū sit. quid operū publicorū exactio! quid nominis inscriptio tibi! nū aliud videtur esse,ac meorū bonorū direptio! pręterq̄ q; ne id quidē p Legē Liciniā,vt ipse tibi curationē ferres,facere potuisti. Quid hoc ipsum,qd nūc apud Pont. agis! te meā domū consecrasse,te monimentū fecisse,in meis ædibus te signū dedicasse,eaq; te ex vna rogatiūcula fecisse! vnū & idē videt esse,atq; id qd de me ipso nomina tim tulisti! tā hercule est vnum, q̄ qd idem tu lege vna tulisti,vt Cyprius Rex,cui⁹ maiores huic populo socii,atq; amici semper fuerūt,cū bonis omnibus sub pręcone subiiceret,& exules Byzantiū reducerent. Eidē inqt vtraq; de re negotiū dedi. sed qd si eidē negotiū dedisset! vt si in Asia Cistophorū flagitaret: inde iret in Hispaniā: cū Romę decessisset,cōsulatū ei petere liceret: cū factus esset,puinciā Syriā obtineret: quoniā de vno homine scriberet,vna res esset! Q; si iam populus Ro. de ista re consultus esset,& nō oia p seruos latrones q; gessisses, nonne fieri poterat,vt populo de Cyprio Rege placeret,de exulibus Byzantiis displiceret! q̄ est quasi alia vis,quę sententia Cęcilię legis,& Didiæ,nisi hęc! ne populo necesse sit in coniūctis rebus cōpluribus,aut id qd nolit,accipere,aut id quod velit repudiare! Quid si p vim tulisti! tamē ne lex est! aut quicq̄ iure gestū videri potest,qd p vim gestum esse constet! an si in ipsa latione tua capta iam vrbe lapides iacti,si manus collata nō est,idcirco tu ad illam labē atq; eluuiem ciuitatis sine summa vi peruenire potuisti! cum in tribunali Aurelio conscribebas palam,non modo liberos,sed etiam seruos ex omnibus vicis concitatos: vim tum videlicet non parabas! cum edictis tuis tabernas claudi iubebas,non inde vim imperitę multitudi

Aqua & ignis interdicatur.

Scomma.

Palatina.

Sortitu vno.

Decessisset Romę.

nís,ſed hominũ honeſtorum modeſtiam prudentiáq; quęrebas:cum arma in ædem Caſtoris comportabas,nihil aliud,niſi vti ne quid per vim agi poſſet,machinabare:cum vero gradus Caſtoris conuelliſti,ac remouiſti,tũ vt modeſte tibi agere liceret,homines audaces ab eius templi aditu,atq; aſcenſu repuliſti:cũ eos,qui conuentu virorũ bonorũ verba de ſalute mea fecerãt,adeſſe iuſſiſti:eorũq; aduocationẽ,manibus,ferro,lapidibus diſcuſſiſti:tũ pfecto oſtẽ diſti vim tibi maxime diſplicere:Verũ hæc furioſa vis veſani tribuni pl.facile ſuperari,frangiq; potuit virorũ bonorũ vel virtute,vel multitudine.quid:cũ Gabinio Syria dabatur,Macedonia Piſoni,vtriq; infinitũ imperiũ,ingens pecunia,vt tibi omnia permitterẽt:te adiuuarẽt:tibi manũ,copias,tibi ſuos paratos centuriones,tibi pecunias,tibi familias compararẽt: te ſuis ſceleratis concionibus ſubleuarẽt: ſenatus auctoritatem irriderent: equitibus Rom. mortem proſcriptionẽq; minitarent: me terrerent minis:mihi cędẽ,& dimicationem denunciarent:meam domũ refertam viris bonis per amicos ſuos complerent:proſcriptionis metu me frequentia nudarẽt:virorũ bonorũ me preſidio ſpoliarent:ſenatum p me non modo ppugnare,amplisſimum ordinem,ſed etiam plorare & ſupplicare mutata veſte phiberent:ne tũ quidẽ vis erat:quid igit ego geſſi:aut q timor fuit:non dicã in me quidem:fac me timidũ eſſe natura.quid illa tot virorũ fortisſimorũ millia:quid illi Equites Romani:quid Senatus:qd denięq; omnes boni:ſi nulla vis erat,cur me flentes potius pſecuti ſunt, q̃ aut increpãtes retinuerũt:aut irati reliquerũt:An hoc timebã,ſi mecũ agerẽt more,inſtitutoq; maiorũ, vt poſſem preſens ſuſtinere:vtrũ ſi dies dicta eſſet, iudiciũ mihi fuit pertimeſcẽdũ:an ſine iudicio priuilegiũ:iudiciũ:in cauſa tã turpi ſcilicet homo , q etiã ſi cauſa eſſet ignota,dicẽdo nõ poſſem explicare:an eam cauſam pbare nõ poterã:cuius tanta bonitas eſt,vt ea ipſa nõ modo ſe,ſed etiã me abſentẽ p ſe pbarit.an Senatus:an ordines:an ii,qui cuncta ex Italia ad me reuocandũ cõuolauerũt,ſegniores me preſente ad me retinendũ,& cõſeruãdum fuiſſent,in ea cauſa,quã ipſe iã parricida talẽ dicat fuiſſe,vt me ab oĩbus ad meã priſtinã dignitatẽ expectatum atq; reuocatũ querat:an vero in iudicio,periculi nihil fuit:priuilegium pertimui:ne mihi præſenti ſi mulcta irrogaretur, nemo intercederet:tam inops aut eram ab amicis? aut tam nuda Reſp.a magiſtratibus:qd:ſi vocatę Tribus eſſent,pſcriptionẽ nõ dicam in me,ita de ſua ſalute merito,ſed omnino in vllo ciue cõprobauiſſent:An ſi ego pſens fuiſſem, veteres illę copię conturatorũ,tuiq; perditi milites,atq; egentes,& noua vis ſceleratiſsimorũ cõſulum,corpori meo pepercisſent:q,cũ eorũ omniũ crudelitati ceſſiſſem,ne abſens quidẽ luctu meo mẽtes illorũ ſatiare potui. Quid.n.vos vxor mea miſera violarat:quã vexauiſtis,rapta uiſtis,omni crudelitate lacerauiſtis.quid filia:cuius fletus aſſiduus,ſordesq; lugubres,vobis erant iucũdę,cęterorũ omniũ mentes oculosq; flectebãt.quid paruus filius:quẽ q̃diu ab fui,nemo niſi lachrymãtẽ,confectũq; vidit:quid fecerat:q eum toties per inſidias interficere voluiſtis:qd frater meus:qui cũ aliquãto poſt meũ diſceſſum ex prouincia veniſſet, neq; ſibi viuẽdũ,niſi me reſtituto putaret:cũ ei⁹ mœror,ſqualor incredibilis,& inaudit⁹ oĩb⁹ mortalibus miſerabilis videbat:quoties ex veſtro ferro ac manib⁹ eſt elapſus:Sed qd ego veſtrã crudelitatẽ expromo,quã in ipſum me ac meos adhibuiſtis:q parietibus,q tectis,q columnis,ac poſtib⁹ meis horrificũ qddam,& nefariũ omni imbutũ odio bellũ intuliſtis:nõ em̃ te arbitror, cũ poſt meũ diſceſſum omniũ locupletũ fortunas,omniũ puinciarũ fructus,& Tetrarcharũ ac Regum bona,ſpe & auaritia deuoraſſes,argenti & ſupellectilis meæ cupiditate eſſe cæcatum:non exiſtimo Campanum illum conſulem cũ ſaltatore Collega, cum alteri totã Achaiam,Theſſaliam,Bœotiam,Greciam,Macedoniam,omnẽq; barbariam,bona ciuium Ro.condonaſſes:alteri Syriam,Babylonem,Perſas,integerrimas, pacatiſſimasq; gentes ad diripiendum tradidiſſes:illos tam cupidos liminum meorũ, & columnarum,& valuarum fuiſſe.neq; porro illa manus,copiæq; Catilinæ,cæmentis,ac tegulis meorum tectorum ſe famẽ ſuam expleturas putauerũt.ſed vt hoſtiũ vrbes,nec oĩm hoſtiũ,verũ eorũ qbuſcũ acerbũ bellũ inteſtinumq; ſuſcepimus,non præda adducti,ſed odio ſolemus excidere:q in quos propter eorum crudelitatem inflammatę mentes noſtrę fuerunt: cum horum etiã tectis ac ſedibus reſidere aliqd bellum ſemper videretur.Nihil erat latũ de me:non adeſſe eram iuſſus: nõ citatus affuerã:erã etiã tuo iudicio ciuis incolumis:cũ dom⁹ in Palatio, villa in Tuſculano , altera ad alterum conſulẽ tranſferebatur:Senatum conſules vetabant:columnæ marmoreę ex ædibus meis inſpectante populo Ro.ad ſocerum conſulis portabantur:in fundum autem vicini conſulis non inſtrumentum,aut ornamenta aulę,ſed etiam arbores tranſferebantur: cũ

Timebam vt poſſem. Priuilegiũ.

Inops ab amicis. Nuda a magiſtratibus.

Confectus.

ipsa villa nõ prędę cupiditate: qd em̃ erat prędę: sed odio, & crudelitate funditus euertere: domus ardebat in Palatio nõ fortuito, sed oblato incendio: Cõsules epulabant̃, & in cõiuratorum gratulatione versabant̃, cũ alter se Catilinæ delitias, alter Cethegi consobrinũ fuisse diceret. Hanc ego vim pontifices, hoc scelus, hũc furorẽ, meo corpore opposito a bonorum omniũ ceruicibus depuli: omnẽq; impętũ discordiarũ, omnẽ diu collectã vim improborũ, q̃ inueterata cõpresso odio, atq; tacito iã erumpębat in actũ, tã audaces duces excepi meo corpore: in me vno consulares faces iactę manibus Tribunitiis: in me omnia quę ego quondam retuderã cõiurationis nefaria tela adhęserũt. Q̃, si vt multis fortissimis placuit, vi & armis contra vim decertare voluissem: aut vicissem cũ magna internicione improborũ, sed tamen ciuium: aut interfectis bonis oĩbus, qd illis optatissimũ erat, vna cũ rep. cõcidissem. Videbã viuo Senatu populoq; Ro. celerẽ mihi summa cũ dignitate reditũ: nec intelligebã fieri diutius posse, vt mihi nõ liceret esse in ea Republica, quã ipse seruassem. qd si nõ liceret, audierã & legerã clarissimos nostrę ciuitatis viros, se in medios hostes ad pspicuã mortẽ p salute exercitus iniecisse. ego p salute Reip. vniuersę dubitarẽ: hoc meliore conditione, q̃ Decius, q̃ ille ne auditor quidẽ suę glorię, ego etiã spectator meę laudis esse potuissem. itaq; infractus furor tuus, inanes faciebat impętus. omnẽ em̃ vim omniũ sceleratorũ acerbitas mei casus excępерat. non erat in tã immani iniuria, tantisq; ruinis nouę crudelitati locus. Cato fuerat pximus. quid ageres: nõ erat, vt q modus oĩbus moribus fuerat, idẽ esset iniurię. quid: posses extrudere ad Cypriã pecuniã, pręda pęrierit. alia nõ deerit. hunc modo amãdandũ esse. Sic M. Cato inuisus quasi p beneficiũ Cyprũ relegat̃. eiiciũt̃ duo, quos improbi videre nõ poterãt: alter pęr honorẽ turpissimũ, alter pęr honestissimã calamitatẽ. Atq; vt sciatis nõ hoĩbus istũ sed virtutibus hostẽ semp fuisse, me expulso, Catone amãdato, in eũ ipsum se conuertit, quo auctore, quo adiutore, in cõcionibus, ea, q̃ gerebat oĩa, q̃q; gesserat, se fecisse, & facere dicebat Cn. Pompęiũ, quem omnium iudicio longe principem esse ciuitatis videbat, diutius furori suo veniam daturum non arbitrabatur. qui ex eius custodia pęr insidias Regis amici filium hostem captiuum surripuisset, & ea iniuria virum fortissimum lacessisset, spęrauit iisdem se copiis cum illo posse confligere, quibuscum ego noluissem bonorũ pęriculo dimicare. & primo quidem adiutoribus cõsulibus. postea fregit fœdus Gabinius. Piso tamen in fide manfit. quas iste tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit, q̃ facile ferro, quotidianisq; in fidiis, cũ iã a firmissimo robore copiarũ suarũ relictus esset, Cn. Pompęiũ foro, curiaq; priuarit, domũq; coniecerit, vidistis. ex quo iudicare potestis, quãta vis illa fuerit oriens, & cõgregata, cũ hęc Cn. Pompęiũ terruerit iã districta, & extincta. Hoc vidit in sentẽtia dicẽda Cal. Ianuarii vir prudẽtissimus, & cum Reipublicę, tũ mihi, tũ etiã veritati amicissimus, L. Cotta, q̃ legẽ de meo reditu ferendã nõ cẽsuit: q̃ me cõsuluisse reipublicę, cessisse tẽpęstati, amicis orem vobis, cęterisq; ciuibus, q̃ mihi ac meis extitisse: vi, armis, dissensione hominũ, & cædẽ institutã, nouoq; dominatu pulsum esse dixit. nihil de meo capite potuisse ferri, nihil esse in scriptũ, aut posse valere: omnia contra leges, moresq; maiorũ temere, turbulente, p vim, pęr furorẽ esse gesta. q̃ si illa lex esset, nec referre ad senatũ cõsules, nec sententiã dicere sibi, licere. quorũ vtrũq; cũ fieret, nõ oportere, vt de me lex ferretur, decerni: ne illa, q̃ nulla esset, esse lex iudicaretur. Sentẽtia verior, grauior, vtilior, melior reipublicę nulla esse potuit. hominę enim scelere, & furore notato, similis a republica labes in posterũ dimouebat̃. Neq; hoc Cn. Pompęius, q̃ ornatissimã de me sententiã dixit, vosq; põtifices, q̃ me vestris sentẽtiis, auctoritatibusq; defendistis, nõ vidistis, illã esse nullã, atq; esse potius flãmã tẽporis, interdictũ scelęris, vocẽ furoris: sed pspexistis nequa popularis in vos aliquando inuidia redundaret, si fine populi iudicio, restituti videremur. eodemq; consilio M. Bibuli fortissimi viri senatus sententiã secutus est, vt vos de mea domo statueretis: nõ q̃ dubitaret, quin ab isto nihil legib⁹, nihil religionibus, nihil iure esset actũ, sed ne quis oriretur aliquãdo in tãta vbertate improborum, q̃ in meis ædibus aliquã religionẽ residere diceret. nã legẽ quidẽ istã nullã esse, quotiescunq; de me senatus sententiã dixit, toties iudicauit, quoniã quidẽ scripto illo istius, sententiã dicere vetabat̃. Atq; hanc rẽ par illud simile Piso & Gabinius vidit. homines legũ, iudiciorumq; meruẽtes, cũ frequẽtissimus senatus eos, vt de me referrẽt, quotidie flagitaret, nõ se rem improbare dicebãt, sed lege istius impędiri. erat hoc verũ. nã impędiebant̃, verũ ea lege, quã idẽ iste de Macedonia, Syriaq; tulerat. Hanc tu P. Lentule neq; priuatus, neq; Consul legem esse vnã̃ putasti. nam tribunis pl. referentibus, sententiã de me designatus Consul sæ-

Infractus.

✳ Cyprũ relegatur.

Vbertas improborũ

Metuentes iudiciorũ.

pe dixisti:ex Calē.Ianuarii,quoad perfecta res est,de me retulisti,legem promulgasti, tulisti: quorum tibi,si esset illa lex,nihil liceret. At etiam Q.Metellus,collega tuus,vir clarissimus, quā legē esse homines alienissimi a P.Clodio iudicarēt, Piso,& Gabinius,eā nullā esse fratet P.Clodii,cū de me ad Senatū tecū vna retulit,iudicauit.Sed isti,q Clodii leges timuerūt,quē admodum cęteras obseruarunt!Senatus quidē,cuius est grauissimū iudiciū de iure legum, quotiescūq; de me cōsultus est,toties eā nullam esse iudicauit.qđ idem tu Lentule vidisti in ea lege,quā de me tulisti. nā non est ita latū,vt mihi Romā venire liceret,sed vt venirē.non enim voluisti id,qđ licebat, ferre vt liceret,sed me ita esse in republica, magis vt accersitus imperio populi Ro.viderer,q̄ ad administrādā ciuitatē restitutus.Hūc tu etiā pernicioſa pe stis exulē appellare ausus es!cū tātis sceleribus esses,& factis notatus,vt oēm locū,quo adis- Exul. ses,exilii simillimū redderes!quid est em̄ exul!ipsum p se nomē calamitatis,nō turpitudinis. quādo igit̄ est turpe!re vera,quādo est pœna peccati:opinione autē hominū,si est pœna damnati. Vtrū igit̄ peccato meo exulis nomē subeo!an re iudicata!peccato iā neq; tu id dicere audes,quē isti satellites tui felicē Catilinā nominant,neq; q̄s̄q̄ eorū q solebāt.nō modo iā ne mo est tā imperitus,q ea,q̄ gessi in cōsulatu,peccata esse dicat,sed nemo est tā inimicus patrię,q nō meis cōsiliis patriā cōseruatā esse fateat.qđ em̄ est in terris cōmune tātū, tātulūve cōsiliū,qđ nō de meis rebus gestis ea,q̄ mihi essent optatissima & pulcherrima,iudicarit!Sū mū est populi Ro.populorūq;,& gētiū oīm,ac regū consiliū,senatus.decreuit,vt oēs,q Rēp. saluā esse vellēt,ad me vnū defendēdū venirēt:ostenditq; nec stare potuisse Rēpublicā,si ego nō fuissem restitutus:nec futurā esse vllā,si nō rediissem.Proximus est huic dignitati ordo Equester:oēs omniū publicanorū societates de meo cōsulatu,ac de meis rebus gestis amplis sima atq; ornatissima decreta fecerūt.Scribę,q nobiscū in rationibus,monimentisq; publicis versant̄,nō obscurū de meis in Rēp.beneficiis suū iudiciū decretūq; esse voluerunt.nullū est Pagani. in hac vrbe collegiū,nulli pagani,aut mōtani,quoniā plebi quoq; vrbanę mores cōuēticula & quasi cōcilia q̄dā esse voluerūt,q nō amplissime nō modo de salute mea,sed etiā de dignitate decreuerint.Nā qd ego illa diuina,atq; immortalia municipiorū,& coloniarū,& totius Italię decreta cōmemorē!q̄bus tā q̄ gradibus mihi videor in cęlū ascendisse,nō solū in patri am reuertisse.Ille vero dies q̄s fuit!cū te P.Lētule legē de me ferētē populus Roman⁹ vidit, sensitq; quātus,& quāta dignitate esses.cōstat em̄ nullis vnq̄ comitiis cāpū Martiū tāta celebritate,tāto splēdore oīs generis hoīm,ętatū,ordinū floruisse.Omitto ciuitatū,nationum, puinciarū,regū,orbis denique terrarū,de meis in oēs mortales meritis vnū iudiciū, vnūq; cō sensum.aduētus meus,atq; introitus in vrbē q fuit!vtrū me patria sic accepit,vt lucē salutē Ciceronis reditus ab exilio. q; reddītā sibi,ac restitutā accipere debuit!an vt crudelē Tyrānū!qđ vos Catilinę gregales, de me dicere solebatis.Itaq; ille vnus dies,quo me populus Ro.a porta in Capitoliū,atq; in de domum sua celebritate,lętitiaq; comitatum honestauit,tantę mihi iucūditati fuit,vt tua mihi conscelerata illa vis non modo non propulsanda,sed etiam emēda fuisse videatur.qua Calamitas. re illa calamitas(si ita est appellanda)excussit hoc genus totum maledicti , ne quisq̄ audeat iam reprehendere consulatum meum,tot,tantis,tā ornatis iudiciis,testimoniis,auctoritatibus cōprobatū.Q; si in isto tuo maledicto ꝓbrū nō mō mihi nullū obiectas,sed etiā laudē il lustras meā,qd te aut fieri aut fingi demēti⁹ pōt!vno em̄ maledicto bis a me patriā seruatā eē cōcedis.semel,cū id feci,qđ oēs nō negēt immortalitati,si fieri pōt,mādādū,tu supplicio puniēdū putasti.iterū,cū tuū,multorūq;,ꝓpter te inflāmatū in bonos oēs impetū meo corpo re excepi:ne eā ciuitatē,quā seruassem inermis,armat⁹ in discrimē adducerē.Esto,nō fuit in me pœna vlla peccati,at fuit iudicii.cuius!q̄s me vnq̄ vlla lege interrogauit ! q̄s postulauit! q̄s diē dixit!Pōt igit̄ dānati pœnā sustinere indēnatus!hoc Tribunitiū est!hoc populare est! q̄q̄ vbi tu te populare, nisi cū ꝓ populo feciſti,potes dicere!Sed cū hoc iuris a maiorib⁹ ꝓ Ciuitatem aut libertate nemo amittit inuitus. ditū sit,vt nemo ciuis Ro.aut libertatē,aut ciuitatē possit amittere,nisi ipse auctor fact⁹ sit. qđ tu ipse potuisti in tua causa discere.credo em̄,q̄q̄ in illa adoptiōe legitime factū est nihil, tamen te esse interrogatū,auctor ne esses,vt in te P.Fonteius vitę,necisq; potestatē haberet vt in filio.quęro si aut negasses,aut tacuisses,si tamē id.XXX.curię iussissent,nū id iussum esset ratū!certe non.quid ita!q̄a ius a maioribus nostris,q nō ficte,& fallaciter populares,sed vere,& sapiēter fuerūt,ita cōparatū est,vt ciuis Ro.libertatem nemo posset inuitus amitte re.quin etiā si Decemuiri sacramentū,in libertatem iniustum iudicassent, tamē quotiescun q; vellet quis,hoc in genere se rem iudicatam referre posse voluerunt . Ciuitatē vero nemo

vnq̃ vllo populi iussu amittet inuitus. Qui ciues Romani in colonias latinas pficiscebãtur, fieri nõ poterant Latini, qui nõ erãt auctores facti, nomẽq; dederant. qui erant rerũ capitaliũ condemnati, non prius hanc ciuitatẽ amittebãt, q̃ erant in eã recepti, quo vertendi, hoc est mutandi soli causa venerant. id autẽ vt esset faciundũ, nõ adẽptione ciuitatis, sed tecti, & aq̃ & ignis interdictione faciebãt. Populus Romanus L. Sylla dictatore ferente, comitiis centuriatis, municipiis ciuitatẽ ademit, hisdẽ agros. de agris ratũ est (fuit eñ populi potestas) de ciuitate, ne tandiu quidẽ valuit, q̃diu illa Syllani tẽporis arma valuerunt. Hanc vero Volaterranis, cũ etiã tũ essent in armis, L. Sylla victor republica recuperata comitiis centuriatis ciuitatẽ eripere nõ potuit: hodieq; Volaterrani nõ modo ciues, sed etiã optimi ciues, fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. Consulari homini P. Clodius euersa rep. ciuitatẽ adimere potuit, concilio aduocato, cõductis operis non solũ egentiũ, sed etiã seruorũ, Sedulio princi pe! qui se illo die confirmauit Romę nõ fuisse. q̃ si non fuit, qd te audacius! qui in eius nomẽ inciderís! quid desperatius! qui ne ementiendo quidẽ potuerís auctorẽ adumbrare meliorẽ! sin autẽ is primus sciuit, qd facile potuit ꝓpter inopiã tecti in foro pernoctans, cur nõ iuret se Gadibus fuisse, cũ tu te fuisse Interamnę ꝓbaueris! Hoc tu igit̃ homo popularis iure munitam ciuitatẽ, & libertatẽ nostrã putas esse oportere! vt si tribuno pl. rogante, velitis, iubeatis ne, Sedulii centũ se velle & iubere dixerint, possit vnusquisq; nostrũ amittere ciuitatem! Tum igit̃ maiores nostri populares nõ fuerũt, q̃ de ciuitate, & libertate ea iura sanxerunt, q̃ nec vis temporũ, nec potentia magistratuũ, nec res iudicata, nec denique vniuersi populi Ro. potestas, quę cęteris in rebus est maxima, labefactare possit. at tu etiã ereptor ciuitatis, legẽ de iniuriis publicis tulisti Anagnino nescio cui Menulę per gratiã, q̃ tibi ob eam legem statuam in meis ædibus posuit, vt locus ipse in tua tanta iniuria legẽ, & inscriptionem statuæ refelleret. quę res municipibus Anagninis ornatissimis multo maiori dolori fuit, q̃ quę ille gladiator scelera Anagnię fecerat. Quid! si ne scriptum quidẽ vnq̃ est in ista ipsa rogatione quã se Sedulius negat sciuisse, tu huius vt acta tui pręclari Tribunatus hois dignitate honestes, auctoritatẽ amplecteris! Sed tamẽ si nihil de me tulisti, quo minus essem nõ modo in ciuium numero, sed etiã in eo loco in quo me honores populi Ro. collocauerũt, tamẽ ne eũ tua voce violabis! quẽ post nefariũ scelus consulũ superiorũ, tot vides iudiciis Senatus, populi Romani, totius Italię honestatũ! quẽ ne tum quidẽ, cũ aberam, negare poteras esse tua lege Senatorẽ! vbi enim tuleras, vt mihi aqua, & ignis interdiceret! qd Gracchus de P. Popilio, Saturninus de Metello tulit. homines seditiosissimi de optimis, ac fortissimis ciuibus, nõ vt esset interdictũ, qd ferri non poterat, tulerũt, sed vt interdiceret. vbi cauisti, ne meo me loco Censor in Senatũ legeret! qd de omnib⁹, etiam quibusdam damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. Quęre hoc ex Clodio scriptore legum tuarũ. iube adesse. latitat omnino. sed si requiri iusseris, inuenient hominẽ apud sororẽ tuã occultantem se capite demisso. Sed si patrem tuũ ciuẽ mediusfidius egregiũ, dissimilẽ vestri, nemo vnq̃ sanus exulẽ appellauit, qui cũ de eo tribunus pl. promulgasset, adesse ꝓpter iniquitatẽ illius Cinnani temporis noluit, eiq; imperiũ est abrogatũ: si in illo pœna legitima turpitudinẽ non habuit ꝓpter vim temporũ: in me, cui dies dicta nõ est, q reus non fui, q nũq̃ sum a tribuno pl. citatus, damnati pœna esse potuit! ea præsertim, q̃ ne in ipsa quidẽ rogatione pscripta est. At vide qd interfit inter illũ iniquissimũ patris tui casum, & hãc fortunã, cõditionẽq; nostrã. patrẽ tuũ ciuẽ optimum clarissimi viri filiũ, q, si viueret, qua seueritate fuit, tu ꝓfecto non viueres, L. Philippus censor auunculũ suũ ꝓteriit in recitando senatu. nihil eñ poterat dicere, quare rata non essent, q̃ erant acta in ea republica, in qua se illis ipsis tẽporibus Censorem esse voluisset. me L. Cotta homo Censorius, in senatu iuratus dixit: se, si Censor tũ esset, cũ aberã, meo loco Senatorem recitaturũ fuisse. quis in meũ locũ iudicẽ subdidit! quis meorũ amicorũ testamentum discessu meo fecit, q̃ mihi nõ idẽ tribuerit, qd & si adessem! quis me nõ modo ciuis, sed soci⁹ recipere contra tuã legẽ & iuuare dubitauit! denique vniuersus senatus multo ante, q̃ est lata lex, de me gratias agẽdas censuit ciuitatibus iis, q̃ M. Tulliũ tantũ ne! immo etiã ciuẽ optime de Rep. meritũ recepissent. & tu vnus pestifer ciuis, eũ restitutũ negas esse ciuẽ, quẽ eiectum vniuersus senatus nõ modo ciuẽ, sed egregiũ ciuẽ semp putauit. At vero vt annales populi Ro. & monimẽta vetustatis loquunt̃, censor ille Quintius, & M. Furius Camillus, & M. Seruilius, cũ essent optime de Rep. meriti, tamẽ populi incitati vim iracũdiãq; subierũt: dãnati q; comitiis centuriatis cũ in exiliũ ꝓfugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suã

Dare nomen. Vertere solum.

Quęre ex Clodio.

pristinam dignitatẽ restituti. Q; si iis damnatis nõ modo nõ imminuit calamitas clarissimi nominis gloriã, sed etiã honestauit (nã etsi optabilius est, cursum vitę conficere sine dolore, & sine iniuria, tamẽ ad immortalitatẽ glorię plus affert desideratũ esse a suis ciuibus, q̃ omni no nunq̃ esse violatũ) mihi sine vllo iudicio populi ꝓfecto, tũ amplissimis omniũ iudiciis restituto, maledicti locũ aut criminis obtinebit? Fortis & cõstans in optima ratione ciuis Popilius semp fuit. tamen eius in omni vita nihil est ad laudẽ illustrius, q̃ calamitas ipsa. quis em iã meminisset eũ bene de Rep. meritũ, nisi & ab improbis expulsus esset, & ꝑ bonos restitut⁹? Q. Metelli prędari imperiũ in re militari fuit, egregia Censura, oĩs vita plena grauitatis: tamen huius viri laudẽ ad sempiternã memoriã tẽporis calamitas ꝓpagauit. Q; si & illis, qui expulsi sunt inique, sed tamẽ legibus, reducti inimicis interfectis, rogationibus Tribunitiis, non auctoritate senatus, non comitiis centuriatis, nõ decretis Italię, nõ desiderio ciuitatis, inimicorũ iniuria probro nõ fuit: in me, qui ꝓfectus sum integer, abfui simul cũ republica, dignitate, te viuo, fratre tuo altero cõsulari reducẽte, altero Prętore pretẽte, tuum scelus meũ ꝓbrum putas esse oportere? Ac si me populus Ro. incitatus iracundia aut inuidia e ciuitate eiecisset, idẽq; postea mea in Remp. beneficia recordatus se collegisset, temeritatem, atq; iniuriã suã restitutione mea reprehẽdisset, tamẽ ꝓfecto nemo tã esset amens, qui mihi populi tale iudiciũ nõ dignitati potius, q̃ dedecori putaret esse oportere. nũc vero cũ me in iudiciũ populi nemo omniũ vocarit: cõdẽnari nõ potuerim, q accusatus nõ sim: deniq; ne expulsus quidẽ ita sim, vt si cõtẽderẽ, superare nõ possem: cõtraq; a populo Ro. semp sim defensus, amplificatus, ornatus: qd est? quare q̃s̃q̃ mihi se ipsa populari ratione anteponat? An tu populũ Romanũ esse illũ putas, q cõstat ex iis, q mercede cõducunt? q impellunt, vt vim afferãt magistratibus? vt obsideãt senatũ? optent quotidie cędẽ, incẽdia, rapinas? quẽ tu tamẽ populũ nisi tabernis clausis frequẽtare nõ poteras: cui populo duces Lentidios, Lollios, Sergios, ꝑfeceras. O speciẽ dignitatẽq; populi Ro. quã Reges, quã nationes exterę, quam gẽtes vltimę ptimescũt: multitudinẽ hoĩm ex seruis cõductis, ex facinorosis, ex egẽtib⁹ cõgregatam. Illa fuit pulchritudo populi Ro. illa forma, quã in cãpo vidisti tũ, cũ etiã tibi contra Senat⁹, totiusq; Italię auctoritatẽ & studiũ, dicẽdi potestas fuit: ille populus est dñs regũ, victor, atq; imperator oĩm gẽtiũ, quẽ illo clarissimo die scelerate vidisti, tũ, cũ oẽs principes ciuitatis, oẽs ordinũ, atq; ætatũ omniũ, suffragiũ se nõ de ciuis, sed de ciuitatis salute ferre cẽsebãt: cũ deniq; hoĩes in cãpũ nõ tabernis, sed municipiis clausis venerũt. hoc ego populo, si tũ Cõsules aut fuissent in Rep. aut oĩno nõ fuissent, nullo labore, tuo ꝑcipiti furori, atq; impio sceleri restitissem. sed publicã causam cõtra vim armatã, sine populi ꝑsidio suscipere nolui: nõ quo mihi P. Scipionis fortissimi viri vis intima priuati hoĩs displiceret: sed Scipionis factũ statĩ P. Mutius Cõsul, q in gerẽda Rep. putabat fuisse segnior gesta, multis senatuscõsultis, nõ modo defendit, sed etiã ornauit. mihi aut te interfecto, cum cõsulibus: aut te viuo, & tecũ, & cũ illis armis decertãdũ fuit. erãt eo tẽpore multa etiã alia metuẽda, ad seruos medi usſidius res pueniſſet. tãtũ hoĩes impios ex vetere illa cõiuratione inustũ nefariis mentibus bonorũ odiũ retinebat. Hic tu me etiã gloriari vetas: negas esse ferenda quæ soleam de me prędicare: & homo facetus inducis etiã sermonẽ vrbanũ, ac venustũ: me dicere solere, esse me Iouem: eundẽ dictitare Mineruã esse sororẽ meã. nõ tã insolẽs sum, q Iouẽ esse me dicã: nõ tã ineruditus, q Mineruã Iouis sororẽ, meã esse sororẽ existimẽ. sed tñ ego mihi sororẽ virginẽ ascisco. tu sororẽ tuã virginẽ esse non fiuisti. Sed vide ne tu te debeas Iouẽ dicere, ꝙ tu iure eandẽ sororẽ, & vxorẽ appellare possis. Et quoniã hoc reꝑhẽdis, ꝙ solere me dicas de me ipso glorioſius ꝑdicare: qs vnq̃ audiuit, cũ ego de me nisi coactus ac necessario dicerẽ? nã si cũ mihi furta, largitiones, libidines obiiciunt, ego respõdere soleo, meis cõsiliis, piculis, laboribus, patriã esse cõseruatã, nõ tã sum existimãdus de gestis rebus gloriari, q̃ de obiectis nõ cõfiteri. sed si mihi ante hęc durissima Reip. tẽpora nihil vnq̃ aliud obiectũ est, nisi crudelitas illi⁹ temporis, cũ a patria pniciẽ depuli: qd? me huic maledicto vtrũ nõ respondere? an demisse respondere decuit? Ego vero Reipu. semp interesse putaui, me illius pulcherrimi facti, qđ ex auctoritate senatus, cõsensu bonorũ oĩm, ꝑ salute patrię gessissem, splendorẽ verbis, dignitatemq; retinere: ꝑsertim cũ mihi vni in hac Rep. audiẽte populo Ro. opera mea hãc vrbẽ, & hanc Rẽp. esse saluã iurato dicere fas fuisset. Extinctũ est iã illud maledictum crudelitatis, ꝙ me nõ vt crudelẽ Tyrannũ, sed vt mitissimũ parentẽ omniũ ciuiũ studiis desideratũ, repetitum, accersitũ vident. aliud exortũ est, obiicit mihi meus ille discessus, cui ego crimini respõ

Vis intima.

Iupiter sororis maritus.

Interesse reip.

dere sine mea maxima laude non possum. quid enim Pontifices debeo dicere? peccari me conscientia profugisse? at id, quod mihi crimini dabat, non modo peccatum non erat, sed erat res post natos homines pulcherrima. iudicium populi primuisse? at id nec propositum ulli fuit: & si fuisset, duplicata gloria discessissem. bonorum mihi præsidium defuisse? falsum est. me mortem timuisse? turpe est. dicendum igitur est id, quod non dicerem nisi coactus (nihil enim unquam de me dixi sublatis laudis causa potius, quam criminis depellendi) dico igitur, & quam possum maxima voce dico: cum omnium perditorum, & coniuratorum incitata vis duce tribuno plebis, consulibus auctoribus, & afflicto senatu, perterritis Equitibus Romanis, suspensa ac sollicita tota ciuitate, non tam in me impetum faceret, quam per me in omnes bonos: me vidisse, si vicissem, tenuis Reip. reliquias, si victus essem, nullas futuras. quod cum iudicassem, defleui coniugis miseræ dissidium, liberorum charissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi, atque optimi casum, subitas fundatissimæque familiæ ruinas: sed his omnibus rebus vitam anteposui meorum ciuium: rempublicam condere meo discessu, quam omnium interitu occidere malui. speraui id, quod accidit, me iacente posse a viuis viris fortibus excitari: si vna cum bonis interiissem, nullo modo posse recreari. Accepi Pontifices magnum, atque incredibilem dolorem: non nego, neque istam mihi asciscо sapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto esse, atque afflicto loquebantur. an ego poteram, cum tot rerum tanta varietate diuellerer, quas idcirco prætereo, quo ne nunc quidem sine fletu commemorare possum, inficiari me esse hominem? & communem naturæ sensum repudiare? tum vero neque illud meum factum laudabile, nec beneficium vllum a me in remp. profectum dicerem, si quidem ea Reip. causa reliquissem, quibus æquo animo carerem: eamque animi duritiam, sicut corporis, quod cum vritur, non sentit, stuporem potius, quam virtutem putarem. suscipere tantos animi dolores: atque ea, quæ capta vrbe accidunt victis, stante vrbe vnum perpeti: & ita se videre distrahi a complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas: patriæ denique causa patriam ipsam amittere: spoliari populi Romani beneficiis amplissimis: præcipitari ex altissimo dignitatis gradu: videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris: hæc omnia subire conseruandorum ciuium causa, atque ita vt dolenter absis, non tam sapiens, quam ii qui nihil curat, sed tam amans tuorum, ac tui, quam communis humanitas postulat, ea laus pulchra ac diuina. nam qui ea, quæ nunquam chara atque iucunda duxit, æquo animo Reip. causa deserit, nulla beneuolentia insigni in Rempublicam declarat. qui autem ea relinquit Reip. causa, a quibus cum summo dolore diuellitur, ei patria chara est, cuius salutem charitati anteponit suorum. Quare disrumpat licet ista furia, atque audiat hæc ex me, quoniam lacessiuit: bis seruaui: vt consul, rogatus armatos vicerim: priuatus, consulibus armatis cesserim. vtriusque temporis fructum tuli maximum. superioris, quo ex senatus auctoritate, & senatum, & omnes bonos meæ salutis causa mutata veste vidi. posterioris, quo & senatus, & populus Romanus, & omnes mortales, & priuatim & publice iudicarunt, sine meo reditu Rempublicam saluam esse non posse. Sed hic meus reditus Pontifices vestro iudicio continet. nam si vos me in meis ædibus collocatis: id quod in omni mea causa semper, studiis, consiliis, auctoritatibus, sententiisque fecistis: video me plane, ac sentio restitutum. sin mea domus non modo mihi non redditur, sed etiam monimentum pœnæ inimico doloris mei, sceleris sui, publicæque calamitatis: quis erit, qui hunc reditum potius, quam pœnam sempiternam putet? In conspectu posterorum omnium vrbis domus est mea Pontifices, in qua si manet illud non monimentum vrbis, sed sepulcrum inimico nomine inscriptum, demigrandum potius aliquo est, quam habitandum in ea vrbe, in qua tropheæ & de me, & de Rep. videam constituta. An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim? vt cuius vrbis seruatorem me esse senatus omnium assensu toties iudicarit, in ea possem intueri domum meam euersam non ab inimico meo, sed ab hoste communi: & ab eodem extructam, & positam in oculis ciuitatis, ne vnquam cohiescere posset fletus bonorum. Sp. Melii regnum appetentis domus est complanata. & quod aliud equum accidisse Melio populus Ro. iudicauit? noie ipso æquimelii stultitiæ pœna comprobata est. Sp. Cassii domus ob eandem causam euersa, atque in eodem loco ædes posita Telluris. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quæ publicata est, & euersa, vt illius facinus memoria & nomine loci notaret. M. Manlius cum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum repulisset, non fuit contentus beneficii sui gloria: regnum appetisse est iudicatum. ergo eius domum euersam duobus locis conuestitam videtis. Quam igitur maiores nostri sceleratis ac nefariis ciuibus maximam pœnam constitui posse arbitrati sunt, eandem ego subibo, ac sustinebo? vt apud posteros nostros non extinctor coniurationis, & sceleris, sed auctor & dux fuisse videar? Hæc vero Pont. labem turpitudinis, & incostantiæ poterit populi Ro. dignitas sustinere, viuo senatu, vobis principibus publici consilii? vt domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fuluii Flac

Sublatius.

Fundatissima familia.

Aequmelius. Vacci prata.

cí ad memoriã pœnę publice conſtitutę cõiuncta eſſe videaẽ! M. Flaccus, ꝙ cũ C. Graccho, contra ſalutẽ Reip. fecerat, & ſenatus ſentẽtia eſt interfectus, & eius domus euerſa, & publicata eſt, in qua porticũ poſt aliquãto Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. iſta autẽ fax, ac furia patrię, cũ vrbem Piſone, & Gabinio ducibus cepiſſet, occupaſſet, teneret, vno eodẽꝙ tẽpore & clariſſimi viri mortui monimẽta delebat, & meã domũ cũ M. Flacci domo cõiungebat: vt qua pœna ſenatus affecerat euerſorẽ ciuitatis, eadem iſte oppreſſo ſenatu afficeret eũ, quẽ P. C. cuſtodẽ patrię iudicaſſent. Hãc vero in Palatio, atꝙ in pulcherrimo vrbis loco porticũ eſſe patiemini, furoris Tribunitii, ſceleris cõſularis, crudelitatis coniuratorum, calamitatis reipublicę, doloris mei, defixum indiciũ ad memoriam omnium gentium ſempiternam! quam porticũ ꝓ amore quem habẽtis in Rempublicã, & ſemper habuiſtis, nõ modo ſententiis, ſed ſi opus eſſet manibus veſtris diſturbare cupęretis, niſi quẽ forte illius caſtiſſimi ſacerdotis ſuperſtitioſa dedicatio deterret. O rẽ, quã homines ſoluti, a cura liberati ridere nõ deſinũt: triſtiores autẽ ſine maximo dolore audire non poſſunt. P. ne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionẽ eripuit, is in meã intulit! hunc inquã etiã vos, q eſtis antiſtites cerimoniarũ, & ſacrorũ, auctorẽ habetis, & magiſtrum publicę religionis! O dii immortales (vos eñ hęc audire cupio) P. Clodius veſtra ſacra curat! veſtrũ numẽ horret! res omnis humanas religione veſtra cõtineri putat! hic non illudit auctoritati horũ omniũ, q aſſunt, ſummorum virorũ! nõ veſtra Põti. grauitate abutiẽ! ex iſto ore, religionis verbũ excidere, aut elabi poteſt! cũ tu eodẽ ore accuſando Senatum, ꝙ ſeuere de religione decerneret, impuriſſime teterrimeꝙ violaſti. Aſpicite, aſpicite Pont. hoĩem religioſum, & ſi vobis videẽ (qđ eſt bonorum pontificũ) monete eũ, modũ quẽdã eſſe religionis, nimiũ eſſe ſuperſtitioſum nõ oportere, quid tibi neceſſe fuit anili ſuperſtitione homo fanatice ſacrificiũ, qđ alienę domi fieret, in uiſere! quę autẽ te tãta mẽtis imbecillitas tenuit, vt non putares deos poſſe placari, niſi etiã muliebribus religionibus te implicuiſſes! quẽ vnḡ audiſti maiorũ tuorũ, q & ſacra priuata coluerunt, & publicis ſacerdotiis pręfuerũt, cũ ſacrificiũ Bonę deę fieret, interfuiſſe! neminẽ. ne illum quidẽ, q cęcus factus eſt. Ex quo intelligiẽ multa in vita falſo homines opinari, cum ille qui nihil videret ſciens, qđ nefas eſſet, lumina amiſit: iſtius, q nõ ſolũ aſpectu, ſed etiã inceſto flagitio, & ſtupro polluit cerimonias, pœna oĩs oculoꝝ ad cęcitatẽ mẽtis eſt conuerſa. Hoc auctore tam caſto, tã religioſo, tã ſancto, tã pio, poteſtis Pont. nõ cõmoueri! cum ſuis dicat ſe manibus domũ ciuis optimi euertiſſe, & eã iiſdẽ manibus conſecraſſe. quę tua fuit cõſecratio! tulerã inquit vt mihi liceret. qdnã exceperas! vt ſi qđ ius nõ eſſet rogare, ne eſſet rogatum! Ius igiẽ ſtatuetis eſſe, vniuſcuiuſꝙ veſtrũ ſedes, aras, focos, deos pœnates, ſubiectos eſſe libidini Tribunitię! in quẽ qſꝙ ꝓ homines cõcitatos irruerit, in quẽ impętũ pertulerit, huius domũ nõ ſolũ affligere, quod eſt ꝑſentis inſanię, quaſi tẽpeſtatis repentinę, ſed etiã in poſterum tẽpus religione ſempiterna obligare! Equidẽ ſic accepi Pontifices: in religionib⁹ ſuſcipiendis caput eſſe, interpretari, q̃ volũtas deorũ immortalium eſſe videaẽ. nec eſt vlla erga deos pietas, niſi honeſta de numine eorũ, ac mẽte opinio, cũ expęti nihil ab iis, qđ ſit iniuſtũ, ac inhoneſtũ, arbitrere. hoĩem inuenire iſta labes tũ, cũ oĩa tenebat, neminem potuit, cui ſe des meas addiceret, cui traderet, cui donaret: ipſe cũ loci illius, cũ ædiũ cupiditate flagraret, ob eãꝙ cauſam vnã vna iuſta illa rogatione ſua vir bonus dominũ ſe in meis bonis eſſe voluiſſet, tamẽ illo ipſo in furore ſuo nõ eſt auſus meã domũ, cuius cupiditate inflãmat⁹ erat, poſſidere. Deos immortales exiſtimatis, cui⁹ labore, & cõſilio ſua ipſi tẽpla tenuerũt, in eius domũ afflictã, & euerſam ꝓ vnius hoĩs ſceleratiſſimi nefariũ latrociniũ immigrare voluiſſe! Ciuis eſt nemo in tãto populo, extra cõtaminatã illã, & cruentã P. Clodii manũ, q rẽ vllã de meis bonis attigerit, q nõ ꝓ ſuis opibus in illa tẽpeſtate defenderit. at, q aliq̃ ſe cõtagiõe p̃dę, ſocieratis, emptionis, cõtaminauerũt, nulli⁹ neꝙ priuati, neꝙ publici iudicii pœnã effugere potuerũt. Ex his igiẽ bonis, quorũ nemo rẽ vllã attigit, q nõ omniũ iudicio ſceleratiſſimus haberẽ, dii immortales domũ meã cõcupiuerũt! iſta tua pulchra libertas, deos pœnates, & familiares meos lares expulit, vt a te ipſa tãq̃ in captiuis ſedibus collocaret! quid eſt ſanctius! quid oĩ religione munitius! q̃ domus vniuſcuiuſꝙ ciuiũ! hic arę ſunt, hic foci, hic dii pœnates, hic ſacrę religionis cerimoniæ cõtinẽtur: hoc ꝑfugiũ eſt ita ſanctũ oĩbus, vt inde arripi neminẽ fas ſit. quo magis eſt furor iſtius ab auribus veſtris repęllẽdus: q q̃ maiores noſtri religionib⁹ tuta nobis, & ſancta eẽ voluerũt, ea iſte nõ ſolũ cõtra religionẽ labefactauit, ſed etiã ipſius religionis noĩe, euertit. At, q̃ dea eſt! bonã eſſe oportet, quãdoqdẽ eſt abs te de

Porticus Catulí.

Religionis eſt modus. Domí alienę.

Cęcitas mẽtie.

Caput ĩ religionibus ſuſcipiẽdis. Pietas erga deos.

Dom⁹ vniuſcuiuſꝙ ciuiũ ſanctitas.

dicata. Libertas, inqt, eã tu igitur domi meę collocasti, quã ex vrbe tota sustulisti? tu, cũ Collegas tuos summa potestate pditos negares liberos esse: cũ in tẽplũ Castoris aditus esset æquis nemini: cũ hũc clarissimũ virũ summo genere natũ, summis populi beneficiis vsum, Põtificẽ, & Consularẽ, & singulari bonitate, & modestia pditũ, quẽ satis mirari qbus oculis aspicere audeas, nõ queo, audiẽte Populo Ro. a pdissequis conculcari iuberes: cũ indemnatũ exturbares priuilegiis tyrãnicis irrogatis: cũ principẽ orbis terræ virũ inclusum domi cõtineres: cũ forũ armatis cateruis pditoꝝ hoim possideres: libertatis simulacrũ in domo hac collocabas, quę domus erat ipsa indicio tui crudelissimi dominatus, & miserrimę Populi Ro. seruitutis? eũ ne potissimũ libertas domo sua debuit pellere? qui nisi fuisset, in seruoꝝ potestatẽ ciuitas tota venisset? At vnde inuẽta est ista libertas? quæsiui eñ diligẽter. Tanagrea qdã me retrix fuisse dicit. eius nõ lõge a Tanagris simulacrũ e marmore in sepulcro positũ fuit. hoc quidã homo nobilis nõ alienus ab hoc religioso libertatis sacerdote, ad ornatũ ędilitatis suę deportauit. etenĩ cogitarat ois supiores, muneris splẽdore supare. Itaq; oia signa, tabulas, ornamẽtoꝝ qd supfuit ĩ fanis, & cõmunib9 locis, tota e Gręcia, atq; ĩsulis oĩb9 honoris Populi Ro. causa sane frugaliter domũ suã deportauit. Is posteaq; ĩtellexit, posse se iteruersa ędilitate Pisone Cõsule Prętorẽ renũciari, si modo eadẽ prima litera cõpetitorẽ habuisset aliquẽ, ædilitatẽ duob9 ĩ locis ptim in arca, ptim in hortis suis collocauit. signũ de busto meretricis ablatũ isti dedit, qd esset signũ magis istoꝝ, q̃ publicę libertatis. Hãc deã quisq̃ violare audeat? & imaginẽ meretricis, ornamẽtũ sepulcri, a fure sublatã, a sacrilego collocatam? hæc me domo mea pellet? hęc vltrix afflictę ciuitatis, Reip. spoliis ornabit? hęc erit in eo monimẽto, qd positũ est, vt esset indiciũ oppsti senatus ad memoriã sempiternã turpitudinis? O Q. Catule, patrẽ ne appellẽ, an filiũ? recẽtior. n. memoria filii est, & cũ reb9 meis gestis cõiũctior. tãtũ ne te fefellit? cũ mihi summa & quotidie maiora pmia in Rep. fore putabas. negabas fas eẽ duos cõsules eẽ ĩ hac ciuitate ĩmicos Reip. duo sunt iuẽti, q Senatũ Tribuno furẽti cõstrictũ traderẽt, q p me Patres cõscriptos depcari, & populo supplices eẽ, edictis atq; impio vetarẽt: qb9 spectatib9 domus mea disturbaret, diripęret: q deniq; ambustas fortunarũ mearũ reliqas suas domos cõportarẽt. Venio nũc ad patrẽ. tu Q. Catule M. Fuluii domũ, cũ is fratris tui socer fuisset, monimẽtũ tuarũ manubiarũ eẽ voluisti, vt eius q pernicioſa Reip. cõsilia cepisset, oĩs memoria funditus ex oculis hoim ac mẽtib9 tolleret. hoc si qs tibi ędificãti illã porticũ diceret, fore tẽp9, cũ is Tribun9 Pl. q auctoritatẽ senatus, iudiciũ bonoꝝ oĩm neglexisset, tuũ monimẽtũ cõsulib9 nõ modo inspectatib9, verũ adiuuatib9 disturbaret, euerteret: idq; cũ eius ciuis, q Rẽp. ex senatus auctoritate cõsul defendisset, domo cõiũgeret: nõne respõderes? id nisi euersa ciuitate accidere nõ posse? At videte hoĩs intolerabilẽ audaciã, cũ proiecta quadã & effrenata cupiditate. Monimẽtũ iste nũq̃, aut religionẽ vllã excogitauit: habitare laxe, & magnifice voluit, duasq; & magnas, & nobiles domos cõiũgere. eodẽ pũcto tẽporis, quo meus discessus isti cãm cędis eripuit, a Q. Seio cõtẽdit, vt sibi domũ vẽderet. cũ ille id negaret, primo se luminibus eius esse obstructurũ minabat. affirmabat Posthumius se viuo illã domũ istius nũq̃ futurã. acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret. hominẽ veneno aptissime sustulit: emit domũ litigatoribus defatigatis ppe dimidio carius q̃ estimabat. Quorsum igit hæc oratio ptinet? domus mea illa propę tota vacua est: vix ps ædiũ mearũ decima ad Catuli porticũ accessit. causa fuit ambulatio, & monimẽtũ, & ista Tanagrea opssa libertate libertas. in palatio pulcherrimo pspectu porticũ cũ cõclauibus pauimẽtatã trecẽtũ pedũ cõcupierat, amplissimũ peristylum, cętera eiusmodi, facile vt oĩm domos, & laxitate, & dignitate supęraret. Et homo religiosus, cũ ædes meas idẽ emeret, & vẽderet, tñ illis tãtis tenebris nõ est ausus suũ nomẽ emptioni illi ascribere. posuit scilicet Catonẽ illũ hominẽ sua virtute egentẽ, vt is q in Marsis, vbi natus est, tectũ, qd imbris vitandi causa succederet, nullũ haberet, ædes in Palatio nobilissimas emisse se diceret. inferiorẽ ædiũ ptẽ assignauit nõ suæ genti Fonteiæ, sed Clodię, quã reliquit. quẽ in numerũ ex multis Clodiis nemo nomẽ dedit, nisi aut egestate, aut scelere pditus. Hãc vos Pontifices tã variã, tã nouã in omni genere volũtatẽ, impudentiã, audaciã, cupiditatẽ, cõprobabitis? Pontifex, inqt, affuit. non te pudet, cũ apud Põtifices res agat, Põtificẽ dicere te, nõ Collegiũ Põtificũ affuisse? pręsertim cũ Tribun9 Pl. vel denũciare potueris, vel etiã cogere? Esto, Collegiũ nõ adhibuisti. quid? de Collegio qs tãdẽ afuit? posuerat. n. auctoritatẽ in vno, q̃ est in his oĩb9. sed tñ auget, & ætas, & honos dignitatẽ. opus erat etiã scientia: quã etsi omnes consecuti sunt, tamen certe peritiores vetustas facit.

Meretrix Tanagrea.

Interuersus.

Luminib9 obstruere.

Dimidio carius.

Porticus pauimentata.

Peristylũ.

Vetustas peritiores facit.

quis ergo affuit? frater, inquit, vxoris meæ. si auctoritatẽ quærimus, etsi id est ætatis, vt non dũ cõsecutus sit, tamẽ quãta est in adolescente auctoritas, ea propter tantã cõmũctionẽ affinitatis, minor est putanda. Sin autẽ scientia est q̃sita, quis erat minus peritus, q̃ is, qui paucis illis diebus in Collegiũ venerat? qui etiã tibi erat magis obstrictus beneficio recenti, cũ se fratrem vxoris tuæ, fratri tuo germano antelatũ videbat. etsi in eo prouidisti, ne frater te accusare posset. Hanc tu igitur dedicationẽ appellas? ad quã nõ Collegiũ, non honoribus Populi Ro. ornatũ pontificẽ, nõ denique adolescẽtẽ quẽq̃, cũ haberes in Collegio familiarissimos adhibere potuisti? affuit is, si modo affuit, quẽ tu impulisti: soror rogauit, mater coegit. Videte igitur Pontif. quid statuatis in mea causa de omniũ fortunis. verbo ne Põtifices putatis, si is postẽ tenuerit, & aliqd dixerit, domũ vniuscuiusq; consecrari posse? an istę dedicationes, & tẽplorũ, & delubrorũ religiones ad honorẽ deorũ immortaliũ fine vlla ciuiũ calamitate a maioribus nostris cõstituręsunt? est inuẽtus Tribun⁹ Plebis, q̃ cõsularibus copiis instructus, omni impetu furoris in eũ ciuẽ irruerit, quẽ pcussum ipsa Resp. suis manibus extolleret. Quid? si qs similis istius, neq; eẽ iã deerũt q̃ imitari velint, aliquẽ mei dissimilẽ, cui Resp. nõ tãtũ debeat, per vim afflixerit, domũ eius p Põtificẽ dedicarit, id vos ista auctoritate cõstituetis ratũ esse oportere? dicitis, quẽ reperiet Põtificẽ? qd? & Tribun⁹ Pl. idẽ esse nõ põt? M. Drusus ille clarissimus Tribun⁹ Pl. Põtifex fuit. ergo si is Q. Cepionis inimici sui postẽ ædiũ tenuisset, & pauca verba fecisset, ædes Cepionis eẽnt dedicatę? Nihil loquor de Põtificio iure, nihil de ipsi⁹ verbis dedicationis, nihil de religione, cerimoniis: nõ dissimulo me nescire ea q̃ etiã si scirẽ, dissimularẽ, ne alii molestus, vobis etiã curiosus viderer: etsi effluunt multa ex vestra disciplina, quæ etiã ad nostras aures sępe pmanãt. Postem teneri in dedicatione oportere videor audisse tẽpli: ibi eñ postis est, vbi tẽpli aditus est, & valuę ambulationis. Postes nemo vnq̃ tenuit in dedicãdo. Simulacrũ aũt aut arã si dedicasti, sine religione loco moueri potest. Sed iã hoc dicere tibi nõ licebit, qñ põtificem postẽ tenuisse dixisti. q̃q̃ qd ego de dedicatione loquar? aut quid de vestro iure, & religione cõtra q̃ ppositurã disputabo? Ego vero si oĩa solẽnibus verbis, veteribus, & pdictis institutis acta esse dicerẽ, tñ me reip. iure defenderẽ. An cũ tu eius ciuis discessũ, cuius vni⁹ opa senatus atq; oẽs boni ciuitatẽ esse incolumẽ toties iudicassent, oppressam teterrimo latrocinio cũ duobus sceleratissimis cõsulibus Rẽp. teneres, domũ eius, q̃ patriã a se seruatã perire suo noĩe noluisset, p põtificẽ aliquẽ dedicasses, posset recreata Resp. sustinere? Date de hac religione aditũ Põtifices, iã nullũ fortunis cõmunibus exitũ repietis. An si postẽ tenuerit põtifex, & verba ad religionẽ deorũ immortaliũ cõpositа, ad perniciẽ ciuiũ trãstulerit, valebit ad iniuriã nomẽ sanctissimũ religionis? si Tribun⁹ Pl. verbis nõ min⁹ priscis, & pene solẽnibus bona ciuis cuiuspiã cõsecrarit, nõ valebit? Atq; C. Atinius patrũ memoria bona Q. Metelli, q̃ eũ ex senatu cẽsor reiecerat, aui tui Q. Metelle, & tui P. Seruili, & proaui tui P. Scipio cõsecrauit foculo posito in rostris, adhibitoq; tibicine. Quid tũ? nũ ille furor Tribuni Pl. ductus ex nõnullis veterũ tẽporũ exẽplis fraudi Metello fuit summo illi & clarissimo viro? certe nõ fuit. Vidim⁹ hoc idẽ Cn. Lẽtulo Cẽsori Tribunũ Pl. facere. nũq̃d igit is bona Lẽtuli religionib⁹ religauit? sed qd ego cęteros? tu, tu iquã capite velato, cõciõe aduocata, foculo posito, bona tui Gabinii, cui regna oĩa Syrorũ, Arabũ, Persarũq; donaras, cõsecrasti. Q; si tũ nihil est actũ, qd ĩ meis bonis agi potuit? sin est ratũ, cur ille gurges helluat⁹ tecũ simul Reip. sanguinẽ, ad cęlũ tñ extruxit villã ĩ Tusculano visceribus ærarii? mihi meas ruinas, quas tũ ego similẽ totã vrbẽ esse passus nõ sum, aspicere nõ licuit? Omitto Gabiniũ. Quid? exẽplo tuo bona tua nõne L. Mũmius vir fortissim⁹, atq; optim⁹ cõsecrauit? qd si qa ad te ptinet, ratũ esse negas oportere, ea iura cõstituisti ĩ pclaro Tribunatu tuo, qb⁹ ĩ te cõuersis, recusares, alios euerteres. Sin ista cõsecratio legitima est, qd ẽ qd pfanũ ĩ tuis bonis eẽ possit? An cõsecratio nullũ habet ius? dedicatio est religiosa? qd ergo illa tua tũ obtestatio tibicinis? qd foculus? qd pces? qd prisca verba voluerũt? emẽtiri, fallere, abuti deorũ immortaliũ numine ad hoĩm timorẽ qd voluisti? Nã si est illud ratũ, mitto Gabiniũ, tua domus certe, & qcqd habes aliud ẽ Cereri cõsecratũ. sin ille ludus fuit, qd te ĩpurius? q̃ religiões ois pollueris aut emẽtiẽdo, aut stuprãdo. Iã fateor, inqt, in Gabinio me nefariũ fuisse. qppe vides pœnã illã a te ĩ aliũ ĩstitutã, ĩ te ipm eẽ cõuersam. Sed hõ oĩm scelerũ flagitiorũq; documẽtũ, qd ĩ Gabinio fateris, cui⁹ ĩpudicę puritię libidines, adolescẽtię dedec⁹, & egestatẽ reliq̃ vitę, latrociniũ cõsulat⁹ vidim⁹, cui ne ista qdẽ calamitas iniuria potuit accidere, id ĩ me ifirmas: & grauius eẽ dicis, qd vno adolescẽte, q̃ qd cõciõe tota effecisti. Dedicatio magnã, ĩqt, habet religionẽ, nõne vobis Numa Põpilius vi-

Postis tenetur in dedicatione.

Verba pene solẽnia.

Helluatus sanguinem reip.

detur loqui? discite orationē Pont. & vos Flamines etiā, tu Rex disce a gētili & tu, q̄q̄ ille gē-
tem istā reliquit, sed tamē disce ab homine religionibus dedito, iusto, tum omniū religionū
perito. quid? in dedicatione nōne & quis dicit, & quid, & quomodo, q̄ritur? an tu hæc ita con
fundis, & perturbas, vt quicūq; velit, q̄d velit, quomodo velit, possit dedicare? quis eras tu, q
dedicabas? quo iure? qua lege? quo exemplo? qua potestate? vbi te isti rei Populus Ro. p̄fecerat?
video enim esse legē veterē Tribunitiā, quæ vetet iniussu plebis ædes, terrā, aram consecrare, Lex Papi-
neq; tñ hoc Q. Papirius, qui hāc legē rogauit, sensit, neq; suspicatus est, fore p̄riculū ne do- ria de cōse
micilia, aut possessiones indemnatorū ciuiū consecrarētur. neq; enim id fieri fas erat: neq; q̄q̄ cratione.
fecerat: neq; erat causa, cur prohibēdo nō tā deterrere videretur, q̄ admonere. sed quia cōse-
crabātur ædes, nō priuatoꝝ domicilia, sed quę sacrę nominātur: cōsecrabātur agri, nō ita vt Aedes sa-
nostra prædia, si qs vellet, sed vt imperator agros de hostibus captos cōsecraret: statuebātur cræ.
arę, quæ religionē afferrēt, ipso si loco essent cōsecratę: hęc nisi plebs iussisset, fieri vetuit. quę
si tu interp̄taris de nostris ædibus, atq; agris scripta esse, non repugno. sed q̄ro, quę lex lata
sit, vt tu meas ædis cōsecrares? vbi tibi hæc potestas data sit? quo iure feceris? Neq; ego nunc
de religione, sed de bonis omniū nostrū, nec de pōtificio, sed de iure publico disputo. Lex Pa-
piria vetat ædis iniussu plebis cōsecrari. sit sane hoc de nostris ædibus, ac nō de publicis tē-
plis. vnū ostende verbū cōsecrationis in ipsa tua lege, si illa lex est, ac nō vox sceleris & crude
litatis tuæ. Q. si tibi tū in illo Reip. naufragio oīa in mētē venire potuissent: aut si tuus scri-
ptor in illo incēdio ciuitatis nō syngraphas cū Byzantiis exulibus, & cū legatis regiis face-
ret, sed vacuo animo tibi ista nō scita, sed portēta conscriberet: esses oīa si minus re, at verbis
legitimis cōsecutus. sed vno tēpore cautiones fiebāt pecuniarū, fœdera feriebātur prouincia
rū, regū appellationes venales erāt, seruoꝝ omniū vicatim celebrabatur tota vrbe descriptio,
inimici in gratiā reconciliabātur: imperia ascribebātur nouę iuuentuti: Q. Scio venenū mise
ro parabatur: de Cn. Pompeio propugnatore, & custode imperii interficiendo consilia iniban
tur: Senatus ne quid esset, vt lugerent boni semper, vt capta Resp. consulū proditione, vi Tri
bunitia teneretur. Hæc cū tot tantaq; agerētur, nō mirū est, præsertim in furore animi, & ce
citate, multa illū & te fefellisse. At videte quāta sit vis huius Papiriæ legis, in re tali, nō qua-
lem tu affers sceleris plenā & furoris. Q. Martius Censor signū Cōcordiæ fecerat, idq; in pu
blico collocarat: hoc signū C. Cassius Censor cū in curiā transtulisset, Collegiū vestrū consu
luit, nū quid esse causæ videretur, quin id signū Curiāq; Concordiæ dedicaret? Quęso Pōtif.
& hominē cū hoīe, & tēpus cū tēpore, & rē cū re cōparate. Ille erat summa modestia, & grauí
tate Censor: hic Tribunus Pl. scelere & audacia singulari. tēpus illud erat tranqllū, & in liber
tate populi, & gubernatione positū senatus. tuū porro tēpus libertate Populi Ro. oppressa,
Senatus auctoritate deleta. Res illa plena iustitiæ, sapiētiæ, dignitatis. cēsor em̄, penes quē ma
iores nostri (id q̄d tu sustulisti) iudiciū senatus de dignitate esse voluerūt, Cōcordiæ signū
volebat in Curia, Curiāq; ei deæ dedicare. Præclara volūtas, atq; omni laude digna. præscribe Censoriā
re em̄ se arbitrabat, vt sine studiis dissensionis sentētię dicerent, si sedē ipsam ac tēplū publici potestas.
cōsilii religione Cōcordiæ deuinxisset. Tu cū ferro, cū metu, cū edictis, cū priuilegiis, cū p̄sen Priuilegia.
tibus copiis perditorū, absentis exercitus terrore, & minis, Cōsulū societate, & nefario fœde-
re, seruitute oppressam ciuitatē teneres, libertatis signū posuisti magis ad ludibriū impuden Libertatis
tię, q̄ ad simulationē religionis. Ille in Curia, q̄ poterat, sine cuiusq̄ īcōmodo, dedicabat. tu in signum.
ciuis optime de Rep. meriti cruore ac pene ossibus simulacrū nō libertatis publicę, sed licētię
collocasti. atq; ille tñ ad Collegiū retulit. tu ad quē retulisti? Si qd deliberares, si qd tibi aut
piandū, aut instituēdū fuisset religione domestica, tñ instituto cęteroꝝ vetere, ad pontificem Piandum.
detulisses. Nouū delubrū cū in vrbis clarissimo loco, nefando quodā atq; inaudito instituto
inchoares, referēdū ad sacerdotes publicos nō putasti. At si Collegiū pōtificū adhibēdū non
videbat, uemo ne hoꝝ tibi idoneus visus est, qui ætate, honore, auctoritate añcellūt, vt cū eo
dedicationē cōmunicares? quoꝝ q̄dē tu nō cōtēpsisti, sed pertimuisti dignitatē. An tu aude-
res q̄rere ex P. Seruilio? aut ex M. Lucullo? quoꝝ ego cōsilio atq; auctoritate Rēp. Cōsul ex ve
stris manibus, ac faucibus eripui, quibusnā verbis, aut quo ritu, primū hoc dico, ciuis domū
cōsecrares: deinde ciuis eius, cui princeps senatus, cui etiā ordines oēs, deīde Italia tota, post
cūctę gētes testimoniū huius vrbis, atq; imperii cōseruati dedissent: quid diceres O nefanda
& pernicioſa labes ciuitatis? ades, ades Luculle, Seruili, dū dedico domū Ciceronis, vt mihi p̄- Præite.
eatis, postēq; teneatis. Es tu q̄dē cū audacia, tū impudētia singulari: sed tibi tñ oculi, vultus,

verba cecidíſſent,cũ te víri,qui ſua dignitate pſonã Populi Ro.atq; auctoritatẽ imperii ſuſti
nerẽt,verbis grauiſſimis pterruiſſent:neq; ſibi fas eſſe dixíſſent,furori intereſſe tuo, atq; ĩ pa
trię parrícidio & ſcelere. Quę cũ víderes,tũ te ad tuũ affínẽ nõ delectũ a te,ſed relictũ a cęte-
Hercules ris cõtuliſti:quẽ ego tñ credo,ſi eſt ortus ab illis, quos memoriæ ꝓditũ eſt,ab ipſo Hercule p
ſacra do- functo iã laboribus ſacra didiciſſe,in viri fortis ærumnis,non ita crudelẽ fuiſſe,vt in viui &
cuit. iam ſpirãtis caput buſtũ ſuis manibus imponeret:qui aut nihil dixit:aut ſi fecit, oĩno pœnã
Buſtum. hãc materne temeritatis tulit,vt mutã in delicto pſonã,nomẽq; pberet: aut ſi dixit aliqd ver
bis hęſitãtibus,poſtẽq; tremebũda manu tetigit,certe nihil rite,nihil caſte,nihil more,iſtitu-
toq; pfecit. Viderat ille Murenã vitricũ ſuũ,conſulẽ deſignarũ, ad me conſulẽ cũ Allobro-
gibus cõmunis exitii indicia afferre:audierat ex illo ſe a me bis ſalutẽ accepiſſe,ſeparatim ſe
mel,iterũ cũ vniuerſis. Quare quis eſt qui exiſtimare poſſit,huic nouo pontifici primã hanc
poſt ſacerdotiũ initũ,religionẽ inſtituenti,vocẽq; mittẽti,nõ & linguã obmutuiſſe! & manũ
obtorpuiſſe!& mẽtem debilitatã metu concidiſſe!præſertim cũ ex Collegio tanto,nõ regem,
nõ Flaminẽ,nõ Pontificẽ videret,fieriq; particeps alieni ſceleris inuitus cogeretur,& grauiſſi
mas pœnas affinitatis impuriſſimę ſuſtineret. Sed vt reuertar ad ius publicum iudicandi,qđ
ipſi Pont. ſemp nõ ſolũ ad ſuas cerimonias,ſed etiã ad populi iuſſa accõmodauerũt, habetis
in cõmentariis veſtris C.Caſſiũ Cenſorẽ de ſigno Concordiæ dedicando ad Pontificũ Colle-
gium retuliſſe. eiq; M.Aemilium Pont.Maximũ ꝓ Collegio reſpõdiſſe : niſi eũ Populus Ro.
nominatim pfeciſſet,atq; eius iuſſu faceret,nõ videri ea recte poſſe dedicari.Quid!cũ Licinia
Sacerdotio virgo Veſtalis ſummo loco nata,ſanctiſſimo ſacerdotio pdita, T.Flamínio Q.Metello Cõſſ.
prædita. aram & ædiculã & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicaſſet,nõ eã rẽ ex auctoritate ſenatus ad hoc
collegium Sex.Iulius Prętor retulit!cũ P.Scęuola Põt.Max.pro collegio reſpõdit: qđ in loco
publico Licinia C.F.iniuſſu populi dedicaſſet,ſacrũ nõ videri eſſe. quã qdẽ rẽ quãta ſeuerita
te,quãtaq; diligẽtia ſenatus ſuſtulerit,ex ipſo S.C.facile cognoſcetis. Videtis ne Prętori vrba
no negotiũ datũ,vt curaret,ne id ſacrũ eſſet!& vt ſi quę eſſent inciſæ aut inſcriptæ literę tol
lerẽtur!O tẽpora,O mores.tũ Cenſorẽ hominẽ ſanctiſſimũ ſimulacrũ Cõcordię dedicare Põ
tifices in tẽplo inaugurato prohibuerũt. poſt autẽ ſenat⁹ in loco auguſto cõſecratã eã aram
tollendã, ex auctoritate pontificũ cẽſuit, neq; vllũ eſt paſſus ex ea dedicatione literarum ex-
tare monimentũ.tu procella patrię,turbo,ac tẽpeſtas pacis,atq; otii,qđ ĩ naufragio Reipubli
cæ,tenebris offuſis,demerſo populo, euerſo atq; eiecto ſenatu diruerís, ædificaris, religione
⁂ omni violata,Reip.tãtum noĩe cõtaminaris,in hiſce ædibus,& in vrbe quã ſuis laboribus ac
piculis cõſeruaſſet, monimẽtũ deletę Reip.collocaris ad Equitũ notã,ad dolorẽ bonoꝝ oĩm,
ſublatoq; Q.Catuli noĩs incideris:id ſpęraſti Rẽp.diutius,q̃ quoad mecũ ſimul expulſa care-
ret his mœnibus,eſſe laturã ! At ſi Pont.neq; is cui licuit,neq; id qđ fas fuit dedicauit: quid
me attinet iã illud tertiũ qđ ꝓpoſuerã docere!nõ his inſtitutis,ac verbis,qbus cerimonię po-
ſtulant,dedicaſſe.Dixi a principio,nihil me de ſciẽtia veſtra,nihil de ſacris,nihil de abſcõdí-
to iure pontificũ dicturũ: quæ ſunt adhuc a me de iure dedicãdi diſputata, nõ ſunt q̃ſita ex
occulto aliquo genere literarũ, ſed ſumpta de medio ex rebus palam p magiſtratus actis, ad
collegiũq; delatis,ex S.cõſulto,ex lege.Illa interiora,iã veſtra ſunt:quid dici,qd pcipere,quid
tangi,qd teneri ius fuerit.Quę ſi oĩa ex Coruncani ſciẽtia, q̃ peritiſſimus põtifex fuiſſe dicit,
acta eſſe cõſtarẽt:aut ſi M.Horatius ille Puluillus,q̃ cũ eius dedicationẽ multi ꝓpter inuidiã
fictis religionibus impędirẽt,reſtitit,& cõſtãtiſſima mẽte Capitoliũ dedicauit, huiuſmodi ali
cui dedicationi pfuiſſet:tñ in ſcelere religio nõ valeret,nedũ valeat id qđ impius adoleſcẽs,
nouus ſacerdos,ſororis pcibus,matris minis adductus,ignarus,inuitus,ſine Collegis,ſine li-
bris,ſine auctore,ſine ſcriptore,furtim mẽte ac lingua titubante feciſſe dicat.præſertim cum
iſte impurus atq; impius hoſtis omniũ religionũ,q̃ cõtra fas & inter viros ſæpe mulier,& in-
ter mulieres vir fuiſſet,ageret illã rẽ ita raptim,& turbulente,vt neq; mens,neq; vox,neq; lin
gua cõſiſteret.Delatũ tũ eſt ad vos Pont.& poſt omniũ ſermone celebratũ,quẽadmodũ iſte p
poſteris verbis,ominibus obſcœnis,idẽtidẽ ſe ipſe reuocãdo dubitans,timẽs,hæſitãs,oĩa ali-
ter ac vos in monimentis habetis,& pnũciarit,& fecerit.Qđ quidẽ minime mirũ eſt in tanto
ſcelere,tãtaq; dementia,ne audaciæ qdẽ locũ ad timorẽ comprimendũ fuiſſe.Etenim ſi nemo
vnq̃ prædo tã barbarus,atq; immanis fuit,q̃ cũ fana ſpoliaſſet, deinde aram aliquã in littore
deſerto ſomniis ſtimulatus aut religione aliqua conſecraret,nõ horreret animo,cum diuinũ
numen ſcelere violatũ placare pcibus cogeretur : qua tandẽ iſtũ pturbatione mẽtis omn ũ

templorũ atq; tectorũ,totiusq; vrbis prædonẽ fuisse cẽsetis?cum pro detestatione tot scelerũ vnã aram nefarie consecraret.Nõ poterat vllo modo (q̃q̃ & insolentia dominatus extulerat animos,& erat icredibili armatus audacia) nõ in agẽdo ruere,ac sępe pęccare:præsertim illo põtifice & magistro,q cogeret docere,añq̃ ipse didicisset.Magna vis est cũ in deoꝝ immortaliũ numine,tũ vero in ipsa Republica.Dii immortales suoꝝ tẽploꝝ custodẽ ac præsidẽ sceleratissime pulsum cũ viderẽt,ex suis tẽplis in eius ædes immigrare nolebãt. itaq; istius vecor dissimi mẽtẽ cura metuq; terrebãt.Res vero publica,q̃q̃ erat exterminata mecũ , tñ obuersabat ante oculos exterminatoris sui,& ab istius inflãmato atq; ignito furore iã tũ me seq; re-pętebat.Quare qd est mirũ,si iste metus furore instinctus,scelere ꝓceps,neq; institutas cerimonias ꝓsequi,neq; verbũ vllũ solẽne potuit effari?Quę cũ ita sint Põtifices,reuocate iã animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad vniuersam Rẽpublicã,quã antea cũ viris fortibus multis,in hac vero causa solis vestris ceruicibus sustinetis.Vobis vniuersi senatus pęrpetua auctoritas,cui vosmetipsi pstãtissimi semp in mea causa pfuistis:vobis Italiæ magnificentissimus ille motus,municipiorũq; cõcursus: vobis cãpus,centuriarũq; vna vox oim, quarũ vos principes,atq; auctores fuistis:vobis oẽs societates,oẽs ordines, oẽs q aut re,aut spe denique sunt boni:oẽs tũ erga meã dignitatẽ studiũ,& iudiciũ nõ modo cõmissum,verũ etiã cõmẽdatũ esse arbitrabant.Deniq; ipsi dii immortales,q hãc vrbẽ,atq; hoc imperiũ tuẽtur,vt esset oĩbus gẽtibus posteritatiq; pspicuũ,diuino me numine esse Reip.redditũ, idcirco mihi videtur fructũ ipm reditus & gratulationis meæ ad suoꝝ sacerdotũ potestatẽ iudiciũq; reuocasse.Hic est eñ reditus Pontifices,hæc restitutio,in domo,in sedibus,in aris,in focis,in diis penatibus recupẽrãdis. quorũ si iste suis sceleratissimis manibus tecta sedesq; conuellit,ducibusq; cõsulibus tãq̃ vrbe capta hãc vnã domũ quasi acerrimi ppugnatoris sibi delendã putauit:tñ illi dii pnates,ac familiares mei,p vos in meã domũ mecũ erunt restituti.Quocirca te Capitoline,quẽ ppter beneficia Populus Ro.Optimũ,ppter vim,Maximũ nominauit,teq; Iuno regina,& te custos vrbis Minerua,quę semp adiutrix cõsiliorꝝ meorꝝ,testis laborꝝ extitisti, precor,ac q̃so:vosq;,q maxime me repętistis,atq; reuocastis,quoꝝ de sedibus hęc mihi pposita est cõtẽtio,patrii pnates,familiaresq;,q huic vrbi & Reip.prędes estis:vos obtestor,quorũ ego a tẽplis,ac delubris pestiferã illã & nefariã vim depuli:teq; Vesta mater,cuius castissimas sacerdotes ab hominũ amẽtia,furore,& scelere defendi:cuiusq; ignẽ illũ sempiternũ non sum passus aut sanguine ciuiũ restingui,aut cũ totius vrbis incẽdio cõmisceri:vt si in illo pene fato Reip.obieci meũ caput p vestris cerimoniis,atq; tẽplis pęrditissimoꝝ ciuiũ furori,atq; ferro:& si iterũ cũ ex mea contẽtione interitus bonoꝝ oĩm q̃reretur,vos sum testatus,vobis me ac meos cõmendaui,meq; ac meũ caput ea cõditione deuoui,vt si & eo ipso tẽpore, & ante in consulatu meo,cõmodis meis oĩbus,emolumẽtis,p̃miis ptermissis,cura,cogitatione, vigiliis oĩbus,nihil nisi de salute meoꝝ ciuiũ laborassem,tũ mihi Rep.aliquãdo restituta licęret fruí:sin autẽ mea cõsilia patrię nõ pfuissent,vt pęrpetuũ dolorẽ auulsus a meis sustinerẽ: hanc ego deuotionẽ capitis mei,cũ ero in sedes meas restitutus,tũ deniq; conuictã esse,& cõmissam putabo.Nã nũc quidẽ Pont. non solũ domo,de qua cognoscitis, sed tota vrbe careo, in quã videor esse restitutus.Vrbis eñ celeberrimę & maximę partes aduersum illud nõ monimentũ sed vulnus patrię cõtuentur. quẽ cũ mihi conspectũ morte magis vitãdũ fugiẽdũq; esse videatis:nolite quæso eũ,cuius reditu restitutã Rẽp.fore putastis,nõ solũ dignitatis ornamentis,sed etiã vrbis partibus velle esse priuatũ.Nõ me bonoꝝ direptio,non tectoꝝ excisio,nõ depopulatio prædioꝝ, nõ præda consulũ ex meis fortunis crudelissime capta permouet:caduca semp & mobilia hæc esse duxi,nõ virtutis,atq; ingenii,sed fortunæ,& tẽporũ munera:quoꝝ ego nõ tam facultatẽ vnq̃ & copiã expetendã putaui,q̃ & in vtendo rationẽ,& in carendo patiẽtiam.Etenim ad nostrũ vsum propemodũ iam est definita moderatio rei familiaris:liberis autẽ nostris satis amplum patrimoniũ paterni nominis, ac nostræ memorię relinquemus.Domo per scelus erepta, per latrociniũ occupata, per religionis vim sceleratius etiam ædificata,q̃ euersa,carere fine maxima ignominia Reipublicę,meo dedecore,ac dolore non possum. Quapropter si diis immortalibus,si senatui,si Populo Romano,si cũctæ Italiæ, si prouinciis,si exteris nationibus,si vobismetipsis,q in mea salute principẽ semper locum auctoritatẽq; tenuistis,gratũ & iucundũ meũ reditũ intelligitis esse,quæso,obtestorq;,vos pontifices,vt me,quẽ auctoritate,studio,sententiis restituistis,nũc,quoniã Senatus ita vult,manibus quoq; vestris in sedibus meis collocetis.

Iupiter Capitoli.cur Optimus Maximus.

Deuoui meũ caput.

Patrimoniũ paterni nominis.

Oratio

DE ARVSPICVM RESPONSIS IN SENATV.

ORATIO.XXXI.

HESTERNO DIE.P.C.Cum me & vestra dignitas,& frequētia equitum Romanorū,quibus Senatus dabatur,magnopere cōmouisset,putaui mihi reprimendā esse P.Clodii impudicā impudentiā,cū is publicanorū causam stultissimis interrogationibus impediret,& P.Tullioni Syro nauaret operā:atq; ei sese,cui totus venierat,etiā vobis inspectātibus venditaret.Itaq; hominē furentē,exultantēq; continui,simulac periculū iudicii intendi: duobus inceptis verbis omnē impetū gladiatoris,ferociamq; compressi.Attamen ignarus ille,qui consules essent,exanguis atq; æstuans se e curia repente proripuit, cū quibusdam fractis iam,atq; inanibus minis,& cum illius Pisoniani temporis Gabinianiq; terroribus. Quē cū egredientē insequi cœpissem, cepi equidem fructum maximū & ex consurrectione omniū vestrum,& ex comitatu Publicanorum. Sed vecors repente sine suo vultu,sine colore,sine voce constitit:deinde respexit: & simul ad Cn. Lentulū Cons. aspexit,concidit in Curiæ pene limine,recordatione credo Gabinii sui,desiderioq; Pisonis.cuius de effrenato,& præcipiti furore qd dicam! haud potest grauioribus a me verbis vulnerari,q̄ est statim,in facto ipso,a grauissimo viro P.Seruilio cōfectus,ac trucidatus.cuius si etiā vim,& grauitatem illam singularem,ac pene diuinam assequi possem,tamen nō dubito, quin ea tela,quæ coniecerit inimicus,q̄ ea quę Collega patris emisit,leuiora atq; hebetiora esse videantur.Sed tamen mei facti rationem exponere illis volo,qui hesterno die dolore me elatū, & iracundia longius prope digressum arbitrabantur,q̄ sapientis hominis cogitata ratio postularet.Nihil feci iratus,nihil impotenti animo,nihil non diu consideratum,ac multo ante meditatum. Ego enim P.C.inimicum me semper esse professus sum duobus,qui me,qui rē meam,cum defendere deberent,seruare possent:cūq; ad consulare officium,ipsis insignibus illius imperii,ad meam salutem,non solum auctoritate, sed etiam precibus vestris vocarētur, primo reliquerunt:deinde prodiderunt:postremo oppugnauerunt,premiisq; nefarię pactionis funditus vna cum Repub.oppressum extinctūq; voluerunt : quiq; suo ductu & imperio cruento illo atq; funesto,supplicia neq; a sociorum mœnibus prohibere, neq; hostium vrbibus inferre potuerunt,excisionem,inflammationem,euersionem,depopulationem,vastitatem eam sua cum præda meis omnibus tectis,atq; agris intulerunt. cum his furiis,& facibus, cū his inquam exitiosis prodigiis,ac pene huius imperii pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum:neq; id tamen ipsum tātum quantum meus,ac meorum,sed tantum, quantū vester atq; oīm bonorꝝ dolor postulauit. In Clodiū vero non est hodie meū maius odiū,q̄ illo die fuit, cum illum ambustū religiosissimis ignibus, cognoui muliebri ornatu ex incesto stupro,atq; ex domo pontificis maximi emissum:tū inquā,tum vidi,ac multo ante prospexi, quāta tempestas excitaretur,quāta impenderet procella Reipublicæ.Videbā illud scelus tam importunū,audaciam tā immanem adolescentis furentis,nobilis,vulnerati, non posse arceri otii finibus:erupturum illud malū aliquādo,si impunitū fuisset,ad perniciem ciuitatis. non multum mihi sane post ad odium accessit. nihil enim contra me fecit odio mei,sed odio seueritatis,odio dignitatis,odio Reipublicę:nō me magis violauit,q̄ Senatū,q̄ Equites Romanos,q̄ omnes bonos,q̄ Italiā cūctā:nō deniq; in me sceleratior fuit,q̄ in ipsos deos immortales.Etenim illos eo scelere violauit,quo nemo antea:in me fuit eodē animo,quo etiā eius familiaris Catilina,si vicisset,fuisset. Itaq; eū nūq̄ a me esse accusandū putaui, nō plus q̄ stipitē illum,qui quorū hominū esset,nesciremus,nisi se Ligurem ipse esse diceret. Quid enim hunc persequar pecudem ac belluam pabulo inimicorum meorum & glande corruptum! qui si sensit,quo se scelere deuinxerit,non dubito,quin sit miserrimus. sin autem id nō videt,periculū est,ne se stuporis excusatione defendat.Accedit etiā ꝙ expectatione omniū,fortissimo,& clarissimo viro T.Annio deuota,& constituta ista hostia esse videtur: cui me præripere desponsam iam,& destinatam laudem,cum ipse eius opera & dignitatem,& salutē recuperarim, valde esset iniquū.Etenim vt P.ille Scipio natus mihi videtur ad interitum, exitiūq; Carthaginis,qui illam a multis imperatoribus obsessam,oppugnatam,labefactatam,pene captā,aliquādo quasi fatali euentu solus euertit:sic T.Annius ad illam pestem comprimendam,extinguēdam,funditus delendā natus esse videtur,& quasi diuino munere donatus Reipublicę. solus

Nauare operam. Venire. Vēditare. Intendere periculū iudicii.

Impotenti animo.

Bellū inexpiabile.

Desponsa laus.

ille cognouit,quemadmodũ armatũ ciuem,qui lapidibus,qui ferro alios fugaret,alios domi cõtineret:qui vrbem totam, qui curiam,qui forũ,qui tẽplũ,omnia cede,incendiisq; terreret: nõ modo vici,verũ etiã vincire oporteret.Huic ego,& tali,& ita de me,ac de patria merito, viro nũq; mea voluntate præripiam,eũ præſertim reũ, cuius ille inimicitias nõ ſolũ ſuſcepit propter ſalutem meam, verũ etiam appetiuit . ſed ſi etiã nũc,illaqueatus iam omniũ legum periculis,irretitus odio bonorũ omniũ,expectatione ſupplicii iam nõ diuturna implicatus, ferretur tamen hæſitans,& in me impetũ impeditus facere conabitur,reſiſtam:& aut concedẽte, aut etiam adiuuante Milone,eius conatum refutabo. velut heſterno die,cũ mihi ſtanti tacẽs minaretur,voce tãtũ attigi legum initiũ,& iudicii. conſedit ille.conticui. diem dixiſſet,vt fecerat:feciſſem vt ei ſtatim tertius a prætore dies diceretur. atq; hoc ſic moderetur, & cogitet,ſi contentus ſit his ſceleribus,quæ cõmiſit:iam conſecratum Miloni:ſi qđ in me telum intorſerit,ſtatim me eſſe arrepturũ arma iudiciorũ,atq; legum.Atq; paulo ante P.C.cõcionem habuit,quæ eſt ad me tota delata:cuius concionis primũ vniuerſum argumentũ ſententiãq; audite.cũ riſeritis impudentiã hominis,tum a me de tota cõcione audietis.De religionibus ſacris,& cerimoniis eſt concionatus Patres conſcripti Clodius:P.inquã Clodius ſacra & religiones negligi,violari,pollui,queſtus eſt.Nõ mirũ,ſi hoc vobis ridiculũ videtur. & ſua concio riſit:hominẽ quomodo ipſe gloriari ſolet,ducentis confixũ ſenatuſcõſultis,quæ ſunt oĩa contra illũ pro religionibus facta:hominẽq; illũ,qui puluinaribus Bonę deę ſtuprũ intulerit: eaq; ſacra,quæ viri oculis,ne imprudentis qdẽ aſpici fas eſt,nõ ſolũ aſpectu virili,ſed flagitio ſtuproq; violarit:in cõcione de religionibus neglectis cõqueri. Itaq; nũc proxima cõcio eius expectaẽ de pudicitia.Quid eĩ intereſt,vtrũ ab altaribus religioſiſſimis fugatus, de ſacris & religionibus q̃ratur:an ex ſororũ cubiculo egreſſus,pudorẽ pudicitiãq; defendat! Reſponſum Aruſpicum hoc recens de fremitu,in cõcione recitauit:in quo cum aliis multis ſcriptũ etiam illud eſt(id qđ audiſtis) loca ſacra,& religioſa,profana haberi.in ea cauſa eſſe dixit domũ meam a religioſiſſimo ſacerdote P.Clodio conſecratã.Gaudeo mihi de toto hoc oſtẽto, qđ haud ſcio,an grauiſſimũ multis his annis huic ordini nũciatũ ſit,datã nõ modo iuſtã,ſed etiã neceſſariã cauſam eẽ dicẽdi. Reperietis eĩ ex hoc toto prodigio,atq; reſpõſo,vos ex iſti⁹ ſcelere,ac furore,ab impendẽtibus periculis maximis,propẽ iam voce Iouis optimi maximi p̃moneri.Sed primũ expiabo religionẽ ædiũ mearũ,ſi id facere vere,ac ſine cuiuſq; dubitatione potero.Sin ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliqs videbit,nõ modo patiẽti,ſed etiã libenti animo portentis deorũ immortaliũ religionique parebo.Sed quę tãdẽ eſt in hac vrbe tãta domus ab iſta religionis ſuſpitione tã vacua,atq; pura! Q̃q̃ veſtræ domus P.C.cæterorũq; ciuium multo maxima ex parte ſunt liberæ religione, tamẽ vna mea domus iudiciis omnibus liberata,in hac vrbe ſola eſt.Te enim appello Lentule & Philippe.ex hoc Aruſpicum reſponſo decreuit ſenatus,vt de locis ſacris,religioſis,ad hunc ordinem referretis. poteſtis ne referre de mea domo!quæ (vt dixi) ſola in hac vrbe omni religione omnibus iudiciis liberata eſt! quã primũ inimicus ipſe in illa tẽpeſtate ac nocte Reip. cum cętera ſcelera ſtylo illo impuro Sex. Clodius conſcripſiſſet,ne vna quidem attigit litera religionis.Deinde eandem domũ,Populus Romanus,cuius eſt ſumma poteſtas omniũ rerum,comitiis Centuriatis omniũ ætatũ,ordinũq; ſuffragiis,eodẽ iure eſſe iuſſit,quo fuiſſet.Poſtea vos P.C.nõ q̃ dubia res eſſet, ſed vt huic furię,ſi diutius in hac vrbe, quã delere cupęret,maneret, vox interdiceret , decreuiſtis vt de mearũ ædiũ religione ad Pontificum Collegium referretur. quæ tanta religio eſt! qua nõ in noſtris dubitationibus,atq; in maximis ſuperſtitionibus,vnius P.Seruilii, ac M.Luculli reſponſo,ac verbo liberemur! De ſacris publicis,de Ludis maximis,de deorũ Penatũ Veſtęq; matris cerimoniis,de illo ipſo ſacrificio,qđ fit pro ſalute Populi Romani:qđ poſt Romã cõditã,huius vnius caſti tutoris religionũ,ſcelere violatũ eſt:qđ tres Pontifices ſtatuiſſent, id ſemp Populo Ro.ſemp ſenatui,ſemp ipſis diis ĩmortalib⁹ ſatis ſanctũ,ſatis auguſtũ,ſatis religioſum eẽ viſum eſt.At vero meã domũ P.Lẽtulus Cons.& põtifex,P.Seruilius,M.Lucullus, Q.Metellus,Glabrio,M.Meſſala,L.Lẽtulus Flamẽ Martialis,P.Galba,Scipio, C.Fannius, M. Lepidus,L.Claudius Rex ſacrorũ,M.Scaurus,M.Craſſus,C.Curio,Sex.Cæſar Flamẽ Quirinalis,Q.Cornelius,P.Albinouanus,Q.Terẽtius põtifices minores,cauſa cognita duobus locis dicta,maxima frequẽtia ampliſſimorũ,ac ſapiẽtiſſimorũ ciuiũ aſtãte,omni religione vna mẽte omnes liberauerunt.Nego vnq̃ poſt ſacra cõſtituta,quorum eadem eſt antiquitas,quę ipſius vrbis,vlla de re, ne de capite quidem virginum Veſtalium , tam frequens collegium iudi-

Clodi⁹ ſtu prũ intulit puluinaribus Bonæ Deæ.

Ludi maximi.

Veſta mater.

Triũ Pontificũ poteſtas.

casse.q̃q̃ ad facinoris disquisitionẽ interest adesse q̃plurimos.Ita est enim interpratio illa põtificum,vt iidẽ potestatem habeant iudicũ. Religionis explanatio vel ab vno põtifice périto referri potest. qđ idem in iudicio capitis durum atq; iniquũ est.tamẽ sic reperietis:frequẽtio res pont.de mea domo,q̃ vnq̃ de cerimoniis virginũ iudicasse.Postero die frequẽtissimus senatus te consule designato Lentule sentẽtiæ principe,P.Lentulo,& Q.Metello Conss.referentibus,statuit,cũ omnes põtifices qui erãt huius ordinis adessent:cũq; alii qui honoribus Populi Ro.antecedebãt,multa de collegii iudicio verba fecissent,oẽsq; iidẽ scribẽdo adessent:domũ meam iudicio pontificum religione liberatam videri.De hoc igitur loco sacro potissimũ videntur Aruspices dicere, qui locus solus ex priuatis locis omnibus hoc præcipue ius habet,vt ab ipsis,qui sacris præsunt,sacer non esse iudicatus sit. Verum referte qđ ex S.C.facere debetis:aut vobis cognitio dabitur,qui primi de hac domo sententiam dixistis, & eam religione omni liberastis: aut senatus ipse iudicabit, qui vno solo illo Antistite sacrorũ dissentiente frequentissimus antea iudicauit:aut id qđ certe fiet,ad Pont.reiicietur, quorũ auctoritati,fidei,prudentiæ maiores nostri sacra religionesq; & priuatas & publicas cõmendarũt. quid ergo hi possunt aliud iudicare,ac iudicauerũt!Multæ sunt domus in hac vrbe, P.C.at q; haud scio an pene cunctę iure optimo,sed tamen iure priuato,iure hęreditario,iure auctoritatis,iure mancipii,iure nexi:nego esse vllam domũ aliã, priuato eodẽ quoq; optima lege, publico vero omi põcipuo & humano & diuino iure munitã.q̃ primũ ædificat ex auctoritate senatus pecunia publica:deinde cõtra vim nefariã huius gladiatoris tot senatuscõsultis munita,atq; septa est.Primũ negotium hisdem magistratibus est datum anno superiore,vt curarent,vt sine vi mihi ædificare liceret, quibus in maximis periculis vniuersa Respublica commendari solet. deinde cũ ille saxis,& ignibus,& ferro vastitatẽ meis ædibus intulisset,decreuit senatus eos qui id fecissent,lege de vi,quæ est in eos qui vniuersam Rẽpublicã oppugnasse sent,teneri. Vobis vero referentibus o post hominũ memoriã fortissimi atq; optimi cõsules, decreuit idẽ senatus frequẽtissimus:qui meam domũ violasset,cõtra Rẽpublicã esse facturũ. Nego vllo de ope publico,de monimẽto, de tẽplo,tot senat9 extare cõsulta, quot de mea domo:quã senatus vnã,post hãc vrbẽ cõstitutã,ex ærario ædificãdã,a Pontificibus liberandã,a magistratibus defendẽdã,a iudicibus puniẽdã putaret. P.Valerio pro maximis in Rẽp.beneficiis data domus est ĩ villa publica. at mihi in palatio restituta.illi locus.at mihi parietes atq; tectũ.illi quã ipse priuato iure tueret.mihi quã publice magistratus oẽs defenderẽt.Quę quidẽ ego,si aut p me,aut ab aliis haberẽ,nõ p̃dicarẽ apud vos,ne nimis gloriari viderer. sed cũ sint mihi data a vobis,cũ ea attẽtẽtur eius lingua,cuius antea manu euersa vos mihi & liberis meis,manib9 vestris reddidistis:nõ ego de meis,sed de factis vestris loquor: nec vereor, ne hęc mea vestrorũ beneficiorũ p̃dicatio,nõ grata potius,q̃ arrogans videat.Q̃q̃ si me tantis laboribus perfunctũ,efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum hominũ tamen animi quidam dolor,quis non ignosceret! Vidi enim hesterno die quendam murmurantem:quem aiebant negare,ferre me posse,quia cum ab hoc eodẽ impurissimo paricida rogarer,cuius essem ciuitatis:respondi me probantibus & vobis & equitibus Ro.eius esse,quæ carere me non potuisset.Ille,vt opinor,ingemuit.Quid igitur responderem ? quæro ex eo ipso,qui ferre me non potest.me ciuem esse Romanum!literate respondissem. an tacuissem!desertum negotium.potest quisq̃ vir in rebus magnis cũ inuidia versatus,satis grauiter cõtra inimici contumeliam sine sua laude respondere! At ipse non modo respondet qc quid potest,cũ est lacessitus: sed etiã gaudet,se ab amicis quid respõdeat,admoneri. Sed qm̃ mea causa expedita est,videamus nũc,quid Aruspices dicãt.Ego em̃ fateor me & magnitudine ostẽti,& grauitate respõsi,& vna,atq; cõstãti Aruspicũ voce esse pmotũ. Neq; is sum, q̃ si cui forte videor plus q̃ cęteri,q̃ æque atq; ego,sunt occupati,versari ĩ studio literarũ,his delecter,aut vtar oĩno literis,q̃ nostros animos deterrẽt,atq; auocãt a religione.Ego vero primũ habeo auctores,ac magistros religionũ colẽdarũ maiores nostros: quoꝝ mihi fuisse tãta sapiẽtia videt,vt satis supq; prudẽtes sint,qui illorũ prudẽtiã nõ dicã assequi, sed quãta fuerit,perspicere possint,qui statas solennisq; cerimonias, pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates,augurio: fatorum veteres prędicationes Apollinis,vatum libris: portentorum explanationes,Hetruscorum disciplina contineri putarunt.quæ quidem tanta est, vt nostra memoria primum Italici belli funesta principia , post Syllani Cinnaniq; temporis extremum pene discrimen, tum hanc recentem vrbis inflammandæ , delendiq; imperii coniurationem

Literate respõdere.

Priscorum Ro.studiũ religionis.

non obſcure nobis pauloante prędixerint. Deinde etiã cognoui multa hoïes doctiſſimos ſapientiſſimoſq;,& dixiſſe,& ſcripta de deorũ immortaliũ numine reliquiſſe: quę q̃q̃ diuinitus perſcripta video,tñ eiuſmodi ſunt,vt ea maiores noſtri docuiſſe illos,nõ ab illis didiciſſe vi deantur. etenim quis eſt tã vecors? qui aut cũ ſuſpexerit in cælũ,deos eſſe nõ ſentiat? & ea, q̃ tanta mente fiunt, vt vix quiſq̃ arte vlla ordinẽ rerum ac viciſſitudinẽ perſequi poſſit,caſu fieri putet? aut cũ deos eſſe intellexerit,non intelligat eorũ numine hoc tantũ imperium eſſe natũ,& auctũ,& retentũ? Q̃ volumus P.C. licet ipſi nos amemus, tñ nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos,nec callidítate Pœnos,nec artibus Gręcos, nec deniq; hoc ipſo huius gentis ac terrę domeſtico natiuoq; ſenſu Italos ipſos,ac Latinos,ſed pietate,ac religione,atq; hac vna ſapientia,q; deorũ immortaliũ numine oĩa regi, gubernariq; perſpeximus, oẽs gẽtes nationeſq; ſuperauimus. Quare ne plura de re minime loquar dubia,adhibete aĩos:& mẽtes veſtras,non ſolũ aures,ad Aruſpicũ vocẽ admouete:q; in agro Latiniẽſi auditus eſt ſtrepitus cũ fremitu. mitto Aruſpices: mitto illã veterẽ ab ipſis diis immortalibus, vt hoïm fama eſt,Heturię datã diſciplinã: nos nõne Aruſpices eſſe poſſumus? Exauditus in agro ꝓpinquo,& ſub urbano eſt ſtrepitus quidã recõditus,& horribilis fremitus armorũ. quis eſt ex gigantibus illis,quos poetę ferunt bellũ diis immortalibus intuliſſe,tã impius: qui hoc tã nouo tãtoq; motũ non magnũ aliquid deos populo Ro. ꝓmonſtrare & ꝓcinere fateat? de ea re ſcriptũ eſt, poſtulationes decretas eſſe Ioui,Saturno,Neptuno,Telluri,diis cęleſtibus. audio quib⁹ diis violatis expiatio debeat. ſed hominũ ob quę delicta quęro. ludos minus diligenter factos, polluto ſq;. quos ludos? te appello Lentule: tui ſacerdotii ſunt tenſę,curricula,ꝓcentio,ludi, libationes,epulęq; ludorũ: P.C. voſq; põtifices, ad quos Epulones Iouis Optimi Max. ſi quid eſt prę termiſſum,aut cõmiſſum,afferũt,quorũ de ſententia illa eadẽ renouata,atq; inſtaurata celebrant: qui ſunt ludi minus diligẽter facti? quãto aut quo ſcelere polluti? Reſpõdebis & pro te & pro collegis tuis,& pro pontificũ collegio,nihil cuiuſq̃ aut negligẽtia contẽptũ, aut ſcelere eſſe pollurũ: oĩa ſolẽnia ac iuſta ludoꝝ,oĩbus reb⁹ ſumma cũ cerimonia eſſe ſeruata. Quos igit Aruſpices ludos minus diligẽter factos polluto ſq; eſſe dicunt? eos, quorũ ipſi dii immortales,atq; illa mater dea,te te Cn. Lentule,cuius ab auia manibus eſſet accepta,ſpectatorẽ eſſe voluit: q; ni tu Megaleſia illo die ſpectare voluiſſes,haud ſcio an viuere nobis,atq; his de rebus iam queri liceret. vis em̃ innumerabilis incitata ex oĩbus vicis collecta ſeruorum,ab hoc ędili religioſo repente fornicibus,oſtiiſq; oĩbus in ſcenã ſigno dato immiſſa irrupit. tua tum tua Cn. Lentule eadẽ virtus fuit,quę priuato quondã tuo proauo. te, nomen, imperiũ, vocẽ, aſpectũ tuũ ſtans ſenatus,Equites Romani,& oẽs boni ſequebant,cũ ille ſeruorũ eludentium multitudini S. P. Q. R. vinctũ ipſo conſeſſu,& cõſtrictũ ſpectaculis,atq; impeditũ turba & anguſtiis tradidiſſet. An ſi ludus cõſtitit,aut tibicen repente cõticuit, aut puer ille patrimus & matrimus ſi terrã nõ tenuit,aut tenſam,aut lorũ omiſit: aut ſi ędilis verbo,aut ſi nutu aberrauit: ludi ſunt nõ rite facti? eaq; errata expiant? & mentes deorũ immortaliũ ludorũ inſtauratione placant? ſi ludi ab lętitia ad metũ traducti ſunt: ſi non intermiſſi,ſed perempti, atq; ſublati ſunt: ſi ciuitati vniuerſę ſcelere eius,q̃ ludos ad luctũ conferre voluit,extiterunt dies illi pro feſtis pene funeſti: dubitabimus quos ludos ille fremitus nũciet eſſe pollutos? Ac ſi volumus ea,quę de quoq; deo nobis tradita ſunt,recordari,hãc matrẽ magnã, cuius ludi violati, polluti,pene ad cędẽ & ad funus ciuitatis conuerſi ſunt,hanc inquã accepimus agros & nemora cũ quodã ſtrepitu fremituq; peragrare. hęc igitur vobis,hęc populo Ro. & ſcelerum indicia oſtendit,& periculorũ ſigna patefecit. nam quid ego de illis ludis loquar? quos in palatio noſtri maiores ante templũ,in ipſo matris magnę cõſpectu Megalenſibus fieri celebrariq; voluerunt: qui ſunt more inſtitutiſq; maxime caſti,ſolẽnes,religioſi. quibus ludis primũ ante populi conſeſſum ſenatui locũ P. Aphricanus iterũ conſul ille maior dedit: vt eos ludos hæc lues impura pollueret? quo ſi quis liber aut ſpectandi,aut etiã religionis cauſa acceſſerat, manus afferebant. quo matrona nulla adiit propter vim cõſeſſumq; ſeruorũ. Ita ludos eos, quorum religio tanta eſt,vt ex vltimis terris accerſita in hac vrbe cõſederit: qui ludi ne vno quidem verbo appellant Latino,vt vocabulo ipſo, & appetita religio externa, & matris magnæ noïe ſuſcepta declaret: hos ludos ſerui fecerũt,ſerui ſpectauerũt,tota deniq; hoc ędile ſeruorum Megaleſia fuerunt. Pro dii immortales,qui magis nobiſcũ loqui poſſetis,ſi eſſetis, verſa reminiq; nobiſcũ? ludos eſſe publicos polluros ſignificatis,ac plane dicitis. quid magis deformatum,inquinatũ,peruerſum,conturbatũ dici poteſt? q̃ omne ſeruitiũ permiſſu magiſtratus

Deos eſſe.

Latiniẽſis ager.

Poſtulationes decretę Prędentio. Epulones Iouis.

Prætermiſſum, aut cõmiſſum.

Solẽnia ludorum.

Megaleſia.

Patrimus puer & matrimus.

Magna Mater.

liberatum in alterã scenã immissum,alteri prępositũ:vt alter confessus potestati seruorũ obiiceret,alter seruorũ totus esset!Si examen apũ ludis in scenã venisset,Aruspices acciẽdos ex Hetruria putarem⁹.videm⁹ vniuersi repẽte examina tãta seruorũ immissa in populũ Ro. sẽptũ atq; icluſum,& nõ cõmouemur!Atq; in apũ fortasse examine, nos ex Hetruscoꝝ scriptis Aruspices,vt a seruitio caueremus monerẽt.qđ igit ex aliquo disiuncto,diuersoq; mõstro significatum caueremus,id cũ monstrũ sibi ipsum est,& cũ in eo ipso periculũ est,ex quo periculũ portendit,nõ pertimescemus!Istiusmodi Megalesia fecit pater tuus!istiusmodi patruus! Is mihi etiã generis sui mentionẽ facit, cum Athenionis,aut Spartaci exemplo ludos facere maluerit,q̃ C.aut Appii Claudiorũ.Illi cũ ludos facerent,seruos de cauea exire iubebant. tu in alterã seruos immisisti,ex altera liberos eiecisti. Itaq; qui antea voce ꝓconis a liberis semouebant,tuis ludis non voce,sed manu liberos a se segregabant. Ne hoc quidẽ tibi in mẽtẽ veniebat Sibyllino sacerdoti,hęc sacra maiores nostros ex vestris libris expetisse: si illi sunt vestri,quos tu impia mẽte cõquiris,violatis oculis legis,cõtaminatis manib⁹ attrectas.Hac igit vate suadẽte quondã,defessa Italia Punico bello,atq; Annibale vexata,sacra ista maiores nostri ascita ex Phrygia Romę collocauerũt:q̃ vir is accepit,qui est optimus a populo Ro.iudicatus,P.Scipio:fœmina aũt q̃ matronarũ castissima putabat,Q. Claudia,cuius priscã illã seueritatẽ sacrificii tua soror mirifice existimat imitata.Nihil te igit, neq; maiores tui cõiũcti cũ his religionib⁹,neq; sacerdotiũ ipm,quo est hęc tota religio cõstituta,neq; curulis ędilitas q̃ maxime hãc tueri religionẽ solet,permouit, quo mín⁹ castissimos ludos omni flagitio pollueres,dedecore maculares,scelere obligares!Sed qd ego id admiror! qui accepta pecunia Pessimuntẽ ipsum,sedẽ domiciliũq; matris deorũ,vastaris: & Brogitaro Gallogręco impuro homini ac nefario totũ illũ locũ fanũq; vẽdideris:sacerdotẽ ab ipsis aris puluinaribusq; detraxeris:oĩa illa,quę vetustas,q̃ Persę,quę Syri,quę reges oẽs,qui Europã Asiãq; tenuerũt,semper summa religione coluerũt,peruerteris!quę denic⁹ nostri maiores tã sancta duxerunt,vt cum refertã vrbẽ atq; Italiã fanorũ haberemus,tñ nostri imperatores maximis & periculosissimis bellis huic deę vota facerent,eaq; in ipso Pessimũte,ad illã ipsam principẽ aram, & in illo loco fanoq; persoluerẽt.Qđ cũ Deiotarus religione sua castissime tueret,quẽ vnũ habemus in orbe terrarũ fidelissimũ huic iperio atq; amãtissimũ nostri noĩs,Brogitaro,vt ante dixi,addictũ pecunia tradidisti.Atq; hũc tñ Deiotarũ sępe a senatu regali noĩe dignũ existimatũ,clarissimorũ imperatorũ testimoniis ornatũ,tu etiã regẽ appellari cũ Brogitaro iubes.Sed alter est Rex iudicio senatus per nos,pecunia Brogitarus p te appellat⁹.alterũ putabo regẽ,si habuerit,vnde tibi soluat,qđ ei per syngraphã credidisti.nã cũ multa regia sunt in Deiotaro, tum illa maxime,q̃ tibi nullũ munus dedit:q̃ eam partẽ legis tuę,quę congruebat cũ iudicio senatus,vt ipse Rex esset,nõ repudiauit:q̃ Pessimuntẽ per scelus a te violatũ,& sacerdote sacrisq; spoliatum recuperauit,vt in pristina religione seruaret: q̃ cerimonias ab omni vetustate acceptas,a Brogitaro polluí non sinit,mauultq; generũ suum munere tuo,q̃ illud fanũ antiquitate religionis carere.Sed vt ad hæc Aruspicũ responsa redeã, ex quibus est primũ de ludis: quis est,qui id non totũ in istius ludos prædictũ,& respõsum esse fateatur! Sequitur de locis sacris,religiosis.O impudentiã miram.de mea domo dicere audes!cõmitte vel cõsulibus, vel senatui,vel collegio pontificum tuã.At mea quidẽ his tribus omnib⁹ iudiciis,vt dixi antea, liberata est.At in his ædibus,quas tu Q.Syro Equite Ro.viro optimo per te apertissime interfecto tenes,sacellum dico fuisse,aras.tabulis hoc censorũ, memoria multorum firmabo,ac docebo.agat modo hęc res,q̃ ex eo S.C.qđ nuper est factũ,referri ad vos necesse est, habeo q̃ de locis religiosis velim dicere,cũ de domo tua dixero.in qua tñ ita est inędificatũ sacellum, vt alius fecerit,tibi tantũmodo sit demoliendũ.tum videbo num mihi necesse sit de aliis etiã aliqd dicere.putant eñ nõnulli ad me pertinere armamentariũ Tellurís aperire. nuper id patuisse dicunt,& ego recordor.nunc sanctissimã partẽ, ac sedẽ maximæ religionis priuato dicunt vestibulo contineri.multa me mouẽt:q̃ ædes Tellurís est curationis meę: q̃ is qui illud armentariũ sustulit,meã domum Pontificũ iudicio liberatam,secundũ fratrem suũ iudicatã esse dicebat.mouet me etiã in hac caritate annonę,sterilitate agrorum, inopia frugũ, religio Telluris,& eo magis,q̃ eodem ostento Telluri postulatio deberi dicitur. Vetera fortasse loquimur:q̃q̃ hoc si minus ciuili iure perscriptũ est,lege tamen naturę, cõmuni iure gentium sancitũ est,vt nihil mortales a diis immortalibus vsu capere possint. verũtamen antiqua neglegimus,etiam ne ea negligemus,quę fiũt maxime!quę videmus!L.Pisonem quis nescit his

Pessim⁹ domicilíũ matris deorũ.

Deiotarus.

Sacellum.

Armamẽtarium Telluris.

Postulatio.

Mortales a diis immortalibus nihil vsu capere debẽt.

ipſis tẽporibus maximũ & ſanctiſſimũ Dianę ſacellũ in Cœliculo ſuſtuliſſe! adſunt vicini eius loci, multi ſunt etiã in hoc ordine, qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello, ſtatuto loco anniuerſaria factitarint. & cõquirimus dii immortales q̃ loca deſiderẽt, quid ſignificent, de quo loquanť! A Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incẽſa, inędificata, oppreſſa, ſumma deniq; turpitudine eſſe fœdata neſcimus! tu meã domũ religioſam facere potuiſti! & qua mente! quã amiſeras. qua manu! qua diſturbaras. qua voce! qua incẽdi iuſſeras. qua lege! quã ne in illa quidem impunitate tua ſcripſeras. quo puluinari! qđ ſtupraras. quo ſimulacro! qđ ereptũ ex meretricis ſepulcro imperatoris monimẽto collocaras. Quid habet mea domus religioſi! niſi q̃ impuri & ſacrilegi parietem tangit! Itaq; ne quis meorũ imprudens introſpicere poſſit tuam domũ, ac te ſacra illa tua facientẽ videre, tollam altius tectum, nõ vt ego te deſpiciam, ſed tu ne aſpicias vrbem eã, quã delere voluiſti. Sed iam Aruſpicũ reliqua reſponſa videamus. Oratores, contra ius faſq; interfectos. quid eſt hoc! de Alexandrinis video eſſe ſermonẽ. quem ego non refuto. ſic em̃ ſentio, ius legatorũ cum hominũ prędidio munitũ ſit, tum etiam diuino iure eſſe vallatum. ſed quęro ab illo, qui oẽs iudices tribunus e carcere in forũ effudit, cuius arbitrio ficę oẽs nũc, atq; oĩa venena tractanť, qui cũ Hermacho Chio ſyngraphas fecit, ecquid ſciat vnum acerrimũ aduerſariũ Hermachi Theodoſiũ Legatũ ad ſenatũ a ciuitate libera miſſum fica percuſſum! qđ nõ minus q̃ de Alexãdrinis indignũ diis immortalib⁹ eſſe viſum certe ſcio. Nec cõfero nunc in te vnũ oĩa. ſpes maior eſſet ſalutis, ſi p̃ter te nemo eſſet impurus. plures ſunt. hoc & tu cõfidis magis, & nos prope iure diffidimus. quis Platonẽ ex Oreſtide, q̃ pars Macedonię libera eſt, hominẽ in illis locis clarũ, ac nobilẽ, legatum Theſſalonicã ad noſtrum (vt ſe ipſe appellauit) imperatorẽ veniſſe neſcit! quẽ ille propter pecuniã, quã ab eo extorquere nõ poterat, in vincula coniecit, & medicũ intromiſit ſuũ, qui legato, ſocio, amico, libero fœdiſſime & crudeliſſime venas inciderit. ſecures ſuas cruẽtari ſcelere noluit. nomẽ quidem populi Ro. tanto ſcelere contaminauit, vt id nulla re poſſit niſi ipſius ſupplicio expiari. Quales hũc carnifices putamus habere! q̃ etiã medicis ſuis nõ ad ſalutẽ, ſed ad necẽ vtať! Sed recitem⁹ qđ ſequať. Fidẽ & iuſiurandũ neglectũ. hoc quid ſit, per ſe ipſum nõ facile interp̃tor, ſed ex eo, qđ ſequiť, ſuſpicor de tuorũ iudicũ manifeſto periurio dici. qbus olim erepti eſſent nummi, niſi a ſenatu prędidiũ poſtulaſſent. quare autẽ de his dici ſuſpicer, hęc cauſa eſt, q̃ ſic ſtatuo: & illud in hac ciuitate eſſe maxime illuſtre, atq; ſigne periuriũ: & te ipſum tñ in periuriũ impune ab his qbuſcũ cõiuraſti, nõ vocari: & video in Aruſpicũ reſpõſis hęc eſſe ſubiũcta. Sacrificia vetuſta, occultaq; minus diligẽter facta, polluta q;. Aruſpices hęc loquunť! an patrii penateſq; dii! multi ſunt em̃ credo, in quos huius maleficii ſuſpitio cadat. quis p̃ter hunc vnũ! obſcure diciť, quę ſacra polluta ſunt! quid planius! quid graui⁹! quid religioſius dici poteſt! vetuſta, occultaq;. nego vlla verba Lentulũ grauem oratorẽ, ac diſertum ſępius, cũ te accuſaret, vſurpaſſe, q̃ hęc, q̃ nunc ex Hetruſcis libris in te cõuerſa atq; interpretata dicunť. Et em̃ qđ ſacrificiũ tam vetus eſt, q̃ hoc, qđ a regibus ęquale huic vrbi accepimus! qđ autẽ tam occultũ, q̃ id, qđ non ſolũ curioſos oculos excludit, ſed etiã errantes! quo nõ modo improbitas, ſed ne imprudẽtia quidẽ poſſit intrare! quod quidẽ ſacrificiũ nemo niſi P. Clodius omni memoria violauit, nemo vnq̃ adiit, nemo neglexit, nemo vir aſpicere nõ horruit: qđ fit p̃ virgines Veſtales, fit pro populo Ro. fit in ea domo, quę eſt in imperio, fit ĩcredibili cerimonia, fit ei deę, cuius ne nomen qdẽ viros ſcire fas eſt: quã iſte idcirco bonã ducit, q̃ in tãto ſibi ſcelere ignouerit. nõ ignouit, mihi crede: nõ. niſi forte tibi ignotũ putas, q̃ te iudices dimiſerũt excuſſum, & exhauſtũ, ſuo iudicio abſolutũ, oĩm cõdemnatũ. aut q̃ oculos, vt opinio illius religionis eſt, nõ perdidiſti. quis em̃ ante, ſacra illa vir ſciens viderat! vt quiſq̃ pœnã, quę ſequeretur iſſud ſcelus, ſcire poſſet! An tibi luminis obeſſet cęcitas plus, q̃ libidinis! ne id quidẽ ſentis, conniuentis illos oculos abaui tui magis optãdos fuiſſe, q̃ os flagrãtis ſororis! tibi vero ſi diligenter attenderis, intelliges hominũ pœnas deeſſe adhuc, non deorũ. homines te in re fœdiſſima defenderunt: hoĩes turpiſſimũ, nocentiſſimũq; laudarunt: hoĩes propter pecuniam iudicio liberauerũt: hoĩbus iniuria tui ſtupri illata, in ipſos, dolori non fuit: hoĩes tibi arma, alii in me, alii poſt in illũ inuictum ciuẽ dederunt: hominũ beneficia prorſus concedo tibi, ac maiora nõ eſſe quęrenda. A diis quidẽ immortalibus quę poteſt homini maior eſſe pœna, furore, atq; dementia! niſi forte in Tragœdiis, quos vulnere ac dolore corporis cruciari, ac cõſumi vides, grauiores deorum immortaliũ iras ſubire, q̃ illos, qui furentes inducuntur, putas. Non ſunt illi eiulatus & gemitus Philoctetę tã miſeri (q̃q̃ ſunt acerbi) q̃ illa exultatio Atha

Gentilitia ſacrificia anniuerſaria.

Sacrificiũ ęquale vrbi

Sacra Bonę Deæ.

Furor pœna maxima

Matricidę. mantis,& q̃ ſomniũ matricidarũ.tu cũ furiales in concionibus voces mittis,cũ domos ciuiũ euertis,cũ lapidibus optimos viros foro pellis, cũ ardẽtis faces in vicinorũ tecta iactas,cum ędes ſacras inflãmas,cũ ſeruos cõcitas,cũ ſacra ludoſq; conturbas,cũ vxorem ſororẽq; nõ diſcernis, cũ qđ ineas cubile nõ ſentis,cũ baccharis,cũ furis,tum das eas pœnas, quæ ſunt ſolæ

Corporis humani infirmitas. hominũ ſceleri a diis immortalibus conſtitutę.nam corporis quidẽ noſtri infirmitas multos ſubit caſus per ſe.deniq; ipſum corpus tenuiſſima ſępe de cauſa conficit. deorũ tela in impiorum mentibus figunt.quare miſerior es,cũ in oẽm fraudẽ raperis oculis, q̃ ſi omnino oculos nõ haberes.Sed quoniã de his oĩbus,quę Aruſpices omiſſa eſſe dicunt,ſatis eſt dictũ, videamus,quid iidẽ Aruſpices a diis iam immortalibus dicãt moneri. Monẽt,ne p optimatiũ diſcordiam,diſſenſionẽq;,patribus,principibuſq; cædes, periculaq; creentur, auxilioq; diminuti deficiant:quare ad vnũ imperiũ prouincię redeant,exercituſq; pulſus, diminutioq; accedat.

Addo de meo. Aruſpicũ verba ſunt hęc oĩa.nihil addo de meo. Quis igitur hãc optimatiũ diſcordiam molitur?idem iſte,nec vlla vi ingenii,aut conſilii ſui,ſed quodã errore noſtro:quẽ quidem ille,q; obſcurus nõ erat,facile perſpexit.hoc eñ etiã turpius afflictaŕ reſpublica,q; ne ab eo quidem vexaŕ,vt tanq̃ fortis in pugna vir,acceptis a forti aduerſario vulneribus aduerſis hoſtes cedere videant.Ti.Gracchus cõuellit ſtatũ ciuitatis,qua grauitate vir?qua eloquẽtia?qua dignitate?nihil vt a patris,auiq; Aphricani p̃ſtabili inſignique virtute, prætereq̃ q; a ſenatu deſciuerat,deflexiſſet.ſecutus eſt C.Gracchus,quo ingenio?quanta vi?quanta grauitate dicẽdi?vt dolerent boni oẽs,nõ illa tanta ornamẽta ad melioré mentẽ,voluntatẽq;,eſſe conuerſa.ipſe L.Saturninus ita fuit effrenatus,& pene demẽs,vt auctor eſſet egregius,& ad animos imperitorũ excitandos inflãmandoſq; perfectus.Nã quid ego de P. Sulpitio loquar?cuius tãta in dicẽdo grauitas,tanta iucũditas,tanta breuitas fuit,vt poſſet,vel vt prudentes errarent,vel vt boni minus bene ſentirent,perficere dicendo.Cũ his conflictari,& pro ſalute patrię quotidie dimicare,erat oĩno illis,qui tum rẽp.gubernabãt,moleſtũ.ſed habebat ea moleſtia quãdã tñ dignitatẽ.Hic vero,de quo ipe tã multa nũc dico,pro' dii immortales qd eſt?quid valet?qd affert?

Dii omen obruant. vt tãta ciuitas ſi cadet,qđ dii omen obruãt,a viro tñ tali cõfecta videaŕ.qui poſt patris mortẽ,primã illã ętatulã ſuã ad ſcurrarũ locupletũ libidines detulit.quorũ intẽperantia expleta,

Aetatula. in domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus. deinde iã robuſtus, puincię ſe ac rei militari dedit,atq; ibi piratarũ cõtumelias ppeſſus eſt,Cilicũ libidines Barbarorũq; ſatiauit.poſt ex

Germanitas. ercitu L.Luculli ſollicitato p nefandũ ſcelus fugit illinc,Romęq; recẽti aduẽtu ſuo cũ propinquis ſuis decidit,ne reos faceret:a Catilina pecuniã accepit,vt turpiſſime p̃uaricareŕ. inde cũ

Pręuaricari. Murena ſe in Galliã contulit,in qua prouincia mortuorũ teſtamenta conſcripſit,pupillos neciuit,nefarias cũ multis ſcelerum pactiones ſocietateſq; conflauit.inde vt rediit, Quęſturam illam maxime fœcundã,vberẽq; ea tẽpeſtate,in totũ ad ſe ita redegit,vt homo popularis fraudaret improbiſſime populũ,idẽq; vir clemẽs diuiſores oĩm tribuũ domi ipſe ſuę crudeliſſima morte mactaret.Exorta eſt illa reip.ſacris,religionib⁹,auctoritati veſtræ,iudiciis publicis funeſta Quęſtura:in qua idẽ iſte deos,hominesq;,pudorẽ,pudicitiã,Senatus auctoritatem,ius,

✶ fas,leges,iudicia,violauit.Atq; hic ei gradus(o miſera tempora,ſtultaſq; noſtras diſcordias) P.Clodio gradus ad rẽpu.hic primus eſt aditus ad popularẽ iactationẽ atq; aſcenſus. Nã Ti. Graccho inuidia Numãtini fœderis,cui feriẽdo Quęſtor C.Mancini Conſ.cũ eſſet,interfuerat,& in eo fœdere improbãdo ſenatus ſeueritas dolori,& timori fuit: iſtaq; res illũ fortẽ & clarũ virũ a grauitate patrũ deſciſcere coegit. C.autẽ Gracchũ mors fraterna,pietas, dolor, magnitudo animi,ad expetendas domeſtici ſanguinis pœnas excitauit. Saturninũ,q; in annonę caritate Quęſtorẽ a ſua frumentaria procuratione ſenatus amouit,eiq; rei M.Scaurũ præfecit,ſcimus,dolore factũ eſſe popularẽ.Sulpitiũ ab optima cauſa profectũ,C.q; Thuſcio conſulatum cõtra leges petenti,reſiſtentẽ, longius q̃ voluit popularis aura prouexit.Fuit in his

Nulla iuſta cauſa eſſe poteſt male de rep. merenti. oĩbus cauſa, etſi non iuſta(nulla eñ poteſt cuiq̃ male de rep.merenti iuſta eſſe cauſa) grauis tamen,& cũ aliquo animi & iuris dolore coniuncta.P.Clodius a coma,a mitra, a muliebrib⁹ ſoleis,purpureiſq; faſciolis,a ſtrophio,a pſaltrio,a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popularis.niſi eum mulieres exornatum ita deprehendiſſent: niſi ex eo loco,quo eũ adire fas non fuerat,ancillarũ beneficio emiſſus eſſet:populari homine populus Ro. reſpublica ciue tali careret.Hãc ob amentiã in diſcordiis noſtris,de quib⁹ ipſis,his prodigiis recẽtibus a diis imor

Soleæ. Strophiũ. Pſaltriũ. talibus admonemur,arrept⁹ eſt,vn⁹ ex patriciis,cui tri.pl.fieri nõ liceret.qđ anno ante frater Metellus,& concors etiã tũ ſenatus principi Gn.Põpeio ſentẽtiã dicẽti,excluſerat, acerrimeq;

vna voce ac mente reſtiterat, id poſt diſſidiũ optimatiũ, de quo ipſo nunc monemur, ita perturbatũ itaq; permutatũ eſt: vt qđ frater cõſul ne fieret obſtiterat: qđ affinis, & ſodalis clariſſimus vir, qui illũ reũ non laudarat, excluſerat: id is conſul efficeret in diſcordiis principum, qui illi vnus inimiciſſimus eſſe debuerat: & eo feciſſe auctore ſe diceret, cuius auctoritatis ne minẽ poſſet pœnitere. iniecta eſt fax fœda, ac luctuoſa reipublicę, petita eſt auctoritas veſtra, grauitas ampliſſimorũ ordinũ, conſenſio bonorũ omniũ, totus denięp ciuitatis ſtatus. hęc eñ certe petebant, cum in me cognitorẽ harũ omniũ rerũ, illa flamma illorũ temporũ coniiciebatur. excepi, & pro patria ſolus exarſi. ſic tñ, vt vos iiſdem ignibus circũſepti, me primũ ictũ pro vobis, & fumantẽ videretis. non ſedabant diſcordię, ſed etiã creſcebat in eos odiũ, a quibus defendi putabamur. ecce iiſdẽ auctoribus, Pompeio principe, qui cupientẽ Italiam, populum Ro. deſiderantẽ, flagitantes vos, non auctoritate ſua ſolũ, ſed etiã precibus ad meam ſalutem excitauit, reſtituti ſumus. ſit diſcordiarũ finis aliquãdo, a diuturnis diſſenſionibus cõquieſcamus. non ſinit eadẽ iſta labes: ea facit conciones, ea miſcet, ea turbat, vt modo vendat illis: nec tñ ita, vt ſe quiſq̃, ſi ab iſto laudatus ſit, laudatũ putet: ſed vt eos, quos nõ amant, ab eodem gaudeant vituperari. Atq; ego hunc nõ miror. quid eñ faciat! at illos hoĩes ſapientiſſimos, grauiſſimoſq; miror. primũ q̃ quẽq̃ clarũ hominẽ, atq; optime de republica meritũ impuriſſimi voce hoĩs violari facile patiunt. deinde q̃ exiſtimant perditi hoĩs profligatiq; maledictis poſſe id qđ minime conducit ipſis, cuiuſq̃ gloriã dignitatẽq; violari. poſtremo q̃ non ſentiunt id, qđ tñ mihi iam ſuſpicari vident, illius furentes, ac violentos impetus in ſe ipſos poſſe conuerti. atq; ex hac nimia nonnullorũ alienatione, & quibuſdã hęrentia tela in republica, quę q̃diu hęrebant in vno me, grauiter equidem, ſed aliquanto leuius ferebam. An iſte, niſi primo ſe dediſſet iis, quorũ aĩos a veſtra auctoritate ſeiũctos eſſe arbitrabamur: niſi eos in cęlum ſuis laudib⁹ pręclarus auctor extolleret: niſi exercitũ C. Cęſaris, in quo fallebat multos, ſed eũ nemo redarguebat: niſi eum inquã exercitũ ſignis infeſtis in curiã ſe immiſſurum minitaret: niſi Cn. Pompeio adiutore, M. Craſſo auctore, quę faciebat, facere clamaret: niſi conſules cauſam coniunxiſſe ſecũ, in quo vno non mentiebat, cõfirmaret: tam crudelis mei, tã ſceleratus reipublicę vexator eſſe potuiſſet! Idẽ poſteaq̃ reſpirare vos a metu cędis, emergere auctoritatem veſtrã a fluctibus illis ſeruitutis, reuiuiſcere memoriã ac deſideriũ mei vidit, vobis ſe cœpit ſubito fallaciſſime venditare. tum leges Iulias cõtra auſpicia latas, & hic, & in cõcionibus dicere: in quib⁹ legibus inerat Curiata illa lex, quæ totũ eius Tribunatũ cõtinebat, quã cęcus amentia non videbat. producebat fortiſſimũ virũ M. Bibulum: quærebat ex eo, C. Cęſare leges ferẽte de cælo ſemp ne ſeruaſſet! ſemp ſe ille ſeruaſſe dicebat. augures interrogabat, q̃ ita lata eſſent, recte ne lata eſſent! illi vitio lata eſſe dicebãt. ferebãt in oculis hoĩem qdã boni viri, & de me optime meriti, ſed illi⁹, vt ego arbitror, furoris ignari. lõgi⁹ pceſſit. in ipm Cn. Pompeiũ auctorẽ, vt prędicare eſt ſolitus, conſiliorũ ſuorũ inuehi cœpit. iniebat gratiam a nonnullis. tum vero eſt ratus, ſe poſſe, quoniã togatum domeſtici belli extinctorem nefario ſcelere fœdaſſet, illum etiã, illum externorũ bellorum, hoſtiumq; victorẽ affligere. tum eſt illa in templo Caſtoris ſcelerata & pene deletrix huius imperii ſica deprehẽſa. tum ille, cui nulla hoſtium diutius vrbs vnq̃ fuit clauſa, qui oẽs anguſtias, omnis altitudines, omniũ obiecta tela, ſemper vi & virtute perfregit, obſeſſus ipſe eſt domi, meq; nonnulla imperitorũ vituperatione, timiditatis meę, conſilio, & facto ſuo liberauit. Nam ſi Cn. Pompeio viro vni omniũ fortiſſimo, quicũq; nati ſunt, miſerrimum magis fuit, q̃ turpe, q̃diu ille tribunus ple. fuit, lucem non aſpicere, carere publico, minas eius perferre: cũ in concionibus diceret, velle ſe in Carinis ędificare alteram porticũ, quę palatio reſponderet: certe mihi exire domo mea ad priuatum dolorem fuit luctuoſum: ad rationẽ reipublicę, glorioſum. Videtis igitur hominẽ per ſe ipſum iampridẽ afflictum, ac iacentẽ, perniciofis optimatiũ diſcordiis excitari. cuius initia furoris, diſſenſionibus eorũ, qui tum a vobis ſeiuncti videbant, ſuſtentata ſunt. reliqua iam pręcipitantis tribunatus, etiã poſt tribunatũ obtrectatores eorũ, atq; aduerſarii defenderunt, ne a republica reip. peſtis remoueretur. reſtiterunt etiã, ne meam cauſam diceret, etiã ne priuatus eſſet. etiam in ſenatu atq; in delitiis quidã optimi viri viperam illam venenatã ac peſtiferam habere potuerunt! quo tandẽ decepti munere! volo inquiunt eſſe, qui in concione detrahat de Põpeio. detrahat ille vituperãdo! velim ſic hoc vir ſummus, ac de mea ſalute optime meritus accipiat, vt a me dicit. dicã certe qđ ſentio. mihi mediuſſidius tum de illius ampliſſima dignitate detrahere, cũ maximis laudibus efferebat, videbat. vtrũ tandẽ C. Marius ſplen

Iníbat gratiam a nonnullis.

Miſerrimũ magis q̃ turpe.

dídíor,cũ eũ C.Glaucía laudabat:an cũ eũdẽ íratus poſtea vítuperabat:an ílle demẽs,& íam prídẽ ad pœnã,exitíũq; p̃ceps,fœdior,atq; ínquínatíor ín Cn. Põpeío accuſando, q̃ vníuerſo ſenatu vítuperãdo fuit:qđ quídẽ míror,cũ alterũ gratũ ſit íratís,alterũ eſſe tã bonís cíuíbus nõ acerbũ.Sed ne íd víros optímos díutíus delectet,legãt hãc eíus cõcíonẽ,de qua loquor,ín qua Põpeíũ ornat,an potíus deformat:certe laudat. & vnũ eſſe ín hac cíuítate dígnũ huíus ímperíí dícít,& ſígnífícat ſe íllí amícíſſímũ eſſe,& reconcílíatíonẽ eſſe gratíę factã.qđ ego q̃q̃ quíd ſít,neſcío:tñ hoc ſtatuo,hũc ſí amícus eſſet Põpeío,laudaturũ íllũ nõ fuíſſe. quíd em̃, ſí ílli certe ínímícíſſímus eſſet,amplíus ad eí⁹ laudẽ mínuendã facere potuíſſet:Vídeãt íí,quí íllum Cn.Põpeío ínímícũ eſſe gaudebãt,ob eãq; cauſam ín tot tãtíſq; ſcelerib⁹ cõníuebãt,& nõ nunq̃ eí⁹ índomítos atq; effrenatos furores plauſu etíã ſuo pſequebant̃,q̃ ſe cíto ínuer̃ent. nunc em̃ íã laudat íllũ:ín eos ínuehít̃,quib⁹ ſe antea vẽditabat.quíd exíſtímatís eũ,ſí redít⁹ eí gratíę patuerít,eſſe facturũ:quí tã líbẽter ín opínionẽ gratíę írrepat:! Quas ego alías oprímatíũ díſcordías a díís ímmortalíbus definírí putẽ:nã hoc quídẽ verbo neq; P.Clodíus,neq; q̃ſq̃ de gregalíbus eí⁹,aut de cõſílíaríís deſígnat̃.habẽt Hetruſcí líbrí certa noía,q̃ ín íd gen⁹ cíuíũ cadere poſſunt.deteríores,repulſos(qđ íã audíetís)hos appellãt,quorum & mẽtes & res ſunt perdítę,lõgeq; a cõmunì ſalute díſiũctę.Quare cũ díí ímortales monẽt de optímatíũ díſcordíís,de clarıſſímorũ & optíme merítorũ cíuíũ díſſenſíone p̃díc̃t: cũ príncípíb⁹ perículũ, cędẽq; portẽdunt,ín tuto collocãt Clodíũ,quí tantũ abeſt a prínícípíb⁹,quantũ a purís, quantum a religíoſís.vobís o clarıſſímí atq; optímí cíues,& veſtrę ſalutí cõſulendũ,& proſpícíẽdũ vídẽt.cędes prínícípũ oſtendít̃:íd qđ ínteritũ optímatíũ ſequí neceſſe eſt,adíungít̃:etíam ne ín vnius ímperíũ res decídat,admonemur. ad quem metum ſí deorum monítís nõ duceremur, tñ ípſí noſtro ſenſu,cõíecturaq; raperemur.Neq;.n.vllus alíus díſcordíarũ ſolet eſſe exítus ín ter claros & potẽtes víros,níſí aut vníuerſus ítęritus,aut vícťoris dñatus,aut regnũ. Díſſenſit cũ Marío clarıſſímo cíue,cõſul nobílıſſímus & fortıſſím⁹ L.Sylla.hoꝝ vterq; íta cecídít víctus,vt victor ídẽ regnauerít.cũ Octauío Collega Cínna díſſenſit.vtríſq; horũ ſecũda fortuna regnũ eſt largíta,aduerſa mortẽ.ídẽ ítęrũ Sylla ſuperauít.tũ ſine dubío habuít regalẽ poteſtatẽ,q̃q̃ rẽp.recuperauít.Ineſt hoc tẽpore haud obſcurũ odíũ,atq; íd íſítũ penít⁹,& inuſtũ animís hoím amplıſſímorũ:díſſídẽt prínícípes,captaṫ occaſío:q nõ tantũ opíbus valẽt, neſcío quã fortunã tñ ac tẽpus expectãt:q ſine cõtrouerſía plus poſſunt,hí fortaſſe nõnunq̃ cõſílía, ac ſentẽtías ínímícorũ ſuorũ extímeſcunt.Tollaṫ e cíuítate díſcordía:íã oẽs íſtí q portẽdunt̃ metus,extínguent̃:íã íſta ſerpẽs,q̃ tum híc delíteſcít,tũ ſe emergít,& ferṫ ílluc,cõpreſſa, atq; íllíſa morıet̃.Monẽt.n.íídẽ ne occultís cõſílíís reſp.lędaṫ.quę ſunt occultíora:q̃ eí⁹ q auſus ín cõcíone eſt dícere,íuſtítíũ edící oportere,íuríſdíctíonẽ ínterműtí,claudí ęrarıũ,íudícía tollí: níſí forte exíſtímatís hãc tantã colluuíonẽ íllí,tantãq; euerſíonẽ cíuítatís,ín mentẽ ſubíto ín roſtrís nec cogítãtí venıre potuíſſe.eſt quídẽ ílle plenus vínì,ſtuprí,ſomnì,plenuſq; íncõſíderatıſſímę ac demẽtıſſímę temerítatís.verũtamẽ nocturnís vígílíís,& coactíone hoím,íuſtítíũ íllud cõceptũ ac medítatũ eſt.Memẽtote P.C.verbo íllo nefarío tẽtatas aures veſtras:& pernícíoſam víã,audíẽdí cõſuetudíne eſſe munítã.Sequít̃ íllud, ne deterıorib⁹ repulſíſq; honos augeaṫ.Repulſos vídeam⁹.nã deteríores q ſínt,poſt docebo.ſed tñ ín eũ cadere hoc verbũ maxíme,quí ſít vnus oím mortalíũ ſíne vlla dubítatíone deterrímus, concedẽdũ eſt. quí ſunt ígít repulſí:nõ vt opínor íí,quí alíquãdo honorẽ vítío cíuítatís,nõ ſuo,nõ ſunt aſſecutí. nam íd quídẽ multís ſępe optímís cíuíbus,atq; honeſtıſſímís vírís accídít.repulſí ſunt íí,quos ad oía progredíẽtes,quos munera cõtra leges gladíatorıa parãtes,quos apertıſſíme largíẽtes, nõ ſolum alíení,ſed etíã ſuí,vícíní,Tríbules,vrbaní,ruſtící,repulerũt.hí ne honore augeant̃,monemur.Debet eſſe gratũ,qđ p̃díc̃unt.ſed tñ huíc malo populus Ro.ípſe, nullo Aruſpícũ admonítu ſua ſpõte proſpexít.Deteríores cauete.quorũ quídẽ eſt magna natío,ſed tñ eorũ omnıũ híc dux eſt,atq; prínceps. Etem̃ ſí hominẽ deterrímũ poeta p̃ſtantí alíquís íngenío fíctís conquíſítíſq; vítíís deformatũ vellet índucere,nullũ profecto dedecus reperíre poſſet, qđ ín hoc nõ ineſſet,multaq; ín eo penítus defíxa,atq; hęrẽtía pręteríret.parẽtíbus,& díís ímortalíbus, & patrię nos prímũ natura cõcílíat:eodẽ em̃ tẽpore ſuſcípímur ín lucẽ,& hoc cæleſtí ſpírítu augemur,& certã ín ſedem cíuítatís,ac líbertatís aſcrıbímur.íſte parentũ nomẽ,ſacra, memorıam,gentẽ,Fonteíano nomíne obruít.deorũ ígnís,ſolennes menſas,abdítos ac penetrales focos,occulta,& marıbus nõ ínuíſa ſolũ,ſed etíã ínaudíta ſacra ínexpíabílí ſcelere peruertít:ídẽ q̃ earum templũ ínflãmauít dearũ,quarũ opę etíam alíís íncendíís ſubuenít̃. Quíd de patría

Dignus ím perıí.

Cõníuere.

Emergít ſe.

Iuſtítíum.

Repulſí q ſínt.

Clodíí vítía.

Penetrales focí.

loquar? qui primũ eũ ciuem vi, ferro, periculis, vrbe, oĩbus patrię pręſidiis depulit, quem vos patrię cõſeruatorẽ eſſe ſępiſſime iudicaueritis: deinde euerſo ſenatus, vt ego ſemp dixi, comite, duce, vt ille dicebat, ſenatũ ipſum principẽ ſalutis, mẽtiſq; publicę, vi, cęde, incendiiſq; peruertit: ſuſtulit duas leges Heliã & Fuſiã maxime reip. ſalutares, cenſurã extinxit, ĩterceſſionẽ remouit, auſpicia deleuit, cõſules ſceleris ſui ſocios ęrario, prouinciis, exercitu armauit: reges qui erant, vẽdidit: qui nõ erant, appellauit: Cn. Pompeiũ vi, ferro, domũ cõpulit: imperatorũ monimẽta euertit, inimicorũ domos diſturbauit, veſtris monimẽtis nomen ſuũ inſcripſit. infinita ſunt ſcelera, quę ab illo in patriã ſunt edita, quęq; ĩ ſingulos ciues, quos necauit: ſocios, quos diripuit: Imperatores, quos pdidit: exercitus, quos tẽtauit. Quæ vero ea, & quãta ſunt, quę in ſe ipſum ſcelera, quę in ſuos edidit? quis minus vnq̃ pepercit hoſtũ caſtris, q̃ ille oĩb⁹ corporis ſui partibus? q̃ nauis vnq̃ in flumine publico tã vulgata oĩbus, q̃ iſtius ætas fuit? qs vnq̃ nepos tã libere eſt cũ ſcortis, q̃ hic cũ ſororib⁹ volutat⁹? quã deniq; tã ĩmanẽ Charybdin poetę fingẽdo exprimere potuerũt, quę rantos exhaurire gurgites poſſet, quãtas iſte Byzantiorum, Brogitarorũq; prędas exorbuit? aut tã eminẽtibus canibus Scyllã, tãq; ieiunis, q̃ qb⁹ iſtũ videtis Gelliis, Clodiis, Titiis roſtra ipſa mandentẽ? Quare id qđ extremũ eſt in Aruſpicum reſpõſis: prouidete, ne reip. ſtatus cõmutet. etenim, vix hęc, ſi vndiq; fulciamus, iã labefacta, vix inquã innixa in oĩm noſtrũ humeris cohęrebũt. Fuit quondã ita firma hęc ciuitas, & valens, vt negligentiã ſenatus, vel etiã iniurias ciuiũ ferre poſſet. iam nõ poteſt. ęrariũ nullũ eſt: vectigalibus non fruunt, qui redemerũt: auctoritas principũ cecidit: cõſenſus ordinum eſt diuulſus: iudicia perierũt: ſuffragia diſtricta tenent a paucis: bonorũ animus ad nutũ noſtri ordinis expeditus iã nõ erit: ciuẽ qui ſe pro patrię ſalute opponat inuidię, fruſtra poſthac requiretis. Quare hunc ſtatũ, qui nũc eſt, qualiſcũq; eſt, nulla alia re, niſi cõcordia retinere poſſumus. nã vt meliore ſimus loco, ne optandũ quidẽ eſt illo impunito, deteriore aũt ſtatu vt ſimus, vn⁹ eſt inferior gradus, aut ĩteritus, aut ſeruitutis. quo ne trudamur, dii ĩmortales nos admonẽt, qm̃ iãpridẽ humana cõſilia ceciderũt. Atq; ego hanc orationẽ P. C. tã triſtẽ, tã grauẽ, nõ ſuſcepiſſem: nõ inquã, niſi hãc pſonã, & has ptes honorib⁹ populi Ro. veſtris plurimis ornamẽtis mihi tributis deberẽ, & poſſem ſuſtinere. ſed tñ facile tacẽtib⁹ cęteris reticuiſſẽ. ſed hęc oratio oĩs fuit nõ auctoritatis meę, ſed publicę religionis. mea fuerũt verba fortaſſe plura. ſentẽtię quidẽ oẽs Aruſpicũ. ad quos aut referri nũciata oſtẽta nõ cõuenit, aut eorũ reſpõſis cõmoueri neceſſe eſt. Q; ſi cętera magis peruulgata nos ſępe & leuiora mouerũt, vox ipſa deorũ immortaliũ nõ mẽtes oĩm permouebit? nolite eĩm id putare accidere poſſe, qđ in fabulis ſępe videtis fieri, vt deus aliqs lapſus de cælo cœtus hoĩm adeat, verſet in terris, cũ hominibus colloquat. cogitate genus ſonitus ei⁹, quẽ Latiniẽſes nũciarunt: recordamini illud etiã qđ nondũ eſt relatũ, q; eodẽ fere tẽpore factus in agro Piceno Potentię nunciat, terræmotus horribilis, cũ quibuſdã multis metuẽdiſq; rebus. hęc eadẽ profecto, quę futura proſpicimus, impẽdentia pertimeſcetis. Etem̃ hęc deorũ immortaliũ vox, hęc pene oratio iudicãda eſt, cũ ipſe mundus, cũ agri, terrę motu quodã nouo contremiſcũt, & inuſitato aliquid ſono increbilię; prędicunt. in quo cõſtituẽdę nobis ſunt quidẽ procurationes, & obſecratio, quẽadmodũ monemur. ſed faciles ſunt preces apud eos, qui vltro nobis viã ſalutis oſtendũt. noſtræ nobis ſunt inter nos irę, diſcordięq; placandę.

Charybdis

Scylla.

Latiniẽſes. Potentia.

Deorũ vox terræmot⁹ atq; inuſitati ſoni.

PRO CN. PLANCIO. ORATIO. XXXII.

VM propter egregiam & ſingularem Cn. Plancii Iud. in mea ſalute cuſtodienda fidẽ, tam multos, & bonos viros eius honori viderem eſſe fautores, capiebã animo nõ mediocrẽ voluptatem, q; cuius officium mihi ſaluti fuiſſet, ei meorũ temporũ memoriã ſuffragari videbã. cum autẽ audirẽ meos partim inimicos, partim inuidos, huic accuſationi eſſe fauturos, eandẽq; rẽ aduerſariã eſſe in iudicio Cn. Plancio, quę in petitione fuiſſet adiutrix: dolebã Iudices, & acerbe ferebã, ſi huius ſalus ob eã ipſam cauſam eſſet infeſtior, q; is meã ſalutem atq; vitã ſua beneuolẽtia, pręſidio, cuſtodiaq; texiſſet. Nũc autẽ veſter Iud. cõſpectus, & cõſeſſus iſte, reficit & recreat mentẽ meã, cum intueor, & cõtemplor vnũquẽq; veſtrum. video eĩm hoc in numero neminẽ, cui mea ſalus chara nõ fuerit, cuius nõ extet in me ſuũ meritũ, cui nõ ſim obſtrictus memoria beneficii

Fauturus. Aduerſaria res.

ſempiterna.Itaq; non extimeſco,ne Cn. Plancio cuſtodia meę ſalutis apud eos obſit,qui me ipſum maxime ſaluum videre voluerunt:ſępiuſq; Iudices mihi venit in mẽtẽ,admirandũ eſſe M.Laterenſem hominẽ ſtudioſiſſimũ,& diligẽtiſſimũ ſalutis meę,reũ hunc potiſſimũ ſibi dele giſſe:q̃ metuendũ,ne vobis id ille magna ratione feciſſe videat.q̃q̃ mihi non ſumo tantũ Iudices,neq; arrogo,vt Cn.Planciũ ſuis erga me meritis impunitatẽ cõſecuturũ putẽ. niſi eius integerrimã vitã,modeſtiſſimos mores,ſummã fidẽ,cõtinentiã,pietatẽ, innocentiã oſtẽdero, nihil de pœna recuſabo.ſin oĩa prętitero,quę ſunt a bonis viris expetẽda, petã Iud. a vobis, vt cuius miſericordia ſalus mea cuſtodita ſit,ei vos veſtrã miſericordiã me deprecãte tribua tis.Equidẽ ad reliquos labores,quos in hac cauſa maiores ſuſcipio,q̃ in cęteris, etiã hãc mo leſtiam aſſumo,q; mihi nõ ſolũ pro Cn.Plãcio dicendũ eſt,cuius ego ſalutẽ non ſecus ac meã tueri debeo,ſed etiam pro me ipſo,de quo accuſatores plura pene q̃ de re reoq; dixerunt.q̃q̃ Iud.ſi quid eſt in me ipſo ita reprehenſum,vt id ab hoc alienũ ſit, non me id magnopere con turbet.non em̃ timeo,ne quia perraro grati hoĩes reperiant,idcirco,cũ me nimiũ gratum illi eſſe dicant,id mihi criminoſum eſſe poſſit.quę vero ita ſunt agitata ab illis, vt aut merita Cn.Plancii erga me minora eſſe dicerent,q̃ a me ipſo prędicarent:aut ſi eſſent ſumma, negarent ea tñ ita magni,vt ego putarẽ,ponderis apud vos eſſe debere: hæc mihi ſunt tractanda Iud.& modice,ne quid ipſe offendã,& tum deniq;,cũ reſpondero criminibus:ne non tã innocentia reus ſua,q̃ recordatione meorũ temporũ defenſus eſſe videat.Sed mihi in cauſa facili, atq; explicata perdifficilis Iud.& lubrica defenſionis ratio ꝓponit.nã ſi tantũmodo mihi neceſſe eſſet cõtra Laterẽſem dicere,tñ id ipſum eſſet ĩ tãto vſu noſtro,tãtaq; amicitia moleſtũ.

Amicitiæ lex. vetus em̃ eſt lex illa iuſtę,vereq; amicitię,quę mihi cũ illo iãdiu eſt,vt idẽ amici ſemp velint: neq; eſt vllum certius amicitię vinculũ,q̃ conſenſus & ſocietas conſiliorũ,& voluntatum.mi

Amicitię vinculum. hi autem non id eſt in hac re moleſtiſſimũ,contra illũ dicere:ſed multo id magis,q; in ea cauſa contradicendũ eſt,in qua quędã hominũ ipſorum videt facienda eſſe contentio. quęrit em̃ Laterenſis,atq; hoc vno maxime vrget,qua ſe virtute,qua laude Plancius, qua dignitate ſuperarit?Ita ſi cedo illius ornamẽtis,quę multa & magna ſunt,non ſolũ huius dignitatis iactura facienda eſt,ſed etiã largitionis recipienda ſuſpitio eſt.ſin hunc illi antepono,cõtumelioſa

Flagitat me id. habenda eſt oratio,& dicendũ eſt,id qđ ille me flagitat,Laterenſem a Plãcio dignitate eſſe ſuperatum.Ita aut amiciſſimi hoĩs exiſtimatio offendẽda eſt,ſi illã accuſationis conditionẽ ſequar:aut optime de me meriti ſalus deſerenda eſt.Sed ego Laterẽſis cęcũ me,& pręcipitẽ ferri confitear in cauſa,ſi te aut a Plancio, aut ab vllo dignitate potuiſſe ſuperari dixero. Itaq; diſcedã ab ea contẽtione,ad quã tu me vocas: & veniam ad illã, ad quã me cauſa ipſa deducit.Quid?tu ne inanẽ dignitatis iudicẽ putas eſſe populũ?fortaſſe nõnunq̃ eſt.vtinã vero ſemper eſſet.ſed eſt perraro: & ſiquãdo eſt,in iis magiſtratibus eſt mãdandis, quibus ſalutẽ ſuam cõmitti putat.his leuioribus comitiis,diligẽtia & gratia petitorũ honos paritur, nõ iis ornamentis q̃ eſſe in te videmus. nam qđ ad populum pertinet, ſemper dignitatis iniquus iudex eſt,qui aut inuidet,aut fauet.q̃q̃ nihil potes in te Laterenſis conſtituere,qđ ſit propriũ laudis tuę,quin id tibi ſit cõmune cũ Plancio.ſed hoc totũ ageť alio loco.nunc tantũ diſputo de iure populi,qui & poteſt,& ſolet nõnunq̃ dignos prętirire.nec ſi a populo ꝓteritus eſt, quẽ nõ oportuit:a iudicibus condẽnandus eſt,qui ꝓteritus nõ eſt.Nã ſi ita eſſet, qđ patres apud maiores noſtros tenere nõ potuerũt,vt reprehenſores eſſent comitiorũ, id haberent Iudices,vel qđ multo etiã minus eſt ferendũ.tum em̃ magiſtratũ nõ gerebat is, qui ceperat, ſi patres auctores nõ erant facti.nunc poſtulať a vobis,vt eius exilio, qui creatus ſit, iudiciũ populi Ro. reprehendatis.Itaq;,q̃q̃ qua nolui ianua ſim ingreſſus in cauſam,ſperare videor, tantũ abfuturam eſſe orationẽ meã a minima ſuſpitione offenſionis tuę,te vt potius obiurgẽ,q; iniquũ in diſcrimen adducas dignitatẽ tuã,q̃ vt ego eã vlla contumelia coner attingere.Tu continẽtiã,tu induſtriã,tu animũ in rẽp.tu virtutẽ,tu innocẽtiã,tu fidẽ,tu labores tuos,q; ædilis nõ ſis factus,fractos eſſe,& abiectos,& repudiatos putas?vide tandẽ Laterenſis quantũ a te diſſentiam:ſi mediuſfidius decẽ ſoli eſſent in ciuitate viri boni,ſapiẽtes,iuſti,graues, qui te ĩdignũ

Populi iudicium. ędilitate iudicauiſſent,grauius de te iudicatũ putarẽ,q̃ eſt hoc,qđ tu metuis ne a populo iudicatũ eſſe videat.non em̃ comitiis iudicat ſemp populus,ſed mouet plerũq; gratia,cedit pẽ

In vulgo nõ eſt conſilium. bus,facit eos,a qbus eſt maxime ambitus:deniq; ſi iudicat,nõ delectu aliquo,aut ſapiẽtia ducit ad iudicãdũ,ſed impetu nõnũq̃,& quadã etiã temeritate.non eſt em̃ cõſiliũ in vulgo, non ratio,nõ diſcrimen,nõ diligẽtia:ſemperq; ſapiẽtes, ea q̃ populus feciſſet, ferenda,non ſemper

laudãda duxerũt. Quare cũ te ædilẽ fieri oportuisse dicis, ppli culpã, nõ cõpetitoris accusas. At fueris dignior q̃ Plãcius: de quo ita tecũ cõtendam paulopost, vt cõseruẽ dignitatẽ tuã. sed vt fueris dignior, nõ cõpetitor, a quo es victus, sed populus, a quo es præteritus, in culpa est. In quo primũ illud debes putare, comitiis, pstim ædilitiis, studiũ esse populi, nõ iudiciũ. eblãdita illa, nõ enucleata eẽ suffragia. eos q suffragiũ ferãt, qd denicp ipsi debeãt cõsiderare sæpius, q̃ qd cuicp a Rep. videat deberi. sin aũt mauis esse iudiciũ, nõ tibi id rescindendũ est, sed ferẽdũ. male iudicauit populus. at iudicauit, nõ debuit. at potuit, nõ fero. at multi clarissimi & sapiẽtissimi ciues tulerũt. est em̃ cõditio liberorũ populorũ, prẽcipuecp huius principis populi, & omniũ gentiũ domini, atcp victoris, posse suffragiis vel dare, vel detrahere qd velit cuicp. nostrũ aũt est, q in hac tẽpestate populi iactemur, ac fluctibus, ferre modice populi volũtates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: honores si magni nõ putemus, nõ seruire populo. sin eos expetimus, nõ defatigari supplicãdo. Venio nũc ad ipsius populi partes, vt illius cõtra te oratione potius q̃ mea disputẽ. q si tecũ cõgrediat, & si vna voce loqui possit, hęc dicat. Ego tibi Laterensis Plãciũ nõ anteposui: sed cũ essetis æque boni viri, meũ beneficiũ potius ad eũ detuli, q a me cõtenderat, q̃ ad eum, q mihi nõ nimis submisse supplicarat. Respõdebis credo, te splẽdore & vetustate familię fretũ, non valde ambiendũ putasse. At vero te ille ad sua instituta, suorũcp maiorũ exempla reuocabit. semper se dicet rogari voluisse, semper placuisse: M. Seiũ, q ne equestrẽ qdẽ splendorẽ incolumẽ a calamitate iudicii retinere potuisset, homini nobilissimo, innocentissimo, eloquentissimo, M. Pisoni prætulisse: pręposuisse se Q. Catulo in summa familia nato sapientissimo & sanctissimo viro, nõ dico C. Serenũ subtilissimũ hominẽ (fuit em̃ & animi satis magni, & cõsilii) sed Cn. Manliũ nõ solũ ignobilẽ, verũ sine virtute, sine ingenio, vita etiã cõtempta ac sordida. Desiderarũt te, inquit, oculi mei, cũ tu esses Cyrenis: me em̃ q̃ socios tua frui virtute malebam: & quo plus intererat, eo plus aberat a me. certe nõ videbã. deinde sitientẽ me virtutis tuæ deseruisti, ac de reliquisti. cœperas em̃ petere tribunatũ plebis tẽporib⁹ his, quę istã eloquẽtiã & virtutem requirebãt. quã petitionẽ cũ reliquisses, si hoc iudicasti, tãta in tẽpestate te gubernare nõ posse, de virtute tua dubitaui: si nolle, de volũtate. sin, qd magis intelligo, temporibus te aliis reseruasti, ego quocp inquã & Resp. ad ea te tẽpora reuocaui, ad quæ tu te ipse seruaras. pete igit eum magistratũ in quo mihi magnæ vtilitati esse possis. ædiles qcunc erũt, idẽ mihi, quod ostẽderas. aut si qd mea minus interest, id te magis forte delectat, reddã tibi istã ędilitatẽ etiã negligenter petẽti. sed amplissimos honores vt pro dignitate tua cõsequare, cõdiscas censeo mihi paulo, ante diligẽtius supplicare. Hęc populi oratio est. Mea vero Laterensis hęc, quare victus sis, nõ debere iudicẽ quærere, mõ ne largitione sis victus. nã si quotiescũcp præteritus erit is, q nõ debuerit pręteriri, toties oportebit eũ, q factus erit, cõdemnari, nihil iã est qd populo supplicet, nihil qd direptio, nihil qd supplicatio magistratuũ, renunciatio suffragiorũ expectet. simul vt q sint professi, video qd dicã: hic familia cõsulari est, ille prętoria, reliquos video esse ex equestri loco, sunt omnes sine macula, sunt æque boni viri, atcp integri, sed seruari necesse est gradũ, cedat cõsulari generi prętoriũ, nec cõtendat cum prætorio equester locus: sublata sunt studia, extincte suffragationes, nullę cõtẽtiones, nulla libertas populi in mãdãdis magistratib⁹, nulla expectatio suffragiorũ, nihil vt plerũcp euenit, pręter opinionẽ accidet, nulla erit posthac varietas comitiorũ. Sin hoc pærsæpe accidit, vt & factos aliquos, & nõ factos esse miremur: si cãpus, atcp illę vndæ comitiorũ, vt mare pfundũ, & imẽsum sic efferuescũt quodã quasi æstu, vt ad alios accedãt, ab aliis aũt recedãt: in tãto nos impetu studiorũ & motu temeritatis, modũ aliquẽ & cõsiliũ & rationẽ requiram⁹? Quare noli me ad cõtẽtionẽ vestrũ reuocare Laterensis. etem̃ si populo grata est tabella, quę frontes aperit hominũ, mentes tegit: datcp eã libertatẽ, vt qd velint, faciãt: promittãt aũt, qd rogent: cur tu in iudicio exprimis, qd non fit in cãpo! hic q̃ ille dignior pr̃g graue est dictu. quomodo igit est æquũ! sic credo, qd agit: sed satis est iudici. hic factus est. cur iste potius q̃ ego! vel nescio, vel nõ dico, vel denicp qd mihi grauissimũ esset dicere, sed impune tamẽ deberẽ dicere, nõ recte. nã quid assequerer, si illa extrema defensione vterer, populũ qd voluisset fecisse, nõ qd debuisset! quid si populi quocp factũ defendo Laterensis! & doceo Cn. Plancium nõ obrepsisse ad honorem, sed eo veniisse cursu q semp patuerit omnibus hoc nostro equestri loco! possum ne eripere orationi tuæ cõtentionẽ vestrũ! quę tractari sine cõtumelia nõ potest! & te ad causam crimẽcp deducere! Si cp Equitis Ro. filius est, iferior esse debuit, oẽs tecũ Equitũ Romanor̃ filii petiuerũt,

Eblandita nõ enucleata suffragia.

Sitiens virtutis.

nihil dico amplius. hoc tamẽ miror, cur tu huic potissimũ irascare, q̃ longissime a te abfuit.

In summa Sacra via. Eqdẽ siqñ, vt fit, iactor in turba, nõ illũ accuso, q̃ est in summa sacra via, cũ ego ad Fabiũ Fornicẽ impellor, sed eũ q̃ in me ipsum ĩcurrit, atq; incidit. tu neq; Q. Pedio forti viro succẽses, neq; huic A. Plotio ornatissimo homini familiari meo: & ab eo, q̃ hos dimouit, potius, q̃ ab iis, q̃ in te ipsum incubuerũt, te depulsum putas. Sed tamẽ hæc tibi est prima cũ Plãcio generis vestri familiæq; cõtentio, qua abs te vincit. cur eñ nõ cõfitear, qđ necesse est? sed non hic magis q̃ ego a meis cõpetitoribus, & alias, & in cõsulatus petitione vincebar. Sed vide ne hęc ipsa, quę despicis, huic suffragata sint. sic eñ cõferamus. est tuũ nomẽ vtraq; familia cõsulare. nõ dubitas igit quin oẽs, q̃ fauẽt nobilitati, q̃ id putãt esse pulcherrimũ, q̃ imaginibus, qui noibus vestris ducunt, te ædilẽ fecerint. equidẽ nõ dubito. sed si parũ multi sunt, q̃ nobilitatẽ amẽt, nũ ista est nostra culpa? etẽ ad caput, & ad fontẽ vtriusq; generis veniamus. Tusculum municipio antiquissimo Tusculano, ex quo plurimę familię sunt consulares, in qbus est etiã ✶ Iuuẽtia, quot e reliquis municipiis oibus nõ sunt. Hic est e prefectura Atinati, non tã prisca, nõ tã honorata, nõ tã suburbana. quãtũ interesse vis ad rationẽ petẽdi? primũ vtrũ magis fauere putas Atinates, an Tusculanos suis? alteri (scire eñ hoc propter vicinitatem facile possum) cũ huius ornatissimi, atq; optimi viri Cn. Saturnini patrẽ ædilẽ, cũ prętorẽ viderunt, q̃ primus ille nõ modo in eã familiã, sed etiã in prefecturã illã, sellã curulẽ attulisset, mirãdũ in modũ lætati sunt. alteros credo qa refertũ est municipiũ cõsularibus, nam maleuolos nõ esse certe scio, nunq̃ intellexi vehemẽtius hospitum suorũ honore lætari. habemus hoc nos, habẽt nostra municipia. qd ego de me, de fratre meo loquar? quorũ honorib⁹ agri propę dicam ipsi, mõtesq; fauerunt. nũ aliquãdo vides Tusculanũ aliquẽ de M. Catone illo in oñi virtute principe, nũ de T. Coruncano, municipe suo, nũ de tot Fabiis gloriari? verbũ nemo facit. at in quẽcũq; Arpinatẽ incideris, etiã si nolis, erit tamẽ tibi fortasse de nobis aliqd, & de C. Mario audiẽdũ. Primũ igit hic habuit studia suoꝝ ardẽtia. tu tãta, quãta in hoĩb⁹ iã saturatis honoribus esse potuerũt. deinde tui municipes sunt illi qdẽ splẽdidissimi hoies, sed tamẽ pauci, si q̃ dẽ cũ Atinatibus cõferant. hui⁹ prefectura plena virorũ fortissimorũ, sic vt nulla tota Italia frequẽtior dici possit. quã qdem nũc multitudinẽ videtis Iudices in squalore & luctu suppli cẽ vobis. Hi tot equites Ro. tot Tribuni ærarii, (nã plebem a iudicio dimisimus, quę cuncta comitiis adfuit) qd roboris, qd dignitatis huius petitioni attulerũt? nõ eñ Tribũ Terẽtinã, de qua dicã alio loco, sed dignitatẽ, sed oculorũ cõiectũ, sed solidã & robustã & assiduam frequentiã prębuerũt. Iam municipia cõiunctione etiã vicinitatis vehemẽter mouent. oia quæ dico de Plãcio, dico expertus in nobis. sumus eñ finitimi Atinatibus. laudãda est, vel etiam amãda vicinitas retinẽs veterẽ illũ officii morẽ, nõ infuscata maleuolentia, nõ assueta mẽdaciis, nõ fucata, nõ fallax, nõ erudita artificio simulationis vel suburbano, vel etiã vrbano. nemo Arpinas nõ Plãcio studuit, nemo Soranus, nemo Cassinas, nemo Aquinas. totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Allifanus, tota deniq; nostra illa aspera, & mõtosa, & fidelis, & simplex, & fautrix suorũ regio, se huius honore ornari, se augeri dignitate, arbitrabat. iisdẽq; nũc e municipiis adsunt equites Ro. publice cũ legationis testimonio: nec minore nunc sunt sollicitudine, q̃ tũ erãt studio. etẽ est grauius spoliari fortunis, q̃ nõ augeri dignitate. Ergo vt alia in te erãt illustriora Laterẽsis, quę tibi maiores tui reliquerãt, sic te Plãcius hoc nõ solũ municipii, verũ etiam vicinitatis genere vincebat. nisi forte te Lauicana, aut Gabina, aut Bouillana, aut Sabina vicinitas adiuuabat. qb⁹ e municipiis vix iã q̃ carnẽ Latinis pętãt, inueniunt. Adiungã (si vis) id qđ tu etiã huic obesse putas, patrẽ Publicanũ. q̃ ordo quanto adiumẽto sit in honore, qs nescit? flos eñ equitũ Ro. ornamẽtũ ciuitatis, firmamẽtũ Reip. Publicanorũ ordine cõtinet. qs est ergo, q̃ neget ordinis eius studiũ fuisse in honore Plancii singulare? neq; iniuria: vel q̃ erat pater is, qui est princeps iandiu Publicanorum, vel q̃ is ab sociis vnice diligebat, vel q̃ diligentissime rogabat, vel qa pro filio supplicabat, vel quia huius ipsius in illũ ordinẽ summa officia quęsturę, tribunatusq; cõstabãt, vel q̃ illi in hoc ornando ordinẽ se ornare, & cõsulere liberis suis arbitrabant. Aliqd præterea, timide dico, sed tamẽ dicendũ est. nõ eñ opibus, nõ inuidiosa gratia, nõ potẽtia vix ferẽda, sed cõmemoratione beneficii, sed misericordia, sed precibus aliqd attulimus etiã nos. appellaui populũ, tribubus submisi me, & supplicaui: vltro mehercules se mihi etiã offerentes, vltro pollicentes rogaui. valuit causa rogandi, nõ gratia. nec si vir amplissim⁹, cui nihil est, qđ rogãti cõcedi nõ iure possit, de aliquo, vt dicis, non ĩpetrauit, ego sum arrogans, q̃ me valuisse dico. Nã vt omittam

Vicinitas laudanda.

Infuscata maleuolentia.

Tractus Venafran⁹

Latinis carnẽ petant.

Publicanorũ ordo.

illud, ꝙ ego pro eo laborabam, qui valebat ipse per sese: rogatio ipsa semper est gratiosissima, quæ est officio necessitudinis cõiũcta maxime. neꝙ ego sic rogabã, vt petere viderer, quia familiaris esset meus, ꝙa vicinus, quia huius parẽte semper plurimũ essem vsus: sed vt quasi parẽti, & custodi meo. nõ potẽtia mea, sed causa rogationis fuit gratiosa. nemo mea restitutione lętatus est, nemo iniuria doluit, cui nõ huiꝰ in me misericordia grata fuerit. Etenĩ si ante reditũ meũ Cn. Plãcio se vulgo viri boni, cũ hic tribunatũ peteret, vltro offerebãt: cui nomẽ meũ honori fuisset, ei meas ꝑsentes preces, nõ putas profuisse! An Minturnẽses coloni, ꝙ C. Mariũ ciuili errore, atꝙ ex impiis manibꝰ eripuerũt, ꝙ tecto receperũt, ꝙ fessum inedia, fluctibusꝙ recrearũt, ꝙ viaticũ cõgesserũt, ꝙ nauigiũ dederũt, ꝙ eũ linquentẽ terrã eã quã seruauerat, lachrymis votisꝙ omnibꝰ prosecuti sunt, æterna in laude versantur: Plancio, ꝙ me vel vi pulsum, vel ratione cedentẽ receperit, iuuerit, custodierit: is & senatui Populoꝙ Romano, vt haberẽt qđ reducerẽt, cõseruarit: honori hãc fidẽ, misericordiã, virtutẽ fuisse miraris! Vitia mehercules res hæ Cn. Plãcii, de quibus dixi, tegere potuerũt, ne tu in ea vita, de qua iam dicam, tot & tanta adiumẽta huic honori fuisse mirere. Hic est em̃ q adolescẽtulus cũ A. Torquato ꝑfectꝰ ĩ Aphricã, sic ab illo grauissimo & sanctissimo atꝙ omni laude & honore dignissimo viro dilectꝰ est, vt & cõtubernii necessitudo, & adolescẽtuli modestissimi pudor postulabat. qđ si adesset, nõ minus ille declararet, q̃ hic illius frater patruelis, & socer T. Torquatus illi oñi virtute & laude par: q est quidẽ cũ illo maximis vinculis, & ꝓpinquitatis, & affinitatis cõiunctus: sed ita magni amoris, vt illę necessitudinis causę leues esse videãtur. Fuit ĩ Creta postea cõtubernalis Saturnini ꝓpinqui sui, miles huiꝰ Q. Metelli. qbꝰ cũ fuerit ꝓbatissimꝰ, hodieꝙ sit, oĩbus esse se ꝓbatũ debet sperare. In ea ꝓuincia legatꝰ fuit C. Sacerdos, qua virtute! qua cõstãtia vir! L. Flaccus, q homo! qui ciuis! qualẽ hunc putẽt, assiduitate testimonioꝙ declarãt. In Macedonia tribunus militũ fuit. in eadẽ prouincia postea quæstor. primũ Macedonia sic eũ diligit, vt indicãt hi principes ciuitatũ suarũ: q cũ missi sint ob aliã causam, tamẽ huius repẽtino ꝑiculo cõmoti huic assidẽt, ꝓ hoc laborãt: huic si pręsto fuerint, gratius se ciuitatibꝰ suis facturos putãt, q̃ si legationẽ & mãdata sua cõfecerint. L. vero Apuleius hunc tãti facit, vt morẽ illũ maiorũ, q præscribit in parẽtum loco quęstoribus suis prætores esse oportere, officiis beneuolẽtiaꝙ superarit. Tribunus plebis fuit nõ fortasse tam vehemẽs, q̃ isti, quos tu iure laudas: sed certe talis, quales si oẽs semp fuissent, nũq̃ desideratꝰ vehemẽs esset tribunus. Omitto illa, quę si minꝰ in scena sunt, at certe cũ sint ꝓlata, laudant: vt viuat cũ suis, primũ cũ parẽte: nã iudicio meo pietas fundamẽtũ est oĩm virtutũ: quẽ vereꝵ vt deũ: neꝙ em̃ multo secus parẽs liberis: amat vero vt sodalẽ, vt fratrẽ, vt æqualẽ. quid dicã cũ patruo! cũ affinibꝰ! cũ propinquis! cũ hoc Cn. Saturnino ornatissimo viro! cuiꝰ quãtã honoris huiꝰ cupiditatẽ fuisse creditis, cũ videatis luctus societatẽ! qd de me dicã! q mihi in huius ꝑiculo reus esse videor! qd de his tot viris talibus! quos videtis veste mutata! atq hæc sunt indicia solida Iudices, & expressa hęc signa probitatis, nõ fucata forẽsi specie, sed domestĩcis inusta notis veritatis. facilis est illa occursatio, & blãditia popularis: aspicit̃, nõ attrectat̃, procul apparet, nõ excutit̃, nõ in manus sumit̃. oĩbus igit̃ rebus ornatũ hominẽ, †quẽ externis, †quẽ domestĩcis nõnullis rebus ĩferiorẽ q̃ te, generis & nominis dico, superiorẽ aliis, municipũ, vicinorũ, societatũ studio, tẽporũ meorũ memoria, patris virtute, integritate, modestia ædilẽ factũ esse miraris! hunc tu vitæ splendorẽ maculis aspergis istis! iacis adulteria, quæ nemo nõ modo noĩe, sed ne suspitione qdẽ possit agnoscere! marítum appellas, vt verba etiã fingas, nõ solũ crimina: ductũ esse ab eo in prouinciã aliquẽ dicis libidinis causa: qđ non crimẽ est, sed impunitũ in maledico mendaciũ. raptã esse mimulã. qđ dicit̃ Atinæ factũ a iuuene vesere quodã ĩ scenicos iure, maximeꝙ oppidano. O adolescẽtiã traductã elegãter, cui qdẽ cũ qđ licuerit, obiiciat̃, tamẽ id ipsum falsum reperiat̃. Emissus aliqs e carcere. eqdẽ emissus (vt cognostis) necessarii hoĩs optimiꝙ adolescẽtis rogatu. idẽ postea prę mãdatis requisitus. Atꝙ hæc, nec vlla alia sunt cõiecta maledicta ĩ eius vitã: de cuiꝰ vos pudore, religione, integritate dubitetis. Pater vero, inquit, etiam obesse filio debet. O vocẽ duram, atꝙ indignam tua probitate Laterensis. pater vt in iudicio capitis, pater vt in dimicatione fortunarũ, pater vt apud tales viros obesse filio debeat! q si esset turpissimus, sordidissimus, tamẽ ipo noĩe patrio valeret apud clemẽtes iudices, & misericordes: valeret inquã cõmuni cõsensu omniũ, & dulcissima cõmẽdatione naturę. Sed cũ sit Cn. Plãcius is eques Ro. ea primũ vetustate equestris ordinis, vt pater, vt auus, vt maiores eiꝰ oẽs eqtes Ro. fuerint, summũ in ꝑfectura florẽ

Frater patruelis.

Pietas fundamẽtum omniũ virtutum.

Parẽs liberis pene deus.

Blandítia.

†qua.

†qua.

Equidem.

tíſſíma gradũ tenuerint & dignitatis,& gratiæ:deinde, vt ipſe in legioníbꝰ P. Craſſi ímpera toris ĩter ornatíſſímos hoíes eqtes Ro.ſũmo ſplẽdore fuerít:vt poſtea prínceps ĩter ſuos,plu rímarũ rerũ ſãctíſſímꝰ & iuſtíſſímꝰ iudex,maximarũ ſocietatũ auctor,plurimarũ magíſter:ſi nõ mõ in eo níhíl vnq̃ reprehẽſum,ſed laudata ſunt oĩa:tñ is oberit honeſtíſſímo fílio pater, q vel mínus honeſtũ & alienũ tueri vel auctorítate ſua,vel gratía poſſit!Aſperius ínquit lo cutus eſt alíqd aliquãdo.ĩmo fortaſſe líberius.at íd ipſum ínqt nõ eſt ferẽdũ. ergo hí ferendí ſunt, q querunt̃ líbertatẽ equítis Ro.ſe ferre nõ poſſe! vbínã ílle mos! vbí ílla æquitas íurís! vbí ílla antíqua líbertas!quę malís oppreſſa cíuílíbus extollere iam caput,& alíquãdo recrea ta ſe erígere debebat!Equítũ ego Ro.ín hoíes nobíliſſímos maledícta,publícanorũ in Q.Scę

Líbere dí= cta.

uolã vírũ oíbus ingenio,íuſtitia,íntegrítate preſtãtẽ aſpere,& ferociter, & libere dícta cõme morẽ!Cõſulí P.Naſicę præco Granius medío in foro,cũ ílle edícto iuſtítío domũ deſcẽdens rogaſſet Granĩũ,qd tríſtís eſſet!an q auctiones eſſent!ímo vero ínqt q legiones. Idẽ tríbuno ple.potẽtíſſímo homíní M.Druſo,ſed multa ĩ Rẽp.moliẽtí,cũ ílle eũ ſalutaſſet,vt fit,díxíſſet q,qd agís Grani!reſpõdít,ĩmo vero tu Druſe qd agís!ílle L.Craſſí,ílle M. Antonii volũtatẽ aſperioribus facetíis ſepe perſtrínxit ímpune.nũc vſq eo oppreſſa veſtra arrogãtía ciuítas,vt quæ fuít olím præconí in rídẽdo,nũc equíti Ro. ín plorando nõ ſit cõceſſa líbertas. quæ em̃ vnq̃ fuít Plancío vox cõtumelię potíus q̃ doloris! qd eſt autẽ vnq̃ queſtus!níſi cũ a ſocíís & a ſe íníuriã propulſaret!cũ ſenatus ímpedíret, quo mínus íd, qđ hoſtíbus ſemper erat tríbu tũ,reſpõſum equitíbꝰ Ro.redderet.oíbus ílla íníuría dolorí publícanís fuít.ſed eũ ipſum do lorẽ híc tulít paulo apertíus:cũ nímíus ílle ſenſus ĩ alíís fortaſſe latuít. híc qđ cũ cęterís ani

Agnoſco ex me.

mo ſentíebat,íd magis q̃ cæteri,& vultu promptũ habuít,& lingua. Q̃q̃ Iudíces (agnoſco em̃ ex me)pærmulta in Plãcíũ,quę ab eo nũq̃ dícta ſunt,cõferunt̃.ego qa díco alíqd aliquãdo nõ ſtudío adductus,ſed cõtẽtione dícẽdí,aut laceſſítus:& quía (vt fit in multís) exít aliquã

Cícero fa= cetus.

do alíqd ſi nõ pærfacetũ, attamẽ fortaſſe nõ ruſtícũ:qđ qſq díxít,me íd díxiſſe dícũt. ego aũt ſi qd eſt,qđ mihí ſcítũ eſſe vídeat̃,& hoíe ingenuo dignũ atq docto,nõ aſpernor.ſtomachor vero cũ alíorũ nõ me dígna in me cõferunt̃.Nã q primus ſcíuít legẽ de publícanís : tamẽ cũ vír amplíſſímus cõſul íd íllí ordíní per populũ dedít,qđ per ſenatũ ſi licuiſſet,dediſſet:ſi in eo crímẽ eſt,quía ſuffragiũ tulít, qs nõ tulít publícanus!ſi quía primũ ſcíuít,vtrũ íd ſortis eſſe vis!an eíus q íllã legẽ ferebat!ſi ſortís,nullũ crímẽ eſt in caſu.ſi cõſulís, ſplẽdor etíam Plãcíí, hũc a ſummo víro príncípẽ ordínís íudicatũ. Sed alíquando veníamus ad cauſam.in qua tu

Lex Licínia de ſodalí= tíís.

noíe legís Licínię,quę eſt de ſodalítíís,oẽs ambitus legís cõplexus es.neq̃ em̃ qcq̃ aliud ĩ hac lege níſi editítíos íudices es ſecutus.qđ genus íudícíorũ ſi eſt equũ vlla in re,níſi hac tríbuta ría,nõ intellígo quãobrẽ ſenatus hoc vno in genere tríbꝰ edí voluerít ab accuſatore, neq̃ eã

Editítíí iudices.

dẽ editionẽ trãſtulerít in cęteras cauſas.de ípſo denıq̃ ambitu,de reiectione fierí voluerít iu dícíũ alternorũ.cũq̃ nullũ genus acerbítatís prętermitteret, hoc tamen vnũ prętereundum putarít.qd!huíꝰ reí obſcura cauſa eſt!an & agítata, cũ íſta in ſenatu res agebat̃, & díſputata heſterno díe copioſius a Q.Hortẽſio!cuí tũ eſt Senatꝰ aſſenſus.hoc ígít̃ ſenſimus: cuíuſcũq̃ tríbꝰ largítor eſſet,& p cõſenſionẽ magiſtratuũ honeſtęq̃ ſodalítatís nomínaret̃,quã qſq̃ tri bũ turpi largítione corrũperet,eũ maxime hís hoíbus,q eíus tríbus eſſent,eſſe notũ.ita puta uít ſenatus,cũ reo tríbꝰ ederent̃ hę,quas ís largítione deuínctas haberet: eoſdẽ fore teſtes & íudices.Acerbũ oíno genus íudícíí,ſed tñ ſi vel ſua,vel ea,quę maxíme eſſet cuiq̃ cõíũcta,trí bus edéret̃,vix recuſandũ.Tu aũt Laterẽſis quas tríbus edídíſtí!Terẽtínã credo!fuít certe íd æquũ,& certe expectatũ eſt,& fuít dignũ cõſtãtía tua.cuíꝰ tu tribꝰ vẽdítorẽ & corruptorẽ & ſequeſtrẽ Plãcíũ fuíſſe clamítas,eã tríbũ pfecto,ſeueríſſímorũ preſertím hoím,& grauíſſímo rũ edere debuíſtí.at Volítíníã(líbet em̃ tíbí neſcío qd etíã de ílla tribu crímínarí)hãc ígítur ípſam cur nõ edídíſtí!qd Plancío cũ Lemonía!cũ Veíentína! qd cũ Cruſtumína! nã tres etíã quę nõ íudícarẽt,ſed quę reíícerent̃,eſſe voluíſtí.Dubítatís ígít̃ Iudíces quín vos M.Laterẽſis ſuo íudícío nõ ad ſentẽtíã legís,ſed ad ſuã ſpem alíquã de cíuítate delegerít!dubítatís,qn eas tríbus,ĩ qbus magnas neceſſítudínes habet Plãcíus,cum ílle nõ edíderít,íudícarít officíís ab hoc obſeruatas,nõ largítione!qd em̃ poteſt dícere,cur íſta edítío nõ ſummã habeat acerbíta tem remota ratione ílla,quã ĩ decernendo ſecutí ſumus!Tu delígas ex omní populo aut amí cos tuos,aut ínímícos meos,aut denıq̃ eos quos ĩexorabíles,quos íhumanos,quos crudeles exíſtímes!tu me ígnaro,nec opínante,ínſcío,notes & tuos,& tuorũ neceſſarios:vel íníquos, vel meos,vel etíã defenſorũ meoꝝ!eodẽq̃ adíũgas,quos natura putes aſperos,atq̃ oíbus íní

quos? deinde effundas repẽte, vt ante cõſeſſum eorũ iudicũ videã, q̃ potuerim, q eſſent futu
ri, ſuſpicari? apud eoſq; me, ne quinq; qdẽ reiectis, qđ in ꝓximo reo de cõſilii ſentẽtia cõſtitu
tũ eſt, cogas cauſam de fortunis oĩbus dicere? nõ eñ ſi aut Plancius ita vixit, vt offenderet
ſciẽs neminẽ, aut tu ita erraſti, vt eos ederes imprudẽs, vt nos, inuito te, tamẽ ad iudices nõ
ad carnifices venirem⁹, idcirco iſta editio ꝑ ſe nõ acerba eſt. an vero nuper clariſſimi ciues
nomẽ editi iudicis nõ tulerũt? cũ ex CXXV. iudicibus principib⁹ equeſtris ordinis, quinq;
&. LXX. reus reiiceret, L. referret: oĩaq; potius permiſcuerũt, q̃ ei legi cõditioniq; pareret: nos
neq; ex delectis iudicibus, ſed ex omni populo, neq; editos ad reiiciendũ, ſed ab accuſatore cõ
ſtitutos iudices ita ferem⁹, vt neminẽ reiiciamus? Neq; ego nũc legis iniqtatẽ queror, ſed fa
ctũ tuũ a ſentẽtia legis doceo diſcrepare: & illud acerbum iudicium, ſi quẽadmodũ ſenatus
cẽſuit, populuſq; iuſſit, ita feciſſes, vt huic & ſuã, & ab hoc ſeruatas ederẽt, nõ modo nõ que
rerer, ſed hũc iudicib⁹ editis, q teſtes iidẽ eſſe poſſent, abſolutũ putarẽ. neq; nũc multo ſecus
exiſtimo. cũ eñ has trib⁹ edidiſti, ignotis te iudicib⁹ vti malle q̃ notis indicauiſti. fugiſti ſen
tẽtiã legis, ęquitatẽ oẽm reieciſti, in tenebris q̃ in luce cauſam verſari maluiſti. Volitinia tri
bus ab hoc corrupta. Terẽtinã habuerat venalẽ. qd diceret apud Volitinenſes? aut tribules
ſuos iudices? immo vero tu qd diceres? quẽ iudicẽ ex illis aut tacitũ teſtem haberes, aut vero
etiã excitares? etem̃ ſi reus trib⁹ ederet, Volitiniã fortaſſe Plãci⁹ ꝑpter vicinitatẽ ac neceſſitu
dinẽ ſuã nõ edidiſſet? & ſi quęſitor edẽdus fuiſſet, quẽ tãdẽ potius q̃ hũc C. Alfiũ, quẽ habet, Quæſitor.
cui notiſſimus eſſe debet, vicinũ, tribulẽ, grauiſſimũ hoĩem, iuſtiſſimũq;, edidiſſet? cuius qdẽ
æquitas & mea ſimul volũtas erga Cn. Plancii ſalutẽ, quã ille ſine vlla cupiditatis ſuſpitione
prę ſe fert, facile declarat, non fuiſſe fugiendũ tribulẽ huic iudicẽ, cui quæſitorẽ tribulẽ ex
optandũ fuiſſe videatis. Neq; ego nũc conſiliũ reprehendo tuũ, q nõ eas tribus, quibus hic
maxime notus erat, ediderĩs, ſed a te doceo conſiliũ nõ ſeruatũ ſenatus. etenim quis te tum
audiret illorũ? aut qd diceres? ſequeſtrẽ ne Plãciũ? reſpuerẽt aures, nemo agnoſceret, repudia
ret. an gratioſum? illi libẽter audirent, nos nõ timide cõfiteremur. noli eñ putare Laterẽſis le
gibus iſtis, quas ſenatus de ambitu ſancire voluerit, id eſſe actũ, vt ſuffragatio, vt obſeruan
tia, vt gratia tolleret. ſemper fuerũt boni viri, qui apud tribules ſuos gratioſi eſſe vellẽt. neq;
vero tã durus in plebẽ noſter ordo fuit, vt eam coli noſtra modica liberalitate noluerit: neq;
hoc liberis noſtris interdicendũ eſt, ne obſeruẽt tribules ſuos, ne diligãt, ne reficere neceſſa
riis ſuis ſuã tribũ poſſint, ne par ab his munus in ſua petitione reſpectẽt. hæc eñ plena ſunt
officii, plena obſeruãtiæ, plena etiã antiquitatis. Iſto in genere & fuimus ipſi, cum ambitiõis
noſtra tẽpora poſtulabãt, & clariſſimos viros eſſe vidimus, & hodie eſſe videmus q̃plurimos
gratioſos. Decuriatio tribuũ, deſcriptio populi, ſuffragia largitione deuincta, ſeueritatẽ ſe
natus, & bonorũ oĩm vim ac dolorẽ excitarũt: hęc doce, hęc profer, huc incũbe Laterẽſis, de- Decuriare
curiaſſe Plancĩũ, cõſcripſiſſe, ſequeſtrẽ fuiſſe, ꝑnũciaſſe, diuiſiſſe: tũ mirabor te his armis vti,
quę tibi lex dabat, noluiſſe. tribulibus eñ iudicib⁹ nõ modo ſeueritatẽ illoꝝ, ſi iſta vera ſunt,
ſed ne vultus qdẽ ferre poſſem⁹. hãc tu rationẽ cũ fugeris, cũq; hos iudices habere nolueris,
quorũ in huius delicto cũ ſciẽtia certiſſima, tũ dolor grauiſſimus eſſe debuerit, qd apud hos
dices q abs te taciti requirũt, cur hoc ſibi oneris impoſueris? cur ſe potiſſimũ delegeris? cur
deniq; ſe diuinare malueris, q̃ eos, q ſcirẽt iudicare? Ego Plãciũ Laterẽſis & ipſum gratioſum Diuinare.
eſſe dico, & habuiſſe in petitione multos cupidos ſui, gratioſos. quos tu ſi ſodales vocas, offi Sodales.
cioſam amicitiã noĩe inquinas criminoſo. ſin quia gratioſi ſunt accuſandos putas, noli mira Amicitia
ri te id qđ tua dignitas poſtularit, repudiãdis gratioſorũ amicitiis nõ eſſe aſſecutũ. Iã vt ego officioſa.
doceo gratioſum eſſe tribulib⁹ Plãciũ, q̃ multis benigne fecerit, ꝑ multis ſpopõderit, in opę Benigne fa
ras plurimos, patris auctoritate & gratia miſerit, q̃ deniq; oĩbus officiis ꝑ ſe, ꝑ patrẽ, ꝑ ma cere mltis.
iores ſuos totã Atinatẽ prefecturã cõprehẽderit: ſic tu doce ſequeſtrẽ fuiſſe, largitũ eſſe, con Sequeſter.
ſcripſiſſe, tribules decuriauiſſe. qđ ſi nõ potes, noli tollere ex ordine nr̃o liberalitatẽ, noli ma
leficiũ putare eẽ, gratiã: noli obſeruãtiã ſancire pœna. Itaq; hęſitãtẽ te in hoc ſodalitiorũ tri
buario crimine ad cõmunẽ ambitus cauſam cõtuliſti. in qua definam⁹ aliq̃ (ſi videt) vulga
ri & peruagata declamatione cõtẽdere. ſic eñ tecũ ago. quã tibi cõmodũ eſt, vnã tribũ delige
tu: doce id, qđ debes, ꝑ quẽ ſequeſtrẽ, quo diuiſore corrupta ſit: ego ſi id facere non potue- Pedẽ con
ris, qđ vt opinio mea fert, ne incipies qdẽ, ꝑ quẽ tulerit, docebo. eſt ne hęc vera cõtẽtio? pla ferre.
cet ne ſic agi? nõ poſſum magis pedẽ cõferre (vt aiũt) aut propius accedere. quid taces? qd diſ Tergiuer
ſimulas? quid tergiuerſaris? etiã atq; etiã inſto, atq; vrgeo, inſector, poſco, atq; adeo flagito cri ſari.

men.quãcũq; tribũ inquã delegeris,quã tulerit Plancius,tu oſtendito ſi poteris vitium: ego qua ratione tulerit,docebo.nec erit hæc alia ratio Plancio ac Laterenſi. nã in quas tribus tu tuliſti tuã ex te requirã,vtrũ poſſis quorũ ſtudio tuleris explicare. ſic ego hoc cõtendo, me tibi ipſi aduerſario cuiuſcũq; tribus rationẽ popoſceris,redditurũ.ſed cur ego ſic ago? quaſi nõ comitiis iã ſuperioribꝰ ſit Plãcius deſignatus ædilis,quę comitia primũ habere cœpit cõſul tũ oĩbus in rebus ſumma auctoritate,tũ harũ ipſarũ legũ ambitus auctor.deinde habere cœpit ſubito,prẽter opinionẽ omniũ:vt,ne ſi cogitaſſet qdẽ qſpiã largiri, dareť ſpatiũ cõparandi.vocatę tribꝰ,latũ ſuffragiũ,deſcriptę,renũciatę.lõge plurimũ valuit Plãcius.nulla largitionis nec fuit,nec eſſe potuit ſuſpitio.an tãdẽ vna cẽturia prẽrogatiua tãtũ habet auctoritatis,vt nemo vnq̃ prior eã tulerit,quin renũciatus ſit? aut his ipſis comitiis cõſularibus, aut certe in illũ annũ ædilẽ tu Plãciũ factũ miraris,in quo nõ exigua pars populi,ſed vniuerſus populus volũratẽ ſuã declararit? cuius in honore nõ vnius tribus pars,ſed comitia tota comitiis fuerint ꝓrogata? Quo qdẽ tẽpore,ſi id Laterẽſis facere voluiſſes,aut ſi grauitatis eſſe putaſſes tuę,qđ multi nobiles ſępe fecerunt:vt cũ minus valuiſſent ſuffragiis,q̃ putaſſent, poſtea platis comitiis ꝓſternerẽt ſe,& populo Ro.fracto aĩo,atq; humili ſupplicarẽt:nõ dubito,quin oĩs ad te cõuerſura ſe fuerit multitudo. nũq̃ em̃ nobilitas integra ꝑſertim atq; in nocẽs populo Ro.ſupplex repudiata fuit.ſed ſi tibi grauitas tua,& magnitudo animi pluris fuit,ficut eſſe debuit,q̃ ædilitas,noli,cũ habeas id qđ malueris,deſiderare id,qđ minoris putaris.Eqdẽ primũ vt honore dignꝰ eſſem maxime ſemp laboraui.ſecũdo vt exiſtimarer. tertiũ mihi fuit illud,qđ pleriſq; primũ eſt,ipſe honos:q̃ iis deniq; debet eſſe iucũdus,quorũ dignitati populus Ro.teſtimoniũ,nõ bñficiũ ambitioni dedit.Quæris etiã Laterẽſis qd imaginibus tuis,qd ornatiſſimo,atq; optimo viro patri tuo,reſpõdeas mortuo? noli ita meditari, atq; illud caue potiꝰ,ne tua iſta q̃rela,dolorq; nimius, ab illis ſapiẽtiſſimis viris reꝑhẽdať.vidit em̃ pater tuus Appiũ Claudiũ nobiliſſimũ hoĩem viuo patre ſuo potẽtiſſimo & clariſſimo ciue C.Claudio,ędilẽ nõ eſſe factũ,& eũdẽ ſine repulſa factũ eſſe cõſulẽ: vidit hoĩem ſibi maxime cõiũctũ,egregiũ virũ L.Volcatiũ:vidit M.Piſonẽ in iſta ędilitate offenſiũcula acceꝑta,ſummos a populo Ro.eſſe honores adeptũ.Auus vero tuus,& P.Naſicę tibi ędilitiã prędicaret repulſam,quo ciue neminẽ ego ſtatuo in hac Rep.fortiorẽ:& C.Marii,q duabꝰ ædilitatis acceptis repulſis, ſepties cõſul eſt factus:& L.Cæſaris,Cn.Octauii, M.Tulli, quos oẽs ſcimꝰ ędilitate ꝑteritos,cõſules eẽ factos. Sed qd ego ędilitias repulſas collĩgo? quę ſępe eiuſmodi habitę ſunt,vt hĩs q prẽteriti eſſent,benigne a populo factũ videreť. Tribunꝰ militum L.Philippus ſumma nobilitate & eloquẽtia,quęſtor Q.Cęlius clariſſimꝰ ac fortiſſimus adoleſcẽs,Tribunꝰ pl.Rutiliꝰ Rufus,C.Fimbria,C.Caſſius,Cn.Oreſtes facti nõ ſunt, quos tamẽ oẽs cõſules factos ſcimꝰ eſſe.Quę tibi vltro pater & maiores tui nõ cõſolãdi tui gratia dicerẽt,neq; vero quo te liberẽt aliqua culpa,quã tu vereris,ne a te ſuſcepta videaťſed vt te ad curſum iſtũ tenẽdũ,quẽ a prima ętate ſuſcepiſti,cohortẽť. Nihil eſt enĩ,mihi crede Laterẽſis, de te detractũ.dico,ſi mehercules vere,quod accidit,ĩterꝑtari velis:eſt aliquid etiã de virtute ſignificatũ tua.Noli enĩ exiſtimare nõ magnũ quẽdã motũ fuiſſe illius petitionis tuæ, de qua ne aliqd iurares,deſtitiſti.denũciaſti homo adoleſcẽs qd de ſumma reip.ſentires.fortius tu quidẽ q̃ nonnulli defuncti honoribus, ſed apertius q̃ vel ambitionis vel ætatis tuæ ratio poſtulabat.quãobrẽ in diſſentiẽte populo noli putare nullos fuiſſe, quorũ aĩos tuus ille fortis animꝰ offenderet:q te incautũ fortaſſe, nũc tuo loco dimouere potuerũt: ꝓuidẽtẽ ante, & ꝓcauentẽ nunq̃ certe mouebũt.An te illa argumẽta duxerũt? Dubitatis ĩquit quin coitio facta ſit,cũ tribꝰ pleraſq; cũ Plotio tulerit Plãcius? an vna fieri potuerũt,ſi vna tribꝰ nõ tuliſſent? at nõnullas pũctis pene totidẽ:qppe cũ iã facti ꝓpe ſuperioribꝰ comitiis declaratiq; veniſſent.q̃q̃ ne id quidem ſuſpitionẽ coitionis habuerit.neq; enĩ vnq̃ maiores noſtri ſortitionẽ cõſtituiſſent ædilitiã,niſi viderẽt accidere poſſe, vt cõpetitores pares ſuffragiis eſſent. & ais prioribꝰ comitiis Aniẽſem a Plotio, Terẽtinã a Plãcio tibi eſſe cõceſſam. nunc ab vtroq; eas auulſas,ne in anguſtũ venirẽt.q̃ cõuenit,nondũ cognita populi volũtate hos, quos iam tũ coniunctos fuiſſe dicis, iacturã ſuarũ tribuũ, quo vos adiuuaremini,feciſſe:eoſdẽ,cũ iam eſſent expti quid valerẽt,reſtrictos & tenaces fuiſſe? Etenĩ verebantur credo anguſtias, quaſi res ĩ cõtentionẽ aut ĩ diſcrimẽ aliqđ poſſet venire.Sed tñ tu an Plotiũ virũ ornatiſſimũ ĩ idẽ crimẽ vocãdũ iudicas,eũ te arripuiſſe a quo nõ ſis rogatꝰ? Nã qđ q̃ſtus es,plures te teſtes habere de Volitinia,q̃ quot ĩ ea tribu pũcta tuleris,ĩdicas aut eos teſtes te adducere,q qa num

Aedilitiæ repulſæ. Offenſiuncula.

Benigne his factum a pop.

mos acceperint, te pterierint: aut te ne gratuita qdē eorū suffragia tulisse. Illud vero crimē de nūmis quos ī Circo Flaminio deprehensos esse dixisti, caluit re recēti, nūc in causa refrixit. neq; enī qui illi nūmi fuerint, nec q̄ trib⁹, nec qui diuisor, ostēderis. atq; is qdē adduct⁹ ad cō sules, q tū in crimē vocabat, se inique a tuis iactatū grauiter querebat. q si erat diuisor pser tim ei⁹ quē tu habebas reū, cur abs te reus nō est fact⁹? cur nō eius dānatione aliqd ad hoc iudiciū piudicii cōparasti? Sed neq; tu habes hęc, neq; eis cōfidis: alia te ratio, alia cogitatio, ad spem huius opprimēdi excitauit: magnæ sunt in te opes, late patet gra, multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuę: multi huic inuidēt, multis etiā pater optim⁹ vir ni miū retinēs eqstris iuris & libertatis videt: multi etiā cōes inimici reorū oīm, qui ita semper testimoniū de ambitu dicūt, quasi aut moueāt aīos suis testimoniis, aut gratū pplo Romano sit, aut ab eo facilius ob eā causam, dignitatē quā volūt cōsequātur. Quibuscū me Iud. pugnātē meo more pristino nō videbitis: non q̄ mihi fas sit quicq̄ effugere, quod salus Plancii postulet, sed qa neq; necesse est, me id psequi voce, qd vos mēte videatis: & q̄ ita de me meriti sunt illi ipsi, quos ego testes video paratos, vt eorū reprhēsionē vos vrę prudētiæ assumere, meæ modestiæ remittere debeatis. Illud vnū vos magnope oro atq; obsecro Iudices cū huius, quē defendo, tū cōis piculi causa, ne fictis auditionib⁹, ne disseiato, dispsoq; sermoni, fortunas īnocētiū subiiciēdas putetis. multi amici accusatoris, nōnulli etiā nostri iniqui, multi cōmunes obtrectatores, atq; oīm inuidi mlta finxerūt. nihil est aūt tā volucre, q̄ maledictū: nihil facili⁹ emittit, nihil citi⁹ excipit, lati⁹ dissipat. Neq; ego, si fontē maledicti reperietis, vt negligatis, aut dissimuletis, vnq̄ postulabo. sed si qd sine capite manabit, aut qd erit eiusmodi vt nō extet auctor, q audierit: aut ille negligēs vobis eē videbit, vt vñ audierit, oblit⁹ sit: aut ita leuē habebit auctorē, vt memoria dignū nō putarit: hui⁹ illa vox vulgaris auditu ne qd reo innocēti noceat, oram⁹. Sed venio iā ad L. Cassiū familiarē meū, cui⁹ ex oratiōe ne illū qdē Iuuētiū tecū expostulaui, quē ille oīm & virtute & hūanitate ornat⁹ adolescēs primū de plebe ędilē curulē factū eē dixit. In quo Cassī si ista tibi respōdeā, nescisse id pplm Ro. neq; fuisse q id nobis narraret, psertī mortuo Lōgino, nō vt opinor admirarere, cū ego ipe nō abhorrēs a studio antiqtatis, me hic id ex te primū audisse cōfitear. Et qm̄ tua fuit prelegās, ac psubtilis oratio digna eqtis Ro. vel studio, vel pudore: qm̄q; sic ab his es audit⁹, vt magn⁹ honos & ingenio, & humanitati tuę tribueret: respōdebo ad ea q̄ dixisti, quę pleraq; de ipso fine fuerūt: in qbus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehēdēdo, tñ mihi nō ingrati acciderūt. Quęsisti, vtrū mihi putarē equitis Ro. filio faciliorē fuisse ad adipiscēdos honores viā, an futurā esse filio meo, q esset familia cōsulari? Ego vero, q̄q̄ illi oīa malo, q̄ mihi, tñ illi honorū aditus nunq̄ faciliores optaui, q̄ mihi fuerūt. quin etiā, ne forte ille sibi me potius peperisse iā honores, q̄ iter demōstrasse adipiscēdorū putet, hęc illi soleo pręcipere, q̄q̄ ad pcepta ętas nō est gnati, quę ille a Ioue ortus suis pręcepit filiis. Vigilādū est semp, multę insidię sunt bonis, nostis cęteraq;. Nōne id, q̄ multi videāt, quę scripsit grauis ille & ingeniosus poeta, scripsit, nō vt illos regios pueros, q iā nusq̄ erāt, sed vt nos & nostros liberos ad laborē & laudē excitaret? Quęris qd potuerit amplī⁹ assęq; Plācius, si Cn. Scipiōis fuisset filius? magis ædilis fieri nō potuisset, sed hoc præstare, q̄ ei minus inuideret. etenī honorū gradus summis hoīb⁹ & infimis sunt pares, glorię dispares. qs nostrū se dicit M. Curio? qs C. Fabritio? quis P. Duellio parē? quis Attilio Calatino? quis Cn. & P. Scipionib⁹? quis Aphricano? Marcello? Maximo? eos dē sumus honorum gradus, quos illi, assecuti. est enim in virtute multis ascēsus: vti is gloria maxime excellat, q virtute plurimū prestet. honorū populi finis est consulatus. quē magistratū iā octingēti fere cōsecuti sunt. horū, si diligēter quęras, vix decimā partem reperias gloria dignā. sed nemo vnq̄ sic egit vt tu. cur iste fit cōsul? qd potuit amplius, si L. Brutus esset, q ciuitatē dominatu regio liberauit? honore nihil amplius. laude multū. sic igit Plancius, nihilo minus quæstor, est factus, & tribun⁹ pl. & ædilis, q̄ si esset summo loco natus. Sed hęc pari loco orti, sunt innumerabiles alii cōsecuti. pfers triūphos T. Gracchi, & C. Marii, & quæris qd simile ī Plācio. q̄si vero isti, quos cōmemoras, ppterea magis laude fuerint digni, q̄ triūpharūt, & nō qa cōmissi sūt iis magistrat⁹, ī qb⁹ re bñ gesta triūpharēt. Rogas q̄ castra viderit, q & miles ī Creta hoc īperatore, & tribun⁹ ī Macedonia militū fuerit, & qstor tātū ex re militari detraxerit tpis, quātū ī me custodiēdū trāsferre maluerit. quęris nū disert⁹? immo id qd secundū est, ne sibi qdē videtur. nū iuris consultus? quasi quisq̄ sit qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat? Omnes enim istiusmodi artes in iis reprehenduntur, qui cū professi fue-

Caluit crimē re recē ti, in causa refrixit.

Retinens iuris.

Auditiōes

Nihil tam volucre q̄ maledictū.

Gnatus.

Vigilandū semp. *

Multę insidię bonis.

Honorum gradus pares, gloriæ dispares.

rint,ſatiſſacere nõ poſſunt:nõ in his,quí abfuiſſe ab iſtis ſtudiis cõfitenť.virtus,probitas,in tegritas,in candidato,nõ linguę volubilitas,nõ ars,nõ ſciẽtia requiri ſolet.Nos in mãcipiis parãdis q̃uis frugi hoíem,ſi pro fabro,aut pro textore emimus,ferre moleſte ſolemus,ſi eas artes quas in emẽdo ſecuti ſumus,forte neſciuerit.ſin aũt emimus, quẽ villicũ imponerem⁹, quẽ pecorí præficeremus,nihil in eo niſi frugalitatẽ,laborẽ,vigilantiã eſſe curam⁹.Sic Popu lus Ro.deligit magiſtrat⁹,quaſi Reip. villicos:ĩ qb⁹ ſiqua p̃terea eſt ars,facile patiť:ſin mín⁹, virtute eorũ & inocẽtia cõtẽtus eſt.quotus eñ qſq; diſertus! quotus qſq; iuris p̃ritus eſt:vt eos numeres,q volũt eſſe.q; ſi p̃terea honore dign⁹ nemo,qdnã tot optimis & ornatiſſimis cí uib⁹ ẽ futurũ! Iubes Plãciũ de vitiis Laterẽſis dicere.nihil põt. niſi eũ nimis ĩ ſe iracũdũ puta bis fuiſſe.Idẽ effers Laterẽſem laudib⁹. facile patior, id te agere mltis verbis,qđ ad iudicĩ nõ pertineat:& id te accuſantem tãdiu dicere,qđ ego defenſor ſine periculo poſſim cõfiteri.Atq nõ modo cõfiteor ſumma in Laterenſe ornamẽta eſſe,ſed te etiã reprehendo,q; ea nõ enume res,alia quędam inania & leuia conquiras.Præneſte feciſſe ludos.qd!alii quæſtores nõne fece rũt!Cyrenis liberalẽ in publicanos,iuſtũ in ſocios fuiſſe.quis negat!ſed ita multa Romæ ge runť,vt vix ea,quę fiũt in prouinciis,audianť.Nõ vereor ne mihi aliqd Iudices videar arro gaſſe,ſi de quæſtura mea dixero. q̃uis eñ illa floruerit, tamẽ eũ me poſtea fuiſſe in maximis rebus arbitror,vt nõ ita mihi multũ ſit ex quæſturę laude repetendũ.ſed tamẽ nõ vereor,ne quis audeat dicere,vllius in Sicilia quęſturę aut gratiorẽ,aut clariorẽ fuiſſe. vere mehercu les hoc dicã.ſic tũ exiſtimabam: nihil hoíes vnq̃ aliud Romę,niſi de quęſtura mea,loquí.fru mentí in ſumma caritate maximũ numerũ miſerã:negotiatorib⁹ comis,mercatorib⁹ iuſtus, municipib⁹ liberalis,ſociis abſtinẽs,oíbus erã viſus in omni officio diligẽtiſſimus.excogitati qdã erãt a Siculis honores inauditi.itaq; hac ſpe decedebã,vt mihi populũ Ro. vltro oía de laturũ putarẽ.at ego, cũ caſu dieb⁹ his itineris faciendí cauſa decedẽs e prouincía Puteolos forte veniſſem,cũ plurimí & lautiſſimi ſolẽt eſſe ĩ his locis,cõcidí pene Iudices,cũ ex me qdã quęſiſſet,quo die Roma exiſſem,& nũ qd in ea eſſet noui.cuí cũ reſpõdiſſem,me e puincía de cedere,etiã mehercules inqt vt opinor ex Aphrica.huic ego iã ſtomachãs faſtidioſe, ĩmo ex Sicília inquã.tũ qdã,quaſi q oía ſciret:qd!tu neſcis inqt hũc Syracuſis q̃ſtorẽ fuiſſe!qd mul ta!deſtiti ſtomachari,& me vnũ ex his feci,q ad aquas veniſſent.ſed ea res Iudices haud ſcio an plus mihi p̃fuerit,q̃ ſi mihi tũ eſſent oẽs cõgratulati.nã poſteaq̃ ſenſi populũ Ro.aures he betiores,oculos acres,atq; acutos habere,deſtiti quid de me audituri eſſent hoíes,cogitare: feci vt poſtea quotidie me p̃tẽ viderẽt,habitaui ĩ oculis,preſſi eoꝝ neminẽ a cõgreſſu meo. neq; ianitor meus,neq; ſomnus abſterruit.& qd ego dicã de occupatis meis tẽporib⁹!cui fue rit negotiũ qdẽ nũq̃ otioſum!nã quas tu cõmemoras Caſſi,legere te ſolere oratiões,cũ otio ſus ſis,has ego ſcripſi rudis,& ferus,ne oíno vnq̃ eſſem otioſus. Etem̃ M. Catonis illud, qđ in principio ſcripſit Originũ ſuarũ, ſemp magnificũ & præclarũ putaui: clarorũ virorũ atq; magnorũ nõ minus otii,q̃ negotii,rationẽ extare oportere.ita ſi quã habeo laudẽ,quę quan ta ſit neſcio,parta Romę eſt,quęſita in foro,meaq; priuata cõſilia publici quoq; caſus cõpro bauerũt,vt etiã ſumma Reſp.mihi domi fuerit gerenda,& vrbs in vrbe ſeruãda. Eadẽ igitur Caſſi vita munita Laterenſi eſt,idẽ virtutis curſus ad gloriã,hoc facilior fortaſſe,q; ego huc a me ortus,& per me nixus aſcẽdi:iſtius egregia virtus adiuuabiť cõmẽdatione maiorũ.Sed vt redeã ad Plãciũ,nũq̃ ex vrbe abfuit,niſi forte,lege,neceſſitate:nõ valuit reb⁹ iiſdẽ,qb⁹ for taſſe nõnulli:at valuit aſſiduitate: at valuit ſeruãdis amicis: valuit liberalitate:fuit ĩ oculis, petiuit,eſt vſus ratiõe,qua minima inuidia nouí hoíes plurimi eoſdẽ honores cõſecuti ſunt. Nã q; ais Caſſi, nõ plus me Plancio debere,q̃ bonis oíbus,q; iis æque mea ſalus chara fuerit: ego me debere bonis oíbus fateor:ſed etiã ii,qb⁹ ego debeo,boní viri & ciues,ædilitiis comi tiis aliqd ſe meo noíe debere Plãcio dicebãt. Verũ fac me,multis debere,& in iis Plãcio.vtrũ igiť me cõturbare oportet!an cęteris cũ cuiuſq; dies venerit:hoc nomẽ,qđ vrget,nũc cũ pe titur diſſoluere!q̃q̃ diſſimilis eſt pecunię debitio,& gratiæ.nã q; pecuniã diſſoluit,ſtatim non habet id qđ reddidit.q aũt debet,is retinet alienũ.gratiã aũt & qui refert,habet: & q habet, in eo ipſo q; habet,refert.neq; ego nũc Plãcio definã debere,ſi hoc ſoluero:nec minus ei red derẽ volũtate ipſa,ſi hoc moleſtiæ non accidiſſet.Queris a me Caſſi,qd p̃ fratre meo, q mihi eſt chariſſim⁹, qd p̃ meis liberis,qb⁹ nihil põt mihi eſſe iucũdius, amplius q̃ p̃ Plãcio facio, facere poſſim:nec vides iſtorũ ipſorũ charitate ad huius ſalutẽ defendẽdã maxime ſtimulari me,atq; excitari.Nã neq; illis hui⁹ ſalute,a quo meã ſciũt eẽ defenſam,quicq̃ eſt optatius: &

Po.Ro.aures hebetes, oculos acres atq; acutos habere.

Otii nõ minus q̃ negotii ratio extare debet.

Cõturbare Debitio pecuniæ & gratię diſſimilis.

ego ipse nunq̃ illos aspicio,quin per hunc me his conseruatũ esse meminerim,huiusq; meriti in me recorder.Opimiũ damnatũ esse cõmemoras seruatorẽ ipsum reipublicę.Calidiũ adiungis,cuius lege Q.Metellus in ciuitatẽ sit restitutus. reprehẽdis meas pro Plancio preces, q̃ nec Opimius suo nomine liberat9 sit,nec Q.Metelli Calidius.De Calidio tibi tãtũ respondeo,qđ ipse vidi:Q.Metellũ Pium cõsulẽ prętoriis comitiis petente Q. Calidio populo Ro. supplicasse:cũ qdem non dubitaret & cõsul,& homo nobilissimus patronũ illũ esse suum, & familiæ suæ nobilissimæ dicere.Quo loco quęro ex te,num id in iudicio Calidii putes,quod ego in Plancii facio,aut Metellũ Piũ,si Romę esse potuisset,aut patrẽ eius,si vixisset,non fuisse facturũ!Nam Opimii qdẽ calamitas vtinã ex hominũ memoria posset euelli. vulnus illud reipublicę,dedecus huius imperii,turpitudo populi Romani,nõ iudiciũ putandũ est.Quam em̃ illi iudices,si iudices,& non parricidæ patriæ nominandi sunt,grauiorẽ potuerũt reipu. infligere securim,cum illum e ciuitate eiecerunt,qui prętor finitimo,consul domestico bello rẽpub.liberarat!At em̃ nimis ego magnũ beneficiũ Plancio,& vt ais,id verbis exaggero.qua si vero me tuo arbitratu,& nõ meo gratũ esse oporteat.Qđ istius tantũ meritũ inqt!an quia te non iugulauit!immo vero quia iugulari passus non est. Quo qdem tu loco Cassi etiã purgasti inimicos meos,meæq; vitæ nullas ab illis insidias fuisse dixisti. posuit hoc idẽ Laterẽsis. quãobrẽ de isto paulopost plura dicam.de te tantũ reqro:vtrũ putes odium in me mediocre inimicorum fuisse!quod fuit vllorum tantũ requiro! Vtrum putes odium vnq̃ barbarorum tam immane,ac tã crudele in hostẽ!An fuisse in iis aliquẽ aut famę metũ,aut pœnę:quoq; vidisti toto illo anno ferrũ in foro,flammã in delubris,vim in tota vrbe versari!nisi existimas, eos idcirco vitę meę pęperciisse,q̃ de reditu meo non timerent.& quenq̃ putas fuisse tã excordem,q̃ viuis his,stãte vrbe & curia,redituriũ me si viuerẽ,nõ putaret! Quãobrẽ non debes is homo,& is ciuis prædicare vitã meã,quę fidelitate amicorũ conseruata sit,inimicorũ molestia non esse appętitã.Respõdebo tibi nũc Laterensis minus fortasse vehemẽter, q̃ abs te sum prouocatus,sed ꝑfecto nec cõsiderate minus, nec minus amice.nam primũ illud fuit asperi9: me quæ de Plancio dicerẽ,mẽtiri,& tẽporis causa fingere. scilicet homo sapiens excogitaui, quãobrẽ viderer maximis beneficii vinculis obstrictus,cũ liber essem & solutus.quid em̃! mihi ad defendẽdũ Plãciũ parũ multæ,parũ iustę necessitudines erãt familiaritatis,vicinitatis, patris amicitię!quę si nõ essent,vereor credo ne turpiter facerẽ,si hoc splẽdore, & hac dignitate hominẽ defenderẽ.fingenda fuit mihi Iud.causa pęracuta,vt ei quẽ mihi debere oporteret,ego me om̃ia debere dicerẽ.At id etiam gregarii milites faciunt inuiti,vt coronam dent ciuicam,& se ab aliquo seruatos esse fateanť.non quo turpe sit ꝑtectũ in acie hostiũ manibus eripi,(nã id accidere nisi forti viro,& pugnanti cõminus nõ potest) sed onus beneficii reformidant:q̃ permagnũ est alieno debere idẽ,qđ parenti.Ego,cum cæteri vera beneficia etiã minora dissimulent,ne obligati esse videanť,eo me beneficio obstrictum esse ementiar,cui ne referri qdem gratia posse videatur.An hoc tu Laterensis ignoras!q,cũ mihi esses amicissimus: cum vel pęriculum vitæ tuę mecũ sociare voluisses:cum me in illo tristi,& acerbo luctu,atq; discessu non lachrymis solũ tuis,sed animo,corpore,copiis ꝑsecutus esses: cũ meos liberos, & vxorẽ me absente tuis opibus auxilioq; defendisses:sic mecũ semp egisti:te mihi remittere, atq; concedere,vt om̃e studiũ meũ in Cn. Plancii honorẽ consumerem, q̃ eius in me meritũ tibi etiam gratũ esse dicebas.Nihil autem me noui, nihil temporis causa dicere, nõne etiam illa testis est oratio,quæ est a me prima habita in senatu!in qua cũ pęrpaucis nominatim egissem gratias,q̃ omnes enumerari nullo modo possent,scelus aũt esset quenq̃ prętereiri:statuissemq; eos solũ nominare,qui causę nostræ duces,& quasi signiferi fuissent:in his Plancio gratias egi.recitetur q; oratio,quæ propter eius magnitudinẽ dicta de scripto est. in qua ego homo astutus ei me dedã,cui nihil magnopere deberẽ,& huius tanti officii seruitutẽ astringam testimonio sempiterno.Nolo cętera quæ a me mandata sunt literis,recitare.prętermitto illa, ne aut proferre videar ad tempus,aut eo genere vti literarũ,qđ meis studiis aptius,q̃ cõsuetudini iudiciorũ esse videať. Atq; etiam clamitas Laterẽsis:quousq; ista dicis!nihil in Cyprio profecisti:absolutę iam sunt preces tuæ.De Cyprio mihi videlicet obiicies,quẽ ego de me bene meritũ,qa te teste cognouerã,te eodẽ auctore defendi.& ei dices,quousq;!quẽ negas qđ ꝑ Cyprio contenderim impetrare potuisse!nã istius verbi quousq;,hæc poterat esse inuidia.datus est tibi ille,cõdonatus ille,non facis finem,ferre non possumus.ei quidem qui pro vno laborarit,& ipsum id non obtinuerit,dici quousq;,irridentis magis est, q̃ reprehendentis, nisi

Securim infligere reipub.

Excors.

Corona Ciuica.

De scripto dicta.

Quousq;.

forte ego vnus ita me gessi in iudiciis: ita & cum his, & inter hos vixi: is in causis patronus, is in republica ciuis & sum, & semp fui: solus vt a te constituar, q̃ nihil a iudicibus debeã vn q̃ impetrare. & mihi lachrymulã Cipriani iudicii obiectas. Sic em̃ dixisti: vidi ego tuã lachry mulã. Vide q̃ me verbi tui pœniteat. nõ modo lachrymulã, sed multas lachrymas, & fletũ cũ singultu videre potuisti, an ego, q̃ meo⁊ lachrymis me absente cõmotus, simultates quas me cum habebat deposuisset, me⁊ salutis nõ modo nõ oppugnator (vt inimici mei putarant) sed etiam defensor fuisset, huius in periculo nõ dolorẽ meũ significarẽ! Tu aũt Laterẽsis, qui tũ lachrymas meas gratas esse dicebas, nũc easdẽ vis inuidiosas videri. Negas tribunatũ Plã cii quic q̃ attulisse adiumenti dignitati meæ. atq; hoc loco (qđ verissime facere potes) L. Raci lii fortissimi, & cõstantissimi viri diuina in me merita cõmemoras: cui qdẽ ego, sicut in Plan cio, nunq̃ dissimulaui me plurimũ debere, semperq; præ me ferã. nullas em̃ sibi ille neq; cõten tiones, neq; inimicitias, neq; vitę dimicationes, nec p̃ republica, nec p̃ me defugiẽdas putauit. atq; vtinã q̃ ego sum in illũ gratus, tã licuisset p̃ hoim̃ vim & iniuriã populi Ro. ei gratiã re ferri. Sed si non eadẽ contendit in tribunatu Plancius, existimare debes, non huic voluntatẽ defuisse: sed me, cũ iam Plancio deberẽ, M. Racilii beneficiis fuisse contẽtũ. An vero putas iu dices idcirco minus mea causa facturos, q̃ me esse gratũ crimineris! an, cũ populus Ro. illo se natus cõsulto, qđ in monimẽto Marii factũ est, quo mea salus oñibus est gentibus cõmenda ta, vni Cn. Plãcio gratias egerit: vnus em̃ fuit de magistratibus defensor salutis meę: cui sena tus p̃ me gratias agendas putauit, ei ego a me referẽdã gratiã nõ putẽ! Atq, eũ cũ vides, quo me tandẽ animo in te putas esse Laterẽsis! vllũ esse tantũ periculũ! tantũ laborẽ! tantã conten tionẽ! quã ego nõ modo pro salute tua, sed etiã p̃ dignitate defugerẽ! Quo quidẽ etiam ma gis sum non dicã miser (natura qdẽ abhorret a virtute verbi) sed certe exercitus, nõ qa mul tis debeo (leue em̃ onus beneficii gratia) sed qa sæpe cõcurrit, ꝑpter aliquorũ de me merito rũ inter ipsos cõtentiones, vt eodẽ tẽpore in oẽs verear, ne vix possim gratus videri. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solũ qd cuiq; debeã, sed etiã qd cuiusq; interfit, & qd a me cuiusq; tẽpus poscat. Agit̃ studiũ tuũ, vel etiã, si vis, existimatio, laus, ędilitas. At Cn. Plã cii salus, patria, fortunę. Saluũ tu me esse cupisti. hic fecit etiã vt esse possem. distineor tamen & diuellor dolore, & in causa dispari offendi te a me doleo. sed mediusfidius multo citi⁹ mea am salutem p̃ te obiecero, q̃ Cn. Plancii salutẽ tradidero cõtentioni tuę. Etem̃ Iudices cũ oñi bus virtutibus me affectũ esse cupiã, † tamen nihil est qđ malim, q̃ me & gratũ esse, & videri. hæc est em̃ vna virtus non solũ maxima: sed etiã mater virtutũ oĩm reliquarũ. Quid est pie tas! nisi voluntas grata in parẽtes! Qui sunt boni ciues! q̃ belli, q̃ domi de patria bene meren tes! nisi q̃ patrię beneficia meminerunt! Qui sancti! q̃ religionum colentes! nisi q̃ meritam diis immortalibus gratiã iustis honoribus, & memori mẽte ꝓsoluũt! Quæ potest esse iucunditas vitæ, sublatis amicitiis! Quę porro amicitia potest esse inter ingratos! Quis est nostrum libe raliter educatus! cui nõ educatores, cui nõ magistri sui, atq; doctores, cui nõ locus ille mut⁹, vbi ipse altus aut doctus est, cum grata recordatione in mente verset! Cuius opes tantæ esse possunt! aut vnq̃ fuerunt! quæ sine multorum amicorũ officiis stare possint! quæ certe subla ta memoria & gratia, nulla extare possunt. Equidem nil tam proprium hominis existimo, q̃ nõ modo beneficio, sed etiam beneuolentię significatione alligari. Nihil porro tam inhuma num, tam immane, tam ferum, q̃ cõmittere, vt beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare. Quæ cum ita sint, iam succumbam Laterensis isti tuæ orationi: in eo ipso, in quo ni hil potest esse nimium, quoniam ita tu vis, nimium me gratum esse concedam: pętamq; a vo bis Iudices, vt eum beneficio cõplectamini, quẽ, q̃ reprehẽderit, in eo reprehẽdit, q̃ gratũ prę ter modũ dicat esse. Neq;. n. ad negligẽdã meã gratiã debet valere, qđ dixit idẽ, vos nec nocẽ tes, nec litigiosos esse, quo min⁹ me apud vos valere oporteret. quasi vero in amicitia mea nõ hæc ꝑsidia (siqua forte sunt in me) parata semp amicis esse maluerim, q̃ necessaria. Etem̃ ego de me tantũ audeo dicere, amicitiã meã voluptati pluribus q̃ ꝑsidio fuisse: meq; vehementer vitæ meæ pœniteret, si in mea familiaritate locus esset nemini nisi litigioso, aut nocenti. Sed hoc nescio quo modo frequenter in me congessisti, saneq; in eo creber fuisti, te idcirco in lo cos causam coniicere noluisse, ne ego mea cõsuetudine aliqd de tensis misericordiæ causa di cerẽ, qđ in aliis ædilibus ante fecissem. Nõ nihil egisti hoc loco. nã mihi eripuisti ornamentũ orationis meæ. deridebor si mentionẽ tensarum fecero, cum tu id prędixeris. sine tensis autẽ q̃d potero dicere! Hic etiã addidisti me idcirco mea lege ex illo ambitu traxisse, vt miserabi

Lachrymula.

S. C. in monimento Marii de Cice. factũ.

Miser.

Exercitus.

Beneficii gra onus leue.

Ponderib⁹ meis examinabo.

† tum.

Gratitudo

Pietas.

Meminerũt bñficia

Colẽtes religionum.

Amicitiæ.

Hominis p prium.

Nihil nimium esse potest in gratia referenda.

Locí.

Tensę.

liores epilogos possem dicere. non vobis videor cũ aliquo declamatore, non causa laboris, & fori disputare! Rhodi enim inquit non fui. me vult fuisse. Sed fui inqt, putabã in Vaceis dictu rum, bis in Bithynia. si locus habet reprehensionis ansam aliquã, nescio cur seuerioré Niceã putes, q̃ Rhodũ. si spectãda causa est, & tu in Bithynia summa cũ dignitate fuisti, & ego Rho di non minore. Nã ꝙ in eo me reprehẽdisti, ꝙ nimiũ multos defenderim, vtinã & tu, q potes, & cæteri, qui defugiunt, vellent me labore hoc leuare. sed fit vestra diligentia, q in causis põderandis omnes fere repudiatis, vt ad nos pleręꝙ confluant, q miseris & laborantibus nihil negare possum⁹. Admonuisti etiã, ꝙ in Creta fuisses, dictũ aliqd in ꝓtitione tua dici potuis se, me id ꝓdidisse. Vter igit nostrũ est cupidior dicti! ego ne! q qd dici potuit, non dixerim! an tu! q etiã ipse in te dixeris! te aiebas de tuis reb⁹ gestis nullas literas misisse, ꝙ mihi meę, quas ad aliquẽ misissem, obfuissent. quas ego mihi obfuisse non intellígo, reipub. video prodesse po tuisse. Sed sunt hæc leuiora. illa vero grauiora, atꝙ magna, ꝙ meum discessum, quem sępe de fleras, nunc quasi reprehendere, & subaccusare voluisti. Dixisti em̃ non auxiliũ mihi, sed me auxilio defuisse. Ego vero fateor mehercule ꝙ viderim mihi auxiliũ non deesse, idcirco me il li auxilio pęrcisse. Quis em̃ status, qd discrimen, quæ fuerit in repub. tempestas illa, quis ne scit! tribunitius me terror, an consularis furor mouit! decertare mihi ferro magnũ fuit cũ re liquiis eorũ, quos ego florẽtes, atꝙ integros sine ferro vicerã! consules post hominũ memoriã teterrimi, atꝙ turpissimi, sicut & illa principia, & hi recentes rerũ exitus declarant: quorũ al ter exercitũ pẽrdidit, alter vendidit: emptis prouinciis a senatu, a republica, a bonis omnibus defecerant: q exercitibus, q armis, q opibus plurimũ poterant: cu qd sentirent, nesciret: furia lis illa vox nefariis stupris, religiosis altaribus effœminata, secũ & illos, & cõsules facere acer bissime psonabat: egẽtes in locupletes, ꝓditi in bonos, serui in dominos, armabant: aderat me cum senatus, & qdem veste mutata, qd pro me vno post hominum memoriam publico consi lio susceptũ est. Sed recordare q tum fuerint consulũ nomine hostes, q soli in hac vrbe senatũ senatui parere non siuerint, edictoꝙ suo nõ luctũ Patribus conscriptis, sed luctus indicia ade merint. aderat mecũ cunctus equester ordo, quẽ qdem in concionibus saltator ille Catilinę cõ sul, proscriptionis denũciatione terrebat. at tota Italia cõuenerat, cui qdẽ belli intestini, & va stitatis metus inferebat. hisce ego auxiliis studentibus, atꝙ incitatis vti me Laterensis potuis se confiteor, sed erat non iure, non legibus, non disceptando decertandũ. nã profecto, præser tim tam bona in causa, nunq̃ quo cæteri abundarũt, id mihi ipsum auxilium defuisset. armis fuit, armis inquã fuit dimicandũ. quibus a seruis, atꝙ a seruorũ ducibus cædẽ fieri senatus, & bonorũ, reipublicæ exitiosum fuisset. vinci aũt improbos a bonis, fateor fuisse præclarum, si finem eũ vincendi viderem. quem ꝓfecto non videbã. Vbi em̃ prẽsto fuisset mihi aut tã for tis consul, q̃ L. Opimius! q̃ C. Marius! q̃ L. Flaccus! qbus ducibus improbos ciues respub. vicit armatis. aut si minus fortes, attamẽ tã iusti, q̃ P. Mutius! q arma, quæ priuatus P. Scipio sum pserat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit! Esset igitur pugnandũ cũ consulib⁹. nihil amplius dico, nisi illud: victorię nostrę graues aduersarios paratos, interi tus nullos vltores esse videbã. Hisce ego auxiliis salutis meę, si idcirco defui, quia nolui dimi care, fatebor id qd vis, non mihi auxiliũ, sed me auxilio defuisse. Sin aũt quo maiora studia in me bonorũ fuerunt, hoc his magis cõsulendũ, & parcendum putaui, tu id in me reprehẽ dis, qd Q. Metello laudi datũ est, hodieꝙ est, & semp erit maximę gloriæ. quem, vt potes ex multis audire, q tum affuerunt, inuictissimis viris, constat bonis cessisse, nec fuisse dubiũ, qn contentione, & armis superior posset esse. Ergo ille cũ suum, non cũ senatus factum defende ret: cũ pseuerantiã sententię sue, non salutẽ reipublicæ retinuisset: tamẽ ob illã, ꝙ illud volũ tarium vuln⁹ accepit, iustissimos oĩm Metellorũ & clarissimos triũphos glorię laude supera uit, ꝙ & illos ipsos improbissimos ciues interfici noluit, & ne qs bonus interiret in eadẽ cęde prouidit. ego tantis pericul̃is ꝓpositis: cũ si victus essem, interitus reipublicę: si vicissem, infi nita dimicatio pararetur: cõmittere, vt idem pditor reipub. nominarer, q seruator fuissem! Mortem me timuisse dicis. ego vero ne immortalitatem qdem contra rempublicã accipiẽdã putarem: nedum emori cum pernicie reipub. vellem. nam q pro repub. vitam reddiderunt (li cet me desipere dicatis) nũq̃ mehercule eos mortẽ potius, q̃ immortalitatem assequutos pu tauí. Ego vero si tum illorũ impiorũ ferro, ac manu concidissem, in pœtuũ Resp. ciuile pręsidiũ salutis sue pẽrdidisset. Quin etiam si me vis aliqua morbi, aut natura ipsa consumpsis set: tamen auxilia posteritatis essent imminuta, ꝙ peremptum esset mea morte id exemplum,

Epílogi.

Ansa repre hensionis.

Nõ auxíli- um mihi, sed me au- xilio defuis se.

Vox effœ- minata reli giosis alta- ribus.

Decertãdũ disceptãdo

Reddere vi tã ꝓ rep.

qualis futurus in me retinẽdo fuisset Senatus populusq; Romanus. An si vnq̃ in me vitæ cu
Cõmossem q cõmouisem. piditas fuisset, ego mense Decembri mei cõsulatus oĩ parricidarũ tela cõmossem? quę si vi-
ginti quiessem dies, in aliorũ vigiliã cõsulũ recidissent? Quãobrem si vitæ cupiditas contra
Quiessem. rempub. est turpis, certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisset cũ pnicie ciuitatis. Nã
Vitę cupiditas contra rẽpub. turpis. q te in rep. liberũ esse gloriat⁹ es, id ego & fateor, & lętor, & tibi etiã in hoc gratulor. q me aũt negasti, in eo neq; te, neq; quenq̃ diutius patiar errare. Nã si qs idcirco aliquid de liberta te mea diminutũ putat, q non ab omnibus eisdem, a qbus antea solitus sum dissentire, dissen tiam: primũ si bene de me meritis gratũ me præbeo, nõ desino incurrere in crimẽ hoĩs nimiũ memoris, nimiumq; grati. Sin aũt sine vllo reipub. detrimẽto respicio etiã aliquando salutem tũ meã, tum meorũ, certe nõ modo nõ sum reprehendendus, sed, etiã si ruere vellẽ, boni viri me vt id ne facerem, rogarent. Res vero ipsa publica si loq posset, ageret mecũ, vt quoniã sibi seruissem semp, nunq̃ mihi: fructus aũt ex sese non vt oportuisset lætos & vberes, sed magna acerbitate pmixtos tulissem: vt iã mihi seruirẽ, cõsulerẽ meis: se nõ modo satis habere a me, sed etiã vereri, ne parũ mihi, p eo qđ tũ a me haberet, reddidisset. Quid si horũ ego nihil co gito? & idẽ sum in republica, q fui semper? tamen ne libertatem requires meã? quã tu ponis in eo, si semp cũ iis, qbuscũ aliquando contendimus, depugnemus. qđ est longe secus. Stare eñ oẽs debemus tanq̃ in orbe aliquo reipublicę, qui quoniã verset, eam delígere partẽ debemus, ad quã nos illius vtilitas, saluscq; conuerterit. Ego aũt Cn. Põpeiũ, non dico auctorẽ, ducem, defensorem salutis meę (nã hæc priuatim fortasse officiorũ memoriã & gratiã quęrunt) sed dico hoc, qđ ad salutẽ reipub. pertinet: ego eũ non tuear? quẽ oẽs in repub. príncipẽ esse cõce dunt? ego C. Cęsaris laudibus desim? quas primũ populi Romani, nunc etiam senatus, cui me semp addixi, plurimis atq; amplissimis iudiciis videã esse celebratas? tum Hercule me cõfitear non iudiciũ aliquod habuisse de reipub. vtilitate, sed hoĩbus amicũ, aut inimicũ fuisse. An cũ videã nauẽ secundis vẽtis cursum tenentẽ suũ, si nõ ea eũ petat portũ quẽ ego aliquãdo p bauí, sed aliũ nõ minus tutũ atq; tranquillũ, cũ tẽpestate pugnẽ periculose potius, q̃ illi, salu te pręsertim ppósita obtemperẽ, & pareã? Ego vero hæc didici, hæc vidi, hęc scripta legi, hęc de sapientissimis & clarissimis viris, & in hac republica, & in aliis ciuitatibus monimẽta no
Nõ semper eędẽ sentẽtię defendẽdæ. bis literę prodiderunt: non semp easdem sententias ab eisdẽ, sed quascũq; reipub. status, inclí natio temporũ, ratio concordiæ postularet, esse defendẽdas. qđ ego & facio Laterensis, & sem per faciam: libertatẽq;, quã in me reqris, quã ego neq; dimisi vnq̃, neq; dimittã, non in ptina cia, sed in quadã moderatione positã putabo. Nũc venio ad illud extremũ, qđ dixisti, dum
Libertas in quo posita Arcẽ face re ex cloaca. Plancii in me verbis meritũ extollerẽ: me arcẽ facere ex cloaca, lapidẽq; e sepulcro venerari p deo. neq; eñ mihi insidiarum periculũ vllũ, neq; mortis fuisse. cuius ego tẽporis rationẽ ex plicabo breui, neq; inuitus. Nihil eñ ex meis est tẽporibus, qđ minus pruagatũ, quodq; mí nus aut mea celebratione cõmemoratũ sit, aut hoĩbus auditũ, atq; notũ. Ego eñ Laterẽsis ex
Lapidẽ e sepulcro venerari. illo incendio legũ, senatus, iuris, bonorũ oĩm cedẽs, cũ mea domus ardore suo deflagrationẽ vrbi, atq; Italię toti minaretur, nisi quieuissem: Siciliã petiui animo, quæ & ipsa erat mihi si cut domus vna coniuncta, & obtinebat a C. Virgilio, quocũ me vno vel maxime tum vetusta amicitia, tum mei fratris Collegia, tum respub. sociarat. Vide nunc caliginẽ temporũ illorũ,
Ciceronis pfectio in exilium. cum ipsa pene insula mihi sese obuiam ferre vellet, Prętor ille eiusdẽ tribuni ple. concionibus propter eandẽ reipu. causam sępe vexatus, nihil amplius dico, nisi me in Siciliã venire noluit. Quid dicã? C. Virgilio tali ciui, & viro beneuolentiã in me, memoriã cõmuniũ temporũ, pie tatẽ, humanitatẽ, fidem, defuisse? nihil videlicet est eorũ. sed quã tẽpestatẽ nos vobiscũ nõ tu lissemus, metuit vt eã ipse non posset opibus suis sustinere. Tum cõsilio repente mutato, iter a Vibone Brũdusiũ terra petere contẽdi: nam maritimos cursus præcludebat hyemis magni tudo. Cum oĩa illa municipia, quæ sunt a Vibone Brundusium, in fide mea Iud. essent, tũc iter tutũ multis minitantibus magno cũ suo metu præstiterunt. Brundusiũ veni, vel potius ad mœnia accessi, vrbẽ vnã mihi amicissimã declinaui, quæ se vel potius excindi, q̃ e suo com plexu vt eriperer, facile pateretur. In hortos me M. Lenii Flacci contuli: cui cũ oĩs metus, pu blicatio bonorum, exiliũ, mors proponeretur, hæc perpeti, si acciderent, maluit, q̃ custodiam mei capitis dimittere. Huius ego, & parẽtis eius prudẽtissimi, atq; optimi senis, & vtriusq; fi
Refertã sceleratissimorum. liorum manibus in naui tuta ac fideli collocatus, eorũq; preces, & vota de meo reditu exau diens, Dyrrhachiũ, qđ erat in fide mea, petere cõtendi. Quo cum venissem, cognoui id, quod audieram, refertam esse Græciã sceleratissimorũ hominũ, ac nefariorũ, quorũ impiũ ferrum,

ignesq; pestiferos meus ille cõsulatus e manib⁹ extorserat, q anteq̃ de meo aduẽtu audire po tuissent, cũ tũ abessent, aliquorũ dierũ viã in Macedoniã ad Plãciũq; prexi. Hic vero simulat q; me mare trãsisse cognouit: audi, audi, atq; attẽde Laterẽsis: vt scias qd ego Plãcio debeam, cõfitearecq; aliqñ qd faciã, me & grate & pie facere: huic quę p salute mea fecerit, si minus p futura sint, obesse certe nõ oportere. Nã simulac me Dyrrhachiũ attigisse audiuit, statim ad me lictoribus dimissis, insignib⁹ abiectis, veste mutata pfectus est. O acerbã mihi Iud. memoriã tẽporis illius, & loci, cũ hic in me incidit, cõplexus est, cõsperfitq; lachrymis, nec loq præ mœrore potuit: O rẽ cũ auditu crudelẽ, tũ visu nefariã: O reliquas oẽs dies noctesq; eas, qb⁹ iste a me non recedens Thessalonicã me in quęstoriũq; pduxit. Hic ego nũc de Prętore Macedoniæ nihil dicã amplius, nisi eũ, & ciuẽ optimũ semp, & mihi amicũ fuisse, sed eadẽ timuisse quę cęteros. Cn. Planciũ fuisse vnũ, nõ q minus timeret: sed, si accidẽrẽt ea, quę timerent, mecũ ea subire & ppeti vellet. Qui, cũ ad me L. Tubero meus necessarius, q fratri meo legat⁹ fuisset, decedẽs ex Asia venisset: easq; insidias, quas mihi paratas ab exulibus cõiuratis audierat, animo amicissimo detulisset: in Asiã me ire propter eius puinciæ metũ, & cũ meo fratre necessitudinẽ cõparantẽ non est passus. Vi me inquã Plãcius, & cõplexu suo retinuit, multosq; ✶ menses a capite meo nõ discessit, abiecta Quęstoria psona, comitisq; sumpta. O excubias tuas Cn. Planci miseras: O flebiles vigilias: O noctes acerbas: O custodiã etiã mei capitis infelicem: si qdem ego tibi viuus nõ psim, q fortasse mortuus profuissem. memini eñ, memini, neq; vn q̃ obliuiscar noctis illius, cum tibi vigilanti, assidenti, mœrẽti, vana quędã miser atq; inania, falsa spe induct⁹ pollicebar: me si essem in patriã restitutus, præsentẽ tibi gratiã relaturũ. Sin aũt vitã mihi sors ademisset, aut vis aliqua maior reditũ præmisset: hos, hos, quos eñ ego Vis maior tũ alios aĩo intuebar: oñia tibi illorũ laborũ p̃mia p me pærsoluturos. Quid me aspectas: quid mea pmissa repetis: quid meã fidẽ imploras: nihil tibi ego tũ de meis opib⁹ pollicebar, sed horũ erga me beneuolentiã pmittebã: hos p me lugere, hos gemere, hos decertare p meo capite, vel vitę periculo velle videbã: de eorũ desiderio, luctu, querelis quotidie aliqd tecũ simul audiebã. Nunc timeo ne nihil tibi pter lachrymas queã reddere, quas tu in meis acerbitatib⁹ plurimas effudisti. Quid. n. possum aliud nisi mœrere: nisi flere: nisi te cũ mea salute cõplecti: salutẽ tibi iidẽ dare possunt, q mihi reddiderũt. Huc exurge tamẽ quæso, retinebo, & complectar: nec me solũ deprecatorẽ fortunarũ tuarũ, sed comitẽ sociũq; pfitebor. atq; (vt spero) nemo erit tã crudeli aĩo, tãq; inhumano, nec tã immemor meorũ nõ dicã in bonos meritorum, sed bonorũ in me, q a me mei seruatorẽ capitis diuellat, ac distrahat. Nõ ego meis ornatum beneficiis a vobis depcor Iudices, sed custodẽ salutis meę: nõ opibus cõtẽdo, nõ auctoritate, nõ gratia, sed pcib⁹, sed lachrymis, sed misericordia. mecũ vos simul miserrimus, & optimus obtestat parẽs, & p vno filio duo patres depcamur. Nolite Iud. p vos, p fortunas vestras, p liberos, inimicis meis, his pertim quos ego p vestra salute suscepi, dare lętitiam, gloriantibus Lętitiã dare. vos iã oblitos mei: salutisq; ei⁹, a quo mea salus cõseruata est, hostes extitisse: nolite animũ meum debilitare tũ luctu, tũ etiam metu cõmutatę vestrę volũtatis erga me: sinite me, qđ vobis fretus huic sępe pmisi, id a vobis ei psoluere. Teq; C. Flaui oro, & obtestor, q meorũ cõsiliorũ Persoluere a vobis. in cõsulatu socius, periculorũ particeps, rerũ quas gessi adiutor fuisti, meq; nõ modo saluum semp, sed etiã ornatũ florentẽq; esse voluisti, vt mihi p hos conserues eũ, p quẽ me tibi, & his cõseruatũ vides. Plura ne dicã, tuę me etiã lachrymę impediũt, vestręq; Iudices, nõ solũ meæ. Nõ solum Quib⁹ ego magno in metu meo, subito iducor in spẽ, vos eosdẽ in hoc cõseruãdo futuros, q fueritis in me, qm̃ istis vestris lachrymis de illis recordor, quas p me sępe, & multũ pfudistis.

PRO P. SESTIO. ORATIO. XXXIII.

IQVIS antea Iud. mirabatur, quid esset q; p tãtis opibus Reip. tãtaq; dignitate imperii, nequaq̃ satis multi ciues forti & magno animo inuenirent, q auderẽt se & salutẽ suã in discrimẽ offerre p statu ciuitatis, & pro cõmuni libertate: ex hoc tẽpore miretur potius, si quẽ bonũ & fortẽ ciuẽ viderit, q̃ si quẽ, aut timidũ, aut potius sibi q̃ Reip. consulentẽ. Nã vt omittatis de vniuscuiusq; casu cogitãdo recordari, vno aspectu ĩtueri potestis eos q cũ senatu, cũ bonis oñibus, Rẽp. afflictã excitarint, & latrocinio domestico liberarint, mœstos, sordidatos, reos, de capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicantes: eos aũt qui omnia diuina & humana vexarint,

violarint, perturbarint, euerterint: non solum alacres lętosq; volitare, sed etiam voluntarios fortissimis atq; optimis ciuibus periculũ molíri, de se nihil timere. In quo cũ multa sunt indigna, tum nihil minus est ferendũ, q̃ q; iã non per latrones suos, nõ per homines egestate & scelere pditos, sed per vos nobis, per optimos viros, optimis ciuibus periculũ inferre conantur. & quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos ví, manu, copiis delere non potuerunt, hos vestra auctoritate, vestra religione, vestris sententiis se oppressuros arbitrantur. Ego autem Iud. qua voce mihi in agendis gratiis, cõmemorandoq; eorum, q optime de me sunt meriti beneficio, esse vtendum †putaui, ea nunc vti cogor in eorum periculis depellẽdis, his potissimum vox hęc seruiat: quorum opera & mihi, & vobis, & populo Roma. restituta est. Et q̃q̃ a Q. Hortẽsio clarissimo viro, atq; eloquẽtissimo causa est P. Sestii perorata, nihilq; ab eo prætermissum est, qđ aut pro Repub. conquerendũ fuit, aut pro reo disputandum: tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimũ defuisse videatur, per quem est perfectum, ne cæteris ciuibus deesset. Atq; ego sic statuo Iud. in hac causa, atq; exercitatione dicendi, a me locũ pietatis potius, q̃ defensionis, querelã q̃ eloquentiã, doloris q̃ ingenii partes esse susceptas. Itaq; si aut acrius egero, aut liberius, q̃ qui ante me dixerunt: peto a vobis, vt tãtũ orationi meæ concedatis, quantũ & pio dolori, & iustæ iracundiæ concedendũ putetis. Neq; em vnq̃ officio coniunctior dolor esse vllus potest, q̃ hic meus, susceptus ex hominis de me optime meriti, periculo: neq; iracundia magis vlla laudanda, q̃ ea quæ me inflammat eorum scelere, qui cum omnibus salutis meæ defensoribus bellum esse gerendũ sibi iudicauerũt. Sed quoniam singulis criminibus cæteri responderũt, dicam ego de omni statu P. Sestii, de genere vitę, de natura, de moribus, de incredibili amore in bonos, de studio conseruandæ salutis cõmunis, atq; otii: contẽdãq; (si modo id cõsequi potero) vt in hac confusa atq; vniuersa defensione, nihil a me qđ ad vestram quęstionẽ, nihil qđ ad reum, nihil qđ ad Remp. pertineat, prętermissum esse videat. Et quoniam in grauissimis temporibus ciuitatis, atq; in ruinis euersę atq; afflictę Reip. P. Sestii Tribunatus est a fortuna ipsa collocatus, non aggrediar ad illa maxima, atq; amplissima prius q̃ docuero, quibus initiis ac fundamentis hæ tantæ summis in rebus laudes excitatę sunt. Parente P. Sestius natus est Iud. homine (vt plerisq; meministis) & sapiente, & sancto, & seuero. qui cũ Tri. pl. primus inter homines nobilissimos temporibꝰ optimis factus esset, reliqs honoribus non tam vti voluit, q̃ dignus videri. eo auctore duxit honestissimi & spectatissimi viri C. Albini filiã: ex qua hic est puer, & nupta iam filia. duobus grauissimis antiquitatis viris sic probatus fuit: vt vtriq; eorum, & charus maxime, & iucundus esset. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ: sed charitatem illius necessitudinis & beneuolentiam non ademit. hodie sic hũc dilígit, vt vos facillime potestis ex hac vel assiduitate eius, vel sollicitudine & molestia iudicare. Duxit vxorem patre viuo optimi & calamitosissimi viri filiam C. Scipionis. clara in hoc P. Sestii pietas extitit omnibus grata, q; & Massiliam statim profectus est, vt socerum videre consolariq; posset fluctibus Reipu. expulsum, in alienis terris iacentẽ, quẽ in maiorũ suorum vestígiis stare oportebat: & ad eũ filiam eius adduxit, vt illo inspérato aspectu cõplexuq; si non oẽm, at aliquã partẽ mœroris sui deponeret: & maximis officiis & illius ærumnã quoad vixit, & filię solitudinẽ sustentauit. Possum multa dicere de liberalitate, de domesticis officiis, de tribunatu militũ, de prouinciali in eo magistratu abstinentia. sed mihi ante oculos obuersatur Reip. dignitas, quę me ad se rapit, hęc mihi nora relinquere hortatur. Quęstor hic C. Antonii collegę mei Iud. fuit sorte, sed societate cõfiliorũ meus. Impędior nonnullius officii, vt ego interpretor, religione, quo minus exponam †quãta ad me detulerit, quãto ante prouiderit. Atq; ego de Antonio nihil dico præter vnũ: nunq̃ illũ in illo summo timore, ac periculo ciuitatis, neq; cõmunẽ metũ omnium, neq; propriam nõnullorum de ipso suspitionem, aut inficiando tollere, aut dissimulando sedare voluisse. In quo collega sustinendo atq; moderando, si meam in illum indulgentiam cõiunctam cũ summa custodia Reip. laudare vere solebatis, par ꝓpę laus P. Sestii esse debet, q̃ suũ ita consulem obseruauit, vt & illi Quæstor bonus, & vobis omnibus optimus ciuis videretur. Idẽ cum illa coniuratio ex latebris, atq; ex tenebris erupisset, palãq; armata volitaret, venit cum exercitu Capuã: quã vrbẽ propter plurimas belli opportunitates, ab illa impia & scelerata manu attẽtari suspicabamur: & inde M. Aulanum Trib. mil. Antonii Capua præcipitem eiecit, hominem pęrditum, & nõ obscure Pisauri, & in aliis agri Gallici partibus in illa coniuratione versatũ. Idẽq; C. Marcellũ, cum is non solũ Capuam venisset, verũ etiam se quasi armorum

putabam. — Pater P. Sestii. — Sed. — C. Anto. — † q̃ multa detul.

studio in maximã familiã cõiecissẽt, exterminandũ †cũ illa vrbe curauit. qua de causa & tum conuentus ille Capuę, qui propter salutẽ illius vrbis consulatu conseruatã meo, me vnũ patronũ adoptauit: huic apud me P. Sestio maximas gratias egit: & hoc tẽpore fidem hominis, beneficiũq; testimonio declarãt, periculũq; deprecant suo decreto. Recita quęso P. Sesti quid decreuerint Capuę Decuriones, vt iã virilis tua vox possit aliqd significare inimicis nostris, quidnam cũ se corroborarit, effectura esse videat. DECRETVM DECVRIONVM. Nõ recito decretũ officio aliquo expressum vicinitatis, aut clientelę, aut hospitii publici, aut ambitionis, aut cõmendationis gratia: sed recito memoriã pfuncti periculi, prędicationẽ amplissimi beneficii, vicem officii præsentis, testimoniũ præteriti temporis. Atq; illis temporibus cum iam Capuã metu Sestius liberasset, Vrbem Senatus atq; omes boni deprehensis atq; oppressis domesticis hostibus me duce ex periculis maximis extraxissent, ego literis eum Capua accersiui, cũ illo exercitu, quẽ tum secũ habebat. quibus hic literis lectis ad vrbem confestim incredibili celeritate aduolauit. Atq; †vt illius temporis atrocitatem recordari possitis, †audite literas, & vestrã memoriã ad timoris pteriti cogitationẽ excitate. LITERAE CI. CONSVLIS. Hoc P. Sestio Tribunorũ pl. nouorũ, q tum extremis diebus consulatus mei res eas quas gesserã, vexare cupiebãt, reliquiq; coniurationis impetus, & conatus sunt retardati. Ac posteaq̃ est intellectũ Catone Tribuno pl. fortissimo atq; optimo ciue Rẽp. defendente, per se ipsum, S. P. Q. R. sine militũ præsidio tueri facile maiestatem suam, & dignitatẽ eorũ qui salutẽ cõmunẽ periculo suo defendissent, Sestius cum illo suo exercitu summa est celeritate Antoniũ cõsecutus. Hic ego qd pdicẽ, qbus hic rebus consulẽ ad rẽ gerendam excitarit? quot stimulos admouerit homini fortassis studioso victorię, sed tamẽ nimiũ cõmunẽ Martẽ belliq; casum †metuenti? lõgũ est dicere. sed hoc breue dicã. Si M. Petreii non excellẽs animo, & amore Reipu. virtus, non summa auctoritas apud milites, non mirificus vsus in re militari extitisset, neq; adiutor Reipub. Sestius ad excitandum Antonium, cohortãdum, impellendum, fuisset datus illo in bello, nequaq̃ Catilina cũ e pruina Apẽnini, atq; e niuib9 illis emersisset, atq; æstatẽ integrã nactus Italię callis & pastorum stabula præclara cepisset, sine multo sanguine, ac sine totius Italię vastitate miserrima cõcidisset. Hũc igitur animũ ad tribunatũ attulit P. Sestius, vt quęsturã Macedoniæ relinquã, & aliquãdo ad hęc ppiora veniã. q̃q̃ non est omittenda singularis illa integritas prouincialis, cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leuiter ad exigui prędicationẽ tẽporis, sed fixa ad memoriã illius prouincię sempiternã. Verũ hęc ita ptereamus, vt tamẽ intuẽtes, & respectãtes relinquamus. Ad tribunatum, quia ipse ad id iãdudũ vocat, & quodãmodo †absorbet orationẽ meã, contẽto studio cursuq; †veniamus. De quo qdẽ tribunatu ita dictũ ab Hortẽsio, vt eius oratio nõ defensionẽ modo criminũ videret continere, sed etiã memoria digna vti: & Reip. capessendę auctoritatẽ disciplinãq; pscribere. Sed tamẽ quoniã tribunatus qdem totus P. Sestii nihil aliud nisi meũ nomen causamq; sustinuit, necessario mihi de hisdẽ rebus esse arbitror, si nõ subtilius disputandũ, at certe Iud. dolẽtius deplorandũ. Qua in oratione si asperius in quosdã hoes inuehi vellẽ, quis nõ concederet? vt eos quorũ scelere, furore, violatus essem, vocis libertate pstringerem? Sed vt agã moderate, & huic potiꝰ tẽpori seruiam, q̃ dolori meo: si qui occulte a salute nostra dissentiũt, lateãt. si qui fecerunt aliqd aliquando, atq; iidem nunc tacẽt, & quiescunt, nos quoq; simus oblíti. si qui se offerũt, insectanẽ, quoad ferri potuerunt pferemus: neq; quẽ q̃ offendet oratio mea, nisi q se ita obtulerit, vt in eum nõ inuasisse, sed incurrisse videamur. Sed necesse est anteq̃ de tribunatu P. Sestii dicere incipiã, me totũ superioris anni Reip. naufragiũ exponere. In quo colligẽdo, ac reficiẽdo saluti cõmuni oia reperientur P. Sestii dicta, facta, consilia, versata. Fuerat ille annus tanq̃ in Reip. magno metu, & multorum timore intentus arcus in me vnũ, sicut vulgo ignari rerũ loquebãtur: re quidem vera in vniuersam Rẽp. traductione ad plebẽ furibundi hominis ac perditi, mihi irati, sed multo acrius otii, & cõmunis salutis inimici. Hunc vir clarissimus mihi multis repugnãtibus amicissimus Cn. Põpeius omni cautione, fœdere, execratione deuinxerat, nihil in tribunatu contra me esse facturum. At ille †sceleratissimus, ex oĩm scelerum colluuione natus, parũ se fœdus violaturũ arbitratus, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis ppriis periculis terruisset, hanc terrã immanẽq; belluã vinctã auspiciis, alligatã more maiorũ, constrictã legũ sacrarũ catenis soluit, subito legũ consul, vel vt ego arbitror †exoratus, vel vt non nemo putaret †mihi iratus, gnarus quidem certe & prudens impendẽtiũ scelerũ tantorũ ac malorũ. q Tribunus pl. felix in euertẽda

†ab illa.

Sed.

†ne illius.

†claudite literas.

† intuenti.

†nefarius.

Cautor.

† exhortatus.

† miratus.

Oratio

Rep. fuit nullis ſuis neruis, qui eñ in eiuſmodi vita nerui eſſe potuerunt, hoīs fraternis flagitiis, ſororiis ſtupris, omni inaudita libidine infamis? Sed fuit ꝑfecto quędã illa Reip. fortuna fatalis, vt ille cęcus atq; amens Tribunus pl. nanciſcereť, quid dicã Conſules? hoccine ego appellẽ noīe euerſores huiꝰ imperii? ꝓditores veſtrę dignitatis? hoſtes bonorũ oīm? q ad delendũ ſenatũ, affligẽdũ equeſtrẽ ordinẽ, extinguẽda oīa iura atq; inſtituta maiorũ, ſe illis faſcibus cęteriſq; inſignibus ſummi honoris, atq; imperii ornatos eſſe arbitrabanť. Quorũ ꝑ deos immortales, ſi nondũ ſcelera vulneraq; inuſta Reip. vultis recordari, vultũ atq; inceſſum animis intueamini. facilius facta eorũ occurrẽt mentibus veſtris, ſi ora ipſa oculis veſtris ꝓpoſueritis. Alter vnguentis affluens, calamiſtrata coma deſpiciẽs cõſcios ſtuproꝝ, ac veteres vexato

† puteolis. Allegoria

res ætatulæ ſuæ †putealis, & fœneratorũ gregibus inflatus, atq; ꝓculſus, olim Neſculeio illo

✶ æris alieni in freto ad columnã adhæreſceret, ni in tribunatus portũ infugeret. contemnebat eqtes Romanos, minitabať ſenatui, venditabat ſe opęris: atq; ab iis ſe ereptum, ne de ambitu cauſam diceret, ꝓdicabat: ab iiſdẽq; ſe etiã inuito ſenatu ꝓuinciã ſperare dicebat: eãq;, niſi adeptus eſſet, ſe incolumẽ nullo modo fore arbitrabať. Alter o dii boni q̃ teter icedebat, q̃ truculentus, q̃ terribilis aſpectu! vnum aliquẽ te ex barbatis illis, exemplũ imperii veteris, imaginem antiqtatis, columen Reip. diceres intueri: veſtitus aſper, noſtra hac purpura plebeia, ac

✶ pene fuſca, capillo ita horrido, vt Capua, qua ipſa tũ imaginis formãdę cauſa Duũuirũ gere-

†ſub laurꝰ. bat, ſępius iã †ſublatus videreť. Nã qd ego de ſupercilio dicã, qđ tũ hoībus non ſupciliũ ſed pignus Reip. videbať! Tanta erat grauitas in oculo, tanta frõtis contractio, vt illo ſupercilio

similitudo elegans sed ridicula

† Aumãtiꝰ tãq̃ †Rhadamanthꝰ ille niti videreť. Erat deniq; hic oīm ſermo: eſt tãdẽ Reip. magnũ firmũq; ſubſidiũ. habeo quẽ opponã labi illi, atq; cœno, vultu mediuſſidiꝰ Collegę ſui libidinẽ, leuitatẽq; franget. habebit ſenatus in hũc annũ quẽ ſequať. nõ deerit auctor & dux bonis. Mihi de niq; homines ꝑcipue congratulabanť, q; habiturus eſſem cõtra Tribunũ pl. furioſum & audacẽ, cũ & amicũ & affinẽ, tũ etiã fortẽ & grauẽ Conſulẽ. Atq; eorũ alter fefellit neminem. quis

Affinem. ſ. Piſonem. articulus

eñ clauũ tanti imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare in maximo curſu, ac fluctibꝰ poſſe arbitraretur, hominẽ emerſum ſubito ex diuturnis tenebris luſtrorũ ac ſtuprorũ, vino, ganeis, lenociniis, adulteriiſq; cõfectũ! cum is ꝓter ſpem in altiſſimo gradu alienis opibus poſitus eſſet, qui non modo tempeſtatẽ intueri impendentẽ temulentus, ſed ne lucẽ qdem inſoli-

Nobilitas blãda cõciliatricula.

tam aſpicere poſſet. Alter multos plane in oẽs partes fefellit. Erat eñ hominũ opinione nobilitate ipſa blanda conciliatricula cõmẽdatus. Oẽs boni ſemp nobilitati fauemus, & quia vtile eſt Reip. nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis, & quia valet apud nos clarorum hominũ ſenex de Repu. meritorum memoria etiã mortuorũ. quia triſtem ſemp, quia taciturnum, quia ſubhorridum atq; incultum videbant, & ꝙ erat eo nomine, vt ingenerata familię frugalitas videretur, fauebant, gaudebant, & ad integritatem maiorum ſpe ſua hominem vocabãt materni generis oblitι. Ego autem vere dicam Iud. tantũ eſſe in homine ſceleris, audaciæ, crudelitatis, quantum ipſe cum Repu. ſenſi, nunq̃ putaui. Nequam eſſe hominem, & leuẽ, & falſa opinione, errore hominũ ab adoleſcentia cõmẽdatũ ſciebã. etem animus eius vultu, fla-

Senex memoria.

gitia parietibus tegebanť. Sed hæc obſtructio, nec diuturna eſt, nec obducta, ita vt curioſis oculis pęrſpici non poſſit. Videbamus genus vitę, deſidiã, inertiam: incluſas eius libidines, q

Anſas ſermonis dabat.

paulo propius acceſſerant, intuebantur. Deniq; etiam ſermonis anſas dabat, qbus reconditos eius ſenſus tenere poſſemus. Laudabat homo doctus philoſophos neſcio quos, neq; eorum tamen nomina poterat dicere, ſed eos tamẽ laudabat maxime: qui dicũtur ꝓter cęteros eſſe auctores & laudatores voluptatis. cuius, & quo tempore, & quo modo, non quærebat. verbum ipſum oīmbus modis animi, & corporis deuorabat: eoſdẽq; ꝑclare dicere aiebat, Sapiẽtes oīa ſua cauſa facere: Rẽpublicã capeſſere hominẽ bene ſanũ nõ oportere: nihil eſſe ꝑſtabilius otioſa vita, & cõferta, & plena voluptatibus. Eos aũt qui dicerent dignitati eſſe ſeruiendũ, Reip.

Vaticinari

conſulendũ, officii rationẽ in omni vita non cõmodi eſſe ducendã, ſubeunda ꝓ patria pericula, vulnera excipienda, mortẽ oppetẽdã: vaticinari atq; inſanire dicebat. Ex his aſſiduis eius quotidianiſq; ſermonibus, & ꝙ videbam, quibuſcũ hominibus in interiore ędium parte viue-

† redoleret

ret, & ꝙ ita domus ipſa fumabat, vt multa eius ſermonis indicia †redolerent, ſtatuebam ſic, boni nihil ab illis nugis eſſe expectandũ, mali quidem certe nihil pertimeſcendum. Sed ita eſt

Similitudo pulchra.

Iud. vt ſi gladium paruo puero, aut ſi imbecilli ſeni, aut debili dederis, ipſe impetu ſuo nemini noceat: ſin ad nudum, vel fortiſſimi viri corpus acceſſerit: poſſit, acie ipſa vel ferri viribus vulnerari: ita cum hominibus enervatis, atq; exanguibus conſulatus tanq̃ gladius eſſet da-

tus: qui per se pungere neminẽ vnq̃ potuissent, hi summi imperii noie armati, Rempu. trucidauerunt. fœdus fecerũt cũ Tribuno pl. palã, vt ab eo prouincias acciperẽt quas ipsi vellent: exercitũ & pecuniã quantã vellẽt: ea lege, si ipsi prius Tribuno pl. afflictã Rẽp. tradidissent. id em̃ fœdus meo sanguine ictũ sanciri posse dicebant. Qua re patefacta (neq; em̃ dissimulari tã tũ scelus poterat, nec latere) promulgantur vno eodẽq; tẽpore rogationes ab eodẽ Tribuno de mea pernicie, & de prouinciis nominatim Cõsularibus. Hic tũ senatus sollicitus, vos equites excitati, Italia cũcta permota, oẽs deniq; omniũ generũ atq; ordinũ ciues summæ Reip. a Cõsulibus atq; a summo imperio petendũ esse auxiliũ arbitrabantur, cũ illi soli essent pter furiosum illũ Tribunũ, duo Reip. turbines, q nõ modo pcipitanti patriæ non subuenirent, sed eam nimis tarde cõcidere mœrerent. Flagitabat ab his quotidie, cũ querelis bonor̃ omniũ, tum etiam precibus senatus, vt meam causam susciperẽt, agerẽt aliquid, deniq; ad senatũ referrent. hi non modo negando, sed etiã irridẽdo amplissimũ quẽq; illius ordinis insequebantur. Hic subito cũ incredibilis ĩ Capitoliũ multitudo ex tota Vrbe cũctaq; Italia cõuenisset, vestem mutandam oẽs, meq; etiã omni ratione priuato cõsilio (qm̃ publicis ducibus Resp. careret) defendendũ putarũt. Erat eodẽ tẽpore senatus in æde Cõcordię: qd ipsum templũ repsentabat memoriam cõsulatus mei: cũ flens vniuersus ordo †Cincinnatũ Cõsulẽ orabat. nam alter ille horridus & seuerus consulto se domi cõtinebat. qua tũ superbia cœnum illud ac labes, amplissimi ordinis preces, amplissimorum ciuium lachrymas repudiauit! me ipsum vt contempsit Helluo patrię! nã quid ego patrimonii dicã! qd ille cũ quasi quęstum faceret, amisit. vos inquã Eqtes Ro. & oẽs boni veste mutata, vos inquã p meo capite ad pedes Lenonis impurissimi pieciſtis. cum vestris pcibus a latrone illo repudiati estis. Vir incredibili fide, magnitudine animi L. Mummius ad senatũ de Rep. retulit: Senatusq; frequẽs vestẽ p mea salute mutãdã censuit. O diẽ illũ Iud. funestũ senatui boniſq; oĩbus, Reip. luctuosum, mihi ad domesticũ mœrorẽ grauem, ad posteritatis memoriã glorioſum. Quid em̃ quisq̃ põt ex oĩi memoria sumere illustrius, q̃ pro me vno ciue & bonos oẽs priuato cõsensu, & vniuersum senatũ publico cõsilio mutasse vestem! Quæ quidem tũ mutatio nõ deprecationis causa est facta, sed luctus. quẽ em̃ deprecari se, cum omnes essent sordidati! cũq; hoc satis esset signi esse improbũ, qui mutata veste non esset! Hac mutatione facta vestis, tãto in luctu ciuitatis, omitto quid ille Tribun⁹ omniũ rerũ diuinarũ humanarumq; pdo fecerit: q adesse nobilissimos adolescentes, honestissimos equites Ro. deprecatores salutis meæ iusserit, eosq; operarũ suarum gladiis & lapidibus obiecerit: de Cõsulib⁹ loquor, quorũ fide Respu. niti debuit. exanimat⁹ euolat ex senatu, nõ minus perturbato animo atq; vultu, q̃ si annis ante paucis in creditorum conuentum incidisset: aduocat concionem: habet orationem talem consul, qualem nunq̃ Catilina victor habuisset. errare homines si etiam tum senatũ aliquid in Rep. posse arbitrarent. equites vero Ro. daturos illius diei pœnas, qui me consulem cũ gladiis in Capitoliũ duci fecissent: venisse tẽpus iis, qui in timore fuissent, coniuratis videlicet, dicebat vlciscẽdis. Si dixisset hoc solum, oĩi supplicio esset dignus: nam oratio ipsa cõsulis pernicioſa, põt Remp. labefactare. quid fecerit videte. Illum iam, qui cum me ipsum pro summa familiaritate, quæ cum fratre mihi, vel cum patre eius erat, vnice diligebat, tum pro Rep. vel mortem oppetere cupiebat, in cõcione lege relegauit: edixitq; vt ab Vrbe abesset M. passus, q̃ esset ausus pro ciue, pro benemerito ciue, p amico, pro Rep. deprecari. quid hoc homine facias! aut quo ciuem importunum, aut quo potius hostem tam sceleratum reserues! qui, vt omittã cætera, quæ sunt ei cum collega immani, impuroq; coniuncta, atq; cõmunia, hoc vnum habet proprium, vt expulerit ex Vrbe, relegarit, non dico Equitem Romanum, non ornatissimũ, atq; optimum virum, non amicissimũ reipublicę ciuẽ, non illo ipso tempore vna cũ senatu & cum bonis omnib⁹ causam amici, Reiq; p. lugentem, sed ciuẽ Romanũ sine vllo iudicio, atq; edicto ex patria cõsul eiecerit. Nihil acerbi⁹ †societati inferre soliti sũt, q̃ id qd perraro accidit, ex vrbe ire a cõsule iuberi. atq; illis tum erat reditus in suas ciuitates, ad suos lares familiares: & in illo communi incommodo nulla in quenq̃ propria ignominia nominatim cadebat. hoc vero quid est! exterminabit ciues Romanos edicto cõsul a suis diis penatibus! expellet a patria! videlicet quẽ volet damnabit, atq; eiiciet nominatim! hic, si vnq̃ vos eos, qui nunc estis in Rep. fore putasset, si deniq; imaginẽ iudicior̃, aut simulacrũ aliqd futurũ in ciuitate reliquũ credidisset, nunq̃ ausus esset senatũ de Rep. tollere, Equitũ Ro. preces aspernari, ciuium deniq; omniũ nouis & inauditis edictis ius libertatẽq; euertere. Etsi me attẽtissi-

Fœdus.

†Cirratum

Helluo.

Mutata vestis p Ciceronę.

†Sociis.

Quid hoc hoie facias

mis animis ſumma cũ benignitate auditis Iudices:tñ vereor,ne qs veſtrũ forte miret, quid hæc mea oratio tã alte,ac tã lõge repetita velit:aut qd ad P.Seſtii cauſam,eoꝝ,qui ante hu ius tribunatum remp.vexarunt,delicta pertineant.mihi em̃ propoſitũ eſt oſtẽdere,omnia cõ ſilia P.Seſtii, mentemq; totius tribunatus hanc fuiſſe,vt afflictæ, & perditæ Reip.quantum poſſet,mederetur. Ac ſi in exponendis vulneríb⁹ illis,de me ipſo plura dicere videbor,igno ſcite.nam & illam meam cladem vos,& omnes boni maximum eſſe Reip.vulnus iudicaſtis: & P.Seſtius eſt reus non ſuo,ſed meo nomine.qui cum omnem vim ſui tribunat⁹ in mea ſa lute cõſumpſerit,neceſſe eſt meam cauſam præteriti temporis, cum huius præſenti defenſio ne eſſe coniũctam.Erat igitur in luctu ſenatus: ſqualebat ciuitas publico cõſilio mutata ve ſte:nullum erat municipiũ Italię,nulla colonia,nulla præfectura,nulla Romæ ſocietas,vecti galium,nullũ collegiũ,aut cõciliũ,aut omnino aliquod commune conſiliũ,qđ tũ non hono rificentiſſime decreuiſſet de mea ſalute:cũ ſubito edicũt duo conſules, vt ad ſuum veſtitum Senatores redirent.quis vnq̃ conſul ſenatũ ipſius decretis parere prohibuit! quis Tyrannus miſeros lugere vetuit!parũ ne eſt Piſo, vt omittam Gabinium, q̃ tantũ homines fefelliſti, vt negligeres auctoritatem ſenatus!optimi cuiuſq; conſilia cõtemneres!Remp.proderes!cõ ſulare nomen affligeres!etiam ne edicere audeas ne mœrerent homines ſuam,meam, reipu blicæ calamitatem!neve hũc ſuũ dolorem veſte mutata ſignificarẽt! ſiue illa veſtis mutatio ad luctum ipſorũ,ſiue ad deprecandũ valebat,quis vnq̃ tam crudelis fuit,q̃ prohiberet quen q̃,aut ſibi mœrere!aut cæteris ſupplicare!quid!ſua ſponte homines in amicorum periculis veſtitũ mutare non ſolent!pro te ipſo Piſo nemo mutauit!ne iſti quidem, quos legatos non modo nullo ſenatuſconſulto,ſed etiam repugnante ſenatu,tute tibi legaſti. Ergo hominis deſperati,& proditoris Reip.caſum lugebũt fortaſſe qui volent:ciuis florentiſſimi beneuolẽ tia bonorum,& optime de ſalute patriæ meriti periculum coniũctũ cũ periculo ciuitatis,lu gere ſenatui non licebit!Idem cõſules,ſi appellandi ſunt conſules,quos nemo eſt,qui nõ mo do ex memoria,ſed etiam ex faſtis euellendos non putet:pacto iam fœdere prouinciarũ,pro ducti in circo Flaminio in concionẽ ab illa furia ac peſte patriæ maximo cum gemitu veſtro, illa omnia,quæ tam contra me,q̃ contra Remp.dixerant,voce ac ſententia ſua comprobaue rũt.Iiſdem conſulib⁹ ſedentibus,atq; inſpectantibus lata lex eſt,ne auſpicia valerent,ne qs ob nũciaret,ne qs lege intercederet:vt oĩbus feſtis dieb⁹ legem ferri liceret:vt lex Helia,lex Fu ſia ne valeret.qua vna rogatione,quis eſt,qui non intelligat vniuerſam Rẽp.eſſe deletã!Iiſdẽ Conſ.inſpectantib⁹,ſeruorũ delectus habebat pro tribunali Aurelio noĩe Collegiorũ: cũ vi catim homines circũſcriberent:decuriarent:ad vim,ad manus,ad cędem,ad direptionem in citarent.Iiſdem Conſ.arma in tẽplo Caſtoris palã portabant,gradus eiuſdem tẽpli tollebant, armati hoĩes forũ & cõciones tenebant,cædes,lapidationeſq; fiebant,nullus erat ſenatus, ni hil reliqui magiſtrat⁹,vnus omniũ poteſtatem armis & latrociniis poſſidebat,non aliqua vi ſua,ſed cũ duos cõſules a Rep.puinciarũ fœdere retraxiſſet,inſultabat,dominabat,aliis pol licebat,terrore ac metu multos,plures etiã ſpe & promiſſis tenebat.Quæ cum eſſent eiuſmo di Iudices:cum Senatus duces nullos,ac pro ducib⁹ proditores,aut poti⁹ apertos hoſtes ha beret:Equeſter ordo reus a cõſulibus citaret:Italię totius auctoritas repudiaret:alii nomina tim relegarent,alii metu ac periculo terrerent,arma eſſent ĩ templis,armati in foro: eaq; nõ ſilentio conſulũ diſſimularent,ſed & voce & ſententia comprobarent:cum omnes vrbem nõ dum exciſam,& euerſam,ſed iam captam,atq; oppreſſam videremus:tamen his malis tantis, tanto bonorum ſtudio Iud.reſtitiſſemus.Sed me alii metus,atq; aliæ curę,ſuſpitioneſq; mo uerũt.Exponã enim hodierno die Iud.omnẽ rationem facti & conſilii mei: neq; huic veſtro tanto ſtudio audiẽdi,nec huic tantę multitudini,quanta mea memoria nunq̃ vllo in iudicio fuerit,deero.nam ſi ego in bona cauſa,tanto ſtudio ſenatus,cõſenſu tam incredibili bonorũ omniũ tã parato,tota deniq; Italia ad omnẽ cõtentionẽ expedita,ceſſi Tribuni pl.deſpicatiſ ſimi hoĩs furori:cõtemptiſſimoꝝ cõſulũ leuitatẽ,audaciãq; pertimui:me timidũ,nullius ani mi,nulli⁹ cõſilii fuiſſe cõfiteor.quid em̃ ſimile fuit ĩ M.Metello!cuius cauſam,etſi oẽs boni p babant,tamen neq; ſenatus publice,neq; vllus ordo proprie,neq; ſuis decretis Italia tota ſuſ ceperat.ad ſuã em̃ magis ille gloriã,q̃ ad perſpicuam ſalutem Reipu.ſpectarat,cũ vnus in le gem per vim latam iurare noluerat.deniq; videbatur hac conditione tam fortis fuiſſe,vt cũ patrię charitate cõſtãtię gloriã cõmutaret.erat em̃ huic res cũ exercitu C.Marii inuicto: ha bebat inimicũ C.Mariũ cõſeruatorẽ patrię ſextũ iã illũ conſulatum gerentem:res erat cum

Pro tribu nali Aure lio.

L. Saturnino iterũ tribuno pl. vigilãte hoie, & in causa populari si nõ moderate, at certe popullariter agente, attamen nec tergiuersatus cessit, ne aut victus a fortibus viris cũ dedecore caderet, aut victor multis & fortibus ciuibus Rẽp. orbaret. Meã causam senatus palã, Equester ordo acerrime, cũcta Italia publice, oẽs boni enixe susceperant. eas res gesserã, quarũ non vnus auctor, sed dux omnium voluntatis fuissem: quæq; non modo ad singularem meã gloriam, sed ad salutẽ cõmunẽ omniũ ciuiũ, & ꝓpe gentium ptinerent, ea cõditione gesseram, vt meũ factũ semper oẽs pstare tueriq; deberent. erat em̃ mihi cõtentio nõ cũ victore exercitu, sed cum operis cõductis, & ad diripiẽdã vrbẽ cõcitatis. habebã inimicũ nõ C. Mariũ terrorem hostiũ, spem subsidiumq; patrię, sed duo importuna prodigia. quos egestas, quos æris alieni magnitudo, quos leuitas, quos ĩprobitas tribuno pl. cõstrictos addixerat. Nec mihi res erat cum Saturnino, qui qdem a Quęstore Ostiensi per ignorantiam ad principem & senat⁹, & ciuitatis M. Scaurum rẽ frumẽtariã translatã sciebat, sed cũ scurrarũ locupletum scorto, cum sororis adultero, cũ stuprorum sacerdote, cum venefico, cũ testamentario, cũ sicario, cũ latrone. quos hoies, si id qđ facile factu fuit, & qđ fieri debuit, quodq; a me optimi & fortissimi ciues flagitabant, vi armisq; superassem: nõ verebar, ne quis aut vim vi repulsam reprehenderet, aut perditorũ ciuiũ vel potius domesticorũ hostiũ mortem mœreret. Sed me illa mouerũt. oĩbus in cõcionibus illa furia clamabat, se q̃ faceret cõtra salutẽ meã, facere auctore Cn. Põpeio clarissimo viro, mihiq; & nunc, & quoad licuit, amicissimo. M. Crassus, quocũ mihi erant oẽs amicitię necessitudines, vir fortissimus, ab eadẽ illa peste infestissim⁹ esse meis fortunis pdicabat. C. Cęsar, q a me nullo meo merito alienus esse debebat, inimicissim⁹ esse meę saluti ab eodẽ quotidianis cõcionibus dicebatur. his se tribus auctoribus in cõsiliis capiendis, adiutoribus in re gerẽda, esse vsurũ dicebat. ex quibus vnũ habere exercitũ maximum in Italia: duo, qui priuati essent, & præessent, & pararẽt si vellẽt exercitũ: idq; facturos esse dicebat. nec mihi ille iudiciũ populi, nec legitimã aliquã cõtentionẽ, nec disceptationẽ, aut causæ dictionem, sed vim, arma, exercitus, imperatores, castra denũciabat. Quid ergo? inimici oratio, vana pser̃tim, tã improbe in clarissimos viros cõiecta me mouit? me vero nõ mouit illi⁹ oratio, sed eorum taciturnitas, in quos illa oratio tam improba cõferebatur. qui tum, q̃q̃ ob aliã causam tacebant, tñ hominibus omnia timentib⁹ tacẽdo loqui, nõ inficiando confiteri, videbantur. illi em̃ mali timore perterriti, ꝓ acta illa, atq; omnis res superioris anni labefactari a ꝓtoribus, infirmari a senatu, atq; principibus ciuitatis putabant, suaq; sibi ꝓpiora esse pericula, q̃ mea loquebantur, Tribunum popularẽ a se alienari nolebant. Et tñ & Crassus a Consulibus meam causam suscipiendam esse dicebat, & eorũ fidem Põpeius implorabat, neq; se priuatum publice causę susceptę defuturum esse dicebat. Quem virum studiosum mei, cupidissimũ Reip. seruãdę, domi meę certi homines cõpositi monuerũt, vt esset cautior, eiusq; vitę a me insidias apud me domi positas esse dixerunt. atq; hanc ei suspitionem alii literis mittendis, alii nũciis, alii coram ipsi excitauerũt. tot ille, cum a me nihil certe timeret: ab illis ne qd meo nomine molirent, sibi cauendum putaret: L. ipse Cęsar, quem maxime ignari hoies veritatis mihi esse iratũ putabant, erat ad portas cũ imperio, erat in Italia eius exercitus, inq; eo exercitu ipsius tribuni plebis inimici mei fratrẽ præfecerat. Hęc ego cum viderem: neq; enim erant occulta: Senatũ, sine quo ciuitas stare nõ posset, omnino de ciuitate esse sublatũ: Cõsules, qui publici cõsilii duces esse deberẽt, perfecisse, vt per ipsos publicũ cõsiliũ funditus tolleretur: eos q plurimũ possent, opponi oĩbus cõcionib⁹ falso, sed & formidolose tñ, auctores ad pernicie meã: cõciones haberi quotidie cõtra me: vocẽ ꝓ me, ac pro Rep. neminẽ mittere: intenta signa legionũ existimari ceruicibus ac bonis vestris falso, sed putari tñ cõiuratorũ veteres copias & effusam illam ac superatã Catilinę manũ importunam nouo duce & insperata cõmutatione rerũ esse renouatam. hęc cũ viderẽ, qd agerẽ Iudices? scio. n. tũ, non mihi vestrũ studiũ, sed meũ ꝓpe vestro defuisse. cõtẽderẽ cõtra tribunũ pl. priuat⁹ armis? vicissent improbos boni, fortes inertes, interfectus esset is, q hac vna medicina sola potuit a Reipu. peste depelli. quid deinde? qd reliquiarũ restaret? qd denique? erat dubiũ, qn ille sanguis tribunitius nullo præsertim publico cõsilio ꝓfusus, Cõsules auctores & defensores esset habiturus? cũ qdẽ ĩ cõcione dixisset, aut mihi semel pereũdũ, aut bis eẽ vicẽdũ: qd erat bis vincere? id pfecto, vt cũ amẽtissimo cũ tribuno pl. decertassem, cũ cõsulib⁹ cęteriscq; eius vltorib⁹ dimicarẽ. Ego vero si mihi vni pereundũ fuisset, ac nõ accipiẽda plaga mihi insanabilis illa mortifera, quã reip. imposuisset, semel perire tñ lud. maluissem, q̃ bis vicere. Erat em̃ altera eiusmodi cõten-

L. Saturninus. ✳

Clodius. Testamentarius.

tio illa,vt neq; victi neq; victores Rẽp.tenere possem⁹.Quid:si in prima cõtentione,vi tribu
nitia victus in foro cũ multis bonis viris cõcidissem:Senatũ cõsules credo vocassent:quẽ to
tũ de ciuitate deiecerãt.ad arma vocarẽt:qui ne vestitũ quidẽ defendissent Reipu.a tribuno
pl.post interitũ dissidissent:q eãdẽ horã meę pestis & suorũ p̃miorũ esse voluissent.Vnũ em̃
mihi restabat illud,qđ forsitan nõ nemo vir fortis,& acris animi magniq; dixerit: restitisses,
repugnasses,mortẽ pugnãs oppetisses.de quo inquã tete patria obtestor, & vos penates pa
triiq; dii,me vestrarũ sediũ templorũq; causa,me propter salutẽ meox; ciuiũ,quæ mihi semp
fuit mea charior vita,dimicationẽ cędemq; fugisse.Etem̃ si mihi in aliqua naue cũ meis ami
cis nauiganti hoc Iud.accidisset,vt multi ex multis locis p̃dones classibus eã nauẽ se opp̃su
ros minitarent,nisi me vnũ sibi dedidissent:si id vectores negarẽt,ac mecũ simul ĩterire q̃ me
tradere hostib⁹ mallẽt,iecissem me poti⁹ ipse in ꝓfundũ,vt cęteros cõseruarẽ, q̃ illos mei tã
cupidos nõ modo ad certã mortẽ,sed in magnũ vitę discrimen adducerẽ:Cũ vero in hãc rei
publicę nauẽ,ereptis senatui gubernaculis,fluitantẽ in alto tempestatib⁹ seditionũ, ac discor
diarũ,armatæ tot classes,nisi ego vnus dedit⁹ essem,incursurę viderent:cũ pscriptio,cædes,
direptio,denunciarent:cũ alii me suspitione pericli sui nõ defenderẽt,alii vetere odio bono
rũ incitarent,alii ĩuiderẽt,alii obstare sibi me arbitrarent,alii vlcisci dolorẽ suũ aliquẽ vellẽt,
alii rẽ ipsã publicã,atq; hunc bonorũ statũ otiũq; odissent,& ob hasce causas tot tãq; varias
me vnũ deposcerent:depugnarẽ potius cũ summo nõ dicã exitio,sed piculo certe vestro, li
berorũq; vestrorũ,q̃ nõ id,qđ etiã oĩbus ĩmpẽdebat,vnus ꝓ oĩbus susciperẽ,ac subirẽ: Victi
essent improbi.at ciues,at ab eo priuato,qui sine armis rẽp.etiã cõsul cõseruarat.sin victi es
sent boni,qđ supæresset:nõ ad seruos videtis Rẽp.vẽturã fuisse:an mihi ipsi, vt qdã putant,
fuit mors ęquo aĩo oppetenda:quid:tũ mortẽ ne fugiebã:an erat res vlla,quam mihi magis
optãdã putarẽ:aut ego illas res tãtas in tãta improborũ multitudine cum gerebã,non mihi
mors,nõ exiliũ ob oculos versabant:nõ hęc deniq; a me,tũ tanq̃ fata,in ipsa re gerẽda con
cinebant:an erat mihi in tanto luctu meox;,in tãta disiunctione,tãta acerbitate,tanta spolia
tione omniũ rerũ,quas mihi aut natura aut fortuna dederat,vita retinenda:tam erã rudis:
tã ignarus rerũ:tã expers cõsilii,aut ingenii:nihil audierã:nihil viderã:nihil ipse legendo q̃
rendoq; cognouerã:nescieba vitã breuẽ esse:cursum gloriæ sempiternũ:cũ esset omnibus de
finita mors,optandũ esse,vt vita q̃ necessitati deberet,patrię potius donata,q̃ reseruata na
turę videret:nescieba inter sapiẽtissimos homines hãc cõtẽtionẽ fuisse, vt alii dicerent aĩos
hominũ,sensusq; morte restingui:alii autem tum maxime mentes sapientũ ac fortiũ virorũ,
cum e corpore excessissent,sentire,ac vigere:quorum alterum fugiẽdum non esse,carere sen
su:alterũ etiã optandũ,meliore esse sensu.deniq; cũ oĩa semper ad dignitatẽ retulissem,nec
fine ea quicq̃ expætendũ esse homini in vita putassem,mortẽ,quam etiam virgines Athenis,
regis opinor Erichthei filiæ,pro patria cõtempsisse dicunt,ego vir consularis tantis rebus
gestis timerem:præsertim cũ eius essem ciuitatis,ex qua Q.Mutius solus in castra Porsenæ
venisset,eumq; interficere proposita sibi morte conatus esset:ex qua P.Decius primũ pater,
post aliquot annos patria virtute præditus filius,se ac vitã suã instructa acie pro salute po
puli Ro.victoriaq; deuouisset:ex qua innumerabiles alii partim adipiscẽdę laudis,partim vi
tandę turpitudinis causa mortẽ in variis bellis æquissimis animis oppetissent:in qua ciuita
te ipse meminissem patrem huius M.Crassi fortissimũ virũ,ne videret victorẽ viuus inimi
cũ,eadẽ sibi manu vitã exhausisse,qua mortem sępe hostib⁹ obtulisset:Hęc ego & multa alia
cogitans,hoc videbam:si causam publicã mea mors peremisset,neminem vnq̃ fore, qui aude
ret suscipere cõtra improbos ciues reip.salutẽ.Itaq; non solũ si vi interissem,sed etiã si mor
bo extictus essem,fore putabã,vt exemplũ Reip.cõseruãdę mecũ simul interiret. qđis.n.vnq̃
me a senatu populoq; Romano,tãto bonox; omniũ studio nunc restituto,oĩa adire pericula
ꝓ rep.dubitabit:qđ certe si essem ĩterfect⁹,nunq̃ accidere potuisset,vt qsq̃ vllã Reip.partem
cũ sua minima ĩuidia auderet attĩgere. Seruaui igit Rẽp.discessu meo Iudices:cędẽ a vobis,
liberisq; vestris,vastitatẽ,incẽdia,rapinas,meo dolore luctuq; depuli,& vn⁹ Rẽp.bis seruaui,
semel gloria,iterũ ęrũna mea.neq;.n.hoiem ĩ hoc me ĩficiabor vnq̃,vt me optimo fratre,cha
rissimis liberis,fidissima cõiuge,vestro conspectu,patria,hoc honoris gradu,sine dolore ca
ruisse glorier.qđ si fecissem,qđ a me bñficiũ haberetis:cũ ꝓ vobis ea,q̃ mihi eẽnt vilia,reliqs
sem.hoc,meo qdẽ aĩo,sumi ĩ patriã amoris mei signũ eẽ debet certissimũ, q; cũ abesse ab ea
nõ possem sine sũmo dolore,hunc me pærpeti,q̃ illã labefactari ab ĩprobis malui.Memineram

Vita breuis,cursus gloriæ sempiternus.

Opiniones philosophorũ de morte,& aĩæ immortalitate.

Erichthei filię.

Q.Mutius Scęuola.

P.Decius.

Offerre mortem.

Memĩnerã occultasse.

Iud. diuinũ illũ virũ, atq; ex hisdẽ, quibus nos, radicib⁹ natũ ad salutẽ imperii huius C. Mariũ, summa senectute, cũ propẽ vim iustorũ armorũ profugisset, primo senile corpus paludibus occultasse demersum: deinde ad infirmorũ ac tenuissimorũ hominũ Minturnis misericordiã cõfugisse: inde nauigio pparuo, cũ oĩs portus terrasq; fugeret, in oras Aphricę desertissimas pꝛeuenisse. atq; ille vitam suã, ne inult⁹ esset, ad incertissimã spem, & ad Reip. statum reseruauit. ego qui (quẽadmodũ multi in senatu me absente dixerũt) periculo reipublicę viuebam, quiq; ob eã causam cõsularib⁹ literis de senatus sentẽtia exteris nationib⁹ cõmendabar, nonne si meã vitã deseruissem, Remp. prodidissem? in quo quidẽ nunc me restituto viuit mecũ simul exemplum fidei publicę. quod si immortale retinetur, quis non intelligit immortalem hanc ciuitatẽ futuram? Nam externa bella regum, gentiũ, nationũ, iampridẽ ita extincta sunt, vt præclare cũ his agamus, quos pacatos esse patiamur: deniq; ex bellica victoria nõ fere q̃ est inuidia ciuium cõsecuta. domesticis malis, & audaciũ ciuiũ consiliis sæpe est resistendũ: eorumq; periculo est in Rep. retinenda medicina, quã omnem lud. pꝛdidisseris, si meo interitu senatui populoq; Ro. doloris sui de me declarãdi potestas esset erepta. Quare moneo vos adolescentes, atq; hoc meo iure pꝛæcipio, qui dignitatem, qui Remp. qui gloriã spectatis, ne siqua vos aliquando necessitas ad Remp. cõtra improbos ciues defendẽdã vocabit, segniores sitis, & recordatione mei casus a cõsiliis fortib⁹ refugiatis. Primũ nõ est periculũ ne qui vnq̃ sint in ciuitate eiusmodi cõsules: pꝛesertim si erit iis id, quod debeẽ, pꝛsolutum. Deinde nunq̃, vt spero, quisq̃ improbus cõsilio & auxilio bonorũ se oppugnare rempublicã dicet, illis tacentibus: nec armati exercit⁹ terrorẽ opponet togatis: neq; erit iusta causa ad portas sedenti imperatori, quare terrorem suũ iactari opponiq; patiatur. nunq̃ enim erit tã oppressus senatus, vt ei ne supplicãdi quidẽ, ac lugendi sit potestas: tam captus equester ordo, vt Equites Romani a consule relegentur. Quæ cum omnia, atq; etiã multo alia maiora, quę cõsulto ptereo, accidissent, videtis me tamen in pristinam meã dignitatẽ, breui temporis dolore interiecto, Reip. voce esse reuocatũ. Sed vt reuertar ad illud, qđ mihi in hac oĩ est oratione propositũ, omnibus malis illo anno scelere cõsulũ Remp. esse cõfectam: primũ illo ipso die, qui mihi funestus fuit, omnibus bonis luctuosus: cum ego me cõplexu patriæ, cõspectuq; vestro eripuissem: & metu periculi vestri, nõ mei, furori hominis, sceleri, perfidię, telis, minisq; cessissem: patriamq;, quæ mihi erat charissima, propter ipsi⁹ patriæ charitatẽ reliquissem: cũ meũ illũ casum tã horribilẽ, tã grauẽ, tam repentinũ, nõ solũ hoĩes, sed tecta vrbis ac tẽpla lugerent: nemo vestrũ forũ, nemo curiã, nemo lucẽ aspicere vellet: illo inquã ipso die, die dico? immo hora, atq; etiam puncto temporis eodem, mihi Reiq; p. pernicies, Gabinio, & Pisoni prouincia rogata est. Pro dii immortales custodes & cõseruatores huius vrbis atq; imperii: quænã illa in Rep. mõstra? quæ scelera vidistis? ciuis erat expulsus is, qui Remp. ex senat⁹ auctoritate cũ omnibus bonis defenderat: & expulsus nõ alio aliquo, sed eo ipso crimine: expulsus sine iudicio, lapidibus, ferro, seruitio deniq; cõcitato: lex erat lata vastato, ac relicto foro, & sicariis seruisq; tradito, & ea lex, quę ne ferretur, Senatus fuerat veste mutata. Hac tãta pꝛturbatione ciuitatis ne noctẽ quidẽ cõsules inter meũ discrimẽ, & eoꝝ pdã interesse passi sunt. statim me pꝛculso, ad meũ sanguinẽ hauriẽdũ, & spirãte etiã Rep. ad eius spolia detrahenda aduolauerũt. omitto gratulationes, epulas, partitionem ærarii, beneficia, spem, promissa, prædam, lętitiam paucorũ in luctu omniũ. vexabatur vxor mea, liberi ad necẽ quærebantur, gener, & Piso gener, a Pisonis cõsulis pedibus supplex reiiciebat, bona diripiebantur, eaq; ad cõsules deferebant, domus ardebat in palatio, cõsules epulabant. q; si meis incõmodis lętabant, vrbis tñ periculo cõmouerent. Sed vt a mea causa iã recedã, reliquas illi⁹ anni pestes recordabimini. sic eñ facillime pꝛspicietis, quãtã vim omniũ remediorũ a magistratib⁹ proximis Resp. desiderarit. legũ multitudinẽ, cũ earũ, q̃ latę sunt, tũ vero q̃ pmulgatę fuerũt, dicã? nam latę sunt cõsulib⁹ illis tacentibus, immo vero approbantibus etiã, vt Censoria notatio, & grauissimũ iudiciũ sanctissimi magistratus tolleret de rep. vt Collegia non modo illa vetera cõtra senatusc̃ cõsultũ restituerent, sed ab vno gladiatore innumerabilia alia noua conscriberent: vt remissis semissibus & trientib⁹ quinta prope pars vectigaliũ tolleret: vt Gabinio pro illa sua Cilicia, quã sibi, si rẽp. prodidisset, pact⁹ erat, Syria daret: vt vni helluoni bis de eadẽ re deliberãdi esset potestas: vt rogata lege, legẽ ferret prouincię cõmutãdę. Mitto eãs legẽ, quæ omnia religionũ iura, auspiciorũ, potestatũ, oĩs leges, quę sunt de iure, & de tẽpore legũ rogãdarũ, vna rogatione deleuit: mitto oĩm domesticã laudẽ, etiã exteras natiões il-

Conſulto.

Punctum temporis.

lius anni furore cõquassatas videbamus.lege Tribunitia Matris Magnę Pessimuntius ille sacerdos expulsus,& spoliatus sacerdotio est,fanũq; sanctissimarũ atq; antiquissimarũ religionũ venditũ pecunia grãdi Brogitaro impuro homini,atq; indigno illa religione: praesertim cũ ea sibi ille nõ colẽdi,sed violandi causa appetisset:appellati Reges a populo,q id nunq̃ nec senatu quidem postulassent:reducti exules Byzantiũ cõdemnati, tum,cũ indemnati ciues e
"ciuitate eiiciebant:rex Ptolemęus,q si nondũ erat ipse a senatu socius appellatus,erat tñ fra
* ter eius regis,q cũ esset in eadem causa iã perorata a senatu honorẽ istũ cõsecutus erat:eodẽ genere iisdẽq; maioribus,eadẽ vetustate societatis:deniq; erat Rex,sed nõdũ soci⁹,at nõ hostis,pacatus,quietus,fretus imperio populi Romani,regno paterno atq; auito regali otio p fruebat.de hoc nihil cogitãte,nihil suspicãte,eisdẽ operis suffragiũ ferentibus,est rogatũ,vt
"sedens cũ purpura & sceptro & illis insignibus regiis prẽconi publico subiiceret: & imperan te populo Romano,q etiã bello victis regibus regna reddere cõsueuit,rex amicus,nulla iniu
"ria cõmemorata,nullis repetitis rebus,cũ bonis omnibus publicaret.multa acerba,multa tur pia,multa turbulenta habuit ille annus:tñ illi sceleri,qđ in me illoq; immanitas edidit,haud
"scio,an hoc recte proximũ esse dicã.Antiochũ illũ magnũ maiores nostri magna belli cõten-
Huius loci meminit Gel.lib.xii. cap.xiii.dicens,intra mõtẽ Taurum,i.ad. tione terra mariq; superatũ,intra montem Taurũ regnare iusserũt:Asiã,qua illũ mulctarũt, Attalo,vt is regnaret in ea,cõdonauerunt,cũ Armeniorũ Rege Tigrane graue bellũ perdiu turnũq; gessimus,cũ ille iniuriis in socios nostros inferendis,bello ꝑe nos lacessisset. hic & ipse per se vehemẽs fuit,& acerrimũ hostẽ huius imperii Mithridatem pulsum Põto opib⁹ suis regnoq; defendit:& a Lucullo summo viro atq; imperatore pulsus,animo tñ hostili cũ relíquis copiis suis in pristina mente mansit.hunc Cn.Pompeius,cũ in suis castris supplicem abiectũq; vidisset,erexit:atq; insigne regiũ,qđ ille de suo capite abiecerat,reposuit,& imperatis certis rebus regnare iussit:nec minus & sibi & huic imperio glorioſum putauit, cõstitu-
* tũ a se Regem,q̃ cõstrictũ videri.Tulit,gessit,qui & ipse hostis fuit populi Romani,& acerrimũ hostẽ in regnũ recepit,q cõflixit,q signa cõtulit,qui de imperio pene certauit,regnat hodie:& amicitię nomen,ac societatis,qđ armis violarat,id pcibus est cõsecut⁹.Ille Cyprius miser,qui semper socius,semp amicus fuit,de quo nulla vnq̃ suspitio durior ad senatũ, aut ad
Viuus & videns. Operæ. imperatores nostros allata est,viuus(vt aiunt)est & videns cũ victu ac vestitu suo publicatus.En cur ceteri Reges stabilẽ eẽ suã fortunã arbitrent:cũ hoc illius funesti anni pdito exẽplo videant,p Tribunũ aliquẽ,& sexcẽtas operas,se fortunis spoliari,& regno omni posse nu
"dari.At etiã eo negotio M.Catonis splendorẽ maculare voluerunt,ignari qd grauitas,qd in
Virtus. tegritas,qd magnitudo animi,quid deniq; virtus valeret.quæ in tempestate quieta est, & lucet in tenebris:& pulsa loco,manet tñ,atq; hęret ĩ patria,splẽdetq; p sese semper,neq; alienis
"vnq̃ sordibus obsolescit.Nõ illi ornandum M.Catonẽ,sed relegandũ ad illud negotiũ putauerũt,qui in concione palam dixerint,linguã se euellisse M.Catoni,quæ semp cõtra extraordinarias potestates libera fuisset.Sentiẽt vt spero breui tempore,manere libertatem illã:atq; hoc etiam,si fieri poterit,esse maiorem,q; cum consulibus illis M.Cato,etiam cum iã desperasset aliqd auctoritate sua perficere posse,tamen voce ipsa ac dolore pugnauit,& post meũ discessum his Pisonem verbis flens meum & Reip.casum vexauit,vt illum hominem perditissimum,atq; impudentissimum pene iã prouincię pœniteret.Cur igitur rogationi paruit? quasi vero ille non in alteras quoq; leges,quas iniuste rogatas putaret,iam ante iurarit.non
"offert se ille testis temeritatibus,vt cum Reip.nihil profit,se ciuitate Ro.priuet. Cõsule me, cum esset designatus tribunus plebis,obtulit in discrimen vitam suam:dixit eam sentẽtiam, cuius inuidiã,capitis periculo sibi prẽstandam videbat;dixit vehemẽter:egit acriter: ea quæ sensit,põ se tulit:dux,auctor,actor rerũ illarũ fuit:nõ quo periculũ suũ nõ videret, sed in tanta Reip.tempestate nihil sibi,nisi de patrię periculis cogitãdũ putabat. Cõsecut⁹ est ipsi⁹ tribunatus.quid ego de singulari magnitudine animi eius,ac de incredibili virtute dicã? memi nistis illũ diẽ,cũ tẽplo a Collega occupato,nobis oĩbus de vita ei⁹ viri,& ciuis timẽtib⁹,ipse aĩo fortissimo venit in tẽplũ,& clamorẽ hominũ auctoritate,impetũ improborũ virtute seduxit.adiit cũ periculo,sed adiit cũ causa:q̃ quanta fuerit,mihi dicere nõ est necesse. At si isti
"Cyprię rogationi sceleratissimę nõ paruisset,hęreret illa nihilominus in Rep.turpitudo.Regno.n.iã publicato,de ipo Catone erat nominatim rogatũ.qđ ille si repudiasset,dubitatis qn ei vis esset allata? cũ oĩa acta illius anni p illũ vnũ labefactari viderent.Atq; etiam hoc videbat:quoniam illa in Rep.macula regni publicati maneret,quam nemo iam posset eluere, qđ

ex malis bonũ possit in Rep. peruenire, id vtili⁹ esse p se cõseruari, q̃ per alios. Atq; ille etiã si aliquapiam vi pelleret illis temporib⁹ ex hac vrbe, facile pateret. etẽ qui superiore anno se natu caruisset, quo si tũ veniret, me tñ sociũ suoꝝ in Rep. cõsilioꝝ videre posset: is eq̃o animo tũ me expulso, & meo noĩe cum vniuerso senatu, tũ sententia sua condemnata, in hac vrbe esse posset? ille vero eidem tempori, quo nos, eidem furori, eisdem Cõsulibus, eisdẽ minis, insidiis, periculis cessit. luctum nos hausimus maiorem, ille animi nõ minorem. His de tantis iniuriis in socios, in reges, in liberas ciuitates, cõsulũ querela esse debuit. in eius magistratus tutela reges, atq; exterę nationes semp fuerunt. ecquæ vox cõsulũ vnq̃ est audita? q̃q̃ quis auderet, si maxime q̃ri vellent, de Cyprio rege quærere, q̃ me ciuem nullo meo crimine, patriæ nomine laborantem, nõ modo stantem nõ defenderũt, sed ne quidem iacẽtẽ protexerũt? Cesseram, si alienam a me plebẽ fuisse vultis, quę non fuit, inuidię: si quo moueri omnia videbant, tempori: si ius susceperat, armis: si societas, magistratuum pactioni: si periculum ciuium, reipublicę, cur, cũ de capite ciuis, nõ disputo cuiusmodi ciuis, & de bonis proscriptio ferret, cũ & †sacris legib⁹, &. XII. tabulis sancitũ eẽt, vt neq; priuilegiũ irrogari, neq; de capite, nisi comitiis centuriatis rogari, nulla vox est audita cõsulũ? cõstitutũq; illo anno est, quantũ in illis duabus huius imperii pestibus fuit, iure posse per operas cõcitatas quẽuis ciuem nominatim tribuni plebis cõsilio ex ciuitate perturbari. Quæ vero promulgata illo anno fuerunt, quæ promissa multis, quæ conscripta, quæ sperata, quæ cogitata, quid dicam? qui locus orbis terræ iam nõ erat alicui destinatus? cuius negotii publici cogitari, optari, fingiq; procuratio potuit, quæ nõ esset attributa atq; descripta? qđ genus imperii, quæ prouincia, quæ ratio aut auferendæ aut cõflandę pecunię nõ reperiebatur? quæ regio, orave terrarum erat latior, in qua nõ regnũ aliquod statueret? quis autẽ Rex erat, qui illo anno nõ aut emendũ sibi, qđ non habebat, aut redimẽdũ qđ habebat arbitraretur? quis prouinciam, quis pecuniã, quis legationẽ ab senatu petebat? Dãnatis de vi, restitutio: cõsulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti cõparabatur. Hęc gemebãt boni, sperabãt improbi, agebat Tribun⁹ ple. Cõsules adiuuabãt. Hic aliquãto serius, q̃ ipse vellet Cn. Pompeius, inuitissimis iis, qui mentẽ optimi ac fortissimi viri suis cõsiliis, ac fictis terroribus a defensione meę salutis auerterãt, excitauit illã suam non solutam, sed suspitione aliqua retardatã consuetudinem Reip. bene gerendæ. Non est passus ille vir qui sceleratissimos ciues, qui acerrimos hostes, qui maximas nationes, qui reges, qui gentes feras, atq; inauditas, qui prędonũ infinitam manũ, qui seruitia virtute victoriaq; domuisset, qui omnibus bellis terra mariq; cõpressis, imperiũ Po. Ro. orbis terrarũ terminis definisset, Rẽp. euerti scelere paucoꝝ: quã ipse nõ solũ cõsiliis, sed etiã sanguine suo sæpe defendisset. accessit ad causam publicam, restitit auctoritate sua reliquis rebus, de pteritis questus est. fieri quædam ad melioręm spem inclinatio visa est. decreuit senatus frequens de meo reditu Cal. Iunii dissentiente nullo, referente L. Mũmio, cuius in mea causa nunq̃ fides, virtusq; cõtremuit. Intercessit Ligus iste nescio qui, additamentum inimicorũ meorũ. res erat & causa nostra eo loci, vt erigere oculos, & viuere videret. quisquis erat, qui aliquam partẽ in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocunq; venerat, qđ iudicium cũq; sibi erat, damnabat: inueniebatur nemo, qui se suffragium de me tulisse cõfiteret. discesserat ab Asia frater me⁹ magno squalore, sed multo etiam maiore mœrore. huic ad vrbem venienti tota obuiam ciuitas cũ lachrymis gemituq; ꝓcesserat: loquebat liberius senatus: cõcurrebãt Equites Romani: Piso ille gener me⁹, cui fructũ pietatis suę, neq; ex me, neq; a populo Romano ferre licuit, a propinquo suo socerũ suũ flagitabat: omnia senatus reiiciebat, nisi de me cõsules primo retulissent. Quę cum res iam manibus teneret: cũ cõsules prouinciarũ pactione libertatem omnem perdidissent: qui cum in senatu priuati, vt de me sententias dicerent flagitabantur, legem illi se Clodiam timere dicebãt: cũ hæc nõ possent iã diutius sustinere, initur consilium de interitu Cn. Pompei, quo patefacto, ferroq; deprehenso, ille inclusus domi tãdiu fuit, q̃diu inimic⁹ meus in Tribunatu. de meo reditu octo Tribuni promulgarunt. ex quo intellectum est, mihi absenti creuisse amicos, in ea pstertim fortuna, in qua nõnulli etiã, quos esse putauerã, nõ erãt: sed eos volũtatẽ semp eãdẽ, libertatẽ eãdẽ nõ semp habuisse. nã ex octo tribunis, quos tũc habuerã, vnus me absente defluxit, q̃ cognomen sibi ex alioꝝ imaginib⁹ arripuit, quo magis nationis eius esse, q̃ generis videret. Hoc igit anno magistratib⁹ nouis designatis, cũ oẽs boni omnẽ spem melioris status in eorũ fidẽ cõuertissent, princeps P. Lẽtulus auctoritate ac sententia sua, Pisone & Gabinio repugnãtib⁹, causam suscepit, tribunisq; plebis octo referẽtib⁹, p̃

Aliquapiã.

Ligus addi tamentum inimicorũ.

Eo loci.

Qđ iudiciũ cunq;.

ſtãtiſſimã de me ſentẽtiã dixit,qui cũ ad gloriã ſuã,atq; ampliſſimã beneficii gratiam magis pertinere videret,cauſam illã integrã ad ſuũ cõſulatũ reſeruari,tñ rẽ talẽ per alios citius,q̃ p̃ ſe tardius cõfici malebat.Hoc interim tẽpore P.Seſtius Iudices,deſignatus iter ad C.Cęſarẽ p̃ mea ſalute ſuſcepit,quid egerit,quantũ profecerit,nihil ad cauſam,equidẽ exiſtimo, ſi ille (vt arbitror) ęquus nobis fuerit,nihil ab hoc pfectũ:ſin iratior,nõ multũ,ſed tñ ſedulitatem atq; integritatem hominis videtis.Ingredior iã in Seſtii Tribunatũ,nã hoc primũ iter deſignatus Reip.cauſa ſuſcepit,pertinere & ad cõcordiam ciuiũ putauit,& ad perficiendi facilitatem,animũ Cęſaris a cauſa nõ abhorrere,abiit ille annus,reſpiraſſe homines videbant,nõdũ re,ſed ſpe Reip.recuperandę.exierunt malis omnibus atq; execrationib⁹ duo vulturii paludati,quib⁹ vtinã ipſis eueniſſent ea,quæ tũ homines p̃cabant,neq; nos prouinciã Macedoniam cum exercitu,neq; equitatũ in Syria,& cohortes optimas perdidiſſemus.Ineunt magiſtratum Tribuni plebis,qui oẽs de me p̃mulgaturos cõfirmarãt.ex his princeps emit ab inimicis meis,is quẽ hoies ĩ luctu irridẽtes Gracchũ vocabãt:quoniã id etiã fatũ ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp.conaret arrodere.Alter vero nõ ille Serran⁹ ab aratro,ſed ex deſerto Gaui Oleli horreo,calatis granis,in Calatinos ac Lęlios inſitus ſubito nominibus in tabulas relatis,nomen ſuum de tabula ſuſtulit.Veniũt Calendę Ianuarii:vos hæc melius ſcire poteſtis:equidẽ audita dico:quæ tũ frequẽtia ſenat⁹,q̃ expectatio populi,q̃ cõcurſus legatorũ ex Italia cuncta,q̃ virtus,actio,grauitas,P.Lentuli fuerit Cõſulis,q̃ etiam Collegę eius moderatio de me:qui cũ inimicitias ſibi mecũ ex Reip.diſſenſione ſuſceptas eſſe dixiſſet,eas ſe dixit & tẽporibus,& reipublicę permiſſurũ.Tũ princeps rogatus ſentẽtiam L.Cotta,dixit id,qd̃ digniſſimũ Rep.fuit,nihil de me actũ eſſe iure,nihil more maiorũ,nihil legibus:nõ poſſe quenq̃ de ciuitate tolli ſine iudicio:de capite nõ modo ferri,ſed ne iudicari quidem poſſe,niſi comitiis cẽturiatis.vim fuiſſe illã,flammã quaſſatæ reipublicę:perturbato vndiq; tẽpore,iure,iudiciiſq; ſublatis,magna rerũ p̃mutatione impẽdẽte, declinaſſe me paululũ,& ſpe reliquæ tranquillitatis præſentes fluctus,tempeſtatemq; fugiſſe. quare cũ abſens non minus rempublicã magnis periculis,q̃ quodam tempore præſens liberaſſem, nõ reſtitui me ſolum,ſed etiã ornari a ſenatu decere.Diſputauit etiam multa prudẽter,ita de me illum amẽtiſſimũ,& p̃fligatiſſimũ hoſtẽ pudoris & pudicitię ſcripſiſſe q̃ ſcripſerat,his verbis,reb⁹, ſentẽtiis,vt etiã ſi iure eẽt rogatũ,tñ vim habere nõ poſſet.quare me,q̃ nulla lege abeſſem,nõ reſtitui lege,ſed reuocari ſenatus auctoritate oportere.hunc nemo erat,qn veriſſime ſentire diceret.Poſt eũ rogat⁹ Cn.Põpeius,approbata laudataq; Cottę ſentẽtia dixit,ſeſe otii mei cauſa aut omni populari cõcitatione defringier cẽſere,& ad ſenatũ nõ ſe referri iuſſit.Cũ oẽs certatim,aliuſq; alio graui⁹,atq; ornati⁹ de mea ſalute ſine vlla varietate diciſſent,venit cõſilii de me agẽdi dies.VIII.Cal.Februarii.Princeps rogationis Q.Fabricius vir mihi amiciſſimus,templũ aliquãto ante lucẽ occupauit.Quid eo die Seſtius?is q̃ eſt de vi reus?actor hic defenſorq; cauſę meę,nihil p̃gredit,cõſilia expectat inimicorũ meorũ.quid illi,quorũ conſilio P.Seſtius in iudiciũ vocat,quo ſe pacto gerũt?cũ forũ,comitiũ,curiã, multa de nocte armatis hoĩbus ac ſeruis pleriſq; occupauiſſent,impetũ faciũt in Fabriciũ,manus afferũt,occidũt nõnullos,vulnerant multos: vniuerſiq; diſtrictis gladiis & cruẽtis in oĩbus fori partibus fratrẽ meũ virũ optimũ,oculis q̃rebãt,voce poſcebãt:quor̃ ille telis libẽter ſuũ corpus obtuliſſet,niſi ſuã vitã ad ſpem mei reditus reſeruaſſet.pulſus tñ e roſtris in comitio iacuit,ſeq; ſeruor̃,& libertorũ corporib⁹ obtexit,vitãq; ſuã tũ noctis & fugę p̃ſidio non iuris iudiciorũq; defendit. Meminiſtis tũ Iud.corporibus ciuiũ Tiberim repleri,cloacas refarciri,nihilq; neq; ante hoc tẽpus,neq; hoc ipſo turbulẽtiſſimo die criminationis eſſe in Seſtiũ.Hic etiã de ipſo accuſatore q̃ro,q̃ P.Seſtiũ querit cũ multitudine in Tribunatu & cũ p̃ſidio magno fuiſſe,nũ illo die fuerit?certe nõ fuit.gladiatores tu ſupponas?cũ ſicariis e carcere emiſſis ante lucẽ in forũ immittas?magiſtrat⁹ tẽplo eiicias?cędẽ maximã facias?forũ purges? & cũ oĩa vi,armis, egeris,accuſes eũ,q̃ ſe p̃ſidio munierit?nõ vt te oppugnaret, ſed vt vitã ſuã poſſet defendere? Ex eo tẽpore id egit Seſtius,vt à ſuis munitus,tuto in foro magiſtratũ gereret:vt a ſuis munitus Rẽp.adminiſtraret.Itaq; cũ fretus ſanctitate Tribunat⁹,ſe nõ mõ cõtra vim,& ferrũ,ſed etiã cõtra verba,atq; ĩterceſſionẽ legib⁹ ſacratis eẽ armatũ putaret,venit in tẽplũ Caſtoris,obnũciauit cõſuli,cũ ſubito manus illa Clodiana ĩ cæde ciuiũ ſępe iã victrix,exclamat, incitat,inuadit:inermẽ,atq; ĩparatũ Tribunũ alii gladiis adoriunt,alii fragmentis ſeptorum, & fuſtibus:a quibus hic multis vulneribus acceptis ac debilitato corpore & cõtrucidato ſe

Vulturii paludati.

Nitedula ex vepreculis extracta

De multa nocte.

Manus afferre.

Forũ purgare.

Obnũciare

abiecit exanimatus: neq; vlla alia re ab se mortẽ, nisi opinione mortis depulit, quẽ cũ iacentem, & concisum plurimis vulneribus extremo spiritu exanguẽ & confectũ viderẽt, defatigatione magis & errore, q̃ misericordia & modo, aliquando cędere destiterunt. Et causam dicit Sestius de vi: quid ita: quia viuit. & id nõ sua culpa. plaga vna illa extrema defuit. quæ si accessisset, reliquũ spiritũ exhausisset. accusa Lentidiũ. non percussit locũ: maledicito homini Reatino, cur tã tẽpore exclamaret occisum. ipsum vero quid accusas: nũ defuit gladiis: num repugnauit: nũ vt gladiatoribus imperari solet, ferrũ nõ recepit: an hęc ipsa vis est: non posse emori: an illa: q; tribunus plebis tẽplũ cruentauit: an q; cũ esset ablatus, primũq; resipisset, nõ se referri iussit: vbi est crimẽ, qđ reprehẽditis: Hic quęro Iudices: si illo die gens ista Clodiana, qđ facere voluit, effecisset: si P. Sestius, qui p occiso relictus est, occisus esset: fuistis ne ad arma iturí: fuistis ne vos ad patriũ illũ animũ maiorũq; virtutẽ excitaturi: fuistis ne aliquando Rempu. a funesto latrone repetituri: an etiã tunc quiesceretis: cunctaremini: timeretis: cũ Remp. a facinorosissimis sicariis, & a seruis esse oppressam, atq; occupatã videretis: Cuius igitur mortem vlciscemini, si quidẽ liberi esse, & habere rempublicã cogitaretis, de eius virtute viri quid vos loqui, qd sentire, qd cogitare, qd iudicare oporteat, dubitandũ putatis? At vero illi ipsi parricidæ, quorũ effrenatus furor alitur impunitate diuturna, adeo vim facinoris sui perhorruerãt, vt si paulo longior opinio mortis Sestii fuisset, Gracchum illũ suũ, transferẽdi in nos criminis causa occidere cogitarint. sensit rusticulus non incautus: neq; n. homines tacere potuerũt: suũ sanguinẽ quęri ad restinguendã inuidiam facinoris Clodiani: mulioniam pęnulã arripuit, cũ qua primũ Romã ad comitia venerat: messoria se corbe cõtexit: cũ quęrerẽt alii Numeriũ, alii Quintũ, gemini nominis errore seruat⁹ est. atq; hoc scitis oẽs: vsqueadeo hominẽ in periculo fuisse, quoad Sestiũ scitũ est viuere, quod nisi esset patefactum paulo citius, q̃ vellem, non illi quidẽ morte mercenarii sui transferre potuissent inuidiam in quos putabant, sed acerbissimi sceleris infamiã grato quodam scelere minuissent. Ac, si tunc P. Sestius Iud. in tẽplo Castoris animã quã vix retinuit, edidisset, non dubito, quin, si modo esset in Rep. Senatus, si maiestas populi Romani reuixisset, aliquando statua huic ob Remp. interfecto in foro statueret. Nec vero illorum quisq̃, quos a maioribus nostris morte obita positos in illo loco atq; in rostris collocatos videtis, esset P. Sestio aut acerbitate mortis, aut in rempublicã animo pręponendus: q cũ causam ciuis calamitosi, causam amici, causam bene de Rep. meriti, causam senatoris, causam Italię, causam Reip. suscepisset: cumq; auspiciis religionicq; parens obnũciaret, qđ senserat: luce palã a nefariis pestibus in deorũ, hominũq; cõspectu esset occisus, sanctissimo in tẽplo, sanctissima in causa, sanctissimo in magistratu. Eius igit̃ vitã q̃nã ipoliandã ornamẽtis esse dicet, cuius mortẽ ornãdã monimẽto sempiterno putaretis: Homines ingt emisti, coegisti, parasti. qd vti faceret: senatũ obsideret: ciuis indemnatos expelleret: bona diriperet: ædes incẽderet: tecta disturbaret: tẽpla deorũ immortaliũ inflãmaret: tribunos plebis ferro e rostris expelleret: puincias quas vellet, q̃bus vellet, venderet: reges appellaret rerũ capitaliũ cõdemnatos: principẽ ciuitatis ferro obsessum teneret: hęc vt efficere posset, q̃ fieri, nisi armis oppressa Rep. nullo modo poterãt, idcirco credo manũ sibi P. Sestius & copias cõparauit. At cũ forũ corporibus ciuiũ Romanorũ esset cõstratum cęde nocturna, nõ modo nulla noua q̃stio, sed etiã vetera iudicia sublata: Tribunũ plebis plus viginti vulneribus acceptis iacentẽ, moribũdũq; vidistis: alterius Tribuni plebis, diuinis hoĩs, dicã em̃ qđ sentio, & qđ mecũ sentiũt oẽs, diuina, insigni quadã, inaudita, noua magnitudine animi, grauitate, fide p̃diti, domus est oppugnata ferro, facib⁹, exercitu Clodiano. & tu hoc loco laudas Milonẽ, & iure laudas: quẽ em̃ vnq̃ virũ tã immortali virtute prędituin vidimus: qui nullo prędmio ꝓposito, p̃ter hoc, qđ iã contritũ, & cõtemptũ putaṫ, iudiciũ bonorum, omnia pericula, summos labores, grauissimas contẽtiones inimicitiasq; suscepit: qui mihi vnus ex oĩbus ciuibus videṫ re docuisse, nõ verbis, quid oporteat a prestantissimis viris in repub. fieri, & qd necesse esset. oportere hominũ audaciũ, euersoꝝ reipublicę scelerib⁹, legibus, & iudiciis resistere. si leges nõ valerẽt, iudicia nõ essent, si Resp. vi cõsensuq; audaciũ armis oppressa teneret, p̃sidio & copiis defendi vitã & libertatẽ necesse esse. hoc sentire, prudẽtię est: facere, fortitudinis: sentire vero, & facere, pfectę cumulatęq; virtutis. Adiit ad Rẽp. tribunus plebis Milo: de cuius laude plura dixi, nõ quo aut ipse hęc dici, q̃ existimari malit: aut ego hunc laudis fructũ presenti libenter impertiam: presertim cum verbis consequi non possim: sed q; existimo si Milonis causam accusatoris voce collaudatã probaro, vos in hoc

Tempore.

Rusticulus

Mulionia pęnula.

Corbis messoria.

Milonis laudes.

crimine parẽ Seſtii cauſam exiſtimaturos. Quomodo in hoc genere pręſidii comparati accuſas Seſtiũ, cũ idẽ laudes Milonẽ? an q̃ ſua tecta defendit: q̃ ab aris, focis, ferrũ flammãq; depellit: qui ſibi licere vult tuto eſſe in foro, in tẽplo, in curia: q̃ vitę pręſidiũ cõparat: q̃ vulneribꝰ quę cernit quotidie toto corpore, monet, vt aliquo pręſidio caput, & ceruices, & iugulũ, ac latera tutetur: hũc de vi accuſandũ putas? Quis em̃ veſtrũ Iud. ignorat, ita naturã rerum tuliſſe, vt quodã tẽpore homines, nondum neq; naturali, neq; ciuili iure deſcripto, fuſi p̃ agros ac diſperſi vagarent, tantũq; haberẽt, quantũ manu ac viribus per cędẽ ac vulnera aut eripere, aut retinere potuiſſent? Qui igit̃ primi virtute, & cõſilio pręſtãti extiterũt, ii perſpecto genere humanę docilitatis, atq; ingenii, diſſipatos vnũ in locũ cõgregarunt: eosq; ex feritate illa ad iuſtitiã, atq; manſuetudinẽ tranſtulerũt. tũ res cõmunẽ vtilitatẽ continẽtes, quas publicas appellamus: tũ cõuenticula hominũ, q̃ poſtea ciuitates nominauerũt: tũ domicilia cõiũcta, quas vrbes dicimus, inuento & diuino & humano iure mœnibus ſepſerunt. Atq; inter hanc vitã perpolitã humanitate, & illã immanẽ, nihil tam intereſt, q̃ vis, & ius. horum vtro vti volumus, altero eſt carendũ. vim volumus? extingui ius neceſſe eſt, ideſt iudicia, quibus omne ius cõtinetur. iudicia diſplicent? aut nulla ſunt? vis domineť neceſſe eſt, hęc vidẽt oẽs. Milo & vidit, & fecit. vt ius experiretur, vim depelleret: altero vti voluit, vt virtus audaciã vinceret: altero vſus neceſſario eſt, ne virtꝰ ab audacia vinceret. Eadẽq; ratio fuit P. Seſtii, ſi minus in accuſando (neq; em̃ per oẽs fuit idẽ neceſſe fieri) at certe in neceſſitate defenſionis ſalutis ſuę, p̃fidioq; cõtra vim, & manũ cõparato. nã qd ageret vir ad dignitatẽ & gloriã natus? agebat auctoritate, agebat conſilio, agebat per ſummũ ordinẽ, agebat exemplo bonorum & fortiũ ciuiũ: qd republica, quid ſe dignũ eſſet, quis eſſe ipſe poſſet, quid ſperare, quid maioribus ſuis reddere deberet, diligentiſſime cogitabat. O dii immortales, quem iam oſtenditis exitũ nobis: quã ſpem Reip. datis, quotus quiſq; inuenietur tanta virtute vir, qui optimam quãq; cauſam reip. amplectať? qui bonis viris deſeruiat? quí ſolidã laudẽ, verãq; queˢrat? Neq; hic tamen vlla vnq̃ iniuria adducetur, vt eũ tali virtute, tantaq; firmitate animi ſe in Rẽp. fuiſſe pœniteat. ſed qui hęc vident, adoleſcentes, quonam ſuas mẽtes conferent? ille qui monimenta publica, qui ædes ſacras expugnauit, excidit, incendit: qui ſtipatus ſemper ſicariis, ſeptus armatis, munitus iudicibus fuit, quorũ hodie copia redũdans volitat ędibus: accuſat eum, qui aliqua parte furorẽ exultantẽ repreſſit. hic q eſt ſe tutatus, ſic vt in priuata re deos penates ſuos, in Rep. iura Tribunatꝰ auſpiciaq; defenderet, accuſare eũ moderate, a quo ipſe nefarie accuſatur, per ſenatus auctoritatẽ nõ eſt ſitus. Nimirũ hoc illud eſt, quod de me potiſſimum tu in accuſatione quęſiſti, quę eſſet noſtra natio optimatiũ. fic em̃ dixiſti. Rem quę ritis pręclaram iuuentuti ad diſcendum, nec mihi difficilem ad perdocendũ. de qua pauca Iud. dicam: & vt arbitror, nec ab vtilitate eorũ, qui audient, nec ab officio noſtro, nec ab ipſa cauſa P. Seſtii abhorrebit oratio mea. Duo genera ſemp in hac ciuitate fuerũt eorũ q̃ verſari in Rep. atq; in ea ſe excellẽtiꝰ gerere ſtuduerũt: q̃bus ex generibꝰ alteri ſe populares, alteri optimates & haberi, & eſſe voluerũt. q̃ ea q̃ faciebãt, q̃q; dicebãt, multitudini iucũda eſſe volebãt, populares: q̃ aũt ita ſe gerebãt, vt ſua cõſilia optimo cuiq; p̃barent, optimates habebanť. q̃s ergo optimꝰ iſte? q̃s? de nũero ſi q̃ris, innumerabiles: neq; em̃ aliter ſtare poſſemꝰ. Sũt principes conſilii publici, ſunt qui eorũ ſectã ſequuntur, ſunt maximorũ ordinũ homines, q̃ bus patet Curia, ſunt municipales ruſticiq; Romani, ſunt negotia gerentes, ſunt etiam libertini optimates. numerus huius generis late, & varie diffuſus eſt. Sed genus vniuerſum (vt tollať error) breui circũſcribi & definiri poteſt. oẽs optimates ſunt, q̃ neq; nocentes ſunt, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti. Eſto igit̃ vt hi ſint, quam tu nationem appellaſti: & qui integri ſunt, & ſani, & bene de rebus domeſticis conſtituti. horum, qui voluntati, commodis, opinioni in gubernanda Rep. ſeruiũt, defenſores optimatũ, ipſiq; optimates grauiſſimi & clariſſimi ciues nominãtur, & principes ciuitatis. Quid eſt igit̃ propoſitum his Reip. gubernatoribus, quod intueri, & quo curſum ſuum dirigere debeant? id quod eſt pręſtantiſſimum, maximeq; optabile ſanis, & bonis, & beatis, cum dignitate otium. hoc qui volunt, omnes optimates: qui efficiunt, ſummi viri & conſeruatores ciuitatis putãtur. neq; enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita conuenit, vt otio non p̃ſpiciant: neq; vllum amplexari otium, quod abhorreat a dignitate. Huius autẽ otioſę dignitatis hæc fundamenta ſunt, hæc membra, quæ tuenda principibus, & vel capitis periculo defendenda ſunt: religiones, auſpicia, poteſtates magiſtratuũ, Senatus auctoritas, leges, mos ma

Reſpublicę Ciuitates. Vrbes.

Vis & Ius.

Sitꝰ. Natio optimatium.

Populares. Optimates

Cõſtituti bene de reb. domeſt.

Otiũ cũ dignitate, maxime optabile.

iorum, iudicia, iurisdictio, fides, prouinciæ, socii, imperii laus, res militaris, ærariũ. harũ rerũ tot atq; tantarũ esse defensorẽ & patronũ magni animi est, magni ingenii, magnęq; constantię. Hanc ego viã Iudices, si aut asperã, atq; arduã, aut plenã esse periculorũ aut insidiarũ negem, mẽtiar: præsertim, cũ id nõ modo intellexerim semp, sed etiã pter cęteros senserim. maioribus præsidiis & copiis oppugnat Respublica, q̃ defendit: ꝓpterea ꝙ audaces homines, & perditi, nutu impellunt, & ipsi etiã sua sponte cõtra Rẽpublicã incitant. boni nescio quo modo tardiores sunt, & principiis rerũ neglectis, ad extremũ ipsa deniq; necessitate excitãtur: ita vt nonnũq̃ cunctatione ac tarditate, dũ otiũ volũt etiã sine dignitate retinere, ipsi vtrũ q; amittant. Propugnatores autẽ Reipublicę qui esse voluerũt, oĩa Reip. causa pertulerũt. qui sunt tales, qualis pater tuus M. Scaure fuit, qui seditiosis omnib⁹ restitit, quẽ nulla vnq̃ vis, nullę minę, nulla inuidia labefecit. aut qualis Q. Metellus patruus matris tuę, qui de ciuitate maluit, q̃ de sententia dimoueri. aut, vt vetera exempla, quorũ est copia digna huius imperii gloria, relinquã, neve eorũ aliquẽ qui viuunt, nominẽ, qualis nuper Q. Catulus fuit, quẽ neq; periculi tempestas, neq; honoris aura potuit vnq̃ de suo cursu vitę, aut spe, aut metu dimouere. Hæc imitamini p deos immortales, q dignitatẽ, q laudẽ, qui gloriã quęritis. hęc clara pla sunt, hęc immortalia, hęc diuina, hęc fama celebrãtur, monimẽtis annaliũ mandant, posteritati propagant. Nũc nisi me fallit, in eo statu ciuitas est, vt si operas cõductorũ remoueris, oẽs idem de republica sensuri esse videant. etem̃ tribus locis significari maxime populi Romani iudiciũ, ac voluntas potest. cõcione, comitiis, ludorũ gladiatorũq; consessu. quę cõcio fuit per hos annos, quę quidẽ esset nõ cõducta, sed vera, in qua populi Romani consensus pspici posset! Habitę sunt multę de me a gladiatore sceleratissimo cõciões, ad quas nemo adibat incorrupt⁹, nemo integer: erãt. n. illę cõciones pditorũ hoĩm necessario turbulẽtę. habuit de eodẽ me P. Lẽtulus Cõsul cõcionẽ, cõcursus est populi Ro. fact⁹, egit causam summa cũ grauitate copiaq; dicendi, tanto silentio, tanta approbatione omniũ, nihil vt vnq̃ videretur tam populare ad populi Ro. aures accidisse. productus est ab eo Cn. Pompeius, qui se nõ solũ auctorẽ meę salutis, sed etiam supplicem populo Ro. exhibuit. huius oratio & pergrauis & grata in concione fuit. quo silentio sunt auditi de me cęteri principes ciuitatis! quos idcirco non appello hoc loco, ne mea oratio si minus de aliquo dixero, ingrata fit: si satis, de omnibus infinita esse videatur. Cedo nunc eiusdẽ illius inimici mei de me eodẽ ad verum populũ in campo Martio concionẽ. quis nõ modo approbauit, sed nõ indignissimũ facinus putauit! illum non dicã loqui, sed viuere, ac spirare! quis fuit, q nõ eius voce maculari rempublicam! seq;, si tum audiret, scelere astringi arbitraretur! Venio ad comitia siue magistratuum siue legum placet, de me, quẽ Tyrannũ atq; ereptorẽ libertatis esse dicebat, in illa ruina Reip. dicit se legem tulisse. quis est, qui, cũ contra me ferebat, iniisse se suffragiũ confitea-tur! cum autẽ de me eodẽ ex senatusconsulto comitiis Centuriatis ferebat, quis est qui non pfiteatur se affuisse, & suffragiũ de salute mea tulisse! Vtra igit causa popularis debet videri! in qua omnes honestates ciuitatis, omẽs ætates, omnes ordines vna cõsentiunt! an in qua furię concitatę tãq̃ ad funus Reip. cõuolant! An ficubi aderit Gellius, hõ & fratre indignus viro clarissimo, & ordine Equestri, cuius ille ordinis nomẽ retinet, ornamẽta confecit, id erit populare! vsq; eo non fuit popularis, vt bona solus comesset. libelli etiã pro vino sępe oppignerabantur: manebat insaturabile abdomẽ, copię deficiebãt. qui quasi mea culpa, bona perdiderit, ita ob eã ipsam causam est mihi inimicus, quia nihil habet. vtrũ ego tibi patrimonium eripui Gelli! an tu comedisti! quid tu meo periculo gurges ac vorago patrimonii hellu abare! vt si ego consul rẽp. cõtra te, & gregales tuos defendissem, in ciuitate esse me nolles! te nemo tuorũ videre vult: omnes aditũ, sermonẽ, congressum tuũ fugiunt. Plura dixi, q̃ dicendũ fuit, in furiosissimũ atq; egentissimũ ganeonẽ. veniam⁹ ad ludos. facit em̃ lud. vester iste in me animorũ, oculorũq; cõtuitus, vt mihi iã licere putẽ remissiore vti genere dicendi. & quęso hoc loco Iudices nequa me leuitate ductũ ad insolitũ genus dicendi labi putetis, si de poetis, de histrionib⁹, de ludis in iudicio loquar, nõ sum tã ignarus lud. causarũ, nõ tã insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucupær, & omnes vndiq; flosculos carpã atq; delibẽ. scio quid grauitas vestra, quid hęc aduocatio, quid ille conuentus, quid dignitas populi Romani, & quid periculi magnitudo, quid ætas, quid honos meus postulet. sed mihi sumpsi hoc loco doctrinã quãdã iuuẽturi, q essent optimates, in ea explicãda demõstrãdum fuit, nõ esse populares oĩs eos, q putent. Ex te igit Scaure potissimũ q̃ro, q ludos apparatissi

Populi Roma. iudiciũ ac volũtas trib⁹ locis significat.

Oppignerari.

Abdomẽ insaturabile.

Aucupari orationem Flosculos carpere atq; delibare

Ludius. Embolia.

mos magnificentissimosq; fecisti, cur ille ipse maxime ludius nõ solũ spectator, sed actor, & achroma, q oĩa fororis embolia nouit, qui in cœtu mulierũ p psaltria adducit, nec tuos ludos aspexit, in illo ardẽti Tribunatu suo: nec vllos alios, nisi eos, a qb⁹ vix viuus effugit: vix se populus Romanus tenuit: vix homines odiũ suũ a corpore eius impuro atq; nefando re

Roscius histrio.

presserũt: ne histriones quidẽ coram sedenti pærcerũt. Quid fuit illud: q̃ summus artifex flens, & recenti lętitia, & mœsto dolore, ac desiderio mei egit aperte multo grauioribus verbis meam causam, q̃ egomet de me agere potuissem: summi em̃ poetę ingeniũ nõ solum arte sua, sed etiã dolore exprimebat. Tũ illa quãto cũ gemitu acta sunt: O pater. Me me ille absentem vt patrẽ deplorandũ putarat, quẽ Q. Catulus, quẽ multi alii sępe in senatu patrẽ patriæ nominarant. quãto cũ fletu: cũ patrẽ pulsum, patriã afflictã deploraret, domũ incensam, euersamq;. sic egit, vt demõstrata pristina fortuna fletũ etiã inimicis, atq; inuidis excitaret. nomi natim sum appellatus in Bruto. Tullius, q libertatẽ ciuibus stabiliuerat, millies reuocatus est. In hunc cõsensum P. Sestius tribunus pl. cũ ageret, nihil aliud in eo magistratu nisi meã causam egit. is se populo dedit, nõ plausus cupiditate, sed vt ipsi inimici nostri voluntatem

Columna Menia.

vniuersi populi viderẽt. venit vt scitis ad columnã Meniã: tantus est ex oĩbus spectaculis vs q; a capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, vt nũq̃ maior consensio, aut apertior populi Romani vniuersi fuisse vlla in causa diceret. Tu etiã mihi M. Attiliũ Regulũ com

M. Attili⁹ Regulus.

memoras, qui redire ipse Carthaginẽ sua voluntate ad supplicium, q̃ sine his captiuis, p qbus ad senatũ missus erat, Romę manere maluerit: & mihi negas optandũ reditũ fuisse: hũc ego reditũ repudiarẽ: qui ita florens fuit, vt vereat, ne qs me studio gloriæ putet idcirco exisse, vt ita redirẽ. quẽ em̃ vnq̃ senatus ciuẽ, nisi me, nationib⁹ exteris cõmẽdauit: quẽ curia magis requisiuit: quẽ forũ luxit: quẽ æque ipsa tribunalia desiderauerũt: oĩa discessu meo deserta, horrida, muta, plena luctus, & mœroris fuerũt. quis est Italię locus, in quo non fixum sit in publicis monimentis studiũ salutis meę, testimoniũ dignitatis: Reditus vero meus q fuerit,

Natalis Ciceronis.

quis ignorat: cũ ipsis nonis Sextilibus idẽ dies reditus mei fuisset, q & natalis meus, idem & filię meę charissimę: cumq; itinere toto vrbes Italię festos dies agerẽt aduẽtus mei: vię multitudine legatorũ vndiq; missorũ celebrabant: ad vrbẽ accessus incredibili hominũ gratulatione florebat: reditus erat eiusmodi, vt summa in lętitia illud dolerẽ, ciuitatẽ tam gratã, tã miserã atq; oppressam fuisse. Habes igit qđ ex me quęsiisti, q essent optimates, non est natio, vt dixisti. Et cohortari ausus est accusator in hac causa vos Iudices, vt aliquãdo essetis seue

Medicina. Scalpellũ. Struma.

ri, aliquãdo medicinã adhiberetis reipubli. nõ ea est medicina, cũ sanę parti corporis scalpellum adhibet, atq; integrę. carnificina est ista, & crudelitas. hi medent reipublicę, q exsecãt pestem aliquã, tãq̃ strumã ciuitatis. Sed vt extremũ habeat aliquid oratio mea, & vt ego ante dicẽdi finẽ faciã q̃ vos me attente audiẽdi, cõcludã illud de optimatibus, eorũq; principibus, ac reipublicę defensoribus: vosq; adolescẽtes, & q nobiles estis, ad maiorũ vestrorum imitationem excitabo: & q ingenio, & virtute nobilitatẽ potestis cõsequi, ad eã rationem in qua

Laudis & honoris via.

multi hoĩes noui & honore & gloria floruerũt, cohortabor. hęc est vna via, mihi credite, & laudis, & honoris, & dignitatis: a bonis viris, & sapiẽtibus, bene a natura cõstitutis, laudari, & diligi: nosse descriptionẽ ciuitatis a maioribus nostris sapiẽtissime cõstitutã: q cũ regiam potestatẽ non tulissent, ita magistratus annuos creauerũt, vt consiliũ senatus Reip. prępone rent sempiternũ: deligerent autẽ in id consiliũ ab vniuerso populo, aditusq; in illũ summũ ordinẽ omniũ ciuiũ industria ac virtute pateret. Senatũ reipublicę custodẽ, p̃fidẽ, ppugnatorem collocauerũt. huius ordinis vti auctoritate magistratus, & quasi ministros grauissimi consilii esse voluerunt: senatũ autẽ ipsum p̃ximorũ ordinũ splendore cõfirmari: plebis libertatem & cõmoda tueri atq; augere voluerũt. hęc q p̃ virili parte defendũt, optimates sunt, cuiusq; sint ordinis. qui autẽ p̃cipue suis ceruicibus tanta munia, atq; Remp. sustinẽt, ii sem

Patientes laborum.

per habiti sunt optimatũ principes, auctores, & cõseruatores ciuitatis. Huic hominũ generi fateor multos aduersarios, inimicos, inuidos esse, multa pponi pericula, multas inferri iniurias, magnos esse expẽriũdos, & subeũdos labores. sed mihi omnis oratio est cũ virtute, non cũ desidia, cũ dignitate, nõ cũ voluptate, cũ iis, q se patrię, qui suis ciuibus, qui laudi, q gloria

Gloria vera.

rię, non qui somno, & conuiuiis, & delectationi natos arbitrant. Nã si qui voluptatibus ducantur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatũ lenociniis dediderũt, missos faciant honores, nec attingãt rempublicã, patiãtur viros laborũ patientes frui. qui autem bonã famã bonorũ, q̃ vere sola gloria nominari potest, expętũt, aliis otiũ q̃rere debẽt, & voluptates, nõ sibi. sudã

dum est his, pro communibus cõmodis, adeundę inimicitię, subeũdę sępe pro Rep. tempęsta
tes: cũ multis audacibus, improbis, nonnunq; etiã potẽtibus, dimicandũ. Hęc audiuimus de
clarissimorũ virorũ consiliis, & factis, hęc accepimus, hęc legimus, neq; eos in laude positos
videmus, q incitarũt aliquãdo populi animos ad seditionẽ: aut qui largitione cęcarunt mẽ-
tes imperitorũ: aut q fortis, & claros viros, & bene de Rep. meritos in inuidiã aliquã voca-
uerunt. leuis hos semp, & audaces, & malos, & pernicioſos ciues putauerũt. at vero qui ho-
rum impetus represserũt, & conatus: qui auctoritate, qui fide, qui cõstãtia, qui magnitudine
animi, cõsiliis audaciũ restiterũt: ii graues, ii principes, ii duces, ii auctores huius ordinis, &
dignitatis, atq; imperii semp habiti sunt: & si quos eorũ aut iniqui iudicii q̃dam ꝓcella puer
rit, aut aliqua repentina vis ac tẽpestas perculit popularis, ꝓ populum tamen ipsum recreati
sunt, atq; reuocati, aut omnino inuulnerati inuiolatiq; vixerũt. At vero ii, q senatus cõsiliũ, Inuulnera
qui auctoritatẽ bonorũ, qui instituta maiorũ neglexerunt, & imperitę aut cõcitatę multitu- tus.
dini iucundi esse voluerũt, oẽs fere Reip. pœnas aut prẽsenti morte, aut turpi exilio depen-
derunt. Q2 si apud Athenienses homines Grecos longe a nostrorũ hominũ grauitate disiun
ctos non deerãt, qui Remp. cõtra populi temeritatẽ defenderũt: cũ omnes q ita fecerũt, e ciui
tate eiicerentur: si Themistoclẽ illũ cõseruatorẽ patrię nõ deterruit a rep. defendẽda, nec Mil Themisto-
ciadis calamitas, qui illã ciuitatẽ pauloante seruarat: nec Aristidis fuga, q vnus omniũ iu- cles.
stissimus fuisse tradit: quid nos tandẽ facere debemus? primũ in ea ciuitate nati, vnde orta Milciades.
mihi grauitas & magnitudo animi videtur: tũ in tãta gloria insistentes, vt omnia humana Aristides.
leuiora videri debeant: deinde ad eã remp. tuendã aggressi, q̃ tãta dignitate est, vt eam defen
dentem occidere non aliud sit, q̃ oppugnantem rerũ potiri. Homines Greci, quos antea no-
minaui, inique a suis ciuibus damnati, atq; expulsi, tamen quia sunt de suis ciuitatibus bene
meriti, tanta hodie gloria sunt, nõ in Grecia solũ, sed etiam apud nos, atq; in cęteris terris,
vt eos a quibus illi oppressi sunt nemo nominet, horum calamitatem dominationi illorum
omnes anteponãt. Quis Carthaginensium pluris fuit Annibale consilio, virtute, rebus ge- Annibal.
stis? qui vnus nobiscum tot annos de imperio, de gloria decertauit. hunc sui ciues e ciuitate
eiecerunt. nos etiam hostem literis nostris & memoria videmus esse celebratum. Quare imi
temur nostros Brutos, Camillos, Halas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Len Ro. fortes.
tulos, Aemilios, innumerabiles alios, qui hanc Rempublicam stabiliuerũt: quos equidem in
deorum immortalium cœtu ac numero repono. amemus patriam, pareamus senatui, consu
lamus bonis, prẽsentis fructus negligamus, posteritati & glorię seruiamus: id esse optimum
putemus, quod erit rectissimum: speremus, q̃d volumus: sed quod acciderit, feramus: cogite Spẽrãdum
mus denig; corpus virorum fortium, magnorumq; hominum esse mortale, animi vero mo quod volu
tus & virtutis gloriam sempiternam: neq;, hanc opinionem si in illo sanctissimo Hercule cõ m9: q̃d acci
secratam videmus, cuius corpore ambusto vitam eius, & virtutem immortalitas excepisse derit, feren
dicitur, minus existimemus eos, qui hanc tantam Rempub. suis consiliis aut laboribus aut dum.
auxerint, aut defenderint, aut seruarint, esse immortalem gloriam consecutos. Sed me Herculis ĩ
repente Iudices, de fortissimorum, & clarissimorum ciuium dignitate, & gloria dicentem, mortalitas
& plura etiam dicere parantem, horum aspectus in ipso cursu orationis repressit. video P.
Sestium meæ salutis, vestræ auctoritatis, publicæ causæ defensorem, propugnatorem, aucto
rem, reum: video hunc prætextatum eius filium oculis lachrymantibus me intuentem: ví-
deo Milonem vindicem libertatis vestræ, custodem salutis meæ, subsidium afflictæ Reipubli T. Annius
cæ, extinctorem domestici latrocinii, repressorem cædis quotidianæ, defensorem templorũ, Milo.
atq; tectorum, præsidium Curiæ, sordidatum, & reum: video P. Lentulum, cuius ego patrẽ
deum ac parentem statuo fortunæ, ac nominis mei, & fratris, rerumq; nostrarum, in hoc mi De9 ac pa-
sero squalore & sordibus: cui superior annus idem & virilem patris, & prætextam populi rens fortu
iudicio togam dederit, hunc hoc anno in hac toga, rogationis iniustissimæ subitam acerbi nę ac no.
tatem pro patre fortissimo, & clarissimo ciue deprecantem. atq; hic tot & talium ciuium
squalor, hic luctus, hæ sordes susceptæ sunt propter vnum me: quia me defenderunt: quia
meum casum, luctũq; doluerunt: quia me lugenti patrię, flagitanti senatui, poscenti Italiæ,
vobis omnibus orãtibus reddiderunt. q̃d tantum est in me scelus? quid tantopere deliq illo,
illo die? cũ ad vos indicia, literas, cõfessiones cõmunis exitii detuli? cũ parui vobis? Ac si scele
stum est amare patriam, pertuli pœnarum satis. euersa domus est: fortunæ vexatæ: dissipa-
ti liberi: rapta coniunx: frater optimus, incredibili pietate, amore inaudito, maximo in

ſqualore, volutatus eſt ad pedes inimiciſſimorum.ego pulſus aris,focis,deis penatibus, diſtractus a meis,carui patria,quã(vti leuiſſime dicam)certe texeram:pertuli crudelitatem inimicorum,ſcelus infidelium,fraudem inuidorum.Si hoc non eſt ſatis,ꝙ hęc omnia deleta videntur reditu meo,multo mihi,multo inquã Iudices pręſtat,in eandem illam recidere fortunam,q̃ tãtam importare meis defenſoribus,& conſeruatoribus calamitatẽ. An ego in hac vrbe eſſe poſſum,his pulſis,qui me huius vrbis compotem fecerunt? non ero, non potero eſſe Iudices:neꝙ hic vnq̃ puer,qui his lachrymis qua ſit pietate declarat, amiſſo patre ſuo propter me,me ipſum incolumem videbit:& quotieſcunꝙ me viderit,ingemiſcet:ac peſtem ſuã & patris ſui ſeſe dicet videre.ego vero vos in omni fortuna,quęcũꝙ erit oblata,complectar:nec me ab iis,quos meo nomine ſordidatos videtis,vnq̃ vlla fortuna diuellet: neꝙ hæ nationes,quibus me ſenatus commendauit,quibus de me gratias egit,hunc exulem ꝓpter me fine me videbunt.Sed hęc dii immortales,qui me ſuis templis aduenientem receperunt, ſtipatum ab his viris,& P.Lentulus Conſul,atꝙ ipſa Reſp.qua nihil eſt ſanctius,veſtræ poteſtati commiſerunt.vos hoc iudicio omnium bonorum mentes confirmare, improborum reprimere poteſtis:vos his ciuibus vti optimis,vos me reficere,& renouare Rempublicam poteſtis.Quare vos obteſtor,atꝙ obſecro,vt ſicut me ſaluum eſſe voluiſtis,eos conſeruetis, per quos me recuperauiſtis.

Pręſtat.

IN VATINIVM.ORATIO.XXXIIII.



I TVA Tantummodo Vatini quid indignitas poſtularet,ſpectare voluiſſem,feciſſem id,qđ his vehementer placebat,vt te cuius teſtimonium, propter turpitudinẽ vitæ,ſordesꝙ domeſticas,nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem.nemo enim horum ita te refutandum,vt grauem aduerſarium,aut ita rogandum,vt religio ſum teſtem arbitrabatur. ſed fui paulo in te intemperãtior fortaſſe q̃ debui:odio enim tui, in quo etſi omnes propter tuum in me ſcelus,ſuperare debeo,tamen ab omnibus pene vincor,ſic ſum incitatus,vt cũ te nõ minus cõtemnerẽ,q̃ odiſſem,tamẽ vexatũ potius q̃ deſpectum vellem dimittere.Quare ne tibi hũc honorẽ a me haberi forte mirere,ꝙ interrogem,quem nemo congreſſu,nemo aditu,nemo ſuffragio, nemo ciuitate,nemo luce dignum putet,nulla me ad id cauſa impuliſſet,niſi vt ferocitatem iſtam tuam comprimerem,& audaciam frangerem,& loquacitatem pauciſſimis interrogationib? irretitam retardarem.etenim debuiſti Vatini,etiam ſi falſo veniſſes in ſuſpitionẽ P.Seſtio, tamen mihi ignoſcere,ſi in tanto hominis de me optime meriti periculo,& tempori eius,& voluntati parere voluiſſem.ſed heſterno pro teſtimonio eſſe mentitum,cum affirmares nullum tibi omnino cum Albinouano ſermonem non modo de Seſtio accuſando,ſed vlla vnq̃ de re fuiſſe,paulo ante imprudẽs indicaſti:qui & T.Claudium tecum communicaſſe, & a te conſilium P.Seſtii accuſandi petiſſe:& Albinouanum,quem antea vix tibi notum eſſe dixiſſes,domum tuam veniſſe,multa tecum locutum,dixeris:deniꝙ conciones P.Seſtii ſcriptas, quas neꝙ noſſet,neꝙ reperire poſſet,te Albinouano dediſſe, easꝙ in hoc iudicio recitatas. In quorũ altero es confeſſus,a te accuſatores eſſe inſtructos,& ſubornatos.in altero incõſtãtiam tuam cũ leuitate,tum etiã periurio implicatã,refelliſti:cum quẽ alieniſſimum a te eſſe dixiſſes,eum domi tuę fuiſſe:quem pręuaricatorẽ ab initio iudicaſſes,ei te,quos rogaſſet,ad accuſandum libros dixeris dediſſe.Nimiũ es vehemens feroxꝙ natura.non putas fas eſſe verbum ex ore exire cuiuſq̃,qđ non iucundum,& honorificum ad aures tuas accedat. veniſti iratus omnibus.qđ ego,ſimulac te aſpexi,prius q̃ loqui cœpiſti,cum ante Gellius,nutricula ſeditioſorũ omniũ,teſtimoniũ diceret,ſenſi,atꝙ ꝓuidi.repẽte em̃ te,tanq̃ ſerpens e latibulis, oculis eminentibus,inflato collo,tumidis ceruicibus intuliſti.vt mihi renouatus ille tuus in te veterem eum amicum,ſed tamẽ ſuum familiarem defenderim.cum in hac ciuitate oppugnatio ſoleat,qua tu nunc vteris,nonnunq̃ defendi,nonnunq̃ vituperari.Sed quęro a te, cur C.Cornelium non defenderem?num legem aliquam Cornelius contra auſpicia tulerit? num Heliam?nũ Fuſiam legem illæſerit?num Conſuli vim attulerit?num armatis hominibus templum tenuerit?num interceſſorem vi deiecerit?num religiones polluerit? ærarium exhauſerit?remp.compilarit?tua ſunt,tua ſunt hęc omnia.Cornelio eiuſmodi nihil obiectũ eſt,codicem legiſſe dicebatur:defendebatur teſtibus Collegis ſuis,non recitãdi cauſa legiſſe,

Pręuaricator.

Nutricula

Illędere.

ſed recognoſcendi.conſtabat tamen Cornelium conſilium illo die dimiſiſſe,interceſſioni paruiſſe. Tu vero,cui Cornelii defenſio diſplicet,quã cauſam ad patronos tuos,aut qđ ds afferes?quibus iã prẽſcribis,quanto illis probro futurum ſit,ſi te defenderint:cũ tu mihi Cornelii defenſionem in maledictis obiiciendã putaris. Attamẽ hoc Vatini memẽto:paulo poſt iſtam defenſionem meã,quã tu bonis viris diſplicuiſſe dicis, me cum vniuerſi Populi Rom. ſumma volũtate,tũ optimi cuiuſq; ſingulari ſtudio magnificentiſſime poſt hominũ memoriam Conſulẽ factum:omniaq; ea me pudenter viuendo conſecutũ fuiſſe,quæ tu impudẽter vaticinando ſperare te ſẽpe dixiſti.Nam q; mihi diſceſſum obieciſti meum:& q; horum,quibus ille dies acerbiſſimus fuit,qui idem tibi lẽtiſſimus,luctum & gemitum renouare voluiſti:tantum tibi reſpondebo:me cum tu,cẽteręq; Reip.peſtes armorum cauſam quẽreretis,& cum per meum nomen fortunas locupletum diripere,ſanguinem principum ciuitatis exorbere, crudelitatem veſtram,odiumq; diuturnum, qđ in bonos iam inueteratum habebatis, ſaturare cupẽretis,ſcelus & furorem veſtrum cedendo maluiſſe frangere,q̃ reſiſtendo.Quare peto a te,vt mihi ignoſcas Vatini,cum patrię pẽpercerim,quã ſeruaram: & ſi ego te pẽrdito rem,& vexatorem Reipublicę fero,tu me conſeruatorem & cuſtodem feras.Deinde eius viri diſceſſum increpas,quem vides omnium ciuium deſiderio,ipſius deniq; Reipu.luctu, eſſe reuocatum.At enim dixiſti non mea,ſed Reip.cauſa homines de meo reditu laboraſſe. qua ſi vero quiſq̃ vir excellenti animo in Remp.ingreſſus,optabilius quicq̃ arbitraretur , q̃ ſe a ſuis ciuibus Reip.cauſa diligi.ſcilicet aſpera mea natura,difficilis aditus,grauis vultus,ſuperba reſponſa,inſolens vita:nemo humanitatem meam,nemo conſuetudinem,nemo conſiliũ, nemo auxilium requirebat:cuius deſiderio(vt hęc minima dicã)forũ mœſtũ,muta Curia, omnia deniq; bonarum artium ſtudia filuerunt.Sed nihil ſit factum mea cauſa:oñia illa Senatuſconſulta,populi iuſſa,Italię totius,cunctarũ ſocietatũ,collegiorum omniũ decreta de me,Reip.cauſa eſſe facta fateamur.qd ergo homo impẽritiſſime ſolidę laudis ac verę dignitatis,prẽſtantius mihi potuit accidere?quid optabilius ad immortalitatẽ glorię,atq; ad memoriam mei nominis ſempiternã?q̃ omnis hoc ciues meos iudicare, ciuitatis ſalutem cum vnius mei ſalute eſſe coniunctã?qđ quidem ego tibi reddo tuum.nam vt tu me charum eſſe dixiſti ſenatui populoq; Romano,non tam mea cauſa q̃ Reip.nomine:ſic ego te,q̃q̃ ſis oñi diritate atq; immanitate teterrimus,tamẽ dico eſſe odio ciuitati,non tã tuo,q̃ Reip.nomine.Atq; vt aliquando ad te veniam,de me hoc ſit extremũ:quid quiſq; noſtrum de ſe ipſe loquatur,non eſt ſane,non eſt requirendũ:boni viri iudicent;id eſt maximi momenti & põderis. Duo ſunt tẽpora quibus noſtrorũ ciuiũ ſpectẽtur iudicia de nobis:vnũ honoris,alterum ſalutis.honos talis Populi Ro.volũtate paucis eſt delatus,ac mihi.ſalus tanto ſtudio ciuitatis,quanto nemini,reddita . de te autem homines quid ſentiant;in honore experti ſumus. in ſalute,expectamus.Et vt me cum homine vno non ſolum impudentiſſimo atq; infimo cõferam,de te ipſo homine & arrogãtiſſimo & mihi inimiciſſimo,quęro Vatini:vtrũ tandem putes,huic ciuitati,huic Reip.huic vrbi,his templis,ærario,curię,viris his quos vides, horum bonis,fortunis,liberis,ciuibus,cęteris deniq; deorũ immortaliũ delubris,auſpiciis,religionibus,melius fuiſſe,& prẽſtabilius,me ciuẽ in hac ciuitate naſci,an te?cũ mihi hęc reſpõderis,aut ita impudenter,vt manus a te homines vix abſtinere poſſint;aut ita dolẽter,vt aliquãdo iſta,quę ſunt inflata,rumpanť:tum memoriter reſpondeto ad ea,q̃ de te ipſo rogaro. Atq; illud tenebroſiſſimũ tẽpus ineuntis ætatis tuę patiar latere.licet impune per me parietes in adoleſcentia pfoderis,vicinos cõpilaris,matrẽ verberaris:habeat hoc prẽmiũ tua indignitas,vt adoleſcentię turpitudo obſcuritate,& ſordibus tuis obtegat.quẽſturã petiſti cum P.Seſtio,cũ hic nihil loquereť,niſi qđ agebat:tu de altero Cõſulatu gerendo te diceres cogitare.Quęro abs te,teneas ne memoria,cũ P.Seſtius Quæſtor ſit cũctis ſuffragiis factus, tũc te vix inuitis omnibus nõ populi beneficio,ſed Conſulis,extremũ adhẽſiſſe?in eo magiſtratu,cũ tibi magno clamore aquaria puincia ſorte obtigiſſet,miſſus ne fis a me conſule Puteolos,vt inde aurũ exportari,argẽtũq; phiberes?in eo negotio,cũ te nõ cuſtodẽ ad cõtinẽdas, ſed portitorẽ ad partiendas merces miſſum putares:cũq; omniũ domos,apothecas,nauis,furaciſſime ſcrutarere,hominesq; negotia gerẽtes iudiciis iniquiſſimis irretires, mercatores e naui egredientes terreres,cõſcendentes morarere:teneas ne memoria,tibi in conuentu Puteolis manus eſſe allatas?ad me conſulẽ Puteolanorũ querelas eſſe delatas?poſt quẽſturã,exieris ne legatus in vlteriorẽ Hiſpaniã C.Coſconio Proconſule?cũ illud iter Hiſpanienſe pedi

Duo tẽpora qb9 iudicia ciuium ſpectentur.

Memoriter reſpõdeto.

Apothecę, Furaciſſime.

bus fere confici ſoleat:aut ſi quis nauigare velit,certa ſit ratio nauigandi:veneris ne in Sardiniã! atq; inde in Aphricã!fueris ne,qđ ſine Senatus C.tibi facere nõ licuit,in regno Hiempſalis!fueris ne in regno Maſtaneſoſi!veneris ne ad fretũ pær Mauritaniã!quẽ ſcis vnq̃ Legatum Hiſpaniẽſem in illã ꝓuinciã iſtis itineribus pæruenisſe!Factus es Tribunus plebis. quid eñ te de Hiſpaniẽſibus flagitiis tuis,ſordidiſſimiſq; furtis interrogẽ!quęro primũ qđ genus improbitatis,& ſceleris in eo magiſtratu ꝓtermiſeris!Ac tibi iã inde ꝑſcribo,ne tuas ſordes cum clariſſimorũ virorũ ſplendore pærmiſceas.ego te,quęcũq; rogabo,de te ipſo rogabo:ne q; te ex ampliſſimi viri dignitate,ſed ex tuis tenebris extrahã:omniaq; mea tela ſiẽ in te conPulmones. iicientur,vt nemo ꝓ tuũ latus(qđ ſoles dicere)ſaucieť.in tuis pulmonibus, & viſceribus adhęrebunt.Et quoniã omniũ rerũ magnarũ a diis immortalib⁹ principia ducunť,volo vt mihi reſpõdeas tu,q te Pythagoricum ſoles dicere,& hoĩs doctiſſimi nomẽ tuis immanibus,& barbaris morib⁹ ꝓtendere,q̃ tãta prauitas te mẽtis tenuerit!q tãtus furor!vt,cũ inaudita acMactare de nefaria ſacra ſuſceperis:cũ inferorũ animas elicere,cũ puerorũ extis deos manes mactare ſos. leas:auſpicia,qbus hęc vrbs cõdita eſt,qbus oĩs Reſp.atq; imperiũ teneť,contempſeris!initio q; Tribunatus tui Senatui denũciaris,tuis actionibus Augurũ reſpõſa,atq; eius Collegii arScđm ea. rogantiã impędimẽto nõ futurã!Secundũ ea q̃ro,ſeruaris ne in eo fidẽ!nũquando tibi morã attulerit,quo minus cõciliũ aduocares,legẽq; ferres, q; eo die ſcires de cælo eſſe ſeruatũ! Et quoniã hic locus vnus eſt,quẽ tibi cũ Cęſare cõmunẽ eſſe dicas, ſeiungã te ab illo,nõ ſolum Reip.cauſa, verũ etiã Cęſaris,nequa ex tua ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergi videať.Primũ q̃ro nũ tu Senatui cauſam tuã ꝓmittas,qđ facit Cęſar!deinde q̃ ſit auctoritas eius,q ſe alterius facto nõ ſuo defendit!deinde(cerumpæt eñ aliquãdo ex me vera vox,& dicam ſine cũctatione qđ ſentio)ſi iã violẽtior aliqua in re C.Cęſar fuiſſet:ſi eũ magnitudo cõtentionis,ſtudiũ glorię,pręſtãs animus,excellens nobilitas aliquo impuliſſet:qđ in illo viro,Furcifer. & tum ferendũ eſſet,& maximis rebus quas poſtea geſſit,obliterandũ:id tu tibi furcifer ſumes!&Vatinii latronis ac ſacrilegi vox audieť,hoc poſtulãtis,vt idẽ ſibi cõcedať,qđ Cęſari! ſic eñ ex te q̃ro:Tribunus ple.fuiſti.ſeiũge te a Cõſule.collegas habuiſti viros fortis nouẽ. ex his tres erãt,quos tu quotidie ſciebas de cælo ſeruare,quos irridebas, quos priuatos eſſe dicebas.de qb⁹ duos ꝓtextatos ſedẽtes vides,te ędilitia ꝓtexta in togã quã fruſtra cõfeceras vendidiſſe.tertiũ ſcis,ex illo obſeſſo,atq; afflicto Tribunatu,Cõſularẽ auctoritatẽ,hoĩem eẽ adoleſcentẽ cõſecutũ.reliqui ſex fuerunt:ex qbus partim plane tecũ ſentiebãt,partim mediũ quẽdã curſum tenebãt.oñes habuerunt leges ꝓmulgatas. in his multas meus neceſſarius, etiã de mea ſentẽtia,C.Coſconi⁹ iudex noſter:quẽ,diſrũperis,cũ ędilitiũ vides. Volo vti mihi reſpõdeas,nũ quis ex toto collegio legẽ ſit auſus ferre ꝑter vnũ te!q̃ tãta in te fuit audacia!quæ tanta vis!vt cũ tui nouem collegę ſibi timendũ eſſe duxerint,id vnus tu emerſus e cœno, omniũ facile omnibus infimus,contemnendũ,deſpiciendũ,irridendũ putares!nũ quẽ poſt vrbẽ conditã ſcias Tribunũ ple.egiſſe cũ plebe,cũ cõſtaret ſeruatũ eſſe de cęlo!Simul etiam illud volo vti reſpõdeas:cũ te tribuno plebis eſſet etiã tũ in Rep.lex Helia & Fuſia: q̃ leges ſępenumero tribunitios furores debilitarunt,& repreſſerunt:quas cõtra pręter te nemo * vnq̃ eſt facere conatus:q̃ quidẽ leges anno ꝑſidẽtibus in tẽplo nõ duobus Cõſulibus,ſed proditoribus huius ciuitatis,ac peſtibus,vna cũ auſpiciis,cũ interceſſionibus,cũ omni iure publico cõflagrauerũt:ecquãdo dubitaris cõtra eas leges cũ plebe agere!nũ quẽ ex oĩbus Tribunis Pl.quicũq; ſeditioſi fuerint,tã audacẽ audieris fuiſſe,vt vnq̃ cõtra legẽ Heliã aut Fuſiam concilio cõuocaret! Quęro etiã illud ex te:conat⁹ ne ſis,volueris ne,denic; cogitaris!eſt enim res eiuſmodi,vt ſi tibi in mentẽ modo venit,nemo ſit,q te vllo cruciatu eſſe indignũ putet.cogitaris ne,in illo tuo intolerabili nõ regno,nã cupis id audire,ſed latrocinio, auguremfieri ꝓ Q.Metello!cũ vt quicũq; te aſpexiſſet, duplicẽ dolorẽ gemitũq; ſuſcipæret,& ex deſiderio clariſſimi & fortiſſimi ciuis,& ex honore turpiſſimi atq; improbiſſimi.adeo ne nõ labefactatã Remp.te tribuno,neq; conquaſſatã ciuitatẽ,ſed captã hanc vrbẽ,atq; euerſam putares,vt augurẽ Vatiniũ ferre poſſemus!Hoc loco quęro,ſi id quod concupieras,Augur factus eſſes:in qua tua cogitatione nos,q te oderamus,vix dolorẽ ferebamus:illi autẽ, quibuseras in delitiis,vix riſum tenebant.ſed quęro,ſi ad cętera vulnera,qb⁹ putaſti Remp.deleri,hãc quoq; mortiferã plagã inflixiſſes auguratus tui:vtrũ decreturus fueris id,quod Augu-Ioue fulgẽ res omnes vſq; a Romulo decreuerunt,Ioue fulgente cum populo agi nefas eſſe!an q̃ tuate. ſempær ſic egiſſes auſpicia,fueris auguria diſſoluturus! Ac ne diutius loquar de augura-

tu tuo, q̄ inuitus facio, vt recorder ruinas reip. neq̄ eā te vnq̄, stāte nō modo maiestate horum, sed etiā vrbe, augurē fore putasti: verūtamē vt somnia tua relinquā, ad scelera veniā, volo vti mihi respōdeas: cū M. Bibulū consulē nō dicā bene de Rep. sentientē, ne tu mihi homo potens irascare, qui ab eo dissensisti: sed hoiem certe nusq̄ progredientē, nihil Reip. molientē, tantū animo ab actionibus tuis dissentientē: cū eū tu consulē in vincula duceres, & a tabula Valeria Collegę tui mitti iuberent: feceris ne ante rostra pontē continuatis tribunalibus? per quē Cōsul populi Ro. moderatissim⁹, & cōstantissimus, sublato auxilio, exclusis amicis, vi per ditorū hoim incitata, turpissimo miserrimoq̄ spectaculo nō in carcerē, sed ad supplicii & ad necem duceret? quęro nū quis ante te tā fuerit nefarius, qui id fecerit? vt sciam⁹ vtrū veterū facinoꝝ sis imitator, an inuētor nouoꝝ. idēq̄ tu, cū his atq̄ huiusmodi cōsiliis ac facinorib⁹, noīe C. Cęsaris clemētissimi, atq̄ optimi viri, scelere vero atq̄ audacia tua, M. Bibulū foro, curia, tēplis, locis oībus expulisses, inclusum domi cōtineres: cūq̄ nō maiestate imperii, nō iure legū, sed ianuę p̄sidio & parietū custodiis consulis vita tegeret: miseris ne viatorē, qui M. Bibulū domo vi extraheret? vt qđ est in priuatis semp obseruatū, id te Tri. Ple. Consuli, domus exiliū esse nō posset. simulq̄ mihi respōdeto, tu qui nos, q̄ de cōmuni salute cōsentimus, Tyrānos vocas, fueris ne nō Tri. ple. sed intolerādus ex cœno nescio quo atq̄ ex tenebris Tyrannus? qui primū eam rēp. quę auspiciis inuentis cōstituta est, iisdē auspiciis sublatis conarere peuertere. deinde sanctissimas leges, Heliā & Fusiā dico, quę in Gracchoꝝ ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluuione Drusi, & in cōtentione Sulpitii, & in cruore Cinnano, & inter Syllana arma vixerunt, solus cōculcaris, & pro nihilo putaris. qui consulē morti adieceris, incluſum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis. q̄ ex eo magistratu, nō emerseris ex mē dicitate, sed etiā ex diuitiis nos iam tuis terreas. fueris ne tanta crudelitate, vt delectos viros, & principes tollere, & delere tua rogatione conareris? Cū eā L. Vectiū, qui in Senatu cōfessus esset se cū telo fuisse, Cn. Pōpeio summo & clarissimo ciui suis manibus necē afferre voluisse, in concionē produxeris indicē in rostris, in illo inquā augurato tēplo ac loco collocaris, quo auctoritatis exquirendę causa cęteri Tri. ple. principes ciuitatis ducere cōsueuerunt, ibi tu in dicem Vectiū linguā & vocē suā sceleri & menti tuę prębere voluisti, vt diceret L. Vectius in concione tua rogatus a te, se auctores & impulsores & socios habuisse sceleris illi⁹, eos viros quibus e ciuitate sublatis, qđ tu eo tēpore moliebare, ciuitas stare nō posset. M. Bibulū, cuius inclusione cōtentus nō eras, interficere volueras, spoliaueras cōsulatu, patria priuare cupiebas: L. Lucullū, cuius tu reb⁹ gestis, q̄ ipe ad imperatorias laudes a puero videlicet spectaras, vehementius inuidebas: Curionē, perpetuū hostē improborū omniū, auctorē publici consilii, libertate cōmuni tuenda maxime liberū, cū Rep. coniunctiorē etiā, q̄ ab illa ętate postulandū fuit, delere voluisti: L. Domitiū, cuius dignitas & splendor perstringebat credo oculos Vatinii, quē tu propter cōmune odiū in bonos oderas, in posterū propter omniū spem, quę de illo est, atq̄ erat, ante aliquanto timebas: L. Lentulū hunc iudicē nostrū Flaminem Martialem, q̄ erat eo tempore Gabinii tui cōpetitor, eiusdem Vectii indicio opprimere voluisti. qui si tum illam labem, pestemq̄ vicisset, qđ & tuo scelere non licuit, Respu. victa non esset. huius etiam filium eodē indicio, & crimine ad patris interitū aggregare voluisti. L. Paulū, qui tū quæstor Macedoniā obtinebat, quē ciuem? quē virū? qui duos nefarios patriæ proditores, domesticos hostes, legibus exterminarat, hominē ad cōseruandā Rempu. natum, in idē Vectii indicium, atq̄ in eundē hūc numerū cōgregasti. Quid ego de me querar: qui etiā gratias tibi agere debeo, q̄ me ex fortissimorū ciuiū numero seiungendū non putaris? Sed qui fuit ille tantus furor tuus? vt cū iam Vectius ad arbitriū tuū peroraſſet, & ciuitatis lumina notasset, descēdisset q̄ de rostris, eum repente reuocares, colloquerere populo Ro. vidente. deinde interrogares ecquosnam alios posset nominare? inculcaris ne etiam, vt C. Pisonē generū meum nominaret? qui in summa copia optimoꝝ adolescentiū, pari continentia, virtute, pietate, reliquit neminē. itemq̄ M. Laterensem hominē dies, ac noctes de laude, & de Repu. cogitantē? promulgaris ne impurissime & perditissime hostis, quęstionē de tot amplissimis & talib⁹ viris? indici Vectio p̄mia amplissima? quibus rebus omnium mortaliū non voluntate, sed conuitio repudiatis, fregeris ne in carcere ceruices ipsi Vectio, ne qđ indicium corrupti indicii extaret, eiusq̄ sceleris in te ipsum quęstio flagitaret? Et quoniā crebro vsurpas, legem te de alternis consiliis reiiciendis tulisse: vt omnes intelligant te ne recte quidē facere sine scelere potuisse: quęro, cum lex esset ęqua promulgata initio magistratus, multas etiā alias tulisses, expectaris ne cum C.

Tabulā Valeria.

Viator.

Lex Helia, & Fusia.

Morti adiicere.

Antonius reus fieret apud Cn.Lentulũ,Q.Claudiũ!& posteaq̃ ille est reus factus,statim tuæ ris in eũ,qui tuam post legẽ reus factus esset,vt homo consularis exclusus miser puncto tem poris spoliaret beneficio,& æquitate legis tuæ!Dices familiaritatem tibi fuisse cũ Q.Maximo, præclara defensio facinoris tui.nã Maximi quidem summa laus est, sumptis inimicitiis, fusce
Reiectio. pta causa,quæsitore,cõsilioq; delecto, commodiorẽ inimico suo contentionẽ reiectionis dare noluisse:nihilq; Maximus fecit alienũ aut sua virtute,aut illis viris clarissimis Paulis,Maxi mis,Aphricanis:quorũ gloriam huius virtute renouatam non modo speramus, verũ etiam iam videmus.tua fraus,tuũ maleficiũ,tuũ scelus illud est,te id qđ promulgasses misericordiæ nomine,ad crudelitatis tempus distulisse.At nunc quidẽ C.Antonius hac vna re miseriã suã solatur,q; imagines patris,& fratris sui,fratrisq; filiam,non in familia sed in carcere collocatas audire maluit q̃ videre.Quoniã pecuniam aliorum despicis,de tuis diuitiis intolerantissime gloriaris,volo vti mihi respondeas,feceris ne fœdera tribunus ple.cũ ciuitatibus,cũ regibus,cũ Tetrarchis!erogaris ne pecunias ex ærario tuis legib9!eripueris ne partes illo tẽpore charissimas ptim a Cæsare,partim a publicanis! Quæ cũ ita sint,q̃ro ex te,fis ne ex pauperrimo diues factus in illo ipso anno,quo lex lata est de pecuniis repetũdis acerrime!vt oẽs intelligere possent,a te non modo nostra acta,quos Tyrannos vocas,sed etiã amicissimi tui legem esse contẽptam.apud quem tu etiã nos criminari soles,qui illi sumus amicissimi: & con tumeliosissime toties maledicas,quoties illi affinem te esse dicis. Atq; illud etiam scire ex te cupio,quo consilio aut qua mente feceris,vt in epulo Q.Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes!quẽ vnq̃ videris!quẽ audieris!quo exemplo,quo more feceris!Dices supplicatio nes te illas non probasse.optime.nullæ fuerint supplicationes.vides ne me nihil de anni illius causa,nihil de eo qđ tibi cum summis viris cõmune esse videat,sed de tuis propriis scelerib9
Atratus ne mo cœnauit. ✳ ex te quærere!nulla supplicatio fuerit. cedo quis vnq̃ cœnauit atratus! ita cũ illud epulũ est funebre,vt munus sit funeris,epulæ quidem ipsæ dignitatis.Sed opiteco epulũ populi Ro.festum diem,argẽto,veste,omni apparatu ornatuq; visendo,quis vnq̃ in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cũ toga pulla!cui de balneis exeunti,pter te,toga pulla data ẽ!cũ
Albatus. tot hoim millia accũberẽt,cũ ipse epuli dñs Q. Arius albatus esset,tu in tẽplũ Castoris te cũ C.Fidulo atrato cæterisq; tuis furiis funestũ intulisti.qs tũ nõ ingemuit!qs non doluit Reip. casum!quis sermo alius in illo epulo fuit, nisi hanc tantã & tam grauem ciuitatẽ subiectam esse nõ modo furori,verum etiã irrisioni tuæ!Hunc tu morẽ ignorabas!nunq̃ epulũ videras! nunq̃ puer aut adolescens inter coquos fueras!Fausti adolescentis nobilissimi paulo ante ex epulo magnificentissimo famem illã veterem tuã non expleras!quẽ accumbere atratum vide ras!dominũ cũ toga pulla & eius amicos ante conuiuiũ!quæ te tanta tenuit amentia,vt tum nisi id feciſſes,qđ fas non fuit,nisi violasses templũ Castoris,nomen epuli,oculos ciuium,mo rem veterẽ,eius,qui te inuitarat,auctoritatẽ,parũ putares testificatũ esse,supplicationes te il
Quæro ex tc. las nõ putare!Quæro illud etiã ex te qđ priuatus admisisti:in quo certe iam tibi dicere nõ licebit,cũ clarissimis viris causam tuã esse coniunctã:postulatus ne fis lege Licinia & Iulia!edixerit ne Memmius Prætor ex ea lege,vt adesses die tricesimo!cũ is dies venisset,feceris ne,qđ in hac Rep.non modo factum ante nunq̃ est,sed in omni memoria sit omnino inauditũ! appellaris ne tribunos plebis,ne causam diceres!Ieuius dixi:q̃q̃ id ipsum esset,& nouũ,& non ferendũ:sed appellaris ne noctatim pestem illi9 anni!furiã patriæ!tempestatem Reip.Clodiũ!qui tñ,cum iure,cũ more,cum potestate iudiciũ impedire non posset,rediit ad illã vim,& furorẽ suum,ducẽq; se militibus tuis præbuit.in quo ne quid a me dictũ in te potius putes,q̃ abs te esse quæsitum,nullum onus imponã mihi testimonii: quæ mihi breui tẽpore ex eodẽ isto loco video esse seruanda,vel dicenda,seruabo:teq; non arguã:sed vt in cæteris rebus feci,rogabo.Quæro ex te Varini,nũ quis in hac ciuitate post vrbem conditã Tribunos ple.appellarit, ne causam diceret!nũ quis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit!eũq; vi deturbarit! subsellia dissiparit!vrnas deleuerit!easq; deniq; omnes res in iudicio deturbando cõmiserit,quarum rerum causa iudicia sunt cõstituta!scias ne tum fugisse Memmiũ!accusatores esse tuos, de tuis tuorũq; manibus ereptos!Iudices quæstionũ de proximis tribunalibus esse depulsos! in foro,in luce,inspectante populo Ro.quæstionẽ magistratus,morem maiorũ,leges,iudices,
✳ rerũ pœnam esse sublatã!hæc omnia scias ne diligentia.Volo etiã audire de te,quo tandẽ se
Intelligo de gestu. natusconsulto Legatus sis!de gestu intelligo,quid respondeas:tua lege dicis.es ne igitur patriæ certissimus parricida!speraras ne id,vt Patres cõscripti ex Rep.funditus tollerentur! ne

hæc quidem ſenatui relinquebas, quæ nemo vnq̃ ademit, vt legati ex eius ordinis auctoritate legarentur! adeo ne tibi ſordidum Conſilium publicum viſum eſt! adeo afflictus ſenatus! adeo miſera & proſtrata Reſpublica! vt non nuncios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, non bellici conſilii auctores, non miniſtros muneris prouincialis Senatus more maiorũ delegere poſſet! eripueras Senatui prouincię decernędę poteſtatẽ, imperatoris deligẽdi iudicium, ærarii diſpenſationẽ: quę nunq̃ ſibi populus Ro. appetiuit, qui nunq̃ hæc a ſummi cõſilii gubernatione auferre conatus eſt. Age, factum eſt horũ aliquid in aliis, raro: ſed tamen factũm, vt populus deligeret Imperatorem. quis Legatos vnq̃ audiuit ſine ſenatuſconſulto! ante te nemo. poſt te continuo fecit idem in duobus prodigiis Reip. Clodius. quo etiã maiore es malo mactandus, q̃ non ſolum facto tuo, ſed etiam exemplo Remp. vulneraſti: ne q̃ tantũ es improbus ipſe, ſed etiam alios docere voluiſti. Atq̃ illud etiã audire a te cupio, quare, cum ego legem de ambitu ex ſenatuſconſulto tulerim ſalua lege Helia & Fuſia, tu eã eſſe legem non putes! prędertim cũ ego legib⁹ tuis quoquo modo latę ſint, paream! Ac ſi hęc omnia contemnis, ac deſpicis, q̃ ita tibi perſuaſeris, vt palã dictitas, te diis hoĩbuſq̃ inuitis, amore in te incredibili quodã Cęſaris, omnia, quę velis, conſecuturũ: ecquid audieris! ecquis nam tibi dixerit! Cæſarẽ nuper Aquileię, cũ de quibuſdã eſſet mentio facta, dixiſſe C. Alfium prędertum permoleſte tuliſſe, q̃ in homine ſummã fidem probitatemq̃ cognoſſet: grauiter q̃ etiam ſe ferre Prętorem aliquem eſſe factum, qui a ſuis rationibus diſſentiſſet. tum quędam, de Vatinio, quãadmodum ferret! ipſum reſpondiſſe, Vatiniũ in Tribunatu gratis nihil feciſſe: qui omnia in pecunia poſuiſſet, honore animo æquo carere debere. q̃ ſi ipſe, qui te ſuę dignitatis augendę cauſa, periculo tuo, nullo ſuo delicto ferri prędipitem eſt facile paſſus, tamen te omni honore indigniſſimũ iudicat: ſi te vicini, ſi affines, ſi tribules ita oderunt, vt repulſam tuam triumphũ ſuum duxerint: ſi nemo aſpicit, quin ingemiſcat: nemo mentionem facit, quin execretur: ſi vitant, fugiunt, audire de te nolunt: cũ viderint, tanq̃ auſpicium malũ deteſtanẽ: ſi cognati reſpuunt, vicini metuũt, affines erubeſcunt. ſi Romę denique ab ore improbo demigrarunt, & aliis iam ſe locis collocarunt: ſi es odiũ publicum populi, Senatus, vniuerſorum hominũ: quid eſt quamobrem Prętura potius exoptes, q̃ mortẽ! prędertim cum popularem te velis eſſe, neq̃ vlla in re populo gratius facere poſſis. Sed vt aliquando audiã, q̃ copioſe mihi ad interrogata reſpondeas, concludã iam intetrogationẽ meam, teq̃ in extremo de ipſa cauſa rogabo. Quæro quæ tanta in te vanitas, tanta leuitas fuerit: vt T. Annium iiſdem verbis laudares, quibus eũ laudare & boni viri & boni ciues conſueuerũt: cum in eundem nuper cupidiſſime falſum teſtimonium dixeris! An erit hęc optio & poteſtas tua: vt cũ Clodianas operas, & facinoroſorum hominũ manũ videris, Milonem dicas Gladiatoribus, & Beſtiariis obſediſſe rempublicã: cum autẽ ad tales viros veneris, non audeas ciuem ſingulari virtute, fide, conſtantia, vituperare! Sed cum T. Annium tantopere laudes, & clariſſimo viro nonnullam laudatione tua labeculã aſpergas: in illorũ enim numero mauult T. Annius eſſe, qui a te vituperãtur: verum etiam quęro, cum in Republica adminiſtranda T. Annio cum P. Seſtio conſiliorum omniũ ſocietas fuerit, qui poſſis eos, quos crimine coniungis, teſtimonio diſiungere! non arguo inconſtantiam rationis ac teſtimonii tui, ne quid tibi auctoritatis, a me tributum eſſe videatur. Deſit fortaſſe quippiam.

Mactandus malo.

Vatinianũ odium.

Beſtiarii.

Laus a viro illaudato turpis.

PRO M. CAELIO. ORATIO. XXXV.

QUIS Iudices forte nunc adſit ignarus legum, iudiciorum, conſuetudinis veſtrę, miretur profecto, quę ſit tanta atrocitas huiuſce cauſę, q̃ diebus feſtis, ludiſq̃ publicis, omnibuſq̃ negotiis foreſibus intermiſſis, vnum hoc iudiciũ exerceatur. nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, vt eo neglecto, ciuitas ſtare nõ poſſit. Idem cũ audiat eſſe legem, quę de ſeditioſis, ſceleratiſq̃ ciuibus, qui armati Senatum obſederint, magiſtratibus vim attulerint, Remp. oppugnarint, quotidie quęri iubeat: legem nõ improbet: crimen qđ verſetur in iudicio requirat. cum audiat nullum facinus, nullam audaciã, nullam vim in iudiciũ vocari: ſed adoleſcẽtẽ illuſtri ingenio, induſtria, gratia, accuſari ab eius filio, quẽ ipſe in iudiciũ & vocet & vocarit: oppugnari aũt opibus me

retricíis: Atracíni illius pietatẽ non reprehendat, muliebrem libidínẽ comprímendam puter, vos laboríosos exíſtímet, quib⁹ otíoſis ne in cõmuni quidẽ otio líceat eſſe. Etenim ſi attende re díligenter, exiſtimare vere, de omni hac cauſa volueritis, ſic cõſtituetis Iudíces, nec deſcen ſurũ quẽq̃ ad hanc accuſationẽ fuiſſe, cui vtrũ vellet, líceret: nec cũ deſcendiſſet, quicq̃ habi turũ ſpei fuiſſe, niſi alicuius intolerabili libidíne, & nimis acerbo odio niteret. ſed ego Atrací no humaníſſimo atq; optimo adoleſcẽti meo neceſſario ignoſco, qui habet excuſationem vel pietatis, vel neceſſitatis, vel ętatis. ſi voluit accuſare, pietati tribuo. ſi iuſſus eſt, neceſſitati. ſi ſperauit aliquid, puerítię. cęteris non modo nihil ignoſcendũ, ſed etiã acriter eſt reſiſtendũ.

Líceat eſſe otíoſis,

Ac mihi quidẽ videt Iudices hic introitus defenſionis, adoleſcentię M. Cęlii maxime cõue nire: vt ad ea, quę accuſatores deformandi huius cauſa, detrahẽdę, ſpoliandęq; dignitatis gra tia dixerũt, primũ reſpõdeã. Obiect⁹ eſt pater varie, q; aut parũ ſplẽdídus ípe, aut parũ pie tra ctatus a filio díceret. de dignitate Cęlius notis, ac maioribus natu etiã ſine mea oratione ta citus facile ípſe reſpondet. quibus aũt propter ſenectutẽ, q; ſandiu minus in foro nobiſcũ ver ſatur, nõ ęque eſt cognitus, hi ſic habeãt: quęcũq; in Equite Ro. dignitas eſſe poſſit, quę certe poteſt eſſe maxima, eã ſemp in M. Cęlio habitã eſſe ſummã, hodieq; haberi, non ſolum a ſuis, ſed etiã ab oĩbus, quibus potuerit aliqua de cauſa eſſe notus. Equitis Ro. autẽ eſſe filiũ, crimi nis loco poni ab accuſatorib⁹, neq; iis iudícãtib⁹ oportuit, neq; defendẽtibus nobis. Nã qđ de pietate dixiſtis, eſt quidẽ iſta noſtra exiſtimatio, ſed iudiciũ certe parẽtis. quid nos opinemur, audietis ex iuratis. quid parentes ſentiãt, lachrymę marris, incredibiliſq; mœror, ſqualor pa tris, & hęc ꝓſens mœſtitia, quã cernitis, luctuſq; declarat. Nã qđ eſt obiectũ, municípibus eſſe adoleſcentẽ non probatũ ſuis, nemíni vnq̃ preſenti Puteolani maiores honores habuerunt, q̃ M. Cęlio: quẽ abſentẽ in ampliſſimũ ordinẽ cooptarunt: & ea non petenti detulerũt, quę mul tis petẽtibus denegarũt: iidemq; nunc lectiſſimos viros, & noſtri ordinis, & Equites Ro. cũ le gatione ad hoc iudiciũ, & cum grauiſſima atq; ornatiſſima laudatione miſerunt. Videor mi hi ieciſſe fundamenta defenſionis meę: quę firmiſſima ſunt, ſi nitant iudício ſuorũ. neq; enim vobis ſatis cõmendata huius ętas eſſe poſſet, ſi nõ modo parenti tali viro, verũ etiam munici pio tam illuſtri, ac tam graui diſpliceret. equidẽ, vt ad me reuertar, ab his fontib⁹ profluxi ad hominũ famã: & meus hic forenſis labor, vitęq; ratio dimanauit ad exiſtimationẽ hoĩm pau lo latius cõmendatione ac iudício meorũ. Nã qđ obiectũ eſt de pudicitia, qđq; omniũ accuſa torũ non crimínibus, ſed vocibus maledictíſq; celebratũ eſt, id nunc̃ tã acerbe feret M. Cęlius vt eũ pœniteat nõ deformẽ eſſe natũ. ſunt etem̃ iſta maledicta peruulgata in oẽs, quorum in adoleſcentia forma & ſpecies fuit liberalis. ſed aliud eſt maledicere, aliud accuſare. accuſatio crímen deſiderat, rẽ vt definiat, hominẽ vt notet, argumẽto probet, teſte cõfirmet. maledictio autẽ nihil habet propoſiti, ꝓter contumeliã: quę ſi petulantius iactat, conuitiũ: ſi facetius, vr banitas nominat. quã quidẽ partẽ accuſationis admiratus ſum, & moleſte tuli potiſſimũ eſſe Atracino datã. neq; em̃ decebat, neq; ętas illa poſtulabat, neq; id qđ animaduertere poteratis, pudor patiebat optimi adoleſcẽtis in tali illũ oratione verſari. vellẽ aliquis ex vobis robuſtio ríbus hunc maledicẽdi locũ ſuſcepiſſet: aliquãto liberius & fortius & magis more noſtro re futaremus iſtã maledicendi licentiã. tecũ Atracine agã lenius, q; & pudor tuus moderat ora tioni meę: & meũ erga te, parentẽq; tuũ beneficiũ tueri debeo. Illud tñ te eſſe admonitũ volo. primũ qualis es, talẽ te eſſe exiſtímes: vt quantũ a rerũ turpitudine abes, tantũ te a verborũ libertate ſeiungas. deinde vt ea in alterũ ne dícas, quę cũ tibi falſo reſponſa ſint, erubeſcas. qs eſt em̃, cui via iſta non pateat? qui iſti ętati non poſſit, q̃ velit petulãter, etiã ſi ſine vlla ſuſpi tione, at non ſine argumẽto maledícere! Sed iſtarum partiũ, culpa eſt eorum, qui te agere vo luerunt: laus pudoris tui, q; ea te inuitũ dícere videbamus: ingenii, q; ornate politeq; dixiſti. Verum ad iſtam omnem orationem breuis eſt defenſio. nam quoad ętas M. Cęlii dare potuit ſuſpitioni locum, fuit primum ipſius pudore, deinde etiam patris díligentia, diſciplinaq; mu nita. qui vt huic virilem togam dedit, nihil dicam hoc loco de me: tantum ſit, quantum vos exiſtímatis: hoc dicam, hunc a patre continuo ad me eſſe deductum. nemo hunc M. Cęliũ in illo ætatis flore vidit, niſi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Craſſi caſtiſſima domo, cum artibus honeſtiſſimis erudiret. Nam q; Catilinę familiaritas obiecta Cęlio eſt, longe ab iſta ſu ſpitione abhorrere debet. hoc em̃ adoleſcente ſcitis Catilinam conſulatum mecũ petiiſſe. ad quem ſi acceſſit, aut ſi a me diſceſſit vnq̃, q̃q̃ multi boni adoleſcentes illi homini nequã atq; improbo ſtuduerunt, tum exiſtimetur Cęlius Catilinę nimiũ familiaris fuiſſe. At enim poſtea

Dimanare,

Aliud ma ledicere, aliud accu ſare.

Conuitiũ.

Vrbanitas.

Pudor mo derat ora tioni.

ſcimus,& vidimus eſſe hunc in illius amicis.quis negat?ſed ego illud tẽpus ætatis,qđ ipſum ſua ſponte infirmũ aliorum libidine infeſtum eſt, id hoc loco defendo. fuit aſſiduus mecum Prętore me,nõ nouerat Catilinã.Aphricam tum prętor ille obtinebat.ſecutus eſt annus,cauſam de pecuniis repetundis Catilina dixit.mecũ erat hic,illi ne aduocatus quidẽ venit vnq̃. deinceps fuit annus,quo ego Conſulatũ petiui, petebat Catilina mecum. nunq̃ ad illum acceſſit,a me nunq̃ receſſit.tot igit̃ annos verſatus in foro ſine ſuſpitione,ſine infamia, ſtuduit Catilinę iterum pętenti.quem ergo ad finẽ putas cuſtodiendã illam ætatem fuiſſe?Nobis qui dem olim annus erat vnus ad cohibendũ brachium toga conſtitutus, & vt exercitatione lu doq̃ campeſtri tunicati vteremur.eadẽq̃ erat,ſi ſtatim mereri ſtipendia cœperamus,caſtrẽſis ratio,ac militaris,qua in ætate, niſi qui ſe ipſe, ſua grauitate & caſtimonia, & cum diſciplina domeſtica, tum etiã naturali quodã bono defenderet, quoquo modo a ſuis cuſtoditus eſſet, tamen infamiã veram effugere nõ poterat. Sed qui prima illa initia ętatis integra atq̃ inuiolata præſtitiſſet,de ei⁹ fama ac pudicitia,cũ is iam ſe corroborauiſſet,ac vir inter viros eſſet, nemo loquebatur. Studuit Catilinę cũ iã aliquot annos eſſet in foro Cęlius.& multi hoc idẽ ex omni ordine,atq̃ ex omni ætate fecerunt.habuit em̃ ille,ſicuti meminiſſe vos arbitror,pęr multa maximarũ non expreſſa ſigna,ſed adumbrata virtutũ. vtebatur hoibus improbis multis,& quidem optimis ſe viris deditũ eſſe ſimulabat.erant apud illum illecebrę libidinũ multę,erant etiam induſtrię quidã ſtimuli ac laboris.flagrabant vitia libidinis apud illum, vigebant etiam ſtudia rei militaris.neq̃ ego vnq̃ fuiſſe tale monſtrũ in terris vllum puto, tam ex contrariis diuerſiſq̃ inter ſe repugnantibus naturę ſtudiis cupiditatibuſq̃ conflatũ.quis clarioribus viris quodã tempore iucundior?quis turpioribus coniunctior?quis ciuis meliorum partium aliquando?quis tetrior hoſtis huic ciuitati?quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior?quis in rapacitate auarior? quis in largitione effuſior? Illa vero Iud. in illo homine mirabilia fuerũt:comprehendere multos amicitia,tueri obſequio, cum oĩbus cõmunicare qđ habebat,ſeruire temporibus ſuorum omniũ:pecunia,gratia,labore corporis, ſcelere,etiam ſi opus eſſet audacia,verſare ſuam naturã,& regere ad tempus,atq̃ huc & illuc torquere,& flectere.cum triſtibus ſeuere,cum remiſſis iucunde,cũ ſenibus grauiter,cũ iuuentute comiter,cum facinoroſis audacter,cũ libidinoſis luxurioſe viuere. Hac ille tã varia,multipliciq̃ natura,cum omnis omnibus ex terris homines improbos audaceſq̃ collegerat, tum etiam multos fortis viros & bonos,ſpecie quadã virtutis aſſimulatę tenebat.neq̃ vnq̃ ex illo delendi huius imperii tam ſceleratus impetus extitiſſet,niſi tot vitiorũ tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patientię radicibus niteret.quare iſta conditio Iudices reſpuat,nec Catilinę familiaritatis crimen hęreat. Eſt em̃ cõmune cum multis,& cum quibuſdã etiam bonis, me ipſum,me inquã quondã pene ille decepit,cum & ciuis mihi bonus, & optimi cuiuſq̃ cupidus,& firmus amicus,& fidelis videret.cuius ego facinora oculis prius,q̃ opinione, manibus ante,q̃ ſuſpitione deprehendi.cuius in magnis cateruis amicorũ ſi fuit etiam Cęlius,magis eſt,vt ipſe moleſte ferat erraſſe ſe,ſicut & nõnunq̃ in eodem homine me quoq̃ erroris mei pœnitet,q̃ vt iſtius amicitiæ crimen reformidet.Itaq̃ a maledictis pudicitiæ,ad cõiurationis inuidiam oratio eſt veſtra delapſa.poſuiſtis em̃,atq̃ id tamen titubanter & ſtrictim,coniurationis hunc propter amicitiã Catilinæ participem fuiſſe:in quo non modo crimen non hęrebat,ſed vix diſerti adoleſcentis cohęrebat oratio.qui em̃ tantus furor in Cęlio?qđ tantũ aut in moribus naturaq̃ vulnus?aut in re atq̃ fortuna?vbi deniq̃ in iſta ſuſpitione eſt Cælii nomen auditũ?Nimium multa de re minime dubia loquor.hoc tñ dico.non modo ſi ſocius cõiurationis,ſed niſi inimiciſſimus iſtius ſceleris fuiſſet,nunq̃ cõiurationis accuſatione adoleſcentiã ſuã potiſſimũ cõmendare voluiſſet. qđ haud ſcio an de ambitu & de crimini⁹ iſtius ſodalium ac ſequeſtriũ,quoniã huc incidi,ſimiliter reſpondendũ putem. nunq̃ em̃ tã Cælius amens fuiſſet,vt ſi ſe iſto infinito ambitu cõmaculaſſet, ambitus alterum accuſaret. neq̃ em̃ eius facti in altero ſuſpitionem quæreret,cuius ipſe ſibi perpetuam licentiã optaret:nec ſi ſibi ſemel periculũ ambitus ſubeundũ putaret,ipſe alterum iterũ ambitus crimine accerſiret. quod q̃q̃ nec ſapienter,& me inuito facit,tamẽ eſt eiuſmodi cupidus, vt magis inſectari alterius innocentiã,q̃ de ſe timide cogitare videat. nam q̃ æs alienum obiectũ eſt, ſumptus reprehenſi,tabulæ flagitatę,videre q̃ pauca reſpondeam.tabulas qui in patris poteſtate eſt,nullas confecit:verſuram nunq̃ omnino fecit vllam.Sumptus vnius generis obiectus eſt habitationis,triginta millibus dixiſtis eum habitare.nunc demum intelligo P. Clodii inſulam eſſe

Tunicatus

Catilinæ mores.

Sequeſtriũ.

Accerſio quartę.

Verſuram facere.

Habitare xxx.millib⁹

Inſula.

Aedículę. venalem,cuius hic in ędiculis habitet decẽ vt opinor millibus:vos autẽ dum illi placere vul
Semigrare. tis,ad tẽpus ei mendaciũ veſtrũ accõmodauiſtis.Reprehendiſtis a patre q̃ ſemigrarit.qđ qdẽ iam in hac ętate minime reprehendendũ eſt.qui cũ ex Reipu.cauſa eſſet mihi quidẽ moleſtã, ſibi tñ glorioſam victoriã cõſecutus,& pęr ętatẽ magiſtratus petere poſſet,non modo pęrmit tente patre,ſed etiã ſuadente, ab eo ſemigrauit. & cũ domus patris a foro longe abeſſet,quo facilius & noſtras obire domos,& ipſe a ſuis coli poſſet,cõduxit in Palatio nõ magnã domũ.
Ennius. Quo loco poſſum dicere id qđ vir clariſſimus M.Craſſus,cũ de aduentu Regis Ptolemęi que reretur,pauloante dixit.Vtinã ne in nemore Pelio.Ac longius quidẽ mihi cõtexere hoc car men liceret.nam nunq̃ hera errans hanc moleſtiã nobis exhiberet,Medea animo ęgra,amore ſæuo ſaucia.ſic eñ Iudices reperietis:qđ cum ad id loci venero, oſtendã:hanc palatinam Me deam,migrationẽq̃,huic adoleſcẽti cauſam ſiue malorũ omniũ,ſiue potius ſermonum fuiſſe, quamobrẽ illa,quę ex accuſatorũ oratione pręmuniri iam & fingi intellígebam,fretus veſtra prudentia Iud.nõ pertimeſco.Aiebant eñ fore teſtẽ Senatorẽ,qui ſe Pontificiis comitiis pul ſatũ a Cęlio diceret.a quo quęrã,ſi prodierit:primũ cur ſtatim nihil egerit? deinde ſi id que ri,q̃ agere maluerit,cur productus a vobis potius,q̃ ipſe p ſe?cur tanto poſt potius, q̃ conti nuo,queri maluerit?ſi mihi ad hęc acute,argutęq̃ reſponderit,tum quęrã deniq̃: ex quo iſte fonte Senator emanet?nam ſi ipſe oriet & naſcet ex ſeſe,fortaſſe vt ſoleo cõmouebor. ſin aũt, vt riuulus,accerſitus,& ductus ab ipſo capite accuſationis veſtrę,lętabor,cũ tanta gratia,tã tiſq̃ opibus accuſatio veſtra nitat,vnũ Senatorẽ ſolũ eſſe,qui vobis gratificari vellet,inuen tum.Nec tñ illud genus alterũ nocturnorũ teſtiũ pertimeſco.eſt eñ dictum ab illis, fore qui dicerent,vxores ſuas redeũtis a cœna attrectatas eſſe a Cęlio.graues erunt hoſtes, qui hoc iu rati dicere audeant:cũ ſit his confitendũ,nunq̃ ſe ne cõgreſſu quidẽ,& conſtituto cœpiſſe de tantis iniuriis experiri.Sed totũ genus oppugnationis huius Iud. & iam proſpicitis animis: & cũ infereť,propulſare debebitis.non eñ ab iiſdẽ accuſatur M. Cælius,a quibus oppugnať. palam in eũ tela iaciunť,clã ſubminiſtranť. Neq̃ id ego dico, vt inuidioſum ſit in eos, quib⁹ glorioſum hoc etiam eſſe debet. fungunť officio, defendunt ſuos, faciunt qđ viri fortiſſimi ſolent,læſi dolent,irati efferuntur,pugnant laceſſiti.ſed veſtrę ſapientię tñ eſt Iudices: non ſi cauſa iuſta eſt viris fortibus oppugnandi M.Cæliũ, ideo vos quoq̃ cauſam putare eſſe iuſtã alieno dolori potius,q̃ veſtrę fidei conſulẽdi. Quę ſit multitudo in foro,quę genera,quæ ſtu dia,quæ varietates hominũ videtis: ex hac copia q̃ multos eſſe arbitramini,qui hominibus potentibus,gratioſis,diſertis,cũ aliquid eos velle arbitrentur,vltro ſe offerre ſoleant,operam nauare,teſtimoniũ polliceri?hoc ex genere ſi qui ſe in hoc iudicium forte proiecerint,exclu dítote eorũ cupiditatem Iud.ſapientia veſtra:vt eodẽ tempore huius ſaluti, & religioni ve ſtrę,& contra periculoſiſſimas hominũ potentias conditioni omniũ ciuium prouidiſſe videa mini.Equidem vos abducam a teſtibus:neq̃ huius iudicii veritatẽ, quæ mutari nullo modo poteſt,in volũtate teſtiũ collocari ſinam,quę facillime fingi,nullo negotio flecti, ac detorque ri poteſt.argumentis agemus:ſignis omni luce clarioribus crimina refellemus:res cũ re, cau ſa cum cauſa,ratio cũ ratione pugnabit.Itaq̃ illam partẽ cauſę facile patior grauiter, & orna te a M.Craſſo peroratã,de ſeditionibus Neapolitanis,de Alexandrinorũ pulſatione Puteola na,& de bonis Pallę.vellem dictũ eſſet ab eodẽ etiam de Dione.de quo ipſo tñ qd eſt qđ expe ctetis?qđ is qui fecit,aut non timet,aut etiã fatetur?etem reus,qui dictus eſt & adiutor fuiſ ſe & conſcius,P.Aſcitius,is iudicio eſt liberatus.qđ igitur eſt huiuſmodi crimen?vt qui com miſit,nõ neget: qui negauit,abſolutus ſit:id hic pertimeſcat,qui nõ modo a facto, verũ etiã a cõſciẽtię ſuſpitione abfuit? & ſi Aſcitio cauſa plus pfuit, q̃ nocuit inuidia, huic oberit tuũ
Aſperſus infamia. maledictũ,qui iſtius facti non modo ſuſpitione,ſed ne infamia quidẽ eſt aſperſus? At p̃uarica tione eſt Aſcitius liberat⁹.perfacile eſt iſti loco reſpõdere,mihi p̃ſertim,a quo illa cauſa defen ſa eſt.ſed Cęlius optimã cauſam Aſcitii eſſe arbitrať:cuiuſmodi aũt ſit,a ſua putat eſſe ſeiun ctam.neq̃ ſolũ Cęlius,ſed etiã adoleſcẽtes humaniſſimi & doctiſſimi, rectiſſimis ſtudiis, atq̃ optimis artibus p̃diti,Titus,Caiuſq̃ Coponii:q ex oĩbus maxime Dionis mortẽ doluerũt : q cũ doctrinę ſtudio,atq̃ hũanitatis,tũ etiã hoſpitio Dionis tenebanť.habitabat is apud L.Lu ceiũ vt audiſtis:fuerat ei cognit⁹ Alexãdrię.qd aut hic,aut ſummo ſplẽdore p̃dit⁹ frater ei⁹, de M.Cęlio exiſtimet,ex ipſis,ſi pducti erũt,audietis.Ergo hęc remoueanť, vt aliq̃ ĩ qb⁹ cau ſa nitiť,ad ea veniam⁹.aiaduerti eñ Iud.audiri a vobis meũ familiarẽ L.Herenniũ perattẽte. In quo etſi magna ex parte ĩgenio ei⁹,& dicẽdi genere quodã tenebamini:tñ nõnũq̃ verebar,

ne illa ſubtiliter ad criminandũ inducta oratio animos veſtros ſenſim ac leniter accenderet: dixit em̃ multa de luxuria, multa de libidine, multa de vitiis iuuentutis, multa de moribus: & qui in reliqua vita mitis eſſet, & in hac ſuauitate humanitatis, qua prope iam delectantur homines, verſari periucunde ſoleret, fuit in hac cauſa pertriſtis quidã patruus, cenſor, magiſter: obiurgauit M. Cęliũ, ſicut neminem vnq̃ parens: multa de incontinentia intemperãtiaq; diſſeruit. quid quęritis Iudices? ignoſcebã vobis attente audientibus, propterea, q; egomet tã triſte illud, & tam aſperum genus orationis horrebam. Ac prima pars fuit illa, quę me minus mouebat, fuiſſe meo neceſſario Beſtię Cæliũ familiarẽ, cœnaſſe apud eum, ventitaſſe domum, ſtuduiſſe Prętur̃e. non me hęc mouent, quę perſpicue falſa ſunt. etenim eos vna cœnaſſe dicit, qui aut abſunt, aut quibus neceſſe eſt idẽ dicere. Neq; vero illud me cõmouet, q; ſibi in Lupercis ſodalem eſſe Cælium dixit. fera quædã ſodalitas, & plane paſtoritia atq; agreſtis germanorum Lupercorũ, quorũ coitio illa ſylueſtris ante eſt inſtituta, q̃ humanitas atq; leges. ſiquidem non modo nomina deferunt inter ſe ſodales, ſed etiam cõmemorant ſodalitatẽ in accuſando: vt ne, ſi quis id forte neſciat, timere videat. Sed hęc omittam. ad illa quę me magis mouerunt reſpondebo. delitiarũ obiurgatio fuit longa, & ea lenior, pluſq; diſputationis habuit q̃ atrocitatis, quo etiam audita eſt attentius. nam P. Clodius amicus meus, cũ ſe grauiſſime vehementiſſimeq; iactaret, & omnia inflãmatus ageret triſtiſſimis verbis, voce maxima, tam etſi probabã eius eloquentiam, tamen non pertimeſcebam. aliquot em̃ in cauſis eum videram fruſtra litigantem. tibi autẽ Balbe reſpondebo. primũ precario, ſi licet, ſi fas eſt defendi a me eum, qui nullũ cõuiuiũ renuerit, qui vnguẽta ſumpſerit, qui Baias viderit. Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modo qui primorib⁹ labris guſtaſſent genus hoc vitæ, & extremis vt dicit̃ digitis attigiſſent, ſed qui totã adoleſcentiã voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando: & ſe ad frugẽ bonam, vt dicit̃, recepiſſe: grauiſq; hoĩes atq; illuſtris fuiſſe. dat̃ em̃ conceſſu omniũ huic aliquis ludus ętati, & ip̃a natura profundit adoleſcẽtię cupiditates: quę ſi ita erumpunt, vt nullius vitã labefactent, nullius domũ euertant, faciles & tolerabiles haberi ſolent. Sed tu mihi videbare ex cõmuni infamia iuuentutis aliquã inuidiam Cęlio velle conflare. itaq; omne illud ſilentiũ, qd̃ eſt orationi tuę tributum, fuit ob eam cauſam, q; vno reo propoſito de multorũ vitiis cogitabam⁹. facile eſt accuſare luxuriẽ. dies iam me deficiet, ſi quę dici in eam ſententiã poſſunt, coner exprimere. de corruptelis, de adulteriis, de proteruitate, de ſumptibus, immẽſa oratio eſt: vt tibi reũ neminem, ſed vitia proponas, res tamẽ ip̃a & grauiter accuſari poteſt. ſed veſtrę ſapientię eſt Iudices, nõ abduci ab reo, nec quos aculeos habeat ſeueritas grauitaſq; veſtra, cũ eos accuſator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominẽ, & in reũ. cum is non ſuo crimine, ſed multorũ vitio ſit in quoddã odium iniuſtũ vocatus. Itaq; ſeueritati tuę, vt oportet, ita reſpondere nõ audeo. erat em̃ meũ deprecari vacationẽ adoleſcentię, veniãq; petere. non inquã audeo. perfugiis non vtor ętatis, conceſſa oĩbus iura dimitto: tantũ peto, vt ſiqua eſt inuidia cõmunis hoc tẽpore æris alieni, petulantiæ, libidinũ iuuentutis, quã video eſſe magnã, ne huic aliena peccata, ne ętatis ac tẽporum vitia noceant. Atq; ego idẽ, qui hęc poſtulo, quin criminibus, quę in hunc proprie cõferuntur, diligentiſſime reſpondeã, non recuſo. Sunt aũt duo crimina, auri, & veneni: in quibus vna atq; eadẽ perſona vrget̃. Aurũ ſumptũ a Clodia: venenũ quęſitũ, qd̃ Clodię daret̃, dicitur: oĩa ſunt alia nõ crimina, ſed maledicta iurgii petulãtis magis, q̃ publicę quęſtionis. adulter, impudicus, ſequeſter, conuiciũ eſt, nõ accuſatio. nullũ eſt em̃ fundamentũ horũ criminũ, nulla ſedes, voces ſunt cõtumelioſę temere ab irato accuſatore nullo auctore emiſſę. horum duorũ criminũ video fontẽ, video auctorẽ, video certũ nomen & caput. auro opus fuit, ſumpſit a Clodia, ſumpſit ſine teſte, habuit q̃diu voluit. maximũ video ſignum cuiuſdã egregię familiaritatis. negare eidẽ noluit, quęſiuit venenũ, ſollicitauit quos potuit, parauit locum, conſtituit, attulit. magnũ rurſum odiũ video cũ crudeliſſimo diſſidio extitiſſe. res eſt oĩs in hac cauſa nobis Iud. cũ Clodia, muliere nõ ſolũ nobili, ſed etiã nota. de qua ego nihil dicã, niſi de pellendi criminis cauſa. ſed intelligis pro tua p̃ſtanti prudentia Cn. Domiti cũ hac ſola rem eſſe nobis: quę ſi ſe aurũ Cęlio cõmodaſſe non dicit, ſi venenũ ab hoc ſibi paratũ eſſe non arguit, petulanter facimus, ſi matrẽfamilias, ſecus q̃ matronarũ ſanctitas poſtulat, noĩamus. ſin iſta muliere remota, nec crimẽ vllũ, nec opes ad oppugnandũ Cęlium illis relinquẽt̃, quid eſt aliud, qd̃ nos patroni facere debeamus? niſi vt eos qui inſectantur, repellamus? qd̃ quidem facerem vehementius, niſi intercederent mihi inimicitię cum iſtius mulieris viro, fratrem dia-

Patruus pertriſtis.

Lupercí.

Primorib⁹ labris guſtare.

Extremis digitis attĩgere.

Ad frugem bonã recipere.

Mores mutati cũ ętate.

Nobilis.

Notus.

Correctio vrbana.

cere volui.semp hic erro.nũc agam modice,nec longius progrediar, q̃ me mea fides,& causa ipsa coget. neq; eñ mulíebres vnq̃ inimicitias mihi gerendas putaui, præsertim cum ea,quã oẽs semp amicã omniũ potius,q̃ cuiusq̃ inimicã putauerũt.sed tñ ex ipsa quęrã prius,vtrum me secũ seuere,& grauiter,& prísce agere malit,an remisse,ac leniter,& vrbane. sin illo austero more ac modo,aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis,nõ hac barbula, qua ista delectat,sed illa horrida,quã in statuis antiquis,& imaginibus videm⁹: qui obiurget mulierem,& pro me loquat,ne ista mihi forte succenseat. Existat igit ex hac ipa familia aliquis, ac potissimũ cęcus ille.minimũ eñ dolorẽ capiet,qui istam nõ videbit. qui profecto si extiterit,sic aget,& sic loquet.mulier quid tibi cũ Cęlio?quid cũ homine adolescentulo? quid cum alieno?quid,aut tam familiaris huic fuisti,vt aurũ cõmodares?aut tam inimica, vt venenũ timeres?non patrẽ tuum videras?non patruũ?non auũ,proauũ, atauũ audieras Cõsules fuisse? nõ denięp modo te Q.Metelli matrimoniũ tenuisse sciebas,clarissimi & fortissimi viri,patrię p amantissimi?qui simulac pedẽ limine extulerat,omnis prope ciuis virtute,gloria, dignitate superabat?cui cũ ex amplissimo genere in familiã clarissimã nupsisses, cur tibi Cęlius tam coniunctus fuit?cognatus?affinis?viri tui familiaris?nihil horũ.quid igit fuit, nisi quędam te meritas ac libído?nonne te,si nostrę imagines viriles non cõmouebant,ne progenies quidem mea Q.illa Claudia ęmulã domesticę laudis,in gloria muliebri esse admonebat? nõ virgo illa vestalis Claudia,quę patrẽ complexa triumphantẽ,ab inimico tribuno plebis de curru detrahi passa nõ est?cur te fraterna vitia potius,q̃ bona paterna,& auita,& vsq; a nobis cum in viris,tum etiã in fœminis repetita mouerũt?ideo ne ego pacem Pyrrhi diremi,vt tu amorum turpissimorũ quotidie fœdera ferires?ideo aquã adduxi,vt ea tu incestе vterere?ideo viã muniui,vt eam tu alienis viris comitata celebrares?Sed quid ego Iudices ita grauẽ personam induxi:vt & verear,ne se idẽ Appius repente conuertat,& Cęliũ incipiat accusare illa sua grauitate censoria?Sed videro hoc posterius,atq; ita Iudices,vt vel seueríssimis disceptatoribus M.Cęlii vitam me probaturũ esse confidã.tu modo mulier(iam eñ ipse tecum nulla persona introducta loquar)si ea quę facis,quę dicis,quę insimulas,quę moliris,quę arguis,probare cogitas,rationẽ tantę familiaritatis,& tantę cõsuetudinis,tantę cõiunctionis reddas,atq; exponas necesse est.accusatores quidẽ libidines,amores,adulteria,Baiis acta conuiuia, comessationes,cantus,Symphonias,nauigia iactant.iidẽq; significãt,nihil se te inuita dicere.quę tu,qñ mente nescio qua effrenata atq; pcipiti in forũ deferri iudiciũq; voluisti, aut diluas oportet, & falsa esse doceas,aut nihil neq; crimini tuo neq; testimonio credendũ esse fateare.Sin autẽ vrbanius me agere mauis,sic agam tecũ,remouebo illũ senem durũ ac pene agrestẽ, ex hisq; tuis sumã aliquẽ,ac potissimũ minimũ fratrẽ tuũ, qui est in isto genere vrbanissimus,qui te amat plurimũ,qui propter nescio quã credo timiditatẽ, & nocturnos quosdã inanes metus, tecũ semper,pusio cũ maiore sorore cubitauit.eũ putato tecũ loqui.quid tumultuaris soror? quid insanis?quid clamore exorsa,verbis paruã rem magnã facis?vicinũ adolescentulũ aspexisti?candor huius te,& proceritas,vultus,oculiq; perpulerũt:sępius videre voluisti:fuisti non nunq̃ in iisdẽ hortis visa nobilis mulier:illũ filiũfamilias patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctũ nõ potes:calcitrat,respuit,nõ putat tua dona esse tanti.confer te alio. habes hortos ad Tiberim:ac diligẽter eo loco pparasti,quo oĩs iuuentus natandi causa venit.hinc licet conditiones quotidie legas. cur huic,qui te spernit,molesta es? Redeo nunc ad te Cæli vicissim: ac mihi auctoritatẽ patriã, seueritatẽq; suscipio. sed dubito quẽ patrẽ potissimũ summam.Cæcilianum ne aliquẽ,vehementẽ atq; durũ?Nunc eñ demum mihi animus ardet,nũc meũ cor cumulatur ira.Aut illũ.O infelix,O sceleste.ferrei sunt isti patres. ego ne quid dicã? ego ne quid velim?ego ne?quę tu oĩa tuis fœdis factis facis, vt nequicq̃ velim. vix ferenda diceret talis pater.cur te in istã vicinitatẽ meretriciã contulisti?cur illecebris cognitis põ refugisti?cur alienã vllã mulierẽ nosti?dede,ac disiice,per me licebit.si egebis,tibi dolebit:mihi sat est,qui ætatis qd reliquũ est,oblectẽ meę.Huic tristi, ac decrepito seni responderet Cælius, se nulla cupiditate inductũ de via decessisse.quid signi?nulli sumptus,nulla iactura, nulla versura.at fuit fama.quotus quisq; istã effugere potest in tam maledica ciuitate?vicinũ eius mulieris miraris male audisse,cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? Leni vero & clementi patri,cuiusmodi est ille.Fores effregit,restituentur:discidit vestem,resarcietur.Cælii causa est expeditissima.quid enim esset,in quo se facile non defenderet? Nihil iam in istam mulierem dico:sed si esset aliqua dissimilis istius,quæ se omnibus peruulgaret:

Prísce agere.

Barbula.

Exístere.

Appii Cęci psopopœia

Vía Appia

Pusio cum maiore sorore cub.

Cęcílianus pater.

Cor cumulat ira,

Terentian⁹ pater.

quæ haberet palam decretum ſemper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias, iure ſuo libidines omnium commearent: quæ etiam aleret adoleſcentes, & parſimoniam patrum ſuis ſumptibus ſuſtentaret: ſi vidua libere, proterua petulanter, diues effuſe, libidinoſa meretricio more viueret: adulterũ ego putarẽ, ſi quis hanc paulo liberius ſalutaſſet? Dicet aliquis, hæc igitur eſt tua diſciplina? ſic tu inſtituis adoleſcẽtes? ob hanc cauſam tibi hũc puerũ parens cõmendauit, & tradidit, vt in amore, & voluptatibus adoleſcentiã ſuã collocaret? & hanc tu vitã, atq; hæc ſtudia defenderes? Ego ſi quis Iud. hoc robore animi, atq; hac indole virtutis, ac cõtinẽtiæ fuit, vt reſpueret omnis voluptates, omnẽq; vitæ ſuæ curſum in labore corporis, atq; in animi cõtentione conficeret: quẽ nõ quies, nõ remiſſio, non æqualiũ ſtudia, non ludi, nõ conuiuia delectarent: nihil in vita expetendũ putaret, niſi qđ eſſet cũ laude & honore, & cũ dignitate cõiunctũ: hunc mea ſentẽtia diuinis quibuſdã bonis inſtructũ, atq; ornatum puto. Ex hoc genere illos fuiſſe arbitror Camillos, Fabricios, Curios, omneſq; eos, qui hęc ex minimis tãta fecerũt. verũ hæc genera virtutũ nõ ſolũ in moribus noſtris, ſed vix iam in libris reperiunt. chartę quoq;, quæ illã priſtinã ſeueritatẽ cõtinebãt, obſoluerũt: neq; ſolũ apud nos, qui hanc ſectã rationẽq; vitę, re magis, q̃ verbis ſecuti ſumus: ſed etiã apud Græcos doctiſſimos homines: quibus, cũ facere nõ poſſent, loqui tñ, & ſcribere honeſte, & magnifice licebat. Alia quędã mutatis Græcię tẽporibus p̃cepta extiterũt, itaq; alii voluptatis cauſa omnia ſapientes facere dixerunt: neq; ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerũt. alii cũ voluptate dignitatẽ cõiungendam putauerũt, vt res maxime inter ſe repugnãtes dicendi facultate coniũgerent. illud vnũ cũ labore ad laudem directũ iter qui probauerũt, propę iam ſoli in ſcholis ſunt relicti. Multa em̃ nobis blandimẽta natura ipſa genuit, q̃bus ſopita virtus cõniueret: & interdũ multas vias adoleſcentię lubricas oſtendit, q̃bus illa inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo aut prolapſione vix poſſet: & multarũ rerũ iucũdiſſimarũ varietatẽ dedit, qua nõ modo hæc ætas, ſed etiã iam corroborata caperetur. Quamobrẽ ſi quẽ forte inueneritis, qui aſpernetur oculis pulchritudinẽ rerũ: nõ odore vllo, non tactu, nõ ſapore capiatur: excludat auribus omnẽ ſuauitatẽ: huic homini, ego fortaſſe, & pauci deos propitios, pleriq; autem iratos putabunt. Ergo hæc deſerta via, & inculta, atq; intercluſa iã frondibus, & virgultis relinquat. detur aliqd ætati, ſit adoleſcẽtia liberior, nõ oĩa voluptatibus denegentur, nõ ſemp ſuperet vera illa, & directa ratio, vincat aliquãdo cupiditas voluptaſq; rationẽ: dũmodo illa in hoc genere p̃ſcriptio, moderatioq; teneat: parcat iuuẽtus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienã, ne effundat patrimoniũ, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius damnũ, atq; famã, ne probrũ caſtis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quẽ interimat, ne interſit inſidiis, ſcelere careat: poſtremo cũ paruerit voluptatibus, dederit aliqd tẽporis ad ludũ ætatis, atq; ad inanis haſce adoleſcentiæ cupiditates, reuocet ſe aliquãdo ad curã rei domeſticę, rei forẽſis, reipublicę, vt ea quæ ratione antea nõ perſpexerat, ſatietate abiecíſſe, experiẽdo cõtẽpſiſſe videatur. Ac multi, & noſtra, & patrũ maiorũq; memoria Iud. ſummi & clariſſimi ciues fuerunt: quoꝝ cũ adoleſcentiæ cupiditates deferbuiſſent, eximię virtutes, firmata iam ætate, extiterũt. ex q̃bus neminẽ mihi neceſſe eſt nominare, voſmet vobiſcũ recordamini. nolo enim cuiuſq; fortis atq; illuſtris viri, ne minimũ qdẽ erratũ cũ maxima laude coniũgere. qđ ſi facere vellẽ, multi a me ſummi, atq; ornatiſſimi viri p̃dicarẽtur: quoꝝ ptim nimia libertas in adoleſcentia, partim profuſa luxuries, magnitudo æris alieni, ſumptus, libidines, nominarẽtur: q̃ multis poſtea virtutib9 obtecta, adoleſcẽtię qui vellet excuſatione defenderet. At vero in M. Cælio (dicã em̃ iam cõfidentius de ſtudiis eius honeſtis: quædã audeo veſtra quadam fretus ſapientia libere confiteri) nulla luxuries reperiet, nulli ſumptus, nullũ æs alienũ, nulla conuiuioꝝ ac luſtroꝝ libido. qđ qdẽ vitiũ ventris, & gutturis nõ modo nõ minuit ætas hoĩbus, ſed etiã auget. Amores autẽ, & hę delitię quæ vocãtur, quæ firmiore animo prędĩtis diutius moleſtę nõ ſolent eſſe, mature em̃ & celeriter defloreſcũt, nũq̃ hunc occupatũ impędĩtũq; tenuerũt. Audiſtis cũ pro ſe diceret: audiſtis antea, cũ accuſaret: defendẽdi cauſa hæc, nõ gloriã dĩ loquor. genus orationis, facultatẽ, copiã ſentẽtiarũ, atq; verboꝝ, q̃ veſtra prudẽtia eſt, perſpexiſtis. atq; in eo nõ ſolũ ingeniũ elucere eius videbatis: qđ ſæpe etiã ſi induſtria non alitur, valet tñ ipſm ſuis viribus: ſed inerat, niſi me ꝓpter beneuolentiã forte fallebat, oratio & bonis artibus inſtituta, & cura, & vigiliis elaborata. Atq; ſcitote Iud. eas cupiditates, q̃ obiiciuntur Cęlio, atq; hæc ſtudia de q̃bus diſputo, nõ facile in eodẽ homine eſſe poſſe. fieri em̃ nõ poteſt vt animus libidini deditus, amore, deſiderio, cupiditate, ſæpe nimia copia, inopia etiã nõnũq̃

Obſoluerũt chartę.

Morũ p̃cepta mutata.

Naturę blandimẽta.

Prolapſio.

Careat ſcelere.

Mutati mores cũ ætate.

impẽditus,hoc,quicquid eſt,qđ nos facimus in dicẽdo,nõ modo agendo,verũ etiã cogitãdo poſſit ſuſtinere. An vos aliã cauſam eſſe vllã putatis? cur in tãtis p̃miis eloquẽtię,tanta voluptate dicẽdi,tãta laude,tãta gloria,tãto honore, tã ſint pauci ſemp̃q; fuerint, qui in hoc labore verſentur? Omittẽdę ſunt oẽs voluptates: relinquẽda ſtudia delectationis: ludus,iocus, cõuiuiũ,ſermo etiã pene omniũ familiarium deſerẽdus. quæ res in hoc genere hoĩes a labore ſtudioq; dicẽdi deterret,nõ quo aut ingenia deficiãt,aut doctrina puerilis. An hic,ſi ſeſe iſti vitę dediſſet, Cõſularẽ hominẽ admodũ adoleſcẽs ĩ iudiciũ vocauiſſet? Hic ſi laborẽ fugeret, ſi obſtrictus voluptatib⁹ teneret,in hac acie quotidie verſaretur? appeteret inimicitias? in iudiciũ vocaret? ſubiret periculũ capitis? ipſo inſpectãte Populo Ro. tot mẽſes aut de ſalute,aut de gloria dimicaret? Nihil igit̃ illa vicinitas redolet? nihil hominũ fama? nihil Baię deniq; ipſę loquũtur? Illę vero nõ loquũtur ſolũ,verũ etiã p̃ſonant: huc vnius mulieris libidinẽ eſſe delapſam,vt ea nõ modo ſolitudinẽ ac tenebras,atq; hęc flagitioꝝ tegumenta non q̃rat, ſed in turpiſſimis rebus frequẽtiſſima celebritate,& clariſſima luce lętetur. Verũ ſi ꝙs eſt,ꝙ etiã meretriciis amoribus interdictũ iuuentuti putet,eſt ille qđẽ valde ſeuerus: negare nõ poſſum: ſed abhorret nõ modo ab huius ſeculi licẽtia,verũ etiã a maiorũ cõſuetudine atq; conceſſis. quando eñ hoc nõ factũ eſt? quãdo reprehenſum? quãdo nõ permiſſum? quando deniq; fuit, vt qđ licet,nõ liceret? Hic ego rẽ iam definiã,mulierẽ nullã nominabo, tãtũ in medio relinquã. Siqua nõ nupta mulier domũ ſuã patefaceret omniũ cupiditati,palãq; ſeſe in meretricia vita collocaret,virorũ alieniſſimorũ cõuiuiis vti inſtitueret: ſi hoc in vrbe,ſi in hortis,ſi in Baiarũ illa celebritate faceret: ſi deniq; ita ſeſe gereret,non inceſſu ſolũ,ſed ornatu,atq; comitatu,nõ flagrantia oculorũ,nõ libertate ſermonis,ſed etiã cõplexu,oſculatione,aquis,nauigatione,cõuiuiis,vt nõ ſolũ meretrix,ſed etiã procax videatur: cũ hac ſi quis adoleſcens forte fuerit,vtrũ hic tibi L. Herenni adulter,an amator? expugnare pudicitiã, an explere libidinẽ voluiſſe videat? Obliuiſcor iã iniurias Clodia: depono memoriã doloris mei: quæ abs te crudeliter in meos me abſente facta ſunt,neglígo: ne ſint hæc in te dicta,quæ dixi: ſed ex te ipſa requiro: quoniã & crimen accuſatores abs te,& teſtẽ eius criminis te ipſam dicunt ſe habere: ſi qua mulier ſit huiuſmodi,qualẽ ego paulo ante deſcripſi,tui diſſimilis,vita inſtitutoq; meretricio,cũ hac aliquid adoleſcentẽ hominẽ habuiſſe rationis, nũ tibi perturpe aut flagitioſum eſſe videatur? Ea ſi tu nõ es,ſicut ego malo,quid eſt,qđ obiiciũt Cęlio? Sin eã te volunt eſſe, quid eſt cur nos crimen hoc,ſi tu cõtemnis,pertimeſcamus? Quare nobis da viam,rationẽq; defenſionis. nã aut pudor tuus defendet nihil a M. Cęlio petulantius eſſe factũ: aut impudẽtia & huic & cæteris magnã ad ſe defendendũ facultatẽ dabit. Sed quoniã emerſiſſe iã e vadis,& ſcopulos p̃teruecta videtur oratio mea,perfacilis mihi reliquus curſus oſtendit. Duo ſunt enim crimina vna in muliere ſummorũ facinorũ: auri,qđ ſumptũ a Clodia dicitur: & veneni,qđ eiuſdẽ Clodiæ necandę cauſa paraſſe Cęliũ crimin̄atur. Aurũ ſumpſit vt dicitis,qđ L. Luceii ſeruis daret,per quos Alexandrinus Dio, qui tũ apud Luceiũ habitabat, necaretur. magnũ crimen vel in Legatis inſidiandis, vel in ſeruis ad hoſpitem domi necandũ ſollicitãdis: plenũ ſceleris conſiliũ,plenũ audaciæ. Quo quidẽ in crimine primũ illud requirã. dixerit ne Clodiæ quã ad rem aurũ tum ſumeret? an non dixerit? ſi nõ dixit,cur dedit? ſi dixit,eodem cõſcientiæ ſcelere ſe deuinxit. tu ne aurum ex armario tuo promere auſa es? tu ne Venerem illam tuã ſpoliatricẽ ſpoliare ornamentis? Cæterũ cũ ſcires quantũ ad facinus aurũ hoc q̃reretur,ad necem ſcilicet Legati,ad L. Luceii ſanctiſſimi hominis atq; integerrimi labem ſceleris ſempiterni: huic facinori tãto tua mens liberalis conſcia,tua domus popularis miniſtra, tua deniq; hoſpitalis illa Venus adiutrix eſſe nõ debuit. Vidit hoc Balbus: facinoris tãtũ celatã eſſe Clodiam dixit,atq; ita Cęliũ ad illam attuliſſe,ſe ad ornatũ ludorũ aurũ q̃rere. Si tam familiaris erat Clodiæ,q̃ tu eſſe vis,cũ de libidine eius tã multa dicis,dixit profecto quo vellet aurũ: ſi tã familiaris nõ erat,nõ dedit. ita ſi verũ tibi Cęlius dixit: O immoderata mulier: ſciens tu aurũ ad facinus dediſti: ſi non eſt auſus dicere, non dediſti. Quid ego nũc argumẽtis huic crimini,quæ ſunt innumerabilia,reſiſtã? poſſum dicere mores M. Cęlii longiſſime a tãti ſceleris atrocitate eſſe diſiũctos: minime eſſe credendũ homini tã ingenioſo,tãq; prudẽti,nõ veniſſe in mentẽ rẽ tanti ſceleris ignotis alieniſq; ſeruis nõ eſſe credẽdam. poſſum etiã illa,& cęteroꝝ patronorũ,& mea conſuetudine ab accuſatore pquirere. vbi ſit congreſſus cũ ſeruis Luceii Cælius? qui ei fuerit aditus? ſi per ſe,qua temeritate? ſi per aliũ,per quẽ? poſſum omnes latebras ſuſpitionũ peragrare dicendo: nõ cauſa,nõ locus,nõ facultas,non conſcius, nõ perfi-

Cur pauci eloquentię ſtudioſi.

Perſonare.

Meretricios amores licere.

Relinquere ĩ medio.

Inſidiandis legatis.

Armariũ.

Scelus ſempiternũ.

ciendi,non occultandi maleficii ſpes,non ratio vlla,nõ veſtigiũ maximi facinoris reperietur. Sed hæc quæ ſunt oratoris propria:quę mihi nõ propter ingeniũ meũ,ſed propter hãc exercitationẽ,vſumq; dicendi fructũ aliquem ferre potuiſſent,cũ a me ipſo laborata proferri videntur:breuitatis cauſa relinquo omnia.habeo enim Iudices,quẽ vos ſociũ veſtrę religionis, iuriſq; iurandi facile eſſe patiemini,L.Luceiũ grauiſſimũ hominẽ,& ſanctiſſimũ teſtẽ: q tantũ facinus in famã atq; fortunas ſuas,neq; nõ audiſſet illatũ a Cęlio,neq; neglexiſſet, neq; tuliſſet.An ille vir illa humanitate prędituſ,illis ſtudiis,artibus,atq; doctrina,illius ipſius pęricu lum,quẽ,ppter hæc ipſa ſtudia diligebat,negligere potuiſſet!& qđ facinus in alienũ hominẽ illatũ ſeuere acciperet,id omiſiſſet curare in hoſpite!qđ p ignotos actũ cũ cõperiſſet doleret, id a ſuis rentatũ eſſe negligeret! qđ in agris locisve publicis factũ reprehenderet, id in vrbe ac ſuã domi cœptũ eſſe leuiter ferret!qđ in alicuius agreſtis pęriculo non poſtmitteret, id homo eruditus in inſidiis doctiſſimi hominis diſſimulandũ putaret! Sed cur diutius vos Iudices teneo!ipſius iurati religionẽ auctoritatẽq; pęrcipite,atq; omnia diligenter teſtimonii verba cognoſcite.Recita teſtimoniũ Luceii.Quid expectatis ampli?!an aliquã vocẽ putatis ipam cauſam pro ſe & veritatẽ poſſe mittere! hęc eſt innocentiæ defenſio:hęc ipſius cauſę oratio: hęc vna vox veritatis.in crimine ipſo nulla ſuſpitio eſt:& in re nihil eſt argumenti:in negotio,qđ actũ eſſe dicitur,nullũ veſtigiũ ſermonis,loci,tẽporis:nemo teſtis, nemo conſcius nominatur:totũ crimen profertur ex inimica,ex infami,ex crudeli, ex facinoroſa, ex libidinoſa domo:domus aũt illa,q̃ tentata ſcelere iſto nefario dicit,plena eſt integritatis,officii,religionis:ex qua domo reciratur vobis iureiurando deuincta auctoritas,vt res minime dubitanda in cõtẽtione ponatur:vtrũ temeraria,procax,irata mulier finxiſſe crimen:an grauis,ſapiens, moderatuſq; vir religioſe teſtimoniũ dixiſſe videat. Reliquũ eſt igit crimẽ de veneno:cuius ego neq; principiũ inuenire,neq; euoluere extrũ poſſum.Quæ fuit em̃ cauſa,quãobrẽ iſti mulieri venenũ vellet dare Cęlius!ne aurũ redderet!num pertuit!ne crimẽ hęreret! nũ quis obiecit!nũ quis deniq; feciſſet mentionẽ,ſi hic nemini nomen detuliſſet!Quin etiã Herennii dicere audiſtis,verbo ſe moleſtũ nõ fuiſſe futurũ Cęlio,niſi iterũ eadẽ de re ſuo familiari ablolato nomen hic detuliſſet.Credibile eſt igitur tãtũ facinus,ob nullã cauſam eſſe cõmiſſum ! & vos nõ videtis fingi ſceleris maximi crimen,vt alterius cauſa ſceleris ſuſcipiẽdi fuiſſe videatur!Cui deniq; cõmiſit!quo adiutore vſus eſt!quo ſocio!quo conſcio!cui tãtũ facinus!cui ſe! cui ſalutẽ ſuã credidit!ſeruis ne mulieris!ſic em̃ obiectũ eſt. & erat tã demens hic, cui iã vos ingeniũ certe tribuitis,etiã ſi cætera inimica oratione detrahitis,vt omnis ſuas fortunas alienis ſeruis cõmitteret! At quibus ſeruis!refert em̃ magnopere id ipſum. his ne,quos intelligebat non cõmuni conditione ſeruitutis vti,ſed licentius,liberius, familiariusq; cũ domina viuere!quis enim hoc non videt Iudices!aut quis hoc ignorat:in eiuſmodi domo, in qua mater familias meretricio more viuat:in qua nihil geratur,qđ foras proferẽdum ſit: in qua luſtra, libidines,luxuries,omnia deniq; inaudita vitia,atq; flagitia verſentur:hic ſeruos nõ eſſe ſeruos,quibus omnia committantur,per quos gerantur,qui verſentur iiſdem in voluptatibus, quibus occulta credantur,ad quos aliquantũ etiã ex quotidianis ſumptibus ac luxuria redũdet!Id igitur Cęlius nõ videbat!Si enim tã familiaris erat mulieris,q̃ vos vultis, iſtos quoq; ſeruos familiares eſſe dominę ſciebat.Sin ei tanta conſuetudo,quanta a vobis inducitur,non erat,quæ cum ſeruis potuit familiaritas tanta eſſe!Ipſius autẽ veneni quæ ratio fingitur!vbi quęſitum eſt! quemadmodum paratum!quo pacto!cui!quo in loco traditum!Habuiſſe aiunt domi,vimq; eius eſſe expertum in ſeruo quodam ad rẽ ipſam parato, cuius perceleri interitu eſſet ab hoc comprobatum venenũ.Pro` dii immortales,cur interdum in hominũ ſceleribus maximis,aut conniuetis!aut pſentis fraudis pœnas in diẽ reſeruatis! Vidi em̃,vidi, & illum hauſi dolorẽ vel acerbiſſimũ in vita,cũ Q.Metellus abſtraheretur e ſinu,gremioq; patrię: cũ q; ille vir,qui ſe natum huic imperio putauit,tertio die,poſtq̃ in Curia,in roſtris, in Rep.floruiſſet,integerrima ætate,optimo habitu,maximis viribus eriperetur indigniſſime bonis oibus,atq; vniuerſę ciuitati.Quo quidẽ tẽpore ille moriẽs,cũ iam cæteris ex partibus oppreſſa mens eſſet,extremum ſenſum ad memoriam Reip.reſeruabat:cum me intuens flentem ſignificabat interruptis,atq; morientibus vocibus,quãta impenderet procella vrbi, quãta tẽpeſtas ciuitati:cum parietem ſæpe feriens eum,qui cum Q.Catulo fuerat ei communis,crebro Catulum,ſæpe me,ſæpiſſime Remp.nominabat:vt non tam ſe emori,q̃ ſpoliari ſuo præſidio cũ patriam,tum etiam me doleret. Quem quidem virum ſi nulla vis repentini ſceleris ſuſtu-

Acciperẽ ſeuere.

Poſtmittere.

Hauſi dolorem.

Voces morientes.

lisset,quonã modo ille furenti fratri suo patrueli Consulari restitisset, qui Consulem incipiẽ tem furere atq; conantẽ,sua se manu interfecturũ,audiente Senatu dixerit!Ex hac igitur domo progressa ista mulier de veneni celeritate dicere audebit! nonne ipsam domũ metuet,ne quã vocẽ eliciat!non parietes conscios,nõ noctẽ illam funestã ac luctuosam pꝛhorrescet!Sed reuertar ad crimen.Sed enim hæc facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio,& vocẽ meã fletu debilitauit,& mẽtem dolore impꝛdiuit.Sed tamẽ venenũ vnde fuerit,quemadmodũ paratum sit,non dicitur.Datum esse hoc aiunt P.Licinio prudenti adolescenti,& bono,Cęlii familiari:constitutũ esse cũ seruis,vt venirent ad balneas Xenias: eodem Liciniũ esse venturũ, atq; iis veneni pyxidem traditurũ.Hic primũ illud requiro , quid attinuerit illud ferri in eũ locum constitutum! cur illi nõ ad Cælium domũ venerint!si manebat tanta illa consuetudo Cælii cum Clodia,tantaq; familiaritas,quid suspitionis esset,si apud Cęlium mulieris seruus visus esset!Sin autẽ iam suberat simultas,extincta erat consuetudo,dissidium extiterat, hinc illę lachrymę nimirum,& hæc causa est horũ omniũ scelerum,atq; criminũ.Immo,inqt,cum serui ad dominã rem istã & maleficiũ Cęlii detulissent,mulier ingeniosa præcepit suis,vt oĩa Cęlio pollicerentur,sed vt venenũ cũ a Licinio traderetur, manifesto comꝑhendi posset,cõstituit locum iussit balneas Xenias,vt eo mitteret amicos,qui delitescerent.deinde repente,cum venisset Licinius,venenũ traderet,prosilirent,hominẽq; comꝑhenderent . Quæ quidẽ omnia Iudices pꝛfacilem rationẽ habẽt reꝑhendendi. Cur enim balneas publicas potissimũ cõstituerat!in quibus non inuenio quæ latebra togatis hominibus esse possit. nã si essent ĩ vestibulo balnearũ,non laterent:sin se in intimũ coniicere vellent,nec satis commode calceati & vestiti id facere possent,& fortasse nõ recipꝛentur. nisi forte mulier potens quadrantaria illa pꝛmutatione familiaris facta erat balneatori.Atq; equidẽ vehementer expectabam,quinam isti viri boni testes huius manifesto deꝑhẽsi veneni dicerẽtur.nulli.n.sunt adhuc nominati:sed nõ dubito quin sint pgraues, qui primũ sint talis fœminę familiares:deinde eam prouinciã susceꝑrint,vt in balneas cõtruderentur:qđ illa nisi a viris honestissimis ac plenissimis dignitatis, q̃ velit sit potens,nũq̃ impꝛtrauisset.Sed quid ego de dignitate istoꝝ testium loquor!virtutem eorũ diligentiãq; cognoscite,in balneis delituerũt.testis egregios. deinde temere prosilierũt. homines grauitati deditos.Sic enim fingunt,cũ Licinius venisset,pyxidem teneret in manu, conaretur tradere,nõdum tradidisset,tũ repente euolasse istos præclaros testes sine nomine. Liciniũ autem cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset,retraxisse,atq; illo repẽtino hominũ impꝛtu se in fugam coniecisse.O magna vis veritatis,quæ contra hominũ ingenia,callidꝛtatem,solertiã,cõtraq; fictas omniũ insidias,facile se ꝑ se ipsam defendat.verũ hæc tota fabella vetus,& plurimarũ fabularũ poetria,q̃ est sine argumẽto! q̃ nullũ inueníre exitũ potest!Quid em̃ isti tot viri!nã necesse est fuisse non paucos,vt & comꝑhendi Licinius facile posset,& res multoꝝ esset oculis testatior.cur Liciniũ de manibus amiserunt! qui minus em̃ Licinius comꝑhendi potuit,cũ se retraxit,ne pyxidem traderet,q̃ si non retraxisset!Erant em̃ illi positi,vt comꝑhenderẽt Liciniũ,vt manifesto Licinius teneretur,aut cũ retineret venenũ, aut cum tradidisset. hoc fuit totũ consilium mulieris:hæc istoꝝ prouincia,qui rogati sunt: quos quidem tu quamobrem temere prosiluisse dicas,atq; ante tempus,non inuenio. fuerãt hoc rogati,fuerant ad hanc rem collocati,vt venenũ,vt insidiæ, facinus deniq; ipsum vt manifesto comꝑhenderetur.potuerũt ne meliori tempore prosilire, q̃ cũ Licinius venisset! cũ in manu teneret veneni pyxidem!quæ si cũ iam erat tradita seruis, euasissent subito ex balneis mulieris amici,Liciniũq; comꝑhendissent,imploraret hominũ fidem, atq; a se illam pyxidem traditã pernegaret. quẽ quomodo illi reꝑhenderent!vidisse se dicerent ! primũ ad se reuocarent maximi facinoris crimen. deinde id se vidisse dicerent,qđ quo loco collocati fuissent,nõ potuissent videre.Tẽpore igitur ipso se ostenderũt,cum Licinius venisset,pyxidem exꝑdiret, manũ porrigeret,venenũ traderet.Mimi ergo est etiã exitus, non fabulæ: in quo cũ clausula non inuenitur,fugit aliquis e manibus:deinde scabella concrepant,aulęũ tollitur.Quęro em̃ cur Liciniũ titubantẽ,hæsitantẽ,cedẽtẽ,fugere conantem,mulieraria manus ista de manibus emiserit! cur non comꝑhenderint!cur nõ ipsius confessionẽ multoꝝ oculis, facinoris deniq; voce tanti sceleris crimen expꝛesserint!an timebant,ne tot vnũ,valentes imbecillũ, alacres pterritum supꝛare nõ possent!nullum argumentũ in re,nulla suspitio in causa, nullus exitus criminis repꝛietur.Itaq; hæc causa ab argumentis,a coniectura,ab iis signis, quibus veritas illustrari solet,ad testes tota traducta est.Quos qđẽ ego testes Iud.nõ modo sine vllo timore,

Balneæ Xeniæ. Pyxis.

Quadrãtaria pmutatio. Balneator.

O magna vis. Poetria fabellarum plurimarũ.

Mimi exit? Scabella. Mulieraria manus.

ſed etiam cũ aliqua ſpe delectationis expecto, prægeſtit animus iam videre, primũ lautos iuue nes mulieris beatę ac nobilis familiares: deinde fortis viros ab imperatrice in inſidiis, atq; in p ſidio balnearum locatos, ex quibus requirã quonãmodo latuerint? aut vbi? alueus ne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellũ gerentes tulerit, ac texerit? Illud vero reſpondere cogam, cur tot viri ac tales, hũc & vnũ & tam imbecillũ, q̃ videtis, non aut ſtantẽ comphenderint, aut fugientẽ conſecuti ſint? qui ſe nũq̃ profecto ſi iſtum in locũ proceſ ſerint, explicabunt. q̃ volent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnũq̃ etiã ad vinũ diſerti ſint: alia fori vis eſt, alia triclinii: alia ſubſelliorũ ratio, alia lectorũ: non idem iudicum, comeſſatorũq; conſpectus: lux deniq; longe alia eſt ſolis, & lychnorum. Quãobrẽ excutiemus omnes iſtorũ delitias, oęs ineptias, ſi prodierint. ſed ſi me audiãt, nauent aliã operã, aliã ineant gratiam, in aliis ſe rebus oſtẽtent, vigeant apud iſtã mulierẽ venuſtate, dominẽtur ſumptibus, hæreãt, ia ceant, ſeruiant: capiti vero innocentis, & fortunis parcant. Adſunt ſerui illi de cognatoq; no biliſſimoq;, & clariſſimorũ hominũ ſententia manumiſſi. tandem aliquid inueniemus, qđ iſta mulier de ſuorũ propinquorũ fortiſſimorũ virorũ ſententia atq; auctoritate feciſſe dicatur. Sed ſcire cupio quid habeat argumenti iſta manumiſſio? in qua aut crimen eſt Cęlio quęſitũ, aut quæſtio ſubleuata, aut multarum rerũ conſciis ſeruis cũ cauſa pręmiũ perſolutũ. At pro pinquis placuit. cur non placeret? cũ rem tute ad eos non ab aliis tibi allatam, ſed a te ipſa cõ pertam deferre diceres? Hic etiã miramur ſi illã cõmentitiam pyxidẽ obſcœniſſima ſit fabula cõſecuta. nihil eſt qđ in eiuſmodi mulierem nõ cadere videatur. audita & peruulgata & per celebrata ſermonibus res eſt. percipitis animis Iud. iãdudũ quid velim, vel potius quid nolim dicere. qđ etiã ſi eſt factũ, certe a Cælio nõ eſt factũ. quid enim attinebat? eſt enim ab aliquo fortaſſe adoleſcente nõ tam inſulſo, q̃ non verecũdo. Sin aũt eſt fictum, nõ illud quidẽ mode ſtum, ſed tamen non eſt infacetũ mendaciũ. qđ profecto nunq̃ hominũ ſermo, atq; opinio cõ probaſſet, niſi omnia quæ cũ turpitudine aliqua dicerẽtur, in iſtam quadrare apte viderent. Dicta eſt a me cauſa Iud. & perorata. iam intellígitis quantũ iudiciũ ſuſtineatis, quãta res ſit cõmiſſa vobis. De vi quęritis: quæ lex ad Imperium, ad maieſtatẽ, ad ſtatũ patriæ, ad ſalutem omniũ pertinet: quã legem Q. Catulus armata diſſenſione ciuiũ Reip. pene extremis tempori bus tulit: quæ lex ſedata illa flamma Conſulatus mei, fumantis reliquias coniurationis extin xit: hac lege Cælii adoleſcentia nõ ad Reip. pœnas, ſed ad mulieris libidines & delitias depo ſcitur. Atq; hoc etiã loco M. Camurti & Ceſerni damnatio pdicatur. O ſtultitiã: ſtultitiã ne dicã an impudentiã ſingularẽ? Audetis ne, cũ ab ea muliere veniatis, facere iſtoq; hominũ mẽ tionem? audetis ne excitare tanti flagitii memoriam? non extinctã illam quidẽ, ſed repreſſam vetuſtate? Quo enim illi crimine peccatoq; perierunt? nempe q̃ eiuſdem mulieris dolorem & iniuriam Vectiano nefario ſunt ſtupro perſecuti. Ergo vt audiret Vectii nomen in cauſa, vt illa vetus Afrania fabula refricaret, idcirco Camurti, & Ceſerni eſt cauſa renouata? q̃ q̃q̃ lege de vi certe nõ tenebantur, eo maleficio tamen erãt implicati, vt ex nullius legis laqueis emit tendi viderentur. M. vero Cælius cur in hoc iudicium vocatur, cui neq; propriũ quæſtionis crimen obiicitur, nec vero aliquid eiuſmodi, qđ ſit a lege ſeiunctum, & cum veſtra ſeuerítate coniunctũ. cuius prima ætas dedita diſciplinis fuit, iiſq; artibus, quibus inſtruimur ad hunc vſum forenſem, ad capeſſendã rẽpublicã, ad honorẽ, gloriã, dignitatẽ. His autẽ fuit amicitiis maioq; natu, quòq; imitari induſtriã cõtinentiãq; maxime velit: his æqualiũ ſtudiis, vt eũdẽ quem optimi ac nobiliſſimi, petere curſum laudis videretur. Cum autẽ paulum iam roboris acceſſiſſet ætati, in Aphricã profectus eſt, Q. Põpeio pconſuli contubernalis caſtiſſimo viro atq; omnis officii diligẽtiſſimo: in qua prouincia cũ res erant, & poſſeſſiones paternæ, tũ etiã vſus quidã prouincialis, non ſine cauſa a maioribus huic ętati tributus. diſceſſit illinc Põpeii iudicio probatiſſimus, vt ipſius teſtimonio cognoſcetis, voluit vetere inſtituto, eoq; adoleſcẽ tiũ exẽplo, qui poſt in ciuitate ſummi viri, & clariſſimi ciues extiterũt, iduſtriã ſuã a Populo Ro. ex aliqua illuſtri accuſatione cognoſci. vellẽ alio potius eũ cupiditas glorię detuliſſet, ſed habuit hoc tẽpus querelę. accuſauit C. Antoniũ Collegam meũ, cui miſero præclari in Rẽp. beneficii memoria nihil pfuit, nocuit opinio maleficii cogitati. poſtea nemini conceſſit æqua lium, plus vt in foro, plus vt in negotiis verſaretur, cauſiſq; amicormu, plus vt valeret inter ſuos gratia: quę niſi vigilãtes homines, niſi ſobrii, niſi induſtrii cõſequi nõ poſſunt: omnia la bore & diligentia eſt cõſecutus. In hoc flexu quaſi ætatis: nihil enim occultabo fretus huma nitate ac ſapientia veſtra: fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas, notitia noua mulieris &

Prægeſtit animus.

Equus Troianus.

Diſerti ad vinum.

Quadrare in iſtam.

C. Antonius.

Fama hęſit ad metas.

infelici vicinitate,& insolentia voluptatũ. quæ cũ inclusę diutius,& prima ætate cõpressę,& cõstrictę fuerũt,subito se nõnũq profundũt,atq eiiciũtur vniuersę,qua ex vita,vel dicã quo ex sermone:nequaq em tãtũ erat,quãtũ homines loquebãtur:verũ ex eo,quicqd erat, emersit,totũq se eiecit,atq extulit:tantũq abest ab illius familiaritatis infamia, vt eiusdẽ nũc ab se inimicitias odiũq propulset, atq vt iste interpositus sermo delitiarũ,defidięq morere, fecit me mehercule inuito & multũ repugnante,sed tamẽ fecit, nomen amici mei de ambitu detulit:quẽ absolutũ insequitur,reuocat,nemini nostrũ obtẽperat,est violentior q̃ vellẽ. Sed ego nõ loquor de sapientia,quæ nõ cadit in hanc ætatẽ:de impetu animi loquor,dẽ cupiditate vincendi,de ardore mentis ad gloriam: quę studia iam in his ætatibus nostris cõtractiora esse debeant:in adolescentia vero,tãq in herbis significant quæ virtutis maturitas,& quantę fruges industriæ sint futuræ.Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenãdi potius a gloria,q̃ incitandi fuerũt.Amputanda plura sunt illi ætati,si quidẽ efflorescit ingenii laudibus,q̃ inserenda.Quare si cui nimiũ efferbuisse videtur huius vel in suscipiẽdis,vel in gerendis inimicitiis vis,ferocitas,pertinacia:si quem etiã minorũ horũ aliquid offendit: si purpuræ genus,si amicorq cateruæ,si splendor,si nitor:iam ista deseruerit,iam ætas omnia,iam res, iam dies mitigarit. Cõseruate igitur Reip.Iud.ciuem bonarũ artiũ,bonarum partiũ,bonorq virorq.promitto hoc vobis,& Reip.spondeo,si modo nos ipsi Reip.satisfecimus,nũq hunc a nostris rationibus seiũctũ fore,qd cũ fretus nostra familiaritate promitto, tũ q durissimis se ipse legibus iam obligarit.Neq em potest q hominẽ consularẽ,q ab eo Rẽp. violatã diceret, in iudiciũ vocarit,ipse in Rep.ciuis esse turbulentus.Nõ potest,qui ambitu ne absolutũ qdẽ patitur esse absolutũ,ipse impune vnq esse largitor.Habet a M.Cęlio Resp.Iud.duas accusationes vel obsides periculi,vel pignora voluntatis.Quare obtestor,oroq vos Iudices,vt qua in ciuitate paucis diebus his Sex.Clodius absolutus sit:quẽ per biennũ, aut ministrũ seditionis,aut ducẽ vidistis:qui ædes sacras,qui censum Populi Romani,qui memoriã publicã,suis manibus incendit:hominẽ sine re,sine fide,sine spe,sine sede,sine fortunis, ore,lingua,manu, vita omni inquinatũ: qui Catuli monimẽtũ afflixit,meã domũ diruit,mei fratris incendit:q in Palatio atq in vrbis oculis seruitia ad cędem & inflammandã vrbẽ incitauit: in ea ciuitate ne patiamini illum absolutũ muliebri gratia,M.Cęliũ libidini mulieris condonatũ:ne eadẽ mulier cũ suo coniuge, & fratre,turpissimũ latronem eripuisse, & honestissimũ adolescẽtem oppressisse videatur.Q cũ huius vobis adolescẽtiam proposueritis,constituitote vobis ante oculos huius etiã miseri senectutẽ,qui hoc vnico filio nititur,in huius spe requiescit,huius vnius casum pertimescit:quem vos supplicem vestræ misericordię,seruũ potestatis,abiectum non tam ad pedes,q̃ ad mores sensusq vestros,vel recordatione parentum vestrorum,vel liberorum iucunditate sustentate,vt in alterius dolore vel pietati,vel indulgentiæ vestrę seruiatis.Nolite Iudices,aut hũc natura ipsa occidẽtẽ velle maturius extingui vulnere vestro, q̃ suo fato:aut hũc nũc primũ florescentẽ firmata iam stirpe virtutis,tãq turbine aliquo aut subita tempestate peruertere.Conseruate parenti filium,parentem filio:ne aut senectutem pe desperatam contempsisse,aut adolescentiam plenam spei maximę, nõ modo vos nõ aluisse, sed etiam perculisse,atq afflixisse videamini.Quem si vobis,si suis,si Reip.conseruatis,addictum,deditũ,obstrictũ vobis,ac liberis vestris habebitis:omniũq huius neruorum,ac laborũ vos potissimum Iud.fructus vberes,diuturnosq capietis.

Sapiẽtia nõ cadit i adolescentiã.

Obtestor oroq.

PRO L.CORNELIO BALBO. ORATIO.XXXVI.

SI AVCTORITATES Patronorum in iudiciis valerent,ab amplissimis viris L.Cornelii causa defensa est:si vsus,a peritissimis:si ingenia,ab eloquentissimis: si studia,ab amicissimis,& cum beneficiis cũ L.Cornelio,tum maxima familiaritate coniunctis.Quæ sunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ, quantam vos in me esse voluistis: vsus mediocris: ingenii minime voluntati paris.Nam cæteris,a quibus est defensus,hunc debere plurimum video. ego quantum ei debeam,alio loco ostendã.Principio orationis hoc oppono,me omnibus qui amici fuerint saluti meæ,& dignitati,si minus ad referendã gratiam satisfacere potuerim,ad pdicandam & habendã certe satis

esse facturum.Quæ fuerit hesterno die Cn.Pompei grauitas in dicẽdo Iud.quæ facultas,quę copia,non opinione tacita vestrorum animorum, sed pꝛspicua admiratione declarari videbatur. Nihil enim vnq̃ audiui,qđ mihi de iure subtilius dici videretur: nihil de memoria, de more,de exemplis acutius:nihil pꝛcitius de fœderibus: nihil illustriore auctoritate,de bellis:nihil de Repub.grauius: nihil de ipso modestius: nihil de causa & crimine ornatius. vt mihi iam verũ videatur illud esse,qđ nõnulli literati ac studiis doctrinisq; diti quasi quiddam incredibile dicere putabantur: eum qui omnes animo virtutes pꝛnitus comphendisset, omnia quæ facere vellet,facillime tractare.Quæ enim in L.Crasso potuit homine nato ad dicendi singularem quãdam facultatem,si hanc causam ageret,maior esse vbertas,varietas, copia,q̃ fuit in eo,qui tantũ potuit impꝛtire huic studio temporis, quãtũ ipse a pueritia vsq; ad hanc ętatẽ a cõtinuis bellis & victoriis cõquieuit!Quo mihi difficilior est hic extremus porandi locus, etenim ei succedo orationi,quę nõ pꝛteruecta sit aures vestras,sed in animis omniũ pꝛnitus insederit:vt plus voluptatis ex recordatione illius orationis, q̃ non modo ex mea,sed ex cuiusq̃ oratione capꝛe possitis.Sed mos est gerẽdus nõ modo Cornelio,cuĩ⁹ ego volũtati in eius pꝛriculo nullo modo deesse possum,sed etiã Cn.Põpꝛio,qui sui facti,sui iudicii,sui beneficii,voluit me esse,vt apud eosdẽ vos Iudices nupꝛ in alia causa fuerim,& p̃dicatorẽ,& auctorẽ. Ac mihi quidẽ hoc dignũ eo videt,hoc deberi huius excellẽtis viri p̃stãtissimę glorię,hoc ꝓpriũ esse vestri officii,hoc satis esse causæ,vt qđ fecisse Cn.Põpꝛiũ constet, id oẽs & licuisse concedãt.Nã verius nihil est,q̃ qđ hesterno die dixit ipse ita L.Corneliũ de fortunis omnibus dimicare,vt nullius in delicti crimen vocaret.Nõ em̃ furatus esse ciuitatẽ, non genus suũ ementitus, non aliquo impudenti mendacio delituisse, nõ irrepsisse in cẽsum dicitur.vnũ obiicitur:natũ esse Gadibus:qđ negat nemo.cęterum accusator fatetur,hunc in Hispania durissimo bello cũ Q.Metello,cũ C.Memmio,& in classe,& in exercitu fuisse:& vt Pompꝛius in Hispaniã venerit,Mẽmiũq; habere Quæstorẽ cœpꝛrit, nũq̃ a Mẽmio discessisse: Carthaginẽ esse profectũ:acerrimis illis pꝛliis, & maximis Sucronensi & Durẽsi interfuisse: cum Pompꝛio ad extremũ belli tẽpus fuisse. hæc sunt pꝛlia Cornelii,talis in Rempu.nostrã labor,assiduitas,dimicatio.virtus digna summo impꝛatore:spꝛs pro pꝛiculis pꝛmiorũ.pꝛmia quidẽ ipsa nõ sunt in eius facto,qui adeptus est,sed in eius,qui dedit.Donatus igitur est ob eas causas a Cn.Põpeio ciuitate,id accusator nõ negat:sed repꝛhẽdit,vt in Cornelio causa ipsius probetur,pœna quęratur.in Põpꝛio causa lędatur,pœna sit nulla. sic famã,sic innocentissimi hominis fortunas,p̃stantissimi imperatoris factũ cõdemnari volũt. ergo in iudiciũ caput Cornelii,factũ Põpeii vocatur. hũc em̃ in ea ciuitate,in qua sit natus, honestissimo loco natũ esse concedis,& ab ineunte ætate relictis rebus suis oĩbus in nostris bellis,nostris cũ impꝛatoribus esse versatũ:nullius laboris,nullius obsessionis,nullius p̃lii expertem fuisse. hæc sunt oĩa cũ plena laudis,tũ propria Cornelii,nec in his rebus crimen est vllum. Vbi igitur est crimen!q; eũ Põpeius ciuitate donauit.huiusce crimen!minime.nisi honos ignominia putanda est.cuius igitur! re vera nullius. actione accusatoris,eius vnius,qui donauit. qui si adductus gratia minus idoneũ hominẽ pꝛmio affecisset:qui etiã si virũ bonũ, sed nõ ita meritum:si deniq; aliquid qđ non cõtra ac liceret factũ diceretur,sed contra atq; oporteret:tamẽ esset omnis eius repꝛhensio a vobis Iudices repudianda.Nũc vero quid dicitur!quid ait accusator fecisse Pompeiũ!qđ ei facere nõ licuerit.qđ grauius est,q̃ si id factũ ab eo diceret,qđ nõ oportuisset.Est em̃ aliqd,qđ nõ oporteat,etiã si licet: quicqd vero nõ licet, certe nõ oportet. Hic ego nunc coner sic agere Iudices:nõ esse fas dubitari,quin qđ Cn.Põpeiũ fecisse cõstitit, id non solũ decuisse,sed etiã debuisse fateamur. Quid em̃ abest huic homini,qđ si adesset,iure hoc tribui & cõcedi putarem⁹!vsus ne rerũ!qui pueritię tẽpus extremũ,principiũ habuit bellorq; atq; imperiorq; maximorq;: cuius pleriq; æquales minus sꝛpe castra viderũt,q̃ hic triũphauit:qui tot habet triumphos,quot orę sunt partesq; terrarũ: tot victorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera bellorũ.An ingeniũ! cum etiã ipse casus euentusq; rerũ,non duces,sed comites eius cõsiliorũ fuerit:in quo vno ita summa fortuna cũ summa virtute certauit, vt omniũ iudicio plusq̃ decet,tribueret.An pudor!an integritas!an religio in eo!an diligẽtia vnq̃ requisita est!quẽ prouinciæ nostræ,quẽ liberi populi,quẽ reges, quẽ exterę gẽtes, castiorẽ,moderatiorẽ,sanctiorẽ,nõ modo viderũt,sed aut sperando vnq̃,aut optando cogitauerũt!Quid dicã de auctoritate!quæ tanta est,quãta in his tantis virtutibus ac laudibus esse debet.cui S.P.Q.R. amplissimę dignitatis pꝛmia dedit nõ postulãti imperia,verum etiam

Sapiẽs oĩa facere potest.

Oportet. Licet.

Casus & euẽtus nõ duces sed comites cõsiliorq; Põp.

recusanti. Huius de facto ita quęri, vt agatur, licuerit ne id facere, qđ fecit, an vero nõ dicam nõ licuerit, sed nefas fuerit: cõtra fœdus em̃, idest contra Populi Romani religionẽ & fidẽ fecisse dicitur: nõ turpe Populo Romano? nõne vobis est? Audiui hoc de parente meo puer, cũ Q. Metellus L. F. causam de pecuniis repetundis diceret, ille ille vir, cui patrię salus dulcior q̃ conspectus fuit, q̃ de ciuitate decedere q̃ de sentẽtia maluit: hoc igit causam dicẽte, cũ ipsius tabulæ circũferrentur inspiciendi nominis causa, fuisse iudicẽ ex illis Equitibus Romanis grauissimis viris neminẽ, quin remoueret oculos, & se totũ auerteret, ne forte qđ ille in tabulas publicas retulisset, dubitasse quisq̃ verũ ne an falsum esset, videret. nos Cn. Põpęii decretum iudiciũ de cõsilii sentẽtia pronũciatũ recognoscemus? cũ legibus cõferemus? cum fœderibus, quoq; acerbissima diligẽtia est, pertẽdemus? Athenis aiũt, cũ quidã apud eos qui sancte grauiterq; vixisset, & testimoniũ dixisset publice, & (vt mos Græcoq; est) iurandi causa ad aras accederet, vna voce oẽs iudices ne is iuraret, reclamasse. cũ Græci homines spectati viri noluerint religione videri potius q̃ veritate fidẽ esse constrictã, nos etiã in ipsa religione & legũ & fœderũ conseruanda qualis fuerit Cn. Põpęius dubitabimus? vtrũ em̃ inscientẽ vultis cõtra fœdera fecisse, an scientẽ? si scientẽ: O nomen nostri imperii: O populi Romani excellẽs dignitas: O Cn. Põpęii sic late longeq; diffusa laus, vt eius gloriæ domiciliũ cõmunis imperii finibus terminet: O nationes, vrbes, populi, Tetrarchę, Tyranni, testes Cn. Põpęii nõ solũ virtutis in bello, sed etiã religionis in pace: vos deniq; mutę regiones imploro, & sola terrarũ vltimarũ: vos maria, portus, insulæ, littora. quæ est enim ora? quæ sedes? qui locus? in quo non extent huius cũ fortitudinis, tũ vero humanitatis, tũ animi, tũ cõsilii impssa vestigia? Hunc quisq̃ incredibili quadã atq; inaudita grauitate, virtute, cõstantia prædituũ fœdera scientẽ neglexisse, violasse, rupisse, dicere audebit? Gratificatur mihi gestu accusator, nescientẽ Cn. Põpęiũ fecisse significat. quasi vero leuius sit cũ in tãta Rep. versere, & maximis negotiis pręsis, facere aliquid, qđ scias nõ licere, an omnino nescire quid liceat. Etenim cũ in Hispania bellũ acerrimũ & maximũ gesserat, quo iure Gaditana ciuitas esset, nesciebat? An cuius linguã populi nõ nosset, interptationẽ fœderis nõ tenebat? Igitur quisq̃ Cn. Pompęiũ ignorasse dicere audebit, qđ mediocres homines, qđ nullo vsu, nullo studio militari prædicti, qđ librarioli denique scire profiteãtur? equidẽ contra existimo Iudices, cũ in omni genere, ac varietate artiũ, etiã illarũ quæ sine summo otio nõ facile discuntur, Cn. Põpęius excellat, singularẽ quandam laudem, & pstabilẽ esse, scientiã in fœderibus, pactionibus, conditionibus, populoq;, regũ, exterarũ nationũ, in vniuerso deniq; belli iure, atq; pacis. nisi forte ea q̃ nos libri docẽt in vmbra, & otio, ea Cn. Pompęiũ, neq; cũ requiescret, literæ, neq; cũ rem gereret, res ipsę docere potuerunt. Atq; vt ego sentio Iud. causa dicta est tẽporis magis. ego nõ huius inquã genere iudicii plura dicã. est enim huius seculi labes quædã, & macula, virtuti inuidere, velle ipsum florem dignitatis infringere. etenim si Cn. Põpęius abhinc annos quingẽtos fuisset: is vir a quo senatus adolescentulo atq; Equite Romano sæpe cõmunis salutis auxilium expetisset: cuius res gestę oẽs gentes cũ clarissima victoria terra mariq; peragrassent: cuius tres triũphi testes essent, totũ orbẽ terrarũ nostro imperio teneri: quẽ Populus Romanus singularibus honoribus decorasset: si nũc apud vos, id qđ is fecisset, contra fœdus factum diceretur, quis audiret? nemo profecto. Mors em̃ cũ extinxisset inuidiã, res eius gestę sempiterni nominis gloria nitererentur. Cuius igit audita virtus dubitationis locũ nõ daret, huius pśens experta atq; perspecta obtrectatoq; voce lędetur? Omittã igit Pompęiũ iam oratione mea reliqua. sed vos Iudices animis ac memoria tenetote. de lege, de fœdere, de exẽplis, de ppetua cõsuetudine ciuitatis nostrę, renouabo ea, quę dicta sunt: nihil em̃ mihi noui, nihil integri, neq; M. Crassus, q to tam causam pro facultate & pro fide sua diligentissime vobis explicauit: neq; Cn. Põpęius, cuius oratio oĩbus ornamẽtis abũdauit, ad dicendũ reliquit. Sed quoniam me recusante placuit ambobus adhiberi hũc a me quasi perpoliendi quẽdã operis extremũ laborẽ, pęto a vobis, vt me officii potius q̃ dicẽdi studio hanc suscepisse operã ac munus putetis. Ac prius q̃ aggrediar ad ius causamq; Cornelii, quiddã de cõmuni cõditione omniũ nostrũ deprecãdę maleuolentiæ causa breuiter cõmemorandũ videtur. Si quo quisq; loco nostrũ est Iudices natus, aut si in qua fortuna est nascẽdi initio cõstitutus, hũc vitę statũ vsq; ad senectutẽ obtinere debet: & si oẽs, quos aut fortuna extulit, aut ipsoq; illustrauit labor & industria, pœna sunt affi ciẽdi: nõ grauior L. Cornelio, q̃ multis viris bonis atq; fortibus cõstitui lex vitę & cõditio videt. Sin aũt multoq; virtus, ingeniũ, humanitas ex infimo genere & fortunę gradu nõ modo

Audiui de parente.

Memorabile exẽplũ.

Athenieñ. grauitas.

Sola terrarum.

Librarioli.

Præstabilis laus.

☥

Labes seculi Cic.

amicitias & rei familiaris copias cõsecuta est,sed summã laudẽ,honores,gloriã,dignitatem: non intelligo cur potius inuidia violatur a virtute L.Cornelii,q̃ eqtas vestra pudorẽ ei⁹ adiutura videat.Itaq; qđ maxime pretendũ est,a vobis idcirco non peto Iudices,ne de vestra sapientia,atq; de vestra humanitate dubitare videar.Est aũt hoc pretendũ,ne oderitis ingeniũ, ne inimici sitis industrię,ne humanitatẽ opprimendã,ne virtutẽ puniendã putetis.Illud peto,vt si causam ipsam p se firmã esse & stabilẽ videritis:hoĩs ipsius ornamẽta adiumẽto causę potius,q̃ impedimento esse malitis.Nascit Iudices causa Cornelii ex ea lege,quã L.Gellius Cn.Cornelius ex senatus sententia tulerũt.qua lege videamus satis esse sancti vti ciues Romani sint ii,quos Cn.Põpeius de consilii sententia sigillatim ciuitate donauerit.Donatum esse L. Corneliũ prẽsens Põpeius dicit,indicant publicę tabulę,accusator fatet,sed negat ex fœdera to populo quenq̃ potuisse,nisi is populus fundus factus esset,in hãc ciuitatẽ venire.O prẽclarũ interpretẽ iuris,auctorẽ antiquitatis,correctorẽ atq; emendatorẽ nostræ ciuitatis, q hanc pœnam fœderibus ascribat,vt oĩm præmiorũ,beneficiorũq; nostrorũ expertes faciat fœderatos.Quidem potuit dici imperitius?q̃ fœderatos populos fieri fundos oportere?nã id nõ magis est propriũ fœderatorum, q̃ oĩm liberorũ.sed totũ hoc Iudices in ea fuit posita semp ratione atq; sententia:vt cũ iussisset Prætor aliqd,si id adsciuissent socii populi ac Latini:& si ea lex quã nos haberemus,eadẽ in populo aliquo tanq̃ in fundo resedissent: vt tũ lege eadẽ is populus teneret:non vt de nostro iure aliqd minueretur,sed vt illi populi aut iure eo, qđ a nobis esset constitutũ,aut aliquo cõmodo,aut beneficio vterent.Tulit apud maiores nostros legẽ C.Furius de testamẽtis:tulit Q.Voconius de mulierũ hęreditatibus: innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latę: quas Latini voluerũt,adsciuerunt.ipsa deniq; Iulia, qua lege ciuitas est sociis & Latinis data,q fundi populi facti non essent, ciuitatẽ nõ haberẽt.in quo magna cõtentio Heraclienſiũ & Neapolitanorũ fuit,cũ magna pars in iis ciuitatibus iuris sui libertatẽ ciuitati anteferret.Postremo hęc vis est istius & iuris,& verbi,vt fundi populi beneficio nostro,nõ suo iure fiãt.cũ aliqd populus Romanus iussit,id si est eiusmodi,vt qbusdã populis siue fœderatis,siue liberis pmittendũ esse videatur,vt statuãt ipsi, nõ de nostris, sed de suis rebus,quo iure vti velint:tũ vtrũ fundi facti sint,an non,quęrendũ esse videatur.de nostra vero rep.de nostro imperio,de nostris bellis,de victoria,de salute,fundos populos fieri noluerũt.Atq si imperatorib⁹ nostris,si senatui,si populo Ro.nõ licebit ꝓpositis pmiis elicere ex ciuitatibus sociorũ,atq; amicorũ fortissimũ,atq; optimũ quẽq; ad subeunda ꝓ salute nostra pericula:summa vtilitate, ac maximo sępe psidio in periculis atq; asperis tẽporib⁹ carẽdũ erit. Sed p deos imortales,quę est ista societas?quę amicitia?qđ fœdus?vt aut nostra ciuitas careat in suis periculis Massilienſi ꝓpugnatore,careat Gaditano,careat Saguntino:aut si qs ex illis populis sit exortus,q nostros duces auxilio laboris,cõmeatus,periculo suo iuuerit,q cum hoste nostro cõminus in acie sępe pugnarit,q se sępe telis hostiũ,q dimicationi capitis,q morti obiecerit,nulla cõditione huius ciuitatis pmiis affici possit.Est em̃ in populum Ro.graue non posse vti sociis excellẽti virtute prædítis,qui velint cum periculis nostris sua cõmunicare.in socios vero ipsos,& in eos de qbus agimus fœderatos,iniuriosum & cõtumeliosum est, his pmiis & his honoribus excluſos esse fidelissimos & coniũctissimos socios,quæ pateãt stipendiariis,pateant hostibus,pateãt seruis.Nã & stipẽdiarios ex Aphrica,Sicilia,Sardinia,cæteris ꝓuinciis multos ciuitate donatos videmus:& q hostes ad nostros imperatores perfugisſent,& magno vsui Reip.nostrę fuissent,scimus ciuitate esse donatos.Seruos deniq;,quorum vis & fortunę cõditio infima est,bene de Rep. meritos psæpe libertate, idest ciuitate publice donari videbamus.Hãc tu igit patrone fœderũ,ac fœderatorũ cõditionẽ statuis tuis ciuib⁹, vt qđ his,quos Gaditanis adiutorib⁹ armis subegimus,atq; in ditionẽ nostrã redegimus,liceat,si populus Ro.pmiserit,vt ab senatu,ab imperatoribus nostris,ciuitate donent:id ne liceat ipsis,q si suis decretis legibusve sanxissent,ne qs suorũ ciuiũ castra imperatorum populi Ro.iniret:ne qs se ꝓ nostro ĩperio in periculũ capitis,atq; in vitę discrimẽ inferret:Gaditanorũ auxiliis vti,cũ vellem⁹,nõ liceret:priuat⁹ vero ne qs vir & aĩo,& virtute pcellẽs ꝓ nr̃o imperio piculo suo dimicaret: grauiter id iure ferrem⁹,minui auxilia populi Ro.debilitari aĩos fortissimorũ virorũ,alienigenarũ nos hoĩm studiis atq; externa virtute priuari. Atq nihil interest Iud.vtrũ hęc fœderati iura cõstituãt,vt ne cui liceat ex his ciuitatib⁹ ad nostrorũ bellorũ pericula accedere:an q̃ nos eorũ ciuib⁹ virtutis causa tribuerim⁹,ea rata eẽ nõ possint.Nihil.n.magis vteremur his adiutorib⁹,sublatis pmiis virtutis,q̃ si oĩno his versari in nr̃is bel

Populus fundus qui fiat.

Graue in populum.

lis nō liceret. Etem̃ cū pro ſua patria pauci poſt genus hoim natū reperti ſint, q nullis ꝓmiis propoſitis vitā ſuā hoſtiū telis obiecerint: pro aliena republica quenq̃ fore putatis, q ſe opponat periculis, nō modo nullo ꝓpoſito prēmio, ſed etiā interdicto? Sed q̃ eſt illud īperitiſſime dictū de populis fundis, qđ cōmune liberorū eſt populorū, nō ꝓpriū fœderatorū. ex quo intelligi neceſſe eſt, aut neminē ex ſociis ciuē fieri poſſe, aut etiā poſſe ex fœderatis. Tū vero ius omne noſter iſte magiſter mutādę ciuitatis ignorat. qđ eſt Iudices nō ſolū in legib⁹ publicis poſitū, ſed etiā in priuatorū voluntate. iure em̃ noſtro, neq; mutare ciuitatē q̃ſq̃ inuitus poteſt: neq; ſi velit, mutare nō poteſt, modo adſciſcat ab ea ciuitate, cuius eſſe ſe ciuitatis velit: vt ſi Gaditani ſciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, vt ſit is ciuis Gaditanus, magna poteſtas ſit noſtro ciui mutādę ciuitatis, nec fœdere impediat, quo min⁹ ex ciue Romano ciuis Gaditanus poſſit eſſe. Duarū ciuitatū ciuis noſter eſſe iure ciuili nemo poteſt. nō eē huius ciuitatis ciuis, q ſe alii ciuitati dicarit, poteſt. Neq; ſolū dicatione, qđ in calamitate clariſſimis viris Q. Maximo, C. Lenati, Q. Philippo Nucerię, C. Catoni Tarracone, Q. Cepioni, P. Rutilio Smyrnę vidimus accidiſſe, vt earū ciuitatū fierēt ciues: hāc ante amittere non potuiſſent, q̃ huius ſolū ciuitatis mutatione vertiſſent: ſed etiā poſtliminio pōt ciuitatis fieri mutatio. Neq; em̃ ſine cauſa de Cn. Publicio Menādro libertino hoie, quē apud maiores legati noſtri in Greciā proficiſcentes interpretē ſecū habere voluerūt, ad populū latū, vt is Publicius ſi domū reuertiſſet, & ide Romā rediſſet, ne minus ciuis eſſet. Multi etiā ſuperiori memoria ciues Romani ſua volūtate indēnati, & incolumes, his rebus relictis, alias ſe in ciuitates cōtulerūt. Q; ſi ciui Romano licet eē Gaditanū ſiue exilio, ſiue poſtliminio, ſiue reiectiōe hui⁹ ciuitatis, vt iā ad fœdus veniā, qđ ad cauſam nihil ptinet, (de ciuitatis.n. iure nō de fœderib⁹ diſceptam⁹) qd eſt, quāobrē ciui Gaditano in hāc ciuitatē venire nō liceat? Eqdē lōge ſecus ſentio. Nā cū ex oīb⁹ ciuitatib⁹ via ſit in noſtrā: cūq; noſtris ciuib⁹ pateat iter ad cęteras ciuitates: tū vero vt quęq; nobiſcū maxime ſocietate, amicitia, ſpōſione, pactione, fœdere cōiūcta eſt: ita mihi maxime cōmunionē bñficioꝝ, ꝓmioꝝ, ciuitatis, cōtinere videt. Atq cęterę ciuitates oēs nō dubitarēt noſtros recipe in ſuas ciuitates, ſi idē nos iuris haberem⁹, qđ cęteri. ſed nos nō poſſumus & huius eſſe ciuitatis, & cuiuſuis ꝓterea. cęteris cōceſſum eſt. Itaq; in Grecis ciuitatib⁹ videmus, Athenis Rhodios, Lacedęmonios, ceteros vndiq; aſcribi, multarūq; eſſe eoſdē hoies ciuitatū. Quo errore ductos vidi egomet nōnullos īperitos hoies noſtros ciues, Athenis in numero iudicū, atq; Areopagitarū, certa tribu, certo numero, cū ignorarēt, ſi illā ciuitatē eſſent adepti, hāc ſe ꝓdidiſſe, niſi poſtliminio recuperaſſent. Peritus vero noſtri iuris, ac moris nemo vnq̃ qui hāc ciuitatē retinere vellet, in aliā ciuitatē ſe dicauit. Sed hic tot⁹ locus diſputatiōis, atq; orationis meę Iudices ptinet ad cōmune ius mutandarū ciuitatū: nihil habet, qđ ſit ꝓpriū religionis, ac fœderū. Defendo em̃ rē vniuerſam: nullā eſſe gētē ex oīm regno terrarū, neq; tā diſſidentē a populo Ro. odio quodā atq; diſſidio, neq; tā fide beneuolētiaq; cōiūctā: ex qua nobis interdictū ſit, vt ne adſciſcere ciuē, aut ciuitate donare poſſimus. O mira, ꝑclara, atq; diuinit⁹ iā a principio Romani noīs a maiorib⁹ noſtris ratio cōparata, ne qs noſtrū plusq̃ vni⁹ ciuitatis eſſe poſſit. diſſimilitudo em̃ ciuitatū varietatē iuris habeat, neceſſe eſt. ne qs inuit⁹ ciuitate mutet, neve in ciuitate maneat inuit⁹. Hęc ſunt em̃ fundamenta firmiſſima noſtræ libertatis, ſui quēq; iuris & dimittēdi, & retinēdi eſſe dominū. Illud vero ſine vlla dubitatione maxīe noſtrū fundauit īperiū, & populi Ro. nomē auxit, ꝓ prīceps ille creator hui⁹ vrbis Romulus fœdere Sabino docuit, etiam hoſtib⁹ recipiēdis augeri hāc ciuitatē oportere. cui⁹ auctoritate & exēplo nunq̃ eſt intermiſſa a maiorib⁹ nr̄is largitio, & cōmunicatio ciuitatis. Itaq; & ex Latio multi & Tuſculani & Lanuuini, & ex cęteris gñib⁹ gētes vniuerſę in ciuitatē ſunt receptę, vt Sabinorū, Volſcorū, Hernicorū: qb⁹ ex ciuitatibus nec coacti eſſent ciuitatē mutare, ſi q noluiſſent: nec ſi q eſſent ciuitatē noſtrā bñficio populi Ro. cōſecuti, violatū fœdus eoꝝ videret. Etem̃ q̃dā fœdera extāt, vt Germanoꝝ, Inſubrium, Heluetiorū, Iapidū, nōnullorū itē ex Gallia barbarorū: quorū in fœderib⁹ exceptū eſt, ne qs a nobis ciuis recipiat. qđ ſi exceptio facit, ne liceat, ibi neceſſe eſt licere. Vbi eſt igit̄ exceptum fœdere Gaditano, ne quē P. Roman⁹ Gaditanū recipiat ciuitate? nuſq̃. ac ſicubi eēt, lex id Gelia & Cornelia, q̃ definite poteſtatē Pōpeio ciuitatē donādi dederat, ſuſtuliſſet. Exceptū eſt in qt: fœdus ſiqdē ſacroſanctū eſt. ignoſco tibi, ſi neq; Pœnorū iura calles: reliqueras.n. ciuitatē tuā: neq; noſtras potuiſti leges inſpicere: ipſę.n. te a cognitiōe ſua iudicio publico repulerūt. Quid fuit in rogatione ea q̃ de Pōpeio a Gellio, & a Lētulo CONSS. lata eſt, in qua aliqd ſa-

Duarū ciuitatum ciuis Ro. eſſe nemo pōt.

Ciuitatis mutādę rationes duę Solū vertere.

Poſtliminiū.

Areopagitæ.

Creator vrbis Romulus.

crosanctũ videret?Primũ em̃ sacrosanctũ nihil esse põt,nisi qđ populus plebsve sanxisset.Deinde sanctiones sacrãdę sunt,aut genere ipso,aut obtestatione,& cõsecratione legis,aut pœnę,cũ caput eius q cõtra facit,cõsecrat. Quid habes igit dicere de Gaditano fœdere eiusmodi?vtrũ a capitis cõsecratione,an obtestatione legis sacrosanctũ esse cõfirmas?Nihil omnino vnq̃ de isto fœdere ad populũ,nihil ad plebẽ latũ esse dico:neq; legẽ,neq; pœnã latã esse.de q bus etiã si latũ esset,ne quẽ ciuẽ reciperemus,tamen id esset,qđ populus postea iussisset,ratũ. neq; quicq̃ illis verbis si qd sacrosanctũ esset, esse exceptũ videret. De his cũ populus Ro.nihil vnq̃ iusserit,qcq̃ audes dicere sacrosanctũ fuisse? Nec vero hæc oratio mea ad infirmãdũ fœdus Gaditanorũ lud.ptinet.neq; em̃ est meũ contra ius optime meritę ciuitatis,cõtra opinionẽ vetustatis,cõtra auctoritatẽ senatus dicere.Duris em̃ quondã tẽporibus Reipu.nostrę cũ prępotẽs terra mariq; Carthago nixa duab9 Hispaniis huic ĩperio ĩmineret:& cũ duo fulmina nostri imperii subito in Hispania Cn.& P.Scipiones extincti occidissent:L.Martius primipili Cẽturio cũ Gaditanis fœdus icisse dicit.Qđ cum magis fide illius populi,iustitia vestra,vetustate deniq; ipsa,q̃ aliquo publico vinculo religionis teneret,sapiẽtes hoies,& publici iuris periti Gaditani M.Lepido,Q.Catulo CONSS.a senatu de fœdere postulauerũt.tum est cũ Gaditanis fœdus vel renouatũ,vel ictũ.de quo fœdere populus Ro.sentẽtiã nõ tulit,q iniussu suo nullo pacto põt religione obligari. Ita Gaditana ciuitas, qđ beneficiis suis erga Rẽp.nostrã consequ potuit,qđ imperatorũ testimoniis,qđ vetustate,qđ Q.Catuli summi viri auctoritate,qđ iudicio senatus,qđ fœdere,consecuta est.qđ publica religione sanciri potuit, id abest.populus em̃ se nusq̃ obligauit.Neq; ideo est Gaditanorũ causa deterior.grauissimis em̃ & plurib9 rebus est fulta.sed isti disputatiõi certe nihil est loci. Sacrosanctũ em̃ nihil põt esse,nisi qđ p populũ plebẽve sancitũ est.Q; si hoc fœdus,qđ populus Ro.auctore senatu, cõmendatione & iudicio vetustatis,volũtate,& sentẽtiis suis cõprobat,idẽ suffragiis cõprobasset:qd erat cur ex ipso fœdere Gaditanũ in ciuitatẽ nostrã recipi nõ liceret?Nihil est.n.aliud in fœdere,nisi vt pia & ęterna pax sit.qd id ad ciuitatẽ? Adiũctũ illud etiã est,qđ nõ est ĩ omnibus fœderibus:maiestatẽ populi Ro.comiter cõseruẽt.Id habet hãc vim, vt sit ille in fœdere inferior.Primũ verbi genus hoc cõseruandi, quo magis in legib9 q̃ in fœderib9 vti solemus, imperãtis est,nõ pcantis.Deinde cũ alterius populi maiestas seruari iubet,de altero silet,certe ille populus in superiori cõditione causaq; ponit,cuius maiestas fœderis sanctione defenditur.In quo erat accusatoris iterpretatio indigna respõsione,q ita dicebat:comiter esse communiter:quasi vero priscũ aliquod,aut insolitũ verbũ interpretaret.Comes, benigni, faciles suaues,hoies esse dicunt,q erranti comiter mõstrãt viã,benigne,nõ grauate.comiter qdẽ certe nõ cõmuniter cõuenit.& simul absurda res est,caueri fœdere,vt maiestatẽ populi Ro.cõmuniter cõseruẽt,idest vt populus Roman9 suã maiestatẽ eẽ saluã velit. Qđ si iã ita esset,vt esse non potest,tamẽ de nostra maiestate,nihil de illoq; caueret.Potest ne igit nostra maiestas Gaditanis benigne cõseruari,si ad eã retinẽdã Gaditanos pmiis elicere non possumus?Potest esse vlla deniq; maiestas,si impedimur,quo minus p populũ Ro.beneficiorũ virtutis causa tribuendorũ potestatẽ imperatoribus nostris deferamus?Sed qd ego disputo,quę mihi tũ si Gaditani cõtra me dicerẽt,vere posse dici viderent?Illis em̃ repetentibus L.Corneliũ,respondere legẽ populũ Ro.iussisse de ciuitate tribuẽda:hoc gñe legũ fũdos populos fieri nõ solere:Cn. Põpeiũ de consilii sententia ciuitatẽ huic dedisse:nullũ populi nostri iussum Gaditanos habere.itaq; nihil esse sacrosanctũ,qđ lege exceptũ videret.si esset,tamẽ in fœdere nihil esse cautũ pręter pacẽ.Additũ etiã esse illud,vt maiestatẽ illi nostrã seruare deberẽt.quę certe minueretur,si aut adiutoribus illorũ ciuibus vti in bellis nobis nõ liceret,aut pręmii tribuẽdi potestatẽ nullã haberemus.Nũc vero qd ego cõtra Gaditanos loquar?cũ id qđ defendo,volũtate eorũ,auctoritate,legatione ipsa cõprobet?qui a principio sui generis,ac reip. ab omni studio sensuq; Pœnorũ mentes suas ad nostrũ imperiũ nomẽq; flexerũt. qui, cũ maxima bella nobis inferrentur,mœnibus excluserunt:classibus insecuti sunt:corporibus,copiis, opibus depulerunt:qui & veterem illã speciem fœderis Martiani,semper omni sanctiorem Marte duxerũt: & hoc fœdere Catuli senatusq; auctoritate se nobiscum coniunctissimos esse arbitrati sunt, quorum mœnia, delubra,agros,vt ipse Hercules itinerum ac laborum suorum, sic maiores nostri imperii ac nominis populi Ro.terminos esse voluerũt.Testant & mortuos nostros imperatores,quoq; viuit imortalis memoria & gloria,Scipiones,Brutos,Horatios,Cassios,Metellos,& hũc presentẽ Cn.Põpeiũ:quẽ pcul ab eorũ mœnibus acre,& magnũ bellũ gerentem

Sacrosanctum.

Sanctiones

Duo fulmina belli Scipiadę.

Icere fœdus.

Cõseruare

Comes qui sint.

Herculis metę.

cõmeatu pecuniaq; iuuerũt. & hoc tẽpore ipso populũ Rõ. quẽ in caritate Annonæ, vt sæpe ante fecerant, frumẽto suppeditato leuauerũt: se hoc ius esse velle, vt sibi & liberis, si qui eximia virtute fuerint, siue in nostris castris, siue in imperatorũ pretoriis, siue deniq; inter signa atq; in acie, locus sit: his gradib⁹ ascensus etiã ad ciuitatẽ. Q. si Aphris, si Sardis, si Hispanis agris stipendioq; mulctatis virtute adipisci licet ciuitatẽ: Gaditanis aũt officiis, vetustate, fide, periculis, fœdere, cõiũctis hoc idẽ nõ licebit, nõ fœdus sibi nobiscũ, sed iniquissimas leges impositas a nobis esse arbitrabunt. Atq; hãc Iud. nõ a me fingi orationẽ, sed me dicere, q̃ Gaditani iudicarint, res ipsa declarat. hospitiũ multis annis ante hoc tẽpus, cũ L. Cornelio Gaditanos fecisse publice dico, pferã testes, pferã legatos, excitabo laudatores. ad hoc iudicium summos hoies, ac nobilissimos depcatores huius periculi missos videtis. re deniq; multo ante Gadibus iã audita, fore huic vt ab illo periculũ crearet, grauissima tũ in istũ ciuẽ suũ Gaditani †senatus cõuitia fecerũt. Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, (qm̃ hoc magnopere delectare verbo) si tũ fit fundus, cũ scita, ac iussa nostra sua sententia cõprobat: q̃ cũ hospitiũ fecit? vt & ciuitate illũ mutatũ esse fatereť, & ius ciuitatis honorẽ dignissimũ iudicaret. potuit certius interponere iudiciũ voluntatis sue, q̃ cum etiã accusatorẽ huius mulcta & pœna mulctauit? potuit magis de re iudicare, q̃ cũ ad vestrũ iudicium ciuis amplissimos legauit testis huius iuris, vite laudatores, periculi depcatores? Etem̃ qs est tã demens, qn sentiat ius hoc Gaditanis esse retinẽdũ? ne interseptũ sit his iter ppetuũ ad hoc amplissimũ præmiũ ciuitatis: & magnopere his esse lętandũ, huius L. Cornelii beneuolẽtiã erga suos remanere Gadibus, gratiã & facultatẽ cõmẽdandi in hac ciuitate versari? Quis em̃ nostrũ est, cui nõ illa ciuitas sit huius studio, cura, diligẽtia, cõmẽdatior? Omitto quãtis ornamẽtis populum istũ C. Cęsar, cũ esset in Hispania Prętor, affecerit, cõtrouersias sedarit, iura ipsorũ permissu statuerit, inueteratã quondã barbariã ex Gaditanorũ moribus disciplinaq; delerit, summa in eã ciuitatẽ huius rogatu studia & beneficia contulerit. multa prætereo, quę quotidie labore huius & studio, aut oĩno, aut certe facilius cõsequant. Itaq; & adsunt principes ciuitatis, & defendũt, amore vt suũ ciuẽ, testimonio vt nostrũ, officio vt nobilissimũ, & sanctissimũ hospitẽ, studio vt diligẽtissimũ defensorẽ cõmodorũ suorũ. Ac ne ipsi Gaditani arbitrent, q̃q̃ nullo incõmodo afficiant, si liceat horũ ciues virtutis causa in nostrã ciuitatem venire, tamen hoc ipso inferius esse suum fœdus q̃ cæterorũ: cõsolabor & hos pntes viros optimos, & illã fidelissimã atq; amicissimã nobis ciuitatẽ: simul & vos nõ ignorãtis Iud. admonebo: quo de iure hoc iudiciũ cõstitutũ sit, de eo nunq̃ oĩno esse dubitatũ. Quos igit prudẽtissimos interpretes fœderũ, quos peritissimos bellici iuris, quos diligẽtissimos in exqrẽdis cõditionib⁹ ciuitatũ atq; causis esse arbitramur? eos pfecto q iã imperia ac bella gesserũt. Etem̃ si Q. Scęuola ille augur, cũ de iure pdiatorio cõsuleret, hõ iuris peritissim⁹, cõsultores suos nõnunq̃ ad Furiũ & Caselliũ pdiatores reiiciebat: si nos de aqua nostra Tusculana M. Tugionem potius, q̃ C. Aquliũ cõsulebamus: q; assiduus vsus vni rei dedit⁹, & ingeniũ, & artẽ sępe vincit: quis dubitaret de fœderibus, & de toto iure pacis, & belli oĩb⁹ iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? Possumus ne igit tibi pbare auctorẽ exẽpli, atq; facti illius, qd a te reprehendit, C. Mariũ? quęris aliquẽ grauiorẽ? cõstãtiorẽ? pstantiorẽ virtute, prudẽtia, religione, ęqtate? Is igitur M. Anniũ Appiũ fortissimũ virũ, virtute pditũ, ciuitate donauit, cũ Camertinũ fœdus sanctissimũ, atq; æqssimũ sciret esse. Potest igit Iudices L. Cornelius cõdemnari, vt nõ C. Marii factũ cõdemnet? Existat ergo ille vir parũper cogitatione vestra, qm̃ re nõ põt: vt cõspiciatis cũ mẽtib⁹, quẽ oculis nõ potestis. dicat se nõ imperitũ fœderis, nõ rudẽ exẽplorum, nõ ignarũ belli fuisse, P. Aphricani discipulũ, ac militẽ: se stipẽdiis, se legatiõib⁹ bellicis eruditũ: se si tãta bella legisset, quãta bella & gessit, & cõfecit: si sub tot cõsulibus meruisset, quoties ipse cõsul fuisset: oĩa iura belli pdiscere, ac nosse potuisse. sibi nõ fuisse dubiũ, qn nullo fœdere a Repu. bene gerẽda impedirẽt: a se ex cõiunctissima atq; amicissima ciuitate fortissimũ quẽq; esse delectũ: neq; Ignatiũ, neq; Camertũ fœdere esse exceptũ: quo minus eorũ ciuib⁹ a popl'o Ro. pmia virtutis tribuerent. Itaq; cũ paucis annis post hãc ciuitatis donationẽ acerrima de ciuitate q̃stio Licinia & Mutia lege venisset: nũ qs eorũ q de fœderatis ciuitatibus esset ciuitate donatus, in iudiciũ est vocatus? Nã Spoletinus T. Macrinus vnus ex iis, quos C. Marius ciuitate donasset, dixit causam ex Colonia Latina in primis firma & illustri. quẽ cũ disertus homo L. Antistius accusaret, Spoletinus dixit fundũ populũ Spoletinum non esse factum. Videbat enim populos de suo iure, non de nostro fundos fieri solere. sed cum lege Apuleia Coloniæ non

†senatusco sulta fec.

Fundus qñ populus fiat.

Interponere iudiciũ.

Prædiatores.

Vsus assiduus, & ingeniũ & arte vincit.

Existere.

C. Marius P. Aphricani discipulus.

essent deductę, qua lege Saturnin⁹ C. Mario tulerat, vt in singulas colonias ternos ciues Romanos facere posset, negabat hoc beneficiū re ipsa sublata valere debere. Nihil habet similitudinis ista accusatio. sed tamē tanta auctoritas in C. Mario fuit, vt non per L. Crassum affinē suū hominē incredibili eloquētia, sed paucis ipse verbis causam illā grauitate sua defenderit, & probarit. Quis em̄ esset Iudices q imperatoribus nostris in bello, in acie, in exercitu, delectū virtutis: q sociis, q fœderatis, in defendenda republica nostra spem præmiorū eripi vellet? Qz si vultus C. Marii, si vox, si ille imperatorius ardor oculorū, si recētes triūphi, si p̄sens valuit aspectus: valeat auctoritas, valeāt res gestę, valeat memoria, valeat fortissimi, & clarissimi viri nomen ęternū: fit hoc discrimē inter gratiosos ciues, atq; fortes: vt illi viui fruant opibus suis, horū etiā mortuorū, si q̄s q̄ huius imperii defensor mori p̄t, viuat auctoritas immortalis. Quid? Cn. Pōpeius Magni pater, reb⁹ Italico bello maximis gestis, P. Cesiū Equitē Ro. virū bonū, q viuit Rauēnę, fœderato ex populo nōne ciuitate donauit? Quid? cohortis duas Camertiū: quid? Heracliēsiū legionē, P. Crassus vir amplissimus ex ea ciuitate, quacū p̄pe singulare fœdus, Pyrrhi tēporibus, C. Fabricio consule ictū putat: quid? Massiliēsem Aristonē Sylla: quid? q̄m cum Gaditanis agimus: idē Heros. IX. Gaditanos: quid? vir sanctissimus & summa religione ac modestia Q. Metellus Pius Q. Fabiū Saguntinū: quid? hic q adest, a quo hæc, quæ ego nunc p̄curro, subtilissime sunt oīa perpolita: M. Crassus, non Aletriensem fœderatū ciuitate donauit, homo tū grauitate & prudētia p̄stās, tū vel nimiū parcus in largienda ciuitate? Hic tu Cn. Pōpeii beneficiū, vel potius iudiciū & factū īfirmare conaris: q fecit qđ C. Mariū fecisse audierat: fecit qđ P. Crassum, L. Syllā, qđ Q. Metellū, qđ denique domesticū auctorē patrem suū facere viderat? Neq; vero in vno Cornelio id fecit. nā & Gaditanū Hasdrubalē ex bello illo Aphricano, & Mamertinos obuios, & quosdā Vticenses, & Sagūtinos fabros ciuitate donauit. Etem̄ cū cæteris p̄miis digni sunt, q suo labore & periculo nostrā Remp. defendunt: tū certe dignissimi sunt, qui ciuitate ea donent, p qua pericula ac tela subierunt. At q; vtinā q vbiq; sunt propugnatores huius imperii, possent in hanc ciuitatē venire: & cōtra, oppugnatores Reip. de ciuitate exterminari. Neq; ille summus Poeta noster Annibalis illam magis cohortationē, q̄ cōmunē imperatorū voluit esse, Hostē q feriet mihi erit Carthaginiēsis, q̄squis erit ciuitatis, si & id habēt hoc leue & semper habuerunt. Itaq; & ciuis fortissimos vndiq; fortes viros adsciuerūt, & hominū ignobilium virtutē persępe nobilitatis inertię prætulerunt. Habetis imperatorū summorū, & sapientissimorū hominū clarissimoq; virorum interpretationē iuris, ac fœderū. dabo etiā iudicū, q huic quęstioni præfuerūt: dabo vniuersi populi: dabo sanctissimū etiā iudiciū senat⁹. Iudices cū sępe ferrēt, palāq; loquerent, qd essent lege Pappia de M. Crasso Mamertinis repetentib⁹ iudicaturi: Mamertini publice suscepta causa destiterūt. multi in ciuitate recepti ex liberis fœderatisq; populis: nemo vnq̄ est de ciuitate accusatus: q aut populus fundus factus nō esset, aut q fœdere ciuitatis mutandę ius impedi ret. Audebo etiā hoc cōtendere, nunq̄ esse condemnatū, quē cōstaret ab imperatore nostro ciuitate donatū. Cognoscite nūc populi Ro. iudiciū multis rebus interpositū, atq; in maximis causis re ipsa atq; vsu cōprobatū. Cū Latinis oīb⁹ fœdus ictū Sp. Cassio, Posthumio Cominio CONSS. qs ignorat? qđ qdē nuper in columna ænea memínimus post rostra inciſum, & pscripti fuisse. Quomodo igit L. Cominius Tybur, pater huius Eqtis Ro. optimi, atq; ornatissimi viri, damnato Cęlio, quomodo ex eadem ciuitate T. Coponius ciuis item summa virtute & dignitate (nepotes T. & C. Coponios nostis) damnato C. Massone ciuis Romanus est fact⁹? An lingua & ingenio patefieri aditus ad ciuitatem potuit? manu, & virtute non potuit? An ne de nobis trahere spolia fœderatis licebit? de hostibus non licebit? An quod adipisci poterant dicendo, id assequi pugnando non liceat? An accusatori maiores nostri maiora præmia, q̄ bellatori esse voluerūt? Qz si acerbissima lege Seruilia principes viri, ac grauissimi, & sapientissimi ciues hanc latinis idest fœderatis viam ad ciuitatē populi iussu patere passi sunt: neq; in his est hoc reph̄ēsum Licinia & Mutia lege, cū p̄sertim in gen⁹ ipsum accusatiōis & nomē, eiusmodi p̄miū, qđ nemo assequi possit, nisi ex senatoris calamitate, neq; senatori, neq; bono cui q̄ nimis iucūdū esse posset: dubitādū fuit, qn quo in gne, iudiciorū p̄mia rata essent, in eodem iudicia imperatorū valerēt? Nū fundos igit factos populos Latinos arbitramur, aut Seruilia lege, aut cęteris, qbus Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re p̄miū ciuitatis? Cognoscite nūc iudiciū senatus, qđ semp est iudicio populi comprobatū. Sacra Cereris Iudices summa maiores nostri religione confici cęrimoniaq; voluerunt, quę cum essent assumpta de

Marii vultus.

Populus fundus factus.

Meminim⁹ fuisse.

Cereris sacra.

Græcia,& per græcas semp curata sunt sacerdotes,& Greca omnia nominata:sed cum illam
Sacra p ci uibus ciuis faciebat.
quę Græcũ illud sacrũ monstraret,& faceret,ex Grecia deligerẽt,tamen sacra pro ciuibus ci uem facere voluerũt:vt deos immortales scientia peregrina & externa,mẽte domestica & ci uili precarent.has sacerdotes video fere aut Neapolitanas,aut Velienses fuisse fœderatarũ si ne dubio ciuitatũ.mitto vetera.proxima dico.ante ciuitatẽ Velienſibus datã,de senatus sen tentia C.Valeriũ Flaccũ Prętorẽ vrbanũ nominatim ad populũ de Calliphana Velienſe, vt ea ciuis Romana esset,tulisse.nũ igit aut fundos factos Velienses,aut sacerdotẽ illã ciuẽ Ro. factã non esse,aut fœdus,& a senatu,& a populo Ro.violatũ arbitrabimur? Intellígo Iud. in causa aperta,minimeq; dubia,multo & plura,& a pluribus peritissimis esse dicta,q̃ res po stularet.sed id factũ est,non vt vobis rem tã perspicuã dicendo probaremus:verũ vt oĩm ma leuolorũ,iniquor,inuidorũ aĩos frangeremus:quos aut accusator incẽderet,vt aliq sermo nes hoim alienis bonis mœrentiũ etiam ad vestras aures permanarent, & in iudicio ipso re dundarent:idcirco illa in oĩ parte orationis sua arte aspergi videbatis:tum pecuniã L. Cor nelii,quę neq; inuidiosa est,& quantacũq; est,eiusmodi est, vt conseruata magis, q̃ corrupta esse videat:tum luxuriã,quę non crimine aliquo libidinis,sed cõmuni maledicto notabatur:
* tũ Tusculanũ,qđ Q.Metelli fuisse meminerat,& L.Crassi.simul illud nesciebat,prędiorũ nul lam esse gentẽ:emptionibus ea solere sępe ad alienos hoies,sępe ad infimos,non legibus tanq̃ tutelas pueníre.Obiectũ est etiã q; in Tribũ Crustuminã puenerit: qđ hic assecutus est legis de ambitu prędmio minus inuidioso,q̃ qui legũ prędmiis Prętoriã sententiã,& prætextã togã consequunt.Et adoptio Theophanis agitata est, per quã Cornelius nihil est prętereq̃ propin quorũ suorũ hęreditates assecutus.q̃q̃ istorũ animos,qui ipsi Cornelio inuident, nõ est diffi cillimũ mitigare:more hoim inuident,in conuiuiis rodunt,in circulis vellicant: non illo ini mico,sed hoc maledico dente carpunt. qui amicis L.Cornelii aut inimici sunt, aut inuidẽt, hi sunt huic multo vehementius pertimescendi.nã huic qdem ipsi qs est vnq̃ inuentus inimi cus:aut qs iure esse potuit:quem bonũ non coluit:cuius fortunæ dignitatiq; non cessit:ver satus in intima familiaritate hoīs potẽtissimi in maximis nostris malis atq; discordiis nemi nẽ vnq̃ alterius rationis,ac partis,nõ re, non verbo,non vultu deniq; offendit.fuit hoc siue meum,siue Reipub.fatũ,vt in me vnũ oīs inclinatio cõmuniũ tẽporũ incũberet.nõ modo nõ exultauit in ruinis nostris vestrisq; discordiis Cornelius,sed omni officio,lachrymis,opera, consolatione,oĩs me absente meos subleuauit.quor ego testimonio ac pcibus,munus hoc meritũ huic,&,vt a principio dixi,iustam & debitã gratiã refero.sperog; Iud.vt eos, q prin cipes fuerunt conseruandæ salutis,aut dignitatis meę,diligitis,& charos habetis:sic quę ab hoc p facultate huius, pro loco facta sunt, & grata esse vobis,& pbata.Nõ igit a suis,quos nullos habet,sed a suorũ,q & multi,& potẽtes sunt,vrget inimicis.quos qdem hesterno die Cn.Pompeius copiosa oratione,& graui secum si vellẽt,contendere iubebat: ab hoc impro bo certamine,atq; iniusta cõtentione auocabat.Et erat equa lex,& vobis Iudices,atq; omni bus q nostris familiaritatibus implicant,vehementer vtilis, vt nostras inimicitias ipsi inter nos geramus,amicis nostrorũ inimicorũ tẽperemus. Ac si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet,cum me presertim rerum varietate,atq; vsu ipso iã perdoctum vide rent,etiã ab illis eos maioribus discordiis auocarẽ.Id enim cõtẽdere mecũ de republica,cum id defendas, qđ eẽ optimũ sentias,& fortiũ virorũ,& magnorũ hoīm semp putaui,neq; huic vnq labori,officio,muneri defui.sed contentio tãdiu sapiens est,q̃diu aut pficit aliqd:aut si non pficit,non obest ciuitati.volumus quędã,contendimus,experti sumus,obtenta nõ sunt: dolorem in alienis,luctũ,mœroremq; suscepimus:cur ea quę mutare nõ possumus,cõuellere malumus,q̃ tueri?C.Cęsarẽ senatus,& genere supplicationũ amplissimo ornauit, & numero
Afficere sti pendio.
dierũ nouẽ.Idẽ in angustiis ærarii victorẽ exercitũ stipendio affecit, Imperatori decẽ legatos decreuit,lege Sępronia succedẽdũ non censuit.harũ ego sententiarum & princeps, & auctor fui:neq; me dissensioni meę pristinę putaui potius assentiri,q̃ præsentibus Reipublicę tẽpori bus & concordię cõuenire.Nõ idem aliis videt.sunt fortasse in sententia firmiores, reprehen
,, do neminẽ.sed assentior non oĩbus:neq; esse inconstantis puto,sententiã aliquam, tanq̃ ali
,, quod naufragiũ ex Reip.tẽpestate moderari.sed si qui sunt, qbus infinitũ sit odiũ,in quo semel
Odiũ infi nitum.
susceptũ sit,quos video esse nõnullos:cũ ducibus ipsis,nõ cũ comitatu, assectatoribusq; cõsti gãt.Illã eĩ fortasse pertinaciã nõnulli,virtutẽ alii putabũt:hanc vero iniquitatẽ omnes,cũ aliqua crudelitate coniunctã. Sed si certorũ hominũ mentes nulla ratione placare possumus

Iudices, vestros quidem animos certe confidimus, non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos. Quid enim est cur non potius ad summā laudē huic, q̄ ad minimā fraudē Cęsaris familiaritas valere debeat? cognouit adolescēs: placuit homini prudentissimo: in summa amicorū copia, cū familiarissimis eius est adęquatus: in Prętura, in Cōsulatu pręfectū fabrum detulit: consiliū hoīs probauit: fidē eius est cōplexus: officia, obseruātiāq; dilexit. fuit hic multorū illi laborū socius aliquando, est fortasse nunc nōnullorū particeps cōmodorū. quę qdem si huic obfuerint apud vos, nō intelligo qđ bonū cuiq̄ sit apud tales viros profuturū. Sed quoniā C. Cęsar abest longissime, atq; in his est nunc locis, quę regiones orbem terrarū rebus illius gestis, imperiū populi Ro. definiunt, nolite per deos immortales Iudices hunc illi acerbū nunciū velle deferri, vt suū Prefectū fabrū, vt hominē sibi charissimū, & familiarissimū, nō ob ipsius aliquod delictū, sed ob suā familiaritatē vestris oppressum sententiis audiat: miseremini eius, q non de suo peccato, sed huius summi & clarissimi viri facto, non de aliquo crimine, sed periculo suo de publico iure disceptat: qđ ius si Cn. Pompeius pater ignorauit, si M. Crassus, si Q. Metellus, si Cn. Pōpeius, si L. Sylla, si L. Crassus, si C. Marius, si Senatus, si populus Ro. si q de re simili iudicarūt, si fœderati populi, si socii, si illi antiq Latini, videte ne vtili⁹ vobis & honestius sit, illis ducibus errare, q̄ hoc magistro erudiri. Sed si de certo, de pspicuo, de vtili, de probato, de iudicato vobis iure esse constituendū videtis: nolite cōmittere, vt in re tā inueterata qcq̄ noui sentiatis. Simul & illa Iud. oīa ante oculos vestros ꝓponite. Primū esse omnes etiā post mortē reos clarissimos illos viros, qui fœderatos ciuitate donarunt. deinde senatū, q persępe hoc iudicauit: populū, q iussit: iudices, q approbarūt. tum etiā illud cogitatote, sic viuere ac vixisse Corneliū, vt cum oīm peccatorum quęstiones sint, nō de vitiorum suorum pœna, sed de virtutis præmio in iudicium vocetur. Accedat etiam illud, vt statuatis hoc iudicio, vtrum posthac amicitias clarorum virorū calamitati hominibus an ornamento esse malitis. Postremo illud Iud. fixum in animis vestris tenetote, vos in hac causa non de maleficio L. Cornelii, sed de beneficio Cn. Pompeii iudicaturos.

Vtilius illis ducibus errare, q̄ hoc magistro erudiri.

DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS. ORATIO. XXXVII.

QVIS vestrum P. C. expectat, quas sim ꝓuincias decreturus, consideret ipse secū, q mihi homines ex prouinciis potissimum detrahendi sint: non dubitabit, qd me sentire cōueniat, cum qd mihi sentire necesse sit, cogitarit. Ac si prīceps eā sentētiā dicerē, laudaretis ꝓfecto: si solus, certe ignosceretis: etiā si paulo min⁹ vtilis vobis sententia videret, veniā tamē aliquā dolori meo tribueretis. Nūc vero P. C. nō parua afficior voluptate, vel ꝙ hoc maxime Reip. cōducit, Syriā Macedoniāq; decerni, vt dolor meus, nihil a cōmuni vtilitate dissentiat: vel ꝙ habeo auctorē P. Seruiliū, q ante me sentētiā dixit, virū clarissimū, & cū in vniuersam Rēp. tū etiā erga meā salutē fide ac beneuolentia singulari. Q; si ille, & pauloante, & quotiescunq; ei locus dicendi, ac potestas fuit, Gabinium & Pisonem duo Reip. portenta, ac pene funera, cum propter alias causas, tum maxime ꝓpter illud insigne scelus eorū, & importunā in me crudelitatem, non solū sententia sua, sed etiam verborū grauitate esse notandos putauit, quonā me animo esse oportet in eos, cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracūdię seruiam. quo animo vnusquisq; vestrum debet esse in illos, hoc ero: præcipuum illum & proprium sensum doloris mei, quē tū vos cōmunē semper vobis mecum esse duxistis, a sententia dicenda amouebo, ad vlciscendi tēpora reseruabo. Quattuor sunt ꝓuincię P. C. de qb⁹ adhuc intelligo sentētias esse dictas: Gallię duę, quas hoc tēpore vno imperio videmus esse coniunctas: & Syria, & Macedonia, quas vobis inuitis, & oppressis, pestiferi illi Consules pro euersę Reipu. præmiis occupauerūt. Decernēdę nobis sunt lege Sēpronia duę, qd est qđ possimus de Syria Macedoniaq; dubitare? Mitto ꝙ eas ita partas habent ii, qui nunc obtinent: vt non ante attigerint, q̄ hūc ordinem cōdemnarint, q̄ auctoritatem vestram e ciuitate exterminarint, q̄ fidē publicā, q̄ perpetuam Populi Ro. salutem, q̄ me, ac meos omnes fœdissime crudelissimeq; vexarint. Omnia

Gabini⁹ & Piso, duo reip. portēta.

illa domestica atq; vrbana mitto: quę tanta sunt, vt nunq̃ Annibal huic vrbi tãtũ mali optarit, quantũ illi effecerint. ad ipsas venio puincias. quarũ Macedonia, quę erat antea munita plurimorũ imperatorũ non turribus, sed tropheis, quę multis victoriis erat iãdiu triũphisq; pacata, sic a Barbaris, quibus est ꝑpter auaritiã pax erepta, vexat̃: vt Thessalonicenses positi in gremio Imperii nostri, relinquere oppidũ, & arcẽ munire coganť: vt via illa nostra, quę per Macedoniã est vsq; ad Hellespõtũ militaris, non solũ excursionibus Barbarorũ sit infesta, sed etiã castris Thraciis distincta, ac notata. Ita gentes hæ, quæ vt pace vterenť, vim argenteam dederãt pręclaro Imperatori nostro, vt exhaustas domos replere possent, pro empta pace bellum nobis propę iustum intulerũt. Iã vero exercitus ille noster supbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus, omnis interiit. Magno hæc dico cũ dolore: miserandũ in modum milites populi Ro. capti, necati, deserti, dissipati sunt: incuria, fame, morbo, vastitate consumpti: vt qđ est indignissimũ scelus, is Imperator in pœnã exercitus expetitus esse videať. Atq; hanc Macedoniã domitis iam gẽtibus finitimis, Barbariaq; compressa pacatam ipsam per se, & quietam, tenui præsidio, atq; exigua manu, etiam sine Imperio, per legatos nomine ipso populi Ro. tuebamur: quę nunc Consulari imperio, atq; exercitu ita vexata est, vt vix possit se diuturna pace recreare. cum interea quis vestrum hoc non audiuit? quis ignorat? Achęos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis? vectigal ac portoriũ Dyrrhachinorũ totum in huius vnius quęstũ esse conuersum? vrbẽ Byzãtiorũ vobis atq; huic Imperio fidelissimã, hostilem in modũ esse vexatã? quo ille, postq̃ nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi a miseris extorquere potuit, cohortes in Hyberna misit. his pręposuit quos putauit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatũ suarum. Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges, Senatusq; consulta: cędes relinquo, libidines prætereo, quarum acerbissimũ extat indicium, & ad insignẽ memoriam turpitudinis, & pene ad iustũ imperii nostri odium, q̃ constat nobilissimas virgines se in puteos abiecisse, & morte voluntaria nefariã turpitudinẽ depulisse. Nec hæc idcirco omitto, q̃ non grauissima sint: sed quia nunc sine teste dico. Ipsam vero vrbem Byzantiorum fuisse refertissimã, atq; ornatissimam signis, qs ignorat? quæ illi exhausti sumptibus, bellisq; maximis, cũ Mithridaticos impetus, totumq; Pontum armatũ efferuescentẽ in Asiam, atq; erumpentem ægre repulsum, & ceruicibus intercluſum suis sustinerent: tũ inquã Byzantii, & postea signa illa, & reliqua vrbis ornamẽta sanctissime custodita tenuerunt. te Imperatore infelicissimo & teterrimo Cesonine Caluenti ciuitas libera, & proximis suis beneficiis a senatu, & a Populo Ro. liberata, sic spoliata atq; nudata est, vt nisi C. Virgilius legatus vir fortis & innocens interuenisset, vnum signum Byzantii ex maximo numero nullũ haberent. Qđ fanũ in Achaia? qui locus aut lucus in Grecia tota, tam sanctus fuit? in quo vllum simulacrũ, vllũ ornamentũ reliquũ sit? emisti a fœdissimo tribuno pl. tũ in illo naufragio huius vrbis, cũ tu idem, q̃ gubernare debueras, euerteres: tũ inquã emisti grandi pecunia, vt tibi de pecuniis creditis dicere liceret ius in liberos populos contra senatusconsultũ, & cõtra legẽ generi tui. id emptũ ita vẽdidisti, vt aut ius non diceres, aut bonos ciues Romanos euerteres. Quorũ ego nihil dico nũc Patres cõscripti in hominẽ ipsum: de puicia disputo. Itaq; oĩa illa, q̃ & sępe audistis, & tenetis animis, etiã si nõ audiatis, ꝑtermitto: nihil de hac eius vrbana, quã ille ꝑsens in oculis vestris mẽtibusq; defixit, audacia loquor: nihil de supbia, nihil de cõtumelia, nihil de crudelitate disputo: lateant libidines eius illæ tenebricosæ: quas frõte, & supercilio, nõ pudore, & tẽperãtia cõtegebat. de puincia qđ agit̃, id disputo. Huic vos nõ summittetis? hũc diutius manere patiemini? cui⁹ vt puiciã tetigit, sic fortuna cũ improbitate certauit, vt nemo posset vtrũ deterior an ĩfelicior esset iudicare. An vero in Syria diutius est Semiramis illa retinenda? cuius iter in prouinciã fuit eiusmodi, vt rex Ariobarzanes consulẽ vestrũ ad cædẽ faciẽdã, tanq̃ aliquẽ Thracẽ cõduceret. Deinde aduentus in Syriã primus, equitatus habuit interitũ. post concisę sunt optimę cohortes. Igitur in Syria Imperatore illo, nihil aliud actũ est, nisi pactiones pecuniarũ cũ Tyrannis, decisiones, direptiones, latrocinia, cędes: cũ palã populi Ro. Imperator instructo exercitu dexterã tẽdẽs nõ ad laudẽ milites hortaret̃, sed omnia sibi & empta, & emẽda esse clamaret. Iã vero publicanos miseros, me etiã miserũ, illorũ ita de me meritorum miseriis, ac dolore, tradidit in seruitutẽ Iudęis, & Syris nationibus natis seruituti. statuit ab initio, & in eo perseuerauit, ius publicano non dicere: pactiones sine vlla iniuria factas, rescidit: custodias sustulit: vectigales multos ac stipendiarios liberauit: quo in oppido ipsę esset, aut quo veniret, ibi Publicanũ, aut Publi-

Vis argentea.

Virginum Byzãtiarũ facinus.

Tenebrico sę libidines

Iudęi & Syri seruituti nati.

cani seruũ esse vetuit.qd multa⁹crudelis haberet,si in hostẽ animo fuisset eo, quo fuit in ciues Romanos,eius ordinis prẽsertim,q̃ est semp dignitate sua,benignitate magistratus sustẽtatus.Itaq; videtis P.C.nõ temeritate redẽptionis,aut negotii gerendi insciti a,sed auaritia, superbia,crudelitate Gabinii,pene afflictos iã,atq; euersos publicanos.quibus qdẽ vos,in his angustiis ærarii tamẽ subueniatis necesse est: etsi iã multis nõ potestis, q̃ propter illũ hostẽ Senatus,inimicissimũ ordinis equestris,bonorũq; oĩm,nõ solũ bona, sed etiã honestatẽ miseri deperd⁹derũt.quos nõ parsimonia,nõ cõtinẽtia,nõ virtus,nõ labor,nõ splẽdor, tueri potuit cõtra illius Helluonis & prẽdonis audaciã.qd⁹q̃ se etiam nunc subsidiis patrimonii, aut amicorũ liberalitate sustentant,hos perire patiemini⁹si q̃ frui publico nõ potuit per hostem, hic legit ipsa lege Cẽsoria:quẽ is frui nõ sinit,q̃ est,etiã si nõ appellat,hostis,huic ferri auxiliũ nõ oportet⁹Retinete igit in prouincia diutius eũ,q̃ de sociis cũ hostibus,de ciuibus cũ sociis faciat pactiones:q̃ hoc etiã se pluris esse q̃ Collegã putet,q̃ ille vos tristitia,vultuq; deceperit:ipse nunq̃ se minus q̃ erat,nequã esse simularit.Piso aũt alio quodã modo gloriat:se breui tẽpore perfecisse,ne Gabinius vnus oĩm nequissim⁹ existimaret.hos vos de prouinciis, si nõ aliquãdo deducẽdi essent,diripiẽdos nõ putaretis⁹& has publicas pestes sociorũ,militũ clades,publicanorũ ruinas,prouinciarũ vastitates,imperii maculas,teneretis⁹At iidẽ vos anno superiore hos eosdẽ reuocabatis,cũ in prouincias iã peruenissent. quo tẽpore si liberũ vestrũ iudiciũ fuisset,nec toties dilata res, nec ad extremũ e manib⁹ erepta,restituissetis, id qd̃ cupiebatis,vestrã auctoritatẽ,his,per quos erat amissa,reuocatis, & his ipsis præmiis extortis,quæ erant pro scelere,atq; euersione patriæ cõsecuti.Quã pœnã si tũ aliorũ opibus, non suis,inuitissimis vobis euolarũt,at aliã multo maiorẽ grauiorẽq; subierũt.quæ eĩ homini, in quo aliqs si nõ famę pudor,at supplicii timor est,grauior pœna accidere potuit, q̃ nõ credi literis iis,quę rẽ bene gestã in bello nũciarent⁹hoc statuit Senatus,cũ frequẽs supplicationẽ Gabinio denegauit:primũ homini sceleribus,flagitiis,cõtaminatissimo, nihil esse credendũ:deinde a proditore,atq; eo,quẽ psentẽ hostẽ Reip.cognosset,bene rẽ geri non potuisse:postremo ne deos qdẽ imortales velle aperiri sua tẽpla,& sibi supplicari,hois impurissimi & sceleratissimi noĩe.Itaq; ille alter,aut ipse est homo doctus,& a suis Græcis subtilius eruditus, q̃busc ũ iã in orchestra helluat, antea post sipariũ solebat:aut amicos habet prudentiores q̃ Gabinius,cuius nullę literæ perferunt.Hosce igit Imperatores habebimus⁹ quorũ alter non audet nos certiores facere,ne Imperator appellet.alterũ,si tabellarii non cessarint,necesse est paucis diebus pœniteat audere.cuius amici si q̃ sunt,aut si belluę tã imani tãq; tetrę possunt vlli esse amici,hac cõsolatione vtunt,etiã T.Albutio supplicationẽ hũc ordinẽ denegasse.qd̃ est primũ dissimile:res in Sardinia cũ Mastrucatis latrũculis a Proprętore vna cohorte auxiliaria gesta:& bellũ cũ maximis Syriæ gẽtibus,Tyrãnis,Cõsulari exercitu imperioq; cõfectũ. deinde Albutius qd̃ a Senatu petebat,ipse sibi in Sardinia ante decreuerat. cõstabat eĩ Græcũ hominẽ ac leuẽ in ipsa prouincia quasi triũphasse.itaq; hãc eius temeritatẽ Senatus supplicatione denegata notauit.Sed fruat sane hoc solatio:atq; hãc ĩsignẽ ignominiã,quoniam vni prẽter se inusta est,putet esse leuiorẽ:dũmodo cuius exẽplo se cõsolat, ei⁹ exitũ expectet. præsertim cũ in Albutio nec Pisonis libidines,nec audacia Gabinii fuerit:hac tamẽ vna plaga cõciderit,ignominia Senatus. At q̃ duas Gallias decernit Cõsulibus duobus,hos retinet ambos.q̃ autẽ alterã Galliã,& aut Syriã,aut Macedoniã:tamẽ alterũ retinet,& ĩ vtriusq; pari scelere dispare cõditionẽ facit.Faciã,inquit,illas prætorias,vt Pisoni & Gabinio succedat statim.si hic sinat:tũ eĩ Tribunus intercedere poterit,nunc nõ potest.itaq; ego idẽ, q̃ nunc Cõsulibus iis,q̃ designati erũt,Syriã,Macedoniãq; decerno,decernã easdem Prętorias,& vt prætores annuas prouincias habeãt,& eos q̃primũ videamus quos animo æquo videre non possumus.sed mihi credite,nunq̃ succedet illis,nisi cũ ea lege referet qua ĩtercedi de prouinciis nõ licebit.Itaq; hoc tempore amisso,annus est integer vobis expectandus. quo interiecto ciuiũ calamitas,sociorũ ęrumna,sceleratissimorũ hominũ impunitas propagat. Q⁹ si essent illi optimi viri,tñ ego mea sentẽtia C.Cæsari succedendũ nõdũ putarẽ.Qua de re dicã P.C. qd̃ sentio,atq; illã interpellationẽ mei familiarissimi,qua pauloante ĩterrupta est oratio mea, non pertimescã.Negat me vir optimus inimiciorẽ Gabinio debere esse q̃ Cæsari.omnẽ illam tẽpestatẽ,cui cesserim,Cæsare impulsore,atq; adiutore esse excitatã. Cui si primum sic respõdeã,me cõmunis vtilitatis habere rationẽ,nõ doloris mei,possim ne probare⁹cũ id me facere dicã,qd̃ exẽplo fortissimor⁹ & clarissimor⁹ ciuiũ facere possim.An Tib.Gracchus,patrẽ dico,

Euolare pœnam.

Orchestra. Siparium.

Latrũculi Mastrucati.

Tib. Gracchi ætas.

cuius vtinã filii nõ degenerassent a grauitate paterna, tantã laudẽ est adeptus? ꝙ Tribunus ple. solus ex toto illo collegio, L. Scipioni auxilio fuit inimicissimus & ipsius, & fratris eius Aphricani: iurauitꝙ in cõcione se in gratiã nõ rediisse, sed alienũ sibi videri dignitate imperii, quo duces essent hostiũ Scipione triũphante ducti, eodẽ ipsum duci, q triũphasset. Quis

Plenior inimicorum.

plenior inimicorũ fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus, alii ne inimici? oẽs Metelli. at hi non modo illũ inimicũ ex Gallia sentẽtiis suis nõ detrahebant, sed & propter rationẽ Gallici belli prouinciã extra ordinẽ decernebant. Bellũ in Gallia maximũ gestũ est, domitæ sunt a Cesare maximæ nationes, sed nondũ legibus, nondũ iure certo, nõdum satis firma pace deuinctę.

Affectum bellum.

bellũ affectũ videmus, & vere vt dicã pene cõfectũ: sed ita, vt si idem extrema persequit, q in choauit, iam oia perfecta videamus. si succedit, periculum fit, ne instauratas maximi belli reliquias, ac renouatas audiamus. Ergo ego Senator, inimicus si ita vultis, homini, amicus esse,

Inimicitiæ Reipu. causa depositę

sicut semper fui, Reip. debeo. Quid si ipsas inimicitias depono Reipu. causa? qs me tandẽ iure reprehendat? præsertim cũ ego omniũ meorũ consiliorũ, atꝙ factorũ exempla, ex summorũ hominũ factis mihi censuerim pętenda. An non M. ille Lepidus, q bis consul, & pontifex maximus fuit, nõ solũ memoria, & testimonio, sed etiã annaliũ literis, & summi poetę voce laudatus est? ꝙ cũ M. Fuluio Collega, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiã, vt cõmune officiũ Censuræ cõmuni animo, ac volũtate defenderẽt. Atꝙ vt vetera, quę sunt innumerabilia, mittã, tuus pater Philippe nõ vno tẽpore cũ suis inimicissimis rediit in gratiã? qbus cũ oĩbus eadem Resp. recõciliauit, quę alienarat. Multa prętereo, ꝙ intueor coram hæc lumina atꝙ ornamenta Reip. P. Seruilium, & M. Lucullũ. vtinã etiam L. Lucullus ille viueret. quæ fuerunt inimicitiæ grauiores in ciuitate, q̃ Lucullorũ atꝙ Seruiliorum? quas in viris fortissimis non solũ extinxit Reip. dignitas, & ipsorũ, sed etiã ad amicitiam consuetudinẽꝙ traduxit. Quid? Q. Metellus Nepos, nonne Consul in tẽplo Iouis Optimi Maximi permotus cum auctoritate vestra, tũ illius P. Seruilii incredibili grauitate dicendi, absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiã? An ego possum huic esse inimicus?

Reditus in gratiã cũ Cæsare.

cuius literis, fama, nunciis, celebrantur aures quotidie meæ nouis nominibus gentium, nationum, locorũ. Ardeo mihi credite P. C. (id quod vosmet de me existimatis, & facitis ipsi) incredibili quodam amore patriæ. qui me amor, & subuenire olim impendentibus periculis maximis, cum dimicatione capitis, & rursum, cum omnia tela vndiqꝙ esse intenta in patriam viderem, subire coegit, atꝙ excipere vnum pro vniuersis. hic me meus in Remp. animus pristinus, ac perennis, cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiã. quid volent deniqꝙ homines existiment: nemini ego esse possum bene de Rep. merenti non amicus. Etẽ si iis, q hæc oĩa flamma ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solum, sed etiam bellum indixi, atꝙ intuli: cum partim mihi illorũ familiares, partim etiam me defendente capitis iudiciis essent liberati: cur eadẽ Resp. quæ me in amicos inflammare potuit, inimicis placare nõ possit? qd mihi odium cũ P. Clodio fuit? nisi ꝙ pernicioſum patriæ ciuẽ fore putabã, q turpissima libidine incensus duas res sanctissimas, religionem, & pudicitiã vno scelere violasset. nũ est igitur dubiũ ex his rebus, quas is egit, agitꝙ quotidie, quin ego in illo oppugnando Reipu. plus q̃ otio meo, nõnulli in eodẽ defendendo suo plus otio, q̃ cõmuni prospexerint! Ego me a C. Cęsare in Repu. dissensisse fateor, & sensisse vobiscũ. sed nunc iisdem vobis assentior, cum qbus antea sentiebam. vos eñ, ad quos literas L. Piso de suis rebus non audet mittere, q Gabinii literas insigni quadã nota, atꝙ ignominia noua condemnastis, C. Cæsari supplicationes decreuistis numero, vt nemini vllo ex bello, honore, vt omnino nemini. cur igitur expectem hominem aliquem, q me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus, & ordo is, q est & publici consilii, & meorum omnium consiliorũ auctor, & princeps. vos sequor Patres Conscripti, vobis obtẽpero, vobis assentior, q q̃diu C. Cæsaris consilia in Rep. nõ maxime diligebatis, me quoqꝙ cũ illo minus coniunctũ videbatis. posteaq̃ rebus gestis mentes vestras, volũtatẽꝙ mutastis, me nõ solũ comitẽ esse sentẽtiæ vestræ, sed etiã laudatorẽ vidistis. Sed qd est? ꝙ in hac causa maxime hoĩes admirent, & reprehendant meum cõsiliũ? cũ ego idẽ antea multa decreuerim, quæ magis ad hoĩs dignitatẽ, q̃ ad Reip. necessitatẽ pertinerẽt? Supplicationẽ quindecim dierum decreui sentẽtia mea. Reip. satis erat tot dierũ, quot C. Mario. non erat exigua eadem diis ĩmortalibus gratulatio, quę ex maximis bellis. ergo ille cumulus dierum hoĩs est dignitati tributus. in quo ego, quo Consule referente primũ decem dierum est supplicatio decreta Cn. Pompeio Mithridate interfecto, confectoꝙ Mithridatico bello:

& cuius sententia primũ duplicata est supplicatio Cõsularis: mihi em̃ estis assensi: cũ eiusdẽ Pompei literis recitatis, confectis oĩbus maritimis, terrestribusq; bellis, supplicationẽ dierum duodecim decreuistis: sum Cn. Pompei virtutẽ, & animi magnitudinẽ admiratus: q; cũ ipse cæteris oĩbus esset omni honore antelatus, ampliorẽ honorẽ alteri tribuebat, q̃ ipse erat cõsecutus. Ergo in illa supplicatione, quã ego decreui, res ipsa tributa est diis immortalibus, & maiorũ institutis, & vtilitati Reip. sed dignitas verborũ, honos, & nouitas, & numerus dierũ, Cæsaris ipsius laudi, & gloriæ cõcessus est. Relatũ est ad nos nuper de stipendio exercitus: nõ decreui solũ, sed etiã vt vos decerneretis laborauí: multa dissentiẽtibus respõdí, scribẽdo affuí: tũ quoq; homini plus tribui, q̃ nescio cui necessitati. illum em̃ etiã arbitrabar sine hoc subsidio pecuniæ retinere exercitũ præda ante parta, & bellũ cõficere posse. sed decus illud & ornamẽtũ triumphi minuẽdũ nostra parsimonia nõ putaui. Actũ est de decem legatis, quos alii omnino nõ dabãt, alii exempla quærebãt, alii tẽpus differebãt, alii sine vllis verborũ ornamẽtis dabant. in ea quoq; re sic sum locutus, vt oẽs intelligerent, me id, qđ Reip. causa sentirem, facere vberius propter ipsius Cæsaris dignitatẽ. At ego idẽ nũc in prouinciis decernẽ dis, q illas oĩs res egi silẽtio, interpellor. cũ superioribus causis hoĩs ornamẽta fuerint, in hac me nihil aliud, nisi ratio belli, nisi summa vtilitas Reip. moueãt. Nam ipse Cęsar qd est, cur in prouincia cõmorari velit? nisi vt ea quę per eum affecta sunt, perfecta Reipu. tradant. amœnitas eũ credo locorũ, vrbiũ pulchritudo, hominũ, nationũq; illarũ humanitas, & lepos, victoriæ cupiditas, finiũ imperii nostri propagatio, retinet. qd illis terris asperius? qd porro tot victoriis præstabilius? qd oceano lõgius inueniri potest? An redit9 in patriã habet aliquã offensionẽ? vtrũ apud populũ, a quo missus est? an apud Senatum, a quo ornatus est? an dies auget eius desideriũ? an magis obliuionẽ? ac laurea illa magnis periculis parta, amittit longo interuallo viriditatẽ? Quare si q hoĩem non diligũt, nihil est, q; eũ de Prouincia deuocent. ad gloriã deuocãt, ad triumphũ, ad gratulationẽ, ad summũ honorẽ Senat9, equestris ordinis gratiã, populi charitatẽ. Sed si ille hac tã eximia fortuna propter vtilitatẽ Reipub. frui nõ poterat, vt oĩa illa cõficiat, qd ego Senator facere debeo? quẽ, etiã si ille aliud vellet, Reip. cõsulere oporteret. Ego vero sic intelligo P. C. nos hoc tempore in Prouinciis decernẽdis perpetuę pacis oportere habere rationẽ. nã qs hoc tẽpore nõ sentit, oĩa alia esse nobis vacua ab omni periculo, atq; etiã ab omni suspitione belli? iandiu mare videmus illud imensum, cuius feruore nõ solũ maritimi cursus, sed vrbes etiã & viæ militares iam tenebanẽ, virtute Cn. Pompei sic a populo Ro. ab Oceano vsq; ad vltimũ Pontũ, tanq̃ vnũ aliquẽ portũ tutũ, & clausum teneri: nationes eas, quæ numero hoĩm, ac multitudine ipsa poterãt in Prouincias nostras redundare, ita ab eodẽ partim recisas, partim repressas, vt Asia quæ Imperiũ antea nostrũ terminabat, nũc nouis tribus prouinciis ipsa cingat. Possum de omni regione, de omni hostiũ genere dicere. nulla gens est, quæ non, aut ita subacta sit, vt vix extet: aut ita domita, vt quiescat: aut ita pacata, vt victoria nostra imperioq; lætet. Bellũ Gallicũ Patres Cõscripti C. Cęsare imperatore gestũ est, antea tantũmodo repulsum. semper illas nationes nostri Imperatores refutãdas potius bello, q̃ lacessendas putauerũt. Ipse ille C. Marius, cuius diuina atq; eximia virtus magnis populi Ro. luctibus funeribusq; subuenit, influentes in Italiã Gallorum maximas copias repressit, nõ ipse ad eorũ vrbes sedesq; penetrauit. modo ille meoꝝ laborũ, periculorũ, consiliorũ socius C. Pontinus fortissimus vir, ortũ repente bellũ Allobrogũ, atq; hac celerata cõiuratione excitatũ, pręliis fregit, eosq; domuit, q lacessierant, & ea victoria cõtentus Rep. metu liberata qeuit. C. Cæsaris lõge aliã video fuisse rationẽ. nõ em̃ sibi solũ cũ iis, quos iam armatos cõtra populũ Ro. videbat, bellandũ esse duxit, sed totã Galliã in nostrã ditionẽ esse redigendã. Itaq; cũ acerrimis nationibus, & maximis, Germanorũ, & Heluetiorũ, prælíis felicissime decertauit. cęteras cõtriuit, cõpulit, domuit, imperio populi Ro. parere assuefecit: & quas regiones, quasq; gentes nullæ nobis antea literæ, nulla vox, nulla fama notas fecerat, has noster Imperator, nosterq; exercitus, & populi Ro. arma peragrarũt. semitã tantũ Galliæ tenebamus antea P. C. cæterę partes a gentibus aut inimicis huic Imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe immanibus, & barbaris, & bellicosis tenebantur. quas nationes nemo vnq̃ fuit, q nõ frangi domariq; cuperet: nemo sapiẽter de Rep. nostra cogitauit iam inde a principio huius Imperii, quin Galliã maxime timendam huic Imperio putaret. sed propter vim ac multitudinẽ gentiũ illarũ, nunq̃ est antea cũ oĩbus dimicatũ. restitimus semper lacessiti: nũc deniq; est perfectũ, vt Imperii nostri terrarũq; illarũ idẽ esset extremũ. Alpib9 Italiã munierat

Affecta.
Perfecta.
Germani.
Heluetii.

ante natura nõ ſine aliquo diuino numine. nã ſi ille aditus Gallorũ ĩmanitati multitudiniq; patuiſſet, nunq̃ hęc vrbs ſummo Imperio domiciliũ, ac ſedẽ prębuiſſet, quę iam licet cõcidãt: nihil eſt em̃ vltra illam altitudinẽ montiũ vſq; ad Oceanũ, qđ ſit Italiæ pertimeſcendũ. Sed tamẽ vna atq; altera æſtas vel metu, vel ſpe, vel pœna, vel præmiis, vel armis, vel legibus poteſt totã Galliã ſempiternis vinculis aſtringere. impolitę vero res, & acerbæ ſi erunt relictæ, q̃q̃ ſunt abſciſę, tamẽ efferent ſe aliquãdo, & ad renouandũ bellũ reuireſcẽt. Quare ſit in eius tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati cõmendata eſt. Etem̃ ſi fortunę muneribus ampliſſimis ornatus, ſæpius eius deæ periculũ facere nollet: ſi in patriã, ſi ad deos penates, ſi ad eam dignitatẽ, quã in ciuitate ſibi propoſitã videt, ſi ad iucundiſſimos liberos, ſi ad clariſſimũ generũ, redire properaret: ſi in capitoliũ inuehi victor cũ illa inſigni laurea geſtiret: ſi denię timeret caſum aliquẽ, q illi tantũ addere iam nõ poteſt, quantũ auferre: vos tamẽ oporteret ab eodẽ illa oĩa, a quo profligata ſunt, cõfici velle. cũ vero ille ſuę glorię iampridẽ, Reip. nondũ ſatiſfecerit, & malit tamẽ tardius ad ſuorũ laborũ fructus peruenire, q̃ nõ explere ſuſceptum Reip. munus, nec Imperatorẽ incenſum ad Rẽp. bene gerendã reuocare, nec totã Gallici belli rationẽ propę iam explicatã perturbare, atq; impędire debemus. Nã illę ſentẽtię virorũ clariſſimorũ minime probandę ſunt: quorũ alter vlteriorẽ Galliã decernit cũ Syria, alter Citeriorem. q vlteriorẽ, oĩa illa de qbus diſſerui paulo ante, perturbat. ſimul oſtẽdit eã ſe ſciſcere legem, quã eſſe legẽ neget: & quæ pars Prouincię ſit, cui nõ poſſit intercedi, hãc ſe auellere: quæ defenſorẽ habeat, nõ tangere. ſimul & illud facit, vt qđ illi a populo datũ ſit, id nõ violet: qđ Senatus dederit, id Senator properet auferre. Alter belli Gallici rationẽ habet: fungit officio boni Senatoris: legẽ quã non putat, eam quoq; ſeruat: prefinit em̃ ſucceſſori diẽ. qui mihi nihil videt minus a dignitate diſciplinaq; maiorũ diſſidere, q̃ vt q Conſul Calẽdis Ianu. habere prouinciã debet, is vt eã deſponſam, nõ decretã habere videat: fuerit toto in Conſulatu ſine Prouincia, cui fuerit anteq̃ deſignatus eſſet, prouincia decreta. ſortiet, an nõ? nã & nõ ſortiri abſurdũ eſt: & qđ ſortitus ſis, nõ habere. proficiſcet paludatus, quoq; peruenire ante certam diẽ non licebit. Ianuario, Februario, prouinciã nõ habebit: Calen. ei denię Martii naſcet repente prouincia. attamẽ his ſentẽtiis Piſo in Prouincia pmanebit. quæ cũ grauia ſunt, tũ nihil grauius illo, q̃ mulctari Imperatorẽ diminutione Prouinciæ contumelioſum eſt: neq; ſolũ ſummo in viro, ſed etiã in mediocri hoĩe ne accidat, prouidendũ. Ego vos intelligo P. C. multos decreuiſſe honores eximios C. Cæſari, & propę ſingulares, q̃ ita meritus erat, gratis etiã, vt q̃coniunctiſſimus huic ordini eſſet. ſapiẽtes ac diuini fuiſtis. neminẽ vnq̃ eſt hic ordo cõplexus honoribus & beneficiis ſuis, q vllã dignitatẽ præſtabiliorẽ ea, quã per vos eſſet adeptus, putarit. nemo vnq̃ hic potuit eſſe princeps, q maluerit eſſe popularis. ſed hoĩes aut propter dignitatẽ ſuã diffiſi ipſi ſibi, aut propter reliquorũ obtrectationẽ, ab huius ordinis coniunctione depulſi, ſæpe ex hoc portu ſe in illos fluctus propę neceſſario cõtulerũt. q ſi ex illa iactatione curſuq; populari bene geſta Rep. referũt aſpectũ in Curiam, atq; huic amplißimę dignitati cõmendati eſſe volũt, nõ modo non repellendi ſunt, verũ etiã expetendi. Monemur a fortiſſimo viro, atq; optimo poſt hominũ memoriã Conſule, vt prouideamus ne Citerior Gallia nobis inuitis, alicui decernat, poſt eos Cõſules, q nunc erũt deſignati: perpetuoq; poſthac ab iis, q hũc ordinẽ oppugnẽt, populari ac turbulẽta ratione teneat. Quã ego plagã etſi nõ cõtẽno P. C. preſertim monitus a ſapiẽtiſſimo Conſule & diligentiſſimo cuſtode pacis & otii, tamẽ vehemẽtius arbitror pertimeſcendã, ſi hoĩm preclariſſimorũ ac potentiſſimorũ aut honorẽ minuero, aut ſtudiũ erga hunc ordinẽ repudiaro. nã vt C. Iulius oĩbus a Senatu eximiis ac nouis rebus ornatus, per manus hanc Prouinciã tradat ei, cui minime vos velitis, per quẽ ordinẽ ipſe ampliſſimã ſit gloriã cõſecutus: ſic ne libertatẽ tũc qdem relinquat, adduci ad ſuſpicãdũ nullo modo poſſum. Poſtremo quo q̃ſq; animo futurus ſit, neſcio: qđ ſperem, video. preſtare hoc Senator debeo, quantũ poſſum, ne qs vir clarus aut potẽs huic ordini iure iraſci poſſe videat. atq; hoc, ſi inimiciſſimus eſſem C. Cęſari, ſentirẽ tamen Reip. cauſa. Sed nõ alienũ eſſe arbitror, quo minus ſępe aut interpeller a nõnullis, aut tacita exiſtimatione reprehendar, explicare breuiter quæ mihi ſit ratio & cauſa cũ Cæſare. Ac primũ illud tẽpus familiaritatis & cõſuetudinis, quæ mihi cũ illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni cõſobrino noſtro ab omniũ noſtrũ adoleſcẽtia fuit, pretermitto. poſteaq̃ ſum penitus in Remp. ingreſſus, ita diſſenſi ab illo, vt in diſiunctione ſententiæ, coniuncti tamen amicitia maneremus. Cõſul ille egit eas res, quarũ participẽ me eſſe voluit: qbus ego ſi minus aſſentiebar, tamẽ illius mi-

Sciſcere legem.

Deſponſa prouincia.

Ciceronis cũ C. Cæſare cõiũctio

hi iudiciũ gratũ esse debebat. me ille vt quinqueuiratũ acciperẽ, rogauit: me in tribus sibi cõ iunctissimis Consularibus esse voluit: mihi legationẽ quã vellẽ, quanto cũ honore vellẽ, detulit. quæ ego oĩa nõ ingrato animo, sed obstinatione quadã sententiæ repudiaui. q̃ sapienter nõ disputo. multis em̃ nõ probabo. cõstãter qdẽ, & fortiter certe. q cũ me firmissimis opibus contra scelus inimicorũ munire, & popularis impetus populari præsidio possem propulsare, quãuis excipere fortunã, subire vim, atq; iniuriã malui, q̃ aut a vestris sanctissimis mẽtibus dissidere, aut de meo statu declinare. sed non is solũ gratus debet esse, q accepit beneficiũ, verũ etiã is, cui potestas accipiendi fuit. Ego illa ornamẽta, qbus ille me ornabat, decere me, & cõuenire iis rebus, quas gesseram, nõ putabã. illũ qdem amico animo me habere eodem loco quo principem ciuiũ suũ generũ sentiebã. traduxit ad plebẽ inimicũ meũ: siue iratus mihi, q̃ me secum ne beneficiis qdẽ videbat posse cõiungi: siue exoratus. ne hoc qdẽ fuit iniuria. nam postea me vt sibi essem legatus, nõ solũ suasit, verũ etiã rogauit. ne id qdẽ accepi. nõ quo alienum mea dignitate arbitrarer, sed q̃ tantũ Reip. sceleris impẽdere a Cõsulibus proximis non suspicabar. Ergo adhuc magis est mihi verendũ ne mea superbia in illius liberalitate, q̃ ne illius iniuria in nostra amicitia reprehendat. Ecce illa tẽpestas, caligo bonorũ, & subita atq; improuisa formido, tenebræ Reipu. ruina atq; incendiũ ciuitatis. terror iniectus Cęsari de eius actis, metus cædis bonis oĩbus, Cõsulũ scelus, cupiditas, egestas, audacia. si nõ sum adiutus, nõ debui. si desertus, sibi prouidit. si etiã oppugnatus, vt qdã aut putant, aut volunt: violata amicitia est: accepi iniuriã: inimicus esse debui: nõ nego. sed si idẽ ille tũ me saluũ esse voluit, cũ vos me vt charissimũ filiũ desiderabatis: & si vos iidẽ pertinere ad causam illã putabatis, voluntatẽ C. Cęsaris a salute mea nõ abhorrere: & si illius volũtatis generũ eius habeo testẽ, q̃ idem Italiã in municipiis, populũ Ro. in concione, vos mei semper cupidissimos in Capitolio ad meã salutẽ incitauit: si deniq; Cn. Pompeius idẽ mihi testis de volũtate Cæsaris, & spõsor est illi de mea: nõne vobis videor & vltimi tẽporis recordatione, & proximi memoria, me diũ illud tristissimũ tẽpus debere, si ex rerũ natura nõ possem euellere, ex animo qdẽ certe excidere! Ego vero si mihi nõ licet p aliquos ita gloriari, me dolorẽ atq; inimicitias meas Reipu. cõcessisse, qd magni cuiusdã hoĩs & persapiẽtis videt: vtar hoc, qd nõ tã ad laudẽ adipiscendã, q̃ ad vitandã vituperationẽ valet: hominẽ me esse gratũ, & nõ modo tãtis beneficiis, sed etiã mediocri hominũ beneuolẽtia cõmoueri. a viris fortissimis, & de me optime meritis qbusdã peto, vt si ego illos meorũ laborũ & incõmodorũ participes esse nolui, ne illi me suarum inimicitiarũ sociũ velint esse. præsertim cũ iidẽ illi cõcesserint, vt etiã acta illa Cæsaris, quæ neq; oppugnaui antea, neq; defendi, meo iam iure possim defendere. nã summi ciuitatis viri, quorũ ego cõsilio Remp. cõseruaui, & quorũ auctoritate illã cõiurationẽ Catilinæ defugi, Iulias leges, & cæteras illo cõsule rogatas, iure latas negant. iidem illã proscriptionẽ capitis mei, cõtra salutẽ Reip. sed saluis auspiciis rogatã esse dicebãt. itaq; vir summa eloquentia dixit grauiter, casum illũ meũ funus esse Reip. sed funus iustũ, & indictũ. mihi ipsi oĩno honorificũ, discessum meũ fun⁹ dici Reip. Reliqua nõ reprehẽdo, sed mihi ad id qd̃ sentio assumo. nam si illud iure rogatũ dicere ausi sunt, qd̃ nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cęlo esse seruatũ dixit: qd̃: si plebeius omnino esse nõ potuit, q tribunus pleb. potuit esse! cuius tribunatus si ratus est, nihil est qd̃ irritũ ex actis Cęsaris possit esse: eius nõ solum Tribunatus, sed etiã pernicios issimæ res auspiciorũ religione conseruata iure latę videbuntur. Quare aut vobis statuendũ est legẽ Heliã manere, legẽ Fusiã non esse abrogatam: nõ oĩbus fastis legẽ ferri licere: cũ lex ferat, de cælo seruari, obnũciari, intercedi licere: censorium iudiciũ ac notionẽ, & illũ morẽ seueris simũ magistratuũ non esse nefariis legibus de ciuitate sublatũ: si patricius tribunus pl. fuerit, cõtra leges sacratas: si plebeius, contra auspicia fuisse, aut mihi concedãt hoĩes oportet, aut in rebus bonis nõ exquirere iura ea, quæ ipsi in perditis nõ exquirũt: prẽsertim cũ ab illis aliquoties cõditio C. Cæsari lata sit, vt easdẽ alio modo ferret, qua cõditione auspicia requirebant, leges cõprobabant: in Clodio auspiciorũ ratio sit eadẽ, leges oẽs sint euersæ ac perditæ ciuitatis. Extremũ illud est. ego, si essent inimicitię mihi cũ C. Cęsare, tamẽ hoc tẽpore Reip. cõsulere, inimicitias in aliud tẽpus reseruare deberem. possem etiã summorũ virorũ exemplo inimicitias Reip. causa deponere. sed cũ inimicitię fuerint nũq̃, opinio iniuriæ beneficio sit extincta, sententia mea P. C. si dignitas agit C. Cæsaris, homini tribuã: si honos qdã, Senatus cõcordiæ cõsulam: si auctoritas decretorũ vestrorum, constantiã ordinis ĩ eodẽ ornando Imperatore seruabo: si perpetua ratio Gallici belli, Reipu.

Grat⁹ & q̃ accepit bñficiũ, & q̃ accipere potuit, esse debet.

Seruatũ de cælo.

Notio.

prouidebo:si aliqđ meũ priuatũ officiũ,me nõ ingratũ esse prestabo. Atq; hoc velim proba-
re oĩbus Patres Cõscripti:sed leuissime ferã, si forte aut his minus probaro, q meũ inimicũ
repugnante vestra auctoritate texerũt:aut his,si q meũ cũ inimico suo reditũ in gratiã vitu
perabunt:cum ipsi & cum meo,& cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

IN PISONEM. ORATIO XXXVIII.

Deest principium.

Iam ne vides bellua?iã ne sentis?quæ sit hoĩm querela frõtis tuæ?nemo q̃rit Syrũ nescio,quẽ
de grege nouitiorũ factũ esse Cõsulẽ,nõ em̃ nos color iste seruilis,nõ pilosæ genę, nõ dentes
Vult⁹,ser- putridi decepẽrũt,oculi,supercilia,frons,vultus deniq; totus, q sermo qdã tacitus mẽtis est,
mo qdã ta hic in fraudẽ hoĩes impulit:hic eos,qbus erat ignotus,decepit,fefellit,ĩduxit: pauci ista tua
cit⁹ mẽtis. lutulẽta vitia noueramus:pauci tarditatẽ ingenii,stuporẽ,debilitatẽq; linguę:nũq̃ erat audi
ta vox in foro:nũq̃ periculũ factũ cõsilii:nullũ nõ modo illustre,sed ne notũ qdẽ factũ aut mi
Fumosæ litię,aut domi,obrepsisti ad honores errore hoĩm,cõmendatione fumosarũ imaginũ, quarũ
imagines. simile habes nihil,præter colorẽ.Is mihi etiã gloriabit̃,se oẽs magistratus sine repulsa assecu
tum. mihi ista licet de me vera cũ gloria prædicare. oẽs em̃ honores populus Ro. mihi ipsi
homini detulit.Nam tu cũ Quęstor es factus,etiã q te nunq̃ viderant,tamẽ illum honorem
nomini mandabãt tuo.Aedilis es factus:Piso est a populo Ro.factus,nõ iste Piso.Prætura itẽ
maioribus delata est tuis.noti erant illi mortui.te viuũ nondũ nouerat qsq̃.me cũ Quęstorẽ
in primis,Aedilẽ priorẽ,Prætorem primũ cunctis suffragiis Populus Ro.faciebat,homini il
le honorem,non generi,moribus,non maioribus meis,virtuti pərspectę,non auditę nobilita
ti deferebat.Nã qd ego de cõsulatu loquar?parto vis,an ne gesto?miserum me, cum hac me
peste atq; labe cõferọ:sed nihil cõparandi causa loquar:ac tamẽ ea,quæ sunt lõgissime disiun
cta,comprehendam.Tu Consul es renunciatus(nihil dicam grauius q̃ quod omnes fatent)
impeditis Reip.tẽporibus,dissidentibus Conss.Cęsare & Bibulo:cũ hoc non recusares, quin
hi a qbus dicebare Consul, te luce dignũ non putarẽt,nisi nequior q̃ Gabinius extitisses. Me
cuncta Italia,me omnes ordines,me vniuersa ciuitas non prius tabella,q̃ voce priorẽ Consu
Fors domi lem declarauit.Sed omitto vt sit factus vterq; nostrũ.sit sane fors domina campi.magnificẽ-
na campi. tius est dicere,quẽadmodum gesserimus consulatũ,q̃ quẽadmodum ceperimus.Ego Calend.
Acta publi Ianu.Senatũ & bonos omnes legis Agrariæ,maximarũq; largitionũ metu liberaui.ego agrũ
ca Cicero. Campanum,si diuidi non oportuit,cõseruaui:si oportuit,melioribus auctoribus reseruaui.
ĩ cõsulatu. ego in C.Rabirio pərduellionis reo XL.annis ante me Consulẽ interpositã Senatus auctori-
tatem sustinui contra inuidiã,atq; defendi.ego adolescentes bonos & fortes,sed vsos ea con
ditione fortunæ,vt si essent magistratus adepti,Reip.statũ cõuulsuri viderẽtur,meis inimi-
citiis,nulla Senatus mala gratia,comitiorũ ratione priuaui. Ego Antoniũ Collegã cupidũ
prouinciæ,multa in Rep.molientẽ,patientia atq; obsequio meo mitigaui.ego prouinciã Gal
liã Senat⁹ auctoritate,exercitu,& pecunia instructã,& ornatã,quã cũ Antonio cõmunicaui:
q; ita existimabã tẽpora Reip.ferre:in cõcione deposui reclamãte populo Ro.ego L. Catilinã
cędẽ Senatus,interitũ vrbis,nõ obscure,sed palã molientẽ,egredi ex vrbe iussi:vt a quo legib⁹
nõ poteram⁹, mœnib⁹ tuti esse possem⁹.ego tela extremo mẽse cõsulatus mei intẽta iugulis
ciuitatis de cõiuratoq; nefariis manib⁹ extorsi.ego faces iã accẽsas ad hui⁹ vrbis incẽdiũ cõ-
prehẽdi,protuli,extinxi.me Q. Catulus prĩceps hui⁹ ordinis & auctor publici cõsilii frequẽ
Propter te tissimo Senatu parẽtem patrię nominauit. mihi hic vir clarissimus,q propter te sedet,L.Gel
sedet. lius his audiẽtib⁹ ciuicã coronã deberi a Rep.dixit.mihi togato Senatus,nõ vt multis bene
gestę,sed vt nemini,cõseruatę Reip.singulari gñe supplicationis deorũ imortaliũ tẽpla pate-
fecit.ego cũ in cõcione abiẽs magistratu dicere a tribuno pl.phiberer,quę cõstituerã:cũq; is
mihi tantũmõ vt iurarẽ, pmitteret:sine vlla dubitatione iurauí,Rẽp.atq; hãc vrbẽ mea vni⁹
opa esse saluã.mihi populus Ro.vniuersus illa in cõcione nõ vni⁹ diei gratulationẽ,sed æter
nitatẽ imortalitatẽq; donauit,cũ meũ iusiurãdũ tale,atq; tãtũ iurat⁹ ipe vna voce & consen
su approbauit.quo qdẽ tẽpore is meus domũ fuit e foro redit⁹,vt nemo,nisi q mecũ esset,ci
uiũ eẽ in nũero videret.Atq; ita est a me Cõsulat⁹ pact⁹,vt nihil sine cõsilio Senat⁹,nihil nõ
approbãte ppl'o Ro.egerim:vt semp in rostris Curiã,in Senatu populũ defenderim:vt mul-

titudinẽ cũ principibus,Equestrẽ ordinẽ cũ Senatu cõiunxerim. Exposui breuiter Consulatũ meũ.Aude nũc o furia de tuo dicere.cuius sit initiũ ludi Cõpitalitii,tũ primũ facti post L.Luscelliũ,& C.Mariũ cõss.cõtra auctoritatẽ huius ordinis:quos Q.Metellus(facio iniuriã fortissimo viro mortuo,q illũ,cui⁹ paucos pares hæc ciuitas tulit,cũ hac importuna bellua conferã)sed ille designatus cõsul,cũ qdã Tribunus pl.suo auxilio magnos ludos cõtra Senatuscõsultũ facere iussisset, priuatus fieri vetuit:atq; id,qđ nõdũ potestate poterat,obtinuit auctoritate.Tu cũ in Cal.Ian.Cõpitalitiorũ dies icidissent,Sex.Clodiũ,q nũq̃ antea prętextatus fuisset,ludos facere,& prętextatũ volitare passus es,hoiem impurũ,atq; nõ mõ facie,sed etiã oculo tuo dignissimũ.Ergo his fundamẽtis positis cõsulat⁹ tui,triduo post inspectãte & tacẽte te,a P.Clodio,fatali portẽto, prodigioq; Reip.lex Helia & Fusia euersa est, ppugnacula,muriq; tranquillitatis,atq; otii:collegia,nõ ea solũ, quę Senatus sustulerat,restituta sunt, sed innumerabilia quędã noua ex omi fece vrbis ac seruitio cõcitata.ab eodẽ hoie in stupris inauditis,nefariisq; versato,vetus illa magistra pudoris & modestię seueritas cẽsoria sublata est,cũ tu interim bustũ Reip.q te Cõsulẽ tũ Romę dicis fuisse,verbo nũq̃ significaris sententiã tuã tãtis in naufragiis ciuitatis.Nõdũ quę feceris,sed quę fieri passus sis,dico: neq; vero multũ interest,pręsertim in cõsule,vtrũ ipse pernicios legibus,improbis cõcionibus Rẽpu. vexet,an alios vexare patiat.An potest vlla esse excusatio nõ dicã male sentienti, sed sedẽti, cũctanti,dormiẽti in maximo Reip.motu Cõsuli!cẽtũ propę annos legẽ Heliã & Fusiã tenueramus:quadringentos iudiciũ rationẽq; Censoriã. quas leges ausus est nõ nemo improbus, potuit qdẽ nemo vnq̃ cõuellere:quã potestatẽ minuere,quo minus de moribus nostris quinto quoq; anno iudicaret,nemo tam effuse pętulãs conatus est:hęc sunt ó carnifex in gremio sepulta Cõsulatus tui.Persequere cõnexos his funeribus dies.pro Aurelio tribunali ne cõniuente qdẽ te,qđ ipsum esset scelus,sed etiã hilarioribus oculis q̃ solitus eras,intuente, delectus seruorũ habebat ab eo,q nihil sibi vnq̃ nec facere,nec pati turpe esse duxit:arma in templo Castoris,ó proditor tẽplorũ oim,videnteteõstituebant ab eo latrone,cui tẽplum illud fuit te Cõsule,arx ciuiũ pęditorũ,receptaculũ veterũ Catilinæ militũ,castellũ forensis latrocinii,bustũ legũ oim,ac religionũ.Erat nõ solũ domus mea,sed totũ Palatiũ Senatu,Equitibus Ro.ciuitate omni,Italia cuncta,refertũ:cũ tu nõ modo ad eũ Ciceronẽ(mitto em̃ domestica,quę negari possunt,hęc cõmemoro quę sunt palã)non modo inquã ad eũ,cui primam comitiis tuis dederas tabulã prerogatiuę,quẽ in Senatu sententiã rogabas tertiũ,nũq̃ aspirasti,sed oibus cõsiliis,quæ ad me opprimendũ parabant,nõ interfuisti solũ,verũ etiã crudelissime prefuisti.Mihi vero ipsi corã genero meo propinquo tuo,quę dicere ausus es!egere foris esse Gabiniũ:sine prouincia,stare nõ posse:spem habere a tribuno ple.si tua cõsilia cũ illo cõiunxeris,sed a Senatu qdẽ desperasse.huius te cupiditati obsequi,sicuti ego fecissem in collega meo.nihil esse qđ præsidiũ cõsulũ implorarẽ,sibi quẽq; cõsulere oportere. Atq; hęc dicere vix audeo.vereor ne q sit,q istius insignẽ nequitiã frontis inuolutã integumentis nõdum cernat.dicã tamẽ.ipse certe agnoscet,& cũ aliquo dolore flagitiorũ suorũ recordabit.Memini sti ne cœnũ!cũ ad te quinta fere hora,cũ C.Pisone venissem,nescio quo e gurgustio te prodire,inuoluto capite,soleatũ!& cũ isto ore fœtido teterrimã nobis popinã inhalasses,excusatione te vti valetudinis:q; diceres,vinolentis te qbusdã medicaminibus solere curari!quamnos causam cũ accepissemus,qd em̃ facere poteramus!paulisper stetimus in illo ganearũ tuarũ nidore,atq; fumo.vnde tu nos cũ improbissime respõdendo, tũ turpissime eructãdo eieci sti. Idẽ illo fere biduo productus in concionẽ ab eo,cui sic æquatũ præbebas cõsulatũ tuũ,cũ esses interrogatus qd sentires de consulatu meo,grauis auctor, Calatinus credo aliquis, aut Aphricanus,aut Maximus,& nõ Cesonius Semiplacẽtinus Caluentius,respondes,altero ad frontẽ sublato,altero ad mentũ depresso supercilio,crudelitatẽ tibi nõ placere.hic te ille homo dignissimus,tuis laudibus collaudauit.Crudelitatis tu furcifer Senatũ Cõsul in concione cõdemnas!nõ em̃ me,q Senatui parui.nam relatio illa salutaris & diligẽs fuerat consulis: animaduersio qdẽ,& iudiciũ,Senatus.quę cũ reprehẽdis,ostẽdis qualis tu,si ita forte accidisset,fueris illo tẽpore cõsul futurus.stipẽdio mehercule & frumento Catilinã esse putasses iuuandũ.quid em̃ interfuit inter Catilinã,& eũ,cui tu Senatus auctoritatẽ,salutẽ ciuitatis,totã Remp.prouinciæ prẽmio vendidisti!quę em̃ L.Catilinã conantẽ cõsul prohibui,ea P.Clodiũ facientẽ cõsules adiuuerũt.voluit ille Senatũ interficere,vos sustulistis: leges incendere, vos abrogastis:interire patriã,vos adiuuistis.Quid est vobis cõss.gestũ sine armis!incendere

Cẽsoria seueritas, magistra pudoris & modestiæ.

Tabula p̃rogatiuæ.

Gurgustiũ

Inhalare popinam.

Ganearũ nidor.

illa cõiuratorũ manus voluit vrbẽ,vos eius domũ,quẽ propter vrbs incensa nõ est.ac ne illi qdẽ,si habuissent vestri simílẽ cõsulẽ,de vrbis incendio cogitassent, non em̃ se tectis priuare voluerũt:sed his stantibus,nullũ domiciliũ sceleri suo fore putauerũt,cędẽ illi ciuiũ,vos seruitutẽ expetistis.hic vos etiã crudeliores.huic em̃ populo ita fuerat ante vos Consl.libertas insita,vt emori potius,q̃ seruire prędtaret.Illud vero geminũ cõsiliis Catilinę,& Lẽtuli,ꝙ me domo mea expulistis:Cn.Pompeiũ domũ suã cõpulistis, neꝙ em̃ me stãte & manẽte in vrbis vigilia,neꝙ resistente Cn.Pompeio omniũ gentiũ victore,vnq̃ se illi Rẽp. delere posse duxerunt.a me qdẽ etiã pœnas expetistis,qbus cõiuratorũ manes mortuorũ expiaretis:õm̃e odiũ inclusum nefariis sensib⁹ impiorũ in me profudistis.quorũ ego furori nisi cessissem,in Catilinę busto vobis ducibus mactatus essem.Quod aũt maius indiciũ expectatis,nihil inter vos & Catilinã interfuisse?q̃ ꝙ eandem illã manũ ex intermortuis Catilinæ reliquiis cõcitastis:ꝙ oẽs vndiꝙ perditos collegistis:ꝙ in me carcerẽ effudistis:ꝙ cõiuratos armastis:ꝙ eorũ ferro meũ corpus,atꝙ omniũ bonorũ vitã obiicere voluistis.Sed iam redeo ad prędclarã illã cõcionem tuã.Tu es ille,cui crudelitas displicet?cui, cũ Senatus luctũ ac dolorẽ suum vestis mutatione declarandũ censuisset,cũ videres mœrere Rẽp.amplissimi ordinis luctu, ó noster mi sericors qd facis?qd nulla in barbaria qsq̃ Tyrãnus.omitto em̃ illud,cõsulẽ edicere,vt Senatus senatuscõsulto ne obtẽperet.quo fœdius nec fieri nec cogitari quicq̃ potest.ad misericordiã redeo eius,cui nimis videt Senatus in cõseruãda patria fuisse crudelis. Edicere est ausus cũ illo suo pari,quẽ tamẽ oĩbus vitiis superare cupiebat:vt Senatus, cõtra q̃ ipse censuisset, ad vestitũ rediret.qs hoc facit vlla in Scythia Tyrannus,vt eos,quos luctu afficeret, lugere nõ sineret?mœrorẽ relinqs, mœroris aufers insignia.eripis lachrymas nõ cõsolãdo,sed minãdo.Q2 si vestẽ nõ publico cõsilio Patres Cõscripti,sed priuato officio,aut misericordia mutauissent, tamẽ id iis nõ licere pr ĩterdicta crudelitatis tuę,potestatis erat nõ ferẽdę.cũ vero id Senatus frequẽs cẽsuisset,ordines reliq iã ante fecissent,tu ex tenebricosa popina Cõsul extractus,cũ illa saltatrice tonsa,Senatũ Reip.occasum atꝙ interitũ lugere vetuisti.At quærebat etiam paulo ante de me, quid suo mihi opus fuisset auxilio? cur non meis inimicis,meis copiis restitissem? quasi vero non modo ego, qui multis sæpe auxilio fuissem, sed quisq̃ tam inops fuerit vnq̃,qui isto non modo propugnatore tutiorem se,sed aduocato aut adstipulatore paratiorẽ fore putaret.Ego istius pecudis,ac putidæ carnis cõsilio scilicet,aut præsidio niti volebam?ab hoc electo cadauere qcq̃ mihi aut opis,aut ornamẽti expectabã?consulẽ ego tũ requirebã:cõsulẽ inquã,nõ illũ qdẽ,quẽ in hoc animali inuenire nõ possem,q tantã Reip. causam grauitate & cõsilio suo tueret,sed q tãq̃ truncus atꝙ stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamẽ titulũ cõsulatus.cũ em̃ esset oĩs causa illa mea cõsularis, & Senatoria, auxilio mihi opus fuerat & cõsulis,& Senatus.quorũ alterũ etiã ad perniciẽ meã erat a vobis cõsulibus cõuersum,alterũ Reip.penitus ereptũ.Attamẽ si cõsiliũ exquiris meũ,neꝙ ego cessissem, & me ipsa suo cõplexu patria tenuisset,si mihi cũ illo bustuario gladiatore,& tecũ,& cũ Collega tuo decertandũ fuisset.alia em̃ causa prędtãtissimi viri Q.Metelli fuit:quẽ ego ciuẽ meo iudicio cũ deorũ ĩmortaliũ laude cõiungo:q C.illi Mario fortissimo viro & cõsuli,& sextum cõsuli,& eius inuictis legionibus ne armis cõfligeret,cedẽdũ esse duxit. Quod mihi certamẽ esset huiusmodi?cũ C.Mario scilicet?aut cũ aliquo pari?an cũ altero barbato Epicureo?cũ altero Catilinæ laternario?quos neꝙ hercule ego,neꝙ supercilio tuũ,neꝙ Collegę tui Cymbala,ac Crotalia fugi:neꝙ tã fui timidus,vt q maximis turbinibus,ac fluctibus Reip.nauẽ gubernassem,saluãꝙ in portu collocassem,frõtis tuę nubeculã,tũ collegæ tui cõtaminatũ spiritũ pertimescerẽ.alios ego vidi vẽtos:alias prospexi animo procellas:aliis impendẽtibus tempestatibus,nõ cessi,sed his vnũ me pro oĩm salute obtuli. Itaꝙ discessu tũ meo oĩes illi nefarii gladii de manibus crudelissimis exciderũt.cũ qdẽ tu,ó vecors & amens,cũ oẽs boni abditi,in clusiꝙ mœrerẽt,tẽpla gemerẽt,tecta ipsa vrbis lugerẽt,cõplexus es illud funestum animal ex nefariis stupris,ex ciuili cruore,ex omniũ scelerũ importunitate,& flagitiorũ impunitate cõcretũ.atꝙ eodẽ in tẽplo,eodẽ & loci vestigio,& tẽporis,arbitria nõ mei solũ,sed patrię funeris abstulisti.Quid ego illorũ dierũ epulas,qd lætitiã & gratulationẽ tuã,qd cũ tuis sordidissimis gregibus intẽperatissimas perpotationes prædicẽ?qs te illis diebus sobriũ?qs agentẽ aliqd,qd eẽt libero dignũ?qs deniq̃ ĩ publico vidit?cũ collegę tui dom⁹ cãtu,& cymbalis psonaret:cũꝙ ipe nudus ĩ cõuiuio saltaret:ĩ quo ne tũ qdẽ,cũ illũ suũ saltatoriũ versaret orbẽ,fortunę rotã ptimescebat.hic aũt nõ tã cõcinnus helluo,nec tã musicus,iacebat in suo Greęcorũ

Geminum consiliis Catilinæ.

Intermortuæ reliquiæ.

Sextũ consuli.

Laternari⁹ Cymbala, Crotalia.

Perpotationes.

Orbis saltatorius.

Suo Græcorum.

fœtore atq; vino.qđ qdē istius in illis Reip.luctib9,quasi aliqđ Lapitharū aut Cētauroꝝ cōui uiū ferebat:in quo nemo pōt dicere,vtrū iste plus biberit,an vomuerit,an effuderit.Tu etiā mētionē facies cōsulatus tui:aut te fuisse Romę Cōsulē dicere audebis:quid:tu in lictoribꝰ, in toga,& ptexta esse cōsulatū putas:quæ ornamēta etiā in Sex.Clodio te Cōsule esse voluisti:huius tu Clodiani canis insignibus cōsulatū declarari putas:aio cōsulē esse oportet,consilio,fide,grauitate,vigilantia,cura,toto deniq; munere consulatus,omni officio.ego consulē esse putem,qui Senatū esse in Rep.nō putauit:& sine eo cōsilio cōsulē numerē,sine quo Romę ne reges quidē esse potuerūt:Etem illa iā omitto.cum seruorū delectus haberet in foro:arma in tēplo Castoris luce,& palā cōportarent:id aūt tēplū sublato aditu,reuulsis gradibus,a coniuratorū reliquiis,atq; a Catilinę præuaricatore quondā,tū vltore, armis teneret: cū Equites Ro.relegarent:viri boni lapidibꝰ e foro pellerent:Senatui nō solū iuuare rēpublicā,sed ne lugere qdē liceret: cū ciuis is,quē hic ordo assentiēte Italia,cūctisq; gētibꝰ cōseruatorē patriæ iudicarat,nullo iudicio,nulla lege,nullo more,seruitio atq; armis pelleret,nō dicā auxilio vestro,qđ vere licet dicere,sed certe silētio:tū Romę fuisse cōsules qsq; existimabit: Qui latrones igitur,si qdē vos Consules,qui pdones,qui hostes,q proditores,q tyranni nominabuntur:Magnū nomē est,magna species,magna dignitas,magna maiestas Consulis:nō capiūt angustię pectoris tui,non recipit leuitas ista,non egestas animi, nō infirmitas ingenii sustinet,nō insolētia rerū secūdarū tantā psonā,tā grauē,tā seuerā.Seplasia mehercle, vt dici audiebā,te vt primū aspexit,Cāpanū cōsulē repudiauit.audierat Decios,Magios, & de Taurea illo Iubellio aliquid acceperat:in qbus si moderatio illa,quę in nostris solet esse cōsulibꝰ, non fuit,at fuit pōpa,fuit species,fuit incessus,saltem Seplasia dignus,& Capua.Gabiniū deniq; si vidissent Duūuirū vestri illi vnguentarii,citius agnouissent.erāt illi compti capilli,& madētes cincinoꝝ fimbrię,& fluētes pulsatęq; buccę dignę Capua,sed illa vetere.nā hęc qdē, q nūc est,splēdidissimorū hominū,fortissimorū virorū,optimorū ciuiū,mihiq; amicissimorū multitudine redundat.quorum Capuę te prætextatū nemo aspexit,q non gemeret desiderio mei:cuius cōsilio cū vniuersam Remp.tum illam ipsam vrbem meminerant esse seruatā.me inaurata statua donarāt:me patronū vnū asciuerāt:a me se habere vitā,fortunas,liberos,arbitrabant:me & præsentem cōtra latrociniū tuū suis decretis legatisq; defenderūt, & absentē principe Cn.Pompeio referente,& de corpore Reip.tuoꝝ scelerū tela reuellēte, reuocarūt. An tu eras consul: cum in palatio mea domus ardebat,nō casu aliquo,sed ignibꝰ iniectis,instigante te.Et qđ in hac vrbe maius vnq; incendiū fuit,cui non Consul subuenerit: At tu illo ipso tempore apud socrū tuam propę a meis ædibus, cuius domum ad meā exhauriendā patefeceras,sedebas non extinctor,sed auctor incendii, & ardentes faces furiis Clodianis pene ipse Consul ministrabas.An vero reliquo tempore Consulem te quisq; dixit:quisq; tibi paruit : quisq; in curiam venienti assurrexit: quisq; consulenti respondendum putauit: numerandus est ille annus deniq; in republica:cū obmutuisset Senatꝰ,iudicia conticuissent, mœrerent boni,vis latrocinii vestri tota vrbe volitaret,neq; ciuis vnꝰ ex ciuitate, sed ipsa ciuitas tuo & Gabinii sceleri,furoriq; cessisset.At ne tū qdē emersisti lutulente Cęsoni ex miserrimis naturę tuę sordibꝰ,cū exerrecta tādē virtꝰ clarissimi viri celeriter & verū amicū,& optime meritū ciuē,& suū pristinū morē requisiuit:neq; est ille vir passus,ī ea Rep.quā ipse decorarat,atq; auxerat,diutiꝰ vestroꝝ scelerū pestē morari.cū tñ ille,qualiscūq; est,q est ab vno te ī probitate victus Gabiniꝰ,collegit ipse se vix:sed collegit tñ,& cōtra suū Clodiū primū simulate,deinde nō libēter,ad extremū tñ pro Cn.Pompęio vere vehemēterq; pugnauit.quo quidē in spectaculo mira Reip.æquitas erat:vter eorū periisset,tanq; lanista,in eiusmodi pari lucrū fieri putabat:immortalē vero quęstū,si vterq; cecidisset.sed ille tñ agebat aliqd,tuebatur auctoritatē summi viri:erat ipse sceleratus,erat gladiator:cū scelerato tñ & cū pari gladiatore pugnabat.tu scilicet homo religiosus,& sanctus,fœdus,qđ meo sanguine in pactiōe puinciarū ieceras,frangere noluisti.cauerat enim sibi ille sororiꝰ adulter,vt si tibi puinciam,si exercitū,si pecuniā ereptā ex Reip.viscerib9 dedisset,omniū suoꝝ scelerū sociū te,adiutorem q præberes.itaq; in illo tumultu fracti fasces,ictus ipse:quotidie tela,lapides,fugæ:dephēsus deniq; cū ferro ad Senatū is,quē ad Cn.Pompeiū interimendū collocatū fuisse cōstabat.Et qs audiuit nō modo actionē aliquā,aut relationē,sed vocem oīno,aut querelā tuā: Cōsulem tu te fuisse putas:cuius in imperio,qui Remp.Senatus auctoritate seruarat:idēq; in Italia q oīs omniū gentiū partes tribus triumphis deuinxerat:is se in publico tuto statuit esse nō posse.

Consul qs dicendus.

Lanista.

Sororius adulter.

Ad senatū dephensus

Referre ad Senatum.

An tum eratis Cõsules:cũ quacũq; de re verbum facere cœperatis,aut referre ad Senatum, cunctus ordo reclamabat:ostendebatq; nihil esse vos acturos,nisi prius de me retulissetis:cũ vos q̃q̃ fœdere obstricti tenebamini,tamen cupere vos diceretis,sed lege ipædiri.quæ lex priuatis hominibus,esse lex non videbat,inusta per seruos,incisa per vim, imposita per latrocinium,sublato Senatu,pulsis e foro bonis omnibus,capta Rep.contra omnes leges,nullo scripta more:hanc q se metuere dicerent,Consules,nõ dicam animi hominũ , sed fasti vlli ferre possunt:Nam si illam legem nõ putabatis,quæ erat,cõtra oẽs leges, indemnati ciuis,atq; integri capitis,bonorũq; tribunitia proscriptio:hac tamen obstricti pactione tenebamini:quis vos nõ modo Consules,sed liberos fuisse putet:quorũ mens fuerit oppressa præmio,lingua astricta mercede:Sin illã vos soli legẽ putabatis,quisq̃ vos consules tũc fuisse,aut nũc eẽ Cõsulares putet:qui eius ciuitatis,in qua in principũ numero vultis esse,non leges,non instituta,non mores,non iura noritis:An cũ proficiscebamini paludati in prouincias vel emptas, vel ereptas:cõsules vos quisq̃ putauit:Itaq; credo,si minus frequẽtia sua vestrũ egressum ornando,atq; celebrando:at omnibus saltem bonis,vt consules,nõ tristissimis,vt hostes aut predatores persequebant. Tu ne etiam immanissimũ ac fœdissimum monstrum ausus es meum discessum illũ testem sceleris,& crudelitatis tuę,maledicti & contumelię loco ponere:Quo q dẽ tempore cepi P.C.fructũ immortalẽ vestri in me & amoris & iudicii:qui non admurmuratione,sed voce,& clamore,abiecti hominis,& semiuiui furorem perulãtiamq; fregistis. Tu luctum Senatus,tu desideriũ equestris ordinis,tu squalorẽ Italiæ,tu curiæ taciturnitatẽ annuã,tu silẽtiũ ppetuũ iudiciorũ,ac fori,tu cætera illa in maledicti loco pones,q̃ meus discessus Reip.vulnera inflixit:q si calamitosissim⁹ fuisset,tñ misericordia dignior,q̃ cõtumelia:& cũ gloria poti⁹ esse cõiũct⁹,q̃ cũ pbro putaret:atq; ille,dolor me⁹ dũtaxat,vestrũ qdẽ scelus, ac dedecus haberet. Tũ vero forsitan hoc,qd̃ dictur⁹ sũ,mirabile auditu esse videat,sed certe id dicã,qd̃ sentio.Cũ tantis a vobis P.C.beneficiis affectus sim,tantis honoribus:non modo illam calamitatem esse nõ duco,sed si qd mihi potest a Rep.esse seiunctum,qd̃ vix põt,priuatim ad meum nomen augendũ:optandam duco mihi fuisse illam,expetẽdamq; fortunam. Atq; vt tuũ lętissimum diem cũ tristissimo meo cõferam,vtrũ tandem bono viro & sapienti optabilius putas,sic exire a patria,vt omnes sui ciues salutem,incolumitatem,reditũ p̃cent, qd̃ mihi accidit:an qd̃ tibi proficiscenti euenit,vt omnes execrarentur,male p̃carent, vnã tibi illam viam & perpetuam esse vellent:mihi mediusfidius in tanto omnium mortaliũ odio iusto præsertim & debito,quæuis fuga potius,q̃ vlla prouincia esset optatior.Sed pergo porro.nam si illud meũ turbulentissimũ tẽpus profectionis,tuo tranquillissimo præstat,quid cõferam reliqua:quæ in te dedecoris plena fuerunt,in me dignitatis:Me Calendis Ian.qui dies post obitum occasumq; nostrum Reip.primus illuxit,frequentissimus Senatus,cõcursu Italiæ,referente clarissimo,atq; fortissimo viro P.Lentulo,cõsentiente populo Ro.atq; vna voce reuocauit.me idem Senatus exteris nationibus,me legatis,magistratibusq; nostris auctoritate sua consularibus literis,non vt tu nuper dicere ausus es,orbatum patria,sed vt Senatus illo ipso tempore appellauit,ciuem conseruatorem Reip.commendauit.ad meam vnius salutem Senatus auxilium omnium ciuium cuncta ex Italia,qui Remp.saluã esse vellent,Cõsulis voce & literis implorandum putauit.mei capitis seruãdi causa Romã vno tẽpore quasi signo dato Italia tota cõuenit.de mea salute P.Lẽtuli p̃stãtissimi viri,atq; optimi Cõsulis, Cn.Pompeii clarissimi,atq; inuictissimi ciuis,cæterorumq; principum celeberrimę & gratissimæ conciones fuerunt.de me Senatus ita decreuit,Cn.Pompeio auctore,& eius sententiæ principe,vt si quis impedisset reditum meum,in hostium numero putaretur:hisq; verbis ea de me Senatus auctoritas declarata est,vt nemini sit triumphus honorificentius, q̃ mihi salus restitutioq; perscripta.de me,cum omnes magistratus promulgassent,præter vnum Prętorem,a quo non fuit postulandum , fratrem inimici mei , præterq; duos de lapide emptos Tribunos plebis:legem comitiis Centuriatis tulit P.Lentulus consul de Collegæ Q.Metelli sententia:quem mecum eadem Respub.quæ in Tribunatu eius disiunxerat , in Consulatu virtute optimi,ac iustissimi viri,sapientiaq; coniunxit.Quę lex quemadmodum accepta sit, quid me attinet dicere:ex vobis audio nemini ciui vllam,quo minus adesset,satis iustam excusationem esse visam:nullis comitiis vnq̃ multitudinem hominum tantã neq; splendidiorẽ fuisse.hoc certe video,qd̃ indicant tabulæ publicæ,vos rogatores,vos distributores,vos custodes fuisse tabularum:& quod in honoribus vestrorum propinquorum nõ facitis, vel ęta

De lapide empti.

tis excusatiõe, vel honoris, id in salute mea nullo rogãte vos vestra spõte fecistis. Cõfer nũc Epicure noster ex hara ꝓducte, nõ ex schola, confer, si audes, absentiã tuã, cũ mea. Obtinuisti puiciã Cõsularẽ finib⁹ iis, quos lex cupiditatis tuę, nõ quos lex generi tui pepigerat. nã lege Cęsaris iustissima, atq; optima, populi liberi, plane & vere erãt liberi: lege aũt ea, quã nemo le gẽ ꝓter te, & Collegã tuũ putauit, oĩs erat tibi Achaia, Thessalia, Athenæ, cũcta Gręcia addi cta. habebas exercitũ tãtũ, quãtũ tibi nõ Senat⁹, aut ppl'us Ro. dederat, sed quãtũ tua libido cõscripserat. ærariũ exhauseras. Quas res gessisti ĩ Impio, exercitu, ꝓuicia cõsulari! quas res gesserit quęro! qui vt venit statim, nõdũ cõmemoro rapinas, nõdũ exactas pecunias, non ca ptas, nõ imperatas: non neces sociorũ, nõ cædẽ hospitũ, nõ perfidiã, nõ immanitatẽ, non sce lera prædico: mox, si videbitur, vt cũ fure, vt cum sacrilego, vt cũ sicario disputabo: nũc meã spoliatã fortunã cõferam cũ florẽte fortuna imperatoris. Quis vnq̃ prouinciã cũ exercitu ob tinuit, qui nullas ad Senatũ literas miserit! tantã vero ꝓuinciã cũ tanto exercitu, Macedoniã pser tim, q̃ tantis barbaroꝝ gentibus attingit, vt semp Macedonib⁹ imperatorib⁹ iidem fines ꝓuinciæ fuerint, qui gladioꝝ atq; pilorũ. ex qua aliquot Prætorio Imperio, Consularis quidẽ nemo rediit, q̃ incolumis fuerit, qui nõ triũpharit. est hoc nouũ. multo illud magis. appella tus est hic vulturius illius prouincię (si diis placet) Imperator. ne tum quidẽ Paule noster ta bulas Romã cũ laurea mittere audebas! misi inquit. quis vnq̃ recitauit! quis vt recitarentur, postulauit! nihil em̃ mea refert, vtrũ tu cõscientia oppressus scelerũ tuoꝝ nihil vnq̃ ausus sis scribere, ad eũ ordinẽ, quẽ despexeras, quẽ afflixeras, quẽ deleueras: an amici tui tabulas abdi derint, iidẽq; filẽtio suo temeritatẽ atq; audaciã tuã cõdemnarint. Atq; haud scio an malim te videri nullo pudore fuisse in literis mittendis, an amicos tuos plus habuisse & pudoris & cõsilii, q̃ aut te videri pudẽtiorẽ fuisse q̃ soles, aut tuũ factũ non esse cõdemnatũ iudicio ami corũ. Q2 si nõ tuis nefariis in hũc ordinẽ cõtumeliis, in pœrpetuũ tibi Curiã pclusisses, qd tã dem erat actũ, aut gestũ in illa ꝓuincia, de quo ad Senatũ cũ gratulatione aliqua scribi abs te oporteret! vexatio Macedoniæ! an oppidorum turpis amissio! an sociorũ direptio! an agro rum depopulatio! an munitio Thessalonicę! an obsessio militaris viæ! an exercitus nostri in teritus, ferro, fame, frigore, pestilentia! Tu vero qui ad Senatũ nihil scripseris, vt in vrbe ne quior inuẽtus es, q̃ Gabini⁹, sic in ꝓuincia paulo tamen q̃ ille demissior. nam ille gurges atq; helluo natus abdomini suo, nõ laudi, atq; glorię: cũ Equites Ro. in prouincia, cũ publicanos nobiscũ & volũtate, & dignitate cõiũctos, oẽs fortunis, multos fama, vitaq; priuasset: cũ egis set aliud nihil in illo exercitu, nisi vt vrbes depopularet, agros vastaret, exhaurire domos: ausus est, quid enim ille nõ auderet! a Senatu supplicationem p literas postulare. O dii imor tales, tu ne etiã, atq; adeo vos geminæ voragines, scopuliq; Reip. vos meã fortunã deprimi tis! vestrã extollitis! cũ de me ea senatusconsulta absente facta sint, eæ cõciones habitę, is mot⁹ fuerit municipiorũ & coloniarũ omniũ, ea decreta publicanorũ, ea collegiorũ, ea deniq; gene rũ, ordinũq; omniũ, quæ ego non modo optare nunq̃ auderẽ, sed cogitare nõ possem: vos au tem sempiternas fœdissimę turpitudinis notas subieritis. An ego, si te & Gabiniũ crucí suffi xos viderẽ, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, q̃ afficior ex infamia! nullũ est supplicĩũ putandũ, quo affici casu aliquo etiã boni viri fortesq; possunt. Atq; hoc quidẽ etiã isti tui dicũt voluptarii græci: quos vtinã ita audires, vt erãt audiẽdi: nunq̃ te in tot fla gitia ingurgitasses. verũ audis in præsepib⁹, audis in stupris, audis in cibo, & vino. sed dicũt ipsi, q mala dolore, bona voluptate definiũt. Sapientem, etiã si in Phalaridis tauro inclusus, succẽsis ignibus torreat, dicturũ tñ, suaue illud esse, sesq; ne tantulũ qdẽ cõmoueri. tãtã vir tutis esse vim voluerũt, vt nõ posset vnq̃ esse vir bonus, non beatus. quæ est igit̃ pœna! quod supplicĩũ! id mea sententia, qd̃ accidere nemini potest, nisi nocenti, suscepta fraus, impędita & oppressa mens cõscientia, bonorũ omniũ odiũ, nota iusti Senatus, amissio dignitatis. Nec mi hi ille, M. Regulus, quẽ Carthaginenses resectis palpebris, illigatũ in machina, vigilãdo neca uerũt, supplicio videt affect⁹: nec C. Marius, quẽ Italia seruata ab illo, demersum in Minturnẽsiũ paludib⁹, Aphrica deuicta ab eodẽ, expulsũ & naufragũ vidit. fortunæ em̃ ista tela sũt, non culpæ. supplicium autẽ est pœna peccati. neq; vero ego si vnq̃ vobis mala pcarer, quod sæpe feci, in quo dii immortales meas pces audiuerunt: morbum, aut mortem, aut cruciatũ pcarer. Thyestea ista execratio est, poetæ vulgi animos nõ sapientũ mouentis. vt tu naufra gio expulsus vspiã saxis fixus asperis euisceratus latere pẽderes (vt ait ille) saxa spargens ta bo sanie sanguine atro. Non ferrem omino molestę, si ita accidisset: sed id tñ esset humanũ.

Attingitur

Helluo na tus abdo mini.

Scopuli rei pub.

Supplicĩũ nõ putan dũ quo affi ci casu bo ni possint.

Vir bonus semp beat⁹

Regŭli mors.

Thyestea execratio.

M.Marcellus,q̄ ter Cōsul fuit,sūma virtute,pietate,gloria militari,pæriit in mari,q̄ tñ ob virtutē,glorię laude viuit.in fortuna quadā est illa mors,nō pœna putāda. quæ est igit pœna? qđ supplicīū?quę saxa?quæ cruces?Ecce duos duces in ꝓuinciis populi Ro.habere exercitus, appellari Imperatores:horū alterū sic fuisse infirmatū conscientia scelerū,& fraudū suarū,vt ex ea ꝓuincia,quę fuerit ex omnib⁹ vna maxime triūphalis,nullas sit ad Senatū literas mittere ausus.ex qua prouincia modo vir omni dignitate ornatissimus L.Torquat⁹ magnis rebus gestis me referēte absens Impator sit appellatus:vnde his paucis annis Cn.Dolabellæ,C. Curionis,M.Luculli iustissimos triūphos vidimus,ex ea te Imperatore nuncius ad Senatum allatus est nullus.Ab altero allatę literę,recitatę,relatū ad Senatū.dii immortales id ne ego optarē?vt inimicus meus,ea,qua nemo vnq̄,ignominia notarē?vt Senatus is,qui in eā iam benignitatis cōsuetudinē venit,vt eos,q̄ bene Remp.gesserint,nouis honorib⁹ afficiat,& numero dierū,& genere verbo:huius vnius literis nūciātibus non crederet?postulantibus denegaret?His ego rebus pascor,his delector,his ꝑfruor:ꝙ de vobis hic ordo opinatur,non secus ac de teterrimis hostibus:ꝙ vos Equites Romani,ꝙ cęteri ordines,ꝙ cūcta ciuitas odit: ꝙ nemo bonus,nemo deniq; ciuis est,q̄ mō se ciuē esse meminerit,q̄ vos nō oculis fugiat,auribus respuat,animo asperneē,recordatione deniq; ipsa cōsulatus vestri ꝓhorrescat. Hęc ego semp de vobis expectaui,hęc optaui,hęc ꝑcatus sum.plura etiā acciderūt,q̄ vellē.nā vt amitteretis exercitū,nunq̄ mehercule optaui.illud etiā accidit ꝑter optatū meū,sed valde ex voluntate.mihi em̄ non venerat in mentem furorem & insaniā optare vobis,in quā incidistis. atqui fuit optandū.me tamen fugerat deorū immortaliū has esse in impios & conscelerato pœnas certissimas cōstitutas.nolite.n.putare P.C.vt in scena videtis,homines cōscelerato impulsu deorū terreri furiarū tædis ardētib⁹:sua quenq; fraus,suū facinus,suū scelus,sua audacia de sanitate ac mente deturbat.hæ sunt impiorū furię,hę flammæ,hę faces. ego te non vecordem,nō furiosum,nō mente captū,nō tragico illo Horeste aut Athamante demētiorē putem?qui sis ausus primū facere:nā id est caput:deinde paulo ante Torquato grauissimo,& sanctissimo viro premente cōfiteri,te prouinciā Macedoniā,in quā tantū exercitū transportasses,sine vllo milite reliquisse?Mitto de amissa maxima parte exercitus:sit hoc infelicitatis tuę.dimittēdi vero exercitus quā potes afferre causam?quā potestatē habuisti?quā legem?qđ Senatusconsultū?qđ ius?quod exemplū?quid est aliud furere?nisi non cognoscere homines, nō cognoscere leges,non Senatum,non ciuitatem.cruentare corpus suum?maior hæc est vitæ,famæ,salutis tuę vulneratio.si familiā tuā dimisisses,qđ ad neminē nisi ad ipsum te pertineret,amici te tui cōstringēdū putarēt.presidiū tu populi Romani,custodiā ꝓuincię,iniussu populi Senatusq; dimisisses,si tuę mentis cōpos fuisses?Ecce tibi alter effusa iā maxima ꝑda, quā ex fortunis publicanorū,ex agris,vrbibusq; socio exhauserat,cū partim eius prædę ꝓfundę libidines deuorassent,partim noua quędā,& inaudita luxuries,partim etiam in illis locis,vbi omnia diripuit,emptiones,partim permutationes ad hunc Tusculanum montē extruendū:cū illa eius immensa & intolerabilis ædificatio cōstitisset:se ipsum,fascis suos,exercitum populi Romani,numen interdictiq; deorum immortalium,responsa sacerdotū,auctoritatē Senatus,iussa populi,nomen,ac dignitatē Imperii,Regi Aegyptio vēdidit.cū finis ꝓuincię tātos haberet,quātos voluerat,quātos optauerat,quātos mei capitis ꝑcio periculoq; emerat:his se tenere nō potuit,exercitū eduxit ex Syria.q̄ licuit extra puīciā?tribuit se mercenariū comitem Regi Alexādrino.quid hoc turpius?In Aegyptū venit,signa cōtulit cum Alexādrinis.qñ hoc bellū aut hic ordo,aut populus fuscepĕrat?cepit Alexandriā.quid aliud expectamus a furore eius,nisi vt ad Senatū tātis de rebus gestis literas mittat?hic si mētis esset fuę,nisi pœnas patrię,diisq; immortalibus eas,quę grauissimę sunt,furore atq; insania pēderet,ausus esset,mitto exire de prouincia,educere exercitū,bellū sua spōte gerere,in regnū iniussu populi aut Senat⁹ accedere.quæ cū plurimę leges veteres,tū lex Cornelia maiestatis, Iulia de pecuniis repetūdis planissime vetāt.sed hęc omitto.ille si nō acerrime fureret, auderet quā ꝓuinciā P.Lentulus amicissim⁹ huic ordini,cū & auctoritate Senat⁹, & sorte haberet,interposita religione sine vlla dubitatione deposuisset,eā sibi tū adscīscere,cū etiā si religio nō impędiret,mos maio tñ,& exēpla,& grauissimę legū pœnę vetarēt?Sed qm̄ fortunā cōtentionē facere cœpimus,de reditu Gabinii omittamus:quē, etsi sibi ipse præcidit,ego tamen os vt videam hominis expecto.tuū si placet reditum cum meo conferamus. At meus quidem is fuit,vt a Brundusio vsq; Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem,neq;

Pręter optatum.

Furiæ impiorum.

Furere.

Ecce tibi.

Partim ei⁹ prædæ.

Lex Cornelia maiestatis.

Lex Iulia repetundarū.

Perpetuū agmen.

enim regio fuit vlla,neq; municipiũ,neq; pfectura,aut colonia,ex qua non publice ad me venerint gratulatũ.quid dicã aduẽtus meos!quid effusiones hominũ ex oppidis!quid concursum ex agris patrũfamilias cũ cõiugibus ac liberis!quid eos dies,qui quasi deor; immortaliũ, festi,atq; solennes sunt aduẽtu meo,redituq; celebrati!vnus ille dies mihi quidẽ immortalitatis instar fuit,quo in patriã redii:cũ Senatũ egressum vidi,populũq; Romanũ vniuersum:cũ mihi ipsa Roma propẽ cõuulsa sedibus suis ad cõplectẽdũ cõseruatorẽ suũ procedere visa est.quæ me ita accepit,vt nõ modo omniũ generũ,ętatũ,ordinũ oẽs viri,ac mulieres omnis fortunę ac loci,sed etiã mœnia ipsa viderent,& tecta vrbis ac tẽpla lętari. Me cõsequẽtibus diebus in ea ipsa domo,qua tu me expuleras,quã expilaras,quã incenderas, Põtifices, Consules,Patres cõscripti collocauerũt,mihiq; (qđ ante me nemini) pecunia publica ædificã dã domũ cẽsuerũt.Habes reditũ meũ.confer nũc vicissim tuũ,quandoquidẽ amisso exercitu nihil incolume domũ,prẽter os illud pristinũ tuũ retulisti.qui primũ qua veneris cũ laureatis tuis lictorib9 quis scit!quos tu Męandros,dũ oẽs solitudines persequeris,quæ diuerticula,flexionesq;,quæsisti!qđ te municipiũ vidit!quis amicus inuitauit!quis hospes aspexit!nonne tibi nox erat pro die!nõ solitudo pro frequẽtia!caupona pro oppido!nõ vt redire ex Macedonia nobilis Imperator,sed vt mortuꝰ infamis referri videreť.Romam vero ipsam,fœdauit aduentus tuus:O familię nõ dicam Calphurnię,sed Caluentię,neq; huius vrbis,sed Placentini municipii,neq; paterni generis,sed brachatæ cognationis dedecus,quẽadmodũ venisti!quis tibi,non dicam horum,aut ciuiũ cæterorum,sed tuorum legatorũ obuiã venit!mecum enim tũ L.Flaccus vir tua legatione indignissimus,atq; iis consiliis, quibus mecum in cõsulatu meo coniũctus fuit,ad cõseruandam Remp.dignior,mecum fuit, tum cũ te qdam non longe a porta cũ lictoribus errantem visum esse narrabat.scio item virũ fortem in primis belli ac rei militaris pęritũ familiarem meũ Q.Martiũ:quorum tu legatorum prędio Imperator appellatus eras,cum longe abfuisses:aduentu isto tuo domi fuisse otiosum.Sed quid ego enumero qui tibi obuiã nõ venerit!qui dico venisse pene neminem, ne de officiosissima quidẽ natione candidatorum,cũ vulgo essent & illo ipso,& multis ante diebus admoniti & rogati.Togulę lictoribus ad portã prędto fuerũt: quibus illi acceptis,sagula reiecerũt, & cateruam Imperatori suo nouã præbuerũt.sic iste tanto exercitu,tanta prouincia,triẽnio post Macedonicus Imperator in vrbem se intulit:vt nullius negotiatoris obscurissimi redit9 vnq; fuerit desertior.in quo me tamen,qui esset paratus ad se defendendum,reprehendit. cũ ego Cęlimontana porta introisse dixissem,responsione me mimica Esquilina introisse hõ promptissimus lacessiuit.quasi vero id,aut ego scire debuerim,aut vestrũ quispiam audierit, aut ad rem pertineat,qua tu porta introieris,modo ne Triũphali,quæ porta Macedonicis semp cõsulibus ante te patuit.tu inuentus es,qui cõsulari Imperio prædit9 ex Macedonia nõ triũphares. At audistis P.C.philosophi vocem.negauit se triumphi cupidũ vnq; fuisse.O scelus, O pestis,O labes: cũ extinguebas Senatũ,vendebas auctoritatẽ huius ordinis,addicebas tribuno pl.cõsulatũ tuũ,Remp.euertebas,prodebas caput & salutẽ meam vna mercede prouincię,si triũphũ non cupiebas,cuius tandem rei te cupiditate arsisse defendes!sæpe enim vidi, qui & mihi & cæteris cupidiores prouincię viderent,triũphi nomine tegere atq; velare cupiditatẽ suã.hoc modo Decimus Syllanus cõsul in hoc ordine,hoc meus etiã Collega dicebat.neq; eñ qsq; potest exercitũ cupere,apertęq; petere,vt non ptexat cupiditatẽ triũphi. Q; si te Senatus populusq; Ro.aut nõ appetentẽ,aut etiã recusantẽ,bellũ suscipere,exercitũ ducere coegisset,tñ erat angusti animi,atq; demissi,triũphi honorẽ,atq; dignitatẽ cõtẽnere.nã vt leuitatis est inanem aucupari rumorẽ,vt oĩs vmbras etiã falsæ glorię cõsectari:sic leuis ẽ animi,lucẽ,splẽdorẽq; fugiẽtis,iustã gloriã,q est fructus veræ virtutis honestissimꝰ,repudiare.Cũ vero nõ mõ nõ postulãte,atq; cogẽte, sed inuito,atq; oppsso Senatu,nõ mõ nullo populi Ro.studio,sed nullo ferẽte suffragiũ libero,puincia tibi ista manu pciũ fuerit nõ euersę p te,sed pditę ciuitatis:cũq; omniũ tuorũ scelerũ hæc pactio extiterit,vt si tu totã Rẽp.nefariis latronib9 tradidisses,Macedonia tibi ob eã rẽ,qb9 tu finib9 velles reddereť:cũ exhauriebas ęrariũ:cũ orbabas Italiã iuuẽtute:cũ mare vastissimũ hyeme trãsibas:si triũphũ cõtẽnebas,q; te pdo amẽtissime,nisi pdę,ac rapinarũ cupiditas tã cęca rapiebat! Nõ est integrũ Cn. Pompęio consilio iam vti tuo.errauit enim,non gustarat istam tuam philosophiam,ter iam homo stultus triũphauit. Crasse pudet me tui.qd est,q; cõfecto formidolosissimo bello,coronã illã laureã tibi tãtope decerni volueris a Senatu!P.Seruili,Q.Metelle,C.Curio,P.Aphri

Instar immortalitatis.

Męandri.

Caupona.

*

Natio candidatorum officiosissima.

Porta triũphalis.

Manu pciũ

cane,cur nō hūc audiſtis tā doctū hominem,tā eruditū,prius q̄ in iſtum errorē induceremini? C.ipſi Pontino neceſſario meo iam non eſt integrum:religionibus enim ſuſceptis impedit.O ſtultos Camillos,Curios,Fabricios,Calatinos,Scipiones,Marcellos,Maximos:o amentē Paulū,ruſticū Mariū,nullius cōſilii patres iſtoꝝ: amboꝝ cōſulū,qui triumpharūt.Sed quo
Homulus. niā prēterita mutare nō poſſumus,quid ceſſat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus,dare hæc prēclara præcepta ſapientię clariſſimo & ſummo Imperatori genero ſuo? ferē ille vir mihi crede gloria:flagrat,ardet cupiditate iuſti & magni triūphi:nō didicit eadē iſta quæ tu.mitte ad eū libellū:ſed iā ſi ipſi corā cōgredi poteris, meditare quib⁹ verbis incēſam illius cupiditatē cōprimas,atq; reſtinguas.valebis apud hominē volitantē glorię cupiditate vir moderatus & conſtans,apud indoctū eruditus,apud generū ſocer.dices em̄,vt es homo facetus, ad pærſuadendum concinnus,perfectus,politus e ſchola.quid eſt Cęſar,q̄ te ſupplicationes toties decretę,tot dierū,tantopere delectent?in quibus homines errore ducuntur, quas dii negligūt,qui (vt noſter ille diuinus dixit Epicurus)neq; propitii cuiq̄ eſſe ſolēt,ne q̄ irati.Non facies fidē ſcilicet cū hæc diſputabis.tibi em̄ & eſſe & fuiſſe deos videbis iratos. vertes te ad alterā ſcholam,diſſeres de triumpho.quid tandem habet iſte currus?quid vincti ante currum duces?quid ſimulacra oppidorum?quid aurum?quid argētū?quid legati in eqs & tribuni?quid clamor militū?quid tota illa pompa?inania ſunt iſta mihi crede,delectamenta pene puerorum,captare plauſus,vehi per vrbem,conſpici velle.quibus ex rebus, nihil eſt qđ ſolidum tenere,nihil qđ referre ad voluptatem corporis poſſis.Quin tu me vides,qui ex qua ꝓuincia T.Flaminius,L.Paulus,Q.Metellus,T.Didius,innumerabiles alii,leui cupidita te commoti triumpharunt,ex ea ſic redii,vt ad portam Eſquilinam Macedonicā lauream cō culcarim:ipſe cū hominibus quindecim male veſtitis ad portam Cęlimontanā ſitiens puene rim:quo in loco,mihi libert⁹ p̄claro Imperatori domū ex hac die biduo ante cōduxerat:quæ vacua ſi nō fuiſſet,in campo Martio mihi tabernaculum collocaſſem. Nūmus interea mihi Cæſar neglectis vehiculis triūphalibus domi manet,& manebit.rationes ad ęrariū retuli cōtinuo,ſicut tua lex iubebat:neq; alia vlla in re legi tuæ paruī.quas rationes ſi cognoris,ītelliges nemini plus q̄ mihi literas profuiſſe. ita em̄ ſunt pærſcriptę ſcite,& literate,vt ſcriba,ad
Plautus in Trinūmo. ærarium qui eas retulit,pærſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu pærfricans,cōmurmurat⁹ ſit.Ratio quidem hercle apparet,argentum ὄιχεται.Hac tu oratione non dubito,quin illum iam aſcendentem in currum poſſis reuocare.O tenebrę,O lutum,O ſordes,O paterni generis oblite,materni vix memor:ita neſcio quid iſtuc fractum,humile, demiſſum,
L.Craſſus ſpiculis p-pę ſcrutat⁹ Alpes. ſordidū,inferius etiam eſt,q̄ vt Mediolanēſi p̄cone auo tuo dignum eſſe videatur.L.Craſſus homo ſapientiſſimus noſtrę ciuitatis,ſpiculis prope ſcrutat⁹ eſt Alpes:vt vbi hoſtis nō erat, ibi triumphi cauſam aliquā quæreret.eadē cupiditate vir ſummo ingenio prāditus C.Cotta nullo certo hoſte flagrauit.eorum neuter triumphauit,q̄ alteri illum honorem collega, alteri mors ademit.Irriſa eſt abs te paulo ante M.Piſonis cupiditas triūphandi,a qua te longe dixiſti abhorrere.qui etiam ſi minus magnum bellum geſſerat,vt abs te dictum eſt,tñ iſtū
Idiotæ. honorem contemnendum non putauit.Tu eruditior q̄ Piſo,prudentior q̄ Cotta,abūdātior cōſilio,ingenio,ſapientia,q̄ Craſſus,ea contemnis,quæ illi idiotæ,vt tu appellas,p̄clara duxerunt.Q; ſi reprehendis q̄ cupidi laureę fuerint,cū bella aut parua aut nulla geſſiſſent,tu tā
* tis nationibus ſubactis,tantis rebus geſtis,minime fructum laborum tuorum,præmia pericu lorū,virtutis inſignia contēnere debuiſti.neq; vero cōtempſiſti,licet Themiſta ſapiētior,ſi os tuū ferreū Senatus conuitio verberare noluiſti.Iam vides,quādoquidē ita mihimet fui inimicus,vt me tecū cōparare:& digreſſum meū,& abſentiam,& reditū ita lōge tuo præſtitiſſe, vt mihi illa oīa immortalē gloriā dederint,tibi ſempiternā turpitudinē inflixerint. nūc etiā in hac quotidiana,aſſidua,vrbanaq; vita ſplendorē tuū,gratiā,celebritatē domeſticā, operā
Infirmiſſimus. forenſem,cōſiliū,auxiliū,auctoritatē,ſentētiā ſenatoriā nobis,aut verius dicam,cuiq̄ es infirmiſſimo ac deſperatiſſimo antelaturus? Age Senat⁹ odit te,qđ eū tu facere iure cōcedis,affli-
Deſperatiſſimus. ctorē,& pditorē nō mō dignitatis & auctoritatis,ſed oīno ordinis,ac noīs ſui:videre Eqtes Ro.nō poſſunt,quo ex ordine vir præſtantiſſim⁹ L.Elius eſt te Conſule relegatus:plebs Romana pærditū cupit,in cuius tu infamiā ea,q̄ pær latrones,& p ſeruos de me egeras,cōtuliſti: Italia cūcta execrat,cuius idē tu ſuperbiſſime decreta & p̄ces repudiaſti. fac huius odii tāti,
Fac piculū. ac vniuerſi periculū ſi audes.inſtant poſt hominū memoriā paratiſſimi, magnificentiſſimiq; ludi:quales nō modo nunq̄ fuerunt,ſed ne quomodo fieri quidem poſthac poſſint,poſſum

vllo pacto suspicari.Da te populo,committe ludis.sibilū metuis?vbi sunt vestrę scholę?ne ac clameť?ne id qdē est curare philosophi.manus tibi ne afferanť,times.dolor enim est malū,vt disputas:existimatio,dedecus,infamia,turpitudo,verba sunt,atq; ineptiæ.sed de hoc nō dubito,nō audebit accedere ad ludos.cōuiuiū publicū non dignitatis causa inibit:nisi forte,vt cū P.Clodio hoc est comptoribus suis cœnet.sed plane animi sui causa ludos nobis idiotis relinquet.solet in disputationib9 suis oculorū,& auriū delectatiōi,abdominis voluptates anteferre. nam q vobis iste tantūmodo improbus,crudelis olim furunculus,nūc vero etiā rapax,q sordidus,q contumax,q superbus,q fallax,q perfidiosus,q impudens,q audax eē videatur,nihil scitote esse luxuriosi9,nihil libidinosius,nihil posterius,nihil nequius.luxuriā autē in isto nolite hanc cogitare:est enim quędā,q̄q̄ omnis est vitiosa,atq; turpis,tñ ingenuo,ac libero dignior.nihil apud hūc lautū,nihil elegans,nihil exquisitū(laudabo inimicū) ne magnopere quidem quicq̄ præter libidines sumptuosum.Toreuma nullum,maximi calices:& hi,ne contemnere suos videať,Placentini: extructa mensa non conchyliis aut piscib9, sed multa carne subrancida.serui sordidati ministrant, nonnulli etiam senes:idem coquus, idem atriensis: pistor domi nullus,nulla cella,panis & vinum a propola,atq; de cupa: Græci stipati,quini in lectulis,sæpe plures,ipse solus,bibiturus quæ eodem de solio ministrenť.vbi gallī cantū audiuit,auum suum reuixisse putat,mensam tolli iubet. Dicet aliquis vnde tibi hæc nota sunt?non mehercule cōtumelię causa describam quenq̄,præsertim ingeniosum hominem,atq; eruditū.cui generi esse ego iratus,ne si cupiam quidem,possum.Est quidam græcus,qui cū isto viuit,homo,vere vt dicam,sic enim cognoui,humanus,sed tādiu,q̄diu cum aliis est,aut ipse secū.is cum istum adolescentem iam tū cū hac diis irata fronte vidisset,non fugit eius amicitiam,cū esset præsertim appetitus:dedit se in consuetudinem,sic,vt prorsus vna viueret,nec fere ab isto vnq̄ discederet.non apud indoctos,sed vt ego arbitror,in hominū eruditissimorū,& humanissimorū cœtu loquor.audistis profecto dici, philosophos Epicureos omnis res,quę sunt homini expętendę,voluptate metiri.recte an secus, nihil ad nos: aut si ad nos,nihil ad hoc tempus.sed tamen lubricum genus orationis,adolescentī nō acriter intelligenti sæpe præceps.itaq; admissarius iste simulatq; audiuit a philosopho voluptatē tantopere laudari,nihil expiscatus est:sic suos sensus voluptarios omnis incitauit,sic ad illius hanc orationē adhinniit,vt non magistrum virtutis,sed auctorem libidinis a se illū inuentū arbitraretur.Gręcus primo distinguere,atq; diuidere illa quēadmodū dicerenť.iste claudus(quomodo aiunt)pilam retinere:qđ acceperat testificari,tabulas obsignare velle, Epicurū disertū decernere:& tamen dictū opinor,se nullū bonū intelligere posse demptis corporis voluptatib9.quid multa?græcus facilis,& valde venustus,nimis pugnax contra Senatorē populi Roma.esse noluit.est autē hic,de quo loquor,nō philosophia solū,sed etiā literis,qđ fere cæteros Epicureos neglígere dicūt,perpolitus.Poema porro facit ita festiuū, ita cōcinnū, ita elegans,nihil vt fieri possit argutius.in quo reprehendat eū licet,si qui volet, modo leuiter,non vt impurū,non vt improbū,non vt audacē,sed vt græculum,vt assentatorē,vt poetam.deuenit,aut potius incidit in istū eodē deceptus supercilio gręcus,atq; aduena,quo tam sapiens,& tanta ciuitas.se reuocare nō poterat familiaritate implicatus,& simul inconstātię famā verebať:rogatus,inuitatus,coactus,ita multa ad istū de isto scripsit, vt omnes hoīs libidines,omnia cœnarū genera,conuiuiorūq;,adulteria eius delicatissimis versib9 expresserit. in quibus,si quis velit,possit istius tanq̄ in speculo vitā intueri:ex qbus multa a multis lecta & audita recitarē,nisi vererer ne hoc ipsum genus orationis,quo nūc vtor,ab hui9 loci more abhorreret.& simul de ipso,q scripsit,detrahi nolo.q si fuisset in discipulo cōparādo meliore fortuna,fortasse austerior & grauior esse potuisset.sed eū casus in hāc cōsuetudinē scribēdi induxit philosopho valde indignā:siquidē philosophia vt ferť virtutis cōtinet,& officii,& beneviuendi disciplinam.quā qui profiteť,grauissimā mihi sustinere personā videť.sed idem casus illū ignarū quid ꝓfiteretur,cū se philosophū esse diceret,istius impurissimę ac intēperatissimę pecudis cœno & sordib9 inquinauit:qui modo res gestas Cōsulatus mei cū laudasset,quę quidē laudatio hominis turpissimi mihi ipsi erat pene turpis,non vlla tibi inquit inuidia nocuit,sed versus tui.nimis magna pœna te Cōsule cōstituta est,siue malo poetæ,siue libero.scripsisti enim versus.Cedant arma togę.quid tum?hæc res tibi fluctus illos excitauit.at hoc nusq̄ opinor scriptum fuisse in illo elogio,quod te Consule in sepulcro Reipub. inciſum est,velitis,iubeatis,vt, nō q M.Cicero versum fecerit,sed q vindicarit.Veruntamē

Idiotæ.

Furūculus

Caro subrā cida.

Panis & vinū a propola,atq; de cupa.

Admissarius

Expiscatus

Adhinnire

Claudus pilā retinere.

Philosophia.

Elogium.

Aríſtarch⁹ Phalaris.

qm̃ te non Aríſtarchum,ſed Phalarin grammaticum habemus,quí nõ notã apponas ad malum verſum,ſed poetam armís perſequare:ſcire cupío quíd tandem íſto in verſu reprehendas?

Cedant arma togę.

Cedant arma togæ.tuæ dícis,inquít,togæ ſummũ Imperatorem eſſe ceſſurum.quid nũc te aſine líteras doceam?nõ opus eſt verbis,ſed fuſtíbus.nõ díxi hanc togã,qua ſum amíctus,

Toga inſigne pacís & otíi:arma belli.

nec arma,ſcutum, & gladíum vníus Imperatorís : ſed ꝙ pacís eſt ínſigne,& otíi toga,contra autem arma tumultus atq; belli,more poetarum locutus,hoc íntelligí volui: bellũ,ac tumultum paci,atq; otío conceſſurum.quære ex familiari tuo Græco íllo poeta:probabit gen⁹ ípſum,& agnoſcet,neq; te níhil ſapere mirabit.At ín íllo altero ínquit hæres.

Concedat laurea laudi.

Concedat laurea laudi.Immo mehercule habeo tibí gratíam:hærerem enim,níſi tu me expédiſſes.nam cũ tu timidus ac tremens tuís ípſe furacíſſimís manibus detractam cruẽtís faſcíbus lauream ad portam Eſquilínam abieciſti,indicaſti non modo ampliſſimę, ſed etíam mínimę laudí laureã conceſſiſſe.Atq; íſta ratione hoc tamẽ íntelligí ſcelerate vís,Pompęium ínimicum míhí íſto verſu eſſe factum:vt ſi verſus míhí nocuerit,ab eo,quem ís verſus offenderit,videatur míhí pernícies eſſe quęſita.

Compænſare cũ vno.

Omítto,níhil íſtum verſum pertínuiſſe ad íllum:non fuíſſe meũ,quẽ quantum potuíſſem multís ſæpe oratiónibus ſcríptiſq; decoraſſem,hunc vno violare verſu. Sed ſit offenſus prímo,nonne compenſabit cum vno verſículo tot mea volúmina laudũ ſuarum? Q2 ſi eſt commotus,ad pernícíem ne non dícam amiciſſimi,non íta de ſua laude meríti,non íta de Republica,non Conſularís,non Senatorís,non ciuis,non líberí:ín hominís caput ille tam crudelís propter verſum fuiſſet?tu quídem,tu apud quos,de quo dícas íntelligís?cõplecteris ampliſſímos víros ad tuum & Gabínii ſcelus,neq; íd occulte.nam paulo ante dixíſtí,me cũ íís confligere,quos deſpicerem:non attíngere eos,qui plus poſſent,qbus íratus eſſe deberem.quorum quídem:quís enim non íntelligit quos dícas?q̃q̃ non eſt vna cauſa

Probata mihi cauſa.

omnium,tamen eſt omniũ míhí probata.me Cn.Pompęius multís obſiſtentíb⁹ eíus erga me ſtudío,atq; amorí ſemper dílexít,ſemper ſua cõiunctione dígniſſímum iudicauit,ſemper non modo íncolumem,ſed etiã ampliſſimũ,atq; ornatiſſímum voluit eſſe.veſtrę fraudes,veſtrum ſcelus,veſtrę crímínatíones inſidiarũ mearũ,illíus pęrículorum nefarie fictæ,ſimul eorũ, quí

Domicíliũ ſermonũ in aurib⁹ collocatos.

familiarítatís licẽtía,ſuorũ ímprobiſſímorũ ſermonũ domicílíum,ín auríb⁹ eíus ímpulſu veſtro collocauerũt,veſtrę cupíditates ꝓuinciarũ,effecerũt,vt ego excluderer,oẽſq; q me,q íllíus gloriã,q Rẽp.ſaluã eſſe cupiebãt,ſermone atq; aditu prohiberent. Quib⁹ rebus eſt pęrfectum,vt íllí plane ſuo ſtare iudícío nõ líceret,cũ certí hoſtes nõ ſtudíũ eius a me alienaſſent, ſed auxíliũ retardaſſent.Nonne ad te L.Lentulus,quí tũ erat Prętor,nõ Q.Sanga,nõ L.Torquatus pater,nõ M.Lucullus venit?qui oẽs ad eũ multíq; mortales oratũ ín Albanũ obſecratũq; venerant, ne meas fortunas deſereret cũ Reip.ſalute coníũctas.quos íllе ad te,& ad tuũ collegã remíſit,vt cauſam publícã ſuſcipęretís,vt ad Senatũ referretis: ſe cõtra armatũ Tribunũ pl.ſine cõſilío publíco decertare nolle,cõſulib⁹ ex S.C.Remp.defendẽtíb⁹ ſe arma ſuſcepturũ.Ecqd ínfelíx recordaris,quid reſpõderís?In quo íllí oẽs quidẽ,ſed Torquatus ꝓter cęteros furebat cõtumacía reſpõſi tuí:te non eſſe tã fortem q̃ ípſe Torquat⁹ ín Conſulatu fuíſſet,aut ego:níhíl opus eſſe armis,níhíl cõtẽtiõe:me poſſe íterũ Remp.ſaluare ſi ceſſiſſem:ínfinítam cędem fore,ſi reſtitíſſem.deinde ad extremũ neq; ſe,neq; generũ,neq; Collegam ſuũ, tríbuno plebis defuturum.hic tu hoſtís ac proditor alíís me ínimiciorem q̃ tibí debere eſſe dícís?Ego C.Cęſarẽ nõ eadem de Rep.ſenſiſſe,quæ me,ſcío:ſed tamen,qđ íã de eo,hís audiẽtib⁹,ſæpe díxi,me íllе ſuí totíus Conſulatus,eorumq; honorum,quos cũ ꝓxímís cõmunicauit,ſociũ eſſe voluit,detulit,ínuitauit, rogauit.nõ ſum ego propter nímiã fortaſſe cõſtãtiæ cupídítatẽ adductus ad cauſam:non poſtulabam vt ei chariſſim⁹ eſſem,cuius ego beneficíís quidẽ ſententíam meã tradidíſſem.Adducta res ín certamen te Cõſule putabatur,vtrũ quæ ſuperíore anno íllе geſſiſſet,manerent,an reſcínderent.quíd loquar plura?ſi tãtum íllе ín me eſſe vno roborís,& vírtutís putauit,vt ea,quæ ípſe geſſerat,concíderẽt,ſi ego reſtitíſſem,cur non ignoſcam,ſi antepoſuit ſuam ſalutem meæ?Sed prætería omítto,me vt Cn.Pompeius omnibus ſuís ſtudíís,laboribus,vitæ pęrículis cõplexus eſt,cũ municípía pro me adíret,Italię fidem ímploraret,P.Lentulo Conſulí auctorí ſalutís meę frequẽs aſſíderet,Senatui ſententíam pręſtaret,ín cõcíonibus non modo ſe defenſorẽ ſalutís meę,ſed etiã ſupplicẽ pro me ꝓfíteret: huius voluntatís eũ,quẽ multũ poſſe ítelligebat,míhí nõ ínímicũ eſſe cognorat,ſociũ ſibí & adiutorẽ C.Cæſarẽ adiũxit.Iam vídes me tibí non ínímicũ,ſed hoſtẽ:íllís, quos deſcríbís,non modo non íratum,ſed etíam amicũ eſſe debere.quorum alter,íd qđ memínero ſemp,

æque mihi fuit amicus,ac sibi:alter,id qđ obliuiscar aliqñ , sibi amicior q̃ mihi.Deinde hoc ita fit,vt viri fortes,etiam si ferro inter se comminus decertarint,tamen illud contentionis odium simul cum ipsa pugna armisq; ponant.Atq; me ille odisse nunq̃ potuit,ne tum quidem cum dissidebamus,habet hoc virtus,quã tu ne de facie quidẽ nosti,vt viros fortes speVirtutis
cies eius,& pulchritudo etiam in hoste posita delectet.Equidem dicã ex animo P.C.qđ sen- species etiã
tio,& qđ vobis audientibus sępe iam dixi.si mihi nunq̃ amicus C.Cęsar fuisset,sed semp ira in hoste posi
tus:si aspernaretur amicitiam meam , seseq; mihi implacabilem inexpiabilemq; præberet: ta ta delectat.
men ei,cum tantas res gessisset,gereretq; quotidie,non amicus esse non possem: cuius ego De facie
imperio non Alpium vallum contra ascẽsum transgressionemq; Gallorũ,non Rheni fossam nosti.
fugitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus obiicio,& oppono.perfecit ille,vt si montes resedissent,amnes exaruissent,non naturę prędio,sed victoria sua rebusq; gestis Italiam munitam haberemus.sed cum me expetat,diligat,omni laude dignum putet,tu me a tuis inimicitiis ad simultatem reuocabis?sic tuis sceleribus Reip. pręterita facta refricabis?qđ quidem tu,qui bene nosses coniunctionem meam,& Cęsaris,eludebas,cum a me trementibus omnino labris,sed tamen cur tibi nomen non deferrem requirebas.q̃q̃,qđ Labris tre-
ad me attinet,nunq̃ istam imminuam curam inficiando tibi:tamen est mihi considerandum mentibus.
quantum illi tantis Reip.negotiis,tantoq; bello impedito,ego homo amicissimus,sollicitudinis atq; oneris imponam.nec despero tamen,q̃q̃ languet iuuentus,nec perinde atq; debeat in laudis & glorię cupiditate versetur,futuros aliquos,qui abiectum hoc cadauer, consularibus spoliis nudare non nolint:presertim tam afflicto,tam infirmo,tam eneruato reo: qui te ita gesseris,vt timeres,ne indignus beneficio videreris,nisi eius,a quo missus eras,simillimus extitisses. An vero tu parum putas inuestigatas esse a nobis labes imperii tui,stragesq; prouincię?quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos,sed totis voluptationibus corporis,& cubilibus persecuti sumus.notata a nobis sunt & prima illa scelera in aduẽtu , cũ accepta pecunia a Dyrrhachinis ob necem hospitis tui Platoris,eius ipsius domum euertisti,cuius sanguinem addixeras:eumq; seruis symphoniacis,& aliis muneribꝰ acceptis Addicere.
timentem & multum dubitantem confirmasti, & Thessalonicam fide tua venire iussisti.quẽ Fide tua
ne maiorum quidem more supplicio affeciſti,cum miser ille securibus hospitis sui ceruices venire.
subiicere gestiret:sed ei medico,quem tecum eduxeras,imperasti,vt venas hominis incideret.Tum quidem tibi etiam accessio fuit ad necem Platoris,Pleuratus eius comes,quem ne casti verberibus summa senectute confectum.Idemq; tu Rabocentum Bessicę gentis principem,cum te trecentis talentis Regi Cotto vendidisses,securi percussisti:cum ille ad te legatus in castra venisset,& tibi magna præsidia & auxilia a Bessis peditum equitumq; polliceretur.neq; eum solum,sed etiam cęteros legatos qui simul venerant:quorum omnium capita Regi Cotto vendidisti.Denseletis,quę natio semper obediens huic imperio,etiam in illa o- Denseletę.
mnium barbarorum defectione Macedonica,C.Sestium prętorem tutata est, nefarium bellũ & crudele intulisti:eisq; cum fidelissimis sociis vti posses , hostibus vti acerrimis maluisti. Ita perpetuos defensores Macedonię,vexatores,ac perditores effecisti.vectigalia nostra perturbarunt,vrbes ceperunt,vastarunt agros, socios nostros in seruitutem adduxerunt, familias arripuerunt,pecus abegerunt, Thessalonicẽses,cum oppido desperassent,munire arcem coegerunt.A te Iouis Velsuri fanum antiquissimum barbarorum,sanctissimumq; direptũ Iouis Vel
est.tua scelera dii immortales in nostros milites expiauerunt.qui cum vno genere morbi af suri fanũ.
fligerentur,neq; se recreare quisq̃ posset,qui semel incidisset:dubitabat nemo, quin violati Expiauerũt
hospites,legati necati,pacati atq; socii nefario bello lacessiti, fana vexata,hanc tantam effi scelera in
cerent vastitatem.Cognoscis ex particula parua scelerum & crudelitatis tuę genus vniuer nostros.
sum.quid auaritię,quę criminibus infinitis implicata est,summam nunc explicem ? generatim ea,quæ maxime nota sunt,dicam.nonne sestertium centies & octogies,qđ,quasi vasarii Vasarium.
nomine,in venditione mei capitis ascripseras, ex ærario tibi attributum Romę in quęstu reliquisti?nonne cum.CC.talenta tibi Apolloniatę Romæ dedissent,ne pecunias creditas soluerent,vltro Fufidium Equitem Ro.hominem ornatissimum,creditorem debitoribus suis addixisti?nonne hyberna cum legato,præfectoq; tradidisses,euertisti miseras funditus ciuitates?quę non solum bonis sunt exhaustę,sed etiam nefarias libidinum contumelias turpitudinesq; subierunt.qui modus tibi fuit frumenti çstimandi?qui honorarii?si quidem potest vi & metu extortũ honorariũ nominari.quod cũ pręque omnes,tũ acerbissime Bœotii,&

Byzantii,Cherronẽſes,Theſſalonica ſenſit.vnus tu dominus,vnus æſtimator, vnus vendi-
tor,tota in ꝓuincia,per triennĩ frumenti oĩis fuiſti.Quid ego rerũ capitaliũ q̃ſtiones,reo
rum pactiones,redẽptiones,acerbiſſimas damnationes,libidinoſiſſimas liberationes ꝓferam:
tantũ locũ aliquẽ cũ mihi notũ ſenſeris,tecũ ipſe licebit quot in eo genere & quãta ſint cri
mina recordere.Quid:illam armorũ officinam ecquid recordaris:cũ oĩi totius ꝓuincię pe
core compulſo,ꝑlĩũ nomine,omnẽ queſtũ illũ domeſticũ paternũq; renouaſti: videras eĩ,
grandis iã puer bello Italico repleri queſtu veſtram domũ:cũ pater armis faciẽdis tuus præ-
fuiſſet.quid:vectigalẽ ꝓuinciã,ſingulis rebus,quęcũq; venirent,certo portorio impoſito,ſer
uis tuis publicanis a te factam eſſe meminiſti:quid:cẽturiatus palam venditos: quid:per tu-
um ſeruulum ordines aſſignatos:quid:ſtipendium militibus per omnes annos a ciuitatibus
menſis palam propoſitis eſſe numeratum:quid:illa in Pontum profectio & conatus tuus:
quid debilitatio,atq; abiectio animi tui , Macedonia Prætoria nunciata:cum tu non ſolum
q̃ tibi ſuccederet,ſed q̃ Gabinio nõ ſuccederetur,exanguis & mortuus concidiſti:quid que
ſtor Aedilitius reiectus præpoſitus:legatorum tuorum optimus abs te q̃ſq; violatus:tribu-
ni militũ nõ recepti:M. Bebius vir fortis interfectus iuſſu tuo:quid q̃ tu toties diffidens,
ac deſperans rebus tuis,in ſordibus,lamentis,luctuq; iacuiſti:q̃ populari illi ſacerdoti ſexcẽ
tos ad beſtias amicos ſociosq; miſiſti:quid:q̃ cũ ſuſtentare vix poſſes mœrorẽ tuũ , dolorẽq;
deceſſionis,Samothraciã te primum,inde Tarſum cũ tuis teneris ſaltatoribus, & cũ Anto-
bulo,Athamante,& Timocle formoſis fratribus cõtuliſti:quid:cũ inde te recipiens , in villa
Euchadię,q̃ fuit vxor exegiſti:iacuiſti mœrens aliquot dies:atq; inde obſoletus Theſſaloni
cam omnibus inſciẽtibus noctuq; veniſti,qui cũ concurſum plorantiũ,ac tẽpeſtatem querela
rum ferre nõ poſſes,in oppidũ deuiũ Beroam ꝓfugiſti,quo in oppido cũ tibi ſpe falſa, q̃ Q.
Acharium nõ eſſe ſucceſſurũ putares,animos rumor inflaſſet,quo te modo ad tuã intempe
Aurũ Co- rantiã ſcelerate innouaſti:Mitto aurũ coronariũ,qđ te diutiſſime torſit:cũ modo velles,mo
ronarium. do nolles,lex eĩ generi tui & decerni,& te accipere vetabat,niſi decreto triumpho. in quo
tu accepta tamẽ & deuorata pecunia Vtinachorũ,centũ talenta euomere nõ poteras. voca-
Diplomata bula tantũ pecuniarũ & genera mutabas.Mitto diplomata tota in ꝓuincia paſſim data: mit
to numerũ nauiũ,ſummamq; prędę:mitto rationẽ exacti imperatiq; frumẽti:mitto ereptam
libertatẽ populis,ac ſingulis,qui erãt affecti premiis nominatim:quorũ nihil eſt,qđ non ſit
lege Iulia,ne fieri liceat,ſancitũ diligẽter.Aetoliã,q̃ procul a barbaris diſiuncta gentibus in
ſinu pacis poſita medio fere Grecię gremio cõtineť,O pœna,O furia ſociorũ,decedens miſe
ram ꝓdidiſti.Arſinoan Thracum,Neopactũ,vt modo tute indicaſti,nobiles vrbes, atq; ple-
nas fateris ab hoſtibus eſſe captas.quibus autẽ hoſtibus:nẽpe his,quos tu Ambracię ſedens,
primo tuo aduentu ex oppidis Aggrinarũ,atq; Dolopum demigrare,& aras,& focos relin
quere coegiſti.hoc tu in exitu preclare imperator,cũ tibi ad priſtinas clades acceſſio fuiſſet
Aetolię repentinus interitus,exercitũ dimiſiſti:neq; vllã pœnã,q̃ tãto facinori deberetur, nõ
maluiſti ſubire,q̃ numerũ tuorũ militũ reliquiasq; cognoſcere.Atq; vt duorũ Epicureorum
ſimilitudinẽ in re militari imperioq; videatis:Albutius cũ in Sardinia triũphaſſet,Romę da
mnatus eſt.hic cũ ſimilẽ exitũ ſpectaret,in Macedonia Trophęa poſuit:eaq;,q̃ bellicę laudis,
victorięq; oẽs gentes inſignia & monumẽta eſſe voluerũt,noſter hic prepoſterus Imperator
amiſſorũ oppidorũ, ceſarũ legionũ,ꝓuincię ꝑſidio,& reliquis militibus orbatę ad ſempiter-
Incidi ĩ ba num dedecus ſui generis & nominis indicia cõſtituit.idemq;,vt eſſet qđ in baſi trophæorũ
ſi. incidi,inſcribiq; poſſet,Dyrrhachiũ vt venit decedẽs,obſeſſus eſt ab iis ipſis militibus,quos
paulo ante Torquato reſpõdit beneficii cauſa ab ſe eſſe dimiſſos.quibus cũ iuratus affirmaſ
ſet,ſe,quę deberentur,poſtero die perſoluturũ,domũ ſe abdidit.inde nocte intẽpeſta crepida-
Crepidat⁹. tus veſte ſeruili nauẽ cõſcendit,Brunduſiũq; vitauit,& vltimas Adriani maris oras petiuit:
cum interim Dyrrhachii milites domũ,in qua iſtũ eſſe arbitrabanť,obſidere cœperũt: & cũ
latere hominẽ putarẽt,ignes circundederũt.quo metu cõmoti Dyrrhachini,ꝓfugiſſe noctu
crepidatũ imperatorẽ indicauerũt.illi autẽ ſtatuã iſtius ꝓſimilẽ,quã ſtare celeberrimo in lo
co voluerat,ne ſuauiſſimi hominis memoria morereť,deturbãt,affligunt,comminuũt,diſſi
pant.ſic odiũ qđ in ipſum attulerãt,id in eius imaginẽ ac ſimulacrũ ꝓfuderũt.Quę cum ita
ſint:non eĩ dubito,quin cũ hęc quę excellunt,me noſſe videas,nõ exiſtimes,mediã illã par-
tem & turbã flagitiorũ tuorũ mihi eſſe inauditã:nihil eſt qđ me hortere,nihil eſt qđ iuites.
admoneri me ſatis eſt:admonebit aũt nemo alius,niſi Reip.tẽpus:qđ mihi qdẽ magis videť,

q̃ tu vnq̃ arbitratus es, appropinquare. Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri? non æque legetur quisquis voluerit: nec quisquis noluerit, non legetur. nulli coniicientur in illum ordinem, nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad simulationem, coniicietur. Iudices iudicabunt ii, quos lex ipsa, nõ quos hominum libido delegerit. qđ cum ita sit, mihi crede, neminẽ inuitus inuitabis: res ipsa & reip. tempus aut me ipsum, qđ nolim, aut alium quempiam, aut inuitabit, aut dehortabitur. Eqdem, vt paulo ante dixi, non eadem supplicia esse in hominibus existimo, quę fortasse plerisq; damnationes, expulsiones, neces. deniq; nullam mihi pœnam videtur habere id, quod accidere innocenti, qđ forti, quod sapienti, qđ bono viro, & ciui potest. damnatio ista, quę in te flagitatur, obtigit P. Rutilio, quod specimen habuit hęc ciuitas innocentię. maior mihi iudicum, & Reip. pœna illa visa est, q̃ Rutilii. L. Opimius eiectus est a patria is, qui Prętor, & Cõsul maximis Remp. periculis liberarat. non in eo, cui facta est iniuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris ac conscientię pœna remansit. At cõtra bis Catilina absolutus: emissus etiam ille auctor tuus prouincię, cum stuprum Bonę deę puluinaribus intulisset. quis fuit in tanta ciuitate, qui illum incesto liberatum, non eos, qui ita iudicarunt, pari scelere astrictos arbitraretur? An ego expectem, dum de te quinq; & septuaginta tabellę diripiantur? de quo iampridem omnes mortales omnium generum, ætatum, ordinum iudicauerunt? quis enim te aditu, quis vllo honore, quis deniq; communi salutatione dignum putet? omnes memoriã consulatus tui, facta, mores, faciem deniq;, ac nomen a Rep. detestantur. legati qui vna fuere, alie nati: Tribuni Mil. inimici: centuriones, & si qui ex tanto exercitu reliqui milites exístunt, nõ dimissi abs te, sed dissipati te oderunt, tibi pestem exoptant, te execrantur: Achaia exhausta, Thessalia vexata, laceratæ Athenæ, Dyrrhachium & Apollonia exinanita, Ambracia direpta: Parthini, & Bullienses illusi: Epirus excisa: Locri, Phocii, Bœotii exusti: Acarnania, Amphilochia, Perrhebia, Athamanumq; gens vendita: Macedonia condonata barbaris: Aetolia amissa: Dolopes finitimiq; montani oppidis atq; agris exterminati: ciues Romani qui in his locis negotiantur, te vnum, solum, suum depeculatorem, vexatorem, prædonem, hostem, venisse senserunt. Ad horum omnium iudicia tot atq; tãta, domesticum iudicium accessit, sententię damnationis tuæ, occultus aduentus, furtiuum iter per Italiam, introitus in vrbem desertus ab amicis, nullæ ad Senatum e prouincia literæ, nulla trinis æstiuis gratulatio, nulla triumphi mentio: non modo quid gesseris, sed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte & seminario triumphorum, cum arida folia laureę retulisses, cum ea abiecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te sententiam tulisse videris, tum iudicium pronunciauisti: qui si nihil gesseras dignum honore, vbi exercitus? vbi sumptus? vbi imperium? vbi illa vberrima supplicationibus triumphisq; prouincia? sin autẽ aliquid sperare volueras: cogitaras id, quod Imperatoris nomẽ, quod laureati fasces, qđ illa trophęa plena dedecoris, & risus, te commentatum esse declarant: quis te miserior? quis te damnatior? qui neq; scribere ad Senatum a te bene Rempub. esse gestam, neq; presens dicere ausus es? An tu mihi, cui semper ita persuasum fuerit, non euentis sed factis cuiusq; fortunam ponderari: dicere audes? neq; in tabellis paucorum iudicum, sed in sententiis omnium ciuium famam nostram fortunamq; pendere? te indemnatum videri putas? quem socii, quem fœderati, quem liberi populi, quem stipendiarii, quem negotiatores, quem publicani, quem vniuersa ciuitas, quem Legati, quem Tribuni militares, quem reliqui milites, qui ferrum, qui famem, qui mortem effugerunt, omni cruciatu dignissimum putant: cui non apud Senatum, non apud vllum ordinẽ, non apud Equites Romanos, non in vrbe, non in Italia maximorum scelerum venia vlla ad ignoscẽdum dari possit, qui se ipsum oderit, qui metuat omnis, qui suam causam nemini cõmittere aũdeat, qui se ipsum condemnet. Nunq̃ ego sanguinem expetiui tuum: nunq̃ illud extremum qđ posset esse improbis & probis commune supplicium, legis, ac iudicii, sed abiectum, contemptum, despectum a ceteris, a te ipso desperatum, & relictum, circunspectãtẽ oĩa, quicquid increpuisset pertimescentem, diffidentem tuis rebus, sine voce, sine libertate, sine auctoritate, sine vlla specie Consulari, horrentem, trementem, adulantem omnis, videre te volui. vidi. Quare si tibi euenerit, quod metuis ne accidat, equidẽ nõ moleste ferã. sin id tardius forte fiet, fruar tamẽ tua indignitate: nec minus libenter metuentẽ videbo ne reus fias, q̃ reũ: nec minus lętabor cũ te semper sordidũ, q̃ si paulisper sordidatum viderem.

Detestant a republi.

Dãnatior.

Oratio

PRO T. ANNIO MILONE. ORATIO. XXXIX.

Pro tẽplis.

Si vereor Iudices, ne turpe sit, p fortissimo viro dicere incipientẽ, timere: minimeq; deceat, cũ Tit⁹ Annius Milo ipse magis de reip. salute, q̃ de sua pturbet, me ad eius causam parẽ animi magnitudinem afferre non posse: tamẽ hęc noui iudicii noua forma terret oculos: q quocũq; inciderint, veterẽ consuetudinẽ fori, & pristinũ morem iudiciorũ minime vidẽt. non em̃ corona cõsessus vester cinctus est, vt solebat, nõ vsitata frequentia stipati sumus. nã illa prę dia, quę p tẽplis oĩbus cernitis, etsi cõtra vim collata sunt, non affe runt tamẽ oratori aliqd, vt in foro, & in iudicio, q̃q̃ prędiis salutaribus, & necessariis sepți sumus, tamẽ ne nõ timere quidẽ sine alĩ quo timore possimus. quę si opposita Miloni putarẽ, cederẽ tẽpori Iudices, nec inter tantam vim armorũ existimarẽ oratori locũ esse. sed me recreat, & reficit Cn. Pompęii sapiẽtissimi, & iustissimi viri consiliũ: qui pfecto nec iustitię suę putaret esse, quẽ reũ sententiis iudicũ tradidisset, eundẽ telis militũ dedere: nec sapientię, temeritatẽ cõcitatę multitudinis auctoritate publica armare. quãobrẽ illa arma, centuriones, cohortes, nõ pericũlũ nobis, sed prędidium denunciant: neq; solũ vt quieto, sed etiã vt magno animo simus hortant̃: neq; auxiliũ modo defensioni meę, verũ etiã silentiũ pollicent̃. reliqua vero multitudo, q̃ quidẽ est ciuium, tota nostra est: neq; eorũ quisq̃, quos vndiq; intuentes ex hoc ipso loco cernitis, vnde aliqua pars fori aspici põt, & hui⁹ exitũ iudicii expectãtes, nõ tũ virtuti Milonis fauet, tũ de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die certari putat. vnũ genus est aduersum, infestũq; nobis, eorum, quos P. Clodii furor rapinis, & incẽdiis, & oĩbus exitiis publicis pauit. q hesterna

Pręirent voce.

etiã cõcione incitati sunt, vt vobis voce pręirent, qd iudicaretis. quorũ clamor si quis forte fuerit, admonere vos debebit, vt eũ ciuẽ retineatis, q̃ semper genus illud hominũ, clamoresq; maxios p vestra salute neglexit. Quãobrẽ adeste animis Iudices: & timorẽ, si quẽ habetis, de

Adeste aĩs.

ponite. nã si vnq̃ de bonis, & fortibus viris, si vnq̃ de benemeritis ciuibus, potestas vobis iudicandi fuit: si denicq; vnq̃ locus amplissimorũ ordinũ delectis viris datus est, vbi sua studia erga fortes & bonos ciues, q̃ vultu & verbis sępe significassent, re & sentẽtiis declararẽt: hoc pfecto tẽpore eã potestatẽ oẽm vos habetis, vt statuatis, vtrũ nos, q semp vestræ auctoritati

Homicidii defensio. M. Horati⁹

deditĩ fuimus, semper miseri lugeamus: an diu vexati a pditissimis ciuibus, aliquãdo p vos, ac vestrã fidẽ, virtutem, sapiẽtiãq; recreemur. quid em̃ nobis duobus laboriosius Iudices? qd magis sollicitũ, magis exercitũ, dici, aut fingi potest? q spe amplissimorũ premiorũ ad rẽp. adducti, metu crudelissimorũ exitiorũ carere nõ possumus. Et quidẽ cęteras tẽpestates, & pcellas in illis duntaxat fluctibus concionũ, semp putaui Miloni esse subeundas, q̃ semp p bonis contra improbos senserat. in iudicio vero, & in eo cõsilio, in quo ex cunctis ordinib⁹ amplissimi viri iudicarent, nũq̃ existimaui spẽ vllã esse habituros Milonis inimicos, ad eius non salutem modo extinguẽdã, sed etiã gloriã p tales viros infringendã. q̃q̃ in hac causa Iudices, Titi Annii tribunatu, rebus oĩbus p salute reip. gestis, ad huius criminis defensionẽ nõ abutemur: nisi oculis videritis insidias Miloni a Clodio factas, nec deprecaturi sumus, vt crimẽ hoc nobis multa ppter pclara in remp. merita cõdonetis: nec postulaturi, vt si mors P. Clodii salus vestra fuerit, idcirco eã virtuti Milonis potius, q̃ populi Rom. felicitati assignetis. sed si illius insidię clariores hac luce fuerint, tũ denicq; obsecrabo, obtestaborq; vos Iudices, si cętera amisimus, hoc saltẽ nobis vt relinquat̃: ab inimicorũ audacia telisq; vitã vt impune liceat defendere. Sed anteq̃ ad eã orationẽ veniã, q̃ est ppria nostrę quęstionis, vident̃ ea esse refutanda, q̃ in senatu sępe ab inimicis, ab improbis sępe iactata sunt, & in cõcione etiã paulo ante ab accusatoribus: vt omni errore sublato, rẽ plane q̃ venit in iudiciũ, videre possitis. Negãt intueri lucẽ fas esse ei, q a se hominẽ occisum fateat̃. in qua tandẽ vrbe hoc hoies stultissimi disputãt? nempe in ea, q̃ primũ iudiciũ de capite vidit M. Horatii fortissimi viri: qui nondũ libera ciuitate, tamẽ populi Ro. comitiis liberatus est, cũ sua manu sororẽ esse interfectam fateret̃. An est quisq̃, qui hoc ignoret? cũ de homine occiso q̃rat̃, aut negari solere oĩno esse factũ, aut iure factũ esse defendi. Nisi vero existimatis dementẽ P. Aphricanũ fuisse, q cũ a Carbone Tribuno pl. in concione seditiose interrogaretur, quid de T. Gracchi morte sentiret, respondit iure cæsum videri. neq; enim posset aut Hala ille Seruilius, aut P. Nasica aut L. Opimius, aut C. Marius, aut me consule senatus non nefarius haberi, si sceleratos ci-

ues interfici nefas esset. Itaq; hoc Iud. nō sine causa fictis fabulis doctissimi homines memorię prodiderūt: eū, qui patris vlciscendi causa matrē necauisset, variatis hominū sententiis, non solū diuina, sed etiā deę sapiētissimę sentētia liberatū. Q; si duodecim tabulę nocturnū furem quoquo modo, diurnū autē, si se telo defenderit, interfici impune voluerūt: quis est, qui quoquo modo q̄s interfectus sit, puniendū putet? cū videat aliquādo gladiū nobis ad occidendum hominē ab ipsis porrigi legibus. Atq; si tēpus est vllū iure hominis necandi, quæ multa sunt, certe illud est nō modo iustū, verū etiā necessariū, cū vi vis illata defendit. Pudicitiam cū eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii p̄pinquus eius imperatoris, interfectus ab eo est, cui vim afferebat. facere em̄ p̄bus adolescēs periculose, q̄ perpeti turpiter maluit. Atq; hunc ille vir summus scelere solutum periculo liberauit. Insidiatori vero, & latroni, q̄ potest afferri iniusta nex? Quid comitat⁹ nostri? quid gladii volunt? quos habere certe nō liceret, si vti illis nullo pacto liceret. Est ergo hęc Iudices non scripta, sed nata lex: quā nō didicimus, accepimus, legimus, verū etiā ex natura ipsa arripuimus, hausimus, exp̄ssimus: ad quā nō docti, sed facti, nō instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronū, aut inimicorū incidisset, omnis honesta ratio esset expediendę salutis. silent em̄ leges inter arma, nec se expectari iubent: cū ei, q̄ expectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, q̄ iusta repetēda. etsi p̄sapienter & quodā modo tacite dat ipsa lex potestatē defendēdi, q̄ nō modo hominē occidi, sed esse cū telo hoīs occidēdi causa vetat: vt cum causa non telū quęreret: q̄ sui defendēdi causa telo esset vsus, non hoīs occidendi causa habuisse telū iudicaret. Quapropter hoc maneat in causa Iudices: nō. n. dubito, quin p̄batu rus sim vobis defensionē meā, si id memineritis, qđ obliuisci nō potestis, insidiatorē iure interfici posse. Sequit illud, qđ a Milonis inimicis sępissime dicit: cędē qua P. Clodius occisus est, senatū iudicasse cōtra remp. esse factā. Illā vero senatus nō sentētiis suis solū, sed etiā studiis comprobauit. quoties em̄ est illa causa a nobis acta in senatu? quibus assensionibus vniuersi ordinis? q̄ nec tacitis, nec occultis? quādo enim frequētissimo senatu quattuor, ad summum quinq; sunt inuēti, qui Milonis causam nō p̄barēt? declarant huius ambusti Tribuni Ple. illę intermortuę conciones, q̄bus quotidie meā potentiā inuidiose criminabat: cū diceret senatum nō quod sentiret, sed quod ego vellē re decernere. quę quidē si potētia est appellāda potius, q̄ propter magna in remp. merita mediocris in bonis causis auctoritas, aut p̄pter officiosos labores meos nonnulla apud bonos gratia, appelletur ita sane, dummodo ea nos vtamur p̄ salute bonorū cōtra amentiā p̄ditorū. hāc vero quęstionē, etsi nō est iniqua, nū q̄ tñ senat⁹ cōstituēdā putauit. erant em̄ leges: erāt q̄stiones vel de cęde, vel de vi: nec tantū mœrorē, ac luctū senatui mors P. Clodii afferebat, vt noua quęstio cōstitueret. cuius em̄ senatui de illo incesto stupro iudicium decernendi potestas esset erepta, de eius interitu quis potest credere senatū iudicium nouū constituendū putasse? Cur igit incendium curię, oppugnationem ædiū Marci Lepidi, cędem hanc ipsam, cōtra remp. senatus factam esse decreuit? quia nulla vis vnq̄ est in libera ciuitate suscepta inter ciues, nō cōtra rempublicā. nō em̄ est vlla defensio cōtra vim vnq̄ optanda, sed nōnūq̄ est necessaria. nisi vero aut ille dies in quo T. Gracchus est cęsus, aut ille, quo Caius, aut quo arma Saturnini oppressa sunt, etiā si e re publica, remp. tamē non vulnerarunt. Itaq; ego ipse decreui, cū cędē in Appia factā esse cōsta ret: non eū, q̄ se defendisset, cōtra remp. fecisse: sed cū inesset in re vis, & insidię, crimen iudicio reseruaui, rem notaui. q̄ si p furiosum illū tribunū, senatui, qđ sentiebat, p̄ficere licuisset, nouam quęstionē nunc nullā haberemus, decernebat em̄, vt veteribus legibus tantummodo extra ordinē quęreret. diuisa sententia est postulante nescio quo (nihil em̄ necesse est omniū flagitia p̄ferre) sic reliqua auctoritas senatus empta intercessione sublata est. At em̄ Cn. Pōpeius rogatione sua, & de re, & de causa iudicauit. tulit em̄ de cęde, quę in Appia via facta esset, in qua P. Clodius occisus fuit. quid ergo tulit? nempe vt quęreret. quid porro quęrēdum est? factū ne sit? at constat. a quo? at patet. vidit, etiam in cōfessione facti, iuris tamen defensionem susci pi posse. q̄ nisi vidisset, posse absolui eum qui fateretur: cum videret nos fateri, neq; quęri vnq̄ iussisset, nec vobis tam salutarē hanc in iudicando literā, q̄ illam tristem dedisset. Mihi vero Cn. Pompeius non modo nihil grauius cōtra Milonē iudicasse, sed etiā statuisse videtur, quid vos in iudicando spectare oporteret. nam qui non pœnā confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quęrendam non interitum putauit. Iam illud dicet ipse profecto, quod sua sponte fecit: P. ne Clodio tribuendum putet, an tempori? Domi suę

Facere peri culose, q̄ p peti turpiter maluit.

Nex.

Leges silēt inter arma

Insidiatorē iure interfici posse.

Appia via.

Salutaris li tera A.

Tristis litera C.

nobilissimus vir,senatus propugnator,atq; illis quidem tẽporibus pene patronus, auuncu-
lus huius nostri iudicis fortissimi viri Catonis,Tribunus Pl.M.Drusus occisus est,nihil de
eius morte populus cõsultus,nulla quęstio decreta a senatu est.Quantũ luctum in hac vrbe
fuisse a nostris patribus accepimus,cũ P.Aphricano domi suę geiceti illa nocturna vis esset
illata:quis tum nõ gemuit:quis nõ arsit dolore:quẽ immortalẽ,si fieri posset,omnes esse cu
perent,eius ne necessariã quidẽ expectatã esse mortẽ:nũ igit vlla quęstio de Aphricani mor-
te lata est:certe nulla.quid ita:quia nõ alio facinore clari homines,alio obscuri necant. In-
terfit inter vitę dignitatẽ summorũ atq; infimorũ: mors quidẽ illata per scelus iiidẽ pœnis
teneatur,& legibus,nisi forte magis erit parricida si quis consularẽ patrẽ,q̃ si quis humilem
necauerit,aut eo mors atrocior erit P.Clodii, q̃ is in monimẽtis maiorũ suorũ fit interfe-
Viã muni re. ctus.hoc em̃ sępe ab istis dicitur:perinde quasi Appius ille cęcus viam munierit,nõ qua po-
pulus vteretur,sed vbi impune sui posteri latrocinarẽtur.itaq; in eadẽ ista Appia via cũ or-
natissimum equitem Ro.Marcũ Papiriũ occidisset,nõ fuit illud facinus puniendum.homo
Tragœdi- enim nobilis in suis monimentis equitẽ Ro.occiderat.nunc eiusdẽ Appię nomẽ quãtas tra
as excitare gœdias excitat:quę cruentata antea cęde honesti atq; innocẽtis viri filebatur,eadẽ nũc cre-
bro vsurpatur,postea q̃ latronis & parricidę sanguine imbuta est.Sed quid ego illa comme
moro:cõprehensus est in tẽplo Castoris seruus P.Clodii,quẽ ille ad Cn.Pompęium interfici
endũ collocarat.extorta est cõfitẽti fica de manib9.caruit foro postea Põpei9: caruit senatu:
caruit publico: ianua se,ac parietibus,non iure legũ,iudiciorũq; texit.nũ q̃ rogatio lata:nũ
quę noua quęstio decreta est:atqui si res,si vir,si tẽpus vllum dignum fuit,certe hæc in illa
causa summa omnia fuerũt.insidiator erat in foro collocatus,atq; in vestibulo ipso senatus:
ei viro autẽ mors parabatur,cuius in vita nitebatur salus ciuitatis:eo porro reip.tempore,
quo si vnus ille occidisset,nõ hęc solum ciuitas,sed gentes omnes cõcidissent,nisi forte,quia
perfecta res non est,nõ fuit punienda.perinde quasi exitus rerũ,nõ hominũ consilia legibus
vindicentur.minus dolendũ fuit re nõ perfecta,sed puniendum certe nihilo minus.Quoties
ipse Iudices ex P.Clodii telis,& cruentis eius manibus effugi:ex qbus si me nõ mea,vel rep.
fortuna seruasset,quis tandẽ de interitu meo quęstionẽ tulisset:Sed stulti sumus,qui Dru-
sum,qui Aphricanũ,Pompęiũ, nosmetipsos,cũ P.Clodio cõferre audeamus.tolerabilia fue-
Ironia runt illa:P.Clodii mortẽ æquo animo nemo ferre potest:luget senatus:mœret equester or-
do:tota ciuitas cõfecta senio est:squalent municipia:afflictantur coloniæ:agri deniq; ipsi tã
beneficum, tam salutarem,tam mansuetũ ciuem desiderant.Non fuit ea causa Iudices,non
fuit,cur sibi censeret Pompęius quęstionẽ ferendã.sed homo sapiens,& alta quadã mente p-
ditus,multa vidit:fuisse sibi illũ inimicum,familiarẽ Milonem:in communi omniũ lętitia si
etiam ipse gauderet,timuit ne videret infirmior fides reconciliatę gratię.multa etiã alia vi
dit:sed illud maxime:q̃uis atrociter ipse tulisset,vos tamẽ fortiter iudicaturos.itaq; delegit
e florẽtissimis ordinib9 ipsa lumina:neq; vero qđ nõnulli dictitãt,secreuit in iudicib9 legen
dis amicos meos.neq; em̃ hoc cogitauit vir iustissim9,neq; in bonis viris legẽdis id assequi po
tuisset,etiã si cupiisset.nõ em̃ mea gratia familiaritatib9 cõtineť,q̃ late patere nõ pñt: ꝓpter-
ea q̃ cõsuetudines vict9 nõ possunt esse cũ multis.sed si qd possum9,ex eo possum9,q̃ resp.
nos coniunxit cũ multis.ex quib9 ille cũ optimos viros legeret, idq; maxime ad fidem suã p
tinere arbitrareť, nõ potuit legere nõ studiosos mei. q̃ vero te L.Domiti huic q̃stioni pesse
maxime voluit,nihil quęsiuit aliud nisi iustitiã,grauitatẽ,humanitatẽ, fidẽ.tulit vt consula
rem necesse esset:credo q̃ principum munus esse ducebat,resistere & leuitati multitudinis,
& perditorũ temeritati.ex consularibus te creauit potissimũ. dederas enim q̃ contemneres
populares insanias,iam ab adolescentia documenta maxima.Quamobrem Iudices vt aliquã
do ad causam crimẽq; veniam9:si neq; omnis cõfessio facti est inusitata:neq; de causa gcq̃ no
stra aliter,ac nos vellem9,a senatu iudicatũ est:& lator ipse legis,cũ esset controuersia nulla
facti,iuris tamen disceptationẽ esse voluit:& electi iudices,& isti pręposit9 q̃stioni,q hęc iu-
ste sapienterq; disceptet:reliquũ est Iudices,vt nihil iam aliud q̃rere debeatis,nisi vter vtri
insidias fecerit:qđ quo facilius argumentis perspicere possitis,rem gestam vobis dũ breuiter
expono,q̃so diligenter attendite. P.Clodius cũ statuisset omni scelere in prætura vexa
re rempublicam,videretq; ita tracta esse comitia anno superiore,vt non multos menses prę-
turam gerere posset:q non honoris gradũ spectaret,vt ceteri,sed & L.Paulũ collegã effuge-
re vellet singulari virtute ciuẽ,& annũ integrũ ad dilacerandã remp.q̃reret:subito reliquit

annũ suũ, seq; in annũ proximum transtulit, nõ religione aliqua, sed vt haberet, qđ ipse dicebat, ad prętură gerendă, hoc est ad euertẽdă remp. plenũ annũ, atq; integrũ. occurrebat mãcam, ac debilẽ prętură suam futură consule Milone: eũ porro summo consensu populi Ro. consulẽ fieri videbat: contulit se ad eius cõpętitores, sed ita, totă vt pętitionẽ ipse solus etiã inuitis illis gubernaret: tota vt comitia suis, vt dictitabat, humeris sustineret. cõuocabat tribus: se interponebat: coloniã nouã, delectũ pęrditissimorũ scribebat ciuiũ. quanto ille plura miscebat, tanto hic magis in dies cõualescebat. vbi vidit homo ad oñe facinus paratissim⁹ fortissimum virũ, inimicissimũ suũ, certissimũ consulẽ: idq; intellexit nõ solũ sermonibus, sed etiam suffragiis populi Ro. sępe esse declaratũ: palã agere cœpit, & apęrte dicere occidẽdum Milonem. seruos agrestes, & barbaros, quibus syluas publicas depopulatus erat, Hetruriãq; vexarat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis: res erat minime obscura. etenim palam dictitabat, cõsulatũ Miloni eripi nõ posse, vitã posse. significauit hoc sępe in senatu, dixit in cõcione. quin etiam Fauonio fortissimo viro quęrẽti ex eo, qua spe fureret Milone viuo: respõdit triduo illũ, ad summũ quatriduo piturũ. quã vocẽ eius ad hunc M. Catonẽ statim Fauonius detulit. Interim cũ sciret Clodi⁹ (neq; eñ erat difficile scire) iter solẽne, legitimũ, necessarium, ante diẽ. XIII. Cal. Februarii Miloni esse Lanuuiũ ad flaminẽ prodendũ, q; erat Dictator Lanuuii Milo: Roma subito ipse ꝓfectus pridie est, vt ante suũ fundũ (qđ re intellectũ est) Miloni insidias collocaret. atq; ita ꝓfectus est, vt concionẽ turbulentã, in qua eius furor desideratus est, q̃ illo ipso die habita est, relinqueret. quã nisi obire facinoris locũ, tẽpusq; voluisset, nunq̃ reliquisset. Milo autẽ, cũ in senatu fuisset eo die, quoad senatus dimissus est, domum venit: calceos & vestimenta mutauit: paulispęr, dũ se vxor (vt fit) cõparat, cõmoratus est: deinde ꝓfectus est id tẽporis, cũ iam Clodius (si qdem eo die Romã venturus erat) redire potuisset. obuiã fit ei Clodius expęditus in equo, nulla rheda, nullis impędimentis, nullis gręcis comitibus (vt solebat) sine vxore, qđ nũq̃ fere: cũ hic insidiator, q; iter illud ad cędem faciendă apparasset, cũ vxore veheret in rheda pœnulatus, vulgi magno impedimẽto, ac muliebri, & delicato ancillarũ, puerorũq; comitatu. fit obuiã Clodio ante fundũ eius hora fere vndecima, aut nõ multo secus, statim cõplures cũ telis in hunc faciũt de loco superiore impętum: aduersi rhedariũ occidũt. cũ autẽ hic de rheda reiecta pœnula desiluisset, seq; acri animo defenderet: illi, qui erant cũ Clodio, gladiis eductis partim recurrere ad rhedă, vt a tergo Milonẽ adorirẽtur: partim, q; hũc iã interfectũ putarent, cędere incipiũt eius seruos, qui post erãt. ex qbus q animo fideli in dominũ erãt, & ꝑsentes fuerũt, partim occisi sunt: partim cũ ad rhedă pugnari viderẽt, domino succurrere ꝓhiberent: Milonẽ occisum eẽ, etiã ex ipso Clodio audirẽt: fecerũt id serui Milonis (dicã eñ nõ deriuãdi criminis causa, sed vt factum est) neq; imperante, neq; sciente, neq; ꝑsente domino, qđ suos q̃sq; seruos in tali re facere voluissent. hęc sicut exposui, ita gesta sunt Iudices: insidiator superatus, vi victa vis, vel pot⁹ oppressa virtute audacia est. nihil dico qd resp. consecuta sit, nihil quid vos, nihil quid omnes boni: nihil sane id ꝓfit Miloni: q hoc fato natus est, vt ne se quidẽ seruare potuerit, quin vna remp. vosq; seruaret. si id iure nõ posset, nihil habeo qđ defendam. sin hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa prescripsit, vt omnẽ semp vim, quacunq; opę possent, a corpore, a capite, a vita sua ꝓpulsarẽt: non potestis hoc facinus improbum iudicare, quin simul iudicetis, oĩb⁹, q; in latrones inciderint, aut illorũ telis, aut vestris sententiis esse pœreundũ. qđ si ita putasset, certe optabilius Miloni fuit dare iugulum P. Clodio nõ semel ab illo, neq; tũ primũ pętitũ, q̃ iugulari a vobis, qa se illi nõ iugulandũ tradidisset. sin hoc nemo vestrũ ita sentit: illud in iudiciũ venit, nõ occisus ne sit, qđ fatemur, sed iure, an iniuria, qđ multis antea in causis iã q̃sitũ est. Insidias factas esse cõstat: & id est, qđ senatus cõtra rẽp. factũ iudicauit. ab vtro factę sint incertũ est. de hoc igit̃ latũ est, vt q̃reret. Ita & senatus rẽ, nõ hominẽ notauit: & Põpęius de iure, nõ de facto q̃stionẽ tulit. Nũ qd igit̃ aliud iudicij iudiciũ venit, nisi vter vtri insidias fecerit? ꝓfecto nihil. si hic illi, vt ne sit impune. si ille huic, tũ nos scelere soluamur. Quonã igit̃ pacto ꝓbari potest, insidias Miloni feciſſe Clodium? satis est quidem in illa tam audaci, tam nefaria bellua docere, magnam ei causam, magnam spẽ in Milonis morte propositã, magnas vtilitates fuisse. Itaq; illud Cassianum, cui bono fuerit, in his pęrsonis valeat: etsi boni nullo emolumento impęlluntur in fraudem, improbi sępe paruo. Atqui Milone interfecto Clodius hoc assequebatur, non modo vt prætor esset, non eo consule, quo sceleris nihil facere posset: sed etiam his consulibus prætor esset,

Solẽne iter Añ diem xiii. Cal. Feb.

Post.

Vim vi repellere licet

Cui bono fuerit.

quibus si nõ adiuuantibus,at conniuẽtibus certe sperasset se posse eludere in illis suis cogitatis furoribus.cuius illi conatus,vt ille ratiocinabat,nec,si cuperẽt,reprimere possent:cum tantũ beneficiũ ei se debere arbitrarent:& si vellẽt,fortasse vix possent frãgere hominis sceleratissimi corroboratã iã vetustate audaciã.An vero Iudices vos soli ignoratis?vos hospites

Aures peregrinantur.

in hac vrbe versamini?vestrę peregrinant aures?neq; in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur?quas ille leges(si leges nominãdę sunt,ac nõ faces vrbis,& pestes reipu.)fuerit impositurus nobis omnib9,atq; inusturus? Exhibe quęso Sexte Clodi,exhibe librariũ illud legum vestrarũ,qd te aiũt eripuisse e domo:& ex mediis armis,turbaq; nocturna,tanq; Palladiũ sustulisse, vt preclarũ inde munus,ac instrumentũ tribunatus ad aliquẽ,si nactus esses,q tuo arbitrio tribunatũ gereret,deferre posses.Et aspexit me quidẽ illis oculis,qbus tũ solebat,cum oĩa oĩbus minabat.mouet me quippe lumẽ curię.quid?tu me iratũ Sexte putas tibi?cuius tu

Librarium.

Punit9 es.

inimicissimũ multo crudelius etiã punitus es,q̃ erat humanitatis meę postulare?Tu P.Clodii cruentũ cadauer eiecisti domo:tu in publicũ eiecisti:tu spoliatũ imaginib9,exequiis,pompa,laudatione,infelicissimis lignis semiustulatum nocturnis canibus dilaniandum reliquisti.

Semiustulatum.

quã rẽ etsi necessario fecisti:tamẽ,quoniã in meo inimico crudelitatẽ exprompsisti tuã,laudare non possum,irasci certe nõ debeo.P.Clodii pretură nõ sine maximo rerũ nouarũ motu proponi solitã esse videbatis,nisi esset is consul,q eã auderet,posset; cõfringere.eũ Milonem esse cũ sentiret vniuersus populus Romanus,quis dubitaret suffragio suo se metu,periculo remp.liberare?At nõ P.Clodio vsitatis iã rebus obnitẽdum est Miloni,vt tueat dignitatem suã.singularis illa huic vni cõcessa gloria,q̃ quotidie augebat frangẽdis furoribus Clodianis,iam morte Clodii cecidit.vos adepti estis,ne quẽ ciuẽ metueretis.hic exercitationẽ virtutis,suffragationem cõsulatus,fontẽ perennẽ glorię sue pdidit.itaq; Milonis cõsulatus,q vi uo Clodio labefactari nõ poterat,mortuo deniq; tẽtari cœptus est.nõ modo igit nihil pdest sed obest etiã P.Clodii mors Miloni.At valuit odiũ,fecit iratus,fecit inimicus,fuit vltor iurię,punitor doloris sui.quid?si hęc nõ dico maiora fuerũt in Clodio,q̃ in Milone? sed in illo maxima,nulla in hoc?quid vultis amplius?qd em̃ odisset Clodiũ Milo,segetẽ,ac materiã sue glorię?preter hoc ciuile odiũ quo omnes improbos odimus?ille erat vt odisset primum

Seges ac materia glorię.

defensorẽ salutis meę:deinde vexatorẽ furoris,domitorẽ armorũ suorũ:postremo etiã accusatorem suũ.reus em̃ Milonis lege Plotia fuit Clodius,quoad vixit.quo tandẽ animo hoc tyrannum tulisse creditis?quãtũ odiũ illius?& in homine iniusto q̃ etiã iustũ?Reliquum est vt iam illũ natura ipsius,cõsuetudoq; defendat:hunc autẽ hęc eadẽ coarguant.nihil p vim vn q̃ Clodius,oĩa per vim Milo.quid ergo Iudices,cũ mœrentibus vobis vrbe cessi,nõ seruos, non arma,nõ vim intẽtauit?quę fuisset igitur causa restituendi mei,nisi fuisset iniusta eiicidi?Diẽ mihi credo dixerat,mulctam irrogarat,actionẽ perduellionis intenderat.& mihi Iu-

Actionem intendere.

dices in causa aut vestra mala,aut mea nec pclarissima etiã iudiciũ timendũ fuit? seruorum & egentiũ ciuiũ,& facinorosorũ armis meos ciues meis consiliis periculisq; seruatos pro me obiici nolui.vidi enim,vidi hũc ipsum Q.Hortensiũ lumẽ & ornamentũ reip.pene interfici seruorũ manu,cũ mihi adesset:qua in turba C.Vibienus senator vir optim9,cũ hoc cũ esset vna,ita est mulctatus,vt vitã amiserit.Itaq; quando illius postea sica illa,quã a Catilina acceperat,conquieuit?hęc intentata nobis est:huic ego vos obiici p me nõ sum passus:hęc insidiata Pompęio est:hæc istam Appiam viam monimentum sui nominis nece Papirii cruentauit:hęc eadẽ longo interuallo cõuersa rursus est in me:nuper quidem vt scitis me ad regiã pene confecit.quid simile Milonis?cuius vis omnis hęc semper fuit,ne P.Clodius cum in iudicium detrahi non posset,vi oppressam ciuitatẽ teneret.quem si interficere voluisset,quantę quoties occasiones,q̃ preclarę fuerunt.potuit ne,cum domũ,ac deos penates suos illo oppugnante defenderet,iure se vlcisci?potuit ne ciue egregio & viro fortissimo P.Sestio collega suo vulnerato?potuit ne Fabricio viro optimo,cum de reditu meo legem ferret pulso, crudelissima in foro cęde facta?potuit ne L.Cęcilii iustissimi fortissimiq; pretoris oppugnata domo?potuit ne illo die,cum est lata lex de me:cum totius Italię concursus,quem mea salus concitarat,facti illius gloriam libens agnouisset?vt etiam si id Milo fecisset,cuncta ciuitas eã laudem pro sua vendicaret.Atqui erat id temporis,clarissimus & fortissimus consul inimicus Clodio,P.Lentulus,vltor sceleris illius,propugnator senatus,defensor vestrę volũtatis, patronus illius publici consensus,restitutor salutis meę:septem pretores,octo tribuni pl.illius aduersarii,defensores mei:Cn.Pompęius auctor & dux mei reditus,illius hostis:cui9 sen-

tentiam senatus omnis de salute mea grauissimã & ornatissimã secutus est: qui Populũ Ro. cohortatus est: qui cũ de me decretũ Capuæ fecisset, ipse cũctę Italiæ cupiẽti, & eius fidẽ imploranti signũ dedit, vt ad me restituendũ Romã concurrerent. omnia tũ deniq; in illũ odia ciuiũ ardebãt desiderio mei: quẽ tũ si interemisset, nõ de impunitate eius, sed de prmiis cogitaretur. Tamẽ se Milo cõtinuit, & P. Clodiũ ad iudiciũ bis, ad vim nũq; vocauit. Quid? priuato Milone, & reo ad populũ, accusante P. Clodio, cũ in Cn. Põpeiũ p Milone dicẽtem impetus factus est? quæ tũ nõ modo occasio, sed etiã causa illius opprimendi fuit? Nuper vero cũ M. Antonius summã spem salutis bonis oĩbus attulisset, grauissimãq; adolescens nobilissimus Reip. partẽ fortissime suscepisset, atq; illã belluã iudicii laqueos declinãtẽ iam irretitã teneret, q locus, qd tẽpus illud dii immortales fuit? cũ se ille fugiens in scalarũ tenebris abdidisset: magnũ Scalę. Miloni fuit cõficere illã pestem nulla sua ĩuidia, Antonii vero maxima gloria? Quid? comitiis in campo, quoties potestas fuit? cũ ille vi in septa irruisset: gladios distringẽdos, lapides iaciẽdos curasset: dein subito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tyberim: vos & omnes boni vota faceretis, vt Miloni vri virtute sua liberet? Quẽ igitur cum omniũ gratia noluit, hunc voluit cũ aliquo querela? quem iure, quẽ loco, quẽ tẽpore, quẽ impune nõ est ausus, hũc iniuria, iniquo loco, alieno tẽpore, periculo capitis, nõ dubitauit occidere? præsertim Iudices cũ honoris amplissimi cõtentio, & dies comitiorũ subesset. quo quidẽ tẽpore: scio enim q timida sit ambitio, quãtaq; & q sollicita cupiditas consulatus: omnia nõ modo quę reprehẽdi palã, sed etiã obscure cogitari possunt, timemus: rumorẽ, fabulam fictã, falsam perhorrescimus: ora omniũ atq; oculos intuemur. Nihil enim est tã molle, tã tenerũ, tã aut fragile, aut flexibile, q volũtas erga nos, sensusq; ciuiũ: qui nõ modo improbitati irascũtur cãdidatorũ, sed etiã †re cte factis sæpe fastidiunt. Hũc diẽ igitur campi speratũ, atq; exoptatũ sibi proponẽs Milo, cruẽtis manibus scelus, & facinus prę se ferens & confitẽs, ad illa augusta Centuriarũ auspicia veniebat? q hoc nõ credibile in hoc? q idem in Clodio non dubitandũ? qui se, interfecto Milone, regnaturũ putaret. Quid? qd caput audacię est Iudices: quis ignorat, maximã illecebram esse peccandi impunitatis spem? in vtro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nũc reus est facti aut præclari, aut certe necessarii? an Clodio? qui ita iudicia pœnãq; cõtempserat, vt eũ nihil delectaret, qd aut p naturã fas esset, aut p leges liceret? Sed quid ego argumẽtor? qd plura disputo? te Q. Petili appello optimũ & fortissimũ ciuẽ: te M. Cato testor: quos mihi diuina quędã sors dedit iudices. vos ex M. Fauonio audistis Clodium sibi dixisse, & audistis viuo Clodio, perituru Milonẽ triduo: post diẽ tertiũ gesta res est, q dixerat. cũ ille nõ dubitaret aperire qd cogitaret: quẽadmodũ igit eũ dies nõ fefellit? dixi equidẽ modo. Dictatoris Lanuuii statuta sacrificia nosse negotii nihil erat: vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuiũ illo ipso, quo profectus est, die, itaq; anteuerrit. At quo die? quo, vt ante dixi, insanissima concio ab ipsius mercenario Tribuno Pl. est concitata: quẽ diẽ ille, quã concionẽ, quos clamores, nisi ad cogitatum facinus appropęraret, nũq; reliquisset. Ergo illi ne causa quidẽ itineris, etiã causa manẽdi. Miloni nulla facultas manendi: exeundi non causa solũ, sed etiã necessitas fuit. Quid? si vt ille sciuit Milonẽ fore eo die in via: sic Clodiũ Milo ne suspicari quidẽ potuit? Primũ quęro, qui scire potuerit? qd vos idem in Clodio quęrere non potestis. Vt enim neminem aliũ nisi T. Patinam familiarissimũ suũ rogasset, scire potuit illo die ipso Lanuuii a Dictatore Milone prodi Prodi flaflaminem necesse esse. Sed erant permulti alii, ex quibus id facillime sciri posset. omnes Lanuuini. Milo de Clodii reditu vnde quæsiuit? quæsierit sane. videte quid vobis largiar. seruum etiam, vt Arius meus amicus dixit, corruperit. Legite testimonia testium vestrorũ. Dixit C. Cassinius, cognomento Schola, Interamnis familiaris meus, & idem comes P. Clodii, cuius iã pridem testimonio Clodius eadem hora Interamnę fuerat, & Romæ: P. Clodiũ illo die in Albano mansurum fuisse, sed subito ei fuisse nũciatum Cyrum architectum esse mortuũ: itaq; Romam repente cõstituisse proficisci. dixit hoc comes item Publii Clodii, C. Clodius. Videte Iudices quantæ res his testimoniis sunt confectę. Primũ certe liberatur Milo, non eo consilio profectus esse, vt insidiaretur in via Clodio: quippe si ille ei obuius futurus omnino nõ erat. Deinde, non enim video cur non meum agam negotium: scitis Iudices fuisse, qui in hac rogatione suadenda dicerent, Milonis manu cędem esse factam, consilio verò maioris alicuius. videlicet me latronem, ac sicarium abiecti homines & perditi describebant. iacent suis testibus ii, qui Clodiũ negant eo die Romam, nisi de Cyro auditũ esset, rediturũ fuisse. Respirauí: liberatus sum: non vereor, ne qd ne suspicari quidẽ potuerim, videar id cogitasse. Nũc persequar

†In recte factis.

Spes impunitatis, maxima illecebra peccandi.

Prodi flaminem.

Cognomẽto Schola.

cætera. nã occurrit illud:ne Clodius quidẽ de insidiis cogitauit,quoniã fuit in Albano mansurus.si quidẽ exiturus ad cędẽ e villa nõ fuisset. Video em illũ,qui dicitur Cyri mortem nũciasse,nõ id nũciasse,sed Milonẽ appropinquare.Nã quid de Cyro nũciaret!quẽ Clodius Roma proficiscens reliquerat morientẽ!Vna fui,testamentũ simul obsignaui cũ Clodio,testamẽtum autẽ palã fecerat,& illũ hæredẽ & me scripserat:quẽ pridie hora tertia animã efflantem reliquisset,eũ mortuũ postridie hora decima ei nunciabatur!Age,sit ita factũ:quæ causa cur Romã proœraret!cur in noctẽ se coniiceret!quid afferebat festinatio!q̃ hæres erat!primum erat nihil cur proœrato opus esset. deinde siquid esset,quid tãdem erat,qđ ea nocte cõsequi posset! amitteret autẽ si postridie mane Romam venisset!Atq; vt illi nocturnus ad vrbẽ aduentus vitandus potius q̃ expetendus fuit:sic Miloni cum insidiator esset,si illum ad vrbẽ noctu accessurum sciebat,subsistẽdum atq; expectãdum fuit. nemo ei neganti nõ credidisset, quem omnes saluũ etiam confitentem volunt. Sustinuisset hoc crimen primũ ipse ille latronũ occultator,& receptator locus,dũ neq; muta solitudo indicasset,neq; cęca nox ostendisset Milonem:deinde vbi multi ab illo violati,spoliati,bonis expulsi, multi etiã hæc timentes in suspitionem caderent:tota deniq; rea citaretur Hetruria.Atq; illo die certe Aricia rediẽs diuertit Clodius ad Albanũ:qđ nisi sciret illum Milo Aricię fuisse,suspicari tamen debuit, eũ etiam si Romam illo die reuerti vellet,ad villam suam,quæ viam tãgeret,diuersurũ.cur neq; ante occurrit,ne ĩ villa resideret! nec eo in loco subsedit,quo ille noctu vẽturus esset!Video adhuc constare omnia Iudices,Miloni etiam vtile fuisse Clodium viuere. illi ad ea quæ concupierat optatissimũ interitum Milonis fuisse. odiũ illius in hunc acerbissimũ:in illũ huius nullum. consuetudinem illius pœrpetuam in vi inferenda:huius tãtũ in repellẽda,mortem ab illo denunciatam palam Miloni & prædicatã,nihil vnq̃ auditũ ex Milone:profectionis huius diem illi notum,reditum illius huic ignotum fuisse,huius iter necessarium,illius etiam potius alienũ:hunc præ se tulisse illo die Roma exiturum,illum eo die se dissimulasse rediturũ: hũc nullius rei mutasse consilium,illum causam mutãdi consilii finxisse: huic si insidiaretur nocte propę vrbẽ expectãdũ,illi etiã si hũc nõ timeret,tamẽ accessum ad vrbẽ nocturnũ fuisse metuendũ. Videamus nũc id qđ caput est:locus ad insidias ille ipse,vbi congressi sunt, vtri tandẽ fuerit aptior.Id vero Iud.etiam dubitandũ & diutius cogitandũ est! ante fundũ Clodii,quo in fundo propter insanas illas substructiones,facile mille hominũ † versabatur valentiũ aduersari . Atqui excelso loco superiorẽ se fore putabat Milo,& ob eã causam eũ locũ ad pugnã potissimũ delegerat. an in eo loco potius expectandum ab eo, qui ipsius loci spę facere impetum cogitarat!Res loquitur Iudices ipsa,quæ semper valet plurimũ. si hæc nõ gesta audiretis,sed picta videretis:tamen appareret,vter esset insidiator,vter nihil cogitaret mali,cũ alter veheretur in rheda penulatus:vna sederet vxor.qd horum nõ impeditissimũ! vestitus! an vehiculum!an comes!quid minus promptũ ad pugnam!cum penula irretitus,rheda impeditus,vxore pene constrictus esset. Videte nunc illum,primũ egrediẽtem e villa subito.cur vesperi!quid necesse est tarde!qui cõuenit,pręsertim id temporis!Diuertit in villam Pompei. Pompeium vt videret! sciebat in Alsiensi esse procul inde. villam vt perspiceret!millies in ea fuerat. quid ergo erat morę,& tergiuersationis!dum hic veniret , locum relinquere noluit. Age nunc iter expediti latronis,cum Milonis impedimentis comparate.Semper ille antea cũ vxore,tum sine ea:nũq̃ non in rheda,tum in equo:comites græculi quocũq; ibat,etiã cum in castra Hetrusca proœrabat:tum nugarum in comitatu nihil.Milo qui nũq̃,tum casu pueros symphoniacos vxoris ducebat,& ancillarũ greges.ille qui semp secum scorta, semp exoletos, semp lupas ducebat:tũ neminẽ,nisi vt virũ a viro lectũ esse diceres.Cur igitur victus est!quia non semp viator a latrone,nõnũq̃ etiã latro a viatore occiditur: qa q̃q̃ paratus in imparatos Clodius,tamẽ mulier inciderat in viros. nec vero sic erat vnq̃ nõ paratus Milo cõtra illũ, vt non satis fere esset paratus.semper ille,& quãtum interesset P.Clodii se perire, & quanto illi odio esset,& quantũ ille auderet,cogitabat.quamobrem vitã suã,quã maximis p̃miis propositam & pene addictã sciebat,nũq̃ in periculũ sine p̃sidio & sine custodia prouehebat.adde casus,adde incertos exitus pugnarũ,Martẽq; cõmunẽ,qui sæpe spoliantẽ iã & exultãtẽ euertit, & perculit ab abiecto:adde insciti pranſi,poti,oscitantis ducis:qui cũ a tergo hostẽ interclusum reliquisset,nihil de eius extremis comitibus cogitauit:in quos incensos ira vitãq; domini desperantes cũ incidisset,hæsit in his pœnis,quas ab eo serui fideles pro domini vita expetiuerũt,Cur igitur eos manumisit!metuebat scilicet ne indicaretur!ne dolorem perferre non

Animã efflans.

Hũc Gelli⁹ locũ citans li.i.ca.xvi. legit versabatur.

Symphoniaci pueri. Exoleti. Lupę.

Mars cõmunis.

possent: ne tormẽtis cogerẽtur occisum esse a seruis Milonis in Appia via P. Clodiũ cõfiteri: quid opus est tortore: quid q̃ris: occiderit ne: occidit. iure an iniuria: nihil ad tortorẽ. facti. n. in eculeo q̃stio est, iuris in iudicio. qđ igit̃ in causa q̃rendũ est, id agamus. hoc qđ tormentis inuenire vis, id fatemur. Manu vero cur miserit, si id potius q̃ris, q̃ cur parũ amplis affecerit prẽmiis: nescis inimici factũ reꝑhẽdere. dixit. n. hoc idẽ, q oĩa semp cõstãter, & fortiter, M. Cato: dixitq; in turbulẽta cõcione, q̃ tñ huius auctoritate placata est: nõ libertate solũ, sed etiam oĩbus p̃miis dignissimos fuisse, q domini caput defendissent. qđ em̃ p̃miũ satis magnũ est tã beneuolis, tã bonis, tã fidelibus seruis, propter quos viuit: et si id qdẽ nõ tãti est, q̃ q; ꝓpter eosdẽ nõ sanguine & vulnerib9 suis crudelissimi inimici mẽtẽ oculosq; satiauit. quos nisi manumisisset, tormẽtis etiã dedendi fuerũt, cõseruatores domini, vltores sceleris, defensores necis: Hic vero nihil habet in his malis, qđ minus moleste ferat, q̃ etiã si qd ipsi accidat, esse tñ illis meritũ p̃miũ pſolutũ. Sed q̃stiones vrgẽt Milonẽ, q̃ sunt habitę in atrio Libertatis. quibus nã de seruis: rogas: de P. Clodii. quis eos postulauit: Appius. quis produxit: Appius. vnde: ab Appio. Dii boni, quid potest agi seuerius: de seruis nulla q̃stio est ĩ dominũ, nisi de interitu: vt fuit in Clodiũ. proxime ad deos accessit Clodius, propius q̃tum, cũ ad ipsos pẽnetrãrat: cuius de morte tanq̃ de cerimoniis violatis q̃rit̃. Sed tñ maiores nostri in dominũ de seruo q̃rí noluerũt: nõ quia non posset verũ inueniri, sed qa videbat̃ indignũ esse, & domini morte ipsa tristius. in reũ de seruis accusatoris cũ q̃rit̃, verũ inueniri potest: Age vero q̃ erat, aut qualis quæstio: heus vbi Ruscio: vbi Casca: Clodius insidias fecit Miloni: fecit. certa crux. nullas fecit? sperata libertas. quid hac q̃stione certius: subito arrepti in quæstionẽ tñ separãtur a cęteris, & in arcas coniiciũtur, ne qs cũ his colloqui possit. hi cẽtũ dies pẽnes accusatorẽ cũ fuissent, ab eo ipso accusatore ꝓducti sunt. quid hac q̃stione dici potest integrius: quid incorruptius: Qđ si satis nondũ cernitis, cũ res ipsa tot, tã claris argumẽtis signisq; luceat, pura mẽte atq; integra Milonẽ, nullo scelere imbutũ, nullo metu pterritũ, nulla conscięntia exanimatũ Romã reuertisse, recordamini ꝑ deos immortales, quę fuerit celeritas reditus eius: qui ingressus in forũ ardente curia: quæ magnitudo animi: qui vultus: quę oratio: Neq; vero se populo solũ, sed etiã senatui tradidit: neq; senatui modo, sed etiã publicis p̃sidiis, armis: neq; his tm̃, verũ etiã ei potestati, cui senatus totã rẽpublicã, omnẽ Italię pubẽ, cũcta Populi Romani arma cõmiserat. cui se nunq̃ ꝑfecto tradidisset, nisi causę suę confideret, prẽsertim oĩa audienti, magna metuẽti, multa suspicãti, nõnulla credẽti. Magna vis est cõscięntię Iudices, & magna in vtrãq; partẽ: vt neq; timeãt, q nihil cõmiserint: & pœnã semp ante oculos versari putent, q̃ peccarint. Neq; vero sine ratione certa, causa Milonis semp a senatu ꝓbata est. videbãt em̃ sapientissimi hoĩes, facti rationẽ, p̃sentiã animi, defensionis cõstantiã. an vero oblíti estis Iudices recenti illo nũcio necis Clodianę, nõ modo inimicoꝝ Milonis sermones, & opiniones, sed non nulloꝝ imperitoꝝ: qui negabãt eũ Romã esse rediturũ: siue em̃ illud animo irato, ac percito fecisset, vt incẽsus odio trucidaret inimicũ, arbitrabãtur eũ tãti mortem P. Clodii putasse, vt æquo animo patria careret, cũ sanguine inimici expleſſet odiũ suũ. siue etiã illius morte patriã liberare voluisset, nõ dubitaturũ fortẽ virũ: quin, cũ suo pericule salutẽ Reip. attulisset: cederet æquo animo legibus, secũ auferret gloriã sempiternã, nobis hæc fruẽda relinqueret, quę ipse seruasset. Multi etiã Catilinã atq; illa portẽta loquebãtur: erũpet: occupabit aliquem locũ, bellũ patrię faciet. miseros interdũ ciues optime de Rep. meritos: in qbus hoĩes nõ modo res p̃clarissimas obliuiscũtur, sed etiã nefarias suspicãtur. ergo illa falsa fuerũt, q̃ certe vera extitissent, si Milo admisisset aliqd, qđ nõ posset honeste, vereq; defendere. Quid: quę post ea sunt in eũ cõgesta: quæ q̃is etiã mediocriũ delictoꝝ cõscięntiã pærculisset, vt sustinuit dii immortales: sustinuit: immo vero vt cõtẽpsit: ac ꝑ nihilo putauit: quæ neq; maximo animo nocens, neq; innocens, nisi fortissimus vir, negligere potuisset. scutorũ, gladiorũ, frenoꝝ, saroꝝ, pilorũq; etiã multitudo deꝑhẽdi posse iudicabat̃: nullũ in vrbe vicũ, nullũ angiportũ esse dicebãt, in quo Miloni nõ esset cõducta domus: arma ĩ villã Ocriculanã deuecta Tyberi: domus in cliuo Capitolino scutis referta, plena oĩm malleoloꝝ ad vrbis incẽdia cõparatoꝝ. hęc nõ delata solũ, sed pene credita, nec ante repudiata sunt, q̃ q̃sita. Laudabã eqdẽ incredibilẽ diligẽtiã Cn. Põpeii, sed dicã vt sentio Iudices: nimis multa audire cogũtur, neq; aliter facere possunt ii qbus tota cõmissa est respublica. quin etiã audiẽdus sit Popa Licinius nescio qs de circo maximo: seruos Milonis apud se ebrios factos, sibi cõfessos esse de interficiendo Põpeio cõiurasse. deinde postea se gladio pcussum esse ab vno de illis, ne indicaret: Põpeio ĩ hortos

Quæstio facti in eculeo, iuris in iudicio.

Conscięntiæ vis.

Percitus animus.

Popa Licinius.

nũciauit, arceſſor ĩ primis, de amicoꝝ ſententia rẽ defert ad ſenatũ. nõ poterã in illius mei patrięq; cuſtodis tãta ſuſpitione nõ metu exanimari, ſed mirabat tñ credi Popę: cõfeſſionẽ ſeruoꝝ audiri: vulnus ĩ latere, qđ acu pũctũ videret, ꝓ ictu gladiatoris putari. verũ etiã vt ĩtelligo cauebat magis Põpęius, q̃ timebat; nõ ea ſolũ q̃ timẽda erãt, ſed oĩa, ne aliqd vos timeretis. oppugnata domus C. Cęſaris clariſſimi & fortiſſimi viri ꝓ multas noctis horas nũciabat. nemo audierat tã celebri loco, nemo ſenſerat: tñ audiebat. non poterã Cn. Põpęiũ ſtãtiſſima virtute ciuẽ, timidũ ſuſpicari, diligẽtiã, tota Rep. ſuſcepta, nimiã nullã putabã. freq̃ẽtiſſimo ſenatu nup ĩ Capitolio ſenator ĩuẽtꝰ eſt, q Milonẽ cũ telo eẽ diceret. nudauit ſe ĩ ſanctiſſimo tẽplo: qm̃ vita talis & ciuis, & viri fidẽ nõ faciebat, niſi eo tacẽte res ipſa loq̃reť. oĩa falſa atq; inſidioſe ficta cõpta ſunt. cũ tñ ſi metuiť etiã nũc Milo, nõ iã Clodianũ crimẽ timemꝰ, ſe (tu as Cn. Põpęii (te. n. iã appello ea voce, vt me audire poſſis) tuas ĩquã ſuſpitiões ꝓhorreſcimꝰ. ſi Milonẽ times, ſi hũc de tua vita nefarie aut nũc cogitare, aut molitũ aliqñ aliquid putas: ſi Italię delectus, vt nõnulli conq̃ſitores tui dictitãt: ſi hęc arma, ſi Capitolinę cohortes, ſi excubię, ſi vigilię, ſi delecta iuuẽtus, q̃ tuũ corpus domũq; cuſtodit, cõtra Milonis ĩpętũ armata ẽ, atq; illa oĩa ĩ hũc vnũ ĩſtituta, parata, ĩtẽta ſunt: magna ĩ hoc certe vis, & ĩcredibilis animus, & nõ vniꝰ viri vires, atq; opęs ĩdicant: ſiqdẽ ĩ hũc vnũ & ꝑſtãtiſſimꝰ dux electꝰ, & tota Reſp. armata eſt, ſed qs nõ ĩtelligit, oẽs tibi Reip. ptes ęgras, & labãtes, vt eas his armis ſanares, & cõfirmares, eẽ cõmiſſas! ꝙ ſi Miloni locus datꝰ eẽt, ꝓbaſſet ꝓfecto tibi ipſi, neminẽ vnq̃ hoĩem homini charioꝛẽ fuiſſe, q̃ te ſibi: nullũ ſe vnq̃ piculũ ꝓ tua dignitate fugiſſe: cũ illa teterrima peſte ſępiſſime ꝓ tua gloria cõtẽdiſſe: Tribunatũ ſuũ ad ſalutẽ meã, q̃ tibi chariſſima fuiſſet, cõſiliis tuis gubernatũ: ſe a te poſtea defenſum ĩ piculo capitis, adiutũ ĩ petitiõe ꝑturę: duos ſe habere ſemp amiciſſimos ſperaſſe: te tuo beneficio, me ſuo. quę ſi nõ ꝓbaret, ſi tibi ita pęnitus ĩſediſſet iſta ſuſpitio, nullo vt euelli modo poſſet: ſi deniq; Italia a delectu, vrbs ab armis, ſine Milonis clade nũq̃ eẽt cõquietura: nę iſte haud dubitãs ceſſiſſet patria: is q ita natus eſt, & ita conſueuit, te Magne tñ atteſtareť. qđ nũc etiã facit. vide q̃ ſit varia vitę, cõmutabiliſq; ratio, q̃ vaga, volubiliſq; fortuna, quãtę ĩfidelitates ĩ amicis, q̃ ad tꝑs aptę ſimulatiões, quãtę ĩ piculis fugę ꝓximoꝝ, quãtę timiditates. erit, erit illđ ꝓfecto tẽpus, & illuceſcet aliqñ ille dies, cũ tu ſalutaribus vt ſpero rebus tuis, ſed fortaſſe motu aliquo cõmuniũ tẽpoꝝ ĩmutatus, q̃ q̃ crebro accidat, expti debemus ſcire, & amiciſſimi beneuolẽtiã, & grauiſſimi hoĩs fidẽ, & vniꝰ poſt hoĩes natos fortiſſimi viri magnitudinẽ animi deſideres. Q̃z q̃ qs hoc credat! Cn. Põpęiũ iuris publici, moris maioꝝ, rei deniq; publicę peritiſſimũ, cũ ſenatus ei cõmiſerit, vt videret ne qd Reſp. detrimẽti caperet, quo vno verſiculo ſatis armati ſemp cõſules fuerũt, etiã nullis armis datis, hũc exercitu, hũc delectu dato, iudiciũ expectaturũ fuiſſe ĩ eius iudiciis vindicandis, q vel iudicia ipſa tolleret. ſatis iudicatũ eſt a Põpęio, falſo iſta cõferri in Milonẽ, q legẽ tulit: qua, vt ego ſentio, Milonẽ abſolui oporteret: vt oẽs cõfitenť, liceret. Q̃z vero in illo loco, atq; ĩ illis publicoꝝ ꝑſidioꝝ copiis circũfuſus ſedet, ſatis declarat, ſe nõ terrorẽ ĩferre vobis: quid. n. illo miꝰ dignũ! q̃ cogere vt vos eũ cõdẽnetis, in quẽ animaduertere ipſe, & more maioꝝ, & ſuo iure poſſet! ſed ꝑſidio eẽ, vt ĩtelligatis, cõtra heſternã cõcionẽ illã licere vobis qđ ſentiatis libere iudicare. Nec vero me Iud. Clodianũ crimẽ mouet: nec tã ſum demẽs, tãq; veſtri ſenſus ignarus, atq; expers, vt neſciã qd de morte Clodii ſentiatis. de qua ſi iã nollẽ ita diluere crimẽ, vt dilui, tñ ĩpune Miloni palã clamare atq; mẽtiri glorioſe liceret: occidi, occidi, nõ Spuriũ Meliũ, qui annona leuãda, iacturiſq; rei familiaris, qa nimis amplecti plebẽ putabatur, in ſuſpitionẽ ĩcidit regni appętẽdi: nõ Ti. Gracchũ, q collegæ magiſtratũ ꝓ ſeditionẽ abrogauit: quoꝝ interfectores ĩplerũt orbẽ terrarũ noĩs ſui gloria: ſed eũ (auderet. n. dicere, cũ patriã piculo ſuo liberaſſet) cuius nefariũ adulteriũ ĩ puluinaribus ſanctiſſimis nobiliſſimæ fœminę compl̃ẽderũt: eũ, cuius ſupplicio ſenatus ſolẽnes religiones expiãdas ſępe cẽſuit: eũ, quẽ cũ ſorore germana nefariũ ſtuprũ feciſſe L. Lucullus iuratus ſe q̃ſtionib⁹ habitis dixit cõperiſſe: eũ, q ciuẽ, quẽ ſenatus, quẽ populus, quẽ oẽs gẽtes, vrbis, ac vitę ciuiũ cõſeruatorẽ iudicabãt, ſeruoꝝ armis exterminauit: eũ, q regna dedit, ademit, orbẽ terrarũ qbuſcũ voluit petitus eſt: eũ, qui pluribus cędibus ĩ foro factis ſingulari virtute & gloria ciuẽ, domũ vi & armis cõpulit: eũ cui nihil vnq̃ nefas fuit nec in facinore, nec in libidine: eũ q ædẽ Nympharũ incẽdit, vt memoriam publicã recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret: eũ deniq;, cui iam nulla lex erat, nullum ciuile ius, nulli poſſeſſionũ termini: qui non calumnia litium, non iniuſtis vindiciis, ac ſacramentis alienos fundos, ſed caſtris, exercitu, ſignis inferendis pe-

Clodii crimina.

Soror germana.

Recenſio.

Vindicię.

tebat: qui non ſolum Hetruſcos (eos enim pœnitus contempſerat) ſed hunc Cn. Pompeiũ virum fortiſſimũ, atq; optimũ ciuem, iudicem noſtrum pellere poſſeſſionibus, armis, caſtriſq; conatus eſt: qui cum architectis & decempedis villas multorum, hortoſq; peragrabat: qui Ianiculo, & Alpibus ſpem poſſeſſionũ terminabat ſuarũ: qui cũ ab equite Romano ſplẽdidiſſimo, & forti viro, T. Pacanio nõ impetraſſet, vt inſulam in lacu Precio vẽderet, repente lyntribus in eã inſulã materiã, calcem, cementa, atq; arma conuexit: domino trans ripã inſpectante, non dubitauit ædificiũ extruere in alieno: qui huic T. Furfanio, cui viro dii immortales! (quid eñ de muliercula Sanctia! quid de adoleſcente Apronio dico! quoꝝ vtriq; mortẽ eſt minitatus, niſi ſibi hortoꝝ poſſeſſione ceſſiſſet) ſed auſum eſſe Furfanio dicere, ſi ſibi pecuniã quantam popoſcerat nõ dediſſet, mortuũ ſe in domũ eius illaturũ. qua inuidia huic eſſet tali viro conflagrãdũ! qui Appiũ fratrẽ hominẽ mihi coniũctũ fideliſſima gratia, abſentẽ de poſſeſſione fundi deiecit: qui parietẽ ſic p veſtibulũ ſororis inſtituit ducere, ſic agere fundamenta, vt ſororẽ nõ modo veſtibulo priuaret, ſed omni aditu & lumine. q̃q̃ hæc quidẽ iam tolerabilia videbãtur: etſi æqualiter in rẽpublicã, in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in ſuos irruebat: ſed neſcio quomodo vſu obduruerat & percalluerat ciuitatis incredibilis patiẽtia. quæ vero aderant iã, & impẽdebãt, quonã modo ea aut depellere potuiſſetis! aut ferre imperiũ! ſi id ille nactus eſſet. omitto ſocios, exteras nationes, Reges, Tetrarchas (vota eñ feceratis, vt in eos ſe potius mitteret, q̃ in veſtras poſſeſſiones, veſtra tecta, veſtras pecunias) dico, a liberis mediuſfidius, & a cõiugibus veſtris nũq̃ ille effrenatas ſuas libidines cohibuiſſet. Fingi hæc putatis! quę patẽt! quę nota oĩbus! q̃ tenẽtur! ſeruoꝝ exercitus illũ in vrbe conſcripturũ fuiſſe, per quos totã Rẽp. reſq; priuatas omniũ poſſideret. Quãobrẽ ſi cruẽtum gladiũ tenẽs clamaret T. Annius, adeſte queſo, atq; audite ciues: P. Clodiũ interfeci: eius furores, quos nullis iã legibus, nullis iudiciis frenare poteramus, hoc ferro, & hac dextera a ceruicibus repuli: per me vnũ effectũ eſt, vt ius, æquitas, leges, libertas, pudor, pudicitia in ciuitate manerẽt: enĩuero timẽdũ quonã modo id factũ ferret ciuitas! nũc eñ qs eſt, q non ꝓbet! qui nõ laudet! q nõ vnũ poſt hominũ memoriã T. Anniũ plurimũ Reip. profuiſſe, maxima lętitia Populũ Romanũ, cũctã Italiã, nationes oẽs affeciſſe, & dicat, & ſentiat! Nequeo vetera illa Populi Romani quãta fuerint gaudia iudicare. multas tñ iã ſummoꝝ imperatoꝝ clariſſimas victorias ætas noſtra vidit, quarũ nulla neq; tã diuturnã attulit lętitiã, nec tãtã. mãdate hoc memorię Iudices. ſpero multa vos liberoſq; veſtros in Rep. bona eẽ viſuros. in his ſingulis ita ſemp exiſtimabitis, viuo P. Clodio nihil hoꝝ vos viſuros fore. in ſpem maximã, & quẽ admodũ cõfido, veriſſimã adducti ſumus: hũc ipm annũ, hoc ſummo viro cõſule, cõcuſſa hominũ licẽtia, cupiditatibus fractis, legibus, & iudiciis cõſtitutis, ſalutarẽ ciuitati fore. nũ quis igit eſt tã demens! qui hoc P. Clodio viuo cõtingere potuiſſe arbitretꝝ! Quid! ea q̃ tenetis priuata atq; veſtra, dominãte hoĩe furioſo, qđ ius ꝑpetuę poſſeſſionis habere potuiſſent! Non timeo Iud. ne odio inimicitiarũ mearũ inflãmatus libẽtius hęc in illũ euomere videar, q̃ verius. etenim etſi ꝑcipuũ eſſe debebat, tñ ita cõmunis erat oĩm ille hoſtis, vt ĩ cõmuni odio pene æqualiter verſaretꝝ odiũ meũ. nõ põt dici ſatis, ne cogitari qdẽ, quãtũ in illo ſceleris, quantũ exitii fuerit. Quin ſic attẽdite Iudices. nẽpe hęc eſt q̃ſtio de interitu P. Clodii. fingite animis: liberę. n. ſunt cogitationes noſtrę: & q̃ volũt ſic intuentꝝ, vt ea cernimus, q̃ videm⁹. fingite igitꝝ cogitatione imaginẽ huius conditionis meę, ſi poſſim efficere vt Milonẽ abſoluatis, ſed ita, ſi P. Clodius reuixerit. quid vultu extimuiſtis! quonã modo ille vos viuus affecerat, q mortu⁹ inani cogitatione ꝓcuſſit! quid! ſi ipſe Cn. Põpeius, q ea virtute ac ſapiẽtia eſt, vt ea potuerit ſemp, q̃ nemo ꝑter illũ: ſi is inquã potuiſſet, vt q̃ſtionẽ de morte P. Clodii ferre, ſic ipm ab inferis excitare: vtrũ putatis potius facturũ fuiſſe! etiã ſi ꝓpter amicitiã vellet illũ ab inferis reuocare: ꝓpter rẽpublicã, non feciſſet. Eius igit mortis ſedetis vltores, cuius vitã ſi putetis p vos reſtitui poſſe, nolitis: & de eius nece lata q̃ſtio eſt, q ſi eadẽ lege reuiuiſcere poſſet, lata lex nũ q̃ eſſet. huius ergo interfector nõ eſſet in cõſitẽdo ab his ĩpetraturus, ne pœnã timeret, quos liberauiſſet! Græci hoĩes deoꝝ honores tribuunt his viris, q Tyrãnos necauerũt. quę ego vidi Athenis! q̃ aliis in vrbibus Græcię! quas res diuinas talibus inſtitutas viris! quos cantus! q̃ carmina! ꝓpe ad imortalitatẽ & religionẽ & memoriã cõſecrant. vos tãti cõſeruatorẽ populi, tãti ſceleris vltorẽ, nõ modo honoribus nullis afficietis, ſed ad ſuppliciũ rapi patiemini! Confiteretꝝ, cõfiteretꝝ inquã, ſi feciſſet, & magno animo, & libẽter, ſe feciſſe libertatis oĩm cauſa: qđ certe ei nõ cõfitẽdũ modo fuiſſet, verũ etiã ꝓdicãdũ. Etenim ſi id nõ negat, ex quo nihil pętit,

* Decẽpedę. Precius lacus. Percallere. Fore. Libẽtius q̃ verius. Reuiuiſcere.

nísi vt ignoſcatur,dubitaret íd fateri,ex quo etiã p̃mia laudís eſſent p̃tẽda:níſi vero gratíus putat eſſe vobís,ſuí ſe capitís,q̃ veſtri ordínis defenſorẽ fuiſſe:cũ p̃ſertím in ea confeſſione,ſi grati eſſe velletís,honores aſſequereť ampliſſimos.Sí factũ vobis nõ p̃bareť (q̃q̃ quí poterat ſalus ſua cuiq̃ nõ p̃barí:) ſed tñ ſi mínus fortíſſimi viri vírtus ciuibus grata cecidíſſet, magno animo cõſtãtiq̃ cederet ex ingrata ciuitate. nã qd eſſet ingratius:q̃ lętarí cęteros,lugere eũ ſolũ,propter quẽ cęterí lętarẽtur: q̃q̃ hoc animo ſemp oẽs fuimus in patrię proditoribus opprímẽdis:vt quoniã noſtra futura eſſet gloría,p̃erículũ quoq̃ & inuidíã noſtrã p̃atarem⁹, nã quę míhi cõtríbuẽda laus eſſet ipſi,cũ tãtũ in conſulatu meo p̃ vobís ac liberís veſtrís au ſus eſſem:ſi id qd conabar,ſine maximís dimicatiónibus meís me eſſe auſurũ arbitrarer:quæ mulier ſceleratũ ac pnicioſum ciuẽ occídere nõ auderet,ſi p̃erículũ nõ tímeret:Propoſita inuidía,morte,pœna,quí níhilo ſegnius Rẽp.defendit,ís vir vere putãdus eſt.populi grati eſt, pręmíis afficere bene meritos de Repu.ciues:víri fortis,ne ſupplíciís qdẽ moueri,vt fortiter feciſſe pœníteat. Quãobrẽ vteret eadẽ cõfeſſione T.Annius,qua Hala,qua Naſica,qua Opímius,qua Marius,qua noſmetipſi:& ſi grata Reſp.eſſet,lętareť:ſi ingrata, tũ in graui fortuna conſcíẽtía ſua níteretur. ſed huius beneficíí gratiã Iud.fortuna Populí Romaní,& veſtra felícitas,& dii immortales ſibi deberí putãt.Nec vero q̃ſq̃ aliter arbitrarí poteſt, níſi q nullã vim cęleſtẽ exiſtímat,numenve diuinũ: quẽ neq̃ ĩpérii veſtri magnitudo,neq̃ ſol ille,nec cęlí, & ſignoq̃ motus, nec viciſſitudines rerũ,atq̃ ordines mouẽt,neq̃ íd qd maxímũ eſt, maiorũ ſapiẽtía:q ſacra,q cerímonias,q auſpicia & ipſi ſanctiſſime coluerũt,& nobís ſuis poſteris p̃dí derunt.Eſt p̃fecto illa vís:neq̃ in his corporibus,atq̃ in hac imbecillitate noſtra ineſt quiddã qd vigeat,& ſentiat,& nõ ineſt in hoc tãto naturę,tã p̃claro motu. níſi forte ídcirco nõ putãt,q̃a nõ apparet,nec cernít:perinde quaſi noſtrã ipſam mẽtẽ, qua ſapimus, qua p̃uidemus, qua hęc ipſa agímus,ac dícimus,vídere,aut plane qualis,aut vbi ſit,ſentire poſſimus.Ea vís, ea eſt igít,q̃ ſępe incredíbiles huic vrbi felicitates,atq̃ opes attulit: quę illã pnicíẽ extínxit,ac ſuſtulit:cui primũ mẽtẽ iníecit,vt ví írritare ferroq̃ laceſſere fortiſſimũ virũ auderet:vínceretur q̃ ab eo,quẽ ſi viciſſet,habiturus eſſet ípunitatẽ,& licẽtiã ſempiternã. non eſt humano cõſilio,nec mediocrí qdẽ Iudices deoq̃ immortaliũ cura res illa p̃fecta. religiones mehercule ipſę,araeq̃,cũ illã belluã cadere víderũt,cõmouiſſe ſe vídenť,& ius in illo ſuũ retinuiſſe. vos eũ Albani tumuli atq̃ luci,vos inquã imploro,atq̃ obteſtor,voſq̃ Albanoq̃ obrutę araę ſacroq̃ Populi Romani ſocię,& ęquales : quas ille p̃ceps amẽtia,cęſis,p̃ſtratiſq̃ ſanctiſſimis lucis,ſubſtructionũ inſanis molibus oppſſerat: veſtrę tũ arę,veſtrę religiones víguerunt,veſtra vís valuit,quã ille omní ſcelere polluerat:tuq̃ ex tuo edito mõte Latialis ſancte Iupiter,cui⁹ ille lacus,nemora,ſineſq̃,ſępe omí nefario ſtupro,& ſcelere macularat: alíquãdo ad eũ puníẽ dũ oculos aperuiſti. vobis illę,vobis veſtro in cõſpectu ſerę,ſed iuſtę tñ, & debitę pœnę ſolutę ſunt. níſi forte hoc etiã caſu factũ eſſe dicímus,vt ante ipm ſacrariũ Bonę deę,qd eſt ĩ fundo T.Sextíi Galli in primís honeſti,& ornati adoleſcẽtís:ante ipam inquã Bonã deã,cũ plíũ cõmiſiſſet,primũ illud vulnus acceperit,quo teterrimã mortẽ obíret:vt nõ abſolutus iudicio illo nefario videreť,ſed ad hãc inſignẽ pœnã reſeruatus.Nec vero nõ eadẽ ira deoq̃ hãc eius ſatellitibus iniecit amẽtiã,vt ſine imaginibus,ſine cantu,ſine ludís,ſine exequíis,ſine lamẽtis, ſine laudatí onibus,ſine funere,oblitus cruore,& luto,ſpoliatus illíus ſup̃mí díei celebritate, quã cõcedere etiã inimici ſolẽt,ambureretť etiã abiectus.nõ fuiſſe credo fas clariſſimoq̃ víroru formas illi teterrimo parricidę alíqd afferre:neq̃ vllo in loco potius mortẽ eius lacerari,q̃ in quo vita eſſet dãnata.Dura mihi mędiuſſidius iã fortuna Populí Romaní,& crudelis vídebaťq̃ tot annos illũ in hãc Rẽp.inſultare víderet,& patereť. polluerat ſtupro ſanctiſſimas religiones:Senat⁹ grauiſſima decreta p̃fregerat:pecunia ſe palã iudícib⁹ redemerat:vexarat ĩ tribunatu ſenatũ:oím ordinũ cõſenſu p̃ ſalute Reip.geſta reſciderat:me patría expulerat:bona diripuerat:domũ incẽderat:líberos,cõiugẽ meã vexauerat:Cn.Põpeio nefariũ bellũ índixerat:magiſtratuũ priuatorũq̃ cędes effecerat:domũ mei fratris incẽderat: vaſtarat Hetruriã: multos ſedibus,ac fortunis eiecerat,iſtabat,vrgebat:capę eius amẽtiã ciuitas, Italía,p̃uincię, regna nõ poterãt:ĩcidebanť iã domi leges,q̃ nos noſtris ſeruis addícerẽt:níhil erat cuiuſq̃,qd qdẽ ille adamaſſet,qd nõ hoc anno ſuũ fore putaret:obſtabat eius cogitatiónibus nemo,p̃ter illũ Milonẽ ipſum,qui poterat obſtare:Cn.Pompeiũ nouo reditu in gratiã quaſi deuinctũ arbitrabatur:Cæſaris potentiã,ſuã potentiã eſſe dicebat: bonoq̃ animos etiã in meo caſu cõtẽpſerat:Milo vnus vrgebat. Hic dii immortales,vt ſupra díxi, mentẽ dederunt illí p̃rdito,ac

Vís cęleſtis.

Albani tumuli.

Iupiter Latialis.

furioſo, vt huic faceret inſidias. aliter perire peſtes illa non potuit. nũq̃ illum Reſp. ſuo iure eſſet vlta. Senatus credo prætorem eũ circũſcripſiſſet. ne cũ ſolebat quidẽ id facere, in priuato eodem hoc, aliquid profecerat. An conſules in prætore coercendo fortes fuiſſent? primum Milone occiſo habuiſſet ſuos conſules. deinde quis in eo prætore conſul ſortis eſſet, per quẽ tribunũ, virũ conſularem, crudeliſſime necatum eſſe meminiſſet? omnia poſſideret, teneret: lege noua, quæ eſt inuenta apud eũ cũ reliquis legibus Clodianis, ſeruos noſtros libertos ſuos feciſſet: poſtremo, niſi eũ dii immortales in eã mẽtem impuliſſent, vt homo effœminatus fortiſſimũ virũ conaretur occidere, hodie Remp. nullã haberetis. An ille prętor, ille vero cõſul, ſi modo hæc templa, atq; ipſa mœnia ſtare eo viuo tãdiu, & conſulatũ eius expectare potuiſſent, ille deniq; viuus, mali nihil feciſſet? qui mortuus vno ex ſuis ſatellitibus Sex. Clodio duce, curiã incenderit? Quo quid miſerius? quid acerbius? quid luctuoſius vidimus? templũ ſanctitatis, amplitudinis, mẽtis, cõſilii publici, caput vrbis, aram ſocioꝝ, portũ omniũ gẽtiũ, ſedẽ ab vniuerſo Populo Romano cõceſſam vni ordini, inflãmari, excindi, funeſtari. neq; id fieri a multitudine imperita, q̃q̃ eſſet miſerũ id ipſum, ſed ab vno, qui cũ tantũ auſus ſit vltro p̃ mortuo, quid ſignifer pro viuo nõ eſſet auſus? In curiã potiſſimũ abiecit: vt eã mortuus incenderet, quã viuus euerterat. & ſunt q̃ de via Appia q̃rãtur? taceãt de curia? ecquãdo ab eo ſpirãte forũ potuiſſet defendi, cuius nõ reſtiterit cadaueri curia? Excitate, excitate eũ ſi poteſtis a mortuis: frangetis impetũ viui, cuius vix ſuſtinetis furias inſepulti. niſi vero ſuſtinuiſtis eos qui cũ facibus ad curiã cucurrerũt: cũ falcibus ad Caſtoris, cũ gladiis toto foro volitarunt. Ad Caſtoris.

Cędi vidiſtis Populũ Romanũ, cõcionẽ gladiis diſturbari, cũ audiret ſilẽtio M. Cęlius Tribunus Pl. vir fortiſſimus, & in ſuſcepta cauſa firmiſſimus, & bonoꝝ volũtati & auctoritati ſenatus deditus, & in hac Milonis ſiue inuidia, ſiue fortuna, ſingulari, diuina, & incredibili fide.

Sed iã ſatis multa de cauſa, extra cauſam etiã nimis fortaſſe multa. Quid reſtat? niſi vt orẽ, obteſterq; vos Iudices, vt etiã miſericordiã tribuatis fortiſſimo viro, quã ipſe nõ ĩplorat: ego aũt repugnãte hoc, imploro, & expoſco. Nolite ſi in veſtro oĩm fletu nullã lachrymã aſpexiſtis Milonis: ſi vultũ ſemp eũdẽ, ſi vocẽ, ſi orationẽ ſtabilẽ, ac nõ mutatã videtis: hoc mĩno ei parcere. atq; haud ſcio, an multo etiã ſit adiuuãdus magis. Etenĩ ſi in gladiatoriis pugnis, & infimi generis hoĩm cõditione, atq; fortuna, timidos & ſupplices, & vt viuere liceat obſecrantes, etiã odiſſe ſolemus: fortes, & animoſos, & ſe acriter ipſi morti offerẽtes ſeruare cupimus: eorũq; nos magis miſeret, q̃ noſtrã miſericordiã nõ reqrũt, q̃ qui illã efflagitãt: quãto hoc magis in fortiſſimis ciuibus facere debemus? Me qdẽ Iud. exanimãt & interimũt hę voces Milonis, quas audio aſſidue, & qbus adſum quotidie. Valeãt, inqt, valeãt ciues mei, ſint ĩcolumes, Ciues mei.
ſint florẽtes, ſint beati, ſtet hęc vrbs p̃clara, mihiq; patria chariſſima, quoquo modo merita de me erit: tranqlla Rep. ciues mei, quoniã mihi cũ illis nõ licet, ſine me ipſi, ſed p̃ me tĩ, p̃fruãtur: ego cedã, atq; abibo. Si mihi Rep. bona frui nõ licuerit, at carebo mala: & q̃primũ tetigero bene moratã, & liberã ciuitatẽ, in ea cõquieſcã. O fruſtra, inqt, ſuſcepti mei labores: O ſpes fallaces: O cogitationes inanes meę. Ego cũ Tribun9 Pl. Rep. oppſſa me ſenatui dediſſem, quẽ extinctũ acceperã: eqtibus Romanis, quoꝝ vires erãt debiles: bonis viris, q̃ omnẽ auctoritatẽ Clodianis armis abiecerãt: mihi vnq̃ bonoꝝ p̃ſidiũ defuturũ putarẽ? Ego cũ te (mecũ em ſæpiſſime loquiẽ) patrię reddidiſſem, mihi nõ futurũ ĩ patria putarẽ locũ? Vbi nũc ſenatus eſt, quẽ ſecuti ſumus? vbi eqtes Romani, illi, illi, inqt, tui? vbi ſtudia municipioꝝ? vbi Italię voces? vbi deniq; tua M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox & defenſio? mihi ne ea ſoli qui pro te toties morti me obtuli, nihil põt opitulari? Nec vero hęc Iud. vt ego nũc, flens, ſed hoc eodẽ loquiẽ vultu, quo videtis. Negat. n. ſe, negat ingratis ciuib9 feciſſe, q̃ feciſſet: timidis & oĩa circũſpiciẽtib9 pericula, nõ negat. plebẽ, & infimã multitudinẽ, q̃ P. Clodio duce fortunis veſtris imminebat: eã quo tutior eẽt vita veſtra, ſe feciſſe cõmemorat vt nõ modo virtute flecteret, Milonis liberalitas.
ſed etiã tribus ſuis patrimoniis deliniret: nec timet, cũ plebẽ muneribus placarit, vos nõ conciliarit meritis in Rẽp. ſingularibus. Senatus erga ſe beneuolẽtiã tẽporibus his ipſis ſæpe eſſe perſpectã. veſtras vero, & veſtroꝝ ordinũ occurſationes, ſtudia, ſermones, quẽcũq; caſum fortuna dederit, ſecũ ablaturũ eſſe dicit. Meminit etiã ſibi vocẽ p̃conis modo defuiſſe, quã mihi Meminit defuiſſe.
me deſiderat: populi vero cũctis ſuffragiis, qđ vnũ cupierit, ſe cõſulẽ declaratũ: nũc deniq; ſi hęc cõtra ſe ſint futura, ſibi facinoris ſuſpitionẽ nõ facti crimẽ obſtare. Addit hęc q̃ certe vera ſunt, fortes & ſapiẽtes viros non tã p̃mia ſequi ſolere recte factorũ, q̃ ipſa recte facta. Se nihil in vita niſi pręclariſſime feciſſe. ſi quidẽ nihil ſit p̃ſtabilius viro, q̃ periculis patriã liberare.

beatos esse, quibus ea res honori fuerit a suis ciuibus: nec tamen eos miseros, qui beneficio ciues suos vicerint. Sed tamē ex omnibus præmiis virtutis, si esset habenda ratio præmiorū,

Virtutis p̄miū āplissimū gloria.

amplissimū esse præmiū gloriam: esse hanc vnā, quæ breuitatē vitæ posteritatis memoria cōsolaretur: quæ efficeret, vt absentes adessemus, mortui viueremus: hāc denique esse, cuius gradibus etiā homines in cęlū videātur ascēdere. De me, inquit, semp Populus Romanus, semp oēs gētes loquētur, nulla vnq̄ obmutescet vetustas. quin hoc tēpore ipso, cū oēs a suis inimicis faces inuidię meę subiiciātur, tñ omni in hominū cœtu gratiis agēdis, & gratulationibus habēdis, & omni sermone celebramur. Omitto Hetrurię festos & actos & institutos dies. centesima lux est hęc ab interitu P. Clodii, & opinor altera: qua fines imperii Populi Romani nō solū fama iā de illo, sed etiā lętitia pęragrauit. Quāobrē vbi corpus hoc sit, nō, inquit, laboro: quoniā oībus in terris & iā versatur, & semp habitabit nominis mei gloria. Hęc tu mecū sępe his absentibus: sed hisdē audiētibus, hæc ego tecū Milo. Te qdē p̄ isto animo es, satis laudare non possum: sed quo est illa magis diuina virtus, eo maiore a te dolore diuellor. Nec vero si mihi eripēris, reliqua est illa tñ ad consolandū querela, vt his irasci possim, a qbus tātū vulnus accepero. Non em̄ inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi: nō male aliquando de me meriti, sed optime. Nullū vnq̄ Iudices mihi tātū dolorē inuretis: etsi quis potest esse tātus? sed ne hūc qdē ipsum, vt obliuiscar, quāti me semp feceritis. quæ si vos cepit obliuio, aut si

Cepit obliuio.

in me aliqd offendistis, cur non id meo capite potius luitur, q̄ Milonis? Pręclare em̄ vixero, si quid mihi acciderit, prius q̄ hoc tātū malī videro. Nūc me vna cōsolatio sustētat, p̄ tibi o T. Anni nullū a me amoris, nullū studii, nullū pietatis officiū defuit. Ego inimicitias potentiū pro te appetiui: ego meū sæpe corpus & vitā obieci armis inimicor̄ tuor̄: ego me plurimis pro te supplicē abieci: bona, fortunas meas, ac liberor̄ meor̄ in cōmunionē tuor̄ tēporū contuli. Hoc denique ipso die, siqua vis est parata, siqua dimicatio capitis futura, deposco. Quid iam restat? quid habeo? quid dicā? quid faciā pro tuis in me meritis? nisi vt eam fortunā, quę-

Occasura.

cūq̄ erit tua, ducam meam? Non recuso, nō abnuo: vosq̄ obsecro Iudices, vt vestra beneficia, quę in me cōtulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdē exitio occasura esse iubeatis. His lachrymis nō mouetur Milo, est quodā incredibili robore animi septus: exiliū ibi esse putat, vbi virtuti nō sit locus: mortem naturæ finem esse, nō pœnā. Sit hic ea mente, qua natus est. quid vos Iudices? quo tandē animo eritis? memoriā Milonis retinebitis? ipsum eiicietis? & erit dignior locus in terris vllus, qui hanc virtutem excipiat, q̄ hic, qui procreauit? Vos, vos appello fortissimi viri, q̄ multū pro Rep. sanguinē effudistis: vos in viri, & in ciuis inuicti appello periculo Centuriones, vosq̄ milites: vobis nō modo inspectantibus, sed etiā armatis, & huic iudicio p̄sidentibus, hæc tanta virtus ex hac vrbe expelletur? exterminabit? eiiciet? O me miserū: O me infelicem: reuocare tu me in patriā Milo potuisti p̄ hos, ego te in patria per eosdem retinere non potero? quid respondebo liberis meis, qui te parentē alterū putant? quid tibi Q. frater, qui nūc abes, consorti mecū temporū illorū? me non potuisse Milonis salutem tueri per eosdē, per quos nostrā ille seruasset? at in qua causa nō potuisse? quę est grata gentibus, a quibus nō potuisse? ab his qui maxime P. Clodii morte acquierūt. quo deprecante? me. quodnā concepi tantū scelus? aut qd in me tantū facinus admisi Iudices? cum illa in-

Concipere scelus.

dicia cōmunis exitii indagaui, patefeci, protuli, extinxi. oēs in me meosq̄ redūdāt ex illo fonte dolores. Quid me reducē esse voluistis? an vt inspectāte me expellerētur hi, per quos essem restitutus? Nolite, obsecro vos, pati, mihi acerbiorē reditū eē, q̄ fuerit ille ipse discessus. Nam qui possum putare me restitutum esse, si distrahor ab iis, per quos restitutus sum? Vtinā dii immortales fecissent (pace tua patria dixerim: metuo em̄ ne scelerate dicā in te, qd p̄ Milone dicā pie) vt P. Clodius nō modo viueret, sed etiā prętor, consul, Dictator esset, anteq̄ hoc spectaculū viderē. O dii immortales fortē, & a vobis Iud. cōseruādū virū. minime, minime, inquit: immo vero pœnas ille debitas luerit. nos subeamus, si ita necesse est, nō debitas. Hiccine vir patriæ natus, vsq̄ nisi in patria morietur? aut si forte pro patria, huius vos animi monimenta retinebitis, corporis in Italia nullū sepulcrū esse patiemini? hūc sua quisq̄ sententia ex hac vrbe expellet, quē oēs vrbes expulsum a vobis ad se vocabūt? O terrā illā beatā, quę hunc virū exceperit: hanc ingratā, si eiecerit: miserā, si amiserit. Sed finis sit: neq; em̄ p̄ lachrymis loqui possum: & hic se lachrymis defendi vetat. vos oro obtestorq̄ Iudices, vt in sentētiis ferēdis, qd sentietis, id audeatis. vestrā virtutē, iustitiā, fidē (mihi credite) is maxime probabit, qui in iudicibus legendis optimum, & sapientissimum quenq̄ legit.

PRO C. RABIRIO POSTHVMO.
ORATIO. XL.

QVIS est Iudices, qui C. Rabiriũ, ꝙ ſuę fortunæ fundatas præſertim, atq; optime conſtitutas opes poteſtati regię, libidiniq; cõmiſerit, reprehendendũ putet, aſcribat ad iudiciũ ſuũ nõ modo meã, ſed huius etiã ipſius, qui cõmiſit, ſententiã. neq; em̃ cuiq̃ eius conſiliũ vehementius, q̃ ipſi diſplicet. q̃q̃ hoc plerũq; facimus, vt cõſilia euẽtis ponderemus: & cui bene quid proceſſerit, multũ illũ prouidiſſe: cui ſecus, nihil ſenſiſſe dicamus. ſi extitiſſet in rege fides, nihil ſapiẽtius Posthumo: quia fefellit Rex, nihil hoc amentius dicit. vt iã nihil eſſe videat, niſi diuinare, ſapientis. Sed tñ ſi quis est Iudices, qui illã Posthumi ſiue inanẽ ſpem, ſiue inconſultã rationẽ, ſiue (vt grauiſſimo verbo vtar) temeritatẽ, vituperandã putet, ego eius opinioni nõ repugno. illud tñ deprecor, vt cũ ab ipſa fortuna crudeliſſime videat huius conſilia eſſe mulctata, ne quid ad eas ruinas, quibus hic oppreſſus est, addendũ acerbitatis putet. ſatis est hoſtes imprudẽtia lapſos non erigere. vrgere vero iacẽtes, aut p̃cipitãtis impellere, certe est inhumanũ. præſertim Iud. cũ ſit hoc generi hominũ prope natura datum, vti qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui ſunt eius ſtirpis, ꝙ ſermo hominũ ad memoriã patrũ virtute celebret, cupidiſſime perſequant. ſiquidẽ non modo in gloria rei militaris Paulũ Scipio, aut Maximũ filius, ſed etiã in deuotione vitę, & in ipſo genere mortis imitatus est P. Deciũ filius. Sint igit̃ ſimilia Iud. parua magnis. fuit em̃ pueris nobis huius pater C. Curius prꝰceps ordinis equeſtris, fortiſſim⁹ & maximus Publicanus, cuius in negotiis gerẽdis magnitudinẽ animi nõ tã hoſtes probaſſent, niſi in eodẽ benignitas incredibilis fuiſſet, vt in augenda re nõ auaritię prędã, ſed inſtrumentũ bonitati quęrere videret. Hoc ille natus, q̃uis patrem ſuũ nunq̃ viderat, tñ & natura ipſa duce, quę plurimũ valet, & aſſiduis domeſticorũ ſermonibus, in paternę culpę ſimilitudinẽ deductus est. multa geſſit, multa cõtraxit, magnas partis habuit Publicanorũ, credidit populis, in pluribus prouinciis ei⁹ verſata res est, dedit ſe etiã Regibus. huic ipſi Alexandrino grandẽ iam antea pecuniam credidit. nec interea locupletare amicos vnq̃ ſuos deſtitit, mittere in negotiũ, dare partis, augere, fide ſuſtentare. quid multa? cũ magnitudine animi, tũ liberalitate, vitã patris, & conſuetudinẽ expreſſerat. pulſus interea regno Ptolemæus doloſis cõſiliis (vt dixit Sibylla, ſenſit Posthumus) Romã venit. huic egenti, & roganti hic infelix pecuniam credidit. nec tum primũ. nam regnanti crediderat abſens. nec temere ſe credere putabat, ꝙ erat nemini dubiũ, quin is in regnum reſtitueret a S. P. Q. R. In dando autẽ & credendo proceſſit lõgius: nec ſuam ſolũ pecuniã credidit, ſed etiã amicorum. ſtulte. quis negat? aut quis iam nõ admonet? qđ male cecidit! bene conſultũ putares. Id est difficile, qđ cum ſpe magna ſis ingreſſus, id non exequi vſq; ad extremũ. ſupplex erat rex, multa rogabat, omnia pollicebat: vt iam metuere Posthumus cogeret, ne qđ crediderat, perderet, ſi credendi cõſtituiſſet modũ. nihil autẽ erat illo blandius, nihil hoc benignius, vt magis pœniteret cœpiſſe, q̃ liceret deſiſtere. hinc primũ exoritur crimen illud, Senatũ corruptũ eſſe dicunt. O dii immortales, hęc est illa exoptata iudiciorũ ſeueritas! corruptores noſtri cauſam dicunt: nos qui corrupti ſumus, non dicimus. quid ego Senatũ defendã hoc loco Iudices? omni equidẽ loco debeo: ita de me est meritus ille ordo. ſed id nec agit̃ hoc tẽpore: nec cũ Posthumi cauſa, res iſta cõiuncta est. q̃q̃ ad ſumptũ itineris, ad illam magnificentiã apparatus, comitatũq; regiũ, ſuppeditata pecunia a Posthumo est, factęq; ſyngraphę ſunt in Albano Cn. Põpeii, cũ ille Roma profectus eſſet: tñ non debuit is, qui dabat, quo ille, qui accipiebat, cõſumeret, quęrere. nõ em̃ latroni, ſed Regi credidit: nec Regi inimico populi Romani, ſed ei, cuius reditum conſuli datum a ſenatu videbat. nec ei regi, qui alienus ab hoc imp̃rio eſſet: ſed ei, quicũ fœdus ferire in Capitolio viderat. ꝙ ſi creditor in culpa ſit, nõ qui improbe credita pecunia vſus, dãnetur is, qui fabricatus gladiũ est, & vendidit: nõ is, qui illo gladio ciuẽ aliquẽ interemit. Quamobrem ne ꝙ tu C. Memmi hoc facere debes, vt Senatũ, cuius auctoritati te ab adoleſcentia dediſti, in tãta infamia verſari velis, neq; id, qđ non agit̃, defendere. Posthumi em̃ cauſa, quęcũq; est, ſeiuncta a Senatu est. Q̃ ſi item a Gabinio ſeiunctã oſtendero, certe qđ dicas, nihil habebis. est em̃ hęc cauſa, quo ea pecunia peruenerit, quaſi quędam appendicula cauſę iudicatę, atq; damnatę. ſunt lites ęſtimatę A. Gabinio, nec prędes dati, nec ex bonis populi ſeruari lex ęqua est. Iu-

Diuinare, ſapientis.

Filii imitãtur patres.

Appẽdicula. ✳

bet lex Iulia persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quã is ceperit, qui dãnatus sit, puenerit. si est hoc nouũ in lege Iulia, sicuti multa sunt seuerius scripta, q̃ in antiqs legibus, & sanctius iudicata: sane etiã cõsuetudo huius generis iudicior̃ noua fit. hoc totidẽ verbis trãslatũ caput est, qđ fuit nõ modo in Cornelia, sed etiã ante in lege Seruilia, per deos ĩmortales qd agimus Iudices! aut quẽ hunc morẽ nouorũ iudiciorũ in Rẽp. inducim⁹! erat em̃ hęc cõsuetudo nota vobis qdẽ oĩbus: sed si vsus magister est optim⁹, mihi debet esse notissimus, accusaui de pecuniis repetũdis, Iudex sedi, Prętor quęsiui, defendi plurimos: nulla pars, q̃ aliquã facultatẽ dicẽdi afferre posset, nõ mea fuit. ita cõtendo: neminẽ vnq̃, quo ea pecunia peruenisset, causam dixisse, qui in ęstimãdis litib⁹ appellatus nõ esset. in litibus aũt nemo appellabat, nisi ex testiũ dictis, aut tabulis priuatorũ, aut rationib⁹ ciuitatũ. Itaq; in inferẽdis litibus adesse solebãt, & qui aliquid de se verebant: & cũ erant appellati, si videbat, statim cõtradicere solebãt, sin eius temporis recentẽ inuidiã pertimuerãt, respõdebant postea, qđ cũ fecissent, permulti sępe vicerũt. hoc vero nouũ est, ante hoc tẽpus oĩno inauditũ: in litibus Posthumi nomen est nusq̃. in litibus dico! modo vos iidẽ in A. Gabiniũ iudices sedistis. nũ quis testis Posthumũ appellauit! testis aũt! nũ accusator! nũ denię toto illo iudicio Posthumi nomẽ audistis! nõ igitur reus ex ea causa q̃ iudicata est, redũdat Posthumus, sed est arreptus vn⁹ Eques Ro. de pecuniis repetundis reus, quibus tabulis! q̃ in iudicio a Gabinio recitatę nõ sunt, quo teste! a quo tũ appellatus nusq̃ est, qua appellatione litiũ! in qua Posthumi mẽtio facta nulla est, qua lege! qua non tenet. Hic iam Iud. vestri cõsilii res est, vestrę sapiẽtię: quid deceat vos, nõ quantũ liceat vobis spectare debetis, si em̃ quid liceat quęritis, potestis tollere e ciuitate, quẽ vultis, tabella est, quę dat potestatẽ, occultat eadem libidinem, cuius † conscientia nihil est qđ quisq̃ timeat, si nõ pertimescat suã. Vbi est igit̃ sapiẽtia Iudicis! in hoc: vt nõ solũ quid possit, sed etiã quid debeat, ponderet: nec quantũ sibi pmissum, meminerit solũ, sed etiã quaten⁹ cõmissum sit. Dat̃ tibi tabella iudicii qua lege! Iulia de pecuniis repetũdis, quo de reo! de Equite Romano, at iste ordo lege ea nõ tenet̃, illo inquit capite, qđ erat in Posthumũ, q; in Gabiniũ iudex esses. nihil Gabinio datũ, cũ in eũ lites ęstimaret, at nũc audio, reus igit̃ Posthumus est ea lege, qua nõ modo ipse, sed totus etiã ordo solutus, ac liber est. Hic ego nũc nõ vos prius implorabo Equites Romani, quorũ ius iudicio tentat̃: q̃ vos Senatores, quorũ agit̃ fides in hũc ordinẽ: q̃ quidẽ cũ sępe ante, tum in hac ipsa causa nup est cognita. nam cũ optimo, & pstantissimo Cõsule Cn. Põpeio de hac ipsa quęstione referẽte, existerẽt nõnullę, sed perpaucę tñ acerbę sentẽtię, q̃ censerent, vt Tribuni, vt Prefecti, vt Scribę, vt comites oẽs magistratuũ lege hac tenerent̃: vos, vos inquã ipsi & Senat⁹ frequẽs restitit: & q̃q̃ tũ ꝓpter multor̃ delicta etiã ad innocẽtiũ periculũ tẽpus illud exarserat, tñ cũ odiũ nõ restingueretis, huic ordini ignẽ nouũ subiici nõ siuistis.

Vsus magister optim⁹

† cõsciẽtiã. Iudicis sapientia in quocõsistat

Glaucię admonitio.

Hoc animo igit̃ Senatus, quid vos Equites Ro. quid tandẽ estis acturi! Glaucia solebat homo impurus, sed tñ acutus populũ monere, vt cũ lex aliqua recitaret̃, primũ versum attenderet: si esset, Dictator, Cõsul, Prętor, Magister equitum: ne laboraret: sciret nihil ad se pertinere, sin aũt, quicũq; post hanc legẽ: videret nequa noua quęstione alligaret̃. Nunc vos Equites Ro. videte. scitis me ortũ e vobis, oĩa semp sensisse pro vobis: nihil horũ sine magna cura, & summa charitate vestri ordinis loquor: alius alios hoĩes, & ordines, ego vos semp cõplexus sum. moneo & pdico, integra re causaq; denũcio, oẽs hoĩes deosq; testor: dũ potestis, dũ licet, puidete, ne duriorẽ vobis cõditionẽ statuatis ordiniq; vestro, q̃ ferre possit. serpet hoc malũ (mihi credite) longius, q̃ putatis, potẽtissimo, & nobilissimo tribuno ple. M. Druso vnã in equestrẽ ordinẽ quęstionẽ ferẽti, si quis ob rẽ iudicatã pecuniã cepisset, aperte Equites Ro. restiterunt. quid! hoc licere volebãt! miníme, neq; solũ hoc genus pecunię capiẽdę turpe, sed etiã nefariũ arbitrabant̃. attamen ita disputabãt, eos teneri legib⁹ oportere, qui suo iudicio essent illã conditionẽ vitę secuti. delectat amplissimus ciuitatis gradus, sella curulis, fasces, imperia, puicię, sacerdotia, triũphi, denię imago ipsa ad posteritatis memoriã prodita: est simul etiã sollicitudo aliqua: & legũ, & iudiciorũ maiorũ quidã metus. nos ista nunq̃ cõtempsimus (ita em̃ disputabant) sed hãc vitã quietã, atq; otiosam secuti sumus. quę qm̃ honore caret, careat etiã molestia. tam es tu Iudex, q̃ ego Senator. ita est. sed tu istud petiisti, ego hoc cogor. quare aut iudici mihi nõ esse liceat: aut legẽ, lege Senatoria non timere. hoc vos Equites Ro. ius a patribus acceptũ amittetis! moneo, ne faciatis. rapient̃ hoĩes in hęc iudicia ex omni nõ modo inuidia, sed sermone maleuolorũ, nisi cauetis. Si iam vobis nunciaret̃ in Senatu sententias dici, vt his legibus teneremini, concurrendũ ad curiã putaretis: si lex ferret̃, conuolaretis ad rostra,

M. Drusus.

vos Senatus liberos hac lege esse voluit, populus nunq̃ alligauit: soluti huc cõueniſtis: ne cõ
ſtricti diſcedatis, cauete. nam ſi Poſthumo fraudi fuerit, qui nec Tribunus, nec Pręfectus, nec
ex Italia comes, nec familiaris Gabinii fuit, quęnã ſe modo defendent poſthac, qui veſtri or-
dinis cũ magiſtratibus noſtris fuerint his cauſis implicati? Tu inquit Gabiniũ, vt regẽ reduce
ret, impuliſti. non patiẽ mea etiã fides de Gabinio grauius agere, quẽ eñ ex tantis inimicitiis
receptum in gratiã ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictũ violare non debeo. quocũ ſtan-
te ſi me Cn. Pompeii auctoritas in gratiã non reduxiſſet, nunc iam ipſius fortuna reduceret.
ſed tñ, cum ita dicis, Poſthumi impulſu Gabiniũ profectũ Alexandriã: ſi defenſioni Gabinii fi
dem non habes, obliuiſceris ne etiã accuſationis tuę? Gabinius ſe id feciſſe dicebat reipublicę
cauſa, q̃ claſſem Marchilei timeret, q̃ mare refertũ prædonũ putaret. lege etiã id ſibi licuiſſe
dicebat. tu inimicus negas, ignoſco: & eo magis, q̃ eſt contra illud iudicatũ. redeo igiẽ ad cri
men & accuſationem tuã. quid vociferabare decẽ millia talenta Gabinio eſſe promiſſa? huic
videlicet perblandus reperiẽdus fuit, qui hominẽ, vt tu vis, auariſſimũ exoraret: ſeſtertiũ bis
milliẽs & quadringentiẽs ne magnopere contẽneret. Gabinius illud quoquo conſilio fecit, fe
cit certe ſuo: quęcũq̃ mens illa fuit, Gabinii fuit. ſiue ille vt ipſe dicebat, gloriã, ſiue, vt tu vis,
pecuniam quęſiuit, quęſiuit ſibi. num Gabinii comes, vel ſectator? negat: cuius id negotiũ nõ
erat, ſed ad P. Lentuli clariſſimi viri auctoritatẽ, a Senatu profectã, & conſilio certo, & ſpe nõ
dubia, Romã contẽderet. At †Dicæcetes fuit regius, & quidẽ in cuſtodia etiã fuit regia, & vi-
ta eius oblata pœnę eſt. multa pręterea, quę libido regis, quę neceſſitas coegit ferre, pertulit.
quare omniũ rerũ vna reprehẽſio eſt, q̃ regnũ intrarit, q̃ poteſtati ſe regis cõmiſerit. verũ ſi
q̃rimus, ſtulte. quid eñ ſtultius? q̃ Equitẽ Ro. ex hac vrbe, huius inquã reip. ciuẽ, quę eſt vna
maxime, & fuit ſemp libera, venire in eũ locũ, vbi parẽdũ alteri, & ſeruiẽdũ ſit? Sed ego in hoc
tandẽ Poſthumo non ignoſcã homini mediocriter docto: qui videã ſapientiſſimos hoĩes eſſe
lapſos? virũ vnũ totius Græcię facile doctiſſimũ Platonẽ, iniquitate Dionyſii Sicilię Tyranni,
cui ſe ille cõmiſerat, in maximis periculis inſidiiſq̃ eſſe verſatũ accepimus: Calliſthenẽ doctũ
hominẽ, comitẽ Magni Alexandri, ab Alexandro necatũ: Demetriũ & ex republica Athenis,
quã optime digeſſerat, & ex doctrina nobilẽ & clarũ, qui Phalereus vocitatus eſt, in eodẽ iſto
Aegypti regno aſpide ad corpus admota vita eſſe priuatum. Plane confiteor fieri nihil poſſe
dementius, q̃ ſcientẽ in eũ locũ venire, vbi libertatẽ ſis perditurus. ſed huius iſtius facti ſtulti
tiã maior iã ſuperior ſtultitia defendit. quę facit vt hoc ſtultiſſimũ facinus, q̃ in regnũ vene-
rit, q̃ regi ſe cõmiſerit, ſapiẽter factũ eſſe videat. ſiquidem tam ſemper ſtulti, q̃ ſero ſapientis
eſt, cũ ſtultitia ſua impeditus ſit, quoquo modo poſſit ſe expedire. Quãobrẽ illud maneat, & fi
xum ſit, qđ neq̃ moueri neq̃ mutari poteſt: in quo ęqui ſpraſſe Poſthumũ dicũt, peccaſſe ini
qui, ipſe etiã inſaniſſe ſe cõfiteẽ, q̃ ſuã: q̃ amicorũ pecuniã Regi crediderit cũ tãto fortunarũ
ſuarũ periculo. hoc quidẽ ſemel ſuſcepto, atq̃ cõtracto, perpetiẽda fuerũt, vt ſe aliqñ ad ſuos
vidicaret. itaq̃ obiicias licet, q̃ voles, ſępe palliatũ fuiſſe, aliqua habuiſſe nõ Romani hoĩs inſi
gnia: quoties eorũ quippiam dices, toties vnũ dices, atq̃ illud, temere hunc pecuniã regi cre-
didiſſe: ſuas fortunas, atq̃ famã libidini regię cõmiſiſſe. fecerat temere, fateor, mutari factum
iam nullo modo poterat: aut palliũ ſumendum Alexandriæ, vt & Romæ togato eſſe lice-
ret: aut oẽs fortunę abiiciẽdę, ſi togã retinuiſſet. Delitiarũ cauſa, & voluptatis, nõ modo ciuis
Romanos, ſed & nobilis adoleſcẽtis, & quoſdã etiã Senatores ſummo loco natos, nõ in hortis
aut ſuburbanis ſuis, ſed Neapoli in celeberrimo oppido cũ mitrella ſępe videmus. chlamyda-
tum illũ L. Syllã imperatorẽ: L. vero Scipionis, q̃ bellũ in Aſia geſſit, Antiochũq̃ deuicit, nõ ſo
lũ cũ chlamyde, ſed etiã cũ crepidis in Capitolio ſtatuã videtis. quorũ impunitas fuit nõ mo
do a iudicio ſed etiã a ſermõe. Facilius certe P. Rutiliũ Rufũ neceſſitatis excuſatio defendet,
qui cũ a Mithridate Mitylenis oppreſſus eſſet, crudelitatẽ regis in togatos, veſtitus mutatio
ne vitauit. Ergo ille P. Rutilius, qui documentum fuit hoĩbus noſtris virtutis, antiquitatis,
prudentiæ, Conſularis homo ſoccos habuit, & pallium: nec vero id homini tum quiſq̃, ſed tẽ
pori aſſignãdum putauit. Poſthumo crimen veſtitus afferet is, in quo ſpes fuit, poſſe ſeſe ali-
quãdo ad fortunas ſuas puenire? nam vt ventũ eſt Alexandriã Iudices, hęc vna ratio a rege p
poſita Poſthumo eſt ſeruãdę pecunię: ſi curationẽ, & quaſi diſpenſationẽ regiã ſuſcepiſſet. id
autẽ facere nõ poterat niſi †Dicæcetes: hoc eñ noĩe vtitur, qui a rege eſſet conſtitutus. odio-
ſum negotium Poſthumo videbaẽ, ſed erat nulla omnino recuſatio. moleſtũ etiã nomẽ ipm,
ſed res habebat nomen hoc apud illos, nõ hic impoſuerat. oderat veſtitũ etiã illum, ſed ſine

⁂ †Diocetes.

Plato. Calliſthenes. Demetrius Phalereus.

Vidicaret ad ſuos.

⁂

P. Rutilius

†Diocetes.

Vis. eo nec nomen illud poterat,nec munus tueri.ergo aderat vis(vt ait Poeta ille noster) q̃ sum mas frangit infirmatq; opes.Morereť,inqes.nam id sequit.fecisset certe, si sine maximo dedecore tam impeditis suis rebus potuisset emori.nolite igit fortunã conuertere in culpam:neq; regis iniuriam,huius crimen putare:nec consiliũ ex necessitate, nec voluntatẽ ex vi interpretari.nisi forte eos etiã,qui in hostes,aut in prędones inciderint,si aliter quippiã coacti faciãt, liberos vituperandos putes.Nemo nostrũ ignorat,etiã si expertí non sumus,consuetudinẽ regiam.Regũ autẽ sunt hęc imperia,animaduerte, & dicto pare. & præter rogitatũ si querare: & illę minę,si te secũdo lumine huc offendero,moriere.quę non vt delectemur solũ legere & spectare debemus,sed vt cauere etiã,& effugere discamus. At ex hoc ipso crimen exorit. ait em̃:dũ Gabinio pecuniã Posthum⁹ cogeret ex Decumis Imperatorũ,pecuniã sibi coegisse.nõ intelligo hoc quale sit:vtrũ accessionẽ Decumę,vt nostrí facere coactores solent,cẽtesima,an decessionẽ de summa fecerit.si accessionẽ, vndecim millia talentũ ad Gabiniũ peruenerũt. at nõ modo abs te decẽ millia obiecta sunt,sed etiã ab his ęstimata. Addo illud etiã:qui tãdẽ cõuenit,aut tã graui onere tributorũ ad tantã pecuniã cogendã mille talentũ accessionẽ esse facta:aut in tanta mercede hoís,vt vis auariſſimi,mille talentũ decessionẽ esse cõcessam! neq; em̃ fuit Gabinii,remittere tantũ de suo:nec Regis,imponere tantũ pati suis.Aderũt testes Legati Alexãdrini.hí nihil in Gabiniũ dixerũt. ĩmo hí Gabiniũ laudauerũt. vbi ergo ille mos! vbi cõsuetudo iudiciorũ! vbi exẽpla! solet is dicere in eũ,qui pecunia,qui in illũ cuius noĩe ea pecunia redigeret,non dixerit! Age si is,qui nõ dixit,solet: etiã ne is solet, qui laudauit! iisdẽ testibus,& quidẽ non ꝓductis,sed dictis testiũ recitatis,quasi ꝓiudicata res ad has causas deferrí solet! Et ait etiã me⁹ familiaris,& necessarius,eãdẽ causam Alexãdrinis fuisse, cur laudarent Gabiniũ,quę mihí fuerat,cur eundẽ defenderẽ.Mihi C.Memmí causa defendẽdi Gabinií fuit recõciliatio gratię.neq; me vero pœnitet mortales inimicitias,sempiternas amicitias habere.nam si me inuitũ putas,ne Cn.Põpeii animũ offenderẽ,defendisse:causam, & illũ, & me vehemẽter ignoras.neq; em̃ Põpeius me sua causa quicq̃ facere voluisset inuitũ:neq; ego,cui omniũ ciuiũ libertas charissima fuisset, meã proiecissem. q̃diu inimicissimus Gabinio fui,nõ amicissimus mihi nõ Põpeius fuit.nec postea q̃ illius auctoritate eam dedí veniã, quã debui: quicq̃ simulaui:ne cũ mea perfidia illí etiã ipsi facerem,cui beneficiũ dedissem,iniuriam.nam non redeũdo in gratiã cũ inimico,nõ violabã Pompeiũ:si per eũ reductus insidiose rediſſem, me scilicet maxime,sed proxime illũ quoq; fefellissem.At de me omittamus.ad Alexandrinos istos reuertamur.qđ habẽt os! quã audaciã! modo vobis inspectãtibus in iudicio Gabinii tertio quoq; verbo excitabant.negabant pecuniã Gabinio datã.recitabat identidem Pompeii testimoniũ:Regem ad se scripsisse, nullã pecuniã Gabinio,nisi in rem militarẽ datam.non est inquit tũ Alexandrinis testibus creditũ.quid! postea creditũ! non.quãobrem! quia nũc aiunt,qđ tũ negabãt.quid ergo! ista cõditio est testiũ! vt quib⁹ creditũ nõ sit negãtibus,iisdẽ credat dicẽtibus! At si verũ tum cũ verissima fronte dixerũt,nunc mentiunt.si tunc mentiti sunt, doceant nos verũ.quid vultis! fileant.dicere audiebamus:Alexandriã nũc cognoscim⁹.illinc oẽs pstigię,illinc inquã oẽs fallacię,oía deniq; ab his nummorũ argumẽta nata sunt.nec mihi lõgius quicq̃ est Iudices,q̃ videre hominũ vultus.dixerunt hic modo nobiscũ ad hęc subsellia, qbus supercilíis renuentes huic decẽ milliũ crimini! iam nostis insulsitatẽ Gręcorũ. humeris gestũ agebant.tum tẽporis credo causa:nunc scilicet tẽpus nullũ est.vbi semel quis peieraverit,ei credí postea,etiã si per pluris deos iuret,nõ oportet.pręsertim Iud.cũ in his iudiciis,ne locus quidem nouo testi soleat esse:ob eãq; causam iidẽ iudices retineant,qui fuerint de reo: vt his nota sint omnia,neq; quid fingí noui possit.quo ea pecunia peruenerit, nõ suis ꝓpriis iudiciis in reũ facti condẽnari solent.Itaq; si aut prędes dedisset Gabinius,aut tantũ ex ei⁹ bonis,quãta summa litium fuisset,populus recepisset:q̃is magna ad Posthumũ ab eo pecunia peruenisset,non redigeret:vt intelligí facile possit,qđ ex ea pecunia ad quẽ eorũ,qui dãnatus est,peruenisse in illo primo iudicio planũ factũ sit,id hoc genere iudicii redigí solere. nũc vero quid agit! vbi terrarum sumus! quid tam peruersum prępostorũve dici,aut excogitarí potest! Accusatur is,qui non abstulit a rege,sicut Gabinius iudicatus est, sed qui maximam Regi pecuniam credidit.ergo is Gabinio dedit,qui non huic reddidit.iam cedo, cũ is qui pecuniam Posthumo debuit, non huic, sed Gabinio dederit: cõdemnato Gabinio, vtrũ illi eã pecuniam reddidit! an etiã nunc debet! At habet & celat.sunt em̃ qui ita loquant.qđ genus tandem est istud ostẽtationis,& glorię! si nihil habuisset vnq̃,tamen si quęsisset,cur is dissimula-

Regum imperia.

Secũdo lumine.

Coactores.

Mortales inimicitias sempiternas amicitias habere

Longius.

Humeris gestũ agere

Peieranti non credendum.

Prędes dare.

ret habere, causa non esset. qui vero duo lauta, & copiosa patrimonia accepisset: rēq; pręterea bonis, & honestis rationibus auxisset: quid esset tandē causę, cur ęstimari vellet nihil habere? An cū credebat inductus vsuris, id agebat, vt haberet q̄plurimū? posteaq̄ exegit, qđ crediderat, vt existimaret egere, nouū genus hoc glorię cōcupiscit? Dominatus est em̄ inquit Alexādrię, immo vero in superbissimo dominatu fuit, pertulit ipse custodiā, vidit in vinculis familiaris suos, mors ob oculos sępe versata est, nudus atq; egens ad extremū fugit e regno. At p mutata aliquando pecunia est. ductę naues Posthumi Puteolis sunt: auditę, visęq; merces fallaces quidē & fucosę, chartis, & linteis, & vitro delatæ: quib9 cū multę naues refertę fuissent, vna nō potuerit parua artata, plus ille Puteolanus sermo illius tēporis, vectorūq; cursus, atq; ostentatio, tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen propter opinionē pecunię nescio quā, ęstatē vnam complures auris referst istis sermonibus. Verū autē Iud. si scire vultis, nisi C. Cęsaris summa in omnis, incredibilis in hūc cadē liberalitas extitisset, nos hūc Posthumum iampridē in foro nō haberemus. ille onera multorū huius amicorū excepit vnus: quęq; multi hoīes necessarii secūdis Posthumi rebus descripta sustinuerūt, nūc ei9 afflictis fortunis vniuersa sustinet. vmbrā Equitis Ro. & imaginē videris Iudices vnius amici cōseruatā auxilio & fide. nihil huic eripi potest pter hoc simulacrū pristinę dignitatis, qđ Cęsar solus tuet, & sustinet. quę quidē in miserrimis rebus huic tū tribuenda est maxima. nisi vero hoc medio cri virtute effici potest, vt tātus ille vir, tanti ducat hunc, & afflictū præsertim & absentem, & in tāta fortuna sua, vt aliena respicere magnū sit: tāta oppugnatione maximarū rerū, quas gerit, atq; gessit, vt vel obliuisci aliorū non sit mirū: vel si meminerit, oblitū esse facile possit probare. Multas equidē C. Cęsaris virtutes, magnas, incredibilisq; cognoui. sed sunt cętęrę maioribus quasi theatris propositę, & pene populares. castris locū capere, exercitū instruere, expugnare vrbes, aciē hostiū profligare: hanc vim frigorū hyemēq;, quā nos vix huius vrbis tectis sustinem9, excipere: his ipsis diebus hostē persequi: tum cū etiā ferę latibulis se tegant, atq; oīa bella iure gentiū cōquiescāt: sunt ea quidē magna. quis negat? sed magnis excitata sunt pmiis ad memoriā hoīm sempiternā. quo minus admirandū est, eū facere illa, qui immortalitatē cōcupiuerit. hęc mira laus est, q̄ nō poetarū carminib9, nō annaliū monimētis celebrat, sed prudētiū iudicio expendit. Equitē Romanū, veterē amicū suū, studiosum, amantē, obseruātem sui, nō libidine, nō turpib9 impēsis cupiditatū atq; iacturis, sed experiētia patrimonii amplificādi, labentē excepit, corruere nō siuit, fulsit, & sustinuit, re, fortuna, fide: hodieq; sustinet nec amicū pudentē corruere patit, nec illius animi aciē pstringit splēdor sui noīs, nec mentis quasi luminib9 officit altitudo fortunę & glorię. sint sane illa magna, q̄ reuera magna sunt: de iudicio animi mei, vt volet, quisq; sentiat: ego em̄ hanc in tantis opibus, tanta fortuna, liberalitatē in suos, memoriā amicitię, reliquis virtutib9 oīb9 antepono. Quā qdē vos Iud. in nouo genere bonitatē inusitatā claris ac p̄potentibus viris nō modo non aspernari, ac refutare, sed cōplecti etiā, & augere debetis: & eo magis, q̄ videtis hos quasi sumptos dies ad labefactādū illius dignitatē. ex qua illi nihil detrahi pōt, qđ nō aut fortiter ferat, aut facile restituat. amicissimū hoīem si honestate spoliatū audierit, nec sine magno dolore feret, nec id amiserit, qđ posse speret recuperari. Satis multa hoībus non iniquis hæc esse debent. nimis etiā multa vobis, quos ęquissimos esse cōfidimus. Sed vt omniū vel suspitioni, vel maleuolentię, vel crudelitati satisfiat, occultat pecuniā Posthumus, latent regię diuitię: ecquis est ex tanto populo, q̄ bona C. Rabirii Posthumi nūmo sestertio sibi addici velit? Sed miserū me, quanto hęc dixi cū dolore. hem Posthume, tu ne es Curii filius, C. Rabirii iudicio, & volūtate filius, natura soris fili9? tu ne ille in oīs tuos liberalis? cuius multos bonitas locupleta uit, q̄ nihil p̄fudisti, nihil vllam in libidinē contulisti? tua Posthume nūmo sestertio a me addicunt? O meū miserū, acerbūq; p̄conium. at hoc etiā optat miser, vt condēnet a vobis: ita bona veneāt, vt solidū suū cuiq; soluat: nihil iam aliud, nisi fidē curat: nec vos huic, si iam obliuisci vestrę mansuetudinis voluerītis, quicq̄ pręterea potestis eripere. qđ Iud. ne faciatis, oro obtestorq; vos, atq; eo magis, si aduentitia pecunia pętitur ab eo, cui sua non reddit. nam in eū, cui misericordia opitulari debeat, inuidia q̄sita est. Sed iā, qm̄, vt spero, fidē quā potui, tibi pstiti Posthume, reddā etiā lachrymas, quas debeo. quas qdē ego tuas in meo casu plurimas vidi. versat ante oculos luctuosa nox meis oībus, cum tu totū te cum tuis copiis ad me detulisti. tu comitibus, tu p̄sidio, tu etiam tāto pōdere auri, quantū tēpus illud postulabat, discessum illū sustentasti. tu nūq̄ meis me absente liberis, nūq̄ cōiugi meę, defuisti. possum excitare multos reductos testes

Duō patrimonia,

C. Cęsaris laus.

Fortunę altitudo in Cęsa. nō officit mētis luminibus.

Nummus Sestertius.

Solidum.

liberalitatis tuę.qđ sępe audiui patri tuo, qui id fecisset, magno adiumẽto in iudicio capitis fuisse. sed iam omnia timeo,bonitatis ipsius inuidiã reformido. iam indicat tot hoim fletus, q̃ sis charus tuis,& me dolor debilitat,includitq; vocẽ. Vos obsecro Iudices,vt huic optimo viro,quo nemo melior vnq̃ fuit,nomẽ Equitis Ro.& vsuram huius lucis,& vestrũ cõspectũ ne eripiatis.hic vos aliud nihil orat,nisi vt rectis oculis hanc vrbem sibi intueri, atq; in hoc foro vestigium facere liceat:qđ ipm fortuna eripuerat,nisi vnius amici opes subuenissent.

Vsura huius lucis.

PRO M.MARCELLO. ORATIO.XLI.

Iuturni silentii P.C. quo eram his temporibus vsus, nõ timore aliquo,sed partim dolore, partim verecũdia, finẽ hodiernus dies attulit:idẽq; initiũ quę vellẽ, quęq; sentirẽ, meo pristino more dicendi. tantã em̃ mansuetudinẽ,tam inusitatã,inauditãq; clementiã, tantũ in summa potestate rerũ omniũ,modũ,tam deniq; incredibilẽ sapiẽtiam,ac pene diuinã,tacit9 nullo modo p̃terire possum.M. em̃ Marcello vobis P.C.Reiq; pub.reddito,nõ solũ illius,sed meã etiã vocẽ, & auctoritatẽ,& vobis,& Reip.cõseruatã,ac restitutã puto. dolebã em̃ P.C.ac vehementer angebar,cũ viderẽ virũ talem qui in eadem causa,in qua ego,fuisset,nõ in eadẽ esse fortuna.nec mihi persuadere poteram, nec fas esse ducebam, versari me in vestro veteri curriculo,illo ęmulo atq; imitatore studiorũ,ac laborũ meorũ,quasi quodã socio a me, & comite distracto.Ergo & mihi meę pristinę vitę consuetudinẽ C. Cęsar intercluſam aperuisti,& his omnibus ad bene de omni Rep.sperandũ quasi signum aliquod sustulisti.intellectum est enim mihi quidẽ in multis,& maxime in me ipso,sed paulo ante in omnibus,cum M.Marcellũ Senatui,Reiq; pub.concessisti,cõmemoratis pręsertim etiã offensionibus, te auctoritatem huius ordinis,dignitatemq; Reip.tuis vel doloribus,vel suspitionibus anteferre.Ille quidem fructum omnis anteactæ vitę hodierno die maximum cepit, cum summo cõsensu senatus, tum præterea iudicio tuo grauissimo,& maximo.ex quo profecto intellígis,quanta in dato beneficio sit laus,cũ in accepto tanta sit gloria.est vere fortunatus ille,cuius ex salute non minor pene ad omnes,q̃ ad illũ ventura sit,lętitia peruenerit.quod ei quidẽ merito atq; optimo iure contigit.quis em̃ est illo aut nobilitate,aut probitate,aut optimarũ artium studio,aut innocentia,aut vllo genere laudis prestantior? Nullius tantũ est flumen ingenii, nulla dicendi, aut scribendi tanta vis,tantaq; copia,quæ non dicã exornare, sed enarrare C. Cæsar res tuas gestas possit,tamen hoc affirmo,& hoc pace dicam tua,nullam in his esse laudẽ ampliorem, q̃ eam,quam hodierno die consecutus es.Soleo sępe ante oculos ponere,idq; libenter crebris vsurpare sermonibus:oẽs nostrũ Imperatorũ,oẽs exterarũ gentiũ, potentissimorũq; populorum,oẽs clarissimorũ regũ res gestas,cũ tuis nec contentionũ magnitudine,nec numero prę liorũ,nec varietate regionũ,nec celeritate cõficiẽdi,nec dissimilitudine bellorũ posse cõferri. nec vero disiũctissimas terras citi9 cuiusq̃ passib9 potuisse pagrari,q̃ tuis nõ dicã cursibus,sed victoriis illustratę sunt. q̃ qdẽ ego nisi tã magna esse fatear,vt ea vix cuiusq̃ mẽs aut cogitatio capere possit,amẽs sim. sed tñ sunt alia maiora.nã bellicas laudes solẽt qdã extenuare verbis,easq; detrahere ducib9,cõmunicare cũ multis,ne ꝓprię sint imperatorũ. & certe in armis militũ virtus,locorũ opportunitas,auxilia sociorũ,classes,cõmeat9, multũ iuuãt.maximã vero partẽ quasi suo iure fortuna sibi vẽdicat:& qcqd ꝓspere gestũ est,id pene omne ducit suũ. At vero huius glorię C.Cęsar,quã es paulo ante adeptus,socíũ habes neminẽ.totũ hoc, quã tũcũq; est,qđ certe maximũ est,totũ est inquã tuũ.nihil tibi ex ista laude Cẽturio,nihil p̃fect9, nihil cohors,nihil turma decerpit.quin etiã illa ipsa rerũ humanarũ domina fortuna in isti9 se societatẽ glorię nõ offert:tibi cedit:tuã esse totã,& propriã fatet.nunq̃ em̃ temeritas cũ sapientia cõmiscet,nec ad cõsiliũ casus admittit.domuisti gẽtes ímanitate barbaras, multitudine innumerabiles,locis infinitas,omni copiarũ genere abũdãtes:sed tñ ea vicisti,q̃ & naturã, & cõditionẽ vt vinci possent,habebãt.nulla est em̃ tãta vis,tãta copia,q̃ nõ ferro,ac viríb9 debilitari,frangiq; possit.verũ animũ vincere:iracundiã cohibere:victoriã tẽperare: aduersariũ nobilitate,ingenio,virtute,p̃stantẽ nõ modo extollere iacẽtẽ,sed etiã amplificare ei9 pristinã dignitatẽ:hęc q faciat,nõ ego eũ sũmis viris cõparo, sed simillimũ deo iudico. Itaq; C.Cęsar bellicę tuę laudes celebrabunt illę qdẽ nõ solũ nostris,sed pene oĩm gẽtiũ literis, atq; linguis: neq; vlla vnq̃ ętas de tuis laudib9 cõticescet. Sed tñ eiusmodi res,nescio quomõ,etiã dũ legũ

C.Cęsaris laus.

Fortunę potestas in bello.

Fortuna domina rerũ humanarum.

Temeritas cũ sapiẽtia non commiscetur.

Simillim9 deo.

tur, obstrepi clamore militũ viden̄t, & tubarũ sono, at vero cũ aliquid clemẽter, mansuete, iuste, recte, moderate, sapienter factũ, in iracũdia pſertim, quę est inimica cõsilio, & in victoria, q̃ natura insolẽs & superba est, aut audimus, aut legim⁹, quo studio incẽdimur? nõ modo in gestis reb⁹, sed etiã in fictis? vt eos sępe, quos nũq̃ vidimus, diligam⁹. Te vero, quẽ pſentẽ intuemur: cuius mentẽ, sensusq̃, & os cernimus: vt qcqd belli fortuna reliquũ Reip. fecerit, id esse saluũ velis: quibus laudibus efferemus? quibus studiis pſequemur? qua beneuolẽtia cõplectemur? parietes mediusfidius C. Cęsar, vt mihi videt̄, huius curię tibi gratias agere gestiunt, q̃ breui tẽpore futura sit illa auctoritas in his maiorũ suorũ & suis sedibus. Equidẽ cũ M. Marcelli viri optimi, & cõmemorabili pietate ac virtute prædĩti lachrymas modo vobiscũ viderem, omniũ Marcellorũ meũ pectus memoria effodit, quibus tu etiã mortuis M. Marcello cõseruato, dignitatẽ suam reddidisti: nobilissimãq̃ familiã, iam ad paucos redactã, pene ab interitu vendicasti. Hunc tu igit̄ diem tuis maximis, & innumerabilibus gratulationibus iure antepones. hęc em̄ res vnius est propria Cęsaris, cęterę duce te gestę magnę illæ quidẽ, sed tamẽ multo magnoq̃ comitatu. huius aũt rei tu ipse es & dux, & comes: quę quidẽ tãta est, vt nulla sicut trophęis, monimẽtisq̃ tuis, allatura sit finẽ ętas. nihil em̄ est opęre, aut manu factũ, qd̃ aliquando nõ cõficiat, & cõsumat vetustas. at vero hęc tua iustitia, & lenitas animi, floresset quotidie magis: ita vt quantũ operibus tuis diuturnitas detrahet, tantũ afferat laudibus. Et cęteros quidẽ oẽs victores bellorũ ciuiliũ iam ante pietate, & misericordia viceras, hodierno vero die te ipsum vicisti. Vereor vt hoc, qd̃ dicã, nõ perinde intelligi auditu possit, atq̃ ego ipse cogitans sentio. ipsam victoriã vicisse videris, cum ea quę illa erat adepta, victis remisisti. nam cũ ipsius victorię cõditione iure oẽs victi occidissemus, clemẽtię tuę iudicio conseruati sumus. recte igitur vnus inuictus es, a quo etiã ipsius victorię conditio, visq̃ deuicta est. Atq̃ hoc C. Cęsaris iudiciũ P. C. q̃ late pateat, attendite. oẽs em̄ qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reip. misero funestoq̃ cõpulsi, etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus. nam cũ M. Marcellũ deprecantibus vobis, Reipu. conseruauit: memet mihi, & item Reip. nullo deprecãte: reliquos amplissimos viros, & sibi ipsis, & patriæ reddidit: quorũ & frequentiã, & dignitatẽ hoc ipso cõsessu videtis: nõ ille hostes induxit in Curiã, sed indicauit a plerisq̃ ignoratione potius, & falso atq̃ inani metu, q̃ cupiditate, aut crudelitate ciuile bellũ esse susceptũ. quo quidẽ in bello semp de pace agendũ, audiendũq̃ esse putaui: semperq̃ dolui non modo pacẽ, sed orationẽ etiã ciuiũ pacẽ efflagitantium repudiari. neq̃ em̄ ego illa, nec vlla vnq̃ secutus sum arma ciuilia: semperq̃ mea cõsilia pacis, & togę socia, nõ belli, atq̃ armorũ fuerũt. hominem sum secutus priuato officio, non publico: tantumq̃ apud me grati animi fidelis memoria valuit, vt nulla nõ modo cupiditate, sed ne spe quidẽ, prudens, & sciẽs tãq̃ ad interitum ruerem voluntariũ. Qd̃ quidem meũ consilium minime obscurum fuit. nã & hoc in ordine integra re, multa de pace dixi, & in ipso bello eadẽ etiã cum capitis mei periculo sensi. Ex quo nemo erit tam iniustus rerũ ęstimator, qui dubitet, quę Cęsaris volũtas de bello fuerit: cũ pacis auctores cõseruandos statim censuerit, cęteris fuerit iratior. Atq̃ id minus mirum videret̄ fortasse tum, cũ esset incertus exitus, & anceps fortuna belli. qui vero victor, pacis auctores diligit, is profecto declarat, maluisse se nõ dimicare, q̃ vincere. Atq̃ huius quidẽ rei M. Marcello sum testis. nostri em̄ sensus, vt in pace semper, sic tum etiã in bello congruebant. quoties ego eũ, & quanto cũ dolore vidi, cum insolentiã certorũ hominũ, tum etiã ipsius victoriæ ferocitatem extimescẽtem! Quo gratior tua liberalitas C. Cęsar nobis, qui illa vidimus, debet esse. non em̄ iam causę sunt inter se, sed victorię comparandę. Vidimus tuã victoriam prælĩorum exitu terminatam, gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus. quos amisimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victorię. vt dubitare debeat nemo, quin multos si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret, quoniam ex eadem acie cõseruat, quos potest. Alterius vero partis nihil amplius dicam, q̃ id, quod omnes verebamur, nimis iracundam futuram fuisse victoriam. quidam enim non modo armatis, sed interdum etiam otiosis minabãtur. nec quid quisq̃ sensisset, sed vbi fuisset, cogitandum esse dicebant. vt mihi quidem videãtur dii immortales, etiam si pœnas a Populo Romano ob aliquod delictũ expetiuerint, qui ciuile bellum tantum, & tam luctuosum excitauerũt, vel placati iam, vel etiam satiati aliquãdo oẽm spem salutis ad clemẽtiã victoris, & sapientiã cõtulisse. Quare gaude tuo isto tã excellẽti bono: & fruere cũ fortuna, & gloria, tũ etiã natura & moribus tuis. ex quo quidẽ maxim⁹ est fruct⁹, lucũditasq̃ sapiẽti. cętera cũ tua recordabere, etsi pęrsępe virtuti, tñ plerũq̃ felici-

Iracundia inimica cõsilio.

Victoria insolens & superba.

Vetustas oia consumit.

Vicit se ipsum Cęsar.

Victoriam ipsam vicit

Gladius vagina vacuꝰ

Sapientis fructus maximus.

tati tuę gratulabere. De nobis,quos in Rep.tecum simul saluos esse voluisti,quoties cogitabis,toties de maximis tuis beneficiis,toties de mirabili liberalitate, toties de singulari sapientia tua cogitabis:q̃ nõ modo summa bona,sed nimirũ audebo vel sola dicere. tãt⁹ est em̃ splẽdor in laude vera,tãta in magnitudine animi,& cõsilii dignitas,vt hęc a virtute donata,cętera a fortuna cõmodata esse videant. Noli igit in cõseruãdis bonis viris defatigari, nõ cupiditate pśertim,aut prauitate aliqua lapsis,sed opinione officii stulta fortasse,certe nõ improba, & specie quadã Reip.non em̃ culpa tua est,si te aliqui timuerunt:cõtraq; summa laus,q; pleri q; miníme timendũ fuisse senserunt. Nunc venio ad grauissimã querelã,& atrocissimam suspitionem tuã,quę nõ tibi ipsi magis,q̃ cũ oĩbus ciuibus,tum maxime nobis,qui a te cõseruati sumus,prouidẽda est,quã etsi spero esse falsam,nunq̃ tñ verbis extenuabo. tua em̃ cautio, nostra cautio est,vt si in alterutro peccandũ sit, malim videri nimis timidus, q̃ parũ prudẽs. Sed quisnã est iste tam demens!de tuis ne!tametsi qui magis sunt tui,q̃ quibus tu salutem in sperantibus reddidisti!an ex eo numero,qui vna tecũ fuerunt!non est credibilis tãtus in vllo furor,vt quo duce oĩa summa sit adeptus,huius vitã non anteponat suę. At si tui nihil cogitant sceleris,cauendũ est ne quid inimici.qui!oẽs em̃,qui fuerũt,aut sua pertinacia vitã amiserũt,aut tua misericordia retinuerũt:vt aut nulli supẽrsint de inimicis,aut qui superfuerũt, amicissimi sint. Sed tñ,cũ in animis hoĩm tãtę latebrę sint,& tanti recessus,augeamus sane suspitionem tuã:simul em̃ augebimus & diligentiã.nam quis est omniũ tam ignarus rerũ, tam rudis in Republica,tam nihil vnq̃ nec de sua,nec de cõmuni salute cogitans,qui non intelligat tua salute,contineri suam!& ex vnius tui vitã pendere omniũ!Equidẽ dies noctesq; de te vt debeo,cogitans,casus duntaxat humanos,& incertos euẽtus valetudinis, & naturę cõmunis fragilitatẽ extimesco:doleoq;,cũ Resp.immortalis esse debeat,eã in vnius mortalis anima cõsistere.si vero ad humanos casus,incertosq; euẽtus valetudinis,sceleris etiã accedat,insidiarũq; consensio:quẽ deũ,etiam si cupiat,opitulari posse Reip.credamus!Omnia sunt excitãda tibi C.Cęsar vni,quę iacere sentis belli ipsius impetu,qd̃ necesse fuit,perculsa, atq; prostrata: cõstituẽda iudicia,reuocãda fides,cõprimendę libidines,propagãda soboles:oĩa, q̃ delapsa iã fluxerũt,seueris legibus vinciẽda sunt. Non fuit recusandũ in tãto ciuili bello,tãtoq; animorũ ardore & armorũ,quin quassata Resp.quicũq; belli euẽtus fuisset, multa perderet & ornamenta dignitatis,& pśidia stabilitatis suę:multaq; vterq; dux faceret armatus, quę idẽ togatus fieri prohibuisset.quę quidẽ nunc tibi omnia belli vulnera sanãda sunt, quibus pręter te mederi nemo potest. Itaq; illam tuã pręclarissimã & sapientissimã vocem inuitus audiui,satis te diu vel naturę vixisse,vel glorię.satis si ita vis naturę fortasse,addo etiã si placet glorię:at qd̃ maximũ est,patrię certe parum. Quare omitte quęso istã doctorũ hominũ in contẽnenda morte prudentiã:noli nostro periculo sapiens esse.sępe em̃ venit ad aures meas,te idẽ istud nimis crebro dicere,satis te tibi vixisse.credo:sed tum id audirem,si tibi soli viueres,aut si tibi etiã soli natus esses:nũc cũ omniũ salutẽ ciuiũ,cunctãq; Rempublicã,res tuę gestę complexæ sint,tantũ abes a perfectione maximorũ operũ,vt fundamẽta,quę cogitas,nondũ ieceris. Hic tu modũ vitę tuę,non salute Reip.sed equitate animi definies!quid! si istud, ne gloriæ quidẽ tuę satis est!cuius te esse auidissimũ q̃uis sis sapiens,non negabis. Parum ne igit inquies gloriam magnã relinquemus!immo vero aliis,q̃uis multis, satis:tibi vni parũ. quicquid em̃ est, q̃uis amplũ sit,id parũ est tum,cũ est aliquid amplius. Q̃z si rerũ tuarũ immortaliũ C. Cæsar hic exitus futurus fuit,vt deuictis aduersariis Remp.in eo statu relinqueres, in quo nũc est: vide quęso,ne tua diuina virtus admirationis plus sit habitura,q̃ glorię.siquidẽ gloria est illustris,ac peruagata multorum,& magnorũ vel in suos ciues,vel in patriam, vel in omne genus hominũ fama meritorũ.hæc igitur tibi reliqua pars est,hic restat actus,in hoc elaborandum est,vt Remp.constituas,eaq; tu in primis cõposita summa trãquillitate & otio perfrua re. Tum te,si voles,cum & patrię qd̃ debes, solueris, & naturã ipsam expleueris satietate viuẽdi,satis diu vixisse dicito.quid em̃ est omnino hoc ipsum diu,in quo est aliquid extremũ! qd̃ cum venerit,omnis voluptas prætérita pro nihilo est,quia postea nulla futura sit.q̃q̃ iste tuus animus nunq̃ his angustiis,quas natura nobis ad viuendũ dedit,contentus fuit.semper immortalitatis amore flagrauit. Nec vero hæc tua vita dicenda est, quæ corpore & spiritu continetur.illa inquã illa vita est tua Cæsar,quę vigebit memoria seculorũ omnium,quã posteritas alet,quã ipsa æternitas sempẽr intuebitur.huic tu inseruias,huic te ostẽtes oportet: quę quidem quę miretur iampridẽ multa habet,nunc etiã quæ laudet expectat, obstupescent

Malim nimis timidus q̃ parũ prudens.

Cęsaris vox.

Actus.

posteri certe Imperia, Prouincias, Rhenũ, Oceanũ, Nilũ, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monimenta, munera, triũphos, audientes & legentes tuos. sed nisi hæc vrbs stabili ta tuis cõsiliis, & institutis erit, vagabit modo nomẽ tuũ longe, atq; late: sedẽ qdẽ stabilẽ, & domicilĩ certũ nõ habebit. Erit inter eos etiam, q nascent, sicut inter nos fuit, magna dissen sio: cũ alii laudibus ad cælũ res tuas gestas efferent: alii fortasse aliqd requirẽt, idq; vel maxi mũ, nisi belli ciuilis incendiũ salute patriæ restinxeris: vt illud fati fuisse videat, hoc consilii. Serui igit iis etiã iudicibus, q multis post seculis de te iudicabũt: & qdẽ haud scio, an incor ruptius q nos. nã & sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine inuidia iudica bũt. id aũt, etiã si tũc ad te, vt qdã falso putãt, nõ pertinebit, nũc certe pertinet, te esse talẽ, vt tuas laudes obscuratura nulla vnq; sit obliuio. Diuersę voluntates ciuiũ fuerunt, distractæq; sentẽtiæ. nõ em̃ cõsiliis solũ & studiis, sed armis etiã, & castris dissidebamus. erat aũt obscuri tas quędã, erat certamẽ inter clarissimos duces: multi dubitabãt, qd optimũ esset: multi qd si bi expediret: multi quid deceret: nõnulli etiã quid liceret. perfuncta Resp. est hoc misero, fata liq; bello: vicit is, q non fortuna inflammaret odiũ suũ, sed bonitate leniret: neq; oẽs qbus ira tus esset, eosdẽ etiã exilio, aut morte dignos iudicaret. arma ab aliis posita, ab aliis erepta sũt. ingratus est iniustusq; ciuis, q armorũ periculo liberatus, animũ tamẽ retinet armatũ, vt etiã ille sit melior. qui in acie cecidit, q̃ q in causa animã profudit. quę em̃ pertinacia qbusdã, eadẽ aliis cõstantia videri põt. Sed qa iã oĩs fracta dissensio est armis, & extincta equitate victoris, restat vt oẽs vnũ velint, q habẽt aliqd nõ solũ sapiẽtię, sed etiã sanitatis. qa nisi te C. Cęsar sal uo, & in ista sentẽtia, qua cum antea, tũ hodie vel maxime vsus es, manẽte, salui esse nõ possu mus. Quare oẽs te, q hęc salua esse volum⁹, & hortamur, & obsecram⁹, vt vitę, vt saluti tuæ cõsulas: oẽsq; tibi, vt pro aliis etiã loquar, qđ de me ipse sentio, qm̃ subesse aliqd putas, qđ ca uendũ sit, nõ modo excubias & custodias, sed etiã laterũ nostroq; oppositus, & corpoq; pollice Oppositus
mur. Sed vt vnde est orsa, ĩ eodẽ terminet oratio mea: maximas tibi oẽs gratias agim⁹ C. Cæ sar, maiores etiã habem⁹. nã oẽs idẽ sentiũt: qđ ex oĩm precib⁹, & lachrymis sentire potuisti: sed quia nõ est astãtibus oĩbus necesse dicere, a me certe dici volũt, cui necesse est quodãmo do, & qđ volũt, & qđ M. Marcello a te huic ordini populoq; Ro. & Reip. reddito, pręcipue id a me fieri debere ĩtelligo. nã lętari oẽs, nõ vt de vni⁹ solũ, sed vt de cõi oĩm salute, sentio. qđ aũt summę beneuolẽtię est, quę mea erga illũ oĩbus semper nota fuit, vt vix M. Marcello opti mo, & amãtissimo fratri, præter eũ qdẽ cederẽ nemini: cũ id sollicitudine, cura, labore, tãdiu pręstiterim, q̃diu est de illius salute dubitatũ: certe hoc tempore magnis curis, molestiis, do loribus, liberatus præstare debeo. Itaq; C. Cæsar sic tibi gratias ago, vt omnibus me rebus a te nõ conseruato solũ, sed etiam ornato, tamen ad tua innumerabilia in me vnum merita, qđ fieri iam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.

PRO Q. LIGARIO AD C. CAESAREM. ORATIO. XLII.

NOVVM CRIMEN C. CAESAR, ET ANTE HVNC DIEM inauditũ, propinquus meus ad te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in Aphrica fuisse: idq; C. Pansa præstãti vir ingenio, fretus fortasse ea familiaritate, quę est ei tecũ, ausus est confiteri. Itaq; quo me ver tam nescio. paratus em̃ venerã, cũ tu id neq; per te scires, neq; audi re aliunde potuisses, vt ignoratione tua ad hominis miseri salutem abuterer. sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est, quod la tebat, confitendum est, vt opinor: præsertim cum meus necessarius C. Pansa fecerit, vt id iam integrum non esset: omissaq; controuer sia omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est, qua pluri mi sunt conseruati: cum a te nõ solum liberationem culpę, sed errati veniam impetrauissent. Habes igitur Tubero quod est accusatori maxime optandum confitentem reum: sed tamen hoc ita confitentẽ, se in ea parte fuisse, qua te Tubero, qua virũ omni laude dignũ patrẽ tuũ. Itaq; prius de vestro delicto confiteamini necesse est, q̃ Ligarii vllam culpam reprehendatis.

Q. igit Ligarius, cũ esset adhuc nulla belli suspitio, Legatus in Aphricã cũ cõsule C. Cõsi dio profectus est: qua in Legatione & sociis, & ciuibus ita se probauit, vt decedẽs Considius prouincia, satisfacere hoĩbus nõ posset, si quenq̃ aliũ prouinciæ pręfecisset. Itaq; Q. Ligarius

cũ diu recuſans nihil profeciſſet,prouinciã accepit inuitus:cui ſic prę fuit in pace,vt & ciui bus,& ſociis gratiſſima eſſet eius integritas,& fides.bellũ ſubito exarſit. qđ,q erãt in Aphri ca,ante audierũt geri,q̃ parari.quo audito,partim cupiditate incõſiderata,partim cęco quo dã timore,primo ſalutis cauſa,poſt etiã ſtudii ſui quærebãt aliquẽ ducem. tum Ligarius do mũ ſpectans,& ad ſuos redire cupiẽs,nullo ſe implicari negotio paſſus eſt.Interim P. Actius Varus,q Prętor Aphricã obtinuerat,Vticã venit.ad eũ ſtatim cõcurſum eſt.atq; ille nõ me diocri cupiditate arripuit imperiũ:ſi illud imperiũ eſſe potuit,qđ ad priuatũ,clamore multi tudinis imperitæ,nullo publico cõſilio deferebaꝫ.Itaq; Ligarius q omne tale negotiũ cuperet effugere,paulũ aduentu Vari cõquieuit.Adhuc C.Cæſar Q.Ligarius omni culpa vacat. do mo eſt egreſſus nõ modo nullũ ad bellũ,ſed ne ad minimã qdẽ ſuſpitionẽ belli.legatus in pa ce profectus,in prouincia pacatiſſima ita ſe geſſit,vt ei pacẽ eſſe expediret. pfectio certe ani mũ tuũ non debet offendere.nũ igit remanſio?multo minus.nã profectio volũtatem habuit nõ turpem,remãſio etiã neceſſitatẽ honeſtã.Ergo hæc duo tẽpora carẽt crimine.vnũ, cũ eſt Legatus profectus:alterũ,cũ efflagitatus a prouincia,præpoſitus Aphricæ eſt.tertiũ eſt tem pus,quo poſt aduentũ Vari in Aphrica reſtitit.qđ ſi eſt criminoſum,neceſſitatis crimen eſt, non volũtatis. An ille,ſi potuiſſet illinc vllo modo euadere,Vticæ potius,q̃ Romæ? cum P. Actio,q̃ cũ cõcordiſſimis fratribus?cũ alienis eſſe,q̃ cũ ſuis maluiſſet?cum ipſa Legatio plena deſiderii,ac ſollicitudinis fuiſſet,propter incredibilẽ quendã fratrũ amorẽ: hic æquo animo eſſe potuit,belli diſſidio diſtractus a fratribus?Nullũ igit habes Cęſar adhuc in Q.Ligario ſi gnũ alienæ a te volũtatis.cui9 ego cauſam animaduerte quęſo qua fide defendã,cum prodo meã.O clementiã admirabilẽ,atq; oĩm laude,prędicatione,literis,monimẽtiſq; decorandam: M.Cicero apud te defendit aliũ in ea voluntate nõ fuiſſe,in qua ſe ipſum confiteꝫ fuiſſe:nec tuas tacitas cogitationes extimeſcit:nec qd tibi de alio audiẽti de ſe ipſo occurrat,reformi dat.vide q̃ nõ reformidẽ:vide quãta lux liberalitatis,& ſapiẽtię tuę mihi apud te dicenti ob oriaꝫ:quantũ potero voce cõtendã,vt hoc populus Ro.exaudiat.ſuſcepto bello Cęſar,geſto etiam ex magna parte,nulla vi coactus,iudicio meo, ac volũtate ad ea arma profectus ſum, quæ erant ſumpta contra te.apud quem igit hoc dico?nempe apud eum,qui cum hoc ſciret, tamen me,anteq̃ vidit,Reip.reddidit:qui ad me ex Aegypto literas miſit,vt eſſem idem,qui fuiſſem: qui cum ipſe Imperator in toto imperio Populi Ro. vnus eſſet, eſſe me alterũ paſſus eſt:a quo hoc ipſo C.Panſa mihi nuncium perferẽte, conceſſos faſces laureatos tenui,quoad tenendos putaui:qui mihi tum deniq; ſe ſalutem putauit reddere,ſi eam nullis ſpoliatã or namentis redderet. Vide quæſo Tubero,vt qui de meo facto non dubitem dicere,de Ligarii non audeam confiteri.Atq; hęc propterea de me dixi,vt mihi Tubero, cum de ſe eadem di cerem,ignoſceret,cuius ego induſtriæ gloriæq; faueo,vel propter propinquã cognationem, vel q eius ingenio ſtudiiſq; delector, vel q laudẽ adoleſcẽtis propinqui exiſtimo etiã ad meũ aliquẽ fructũ redũdare.ſed hoc quęro,qs putet fuiſſe crimẽ, eſſe ĩ Aphrica Ligariũ?nẽpe is,q & ipſe in eadẽ Aphrica eſſe voluit,& prohibitũ ſe a Ligario queriꝫ,& certe contra ipſum Cę ſarem eſt cõgreſſus armatus.quid eñ Tubero,tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat?cuius latus ille mucro petebat?qui ſenſus erat armorũ tuorũ?quę tua mens?oculi?ma nus?ardor animi?quid cupiebas?quid optabas?Nimis vrgeo,commoueri videꝫ adoleſcẽs,ad me reuertar.iiſdẽ in armis fui.qd autẽ aliud egimus Tubero?niſi vt qđ hic poteſt, nos poſſe mus?quorũ igit impunitas,Cæſar,tuę clementię laus eſt,eorũ ipſorũ ad crudelitatẽ te acuet oratio? Atq; in hac cauſa nonnihil equidẽ Tubero etiã tuã,ſed multo magis patris tui pru dentiam deſidero:q homo cũ ingenio,tum etiam doctrina excellens,genus hoc cauſæ quod eſſet,non viderit.nam ſi vidiſſet,quouis profecto,q̃ iſto modo,a te agi maluiſſet.arguis fatẽ tem:non eſt ſatis:accuſas eum,q cauſam habet,aut,vt ego dico,meliorẽ q̃ tu:aut,vt tu vis, parem.Hæc nõ modo mirabilia ſunt,ſed prodigiis ſimilia,quæ dicã. non habet eam vim iſta accuſatio,vt Q.Ligarius cõdemneꝫ,ſed vt neceꝫ.hoc egit ciuis Ro.ante te nemo.externi iſti mores vſq; ad ſanguinẽ,incitare ſolent odiũ aut leuiũ Græcorũ,aut immanium Barbarorũ. nam qd aliud agis?vt Romę ne ſit?vt domo careat?ne cũ optimis fratribus,ne cũ hoc T.Bro cho auunculo ſuo,ne cũ eius filio conſobrino ſuo,ne nobiſcũ viuat?ne ſit in patria? num in patria eſt?num poteſt magis carere his omnibus,q̃ caret?Italia prohibeꝫ,exulat.non tu ergo hunc patria priuare,qua caret,ſed vita vis.At iſtud ne apud eum qdẽ Dictatorẽ,q oẽs,quos oderat,morte mulctabat,quiſq̃ egit iſto modo.ipſe iubebat occidi,nullo poſtulante:præmiis

Græci le ues.

Barbari immanes.

etiã inuitabat, quę tamen crudelitas ab hoc eodẽ aliquot annis post, quẽ tu nunc crudelẽ esse vis, vindicata est. Ego vero istud nõ postulo inquies, ita mehercle existimo Tubero, noui eñ te, noui patrẽ, noui domum, nomenq; vestrũ: studia deniq; generis ac familię vestrę, virtutis, humanitatis, doctrinæ, plurimarũ artiũ, atq; optimarũ nota sunt mihi oĩa, itaq; certo scio, vos nõ pœrere sanguinẽ, sed parũ attenditis, res eñ eo spectat, vt ea pœna, in qua adhuc Q. Ligarius sit, non videamini esse cõtenti, quæ est igit alia prẽter mortẽ? si eñ in exilio est, sicuti est, quid amplius postulatis? an ne ignoscat? hoc vero multo acerbius, multoq; est graui9, qđ nos domi pœtimus precib9 & lachrymis prostrati ad pedes, nõ tã nostræ causę fidẽtes, q̃ hui9 humanitati: id ne impœtremus, pugnabis? & in nostrũ fletũ irrumpes? & nos iacẽtes ad pedes supplicũ voce prohibebis? Si cũ hoc domi faceremus, qđ & fecimus, & vt spero nõ frustra fecimus, tu derepente irrupisses, & clamare cœpisses: C. Cęsar caue credas, caue ignoscas, caue Derepentę
te fratrũ p fratris salute obsecrãtiũ misereat: nõne oẽm humanitatẽ exuisses? quãto hoc durius: qđ nos domi pœtimus, id a te in foro oppugnari? & in tali miseria multorũ, pœrfugiũ misericordię tollere? Dicã plane C. Cæsar qđ sentio, si in hac tãta tua fortuna, lenitas tãta non esset, quantã tu pœr te, pœr te inquã obtines, (intelligo qd loquor) acerbissimo luctu redundaret ista victoria, q̃ multi eñ essent de victoribus, q te crudelem esse vellent: cũ etiã de victis reperiant: q̃ multi, q cũ a te nemini ignosci vellẽt, impedirent clemẽtiã tuã: cũ etiã hi q̃bus ipse ignouisti, nolint te in alios esse misericordẽ. Q2 si probare Cęsari possemus in Aphrica Ligariũ oĩno nõ fuisse: si honesto & misericordi mẽdacio, saluti ciui calamitoso esse vellemus: tñ hoĩs nõ esset, in tãto discrimine, & periculo ciuis refellere, & coarguere nostrũ mẽdaciũ: & si esset alicuius, eius certe nõ esset, q in eadẽ causa & fortuna fuisset. Sed tñ aliud est, errare Cęsarẽ nolle, aliud nolle misereri. tũ diceres: caue Cæsar credas: fuit in Aphrica Ligarius: tulit arma cõtra te. nũc qd dicis? caue ignoscas. hęc nec hoĩs, nec ad hoĩem vox est. qua q apud te C. Cæsar vteť, suã citius abiiciet humanitatẽ, q̃ extorquebit tuã. Ac primus aditus & postulatio Tuberonis hæc, vt opinor, fuit: velle se de Q. Ligarii scelere dicere. nõ dubito quin admirat9 sis, vel q̃ de nullo alio q̃s q̃, vel q̃ is q ĩ eadẽ causa fuisset, vel qdnã noui facinoris afferret. scelus tu illud vocas Tubero? cur? isto. n. noĩe illa adhuc causa caruit. alii errorẽ appellãt, alii timorẽ: q durius, spem, cupiditatẽ, odiũ, pertinaciã: q grauissime, temeritatem: scelus præter te adhuc nemo. Ac mihi qdẽ, si propriũ & verũ nomẽ nostri mali quęrať, fatalis quędã ca Calamitas
lamitas incidisse videť, & iprouidas hoĩm mẽtes occupauisse: vt nemo mirari debeat humana fatalis.
cõsilia diuina necessitate eẽ superata. Liceat esse miseros, q̃q̃ hoc victore eẽ nõ possum9, sed nõ loquor de nobis: de illis loquor, q occiderũt. fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint ptinaces: sceleris vero crimine, furoris, parricidii, liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere. qñ hoc quisq̃ ex te Cęsar audiuit? aut tua qd aliud arma voluerũt, nisi a te cõtumeliã propulsare? quid egit tuus ille inuictus exercitus? nisi vt suũ ius tueret, & dignitatẽ tuã? quid? tu cum pacem esse cupiebas, id ne agebas: vt tibi cũ sceleratis, an vt cũ bonis ciuibus cõueniret? Mihi vero Cæsar tua in me maxima merita, tãta certe nõ viderent, si me vt sceleratũ a te cõseruatũ putarẽ. quomodo autẽ tu de Repu. benemeritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse voluisses? Secessionẽ tu illã existimauisti Cęsar initio, non bellũ: nõ hostile odiũ, sed ciuile dissidiũ: vtrisq; cupiẽtibus Rẽp. saluã: sed partim cõsiliis, partim studiis, a cõmuni vtilitate aberrantibus. Principũ dignitas erat pene par: nõ par fortasse eorũ, q sequebant. causa tũ dubia, q̃ erat aliquid in vtraq; parte, qđ probari posset. nunc melior certe ea iudicanda est, quã etiã dii adiuuerunt. cognita vero clementia tua, qs non eam victoriam probet, in qua occiderit nemo, nisi armatus? Sed vt omittam cõmunem causam, veniamus ad nostram. vtrũ tandẽ existimas facilius fuisse Tubero Ligariũ ex Aphrica exire, an vos in Aphricã nõ venire? poteram9 ne, inquies, cũ Senat9 cẽsuisset? si me cõsulis, nullo mõ. sed tñ Ligariũ Senat9 idẽ legauerat. atq; ille eo tẽpore paruit, cũ parere Senatui necesse erat: vos tũc paruistis, cũ paruit nemo, q noluit. reprehẽdo igit? minime vero. neq; eñ licuit aliter vestro gñi, nomini, familię, disciplinę. sed hoc nõ cõcedo, vt q̃b9 reb9 gloriemini in vobis, easdẽ in aliis reprehẽdatis. Tuberonis sors cõiecta est, ex S. C. cũ ipse nõ adesset, morbo etiã ĩpedireť: statuerat se excusare. hęc ego noui ꝓpter oẽs necessitudines, q̃ mihi sunt cũ L. Tuberone: domi vna eruditi, militię cõ Studiorũ
tubernales, post affines, in omni deniq; vita familiares. magnũ etiã vinculũ, q̃ iisdẽ semp studiis vsi sum9. Scio igit Tuberonẽ domi manere voluisse. sed ita qdã agebãt, ita Reip. sanctissimũ nomẽ opponebãt: vt, etiã si aliter sentiret, verbo; tamẽ ipso; põdus sustinere nõ posset. eorũdẽ vinculum magnum.

cessit auctoritati amplissimi viri, vel potius paruit: vna est profectus cũ iis, quorũ erat vna causa.tardius iter fecit.itaq; in Aphricam venit iam occupatam.hinc in Ligarium crimẽ ori

Aphrica oim ꝓuinciarũ arx.

tur,vel ira potius.nã si crimen est prohibere illũ voluisse, nõ minus magnũ est, vos Aphricã,oim prouinciarũ arcẽ,natã ad bellũ cõtra hãc vrbẽ gerendũ obtinere voluisse,q̃ aliquem se Imperatorẽ esse maluisse.atq; is tñ aliqs Ligarius nõ fuit.Varus imperiũ se habere dicebat. fasces certe habebat.Sed quoquo modo sese illud habet,hec querela vestra Tubero qd valet? recepti in prouinciã nõ sumus.qd si essetis?Cesari ne eã traditurí fuissetis?an cõtra eũ retenturí?Vide quid licẽtię Cęsar nobis tua liberalitas det,vel potius audacię.si respõderit Tubero:Aphricã, quo Senat⁹ eũ,forsq; miserat,tibi patrẽ suũ redditurũ fuisse:nõ dubitabo apud ipsum te,cuius id eũ facere interfuit,grauissimis verbis eius cõsiliũ reprehẽdere.nõ em̃ tibi ea res grata fuisset,esset etiã ꝓbata.sed iã hoc totũ omitto,nõ tã vt ne offendã tuas patiẽtissimas aures,q̃ ne Tubero qđ nũq̃ cogitauit, factur⁹ fuisse videat. Veniebatis igit ĩ Aphricã prouinciã vnã ex oĩbus huic victoriæ maxime infestã,in qua erat Rex potẽtissimus,inimicus huic causę,aliena volũtas,cõuentus firmi,atq; magni. quęro qd facturí fuissetis? q̃q̃ qd facturí fueritis nõ dubitẽ,cũ videã,qd feceritis.prohibiti estis in prouincia vestra pedem ponere,vt prhibetis,summa cũ iniuria.quomodo id tulistis?acceptæ iniuriæ querelã ad quem detulistis?nempe ad eũ,cuius auctoritatẽ secuti in societatẽ belli veneratis,ꝙ si Cæsaris causa in prouinciã veniebatis, ad eũ profecto exclusi prouincia venissetis. venistis ad Pompeiũ. quę est ergo apud Cæsarẽ querela?cũ eũ accusetis,a quo queramini vos prohibitos cõtra Cęsarẽ bellũ gerere.Atq; in hoc qdẽ vel cũ mendacio si vultis,gloriari per me licet:vos prouinciã fuisse Cæsarí tradituros,etiã si a Varo & qbusdã aliis prohibiti essetis.ego autem confitebor culpã esse Ligarii,q vos tantæ laudis occasione priuauerit.Sed vide quæso Cæsar constantiam ornatissimi viri L. Tuberonis:quam ego,q̃uis ipse probarẽ,vt probo,tamen nõ cõmemorarẽ,nisi a te cognouissem in primis eam virtutem solere laudari. quę fuit igit vnq̃ in vllo homine tanta constantia?constantiã dico?nescio an melius patientiã possem dicere.quotus em̃ istud quisq; fecisset?vt a qbus partibus in dissensione ciuili non esset receptus, essetq; etiam cum crudelitate eiectus,ad eas ipsas rediret?magni cuiusdam animi, atq; eius viri est, quem de suscepta causa propositaq; sententia,nulla contumelia,nulla vis, nullum periculũ, posset depellere.vt enim cętera paria Tuberoni cũ Varo fuissent,honos,nobilitas,splendor, ingeniũ,quæ nequaq̃ fuerunt, hoc certe præcipuũ Tuberonis fuit,ꝙ iusto cum Imperio, ex S.C.in prouinciã suã venerat.hinc prohibitus nõ ad Cæsarẽ,ne iratus:nõ domum,ne iners: non aliquã in regionem,ne condemnare causam illã, quam secutus esset,videretur: in Macedoniã, in Cn. Pompeii castra venit,in eam ipsam causam,a qua erat reiectus cũ iniuria.Quid cum ista res nihil cõmouisset eius animum,ad quem veneratis: languidiore credo studio in causa fuistis?tantummodo in præsidiis eratis? animi vero a causa abhorrebãt?an, vt fit in ciuilibus bellis,nec in vobis magis,q̃ in reliquis,oẽs vincendi studio tenebamur? Pacis equidẽ semper auctor fui,sed tum sero:erat em̃ amentis cũ aciem videres,pacem cogitare. omnes in quã vincere volebamus.tu certe præcipue,qui in eum locum venisses,vbi tibi esset pereũdũ, nisi vicisses.q̃q̃,vt nunc se res habet, non dubito quin hanc salutem anteponas illi victoriæ. Hæc ego non dicerẽ Tubero,si aut vos constantiæ vestræ,aut Cæsarem beneficii sui pœniteret.Nunc quæro vtrũ vestras iniurias,an Reip.persequamini?si Reip.quid de vestra in ea causa perseuerantia respondebitis?si vestras,videte ne erretis,q Cęsarem vestris inimicis iratum fore putetis,cũ ignouerit suis. Itaq; num tibi videor Cæsar in causa Ligarii occupatus esse? num de eius facto dicere?quicquid dixi ad vnã summã referrí volo,vel humanitatis,vel clementiæ,vel misericordiæ tuæ.Causas Cæsar egi multas,& quidem tecum,dum te in foro tenuit ratio honorum tuorũ:certe nũq̃ hoc modo:ignoscite Iudices,errauit,lapsus est,nõ putauit,si vnq̃ posthac. ad parentẽ sic agi solet.ad iudices:nõ fecit,nõ cogitauit,falsi testes, fictum crimen.dic te Cæsar de facto Ligarii iudicẽ esse: qbus in præsidiis fuerit, quære.taceo: ne hæc quidẽ colligo,quę fortasse valerẽt etiã apud iudicẽ: Legatus ante bellũ profectus,relictus in pace,bello oppressus,in eo nõ acerbus fuit, tametsi totus esset studio tuus. ad Iudicẽ sic agi solet,sed ego ad parentẽ loquor.errauí,temere feci,pœnitet, ad clemẽtiã tuã cõfugio,

Fer opem.

delicti veniã pęto,vt ignoscas oro:si nemo impetrauit,arrogãter pęto:si plurimi, tu idem fer opem,q spem dedisti. An sperandi Ligario causa nõ sit?cum mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecandi?q̃q̃ neq; in hac oratione spes est posita causę,nec in eorum studiis quí a te

pro Ligario pętũt tui neceſſarii. vidi em̃, & cognoui qd maxime ſpectares cũ p alicui⁹ ſalute multi laborarẽt: cauſas apud te rogãtiũ gratiores eẽ, q̃ preces: neq; ſpectare q̃ tuus eẽt neceſſarius is, q te oraret: ſed q̃ illius, p quo laboraret. Itaq; tribuis tu qdẽ tuis ita multa, vt mihi beatiores illi eſſe videant̃ interdũ, q tua liberalitate fruunt̃, q̃ tu ipſe, q illis tã multa cõcedis. ſed video tñ apud te cauſas vt dixi rogãtiũ valere plus q̃ preces: ab iiſq; te moueri maxime, quorũ iuſtiſſimũ dolorẽ videas ĩ pętẽdo. In Q. Ligario cõſeruãdo multis tu qdẽ gratũ facies neceſſariis tuis, ſed hoc queſo cõſidera, qd ſoles. poſſum fortiſſimos viros Sabinos, tibi probatiſſimos, totũq; agrũ Sabinũ florẽ Italię, robur Reipu. pponere. noſti optime hoĩes. aĩaduerte horũ oĩm mœſtitiã, & dolorẽ. huius T. Brochi, de quo non dubito qd exiſtimes, lachrymas, ſqualorẽq;, ipſi⁹, & filii vides. qd de fratrib⁹ dicã? noli Cęſar putare de vni⁹ capite nos agere. aut tres Ligarii retinẽdi in ciuitate ſunt, aut tres ex ciuitate exterminãdi. qduis exiliũ his eſt optatius, q̃ patria, q̃ dom⁹, q̃ dii pęnates, vno illo exulãte. ſi fraterne, ſi pie, ſi cũ dolore faciũt, Fraterne.
moueãt te horũ lachrymę, moueat pietas, moueat germanitas, valeat tua vox illa, quę vicit. te em̃ dicere audiebam⁹: nos oẽs aduerſarios putare, niſi q nobiſcũ eſſent: te oẽs, q cõtra te nõ eſſent, tuos. Vides ne igit̃ hũc ſplẽdorẽ, oẽm hãc Brochorũ domũ, hũc L. Martiũ, C. Ceſetiũ, L. Cornificiũ, hoſce oẽs Equites Ro. q adſunt veſte mutata, nõ ſolũ notos tibi, verũ etiã pbatos viros, q tecũ fuerũt? Atq; his maxime iraſcebamur, & hos requirebamus, & his nõnulli minabant̃. cõſerua igit̃ tuis ſuos: vt quẽadmodũ cętera, quę dicta ſunt a te, ſic hoc veriſſimũ reperiat̃. Q. ſi pęnitus pſpicere poſſes cõcordiã Ligariorũ, oẽs fratres tecũ iudicares fuiſſe. an põt qſq̃ dubitare qn ſi Q. Ligari⁹ ĩ Italia eſſe potuiſſet, ĩ eadẽ ſentẽtia fuiſſet futurus, in qua fratres fuerũt? qs eſt, q horũ cõſenſum cõſpirantẽ, & pęne cõflatum, in hac pp̃e æqualitate fraterna nõ nouerit? q hoc nõ ſentiat? qduis pri⁹ futurũ fuiſſe, q̃ vt hi fratres diuerſas ſentẽtias fortunaſq; ſequerent̃. Volũtate igit̃ oẽs tecũ fuerũt. tẽpęſtate abrept⁹ eſt vn⁹. q ſi cõſilio id feciſſet, eſſet eorũ ſimilis, quos tu tñ ſaluos eſſe voluiſti. Sed ierit ad bellũ, diſſenſerit nõ a te ſolũ, verũ etiã a fratrib⁹, hi te orãt tui. Equidẽ cũ tuis oĩb⁹ negotiis intereſſem, memoria teneo qualis tũ T. Ligarius Quęſtor Vrban⁹ fuerit erga te, & dignitatẽ tuã. ſed parũ eſt me hoc meminiſſe: ſpero etiã te, q obliuiſci nihil ſoles, niſi iniurias: quoniã hoc eſt animi, quoniã etiam Cæſar nihil niſi iniurias obliuiſci ſolit⁹
ingenii tui: te aliqd de hui⁹ Quęſtoris officio cogitãtẽ, etiã de aliis qbuſdã Quęſtorib⁹ remi niſcẽtẽ recordari. Hic igit̃ T. Ligarius, q tũ nihil egit aliud, neq; em̃ hęc diuinabat, niſi vt tu eũ ſtudioſum, & bonũ virũ iudicares: nũc a te ſupplex fratris ſalutẽ pętit, quã hui⁹ admonit⁹ officio cũ vtriſq; his dederis, tres fratres optimos, & ĩtegerrimos, nõ ſolũ ſibi ipſos, neq; his tot ac talib⁹ viris, neq; nobis neceſſariis, ſed etiã Reip. cõdonaueris. Fac igit̃ qd de hoĩe nobiliſſimo, & clariſſimo M. Marcello reſtituto feciſti nup in curia, nũc idẽ in foro de optimis & huic omni frequẽtię pbatiſſimis fratribus. vt cõceſſiſti illũ Senatui, ſic da hũc populo, cuius voluntatẽ clariſſimã ſemp habuiſti. & ſi ille dies tibi glorioſiſſimus, populo Ro. gratiſſimus fuit, noli obſecro dubitare C. Cęſar ſimilẽ illi glorię laudẽ q̃ſępiſſime quęrere. nihil eſt em̃ tã populare q̃ bonitas: nulla de virtutib⁹ tuis plurimis, nec gratior, nec admirabilior miſericordia eſt. hoĩes em̃ ad deos nulla re propius accedũt, q̃ ſalutẽ hoĩbus dãdo. nihil habet nec fortuna tua maius, q̃ vt poſſis, nec natura tua melius, q̃ vt velis cõſeruare q̃plurimos. Longiorem orationem cauſa forſitã poſtulat, tua certe natura breuiorem. quare cum vtilius eſſe arbitrer te ipſum, q̃ me, aut quẽq̃ loqui tecum, finem iam faciam. tãtum te ipſum admonebo, ſi illi abſenti ſalutem dederis, præſentibus his omnibus te daturum.

Bonitas ſũme populariſ.

Miſericordia Cęſaris

PRO REGE DEIOTARO AD C. CAESAREM. ORATIO. XLIII.

VM IN OMNIBVS CAVSIS GRAVIORIBVS C. CAEſar initio dicendi cõmoueri ſoleã vehemẽtius, q̃ videtur vel vſus, vel ætas mea poſtulare: tum in hac cauſa ita me multa pturbãt, vt quantũ mea fides ſtudii mihi afferat ad ſalutem Regis Deiotari defendendã, tantum facultatis timor detrahat. Primũ dico pro capite fortuniſq; Regis: qd ipſum etſi nõ iniquũ eſt, in tuo duntaxat pęriculo: tamen eſt ita inuſitatũ, regem capitis reũ eſſe, vt ante hoc tempus non ſit auditum. Deinde eum Regem, quẽ ornare antea cũ cto cũ Senatu ſolebamus, pro pętuis eius in noſtram Remp. meritis, nunc contra atrociſſimũ crimen cogor defendere. Accedit vt

Rex Deiotarus capitis reus.

Crudelis, ne dicã sceleratum & impium.

accusatorũ alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. crudelis Castor, ne dicam sceleratum, & impiũ: qui nepos auũ in discrimen capitis adduxerit: adolescentiæq; suæ terrorẽ intulerit ei, cuius senectutẽ tueri, & tegere debebat: cõmendationẽq; ineuntis ętatis ab impietate, & scelere duxerit: auí seruũ corruptũ præmiis ad accusandũ dominũ impulerit, a legatorũ pędibus abduxerit. Fugitiui autem dominũ accusantis, & dominum absentem, & dominum amicissimũ nostræ Reip. cum os videbam, cum verba audiebam, non tam afflictam regiam conditionem dolebam, q̃ de fortunis cõmunibus extimescebam. nam cũ more maiorũ de seruo in dominũ, ne tormentis qdẽ quæri liceat: in qua quæstione dolor verã vocem elicere possit, etiam ab inuito: exortus est seruus, q quẽ in eculeo appellare nõ posset, eum accu

Eculeus.

set solutus. Perturbat me C. Cęsar etiã illud interdũ: qd tamen, cum te pẽnitus recognoui, ti mere desino. re em̃ iniquũ est, sed tua sapientia fit æquissimũ. nam dicere apud eum de facino re, contra cuius vitam consiliũ facinoris inisse arguare, si per se ipsum cõsideres, graue est. ne mo em̃ fere est, q sui periculi iudex, nõ sibi se æquiorẽ, q̃ reo præbeat. sed tua Cæsar præstans singularisq; natura hunc mihi metũ minuit. non em̃ tam timeo, quid tu de Rege Deiotaro, q̃ intelligo qd de te cæteros velis iudicare. moueor etiã loci ipsius insolentia, q tantam causam, quanta nulla vnq̃ in disceptatione versata est, dico intra domesticos parietes, dico extra

Oratorum studia in frequentia nituntur.

conuentũ, & eam frequẽtiã, in qua oratorum studia niti solent: in tuis oculis, in tuo ore, vultuq; acquiesco: te vnũ intueor, ad te vnum omnis mea spectat oratio: quæ mihi ad spem obtinendæ veritatis grauissima sunt, ad motũ animi & ad omnem impetum dicendi contentio nemq; leuiora. Hanc em̃ C. Cęsar causam si in foro dicerẽ eodem audiente, & disceptante te: quantã mihi alacritatẽ Populi Ro. cõcursus afferret! quis em̃ ciuis ei Regi nõ faueret, cuius omnem ætatem in populi Romani bellis consumptam esse meminisset! spectarem Curiam, intuerer forũ, cælum deniq; testarer ipsum. sic cum & deorũ immortaliũ, & populi Ro. & Senatus beneficia in Regẽ Deiotarũ recordarer, nullo modo mihi deesse posset oratio. Quę quoniam angustiora parietes faciunt, actioq; causæ maxime debilitatur loco: tuũ est Cęsar, q pro multis sæpe dixisti, qd nũc mihi animi sit, ad te ipsum referre: quo facilius tum æquitas tua, tũ audiendi diligentia minuat hanc perturbationem meam. Sed anteq̃ de accusatione ipsa dico, de accusatorũ spe pauca dicam. qui cũ videant neq; ingenio, neq; vsu, atq; exercitatione rerum valere, tamẽ ad hanc causam nõ sine aliqua spe, & cogitatione venerũt. Iratum te Regi Deiotaro fuisse non erant nescii: affectũ illũ qbusdam incõmodis, & detrimentis propter offensionem animi tui meminerant: teq; cum huic iratum, tum sibi amicum cognouerant:

Anim⁹ exulceratus.

cumq; apud ipsum te, de tuo periculo dicerent, fore putabant, vt in exulcerato animo facile fictum crimen insideret. Quamobrem hoc nos primum metu Cęsar per fidẽ, & constantiam, & clementiam tuam libera, ne resideres in te vllam partẽ iracundiæ suspicemur. per dexteram te istam oro, quam Regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam inquam dexteram, non tã in bellis, & in prælijs, q̃ in promissis, & fide firmiorẽ. tu illius domum inire, tu vetus hospitium renouare voluisti: te eius dii penates acceperũt: te amicum & placatum Deiotari Regis

Cæsar semel exorabatur.

aræ focique viderunt. cum facile exorari Cæsar, tum semel exorari soles: nemo vnq̃ te placauit inimicus, qui vllas resedisse in te simultatis reliquias senserit. q̃q̃ cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ! nunq̃ tu illum accusauisti vt hostem, sed vt amicum, officio parum functum, q propensior in Cn. Pompęii amicitiam fuisset, q̃ in tuam. cui tamen ipsi Regi veniam te daturum fuisse dicebas, si tum auxilia Pompęio, vel si etiã filium misisset, ipse tamen excusatione ætatis vsus esset. itaq; cum maximis eum rebus liberares, perparuã amicitiæ culpam relinquebas. itaq; non solũ in eum non animaduertisti, sed omni metu liberauisti, hospitem agnouisti, regẽ reliquisti. neq; em̃ ille odio tui progressus, sed errore cõmuni lapsus est. Is rex, quẽ Senatus hoc noie sępe honorificentissimis decretis appellauisset, gq; eũ illũ ordinẽ ab adolescẽtia grauissimũ sanctissimũq; duxisset, iisdẽ rebus est perturbatus, homo lõginquus & alienigena, qbus nos in media Rep. nati, sempq; versati. cũ audisset Senatus cõsentiẽtis auctoritate arma sumpta: Cõsulibus, Prętoribus, Tribunis ple. nouis Imperatorib⁹ Rẽp. defendendã datã: mouebat animo, & vir huic imperio amicissimus de salute populi Ro. extimescebat, in qua etiã suã inclusam esse videbat. in summo tamẽ timore quiescẽdũ sibi esse arbitrabat. maxime vero perturbatus est, vt audiuit Cõsules ex Italia profugisse: oẽsq; cõsulares, sic em̃ nunciabat, cunctũ Senatũ, totã Italiã, esse effusam. talibus em̃ nunciis & rumoribus patebat ad orientẽ via, nec vlli veri subsequebant. nihil ille de conditionibus tuis, nihil de studio

cõcordiæ,& pacis,nihil de conspiratione audiebat certorũ hominũ contra dignitatem tuã, quæ cũ ita essent,tamẽ vsq; eo se tenuit,quoad a Cn. Pompeio ad eũ legati literęq; venerũt. Ignosce,ignosce Cęsar,si eius viri auctoritati Rex Deiotarus cessit,quem nos oẽs secuti sumus:in quẽ,cum dii atq; homines omnia ornamenta congessissent,tũ tu ipse plurima,& maxima.neq; eñ si tuæ res gestæ cęterorũ laudibus obscuritatẽ attulerunt,idcirco Cn.Pompeii memoriã amisimus.quantũ nomen eius fuerit,quãtæ opes,quãta in omni genere bellorũ gloria,quãti honores populi Ro.quanti Senatus,quanti tui,qs ignorat?tãto ille superiores vicerat gloria,quãto tu oĩbus prestitisti.itaq; Cn.Pompeii bella,victorias,triũphos,cõsulatus, admirantes numerabamus:tuos enumerare non possumus. Ad eũ igitur Rex Deiotarus venit hoc misero fataliq; bello,quẽ ante iustis hostilibusq; bellis adiuuerat: quocũ erat non hospitio solũ,verũ etiã familiaritate cõiunctus.& venit,vel rogatus,vt amicus: vel accersitus, vt socius:vel euocatus,vt is,q Senatui parere didicisset.postremo venit vt ad fugiẽtẽ, nõ vt ad insequentẽ:idest ad periculi,nõ ad victoriæ societatẽ.Itaq; Pharsalico prelio facto,a Pompeio discessit:spem infinitã persequi noluit:vel officio,si qd debuerat,vel errori,si quid nescierat,satisfactum esse duxit:domũ se cõtulit,teq; Alexandrinũ bellũ gerente, vtilitatibus tuis paruit.ille exercitum Cn.Domitii amplissimi viri,suis tectis,& copiis sustentauit:ille Ephesum ad eum,quẽ tu ex tuis fidelissimũ,& probatissimum omnibus delegisti, pecuniã misit:ille iterũ,ille tertio auctionibus factis pecuniã dedit,qua ad bellũ vtereris:ille corpus suũ periculo obiecit,tecũq; in acie contra Pharnacẽ fuit:tuũq; hostem,esse duxit suũ. Quæ quidem a te in eam partem accepta sunt Cæsar, vt eum amplissimo Regis honore & nomine affeceris.Is igitur nõ modo a te periculo liberatus,sed etiã honore amplissimo ornatus,arguit̃ domi te suæ interficere voluisse.qd̃ tu,nisi eum furiosissimum iudicas,suspicari profecto nõ potes.vt eñ omittã,cuius tãti sceleris fuerit,in cõspectu deorũ penatium necare hospitẽ:cuius tantæ importunitatis,omniũ gentiũ,atq; omnis memoriæ clarissimũ lumen extinguere:cuius tantæ ferocitatis,victorẽ orbis terrarum nõ extimescere:cuius tam inhumani,& ingrati animi,a quo rex appellatus esset,in eum Tyrannũ inueniri:vt hęc omittam,cuius tãti furoris fuit!oẽs Reges,quorũ multi erãt finitimi,oẽs liberos populos,oẽs socios,oẽs prouincias, omnia deniq; omniũ arma contra se vnũ excitare!quonã ille modo cũ regno,cũ domo,cum cõiuge,cũ clarissimo filio distractus esset,tãto scelere nõ modo perfecto,sed etiã cogitato!At credo hęc homo incõsultus & temerarius nõ videbat.quis consideratior illo!qs rectior!quis prudentior!q̃q̃ hoc loco Deiotarũ non tam ingenio,& prudentia,q̃ fide & religione vitę defendendũ puto.nota tibi est hominis probitas C.Cæsar,noti mores,nota constantia.cui porro,qui modo Populi Romani nomen audiuit,Deiotari integritas,grauitas,virtus, fides nõ sit audita! Qd̃ igitur facinus,nec in hominem imprudẽtem cadere posset, propter metũ prę sentis exitii:nec in facinorosum,nisi esset idẽ amentissimus:id vos & a viro optimo,& ab homine minime stulto cogitatũ esse confingitis.At q̃ nõ modo non credibiliter,sed ne suspitio se qdẽ.Cum,inquit,in castellum Luceium venisses,& domũ Regis hospitis tui diuertisses,locus erat qdã,in quo erant ea cõposita, qbus te Rex munerare constituerat. huc te e balneo, prius q̃ accũberes,ducere volebat.ibi eñ erant armati,q te interficerẽt,in eo ipso loco collocati.En crimen,en causa,cur Regẽ fugitiuus,dominum seruus accuset.Ego mehercule Cæsar initio,cũ est ad me ista causa delata,Phidippũ medicũ, seruũ regiũ, q cum legatis missus esset,ab ipso adolescente existimaui esse corruptũ.hac suspitione sum perculsus:medicũ indicem subornabit,finget videlicet aliquod crimen veneni.etsi a veritate longe,tamẽ a consuetudine criminãdi nõ multũ res abhorrebat.Quid ait medicus!nihil de veneno.at id fieri potuit:primo occultius in potione,vel in cibo:deinde etiã impunius fit:qd̃ cũ est factũ, negari potest.si palam te interemisset,omniũ in se gentiũ nõ solũ odia,sed etiã arma conuertisset.si veneno,Iouis illius qdẽ hospitalis numẽ nũq̃ celare potuisset,homines vero fortasse celasset. quod igit̃ & occultius conari,& efficere cautius potuit, id tibi & medico callido, & seruo, vt putabat,fideli nõ credidit! de armis,de ferro,de insidiis celare te noluit! At q̃ festiue crimen contexit̃!Tua te inquit eadẽ,quę semper,fortuna seruauit.negauisti tũ te inspicere velle.quid postea!an Deiotarus re illo tempore nõ perfecta, continuo dimisit exercitum!nullus erat alius insidiandi locus!At eodem te cum cœnauisses rediturũ dixeras.itaq; fecisti: horã vnam aut duas eodem loco armatos , vt collocati fuerant , retinere magnum fuit ! cum in conuiuio comiter,& iucũde fuisses,tũ illuc iuisti vt dixeras.Quo in loco Deiotarum talem

Cuiꝰ tãti.

Diuertisses domũ.

Impunius.

erga te cognouiſti,qualis Rex Attalus in P.Aphricanũ fuit:cui magnificentiſſima dona, vt
Vſq; ad Numantiã ſcriptũ legim⁹,vſq; ad Numantiã miſit ex Aſia:quę Aphricanus inſpectãte exercitu accepit. Qđ cũ pręſens Deiotarus regio & animo, & more feciſſet,tu in cubiculũ diſceſſiſti.Obſecro Cæſar repete temporis illius memoriã:pone illũ ante oculos diem:vultus hominũ te intuẽtium,atq; admirantiũ recordare.num quę trepidatio?num qui tumultus?nũ quid,niſi mode rate,niſi quiete,niſi ex hominis grauiſſimi & ſanctiſſimi diſciplina?qd igitur cauſæ excogita
Lautus. ri poteſt,cur te lautũ voluerit,cœnatũ noluerit occidere?In poſterũ,inquit,diem diſtulit:vt cũ in caſtellũ Luceiũ ventũ eſſet,ibi cogitata perficeret.Non video cauſam loci mutandi,ſed tamẽ acta res criminoſe eſt.cũ,inquit,vomere te poſt cœnã velle dixiſſes,in balneũ te ducere cœperunt.ibi em̃ erãt inſidiæ.at te eadẽ tua fortuna ſeruauit.in cubiculũ te ire malle dixiſti. Dii te pẽdãt fugitiue,ita nõ modo nequã,& ĩprobus,ſed & fatuus,& amens es.qd?ille ſigna ænea in inſidiis poſuerat?quæ e balneo in cubiculũ tranſferri nõ poſſent?Habes crimina inſidiarũ.nihil em̃ dixit amplius.horũ,inquit,erã cõſcius.qd tũ?ita demẽs ille erat?vt eũ, quem conſciũ tanti ſceleris habebat,a ſe dimitteret?Romã etiã mitteret?vbi & inimiciſſimũ ſciret eſſe nepotẽ ſuũ,& C.Cęſarẽ,cui feciſſet inſidias: pręſertim cũ is vn⁹ eſſet,q poſſet de abſente ſe vindicare?Et fratres meos,inquit,ꝙ erãt conſcii,in vincula cõiecit.Cũ igitur eos vinciret, quos ſecum habebat,te ſolutũ Romam mittebat,qui eadem ſcires,quæ illos ſcire dicis. Reliqua pars accuſationis duplex fuit.vna,regẽ ſemper in ſpeculis fuiſſe,cũ a te animo eſſet alieno.altera, exercitum eum cõtra te magnum cõparaſſe. De exercitu dicã breuiter vt cætera. nunq̃ eas copias rex Deiotarus habuit,qbus inferre bellum populo Ro.poſſet, ſed quibus fines ſuos ab excurſionibus hoſtiũ,& latrociniis tueret,& Imperatoribus noſtris auxilia mitteret.Atq; antea quidem maiores copias alere poterat,nunc exiguas vix tueri poteſt. At miſit ad Cælium neſcio quem.ſed eos,quos miſit,ꝙ ire noluerunt,in vincula coniecit. non quę
Audientes dicto. ro q̃ veriſimile ſit,aut non habuiſſe regem quos mitteret:aut eos,quos miſiſſet,non paruiſſe: aut qui dicto audientes in tanta re non fuiſſent, eos vinctos potius q̃ necatos fuiſſe. Sed tamen cum ad Cælium mittebat,vtrum cauſam illam victam eſſe neſciebat? an Cælium iſtũ magnum hominem putabat?quem profecto is, qui optime noſtros homines nouit, vel quia non noſſet,vel ſi noſſet,contemneret.Addidit etiam illud,equites non optimos miſiſſe. Veteres credo Cæſar:nihil ad tuum equitatum.Sed miſit ex iis,quos habuit,electos. At neſcio quem ex eo numero ſeruum iudicatum.non arbitror:non audiui.ſed in eo,etiam ſi accidiſſet,culpam Regis nullam fuiſſe arbitrarer.Alieno autem a te animo fuit.quomodo? ſperauit credo difficiles tibi Alexandriæ fore exitus propter regionis naturam, & fluminis. At eo ipſo tempore pecuniam dedit, exercitum aluit, quem Aſiæ præfeceras, ei nulla in re defuit: tibi victori non ſolum ad hoſpitium,ſed ad periculum etiam, atq; ad aciem præſto fuit. Secutum eſt bellum Aphricanum. graues de te rumores ſparſi,qui etiam furioſum illum Cæ-
Auctionatus. lium excitauerunt.quo tum erga te Rex animo fuit?qui auctionatus ſit, ſeſeq; expoliare maluerit, q̃ tibi pecuniam non ſubminiſtrare. At eo inquit tempore ipſo Niceam , Epheſumq; mittebat, qui rumores Aphricanos excĩperent, & celeriter ad ſe referrent.Itaq; cum eſſet ei nunciatum,Domitium naufragio periiſſe, te in caſtello circunſederi, de Domitio dixit verſum Græcum eadem ſententia,qua etiam nos habemus Latinũ:Pereant amici,dum vna ini-
Pereãt amici,dũ vna inimici intercidant. mici intercidant.quod ille,ſi eſſet tibi inimiciſſimus,nunq̃ tamen dixiſſet. ipſe enim manſuetus,verſus immanis.qui autem Domitio poterat eſſe amicus,qui tibi eſſet inimicus?tibi poro inimicus cur eſſet?a quo cum vel interfici belli lege potuiſſet,Regem & ſe,& filium ſuum conſtitutos eſſe meminiſſet? Quid deinde furcifer?quo progreditur? ait hac lætitia Deiotarum elatum, vino ſe obruiſſe,in conuiuioq; nudum ſaltauiſſe. quæ crux huic fugitiuo poteſt ſatis ſupplicii afferre? Deiotarum ſaltantem quiſq̃ aut ebrium vidit vnq̃?omnes ſunt in illo Rege virtutes,quod te Cæſar ignorare non arbitror, ſed præcipue ſingularis, & admiranda frugalitas. etſi hoc verbo ſcio laudari Reges non ſolere. Frugi hominem dici , non
Regię virtutes. multum laudis habet in Rege.fortem,iuſtum,ſeuerum,grauem,magnanimũ,largum,beneficum,liberalem, hæ ſunt regiæ laudes. illa priuata eſt. vt volet quiſq; accipiat, ego tamen
Frugalitas frugalitatem, ideſt modeſtiam & temperantiam virtutem eſſe maximam iudico. hæc in illo eſt ab ineunte ætate,tum a cuncta Aſia,tum a magiſtratibus legatiſq; noſtris, tum ab Equitibus Romanis,qui in Aſia negotiati ſunt,perſpecta,& cognita.Multis ille quidem gradibus officiorum erga Rempublicam noſtram ad hoc regium nomen aſcendit.ſed tamen quicquid

a bellis Populi Romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res, rationesq; iungebat, vt non solum Tetrarcha nobilis, sed optimus patersamilias, & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur. Qui igitur adolescens nondum tanta gloria præditus nihil vnq̃ nisi seuerissime, & grauissime fecerit: is ea existimatione eaq; ætate saltauit! Imitari potius Castor aui mores, disciplinamq; debebas, q̃ optimo & clarissimo viro fugitiui ore maledicere. Q; si saltatorẽ auũ habuisses, neq; eũ virum, vnde pudoris pudicitięq; exempla peterent: tamẽ hoc maledictũ minime in illam ętatẽ conueniret, quibus ille studiis ab ineunte ęta te se imbuerat, nõ saltandi, sed bene vt armis, optime vt equis vteretur: ea tamen illũ cuncta iã ætate exacta defecerant. Itaq; Deiotarũ cum plures in equũ sustulissent: q; hęrere in eo senex posset, admirari solebamus. hic vero adolescens, q meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit, cũ in illo nostro exercitu eqtaret cũ suis delectis equitibus, quos vna cũ eo ad Põpeium pater miserat, quos cõcursus facere solebat! q̃ se iactare! q̃ se ostentare! q̃ nemini in illa causa studio, & cupiditate concedere! cũ vero exercitu amisso, ego qui pacis semp auctor fui, post Pharsalicũ aũt præliũ suasor fuissem armorũ non deponendorũ, sed abiiciendorũ, hunc ad meã auctoritatem non potui reuocare, q; & ipse ardebat studio ipsius belli, & patri satisfaciẽdũ esse arbitrabatur. Felix ista domus, quę nõ impunitatẽ solum adepta sit, sed accusandi etiã licentiã. calamitosus Deiotarus, q ab eo, q in iisdem castris fuerit, non modo apud te, sed etiam a suis accusetur. Vos vestra secunda fortuna Castor non potestis sine propinquorũ calamitate esse contenti. Sint sane inimicitię, quę esse non debebant. Rex eñ Deiotarus vestrã familiã abiectam, & obscuram e tenebris in lucẽ vocauit. quis tuum patrẽ antea qui esset, q̃ cuius gener esset, audiuit! Sed q̃is ingrate, & impie necessitudinis nomẽ repudiaueritis, tamen inimicitias hominũ more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere. Esto concedat hæc quoq; acerbitatis, & odii magnitudo. adeo ne! vt etiã omnia vitę, salutisq; cõmunis, atq; etiã humanitatis iura violentur! seruum sollicitare verbis, spe, premiisq; corrumpere, adducere domũ, contra dominũ amare, hoc est non vni propinquo, sed omnibus familiis bellũ nefariũ indicere. Nã ista corruptela serui si non modo impunita fuerit, sed etiã a tanta auctoritate approbata, nulli parietes nostrã salutem, nullę leges, nulla iura custodient. Vbi eñ id, qđ intus est, atq; nostrũ, impune euolare potest, contra q; nos pugnare: fit in dominatu seruitus, in seruitute dominatus. O tempora, O mores: Cn. Domitius ille, quẽ nos pueri Cõsulem, Censorẽ, Pontificẽ maximũ vidimus, cũ Tribunũ plebis M. Scaurũ principẽ ciuitatis in iudiciũ populi vocauisset, Scauriq; seruus ad eũ clam domũ venisset, & crimina in dominũ delaturũ se esse dixisset, cõprehẽdi hominẽ iussit, ad Scaurumq; deduci. Vide quid interfit! etsi inique Castorẽ Domitio cõparo, sed tamen ille inimico seruum remisit. tu ab auo abduxisti. ille incorruptũ audire noluit. tu corrupisti. ille adiutorem seruũ cõtra dominũ repudiauit. tu etiã accusatorem adhibuisti. At semel iste est corruptus a vobis! nõne cũ esset productus, & cũ tecum fuisset, refugit ad legatos! nonne etiam ad hunc Cn. Domitium venit! nonne audiente hoc Ser. Sulpitio clarissimo viro, qui tum casu apud Domitiũ cœnabat, & hoc T. Torquato optimo adolescente, se a te corruptum, tuis pmissis in fraudẽ impulsum esse confessus est! Quę est ista tam impudẽs, tam crudelis, tã immoderata inhumanitas! Idcirco in hanc vrbẽ venisti! vt huius vrbis iura & exempla corrumperes! domesticaq; tua inhumanitate nostrę ciuitatis humanitatẽ inquinares! At q̃ acute collecta crimina! Blesamius inqt, eius eñ nomine optimi hominis, nec tibi ignoti, maledicebat tibi: ad regem inquit scribere solebat, te inuidiose Tyrannũ existimari: statua inter Reges posita animos hominũ vehemẽter offensos, plaudi tibi non solere. nõne intelligis Cęsar, ex vrbanis maleuolorũ sermunculis hæc ab istis esse collecta! Blesamius Tyrãnũ Cæsarem scriberet! multorum enim ciuium capita viderat! multos iussu Cæsaris vexatos, verberatos, necatos! multas afflictas, & euersas domos! armatis militibus refertũ forũ! quæ semper in ciuili victoria sensimus, ea te victore non vidimus. solus inquã es C. Cęsar, cuius in victoria ceciderit nemo nisi armatus, & quẽ nos liberi in summa Reip. libertate nati nõ modo non Tyrannũ, sed etiam clementissimũ in victoria videmus ducẽ: is Blesamio, q viuit in regno, Tyrannus videri potest! Nam de statua quis queritur! vna pręsertim! cũ tam multas videat! Valde eñ inuidendũ est eius statuę, cuius tropheis nõ inuidemus. Nam si locus affert inuidiã, nullus locus est ad statuã qdem rostris clarior. De plausu autem qd respondeã! qui nec desideratus vnq̃ a te est, & nõnunq̃ obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est, & fortasse eo præ

Vacabat a bellis.

Arcessere capitis.

Cn. Domitii integritas.

Sermũculi

termíſſus,quia níhíl vulgare te dignũ víderí poteſt. Níhíl a me arbítror prętermíſſum,ſed alíqd ad extremã cauſę partẽ reſeruatum.íd autem alíqd eſt:te vt plane Deíotaro reconcíliet oratío mea.Non eñ íam metuo,ne tu illí ſuccenſeas,íllud vereor,ne tíbí íllũ ſuccẽſere alíqd ſuſpícere,qđ abeſt longíſſime míhí crede Cęſar.Quíd eñ retíneat p te meminít,non qd amíſerit:neq; ſe a te mulctatũ arbítratur:ſed, cum exíſtímaret multís tíbí multa eſſe tríbuenda, quæ mínus aſſequí ín altera parte potuíſſet,ea ſumeres ab íllo nõ recuſauít.Etením ſí Antíochus magnus ílle Rex Aſię,cũ poſtea q̃ a Scípíone deuíctus Tauro ten⁹ regnare íuſſus eſſet: omnemq; hanc Aſíam,quę eſt nunc noſtra prouíncía,amíſíſſet:dícere eſt ſolítus,benígne ſíbí a populo Ro.eſſe factum,q; nímís magna procuratíone líberatus modícís regní termínís vteretur:poteſt multo facílíus ſe Deíotarus conſolarí.Ille enim furoris mulctã ſuſtínuerat, híc erroris.Oñía tu Deíotaro Cęſar tríbuíſtí,cum & ípſí,& fílío nomen regíum cõceſſiſtí. Hoc nomíne retento atq; conſeruato,nullũ beneficíũ populí Romaní,nullum íudícíũ de ſe Senatus ímmínutũ putat:magno animo & erecto eſt,nec vnq̃ ſuccumbet ínímícís,ne fortunę quídem.Multa ſe arbítratur & pęrííſſe antea factís,& habere ín animo,atq; vírtute, quæ nullo modo poſſit amíttere.Quę eñ fortuna:aut qs caſus:aut quę tãta poſſit íníuría,omnium Impęratorũ de Deíotaro decreta delere! Ab omnibus eñ eſt ornatus:quí,poſtq̃ ín caſtrís eſſe potuít pęr ętatem,ín Aſía,Cappadocía,Ponto,Cílícía,Syría,bella geſſerunt. Senatus vero íudícía de íllo tam multa,tamq; honorífica,quę publícís Populí Ro.lítería, monímentíſq; conſignata ſunt,quę vnq̃ vetuſtas obruet:aut quę tanta delebít oblíuío!Quíd de vírtute eíus dícam:quíd de magnítudíne ánímí:grauítate:conſtantía:quę omnes doctí,atq; ſapientes ſumma,quídam etíam ſola bona eſſe dixerunt:híſq; nõ modo ad bene, ſed etíã ad beate víuendũ contentã vírtutẽ eſſe.Hęc íllę reputãs,& díes,& noctes cogítans, nõ modo tíbí non ſuccẽſet (eſſet eñ non ſolum íngratus,ſed etíã amens)verũ oẽm tranquíllítatem,& quíetẽ ſenectutís acceptã refert clementię tuę.Quo qdem animo cum antea fuít, tum nõ dubíto quín tuís lítería,quarũ exemplũ legí,quas ad eum Tarracone huíc Bleſamío dedíſtí,ſe magís etíam erexerít,ab oñíq; ſollícítudíne abſtraxerít.Iubes eñ eũ bene ſperare,& bono eſſe animo.qđ ſcío te nõ fruſtra ſcríbere ſolere.Memíní eñ íísdẽ fere verbís ad me te ſcríbere,meq; tuís lítería bene ſpærare non fruſtra eſſe íuſſum.Laboro equídẽ Regís Deíotarí cauſa, quocũ míhí amícítíã Reſp.conclíauít,hoſpítíũ voluntas vtríuſq; coníunxít,famílíarítatẽ cõſuetudo attulít,ſummã vero neceſſítudínẽ magna eíus offícía ín me,& ín exercítũ meũ effecerunt:ſed cũ de íllo laboro,tũ de multís ampliſſímís vírís,q̃bus ſemel ígnotũ a te eſſe oportet,nec beneficíũ tuum ín dubíũ vocarí,nec hærere ín animís hominũ ſollícítudínem ſempíternam,nec accídere, vt quíſq̃ te tímere íncípíat eorũ,qui ſemel a te ſint líberatí tímore.Non debeo C.Cæſar,qđ fierí ſolet in tantís pęrículís,tentare,quonã modo dícẽdo míſerícordíam tuam cõmouere poſſim. níhíl opus eſt.occurrere ípſa ſolet ſupplícíbus,& calamítoſís nullíus oratíone euocata. propone tíbí duos reges:& íd animo contemplare,qđ oculís nõ potes:dabís profecto míſerícordíę,qđ íracundię negauíſtí.Multa ſunt tuę clementię monímenta, ſed maxíme eorum íncolumítates,quíbus ſalutẽ dedíſtí.Quę ſí ín príuatís glorioſa ſunt,multo magís cõmemorabunt ín regíbus.Sempęr regíum nomen in hac cíuítate ſanctum fuit. ſocíorũ vero regũ,& amícorum,ſanctíſſímũ.Quod nomen hí reges ne amítterent,te victore tímuerunt:retentũ vero,& a te confírmatũ poſterís etíã ſuís tradíturos eſſe cõfído. Corpora vero ſua, pro ſalute Regũ ſuorum hí legatí tíbí regíí tradunt,Híeras,& Bleſamíus,& Antígonus tíbí, nobíſq; oñíbus íãdíu notí,eademq; fíde,& vírtute prædítus Dorylaus, qui nupęr cum Híera legatus eſt ad te míſſus:tum Regum amícíſſímí,tum tíbí etíam probatí,vt ſpero. Exquíre de Bleſamío, nũ quíd ad Regem contra dignítatem tuam ſcrípſerít!Híeras quídẽ cauſam oẽm ſuſcípít, & crímínibus íllís pro Rege ſe ſupponít reum: memorían tuam ímplorat,qua vales plurímũ.negat vnq̃ ſe a te ín Deíotarí Tetrarchía pędem díſceſſíſſe:in prímís fínibus tíbí ſe pręſto fuíſſe dícít,vſq; ad vltímos proſecutum:cum e balneo exíſſes, tecum ſe fuíſſe: cum íllа munera ínſpęxíſſes cœnatus:cum ín cubículo recubuíſſes:eandemq; aſſíduítatẽ tíbí ſe præbuíſſe poſtrídíe. quãobrem, ſí quid eorum,quæ obiecta ſunt,cogítatum ſít: non recuſat, quín íd facínus ſuum íudíces. Quocírca C.Cęſar velím exíſtímes,hodierno díe ſentẽtíam tuam, aut cũ ſummo dedecore míſerrímam peſtem ímportaturam eſſe regíbus,aut íncolumẽ famã cum ſalute.Quorum alterum optare íllorum crudelítatís eſt,alterum conſeruarę clementíæ tuæ.

Antíochí de regno dictum.

Tauro tenus.

Refert acceptam.

Ignotũ ab ignoſco.

Regíũ nomẽ ſanctũ Ro.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA PRIMA.
ORATIO XLIIII.

ANTEQVAM DE REPVBLICA PATRES C. DI cam ea,quę dicenda hoc tẽpore arbitror:exponam vo bis breuiter cõsiliũ & profectionis,& reuersionis meę. Ego cum sperarẽ aliquando ad vestrum consilium au ctoritatemq; Remp.esse reuocatam, manendum mihi statuebam,quasi in vigilia quadam consulari,ac sena toria. nec vero vsq; discedebam,nec a Repub. deiicie bam oculos, ex eo die, quo in ædem Telluris conuo cati sumus,in quo templo,quantũ in me fuit, iecí fun damẽta pacis, Atheniẽsiumq; renouaui vetus exẽplũ: græcũ etiã verbũ vsurpaui,qđ tũ in sedãdis discordiis Amnistia. vsurpauerat ciuitas illa: atq; oẽm memoriã discordia rũ obliuione sempiterna delendã censui.Præclara tum oratio M.Antonii,egregia etiã voluntas,pax deniq; per eũ,& p liberos eius cum prestantissi mis ciuibus cõfirmata est. Atq; his principiis reliqua cõsentiebãt.ad deliberationes eas,quas habebat domi de republica,principes ciuitatis adhibebat:ad hũc ordinẽ res optimas defere bat:summa cũ dignitate & cõstantia ad ea,quę quęsita erãt,respõdebat: nihil tum,nisi quod erat notũ omnibus,in C.Cęsaris cõmentariis reperiebaẽ.Nũ qui exules restituti! vnũ aiebat, prẽterea neminẽ.Nũ immunitates datæ!nullę respondebat. Assentiri etiam nos Ser.Sulpitio clarissimo viro voluit,nequa tabula post Idus Martias vllius decreti Cęsaris,aut beneficii fi geretur.Multa prẽtereo,eaq; prẽclara.ad singulare eñ M.Antonii factũ festinat oratio.Dicta Dictatura turã,quę vim iam regię potestatis obsederat,funditus ex Rep.sustulit.de qua ne sententias q sublata. dem diximus.scriptũ senatusc̃osultũ,qđ fieri vellet,attulit.quo recitato,auctoritatẽ ei9 sum mo studio secuti sumus,eiq; amplissimis verbis per senatusc̃osultũ gratias egimus.Lux quæ dam videbaẽ oblata,nõ modo regno,qđ pertuleramus,sed etiã regni timore sublato:magnũ q; pignus ab eo Reip.datũ,se liberam ciuitatẽ esse velle,cũ Dictatoris nomẽ, qđ sæpe iustum fuisset,propter ppetuę dictaturę recẽtẽ memoriã funditus ex Rep.sustulisset. Liberatus cędis periculo paucis post diebus Senatus:vncus impactus est fugitiuo illi,q in C.Marii nomen in Vncus im uaserat.atq; hæc omnia cõmuniter cũ Collega. alia porro ppria Dolabellæ.quæ nisi Collega pactus. abfuisset,credo eis fuisse futura cõmunia.Nã cũ serpęret in vrbe infinitũ malũ, idq; manaret Illi.s.C. A in dies latius:iidẽq; bustũ in foro facerent,q illã insepultã sepulturam effecerant:& quotidie matio. magis magisq; pẽrditi hoies,cum suis similibus seruis, tectis ac templis vrbis minarenẽ:talis Insepulta animaduersio fuit Dolabellæ, cũ in audaces sceleratosq; seruos, tum in impuros, & nefarios sepultura. liberos:talisq; euersio illius execratæ columnę:vt mirũ mihi videatur,tã valde reliquũ tem Columna pus ab illo vno die dissensisse.Ecce eñ Cal.Iunii, quibus vt adessemus edixerat, mutata oĩa, execrata. nihil pẽr Senatũ,multa & magna p se ipsum, & absente populo & inuito.Consules designati se audere negabãt in Senatũ venire:patrię liberatores vrbe carebant ea,cuius a ceruicibus iu gum seruile deiecerant.quos tamen ipsi Consules,& in concionibus, & in omni sermone lau dabant.Veterani qui appellabanẽ,quibus hic ordo diligentissime cauerat,non ad cõseruatio Veterani. nem earũ rerũ,quas habebãt,sed ad spem nouarũ prędarũ incitabanẽ. Quę cũ audire mallem q̃ videre,haberẽq; ius legationis liberũ,ea mente discessi,vt adessem Cal.Ianuarii,qđ initium Legatio li Senatus cogendi fore videbaẽ. Exposui P.C.profectionis consiliũ.nũc reuersionis,quę plus bera. admirationis habet:breuiter exponam. Cũ Brunduſiũ, iterq; illud,qđ tritũ in Græciã est, nõ sine causa vitauissem:Cal.Sextilibus veni Syracusas,q; ab vrbe ea transmissio in Greciam laudabatur. quæ tamẽ mihi vrbs coniunctissima,plus vna me nocte,cupiens retinere nõ po tuit. veritus sum,ne meus repentinus ad meos necessarios aduẽtus suspitiõis aliqd afferret, Leucopę si essem cõmoratus.Cũ aũt me ex Sicilia ad Leucopętrã,qđ est promõtoriũ agri Rhegyni, vẽ tra. ti detulissent,ab eo loco cõscẽdi,vt trãsmitterẽ.nec ita multũ prouectus,reiectus austro sum Trãsmitte in eũ ipsum locũ,vnde cõscenderã.cũq; intẽpesta nox esset,mãsissemq; in villa P.Valerii comi re. tis,& familiaris mei, postridieq; apud eundẽ vẽtũ expectãs manerẽ,municipes Rhegyni com plures ad me venerunt,ex his qdã Roma recẽtes:a quibus primũ accipio M. Antonii cõcio

nem:quæ ita mihi placuit,vt ea lecta de reuersione primũ cœperim cogitare.nec multo post, edictum Bruti affertur,& Cassii.qđ quidẽ mihi,fortasse q̃ eos, etiã plus Reip. q̃ familiaritatis gratia diligo:plenum æquitatis videbatur.Addebant præterea(fit em̃ plerũq;,vt ii, q̃ boni quid volũt afferre,affingant aliqd,quo faciant id,qđ nunciant,lętius)Rẽp.conuenturam Cal.Sextilibus:Senatũ frequentem fore:Antonium repudiatis malis suasoribus,remissis Gallíis prouinciis, ad auctoritatẽ Senatus esse rediturũ.tum vero tãta sum cupiditate incensus ad reditũ,vt mihi nulli neq; remi,neq; venti satisfacerent.non quo me ad tempus occursurũ putarem:sed ne tardius,q̃ cuperem,Reip.gratularer.Atq; ego celeriter Veliã deuectus Brutum vidi,quanto meo dolore nõ dico.turpe mihi ipsi videbatur,in eã vrbẽ me audere reuerti,ex qua Brutus excederet:& ibi velle turo esse,vbi ille non posset.Neq; vero illum similiter atq; ipse erã,cõmotum esse vidi. erectus em̃ maximi,ac pulcherrimi facti conscientia,nihil de suo casu,multa de nostro querebatur.Ex quo primũ cognoui, quæ Cal.Sextilibus in Senatu fuissent L.Pisonis oratio.qui q̃q̃ parũ erat(id em̃ ipsum a Bruto audierã) a quibus debuerat, adiutus:tamen & Bruti testimonio,quo quid potest esse grauius!& omnium prædicatione, quos postea vidi,magnã mihi videbaẽ gloriã consecutus.Hũc igitur vt sequerer properaui, quem præsentes non sunt secuti:nõ vt proficerẽ aliquid (neq; em̃ sperabam id,neq; pœrficere poteram) sed vt,si quid mihi humanitus accidisset(multa aũt impẽdere videbanẽ præter naturam etiam,prętereq; fatũ) huius diei vocem testẽ Reipu.relinquerem meę perpetuæ erga se voluntatis. Q̃m vtriusq; consilii causam P.C.probatã vobis esse confido, prius q̃ de repu. dicere incipio,pauca querar de hesterna M.Antonii iniuria:cui sum amicus: idq; nõnullo ei⁹ officio debere esse,præ me semper tuli. Quid tandẽ erat causæ, cur in Senatũ hesterno die tam acerbe cogerer!solus ne aberam!an nõ sæpe minus frequentes fuistis!an ea res agebatur, vt etiam ęgrotos deferri oporteret!Annibal credo erat ad portas!aut de Pyrrhi pace agebatur!ad quã causam etiã Appiũ illum & cæcum, & senẽ delatum esse memoriæ proditum est. De supplicationibus referebatur.quo in genere Senatores deesse nõ solent. Cogunẽ em̃ non pignoribus,sed eorũ,quorũ de honore agiẽ,gratia.qđ idem fit,cũ de triumpho refertur. ita sine cura Cõsules sunt,vt pene liberũ sit Senatori non adesse.qui cum mihi mos notus esset, cũq; e via lãguerẽ,& mihimet displicerem, misi pro amicitia q̃ hoc diceret. At ille vobis audientibus,cũ fabris se domũ meã venturũ esse dixit.Nimis iracunde hoc qdem,& valde intẽ pœranter.cuius em̃ maleficii ista pœna est!vt dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis disturbaturũ publice ex Senatus sententia ædificatã domũ! quis aũt vnq̃ tanto damno Senatorẽ coegit!aut qd est vltra pignus,aut mulctã!qui si sciisset quã sentẽtiã dicturus essem,remisisset aliquid profecto de seueritate cogendi.An me censetis P.C.qđ vos inuiti secuti estis,decreturum fuisse!vt parentalia cum supplicationibus miscerenẽ! vt inexpiabiles religiones in Remp.inducerenẽ! vt decernerenẽ supplicationes mortuorũ!Nihil dico qs fuerit ille L.Brutus,qui & ipse regio dominatu Remp.liberauit,& ad simile virtutem, & simile factũ stirpẽ in prope quingentesimũ annum propagauit:adduci tamen non possem,vt quẽq̃ mortuũ conisũ gerẽ cũ deorũ immortaliũ religione:vt cuius sepulcrũ nusq̃ extet,vbi parentetur, ei publice supplicetur.Ego vero eam sententiã dixissem Patres conscripti,vt me aduersus populũ Ro. si quis accidisset grauior Reip.casus,si bellũ,si morbus,si fames, facile possim defendere: quæ partim iam sunt,partim timeo ne impendeãt.Sed hoc ignoscant dii immortales velim & populo Romano,q id non probat,& huic ordini,qui decreuit inuitus.Quid de reliqs Reip.malis!licet ne dicere!mihi vero licet,& semp licebit,dignitatẽ tueri,mortẽ cõtemnere. potestas modo veniendi in hunc locum fit,dicẽdi pericułũ non recuso.Atq; vtinã P.C.Cal.Sextilibus adesse potuissem:non quo proficí potuerit aliqd,sed ne vnus modo Consularis,qđ tum accidit,dignus illo honore,dignus Rep.inueniretur.qua quidem ex re magnum accipio dolorẽ: homines amplissimis populi Ro.beneficiis vsos L.Pisonẽ ducem optimę sententiæ non secutos.idcirco ne nos populus Ro.consulares fecit,vt in altissimo gradu dignitatis locati Rẽp. pro nihilo haberemus!nõ modo voce nemo L.Pisoni Consularis,sed ne vultu quidem assensus est.Quęnã(malũ)est ista volũtaria seruitus!fuerit quędã necessaria. nec ego hoc ab oĩnibus iis desidero,qui sententiã loco Consulari dicunt.alia causa est eorũ,quorũ silentio ignosco:alia eorũ,quorũ vocẽ requiro.quos quidem doleo in suspitionem populo Ro. venire,nõ metu,qđ ipsum est turpe,sed aliũ alia de causa deesse dignitati sue.Quare primum maximas gratias & habeo,& ago,L. Pisoni:qui nõ quid efficere posset in Rep.cogitauit: sed quid ipse

Bruti fuga.

Humanit⁹ Prętер natura & fatum.

E via languerem.

Operę publicæ.

Parentalia.

L. Brutus.

facere deberet.Deinde a vobis P.C.peto:vt etiam si seq minus audebitis oratione atq; auctoritate mea,benigne tame me,vt feciſtis adhuc,audiatis. Primu igit acta Cæſaris ſeruanda cenſeo.non quo probe:quis em id qde poteſt! ſed quia ratione habenda maxime arbitror pacis,& otii.velle adeſſet Antonius,modo ſine aduocatis.ſed,vt opinor, licet ei minus valere: qd mihi heri p illu non licebat.doceret me,vel potius vos P.C.queadmodu ipſe Cęſaris acta defenderet.An in cometariolis,& chirographis,& libellis ſe vno auctore platis,ac ne prolatis quide,ſed tatumodo dictis,acta Cęſaris firma erunt! quæ ille in æs incidit:in quo populi iuſſa,perpetuaſq; leges eſſe voluit:pro nihilo habebunt!Equide exiſtimo nihil ta eſſe in actis Cęſaris,q leges Cęſaris.An ſi cui qd ille pmiſit,id erit fixu!qd ide facere no potuit,vt multis multa pmiſſa non fecit.que tn multo plura reperta ſunt illo mortuo, q viuo beneficia poes annos tributa,& data.ſed ea non muto, no moueo:ſummo etia ſtudio preclara illius acta defendo.pecunia vtina ad ade Opis maneret.cruenta quide illa:ſed his teporibus,cu iis quoru eſt,non redditur,neceſſaria.qq ea quoq; ſit effuſa,ſi ita in actis eius fuit.Ecqd eſt! qd ta proprie dici poſſit actu eius,qui togatus in Rep.cu poteſtate,imperioq; verſatus ſit,q lex!Quere acta Gracchi,leges Sepronie proferent:quære Syllæ,Cornelię,quid!Cn. Popeii tertius Coſulatus,in qbus actis conſiſtit!nempe in legibus.a Cęſare ipſo ſi quæreres,quidna egiſſet in vrbe,& toga!leges multas reſpoderet ſe,& pclaras tuliſſe.Chirographa vero aut mutaret, aut non daret:aut,ſi dediſſet,non iſtas res in actis ſuis duceret.Sed ea ipſa concedo:quibuſda in rebus etia conniueo.in maximis vero rebus, ideſt legibus,acta Cęſaris diſſolui,ferendu no puto.Quæ lex melior,vtilior,optima etia in Rep.ſepius flagitata!q ne Prætoriæ puincię plusq annu, ne plus q bienniu Conſulares obtinerent!hac lege ſublata vident ne vobis acta Cęſaris ſeruari!quid!ea lege,quæ promulgata eſt de tertia Decuria iudicu:none oes iudiciarię leges Cęſaris diſſoluunt!& vos acta Cęſaris defenditis,q leges eius euertitis! niſi forte,ſi qd memorię cauſa retulit in libellu,id numerabit in actis:& quis iniqu & inutile ſit, defendetur: qd ad populu Centuriatis comitiis tulit,id in actis Cęſaris no habebit.At que eſt iſta tertia decuria!Centurionu ingt.quid!iſti ordini iudicatus lege Iulia,etia ante Popeia,Aurelia no patebat!Ceſus præfiniebat ingt.non Centurioni qde ſolum,ſed Equiti etia Romano. itaq; viri fortiſſimi atq; honeſtiſſimi,qui ordines duxerunt,res & iudicant,& iudicauerunt. Non quæro inquit iſtos:quicuq; ordine duxit,iudicet.At ſi feratis,qcunq; equo meruiſſet, qd eſt laudatius,nemini pbaretis.In iudice em ſpectari & fortuna debet,& dignitas.Non quero inquit iſta:addo etia iudices manipulares ex legione Alaudaru.aliter em noſtri negant poſſe ſe ſaluos eſſe.O contumelioſum honore iis, quos ad iudicandu,nec opinantes vocatis. hic em eſt legis iudex,vt ii in tertia Decuria iudicent,q libere iudicare no audeant. in quo quantus eſt error dii immortales eorum, qui iſta lege excogitauerunt. vt em qſq ſordidiſſimus videbitur,ita libetiſſime ſeueritate iudicandi ſordes ſuas eluet:laborabitq; vt honeſtis Decuriis potius dignus videat,q in turpes iure coniectus. Altera promulgata lex eſt, vt & de vi, & de maieſtate damnati,ad populu prouocent,ſi velint.Hec vtru tande lex eſt!an legu oim diſſolutio!Quis em eſt hodie,cuius interſit iſta legem manere!nemo reus eſt iſtis legibus:nemo,que futuru putemus.Armis em geſta,nunq profecto in iudicium vocabunt.At res popularis.vti nam qdem velletis aliqd eſſe populare.Omnes.n.ia ciues de Reip.ſalute vna & mente,& voce conſentiunt.Que eſt igitur ea cupiditas eius legis ferende, quæ turpitudine ſumma habeat, gratia nulla!Quid em turpius q qui maieſtate populi Romani p vim minuerit,eum damnatu iudicio,ad eam ipſam reuerti,propter qua ſit iure damnatus! Sed qd plura de lege diſputo!quaſi vero id agat,vt quiſq prouocet.id agitur:id fertur:ne qs omnino vnq iſtis legibus reus fiat.Quis em aut accuſator ta amens reperiet,qui reo condemnato obiici ſe multitudini conducte velit!aut iudex,qui reum damnare audeat,vt ipſe ad operas mercenarias ſtatim protrahatur!Non igit puocatio iſta lege datur:ſed due maxime ſalutares leges,queſtioneſq; tollunt.quid eſt igitur aliud!q adhortari adoleſcetes,vt turbulenti,& ſeditioſi,vt pernicioſi ciues velint eſſe!qua aut ad Reipu.peſte furor tribunitius impelli no poterit,his duabus quæſtionibus de vi,& de maieſtate ſublatis! quid! p abrogatur his legibus Cæſaris, quæ iubent ei,qui de vi,ite p ei,q maieſtatis damnatus ſit,aqua & igni interdici!quibus cum prouocatio datur,nonne acta Cęſaris reſcinduntur!Que quide ego P.C.qui illa nunq probaui,ita coſeruanda concordię cauſa arbitratus ſum:vt no modo,quas viuus Cæſar leges tuliſſet,infirma das hoc tempore non putarem:ſed ne illas quidem,quas poſt morte Cæſaris prolatas eſſe &

Acta Cęſaris.

Iudicatus.

Alauda legio Gallica ciuitate a Cęſare donata.

Eluet non eluet legē dū indicat verbū laborabit.

Aqua & igni interdici.

fixas videtis, de exilio reducti sunt a mortuo: ciuitas data non solũ singulis, sed etiã nationi bus, & prouinciis vniuersis: immunitatibus infinitis sublata vectigalia a mortuo. Ergo hæc vno viro optimo auctore domo ꝓlata defendimus. eas leges, quas ipse vobis inspectãtibus re citauit, ꝓnũciauit, tulit, qbus latis gloriabaꝫ, iisq; legibus Rẽp. cõtineri putabat, de ꝓuinciis, de iudiciis: eas inquã Cæsaris leges nos, q defendimus acta Cæsaris, euertendas putabimus? Ac de iis tñ legibus, quę ꝓmulgatę sunt, saltẽ queri possumus: de iis, quę iã platæ dicunt, ne illud qdẽ licuit. Illę. n. nulla ꝓmulgatiõe latę sunt ante, q̃ scriptę. Quærũt qd sit: cur aut ego, aut qsq̃ vestrũ P. C. bonis Tribunis pl. leges malas metuat. paratos habem⁹ q intercedãt, para tos q Rẽp. religione defendãt: vacui metu esse debemus. quas tu mihi intercessiones inquis? quas religiones? eas scilicet, quibus Reip. salus continet. neglegimus ista, & nimis antiquæ, & stulta ducimus. forũ sepietur, oẽs claudent aditus, armati in pręsidiis multis in locis colloca buntur. quid tũ? qđ erit ita gestũ, id lex erit? & in ęs incidi iubebitis? credo illa legitima, quæ Consules populũ iure rogauerũt. hoc em̃ a maioribus accepimus ius rogandi, populus quæ iure sciuit. qui populus? is ne, q exclusus est? quo iure? an eo, qđ vi & armis omne sublatũ est? Atq; ego hoc dico de futuris: q; est augurũ, ante dicere ea, quę vitari possunt: quę si facta nõ erunt, refellet oratio mea. Loquor de legibus ꝓmulgatis, de qbus est integrũ vobis. demõstro vitia: tollite. denuncio vim, arma: remouete. Irasci qdem mihi Dolabella ꝓ Rep. dicenti non oportebit. q̃q̃ qdem te id facturũ non arbitror. noui em̃ facilitatẽ tuã. Collegã tuum aiũt in hac sua fortuna, quę bona ipsi videt: mihi, ne grauius quippiã dicã, auorũ & auunculi sui cõ sulatũ si imitaretur, fortunatior videret. sed eũ iracundũ audio factũ. Video aũt q̃ sit odio sum, habere iratũ eundẽ, & armatũ: cũ tanta pręsertim gladiorũ sit impunitas. sed promã ius vt opinor ęquũ: qđ M. Antoniũ nõ arbitror repudiaturũ. Ego si qd in vitã ei⁹, aut in mores cõtumelię dixero: quo minus mihi inimicissim⁹ sit, nõ recusabo. si cõsuetudinẽ meã, quã sem per in Rep. habui, tenuero, idest si libere, quę sentiã, de Rep. dixero: primũ deprecor ne irasca tur. deinde, si hoc non impetro: peto, vt sic irascat: vt qbus armis vtat, si ita necesse est, vt di cit, sui defendendi causa, iis q pro Rep. quę ipsis visa erunt, dixerint, ista arma ne noceant. qd hac postulatione dici potest ęquius? Q; si, vt a qbusdam mihi eius familiaribus dictũ est: oĩs eum quæ habetur cõtra volũtatẽ eius oratio, grauiter offendit, etiã si nulla inest contume lia: feremus amici naturã. sed iidem illi ita mecũ: nõ idẽ tibi aduersario Cęsaris licebit, qđ Pi soni socero. & simul admonẽt qddam, qđ cauebimus: nec erit iustior P. C. in Senatũ non veni endi morbi causa, q̃ mortis. Sed ꝑ deos immortales: te enim intuens Dolabella, qui es mi hi charissimus, non possum de vtriusq; vestrum errore reticere. Credo. n. vos hoĩes nobiles, magna quędã spectãtes, nõ pecuniã, vt quidã nimis creduli suspicant, quę semꝑ ab amplissimo quoq;, clarissimoq; cõtempta est: nõ opes violentas, & populo Ro. minime ferẽdã potẽtiã: sed charitatẽ ciuiũ & gloriã cõcupisse. Ea aũt est gloria, & laus, recte factorũ, magnorũq; in Rẽp. meritorũ, quę cũ optimi cuiusq;, tũ etiã multitudinis testimonio cõprobat. Dicerẽ Dolabel la q recte factorũ fructus esset, nisi te paulisper esse exptũ videremus. Quẽ potes recordari in vita tibi illuxisse diẽ lætiorẽ? q̃ cũ expiato foro, dissipato cõcursu impiorũ, principib⁹ sceleris pœna affectis, te domũ recepisti? cui⁹ ordinis? cuius gñis? cui⁹ deniq; fortunę studia tũ laudi, & gratulationi tuę se nõ † obtulerũt? Quin mihi etiã, quo auctore te in iis reb⁹ vti arbitrabã tur: & gratias boni viri agẽbant, & tuo noĩe gratulabãt. Recordare q̃so Dolabella cõsensum illũ theatri, cũ oẽs earũ rerũ oblíti, ꝓpter quas tibi fuerãt offensi, significauerũt se beneficio nouo memoriã doloris veteris abiecisse. Hãc tu potuisti Dolabella (magno loquor cum dolo re) hãc tu inquã ęquo aĩo potuisti tãtã dignitatẽ deponere? Te aũt M. Antoni absentẽ appel lo: vnũ illũ diẽ, quo in ęde Telluris Senatus fuit, nõ oĩbus iis mẽsibus, qbus te qdã multum a me dissentiẽtes beatũ putant, anteponis? quæ fuit oratio de cõcordia? quanto metu veteraní, quãta sollicitudine ciuitas, tũ a te liberata est? cũ tuũ Collegã depositis inimicitiis, oblit⁹ au spiciorũ, auguria te ipso augure nunciãte, illo primũ die Collegã tibi esse voluisti: reip. tuus paruus fili⁹ in Capitoliũ a te missus pacis obses fuit. quo Senat⁹ die lętior? quo populus Ro manus? q qdẽ nulla in cõcione vnq̃ frequẽtior fuit. tũ deniq; liberati ꝑ viros fortissimos vide bamur. qa, vt illi voluerãt, libertatẽ pax cõsequbat. Proximo altero, tertio, deniq; reliqs cõsecu tis dieb⁹ nõ ĩtermittebas quasi donũ aliqđ quotidie afferre reip. maximũ aũt illud, q; Dictatu rę nomẽ sustulisti. hęc inusta est a te, a te inquã mortuo Cęsari nota ad ignominiã sẽpiternã. Vt. n. ꝓpter vni⁹ M. Mãlii scelus decreto gẽtis Mãlię neminẽ patriciũ M. Mãliũ vocari licet: sic

In ęs incidi
Rogare po pulum.

Ciceronis fiducia.

†tulerunt.

Manliorũ nota.

tu propter vnius Dictatoris odium, nomẽ Dictatoris fundítus fustulísti. Num huiusce, cum pro salute Reip. tanta gessísses, fortunę te? nũ amplitudinis? nũ claritatis? num gloriæ pœnitebat? Vnde igítur subito tanta ísta mutatio? nõ possum adduci, vt suspicer, te pecunia captũ, licet qđ cuiq; líbet, loquaẽ: credere nõ est necesse. nihil. n. vnq̃ in te sordidũ, nihil humile cognoui. q̃q̃ solẽt domestici deprauare nõnunq̃. sed noui firmitatẽ tuã: atq; vtinã vt culpã, sic etiam suspitionẽ vitare potuísses. Illud magis vereor, ne ignorans verũ iter glorię, glorioſum putes, plus te vnũ posse, q̃ omnes: & metui a ciuibus tuis, q̃ dílígi malís. qđ si ita putas, totã ignoras viã glorię. Charũ esse ciuẽ, bene de Rep. mereri, laudari, coli, dílígi, glorioſum est. me tui vero & in odío esse, inuidioſum, deteſtabile, imbecíllũ, caducum. Qđ vídemus etiam in fabulis, ipſis illis, q, Oderint dũ metuãt, dixerint: pnicioſum fuísse. Vtinã Antoni auũ tuũ meminísses: de quo tamen multa audísti ex me sæpíssime. Putas ne illum immortalitatẽ mereri voluísse, vt propter armorũ metuendorũ licentiã metueret? illa erat vita, illa secunda fortuna: libertate esse parẽ cũ cęteris, príncipẽ dignitate. Itaq; vt omittã res aui tui prosperas, acerbíssimũ eius díẽ supremũ malím, q̃ L. Cinnæ dominatũ, a quo ille crudelíssime est interfectus. Sed quid oratione te flectã? si enim exitus C. Cęsaris efficere hoc non potest, vt malís charus esse, q̃ metui: nihil cuiusq̃ proficiet, nec valebit oratio. quẽ qui beatũ fuísse putant, míserrimi ipſi sunt. Beat⁹ est nemo, qui ea lege viuit, vt nõ modo impune, sed etiã cum summa interfectoris gloria interfici possit. Quare flecte te quęso, & maiores tuos respice, atq; ita guberna rempublicam, vt natũ te esse ciues tui gaudeant: sine quo nec beatus, nec clarus esse quisq̃ potest. Et populi qdem Ro. iudicia multa ambo habetís, quibus vos non satís mouerí pœmolęste fero. Quid eñ gladiatorii clamores innumerabiliũ ciuiũ! quid populi versus? qd Pompęii statuę plausus infiniti! quid ii Tribuni plebis, qui vobis aduersantur? parũ ne hæc significãt, incredibiliter consentiẽtẽ populi Ro. vniuersi voluntatẽ? Quid Apollinariũ ludoꝝ plausus? vel testímonia potius, & iudicia populi Romani? vobis parua esse videbãtur! O beatos illos, qui cum adesse ipſis, propter vim armorũ, nõ licebat: aderãt tamen, & in medullis populi Romani, ac visceribus hęrebant. nisi forte Accio tum plaudi, & sexagesimo post anno palmã dari putabatís, non Bruto, q̃ iis ludís ita caruit, vt in illo apparatíssimo spectaculo studiũ populus Romanus tribuerit absenti, desideriũ liberatoris sui ppetuo plausu & clamore leniret. Eq̃dem is sum, q̃ ístos plausus, cum a popularibus ciuibus tribuerent, semp contempserim. idẽq; cum a summis, mediis, infimis, cũ deniq; ab vniuersis, hoc ídẽ fit: cũq; ii, q̃ ante seq̃ populi cõsensum solebãt, fugiunt: nõ plausum illũ, sed iudiciũ puto. Sin hęc leuiora vobis videnť, quæ sunt grauíssima: nũ etiã hoc cõtemnitis, q; sensístis tam charã populo Ro. vitã A. Hircii fuísse? Satis eñ erat, probatũ illum esse populo Romano, vt est: iucũdũ amicis, in quo vincit oẽs: charum suis, quibus est ipse chariſſimus. tantã tamẽ sollicitudinẽ bonorũ, tantũ timorẽ oĩm in quo meminimus? certe in nullo. Quid igitur? hoc vos pęr deos immortales quale sit nõ interpretamini? quid eos de nostra vita cogitare censetis: quibus eorũ, quos sęrãt Reip. cõsulturos, vita tã chara sit? Cepi P. C. reuersionis meę fructũ: q̃n ea dixi, vt quícũq; casus consecutus esset, extaret cõscientię meę testímoniũ: & sum a vobis benigne, ac dilígẽter auditus. Quę potestas si mihi sæpius sine meo vestroq; pęriculo fiet, vtar. Si minus: quãtũ potero, nõ tam mihi me, q̃ Reip. reseruabo. Mihi fere satis est, qđ vixi, vel ad ætatẽ, vel ad gloriã. huc si quid accesserit: non tam mihi, q̃ vobis, Reiq; publicæ accesserit.

Dictatoris nomẽ sublatum.

Oderit, dũ metuant.

Accius.

Plausus. Iudicium.

IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA SECVNDA. ORATIO. XLV.

QVONAM meo fato P. C. fieri dicã, vt nemo his annis vigínti reip. hostís fuerit, q̃ nõ bellũ eodẽ tẽpore mihi quoq; índixerit? Nec vero necesse est a me quẽq̃ nominari vobis, cũ ipſi recordemini. mihi pœnarũ illi, plus q̃ optarẽ, dederunt. te míror Antoni quorũ facta imítere, eorũ exit⁹ nõ perhorrescere. Atq; hoc in aliis minus mirabar. nemo illorũ mihi inimicus fuit volũtarius: omnes a me Reip. causa lacessíti. tu, ne verbo qdẽ violat⁹, vt audacior q̃ L. Catílína, furiosior, q̃ P. Clodius viderere, vltro maledictís me lacessísti, tuãq; a me alienationẽ ad ciues ípios tibi glorię fore putauísti. Quid putẽ? contẽptũ ne me? non video nec in vita, nec in gratia, nec in reb⁹ gestís,

nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despicere possit Antonius. An in Senatu facillime detrahi posse credidit? q ordo clarissimis ciuibus bene gestę reipublicę testimoniũ multis, mihi vni conseruatę dedit. An decertare mecũ voluit cõtẽtione dicendi? hoc quidem beneficiũ est. quid enim plenius? quid veriusq; mihi & pro me, & contra Antonium dicere? illud profecto est. non existimauit suis similibus probari posse, se esse hostẽ patrię, nisi mihi esset inimicus. Cui prius q̃ de cęteris rebus respondeo: de amicitia, quã a me violatã esse criminatus est, qđ grauissimũ crimen iudico: pauca dicamus. Contra rẽ suã venisse me nescio quãdo questus est. An ego non venirẽ contra alienũ pro familiari, & necessario meo? non venirẽ contra gratiã, non virtutis specie, sed ętatis flore collectã? non venirẽ cõtra iniuriã? quã iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non iure prętorio? Sed hoc idcirco cõmemoratũ a me puto, vt te infimo ordini cõmẽdares, cũ oẽs recordarent libertinũ generũ, & liberos tuos nepotes Q. Fadii libertini hoĩs fuisse.

Tradere in disciplinã.

At enim te in disciplinã meam tradideras. nam ita dixisti. domũ meã ventitaras. nę tu, si id fecisses, melius famæ, melius pudicitię tuæ consuluisses. sed nec fecisti: nec si cupĕres, tibi id p C. Curionẽ facere licuisset. Auguratus petitionẽ mihi te concessisse dixisti. O incredibilẽ audaciã, O impudẽtiã pdicandã. Quo em̃ tẽpore me Augurẽ a toto Collegio expetitũ Cn. Pompeius, & Q. Hortẽsius nominauerũt: neq; em̃ licebat a pluribus nominari: nec tu soluẽdo eras, nec te vllo modo nisi euersa Repub. fore incolumẽ putabas. Poteras aũt eo tẽpore Auguratũ petere, cũ in Italia Curio non esset? aut tũ, cũ es factus, vnã tribũ sine Curione ferre potuisses? cuius etiã familiares de vi condemnati sunt, q̃ tui nimis studiosi fuissent.

Soluendo eras.

At beneficio sum vsus tuo. quo? q̃q̃ illud ipsum, qđ cõmemoras, semper præ me tuli. Malui me tibi debere confiteri, q̃ cuiq̃ minus prudenti non satis gratus videri. Sed quo beneficio? q̃ me Brundusii non occideris? quẽ ipse victor, q tibi, vt tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatũ, saluũ esse voluisset, in Italiã ire iussisset, eũ tu occideres? fac potuisse. qđ est aliud P. C. beneficiũ latronũ, nisi vt cõmemorare possint, his se vitam dedisse, q̃bus non ademerint? Qđ si esset beneficium: nunq̃ ii, q illũ interfecerũt, a quo erant seruati, quos tu ipse viros clarissimos appellare soles, tantã essent gloriã cõsecuti. Quale aũt beneficiũ est, q̃ te abstinueris a nefario scelere? qua in re, nõ tã iucundũ videri mihi debuit, non interfectũ a te: q̃ miserũ, id te impune facere potuisse. Sed sit beneficiũ. quandoquidẽ maius accipi a latrone nullũ potuit. In quo potes me dicere ingratũ? an de interitu Reip. queri non debui, ne te ingratus viderer? an in illa querela misera qdẽ, & luctuosa, sed mihi p hoc gradu, in quo me Senatus populusq; Ro. collocauit, necessaria: quid dictũ a me cũ contumelia? quid non moderate? quid non amice? Et qdẽ cuius tẽperantię fuit: de M. Antonio querẽtẽ, abstinere maledicto? præsertim cũ tu reliquias Reip. dissipauisses: cũ domi tuę turpissimo mercatu oĩa essent venalia: cũ leges eas, quę nunq̃ promulgatæ essent, & de te, & a te latas confiterere: cũ auspicia Augur, intercessionẽ Consul sustulisses: cũ esses fœdissime stipatus armatis: cũ oẽs impuritates pudica in domo quotidie suscipĕres, vino lustriscq; confectus. At ego tanq̃ mihi cũ M. Crasso cõtentio esset, quocũ multæ, & magnæ fuerũt, non cum vno gladiatore nequissimo, de Rep. grauiter querẽs, de hoĩe nihil dixi. itaq; hodie pficiam, vt intelligat quantũ tũ a me beneficium acceperit.

Epistolas amicorum non diuulgandas.

At etiã literas, quas me sibi misisse diceret, recitauit homo & humanitatis expers, & vitę cõmunis ignarus. Quis em̃ vnq̃, qui paulũ modo bonorũ consuetudinẽ nosset, literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita in mediũ protulit? palãq; recitauit? Quid hoc est aliud? q̃ tollere e vita vitę societatẽ? tollere amicorum colloquia absentiũ? q̃ multa loca solent esse in epistolis: quę, plata si sint, inepta esse videantur? q̃ multa seria, neq; tamẽ vllo modo diuulgãda? Sit hoc inhumanitatis tuę, stultitiam incredibilẽ videte. Quid habes qđ mihi opponas homo diserte? vt Mustellę Tamisio, & Tironi Numisio videris. qui cũ hoc ipso tẽpore stent cũ gladiis in cõspectu Senatus, ego quoq; te disertum putabo, si ostenderis quomodo sis eos inter sicarios defensurus. Sed quid oppones tãdẽ, si negẽ me vnq̃ istas literas ad te misisse? quo me teste conuinces? an chirographo? in quo habes scientiã quęstuosam. qui possis? sunt em̃ librarii manu. Iam inuideo magistro tuo, q te tanta mercede, quantã iã proferã, nihil sapere docuit. Quid est minus non dico oratoris, sed hominis? q̃ obiicere aduersario, qđ ille si verbo negarit, longius p̃gredi nõ possit, q obiecerit. At ego non nego: teq; in isto ipso conuinco non inhumanitatis solũ, sed etiã amentiæ. Qđ enim verbum in istis literis est nõ plenũ humanitatis? officii? beneuolentiæ? omne aũt crimẽ tuum est, q̃ de te in his literis non male existimẽ: q̃ scribam tanq̃ ad ciuem, tanq̃ ad bonum virum,

non tanꝝ ad ſceleratũ,& latronem.At ego tuas literas, etſi iure poterã a te laceſſitus,tñ non proferam:quibus petis,vt tibi per me liceat quendã de exilio reducere:adiuraſq;,id te inuito me,non eſſe facturũ:idq; a me impetras.quid em̃ interponerẽ audacię tuæ!quã neq; auctoritas hui⁹ ordinis,neq; exiſtimatio populi Romani,neq; leges vllę poſſent coercere! verũtamẽ qd erat,qđ me rogares:ſi erat is,de quo rogabas,Cęſaris lege reductus!ſed videlicet meã gratiã voluit eſſe,in quo,ne ipſius qdẽ vlla eſſe poterat,lege lata. Sed cũ mihi P.C.& p me aliquid,& in M.Antoniũ multa dicenda ſint:alterũ peto a vobis,vt pro me dicẽtẽ benigne,alterum ipſe efficiam,vt cõtra illũ cũ dicã,attẽte audiatis.ſimul illud oro,ſi meam cũ in omi vita,tũ in dicẽdo moderationẽ,modeſtiãq; cognoſcitis,ne me hodie cũ iſti,vt ꝓuocauit,reſpõdẽ⁹,oblitũ eſſe putetis mei.non tractabo vt Conſulẽ,ne ille quidem me vt Cõſularẽ.etſi ille nullo modo Conſul,vel q̃ ita viuit,vel q̃ ita Remp.gerit,vel q̃ ita factus eſt Conſul.ego ſine vlla cõtrouerſia Cõſularis. Vt igitur intelligeretis,qualem me eſſe Conſularem profitetur,obiecit mihi Conſulatũ meũ.qui Conſulatus verbo meus P.C.re veſter fuit.quid em̃ cõſtituiſ!qd geſſi!niſi ex huius ordinis conſilio,auctoritate,ſententia!Hæc tu homo ſapiens nõ ſolũ eloquẽs,apud eos,quorũ cõſilio,ſapiẽtiaq; geſta ſunt,auſus es vituperare.Quis autem meũ Conſulatũ,prẽter P.Clodiũ,qui vituperaret inuẽtus eſt!cui⁹ quidẽ te fatũ,ſicuti C.Curionem manet:qm̃ id domi tuæ eſt,qđ fuit illorũ vtriq; fatale.Nõ placet M.Antonio Conſulatus meus.at placuit P.Seruilio,vt eũ primũ nominem ex illius tẽporis Cõſulari⁹,qui proxime eſt mortuus:placuit L.Catulo,cuius ſemp in hac rep.viuet auctoritas: placuit duobus Lucullis,M.Craſſo,Q.Hortenſio,C.Curioni,M.Lepido,C.Piſoni,M.Labeoni,L.Volcatio,C.Figulo,D.Syllano,L.Murenæ,qui tũc erant Conſules deſignati: placuit idem qđ Conſularibus M.Catoni:qui cũ multa,vita excedens,prouidit:tũ, q̃ te Cõſulẽ nõ vidit.maxime vero Conſulatũ meũ Cn.Põpeius probauit:q,vt me primũ decedẽs ex Syria vidit:cõplexus,& gratulans,meo beneficio patriam ſe viſurũ eſſe dixit. Sed quid ſingulos cõmemoro!frequentiſſimo Senatui ſic placuit,vt eſſet nemo,qui mihi nõ vt parẽti gratias ageret : q non mihi vitã ſuã,liberos,fortunas,remp.referret †acceptũ.Sed quoniã illis,quos nominaui,tot & talibus viris,Reſpub.orbata eſt,veniamus ad eos,qui duo e cõſulari numero reliqui ſunt. L.Cotta vir ſummo ingenio,ſummaq; prudẽtia,reb⁹ his geſtis,quas tu reprehẽdis,ſupplicationẽ decreuit verbis ampliſſimis:eiq;,illi ipſi,quos modo nominaui,Cõſulares,Senatuſq; cũct⁹ aſſenſus eſt.qui honos poſt cõditã hãc vrbẽ habit⁹ eſt togato ante me nemini.L.Cæſar auũculus tuus,qua oratione,qua cõſtãtia,qua grauitate ſentẽtiã dixit in ſororis ſuę virũ,vitricũ tuũ! hũc tu,cũ auctorem,& ꝓceptorẽ omniũ cõſiliorũ,totiuſq; vitę debuiſſes habere,vitrici te ſimilẽ,q̃ auũculi eſſe maluiſti.huius ego alienus conſiliis Conſul vſus ſum.tu ſororis fili⁹,qđ ad eũ vnꝝ de Rep.retuliſti! Ad quos refert dii immortales!ad eos ſcilicet,quorũ nobis etiã dies natales audiẽdi ſunt.hodie nõ deſcendit Antoni⁹.cur!dat natalitia in hortis.cui!nemini nõminabo.putatote eũ Phormioni alicui,tũ Gnatoni,tũ Ballioni.O fœditatẽ hoĩs flagitioſam:O impudentiã,nequitiã,libidinẽ nõ ferendã.tu cũ Principẽ Senatorẽ,ciuem ſingulare,tã propinquũ habeas,ad eũ de Rep.nihil refers:ad eos refers,qui domũ ſuã nullã habent, tuã exhauriũt.tuus videlicet ſalutaris Conſulatus,pernicioſus meus!adeo ne pudorẽ cũ pudicitia pdidiſti!vt hoc in eo templo dicere auſus ſis,in quo ego Senatũ illũ,qui quondam florens orbi terrarũ præſidebat,cõſulebam:tu hoĩes perditiſſimos cum gladiis collocauiſti. At etiã auſus es:quid aũt eſt,qđ tu non audeas!Cliuũ Capitolinũ dicere me Cõſule plenum ſeruorũ armatorũ fuiſſe.vt illa credo nefaria Senatuſcõſulta tũ fierent,vim afferebam Senatui. O miſerũ,ſiue illa tibi nota non ſunt,nihil enim boni noſti,ſiue ſunt,qui apud tales viros tã impudenter loquare.quis em̃ Eques Romanus!quis præter te adoleſcens nobilis!quis vllius ordinis!qui ſe ciuem meminiſſet,cũ Senatus in hoc templo eſſet,in Cliuo Capitolino non fuit!quis nomen non dedit!q̃q̃ nec ſcribæ ſufficere,nec tabulæ nomina illorũ capere potuerũt.Etenim cũ homines nefarii de patrię parricidio confiterent,conſciorũ indiciis, ſua manu,voce pene literarũ coacti,ſe vrbem inflãmare,ciues trucidare,vaſtare Italiam,delere rẽp. conſenſiſſe:quis eſſet,qui ad ſalutẽ cõmunẽ defendendã non excitaret!præſertim cũ ſenatus populuſq; Ro.haberet ducem,qualis ſi qdẽ nũc eſſet,tibi idẽ,qđ illis accidit,cõtigiſſet. Ad ſepulturã corpus vitrici ſui negat a me datũ.Hoc vero ne P.qdem Clodi⁹ dixit vnꝝ.quẽ,qa iure ei fui inimic⁹,doleo a te iã omnib⁹ vitiis eſſe ſuperatũ. Qui aũt tibi venit in mẽtẽ,redigere in memoriã noſtrã,te domi P.Lẽtuli eẽ educatũ!an verebare,ne nõ putarem⁹ natura te

†acceptam

Natalitia.

Paraſitorũ nomina.

Vox pene literarum.

Redigere ĩ memoriã.

potuisse tam improbũ euadere, nisi accessisset etiam disciplina! Tã aũt eras excors, vt tota in oratione tecũ ipse pugnares: vt nõ modo nõ cohærentia inter se diceres, sed maxime disiũcta, atq; cõtraria: vt nõ tanta mecũ, quanta tecũ tibi esset cõtentio. Vitricũ tuũ in tanto fuisse scelere fatebare, pœna affectũ q̃rebare. Ita qđ propriũ meũ est, laudasti: qđ totius Senatus est, reprehendisti. nã cũ cõprehẽsio sontiũ, mea, animaduersio, Senatus fuerit, homo disertus non intelligit eũ, quẽ cõtra dicit, laudari a se: eos, apud quos dicit, vituperari. Iam illud cui⁹ est nõ dico audacię (cupit em̃ se audacẽ dici) sed, qđ minime vult, stultitię! qua vincit oẽs: cli ui Capitolini mentionẽ facere! cũ inter subsellia nostra versent armati: cũ in hac cella Cõcor dię (o dii immortales) in qua me Cõsule salutares sentẽtię dictę sunt, qbus ad hanc diẽ vixi mus, cũ gladiis homines collocati stent. Accusa senatũ, accusa equestrẽ ordinẽ, qui tũ cum se natu copulat⁹ fuit: accusa oẽs ordines, omnes ciues: dũ cõfiteare hunc ordinẽ, hoc ipso tempore, ab Ithyreis circũsederi. Hęc tu nõ ꝓpter audaciã dicis tã impudẽter: sed, qui tantarum rerũ repugnantiã nõ videas, nihil profecto sapis. quid est em̃ demẽtius! q̃ cũ ipse contra rẽp. pernicioſa arma ceperis, obiicere alteri salutaria! At etiã quodã loco facetus esse voluisti. q̃ id (dii boni) non decebat. in quo est tua culpa nulla, aliquid em̃ salis ab vxore mima trahere potuisti. Cedant arma togę. qd tũ! nonne cesserunt! at postea tuis armis cessit toga. quæramus igit vtrũ melius fuerit: libertati populi Romani, sceleratoq; arma, an libertatẽ nostrã armis tuis cedere! Nec vero tibi de versibus respondebo. tantũ dicã breuiter: neq; illos, neq; vllas te oĩno literas nosse. me nec Reip. nec amicis vnq̃ defuisse: & tñ omni genere monimẽtorũ meorũ pręditũ esse operis subcisiuis, vt meę vigilię, meęq; literę & iuuentuti vtilitatis, & nomini Romano laudis aliqd afferrẽt. Sed hoc nõ huius tẽporis. ad maiora veniamus. P. Clodiũ meo cõsilio interfectũ esse dixisti. quidnam hoies putarent, si tũ occisus esset, cũ tu illũ ī foro spectante populo Ro. gladio stricto insecutus es! negotiumq; transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ cõiecisset! hisq; oppilatis impetũ tuũ cõpressisset! Sed quid! ego fauisse me tibi fateor, suasisse ne tu quidẽ dicis. at Miloni ne fauere quidẽ potui. pri⁹ em̃ rem trãsegit, q̃ quisq̃ tum suspicaret eũ facturum esse. At ego suasi. scilicet is animus erat Milonis, vt prodesse Reip. sine suasore nõ posset! At lętatus sum. quid ergo! in tanta lętitia cunctę ciuitatis me vnũ tristẽ esse oportebat! q̃q̃ de morte P. Clodii fuit quęstio nõ satis prudẽter illa qui dẽ cõstituta. quid em̃ attinebat noua lege quæri de eo, qui hominẽ occidisset, cũ esset legibus quęstio cõstituta! quæsitũ est tamen. quid ergo! cũ res agebat, nemo in me dixit: & tot annis post tu es inuentus, qui diceres! Quod vero dicere ausus es, idq; multis verbis, opera mea Pompeiũ a Cęsaris amicitia esse disiũctũ, ob eamq; causam mea culpa ciuile bellũ esse natum: in eo non tu quidem tota re, sed, quod maximum est, temporibus errasti. Ego M. Bibulo prę stantissimo ciue Consule, nihil prætermisi quantum facere, enitiq; potui, quin Pompeium a Cæsaris coniunctione auocarem. in quo Cæsar fuit felicior. ipse enim Pompeium a mea familiaritate disiunxit. Postea vero q̃ se totum Põpeius Cæsari tradidit, quid ego illũ ab eo distrahere conarer! stulti erat sperare, suadere impudentis. Duo tamen tempora inciderunt, quib⁹ aliquid contra Cæsarem Pompeio suaserim: ea velim reprehendas si potes. vnũ, ne quinquennii imperium Cæsari prorogaretur. alterum, ne pateretur fieri, vt absentis eius ratio haberetur. quorum si vtrũuis persuasissem, in has miserias nunq̃ incidissemus. Atq; idem ego cum iam omnes opes suas & Reip. Pompeius ad Cæsarem detulisset, seroq; eadem sentire cœpisset, quæ ego ante multo prouideram: inferriq; patriæ bellum nefarium viderem: pacis, concordiæ, compositionis auctor esse non destiti, meaq; illa vox est nota multis: vtinam Cn. Põpei cum C. Cæsare societatem aut nunq̃ coisses, aut nunq̃ diremisses. fuit alterum grauitatis, alterum prudentiæ tuæ. Hæc mea M. Antoni semper & de Pompeio & de Repub. consilia fuerunt. quæ si valuissent, Resp. staret: tu tuis flagitiis, egestate, infamia, concidisses. Sed hæc vetera. illud vero recens, Cæsarem meo consilio interfectum. iam vereor P. C. ne, qđ turpissimum est, præuaricatorem mihi apposuisse videar, qui me non solum meis laudibus ornaret, sed etiam honoraret alienis. quis enim meum in istius societate glorioſissimi facti nomen audiuit! cuius aũt, q in eo numero fuisset, nomẽ est occultatũ! occultatũ dico! cuius nõ statim diuulgatum! citius dixerim iactasse se aliquos, vt fuisse in ista societate viderentur socii, cũ socii nõ fuissent, q̃ vt quisq̃ celare vellet. Q̃z verisimile porro est in tot hominib⁹ partim obscuris, partim adolescentibus, neminem occultantibus, meum nomen latere potuisse! Etem̃ si auctores ad liberandam patriam desiderarent illis auctorib⁹, Brutos ego impellerẽ!

Operis subciſiuis ſcripſit Cic. Clodii cædes.

Libraria taberna.

Ciceronis vox de concordia Põpeii & Cęſaris.

Præuaricator.

Cęſaris interfectores.

quorum vterq; L.Bruti imaginẽ quotidie videret:alter,etiã Halę.His igit maioríb9 orti ab alienis potius cõsilium pęterent,q̃ a suis!& foris potius,q̃ domi!Quid!C.Cassius in ea familia natus,quæ nõ modo dominatum,sed ne potẽtiam quidem cuiusq̃ ferre potuit,me aucto rem credo desiderauit! qui etiam sine his clarissimis viris,hanc rem in Ciliciam ad ostium fluminis Cydni cõfecisset,si ille ad eã ripam,quã cõstituerat,nõ ad contrariã nauis applicuisset.Cn.Domitiũ non patris interitus clarissimi viri!nõ auunculi mors!nõ spoliatio dignitatis,ad recuperandã libertatẽ,sed mea auctoritas excitauit!An C.Trebonio psuasi!cui ne sua dere quidem ausus essem!quo etiam maiorẽ ei Respu.gratiã debet,q libertatẽ populi Romani vnius amicitiæ præposuit:depulsorq; dominat9,q̃ particeps esse maluit.An L.Tulli9 Cimber me est auctorẽ secutus!quẽ ego magis fecisse illam rem sum admirat9, q̃ facturũ putaui. admirat9 sum aũt ob eã causam,q; immemor beneficiorũ,memor patrię fuisset.Quid duos Seruilios,Cascas dicã,an Halas!& hos auctoritate mea censetis excitatos potius,q̃ charitate Reipublicę! Lõgũ est psequi cęteros:idq; Reip.pclarũ,fuisse tã mltos.tũ multo ipsis gloriosi9 est.At quẽadmodũ me coarguerit homo acutus,recordamini.Cæsare interfecto inqt statim cruẽtũ alte extollens M.Brutus pugionẽ,Ciceronẽ nominatim exclamauit,atq; ei recuperatam libertatẽ est gratulatus.Cur mihi potissimum!qui sciebã.Vide ne illa causa fuerit appellandi me:q; cũ rem gessissem cõsimilẽ rebus iis,quas ipse gesserã:me potissimũ testatus est,se æmulũ mearũ laudũ extitisse.Tu aũt omniũ stultissime non intelligis,si id,qđ me arguis,voluisse interfici Cęsarẽ,crimen sit,etiã lętatũ esse morte Cęsaris,crimen esse.quid em̃ interest inter suasorẽ facti!& probatorẽ!aut quid refert vtrũ voluerim fieri!an gaudeã factũ!ecquis est igitur,te excepto,q illũ regnare gaudebas,qui illud aut fieri noluerit!aut factũ improbarit! oẽs em̃ in culpa.etenim oẽs boni,quãtũ in ipsis fuit,Cęsarẽ occiderũt.aliis cõsiliũ,alis anim9, aliis occasio defuit:voluntas nemini.Sed stuporẽ hominis,vel dicã pecudis,attendite.sic em̃ dixit.M.Brutus,quem ego honoris causa nomino,cruentũ pugionẽ tenẽs,Ciceronem exclamauit.ex quo intelligi debet eum cõsciũ fuisse.Ergo ego scelerat9 appellor a te,quẽ tu suspicatũ aliquid suspicaris!ille,qui stillantẽ præ se pugionẽ tulit,is a te honoris causa nominat! esto,sit in verbis tuis hic stupor,quanto in rebus sentẽtiisq; maior!constitue hoc consul aliquando:Brutoq;,C.Cassii,Cn.Domitii,C.Trebonii,reliquorũ,quã velis causam esse:edormi crapulã inquã,& exhala.an faces admouẽdę sunt!quę te excitẽt tãtę causę indormiẽtẽ.nunq̃ ne intelligis statuẽdũ tibi esse,vtrũ illi,qui istã rẽ gesserũt , homicidii rei sint,an vindices libertatis!Attẽde em̃ paulisper,cogitationemq; sobrii hominis ad pũctũ tẽporis suscipę.& ego, qui sum illoq;,vt ipse fateor,familiaris,vt a te arguor,socius,nego quicq̃ eẽ mediũ.cõfiteor eos,nisi liberatores populi Ro.conseruatoresq; reipu.sint,plus q̃ sicarios,plus q̃ homicidas, plus etiam q̃ parricidas esse.fiquidẽ est atrocius patrię parentẽ,q̃ suũ occidere.Tu homo sapiẽs & cõsiderate qd dicis!si parricidę,cur honoris causa a te sunt & in hoc ordine,& apud populũ Ro.semp appellati!cur M.Brutus te referẽte legib9 est solut9,si ab vrbe plus q̃ decem dies abfuisset!cur ludi Apollinares incredibili M.Bruti honore celebrati! cur prouincię Cassio & Bruto datę!cur quęstores additi!cur legatorũ numerus addit9!Atq; hęc acta p te.non igit homicidę.Sequit vt liberatores tuo iudicio sint,quãdoquidẽ tertiũ nihil põt esse. Quid est!num cõturbo te!non enim fortasse satis,q̃ distinctius dicunt,intelligis.sed tamen hæc est summa cõclusionis meæ:quoniam scelere a te liberati sunt,ab eodem te amplissimis pręmiis dignissimi iudicati sunt.Itaq; iam retexo orationem meam,scribam ad illos , vt si qui forte, qđ a te mihi obiectũ est,quærent sit ne verũ! ne cui negent.etenim vereor,ne aut celatũ me ab ipsis,illis nõ honestũ,aut inuitatũ refugisse,mihi sit turpissimũ,quæ em̃ res vnq̃ (pro`sancte Iupiter)nõ modo in hac vrbe,sed in omnibus terris est gesta maior!quæ gloriosior! quæ cõmendatior erit hominũ memorię sempiternæ!In huius me consilii societatẽ,tanq̃ in equũ Troianũ includi cũ principibus nõ recuso.Ago etiã gratias,quoquo animo facis.tanta enim res est,vt inuidiã istã,quã tu in me vis concitare,cũ laude nõ cõparẽ.quid enim beatius illis quos tu expulsos a te pdicas,& relegatos!qui locus est aut tã desertus,aut tã inhumanus,q illos,quo accesserint,nõ affari,atq; appętere videat!qui hoies tam agrestes,qui se,cũ eos aspexerint,non maximum cepisse vitæ fructũ putent!quæ vero tam immemor posteritas!quæ tã ingratæ literæ reperient!quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequant. Tu vero ascribe me talem in numerũ.sed vnam rem vereor,ne non probes.si enim fuissem , non solũ regem,sed regnũ etiã de Rep.sustulissem:& si meus stylus ille fuisset(vt dicit) mihi cre

In Ciliciã.

Hominis vel dicã pecudis.

Edormire.

Equus Troianus.

de,non ſolũ vnũ actũ,ſed totã fabulã cõfeciſſem.q̃q̃ ſi interfici Cęſarẽ voluiſſe crimen eſt,vide quęſo Antoni,qd tibi futurum ſit,quẽ & Narbone hoc cõſiliũ cũ C.Trebonio cepiſſe notiſſimũ eſt:& ob eius cõſilii ſocietatẽ,cũ interficeret Cæſar,tũ te a Trebonio vidimus ſeuocari.Ego aũt,vide q̃ tecũ agam nõ inimice:q̃ bene cogitaſti aliq̃,laudo:q̃ non indicaſti,gratias ago:q̃ non feciſti,ignoſco.virũ res illa quęrebat.Q̃z ſi te in iudiciũ quis adducat, vſurpętq̃ illud Caſſianũ,Cui bono fuerit,vide quęſo ne hęreas.q̃q̃ quidẽ illud fuit,vt tu dicebas, omnibus bono,qui vni ſeruire nolebant:tibi tñ præcipue,q nõ modo nõ ſeruis,ſed etiam regnas:qui maximo te ære alieno ad ædem Opis liberaſti : qui per eaſdẽ tabulas innumerabilẽ pecuniam diſſipauiſti:ad quem e domo Cæſaris tã multa delata ſunt:cuius domus quæſtuoſiſſima eſt falſorum cõmentariorũ,& chirographorũ officina: agrorũ,oppidorũ,immunitatũ,vectigaliũ,flagitioſiſſimæ nundinæ.eteñ quę res egeſtati, & ęri alieno tuo p̃ter mortẽ Cęſaris ſubuenire potuiſſet!Neſcio quid cõturbatus mihi eſſe videris.nunquid ſubtimes,ne ad te hoc crimen pertinere videaẽ!liberabo te metu,nemo credet vnq̃,non eſt tuũ de Rep.bene mereri,habet iſtius pulcherrimi facti clariſſimos viros Reſp.auctores:ego te dico tantũ gaudere,feciſſe non arguo.Reſpondi maximis criminibus.nunc etiam reliquis reſpondendũ eſt.

Caſſianum dictum.

Caſtra mihi Põpęii,atq̃ omne illud tempus obieciſti.quo quidẽ tempore ſi,vt dixi, meum conſilium,auctoritaſq̃ valuiſſet,tu hodie egeres,nos liberi eſſemus,Reſpu.non tot duces,& exercitus amiſiſſet.fateor enim me,cũ ea,q̃ acciderũt,prouiderẽ futura,tãta in mœſtitia fuiſſe,quanta cęteri optimi ciues,ſi idẽ prouidiſſent,fuiſſent.Dolebã,dolebã P.C.Rempu.veſtris quondã meiſq̃ cõſiliis cõſeruatã breui tẽpore eſſe pęriturã:neq̃ vero erã tã indoctus , ignaruſq̃ rerũ,vt frãgerer aĩo,ppter vitę cupiditatẽ:q̃ me manẽs cõficeret angorib⁹,dimiſſa molestiis omnibus liberaſſet.illos ego pręſtantiſſimos viros,lumina Reip.viuere volebã,tot Cõſulares,tot Prætorios,tot honeſtiſſimos Senatores,omnẽ pręterea florẽ nobilitatis,ac iuuentutis,tũ optimoq̃ ciuiũ exercitus:qui ſi viuerent,q̃uis iniqua conditione pacis (mihi enim omnis pax cum ciuibus bello ciuili vtilior videbaẽ)Remp.hodie teneremus.Quę ſentẽtia ſi valuiſſet,ac nõ ii maxime,quorũ ego vitę cõſulebã,ſpe victorię elati obſtitiſſent,vt alia omittam,tu nunq̃ in hoc ordine,vel potius nunq̃ in hac vrbe manſiſſes. At vero Cn.Põpęii volũtatẽ a me abalienabat oratio mea.an ille quẽq̃ plus dilexit!cũ vllo aut ſermones,aut cõſilia cõtulit ſæpius!qd̃ quidẽ erat magnũ,de ſumma re diſſentientes,in eadẽ cõſuetudine amicitię pærmanere.ſed & ego quid ille, ecõtra ille quid & ego ſentirem & ſpectarẽ videbat.ego in columitati ciuiũ primũ,& poſtea dignitati:ille præſenti dignitati pori⁹ cõſulebat.q̃ aũt habebat vterq̃ quid ſequereẽ,idcirco tolerabilior erat noſtra diſſenſio. Quid vero ille conſularis vir,ac pene diuinus de me ſenſerit,ſciunt qui eũ Pharſalica fuga Paphũ proſecuti ſunt. nunq̃ ab eo mentio de me,niſi honorifica,niſi plena amiciſſimi deſiderii: cũ me vidiſſe plus fateretur,ſe ſperauiſſe meliora.& eius viri noĩe me inſectari audes,cuius me amicũ,te ſectorem eſſe fateare!Sed omittaẽ bellũ illud,in quo tu nimiũ felix fuiſti. Ne iocis quidẽ reſpõdebo,quibus me in caſtris vſum eſſe dixiſti.erant quidẽ illa caſtra plena curæ.verũtamẽ hoĩes, q̃uis in turbidis rebus ſint,tamen ſi modo hoĩes ſunt,interdum animis relaxantur.Q̃z autẽ idem mœſtitiam meam reprehendit,idẽ iocũ:magno argumento ſit, me in vtroq̃ fuiſſe moderatum. Hæreditates mihi negaſti venire.Vtinam hoc vnum verum crimen eſſet. plures amici mei,& neceſſarii viuerent.ſed qui iſtuc tibi venit in mẽtem!ego enim amplius HS.ducenties acceptum hæreditatibus retuli.q̃q̃ in hoc genere fateor feliciorem eſſe te.me nemo niſi amicus fecit hæredem: vt cũ illo cõmodo,ſi quod erat,animi quidã dolor iũgereẽ.te is, quẽ nunq̃ vidiſti,L.Rubrius Caſſina fecit hęredem.& quidẽ vide,q̃ te amarit is, qui alb⁹ ater ve fueris ignorans,fratris filiũ pręteriit:Q.Furii honeſtiſſimi equitis Romani,ſuiq̃ amiciſſimi,quem palam hæredem ſemper factitarat,ne nomen quidem perſcripſit:quẽ nunq̃ viderat, ac ne vnq̃ ſalutauerat,fecit hæredem.Velim mihi dicas,niſi moleſtum eſt,L.Turſeci⁹ qua facie fuerit!qua ſtatura!quo municipio!qua tribu!nihil ſcio,inquies,niſi q̃ p̃dia habuerit. igit̃ fratrẽ exhęredans te faciebat hęredẽ.In multas p̃terea pecunias alieniſſimorũ hominũ electis veris hęredib⁹,tanq̃ hęres eſſet,inuaſit.q̃q̃ hoc maxime admirat⁹ ſum,mẽtionẽ te hæreditatũ auſum eſſe facere,cũ ipſe hæreditatẽ patris non adiſſes.hæc vt colligeres homo amentiſſime,tot dies in aliena villa declamaſti!q̃q̃ tu quidem(vt tui familiariſſimi dictitant)vini ex halandi,nõ acuẽdi ingenii cauſa declamitas.Tũ vero adhibes ioci cauſa magiſtrũ ſuffragio tuo,& cõpotorũ tuorũ Rhetorẽ:cui cõceſſiſti,vt in te quę vellet diceret:falſum omnino ho

Econtra.

Sector.

Hoĩes ẽt ĩ turbidis rebus ĩterdũ animis relaxantur.

Albus ater ve.

minem: sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. Vide aũt inter te & auum tuũ qd in terfit. ille sensim dicebat, qđ causæ ꝓdesset. tu cursim dicis aliena. At quãta merces Rhetori data est! Audite, audite P.C. & cognoscite reip. vulnera: duo millia iugerũ Cãpi Leõtini Sex. Clodio Rhetori assignasti, & qdẽ immunia, vt pro tanta mercede nihil sapere disceres. num etiam hoc homo audacissime ex Cęsaris cõmẽtariis! Sed dicã alio loco de Leontino agro, & de Campano, quos iste agros ereptos Reip. turpissimis possessorib⁹ inquinauit. Iam eñ quoniam criminib⁹ eius satis respõdi, de ipso emẽdatore & correctore nostro quędã dicẽda sunt. nec enim omnia effundã. vt si sępius decertãdũ sit, vt erit, semp nouus veniam. quã facultatem mihi multitudo istius vitiorũ, pęccatorũq; largit. Vis ne igit te inspiciamus a puero! sic opinor. a principio ordiamur. Tenes ne memoria ꝓtextatũ te decoxisse! patris inquies ista culpa est. cõcedo. erenim est pietatis plena defensio. illud tñ audaciæ tuæ, ꝙ sedisti in quattuordecim ordinibus, cũ esset lege Roscia decoctoribus certus locus cõstitutus: q̃uis qui fortunę vitio nõ suo decoxisset. Sumpsisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. primo vulgare scortũ: certa flagitii merces, nec ea parua. sed cito Curio interuenit, q̃ te a meretricio quęstu abduxit: & tanq̃ stolam dedisset, in matrimonio stabili, & certo locauit. nemo vnq̃ puer emptus libidinis causa tam fuit in domini potestate, q̃ tu in Curionis. quoties te pater eius domo sua eiecit! quoties custodes posuit, ne limen intrares! cũ tamen tu nocte sotia, hortante libidine, cogente mercede, ꝑ tegulas demitterere. q̃ flagitia domus illa diuti⁹ ferre non potuit. scis ne me de rebus mihi notissimis dicere! Recordare tempus illud, cũ pater Curio mœrens iacebat in lecto: filius se ad pedes meos prosternens lachrymãs te mihi cõmendabat: orabat vt te contra suum patrem, si Sestertiũ sexagies peteret, defenderẽ. tãtũ eñ pro te intercessisse dicebat. Ipse autem amore ardens, cõfirmabat, ꝙ desideriũ tui dissidii ferre nõ posset, se in exiliũ esse iturũ. Quo ego tẽpore tãta mala florẽtissimę familię sedaui, vel potius sustuli. patri pęrsuasi, vt æs alienũ filii dissolueret: redimeret adolescentẽ summa spe, & animi, & ingenii prædituꝫ rei familiaris facultatibus: eũq; a tua non modo familiaritate, sed etiam congressione patrio iure & potestate prohiberet. Hęc tu, cũ per me acta meminisses: nisi illis, quos videmus, gladiis confideres, maledictis me prouocare ausus esses! Sed iã stupra & flagitia omittã. sunt quędam, quę honeste non possum dicere. tu autem eo liberior, ꝙ ea in te admisisti, quæ a verecundo inimico audire nõ posses. Sed reliquũ cursum videte. quẽ quidẽ celeriter pstringã. ad hæc eñ, quæ in ciuili bello, in maximis Reip. miseriis fecit, & ea quæ quotidie facit, festinat animus. quę peto, vt q̃q̃ multo notiora vobis, q̃ mihi sunt, tamẽ vt facitis, attente audiatis. debet enim talibus in rebus excitare animos nõ cognitio solũ rẽ, sed etiã recordatio: tametsi incidamus oportet media, ne nimis sero ad extrema veniam⁹.

Intimus erat in tribunatu Clodio. qui sua erga me beneficia cõmemorat, eius omniũ incendiorũ fax. cuius etiam domi quiddã iam tum molitus est. quid dicam, ipse optime intellígit. Inde iter Alexandriam contra senatus auctoritatem, contra religiones. sed habebat ducẽ Gabiniũ, quicũ quiduis rectissime facere posset. Qui tũ inde reditus! aut qualis! prius in vltimã Galliam, ex Aegypto, q̃ domũ. quæ aũt erat domus! suam eñ quisq; domũ tũ obtinebat, neq; erat vsq̃ tua. domũ dico! quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneres! pręter vnum Misenũ, qđ cũ sociis tanq̃ Sisaponem tenebas. Venisti e Gallia ad Quæsturã petendã. aude dicere prius ad patrẽ tuũ venisse, q̃ ad me. acceperam eñ iam ante Cęsaris literas, vt mihi satisfieri pateter a te. itaq; ne loqui quidẽ sum te passus de gratia. postea custoditus sum a te, tu a me obseruatus in petitione Quęsturę. quo quidẽ tempore P. Clodium approbante populo Romano in foro es conatus occidere. cũq; eam rẽ tua sponte conarere, nõ impulsu meo: tamen ita ꝑdicabas, te nõ existimare, nisi illum interfecisses, vnq̃ mihi pro tuis in me iniuriis satis esse facturũ. In quo demiror, cur Milonẽ impulsu meo rem illã egisse dicas, cũ te vltro mihi idẽ illud deferentẽ nunq̃ sim adhortatus. q̃q̃, si in eo pęrseuerares, ad tuam gloriam rem illam referri malebam, q̃ ad meam gratiã. Quæstor es factus. deinde continuo sine Senatus cõsulto, si ne sorte, sine lege ad Cæsarẽ cucurristi. id enim vnum in terris egestatis, ęris alieni, nequitię, pęrditis vitæ rationib⁹ pęrfugium esse ducebas. ibi te cũ & illius largitionib⁹, & tuis rapinis expleuisses (si hoc est explere, qđ statim effundas) aduolas egens ad Tribunatũ, vt in eo magistratu, si posses, vitrici tui similis esses. Accipite nunc quęso non ea, quæ ipse in se, atq; ĩ domestícũ dedecus impure, atq; intemperanter, sed quæ in nos, fortunasq; nostras, idest vniuersam Remp. impie ac nefarie fecerit. ab huius enim scelere omnium malorum principium na

Dicta.

Criminari Anto. incipit.

Decoctores.

Sisapo.

Explere.

tum reperietis. Nam cũ L. Lentulo, C. Marcello cõsulibus, Cal. Ian. labentẽ, & propẽ cadẽtem Remp. fulcire cupæretis: ipsiq; C. Cęsari, si sana mente esset, cõsulere velletis: tũ iste venditum, atq; mancipatũ Tribunatum, consiliis vestris opposuit, ceruicesq; suas ei subiecit securi, quas multi in minoribus peccatis occiderunt. In te autẽ M. Antoni id decreuit Senatus, & quidẽ incolumis, nondũ tot luminaribus extinctis, qđ in hostem togatum decerni est solitũ more maioꝝ. & tu apud Patres cõscriptos cõtra me dicere ausus es, cũ ab hoc ordine ego cõseruator essem, tu hostis Reip. iudicatus. cõmemoratio illius tui sceleris intermissa est, nõ memoria deleta, dũ genus hominũ, dũ populi Ro. nomen extabit: qđ qdẽ erit, si per te licuerit, sempiternũ: tua illa pestifera ĩterцessio nominabit. Quid cupide a Senatu, quid temere fiebat? cũ tu vnus adolescẽs vniuersum ordinẽ decernere de salute Reip. prohibuisti? neq; id semel, sed sæpius, neq; tu tecũ de Senatus auctoritate agi passus es. quid autem agebat? nisi ne delere & euertere Remp. funditus velles? cũ te neq; principes ciuitatis rogãdo, neq; maiores natu monendo, neq; frequens Senatus agendo, de vẽdita atq; addicta sententia mouere potuit? Tũ illud, multis ante tentatis, necessario tibi vulnus inflictũ, qđ paucis ante te, quorũ incolumis fuit nemo. tum cõtra te dedit arma hic ordo consulibus, reliquisq; Imperiis, & potestatibus. quæ nõ effugisses, nisi te ad arma Cęsaris cõtulisses. Tu, tu inquam M. Antoni princeps C. Cęsari perturbare oĩa cupienti, causam belli cõtra patriã inferendi dedisti. quid enim aliud ille dicebat? quã causam demẽtissimi sui cõsilii, & facti afferebat, nisi q ĩterцessio neglecta, ius Tribunitium sublatũ, circũscriptus esset Antonius? omitto q̃ hæc falsa, q̃ leuia, præsertim cũ oĩno nulla causa iusta cuiq̃ esse possit, cõtra patriã arma capiẽdi. Sed nihil de Cęsare. tibi certe cõstitendũ est, causam pernicios issimi belli in psona tua cõstitisse. O miserũ te, si intelligis: miseriorẽ, si nõ intelligis, hoc literis mandari, hoc memorię prodi, huius rei ne posteritatẽ qdẽ omniũ seculoꝝ vnq̃ immemorẽ fore: Cõsules ex Italia expulsos, cũq; his Cn. Põpeiũ, q̃ imperii populi Ro. decus, ac lumen fuit: oẽs cõsulares, q̃ p valetudinẽ exequi fugã illã, cladẽq; potuissent: Prætores, Prætorios, Tribunos plebis, magnã partẽ Senatus, omnẽ sobolẽ iuuẽtutis, vnoq; verbo Remp. expulsam, atq; exterminatã suis sedibus. Vt igit in seminib⁹ causa est arborũ, & stirpiũ, sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti. doletis tres exercitus populi Ro. interfectos. ĩterfecit Antoni⁹. desideratis clarissimos ciues. eos quoq; eripuit vobis Antoni⁹. auctoritas hui⁹ ordinis afflicta est. afflixit Antoni⁹. oĩa deniq;, q̃ postea vidimus: qđ aũt malĩ nõ vidim⁹? si recte ratiocinabimur, vni accepta referem⁹ Antonio. vt Helena Troianis, sic iste reipub. causa belli, causa pestis, atq; exitii fuit. Reliquæ partes Tribunat⁹ principio similes. oĩa perfecit, quæ Senatus, salua Rep. ne fieri possent, perfecerat. cuius tamen scelus in scelere cognoscite. Restituebat multos calamitosos. in his patrui nulla mẽtio. si seuerus, cur nõ in oẽs? si misericors, cur non in suos? sed omitto cæteros. Liciniũ Lenticulam de alea condemnatum

Cõdẽnatũ de alea.

collusorem suũ restituit. quasi vero ludere cũ condemnato non liceret. sed vt qđ in alea perdiderat, beneficio legis dissolueret. quam attulisti rationem populo Romano, cur eũ restitui oportetet? absentẽ credo ĩ reos relatũ, rem indicta causa iudicatã, nullũ fuisse de alea lege iudiciũ, vi oppressum & armis: postremo qđ de patruo dicebatur, pecunia iudicium esse corruptum. nihil hoꝝ. At vir bonus, & Rep. dignus. nihil id qdẽ ad rem. ego tamen, quoniam cõdemnatũ esse pro nihilo vis, si ita esset, ignoscerẽ. hominẽ vero omniũ neqssimũ, q̃ non dubitaret vel in foro alea ludere, lege q̃ est de alea cõdemnatũ, q̃ in integrũ restituit, is nõ apertissime studiũ suũ ipse pfiteť? In eodẽ vero Tribunatu, cũ Cęsar in Hispaniã pficiscẽs, huic conculcandã Italiã tradidisset, q̃ fuit eius pœragratio itinerũ? lustratio municipiorũ? Scio me ĩ rebus celebratissimis sermone omniũ versari: eaq;, quę dico, dicturusq; sum, notiora oĩbus esse, qui ĩ Italia tũ fuere, q̃ mihi, qui nõ fui. notabo tñ singulas res, etsi nullo modo poterit oratio mea satisfacere vestrę scientię. etem̃ qđ vnq̃ in terris tantũ flagitiũ extitisse auditũ est? tantã turpitudinẽ? tantũ dedecus? Vehebat in essedo Tribunus pl. lictores laureati antecedebãt, inter quos aperta lectica mima portabat: quã ex oppidis municipales hoĩes honesti obuiã necessario pdeũtes, nõ vero illo, & mimico noĩe, sed Volumniã salutabant. sequebat Rheda cũ lenonib⁹, comites neqssimi. reiecta mater amicã impuri filii tãq̃ nurũ sequebat. O miserę mulieris fœcũditatẽ calamitosam. hoꝝ flagitiorũ iste vestigiis oĩa Municipia, Præfecturas, Colonias, totam deniq; Italiã impressit. Reliquoꝝ factorũ eius P. C. difficilis est sane reprehensio, & lubrice versatus in bello est. saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium: fuit felix, si potest vlla esse in scelere felicitas. Sed quoniam veteranis cautum esse volumus, q̃q̃ dissi-

Ceruices.

Alea ludere.

Essedum.

Volumnia Mima.

milis est militũ causa,& tua:illi secuti sunt,tu quęsisti ducẽ:tũ,ne apud illos me in inuidiam voces,nihil de genere belli dicã. Victor Thessalia Brũdusium cum legionibus reuertisti,ibi me non occidisti,magnum beneficium. potuisse enim fateor.q̃q̃ nemo erat eorum,qui tunc tecum fuerũt,qui mihi nõ censeret parci oportere.tanta enim est charitas patriæ,vt vestris etiam legionib⁹ sanct⁹ essem,q̃ eam a me seruatam esse meminissent.sed fac te dedisse mihi, qđ non ademisti:meq; a te habere vitã,qa a te nõ sit erepta:liceat nũc mihi pr tuas cõtumelias hoc beneficiũ sic tueri,vt tuebar,presertim cũ te hæc †auditurũ videres. Venisti Brũdusium in sinũ quidẽ & cõplexũ tuę mimulę.quid est:num mentior:q̃ miserũ est id negare non posse,qđ sit turpissimum cõfiteri.si te municipiorum non pudebat,ne veterani qdẽ exercit⁹: quis enim miles fuit,qui Brũdusii illam nõ viderit:quis,qui nescierit venisse eam tot dierũ tibi viam gratulatũ:quis qui non indoluerit tam sero se,quẽ hominẽ secutus esset, cognoscere:Italię rursus percursatio eadẽ comite mima:in oppida,militũ crudelis & misera deductio: in vrbe auri & argenti maximeq; vini fœda direptio. Accessit,vt Cęsare ignaro,cum esset ille Alexãdrię,beneficio amicoq; eius magister equitum cõstitueret.tum existimauit se suo iure cũ Hippia viuere,& equos vectigales Sergio mimo tradere. Quid ego istius decreta:quid rapinas:quid hæreditatũ possessiones datas:quid ereptas proferam:cogebat egestas:quo se verteret nõ habebat:nõdũ ei tanta a L.Rubrio,non a L.Tursecio hæreditas venerat: nondũ in Cn.Pompeii locũ,multorumq; aliorũ,qui aberãt,repentinus hęres successerat: erat ei viuẽdũ latronũ ritu,vt tantũ haberet,quãtũ rapere potuisset. Sed hęc,quæ robustioris improbitatis sunt,omittamus:loquamur potius de iniquissimo genere leuitatis. Tu istis faucib⁹,istis lateribus,ista gladiatoria totius corporis firmitate,tantũ vini in Hippię nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. O rem non modo visu fœdam,sed etiã auditu.si inter cœnam,in tuis immanibus illis poculis,hoc tibi accidisset,qs nõ turpe diceret:in cœtu vero populi,negotiũ publicũ gerẽs,magister equitũ,cui ructare turpe esset,is vomẽs frustis esculẽtis vinũ redolentibus,gremiũ suũ,& totũ tribunal ipleuit.Sed hoc ipse fatetur esse in suis sordibus.veniamus ad splendida. Cęsar Alexandriam se recepit felix,vt sibi quidem videbat:mea autẽ sententia,si quis Reip.sit infelix,felix esse non potest: hasta posita pro æde Iouis Statoris,bona(miserũ me:cõsumptis em̃ lachrymis, tamen infixus animo hęret dolor)bona inquã Cn.Pompęii Magni voci acerbissimę subiecta præconis. vna in illa re seruitutis oblita ciuitas ingemuit: seruientibusq; animis gemitus tamen populi Ro.liber fuit.expectantibus oĩbus,quisnã esset tã impius,tã demẽs,tã diis hominibusq; hostis,qui ad illud scelus sectionis auderet accedere:inuẽtus est nemo,pter Antonium:præsertim cũ tot essent circa hastam illam,qui alia omnia auderent.vnus inuentus est, qui id auderet,qđ omniũ fugisset,& formidasset audacia. Tantus igit̃ te stupor oppressit:vel,vt veri⁹ dicã,tantus furor:vt primũ,cũ sector fis isto loco natus,deinde cũ Põpęii sector, nõ te execrandũ populo Romano,nõ detestabilẽ,nõ oms tibi deos,oẽs hoes,& esse inimicos,& futuros scias:At q̃ insolẽter statim helluo inuasit in eius viri fortunas:cuius virtute terribilior erat populus Romanus exteris gentibus,iustitia charior.In eius igit̃ copias cũ se subito ingurgitauisset,exultabat gaudio persona de mimo,modo egens,repẽte dines.sed vt est apud poetã nescio quẽ,male parta,male dilabunt̃:incredibile ac simile portenti est,quonã modo illa tam multa,q̃ paucis non dico mensib⁹,sed dieb⁹ effuderit.maximus vini numerus fuit, pmagnũ optimi põdus argenti,precios vestis,multa & lauta supellex,& magnifica multis locis,non illa quidẽ luxuriosi hominis,sed tñ abundantis.horũ paucis dieb⁹ nihil erat.quę Charybdis tam vorax:Charybdin dico:quę si fuit,fuit animal viuum:oceanus mediusfidius vix videt tot res,tã dissipatas,tã distãtib⁹ in locis positas,tam cito absorbere potuisse.nihil erat clausum,nihil obsignatũ,nihil scriptũ:apothecę totę nequissimis hominib⁹ cõdonabant̃:alia mimi rapiebãt,alia mimę:domus erat aleatorib⁹ referta,plena ebriorũ:totos dies potabatur,atq; id locis pluribus:suggerebant̃ etiã sępe,nõ em̃ semper iste felix,damna aleatoria:conchylia tis Cn.Pompęii peristromatis seruoq; in cellis sectos stratos videres.quãobrẽ definite mirari hęc tã celeriter esse cõsumpta.nõ mõ vni⁹ patrimoniũ,q̃uis amplũ,vt illud fuit,sed vrbes, & regna tãta negtia deuorare potuisset.At eiusdem ædes etiã & hortos. O audaciã immanem:tu ingredi illã domũ ausus es:tu illud sanctissimũ limen intrare:tu illarũ ædiũ diis pnatib⁹ os iportunissimũ ostẽdere:quã domũ aliquãdiu nemo aspicere poterat,nemo sine lachrymis pterire,hac te in domo tãdiu diuersari nõ pudet:in qua q̃uis nihil sapias,tñ nihil

† adiuturũ.

Indolere.

Hippia.

Latronum ritus.

Robustior improbitas

Fructa escu lenta.

Pro æde Iouis.

Sector Põpęii Anto.

Ingurgitare.

Male parta male dilabuntur.

Charybdis

Apothecę.

Peristroma ta conchyliata.

tibi põt esse iucũdũ. An tu illa vestibula, rostra, spolia, cũ aspexisti, domũ tuam te introire pu
tas? fieri nõ potest. q̃uis enim sine mente, sine sensu sis, vt es: tamen & te, & tua, & tuos nosti.
nec vero te vnq̃ neq; vigilãtẽ, neq; in somnis credo mẽte posse consistere. necesse est, q̃uis sis,
vt es, violẽtus, & furens, cũ tibi obiecta sit spẽcies singularis viri, pterritũ de somno excita-
ri, furere etiã sæpe vigilãtẽ. Me quidẽ miseret parietũ ipsorũ, atq; tectorũ. quid enim vnq̃ do
mus illa viderat, nisi pudicũ, nisi ex optimo more, & sanctissima disciplina? fuit enim ille vir
P. C. sicut scitis, cũ foris clarus, tũ domi admirãdus: neq; rebus exteris magis laudandus, q̃ in
stitutis domesticis. huius in †sedibus pro cubiculis stabula, pro triclinijs popinę sunt. etsi iã
negat. nolite, nolite quærere. frugi factus est. illam suã suas res sibi habere iussit: ex duodecim
tabulis causam addidit, exegit. q̃ porro spectatus ciuis? q̃ probatus? cuius ex omni vita nihil
est honestius, q̃ q; cum mima fecit diuortium. At q̃ crebro vsurpat, & Cõsul, & Antoni9?
hoc est dicere, & Cõsul, & ipudicissimus: & Cõsul, & hõ neqssim9. quid em̃ est aliud Antoni9?
nã si dignitas significaret in noie, dixisset aliqñ credo auus tuus se & Cõsulẽ, & Antoniũ. nũ
q̃ dixit. dixisset etiã collega meus, patruus tuus. nisi solus esses Antonius. Sed omitto ea pec
cata, q̃ nõ sunt earũ partiũ propria, qbus tu Remp. vexauisti. ad ipsas tuas partes redeo, ideſt
ad ciuile bellũ. qđ natum, cõflatũ, susceptũ, opera tua est: cur ei bello tũ ꝓpter timiditatẽ tuã,
& ꝓpter libidines defuisti? gustaras ciuilẽ sanguinẽ, vel poti9 exorbueras: fueras in acie Phar
salica antesignanus: L. Domitium nobilissimum & clarissimum virum occideras: multos, qui
de prælio effugerant, quorũ Cęsar nõnullos fortasse seruasset, crudelissime persecutus truci-
daras. quibus rebus tantis, talibus, gestis, quid fuit causę, cur in Aphricã Cæsarẽ nõ sequere
re? cum præsertim belli pars tanta restaret? Itaq; quẽ locum apud ipsum Cæsarẽ post eius ex
Aphrica reditũ obtinuisti? quo numero fuisti? cuius tu imperatoris quæstor fueras, dictato-
ris magister equitũ, belli princeps, crudelitatis auctor, prædę socius, testamenti, vt ipse dice-
bat, filius, appellatus es de pecunia, quã ꝓ domo, ꝓ hortis, pro sectione debebas. Primo respõ
disti plane ferociter: & ne omnia videar cõtra te, ꝓmodũ æqua & iusta dicebas. a me C. Cæ
sar pecuniã? cur potius q̃ ego ab illo? an ille sine me vicit? an ne potuit quidẽ? ego ad illũ bel-
li ciuilis causam attuli: ego leges pernicioſas rogaui: ego arma cõtra cõsules, impatoresq; po
puli Romani, cõtra Senatũ populũq; Romanũ, cõtra deos patrios, araſq;, & focos, contra pa-
triã tuli. num sibi soli vicit? quoꝝ facinus cõmune, cur nõ sit eorũ præda cõmunis? ius postu
labas. sed quid ad rem? plus ille poterat. itaq; exclusis tuis vocib9, & ad te, & ad prædas tuas
milites misit: cum repente a te præclara illa tabula prolata, qui risus hominũ de te erat? tantã
esse tabulã, tam varias, tã multas possessiones: ex qbus prẽter partẽ Miseni, nihil erat, qđ is, q
auctionaret, posset suũ dicere. auctionis vero miserabilis aspectus. vestis Põpeii nõ multa, eaq;
maculosa: eiusdẽ q̃dã argentea vasa collisa: sordidata mãcipia: vt doleremus qcq̃ esse ex illis
reliquiis, qđ videre possemus. hanc tũ auctionẽ hęredes L. Rubrii decreto Cęsaris prohibue-
rũt. hęrebat nebulo: quo se verteret, nõ habebat. quippe in his ipsis tẽporibus domi Cæsaris
percussor ab isto missus deprehensus dicebat esse cũ fica. de quo Cęsar in Senatu aperte in te
inuehens, questus est. Proficiscitur in Hispaniam Cęsar, paucis tibi ad soluẽdũ ꝓpter inopiã
tuam, prorogatis diebus. ne tũ qdẽ sequeris. tam bonus gladiator rudẽ tã cito accepisti? hũc
igitur quisq̃, qui in suis partibus, ideſt in suis fortunis tã timidus fuerit, pertimescat? Profe-
ctus est tñ aliquando in Hispaniã, sed tuto, vt ait, peruenire nõ potuit. quonam modo igitur
Dolabella puenit? aut non suscipienda fuit ista causa Antoni: aut, cũ suscepisses, defendenda
vsq; ad extremũ. Ter depugnauit Cęsar cũ ciuib9, in Thessalia, Aphrica, Hispania. oĩb9 affuit
his pugnis Dolabella. in Hispanienſi etiã vulnus accepit. si de meo iudicio quæris, nollẽ: sed
tamen cõsiliũ a principio reprehẽdendum, laudãda cõstãtia. Tu vero quis es? Cn. Pompeii li
beri primũ patriam repetebant. esto, fuerit partiũ hæc causa cõmunis. repetebãt ꝑterea deos
penates patrios, aras, focos, larẽ suũ familiarẽ, in quæ tu inuaseras. hæc cũ peterent armis ii,
quorũ erant legibus: etsi in rebus iniquissimis quid potest esse ęqui? tñ erat æquissimũ cõtra
Cn. Pompeii liberos Cn. Pompeii pugnare sectorem. An tu Narbonę in mensas hospitum cũ
vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Qui vero Narbona reditus? & tamẽ quęre
bat, cur ego ex ipso cursu tam subito reuertissem. exposui nuper P. C. causam redit9 mei. vo-
lui etiam si possem ante Cal. Ian. prodesse Reip. nã qđ quęrebas, quomodo redissem? primũ lu
ce, nõ tenebris: deinde cũ calceis, & toga, nullis nec caligis, nec lacerna. At etiã aspicis me, &
quidẽ, vt videris, irat9, nę tu mecũ iã in gratiã redeas, si scias, q̃ me pudeat nequitiæ tuæ, cu-

†ædibus. Suas res sibi habere.

Rudem accipere.

Lacerna.

ius te ipsum non pudet.Ex omniũ omnibus flagitiis nullũ turpius vidi,nullũ audiui:q̃ q; q magister equitum fuisse tibi viderere:in proximum annũ consulatũ peteres,vel potius roga res:is per municipia,coloniasq; Gallię,a qua cũ Consulatus noster petebat̃,non rogabat̃,pe- Petere. tere Consulatum solebamus,cum caligis & lacerna cucurristi.At videte leuitatẽ.Cum ho- Rogare. ra diei decima fere ad Saxa rubra venisset,delituit ĩ quadã Cauponula:atq; ibi se occultãs, Saxa Ru- perpotauit ad vesperũ.inde Cassia celeriter ad vrbẽ aduect9 domum venit capite inuoluto. bra. ianitor,quis tu:a Marco tabellarius.confestim ad eã,cuius causa venerat̃,deducitur,eiq; epi Cauponula stolam tradidit.quã cũ illa legeret flens(erat enim amatorie scripta)caput autem literarũ, sibi cum illa mima posthac nihil futurũ:omnem se amorem abiecisse illinc,atq; in hanc trãs fudisse.cum mulier fleret vberius,homo misericors ferre non potuit,caput auertit,in collũ inuasit. O hominem nequã(qd em̃ aliud dicã!magis ꝓprie nihil possum dicere) ergo vt te Nequam. catamytum,neq; opinato cũ ostendisses,preter spem mulier aspiceret:idcirco vrbem terrore nocturno,Italiã multorũ dierum metu perturbasti!Et domi quidem causam amoris habuit. foris etiam turpiorẽ.ne L.Plancus prędes tuos venderet.ꝓductus autẽ in concionẽ a Tribu- Prędes. no pl.cũ respõdisses,te rei tuę causa venisse:populũ ĩ te dicacẽ etiã reddidisti.Sed nimis mul ta de nugis.ad maiora veniamus.Cęsari ex Hispania redeũti obuiã longissime processisti.ce leriter isti,& redisti,vt cognosceret te,si minus fortẽ,attamen strenuũ.factus ei rursus nescio quomodo familiaris.habebat hoc omnino Cęsar:quẽ plane perditũ ære alieno,egentemq;,si eundẽ nequã hominẽ,audacẽq; cognouerat,hunc in familiaritatem libentissime recipiebat. His igit̃ rebus p̃clare cõmendatus,iussus est renunciari Cõsul:& quidẽ cũ ipso.nihil queror de Dolabella,qui tũ est impulsus,elusus,inductus.Qua in re quãta fuerit vtriusq; vestrũ per Inductus. fidia in Dolabellã,qs ignorat!Ille induxit,vt peteret:pmissum,& receptũ interuertit,ad seq; transtulit.tu eius perfidię volũtatẽ tuã ascripsisti.Veniũt Cal.Ianuarię,cogimur in Senatũ: inuectus est copiosius multo in istũ,& paratius Dolabella,q̃ nũc ego.hic autẽ iratus, q̃ di- xit dii boni:cũ primũ Cęsar ostẽdisset,se prius q̃ ꝓficiscerẽt̃,Dolabellã Cõsulẽ esse iussurum: quẽ negãt regẽ,q & faceret semp eiusmodi aliqd & diceret. Sed cũ Cæsar ita dixisset,tũ hic bonus augur,eo se sacerdotio prędĩtũ esse dixit,vt comitia auspiciis vel impędire,vel vitia re posset.idq; se facturũ esse asseuerauit.In quo primũ incredibilẽ stupiditatem hominis co- Stupiditas gnoscite.quid em̃!istuc,qd te sacerdotii iure facere posse dixisti,si augur nõ esses,& Consul esses,minus facere potuisses!vide etiã ne facilius.nos em̃ nũciationẽ solũ habemus:Cõsules, Nũciatio. & reliqui magistratus etiã inspectionem.esto hoc imperite(nec em̃ ab homine nunq̃ sobrio Inspectio. postulanda prudẽtia)sed videte impudentiã.multis ante mensibus in Senatu dixit Dolabel lę comitia aut ꝓhibiturũ auspiciis: aut id facturũ esse,qd fecit.quisq̃ ne diuinare potest, qd vitii in auspiciis futurũ sit:nisi q de cęlo seruare cõstituit!qd neq; licet comitiis ꝓ leges:& si quis seruauit,nõ habitis comitiis,sed prius q̃ habeant̃,debet nunciare.verũ implicata insci- tia,impudẽtia est:si nescit qd augurẽ,nec facit qd pudentẽ decet. Atq; illo die recordamini eius vsq; ad Idus Martias Cõsulatũ.quis vnq̃ apparitor tã humilis!tã abiectus!nihil ipse po terat,oia rogabat:caput in aduersam lectica inferẽs,beneficia,q̃ vẽderet,a Collega petebat. Ecce Dolabellę comitiorũ dies.sortitio prerogatiuę,quiescit.renũciat̃,tacet.prima classis vo Comitiorũ catur,renunciat̃.deinde,vt assolet,suffragia.tũ secũda classis vocat̃:q̃ oia citius sunt facta, q̃ ratio. dixi. Confecto negotio bonus augur,Lęliũ diceres,alio die inquit.O impudẽtiã singularem, qd videras!quid senseras!qd audieras!nec em̃ te de cęlo seruasse dixisti,neq; hodie dicis. id igit̃ obuenit vitiũ,qd tu iã Cal.Ian.futurũ esse ꝓuideras,& tãto ante ꝓdixeras.Ergo hercu- le magna,vt spero,tua potius,q̃ Reip.calamitate emẽtitus es auspicia:obstrinxisti populum Ro.religione:augur auguri,Consul Cõsuli obnũciauisti.Nolo plura.ne acta Dolabellę vide- ar conuellere,q̃ necesse est aliqñ ad nostrũ collegiũ deferant̃.Sed arrogantiã hominis,insole- tiamq; cognoscite.q̃diu tu voles,vitiosus consul Dolabella:rursus,cũ voles,saluis auspiciis creatus.si nihil est,cũ augur his verbis nunciat,qbus nũciasti:cõfitere te,cũ alio die dixeris, sobrium non fuisse.sin est aliqua vis in istis verbis,ea quę sit Augur a Collega requiro. Sed ne forte multis rebus gestis,M.Antonii rẽ vnã pulcherrimã transiliat oratio,ad Lupercalia Lupcalia. veniamus.nõ dissimulat P.C.apparet esse cõmotũ,sudat, pallet.quidlibet,modo ne nauseet, faciat,qd in porticu Numitia fecit.quę potest esse turpitudinis tanta defensio!cupio audire: vt videam vbi rhetoris tanta merces,vbi campus Leõtinus appareat.Sedebat in rostris Col C.Cæsar. lega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea,coronatus:ascendis:accedis ad sellam:ita

Lupercus. eras Lupercus, vt te esse cõsulẽ meminisse deberes. diadema ostẽdis. gemitus toto foro, vnde diadema? non eñ abiectũ sustuleras, sed attuleras domo meditatũ, & cogitatũ scelus. Tu diadema imponebas cũ plangore populi, ille cũ plausu reiiciebat. Tu ergo vnus scelerate inuentus es, q cũ auctor regni inuẽtus esses, eũ quẽ Collegã regni habebas, dominũ habere velles: & idem tẽtares, qd populus Ro. ferre, & pati posset. At etiã misericordiã captabas, supplex te ad pedes abiiciebas: qd petens? vt seruires? tibi vni peteres, qui ita a puero vixeras, vt oĩa patrere, vt facile seruires. a nobis populoq; Ro. mandatũ id certe nõ habebas. O preclarã illã eloquentiam tuã, cũ es nudus concionatus. quid hoc turpius? qd fœdius? qd suppliciis oĩbus dignius? num expectas dũ te stimulis fodiã? hęc te, si vllã partem habes sensus, lacerat, hęc cruẽtat oratio. Vereor ne imminuã virorũ summorũ gloriã. dicã tamẽ dolore cõmotus. quid in quentiam tuã, cũ es nudus concionatus. quid hoc turpius? qd fœdius? qd suppliciis oĩbus dignius? q̃ viuere eũ, qui imposuerit diadema? cũ oẽs fateant iure interfectũ esse, q abiecerit. At etiã inscribi iussit in fastis, ad Lupercalia C. Cęsari Dictatori perpetuo M. Antoniũ Consulem populi iussu regnũ detulisse: Cęsarẽ vti noluisse. Iã iã minime miror, te otiũ perturbare: non modo vrbẽ odisse, sed etiã lucẽ: cũ perditissimis latronibus nõ solũ de die, sed etiã in diẽ viuere. vbi eñ tu in pace cõsistes? q locus tibi in legibus, & iudiciis esse potest? q̃ tu, quãtum in te fuit, dominatu regio sustulisti? Ideo ne L. Tarquinius regno exactus? Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Manlius necati? vt multis post seculis, a M. Antonio, qd fas nõ est, rex Romę cõstitueretur? Sed ad auspicia redeamus, de quibus rebus Idibus Martiis fuit in Senatu Cęsar acturus. quęro tũ tu qd egisses? Audiebam quidẽ te paratũ venisse, p me de ementitis auspiciis, q bus tamen parere necesse erat, putares esse dicturũ. Sustulit illũ diẽ fortuna populi Romani: tum etiã tuũ de auspiciis iudiciũ, interitus Cæsaris sustulit. Sed incidi in id tẽpus, quod iis de rebus, in quas ingressa erat oratio, prętereundum non sit. quę tua fuga? quę formido illa die? quę propter conscientiam scelerum desperatio vitę? cum ex illa fuga beneficio eorũ, qui te, si sanus esses, saluum esse voluerunt, clam te domum recepisti? O mea semper frustra verisima auguria rerum futurarũ. dicebã illis in Capitolio liberatoribus nostris, cũ me ad te ire vellent, vt ad defendendã Remp. te adhortarer: quoad metueres, omnia te pmissurũ: simulac timere desisses, similẽ te futurũ tui. Itaq; cum ceteri Consulares irẽt, & redirẽt, in sententia mansi: neq; te illo die, neq; postero vidi: neq; vllã societatem optimis ciuibus cum importunissimo hoste fœdere vllo confirmari posse credidi. Post diẽ tertium veni in ædem Telluris, equidem inuitus, cũ omnes aditus armati obsiderẽt. qui tibi ille dies M. Antoni fuit? q̃q̃ mihi subito inimicus extitisti, tamẽ me tui miseret, p tibi inuideris. qui tu vir, dii immortales, & quantus fuisses, si illius diei mentẽ seruare potuisses? pacem haberemus, quę erat facta perobsidem puerũ nobilẽ M. Antonii filium, M. Bambalionis nepotem. q̃q̃ te bonum timor faciebat, non diuturni magister officii: improbũ fecit ea, quę, dum timor abest, a te non discessit, audacia. etsi tum, cũ optimũ te putabant me quidem dissentiente, funeri Tyranni illi⁹ sceleratissime prefuisti. tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio: tu tu illas faces incendisti: & eas, quibus semiustũ latus illius est: & eas, q̃bus incensa L. Bellieni domus defla grauit: tu illos impetus perditorũ hominũ, & ex maxima parte seruorũ, quos nos vi, manu p repulimus, in nostras †domus immisisti. Idẽ tamẽ quasi fuligine absterſa, reliqs dieb⁹ in Capitolio præclara senatusconsulta fecisti: nequa post Idus Martias immunitatis tabula, neve cuiusq̃ beneficii figeret. meministi ipse, de exulibus: scis de immunitate qd dixeris. optimum vero, p dicturę nomẽ in ꝑpetuũ de Rep. sustulisti. quo quidẽ facto tantum te cepisse odium regni videbat, vt eius omnẽ ꝑpter ꝓximũ dictatorẽ tolleres metũ. constituta Respu. videbat aliis, mihi vero nullo modo, q omnia te gubernãte naufragia metuebam. Nũ me igit fefellit? aut nũ diu⁹ potuit sui esse dissimilis? inspectãtib⁹ vobis toto Capitolio tabulę figebant: ne p solũ singulis veniebãt immunitates, sed etiã populis vniuersis: ciuitas non tũ singillatim, sed ꝓuinciis totis dabat. Itaq; si hæc manẽt, q̃ stãte Rep. manere nõ pñt, ꝓuincias vniuersas, P. C. pdidistis: neq; vectigalia solũ, sed etiã imperiũ populi Ro. huius domesticis nundinis diminutum est. Vbi est septies millies Sestertiũ? qd in tabulis, q̃ sunt ad Opis, patebat: funestę illius quidẽ pecunię, sed tamẽ, si his quorũ erat, nõ redderet, q̃ nos a tributis posset vindicare. Tu autẽ Sestertiũ quadringenties, qd Idibus Martiis debuisti: quonam mõ ante Cal. Aprilis debere desiisti? Quid ego de cõmẽtariis ĩfinitis, qd de innumerabilib⁹ chirographis loquar? sunt ea quidẽ innumerabilia: q̃ a diuersis emebant nõ inscięte te. sed vnum egregiũ de Rege Deitaro populo Romano amicissimo decretũ in Capitolio fixum. quo ꝓposito, nemo erat, q

Tímor, officii nõ diuturni magíster.

Vidébat.

Ad Opis.

Insciens.

in ipso dolore risum posset continere. quis enim cuiq̃ inimicior, q̃ Deiotaro Cęsar? æque atq; huic ordini, vt equestri, vt Massilienfibus, vt omnibus qbus rempublicã populi Ro. charã esse sentiebat. Is igit, a quo viuo nec pręsens, nec absens qcq̃ equi, boni impetrauit, apud mortuum factus est gratus. compellarat hospitẽ pręsens, cõputarat, pecuniã imperarat, in ei⁹ tetrarchiam ex Gręcis comitibus suis collocarat, Armeniã abstulerat a Senatu datã. hęc viu⁹ eripuit. reddidit mortuus. At qbus verbis? modo equũ sibi videri, modo nõ iniquũ. mira verborum complexio. at ille nũq̃, semper em̃ absenti affui Deiotaro, quicq̃ sibi, qđ nos ꝓ illo postularemus, equũ dixit videri. Syngrapha Sestertii centies per legatos viros bonos, sed timidos & imperitos, sine reliquorum hospitum Regis sentẽtia, facta in gynęceo. quo in loco plu Gynęceũ.
rimæ res veniere, & veneunt. qua ex syngrapha quid tis acturus meditere censeo. Rex enim ipse sua spõte nullis commentariis Cæsaris, simulatq; audiuit eius interitum, suo marte res suas recuperauit. sciebat homo sapiens ius semper hoc fuisse, vt quæ Tyranni eripuissent, ea Tyrannis interfectis, ii, quibus erepta essent, recuperarent. Nemo igitur iureconsultus, ne iste quidem, qui tibi vni est iureconsultus, per quẽ hęc agis, ex ista syngrapha deberi dicit pro iis rebus, quæ erant ante syngraphã recuperatæ. non enim a te emit, sed prius q̃ tu suum sibi venderes, ipse possedit. Ille vir fuit. nos quidem contemnendi, qui auctorem odimus, acta defendimus. Quid ego de commentariis infinitis? quid de innumerabilibus chirographis loquar? quorũ etiã imitatores sunt, q ea, tãq̃ gladiatorũ libellos, palã venditẽt. Itaq; tanti acerui nũmorũ apud istũ cõstruunt, vt iã appendant, nõ numerent pecunię. At q̃ cæca Appẽdunt
auaritia est? nuper fixa tabula est, qua ciuitates locupletissimę Cretensiũ vectigalibus liberan nõ numerã
tur: statuiturq;, ne post M. Brutum Proconsulem, sit Creta prouincia. tu mentis es compos? tur pecu-
tu non constringendus? an Cęsaris decreto Creta post M. Bruti decessum potuit liberari? cũ nię.
Creta nihil ad Brutũ Cęsare viuo pertineret? At huius vẽditione decreti (ne nihil actũ putetis) puinciã Cretã pdidistis. omnino vllius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic vẽditor. Et de exulib⁹ legẽ quã fixisti, Cęsar tulit? nulli⁹ isector calamitatẽ. tãtũ q̃ror, primũ eoꝝ reditus ingnatos, quorũ causam dissimilẽ Cęsar iudicauerit. deide nescio cur reliqs idẽ nõ tribuas. neq; em̃ plus q̃ tres, aut q̃ttuor relíq sunt, q simili in calamitate fuerint. cur tua mia simili nõ fruunt? cur eos habes ĩ loco patrui? de quo ferre, cũ de reliqs ferres, noluisti. quẽ etiã ad cẽ
surã pretẽdã impulisti: eãq; petitionẽ cõparasti, q̃ & risus hoĩm, & q̃relas moueret. Cur autẽ ea
comitia non habuisti? an qa Tribunus Pl. fulmẽ siniſtrũ nũciabat? tua qd interest? nulla auspi Fulmen si-
cia tuorũ sunt, cũ sis religiosus. qd? eundẽ in Septẽuiratu nõne destituisti? interuenit em̃. qd niſtrum.
metuisti? credo ne saluo capite negare nõ posses. oĩb⁹ eũ cõtumeliis onerasti: quẽ patris loco
si vlla pietas in te esset, colere debebas. filiã eius sororẽ tuam eiecisti, alia conditione quęsita
& ante perspecta. non est satis: probri insimulasti pudicissimam fœminã. quid est qđ addi pos Probri insi-
sit? contentus eo non fuisti, frequentissimo Senatu Calendis Ian. sedente patruo, hãc tibi esse mulare.
cum Dolabella odii causam ausus es dicere, q ab eo sorori, & vxori tuæ stuprum oblatum
esse comperisses. quis interpretari potest impudentior ne? qui in Senatu, an improbior? qui in
Dolabellam, an impurior? qui patre audiente, an crudelior? qui in illam miserã tam spurce tã
impie dixeris. Sed ad chirographa redeamus. quę fuit tua cognitio? acta enim Cęsaris pacis
causa cõfirmata sunt a Senatu, q̃ quidẽ Cęsar egisset, nõ ea, q̃ Cęsarẽ egisse dixisset Antoni⁹.
vnde ista erumpũt? quo auctore pferunt? si sunt falsa, cur approbantur? si vera, cur veneunt?
At sic placuerat, vt ex Cal. Iuniis de Cęsaris actis cũ cõsilio cognosceretis. qđ fuit cõsiliũ? quẽ
vnq̃ aduocasti? quas Calen. Iunias expectasti? an eas, ad quas te pagratis veteranortm colonis, stipatum armis retulisti? O præclaram illam percursationẽ tuã mense Aprili atq; Maio, tũ
cum etiã Capuã deducere conatus es. quemadmodũ illã adieris, vel potius pene nõ adieris, Deducere
scimus. cui tu vrbi minitaris. vtinam conere, vt aliquando illud pene tollatur. At q̃ nobilis est tua illa peregrinatio? quid prandiorum apparatus? quid furiosam vinolentiam tuã proferam? tua ista detrimenta sunt. illa nostra. agrum Campanum, qui cum de vectigalibus eximebatur, vt militibus daretur, tñ infligi magnum reipu. vulnus putabamus, hunc tu compręsoribus tuis, & colluſoribus diuidebas. mimos dico, & mimas in agro P. C. Cãpano collocatos. Quid iã querar de agro Leõtino? quãdoquidẽ hę quõdã arationes Cãpani, & Leõtini in popul Ro. patrimonio glãdiferę, & fructuosę ferebant. medico tria millia iugerũ, quasi te sanũ fecisset: Rhetori duo, q̃si disertũ facere potuisset. Sed ad iter, Italiãq; redeam⁹. Deduxisti coloniã Casilinũ, quo Cęsar ante deduxerat. Cõsuluisti me p lras de Capua tu qdẽ, sed idẽ de

Coloniarũ ratio. Caſilino reſpondiſſem: poſſes ne vbi colonia eſſet, eo coloniã nouã iure deducere? negaui in eam coloniã, q̃ eſſet auſpicato deducta, dũ eſſet incolumis, coloniã nouam iure deduci: colonos nouos aſcribi poſſe reſcripſi. tu autẽ inſolentia elatus, omni auſpiciorũ iure turbato, Caſilinum coloniã deduxiſti, quo erat paucis annis ante deducta, vt vexillũ videres, & aratrum

Territoriũ circunduceres: cuius quidẽ vomere portã Capuę pene pærſtrinxiſti, vt florentis colonię territorium minueretur. Ab hac religionũ pærturbatione aduolas in M. Varronis ſanctiſſimi, ac ꝙ integerrimi viri fundũ Caſſinatẽ. quo iure? quo ore? eodẽ inges, quo in hæredũ L. Rubrii, quo in hęredũ L. Turſecii prędia, quo in reliquas innumerabiles poſſeſſiones. & ſi ab haſta, valeant tabulę, modo Cęſaris, nõ tuę, q̃bus debuiſti, nõ quibus tu te liberauiſti. Varronis q̃dem Caſſinatẽ fundũ q̃s veniſſe dicit? quis haſtã iſtius venditionis vidit? quis vocẽ pręconis audiuit? miſiſſe te dicis Alexandriã, q̃ emeret a Cęſare. ipſum em̃ expectare magnũ fuit. quis vero audiuit vnq̃ (nullius autẽ ſalus curę pluribus fuit) de fortunis Varronis rem vllã eſſe detractã? ꝙ, ſi etiã ſcripſit ad te Cęſar, vt redderes: quid ſatis poteſt dici de tãta impudẽtia? remoue gladios illos parumpær, quos videmus: iã intelliges aliã cauſam eſſe haſtę Cæſaris: aliam confidẽtię, & temeritatis tuę. nõ em̃ te dominus modo illis ſedibus, ſed quis amicus, vicinus, hoſpes, procurator arcebit. At q̃ multos dies in ea villa turpiſſime es pærbacchatus? ab hora tertia bibebaꝫ, ludebaꝫ, vomebaꝫ. O tecta ipſa miſera, q̃ diſpari domino: q̃q̃ quomodo iſte dominus? ſed tamẽ q̃ a diſpari tenebanꝫ. ſtudiorũ em̃ ſuorũ M. Varro voluit eſſe illud, nõ libidinũ diuerſoriũ. q̃ in illa villa ante dicebanꝫ? quę cogitabanꝫ? quę literis mãdabantur? iura populi Ro. monimẽta maiorũ, omnis ſapiẽtię ratio, omniſq̃ doctrina. At vero te in

Inglinus. Meritorii pueri. quilino (nõ em̃ domino) pærſonabãt omnia vocibus ebriorũ: natabãt pauimẽta vino: madebant parietes: ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta inter matreſſamilias verſabanꝫ. Caſilino ſalutatum veniebant, Aquino, Interamna: admiſſus eſt nemo. iure id quidẽ. in homine enim

Ad Agnũ accederet. turpiſſimo obſolebãt dignitatis inſignia. Cũ inde Romã ꝓficiſcens ad Aquinũ accederet, ob uiam ei proceſſit (vt eſt frequens municipiũ) magna ſane multitudo. at iſte operta lectica la

Stulte, ſup. egerunt. tus eſt pær oppidũ, vt mortu⁹. Stulte Aquinates. ſed tamẽ in via habitabãt. quid Anagnini? q̃ cũ eſſent deuii, obuiã ei deſcenderũt, vt iſtũ, tãq̃ ſi eſſet Conſul, ſalutarẽt. incredibile dictu.

Deuius. ſed tum nimis inter oẽs cõſtabat, neminẽ eſſe reſalutatũ. pręſertim cũ duos ſecũ Anagninos haberet Muſtellã, & Laconẽ: quorũ alter gladiatorũ eſt princeps, alter poculorũ. Quid ego illas iſtius minas, contumelias q̃ cõmemorẽ, quibus inuectus eſt in Sidicinos? vexauit Puteolanos, ꝙ C. Caſſiũ, ꝙ Brutos patronos adoptaſſent, magno quidẽ iudicio, ſtudio, beneuolẽtia, charitate: nõ vt te, vt Baſillum, vi & armis, & alios veſtri ſimiles, quos clientes nemo habere velit, non modo eſſe illorum cliens. Interea dum tu abes, qui dies ille Collegę tui? cum illud qd̃ tu venerari ſolebas, buſtum in foro euertit? qua re tibi nunciata, vt conſtabat inter eos qui vna fuerunt, concidiſti. quid euenerit poſtea, neſcio. metum credo valuiſſe, & arma.

De cęlo de traxiſti. Collegam quidem de cælo detraxiſti: effeciſtiq̃ non tu quidem etiam nunc, vt ſit ſimilis tui, ſed certe vt diſſimilis eſſet ſui. Qui vero reditus inde Romam? quæ pærturbatio totius vrbis? memineramus Cinnã nimis potentẽ, Syllã poſtea dominantem, Cæſarem regnantem videramus. erant fortaſſe gladii, ſed tamẽ abſconditi, nec ita multi. iſta vero q̃, & quanta barbaria eſt? agmine quadrato cũ gladiis ſequunt ſcutati milites, lecticas portari videmus. Atq̃ his quidẽ iã inueteratis P. C. conſuetudine obduruimus: Calendis Iun. cũ in Senatũ, vt erat cõſtitutũ, venire vellem⁹, metu pterriti repẽte diffugim⁹. at iſte, q̃ Senatu nõ egeret, neq̃ deſiderauit quẽq̃, & poti⁹ diſceſſu noſtro lętat⁹ eſt: ſtatimq̃ illa mirabilia facinora effecit: q̃ chirographa Cęſaris defendiſſet lucri ſui cauſa, is leges Cęſaris, easq̃ p̃claras, vt Rẽp. cõcutere poſſet, euertit. numerũ annorũ ꝓuinciis ꝓrogauit: idẽq̃, cũ actorũ Cęſaris defenſor eẽ debe

Lex. ret, & ĩ publicis & in priuatis reb⁹ acta Cęſaris reſcidit. In publicis actis nihil ẽ lege grauí⁹:

Teſtamẽtũ ĩ priuatis firmiſſimũ ẽ teſtamẽtũ. Leges alias ſine ꝓmulgatiõe ſuſtulit, alias vt tolleret ꝓmulgauit. Teſtamẽtũ irritũ fecit. qd̃ etiã infimis ciuib⁹ ſemp obtẽtũ eſt. ſigna, tabulas, quas populo Cæſar vna cũ hortis legauit, eas hic ptim in hortos Põpeii deportauit, ptim in villã Scipionis. Et tu in Cęſaris memoria diligens? tu illũ, tu illũ amas mortuũ? quẽ is maiorẽ hono-

Flamines deorũ. rem cõſecutus erat, q̃ vt haberet puluinar, ſimulacrũ, faſtigium, flaminẽ? eſt ergo flamẽ vt Ioui, vt Marti, vt Quirino, ſic diuo Iulio M. Antonius. quid igit̃ ceſſas? cur nõ inaugurare? ſume diem, vide q te inauguret, collegę ſumus, nemo negabit. O deteſtabilem hominẽ, ſiue ꝙ Tyranni ſacerdos es, ſiue ꝙ mortui. Quęro deinceps, nũ hodiernus dies quis ſit, ignores? ne

scis heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuisse? te autem ipsum ad populum tulisse, vt quintus præterea dies Cæsari tribueret? cur non sumus prætextati? cur honore Cæsaris tua lege datu deseri patimur? an supplicationes addedo die contaminari passus es? puluinaria noluisti? aut vndiq; religionem tolle, aut vsquequaq; conserua. Quæres placeat ne mihi puluinar esse, fastigiu, flamine? mihi vero nihil istorum placet. Sed tu, q acta Cæsaris defendis, quid potes dicere, cur alia defendas, alia nō cures? nisi forte vis fateri, te omnia ꝗstu tuo, non illius, dignitate metiri. quid ad hęc tandē? expecto eloquentiā tuā, disertissimū cognoui Auum tuū. at te etiā apertiorē in dicēdo. ille nunq̄ cōcionatus est nudus. tuū hominis simplicis pectus vidimus. Respōdebis ne ad hęc? aut omnino hiscere audebis? ecquid reperies ex tam longa oratione, cui te respōdere confidas? Sed præterita omittamus. hunc vnū die, hūc vnū inquā hodiernū die, hoc punctū tēporis, quo loquor, defende si potes. cur armatorū corona Senatus septus est? cur me tui satellites cū gladiis audiunt? cur valuę Concordię nō patent? cur homines omniū gentiū, maxime Barbaros Ithyreos cū sagittis deducis in forū? Præsidii sui causa se facere dicit. nonne igit millies perire est melius, q̄ in sua ciuitate sine armatorum p̄sidio nō posse viuere? Sed nullū est istuc, mihi crede, præsidiū, charitate, & beneuolētia ciuiū septū oportet esse, nō armis. eripiet, extorquebit tibi ista populus Romanus, vtinā saluis nobis: sed quoquo modo nobiscū egeris, dū istis consiliis vteris, nō potes esse, crede mihi, diuturnus. etem ista tua minime auara coniūx, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Ro. pensionē tertiā. habet populus Ro. ad quos gubernacula Reip. deferat, qui vbicūq; terrarū sunt, ibi est omne Reip. præsidiū, vel potius ipsa respublica: q̄ se adhuc tantūmodo vlta est, nondū recuperauit. habet qdē certe Resp. adolescentes nobilissimos paratos defensores. q̄ volent illi cedant otio consulētes, tamen a Rep. reuocabunt. & nomen pacis dulce est, & ipsa res salutaris. sed inter pacē & seruitutē plurimū interest. pax est tranquilla libertas: seruitus postremū malorū omniū, non modo bello, sed morte etiā repellendū. Q; si se ipsos illi nostri liberatores e cōspectu nostro abstulerūt, at exemplū facti reliquerunt. illi qd nemo fecerat, fecerūt. Tarquiniū Brutus bello est persecutus, q tamen Rex fuit, cū esse Romę regem liceret. Sp. Cassius, Sp. Melius, M. Mālius ꝓpter suspitionē regni appetēdi sunt necati. hi primi cū gladiis, non in regnū appetentē, sed in regnantē impetū fecerūt. qd cū ipm factum p se preclarū, atq; diuinū est, tū expositū ad imitandū: pstertim cū illi eā gloriā cōsecuti sunt, q̄ vix cęlo capi posse videat. Etsi em satis in ipsa conscientia pulcherrimi facti fructus erat, tamē mortali immortalitatē nō arbitror contemnēdā. Recordare igit illum M. Antoni diem, quo Dictaturā sustulisti: pone ante oculos lętitiā Senatus, populiq; Romani: confer cū nummatione tua tuorūq;: tū intelliges quantū inter laudē & lucrū interfit. sed nimirū, vt q dam morbo aliquo, & sensus stupore suauitatē cibi non sentiūt: sic libidinosi, auari, facinorosi, verę laudis gustū nō habēt. Sed si te laus allicere ad recte faciendū nō potest, ne metus quidem a fœdissimis factis potest auocare? Iudicia nō metuis. si propter innocentiam, laudo: si ꝓpter vim, non intelligis ei, qui isto modo iudicia non timeat, quid timendū sit. Q; si non metuis viros fortes, egregiosq; ciues, q̄ a corpore tuo prohibētur armis: tui te, crede mihi, diutius non ferent. quid est autē multos dies, & noctes timeri a suis? nisi vero maioribus habes beneficiis obligatos, q̄ ille quosdam habuit ex iis, a quib⁹ est interfectus. An tu es vlla re cū eo comparādus? fuit in illo ingeniū, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia: res bello gesserat, q̄uis Reip. calamitosas, attamen magnas. non multos annos regnare est meditatus: magno labore, magnis periculis quod cogitauerat effecerat: muneribus, monimētis, cōgiariis epulis, multitudinem imperitā lenierat: suos præmiis, aduersarios clemētię specie deuinxerat. quid multa? attulerat iā liberę ciuitati partim metu, partim patientia, consuetudinē seruiendi. cum illo ego te dominādi cupiditate conferre possum, cęteris vero rebus nullo modo es comparādus. Sed ex plurimis malis, quę ab illo Reip. sunt inusta, hoc tantum boni est, q̄ didicit iam populus Ro. quantū cuiq; crederet, quibus se committeret, a quibus caueret. Hęc igit non cogitas? nec intelligis satis esse viris fortib⁹ didicisse, q̄ sit pulchrum beneficio gratum, fama gloriosum Tyrannū occidere? an cū illū hoies non tulerint, te ferēt? certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curret, nec occasionis tarditas expectabit. Respice quęso alīquādo Rēp. M. Antoni: qbus ort⁹ sis, nō qbuscū viuas cōsidera: mecū vt voles, cū Rep. redi in gratiā. Sed de te tu ipse videris. ego de me ipso ꝑfitebor. defendi Rēp. adolescēs, nō deserā senex: contēpsi Catilinę gladios, nō ptimescā tuos. quin etiā corpus libenter obtulerim, si reprę

Ludi Romani.
Prętextat⁹.
Fastigium.
Pensio.
Pax.
Seruitus.
Nūmatio.
Similitudo
Cęsaris ad regnādū labores & studia.
Literatura.

sentari morte mea libertas ciuitatis potest. Vtinã aliquãdo dolor populi Ro. pariat, qđ iandiu parturit. etem̃ si abhinc annos ꝓpe viginti hoc ipso in tẽplo negaui posse mortẽ immaturam esse Cõsulari, quãto verius nũc negabo seni! Mihi vero P. C. iã etiã optãda mors est ꝓ functo rebus eis, quas adeptus sum, quasq; gessi. Duo modo hęc opto: vnũ, vt moriẽs populum Ro. liberũ relinquã. hoc mihi maius a diis immortalibus dari nihil potest. alterũ, vt ita cuiq; eueniat, vt de Rep. quisq; mereatur.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA. III. ORATIO. XLVI.

TERIVS omnino P. C. q̃ tẽpus reipublicę postulauit, aliquando tamen, cõuocati sumus. qđ flagitabã equidẽ quotidie: qppe cũ bellum nefariũ cõtra aras, & focos, cõtra vitã, fortunasq; nostras, ab homine ꝓfligato, ac perdito nõ cõparari, sed geri iã viderẽ. Expectãt Calendę Ianuarii, quas nõ expectat Antonius. q in ꝓuinciam D. Bruti summi & singularis viri, cũ exercitu impetũ facere conat. ex qua se instructum, & paratũ ad vrbẽ vẽturũ esse minitat. Quæ est igit ex pectatio! aut q̃ vel minima dilatio tẽporis! q̃q̃ em̃ adsunt Calẽdę Ianuarii, tamẽ breue tẽpus longũ est imparatis. dies em̃ affert, & hora potius, nisi ꝓuisum est, magnas sępe clades. certus autẽ dies non vt sacrificii, sic consilii expectari solet. q; si aut Calẽdę Ian. fuissent eo die, quo primũ ex vrbe fugit Antonius: aut hę, nõ essent expectatę: bellũ iã nullũ haberemus. auctoritate em̃ Senat⁹ consensuq; populi Ro. facile hominis amẽtis fregissemus audaciã. qđ cõfido equidẽ Cõsules designatos, simulac magistratũ inierint, esse facturos. sunt em̃ optimo animo, summo cõsilio, singulari concordia. mea autẽ festinatio nõ victorię solũ auida est, sed etiã celeritatis. quousq; enim tantũ bellũ, tã crudele, tã nefariũ priuatis cõsiliis ꝓpulsabit! cur nõ q̃primũ publica accedit auctoritas! C. Cęsar adolescens, pene potius puer, incredibili ac diuina quadã mẽte, atq; virtute tũ, cũ maxime furor arderet Antonii: cũq; eius a Brundusio crudelis & pestifer reditus timeret: nec postulantibus, nec cogitãtibus, nec opinantibus quidẽ nobis (quia fieri posse nõ videbat) firmissimũ exercitũ inuicto genere veteranoꝝ militũ cõparauit, patrimoniumq; suũ effudit. q̃q̃ nõ sumus vsi eo verbo, quo decuit. nõ em̃ effudit, sed in salutẽ Reip. collocauit. Cui q̃q̃ gratia referri tanta nõ potest, quãta debet: habẽda tamẽ est, quantã maximam animi nostri capere possunt. Quis em̃ est tã ignarus rerũ! tã nihil de Rep. cogitãs! qui hoc non intelligat. si M. Antonius a Brundusio cũ iis copiis, quas se habiturum putauerat, Romam, vt minabat, venire potuisset: nullũ genus crudelitatis eũ prætermissurũ fuisse! quippe qui in hospitis tectis Brundusii fortissimos viros ciues optimos iugulari iussit: quorũ ante pedes eius morientiũ sanguine os vxoris respersum esse cõstabat. Hac ille crudelitate imbutus, cũ multo bonis omnibus veniret iratior, q̃ illis fuerat, quos trucidarat: cui tãdẽ vestrũ, aut cui oñino bono pepercisset! qua peste Remp. priuato cõsilio (nec em̃ fieri potuit aliter) Cęsar liberauit. qui nisi in hac Rep. natus esset, Remp. scelere Antonii nullã haberemus. sic enim ꝓspicio, sic iudico: nisi vnus adolescens illius furẽtis impetus crudelissimosq; conatus cohibuisset, Remp. funditus interiturã fuisse. Cui quidẽ hodierno die P. C. nũc em̃ primum ita cõuenimus, vt de illius beneficio possem⁹ q̃ sentirem⁹ libere dicere: tribuẽda est auctoritas, vt Remp. nõ modo a se susceptã, sed etiã a nobis cõmendatã possit defendere. Nec vero de legione Martia (quoniã longo interuallo loqui nobis de Repub. licet) silere potest. quis enim vnq̃ fortior, qs amicior vnq̃ Reip. fuit, q̃ legio Martia vniuersa! q̃ cũ hostẽ populi Ro. M. Antoniũ iudicasset, comes eius esse amentię noluit. reliquit cõsulẽ. qđ profecto nõ fecisset si eum Consulẽ iudicauisset: quẽ nihil aliud agere, nihil moliri, nisi cędẽ ciuiũ, atq; interitũ ciuitatis videret. Atq; ea legio cõsedit Albę. quã potuit vrbẽ eligere, aut opportuniorem ad res gerendas! aut fideliorem! aut fortiorũ virorũ! aut amiciorũ populo Ro. ciuiũ! Huiusce legiõis virtutẽ imitata Quarta legio duce L. Egnatuleio Quęstore ciue optimo, & fortissimo, Cęsaris auctoritatẽ, atq; exercitũ persecuta est. Faciendũ est igit nobis P. C. vt ea quę sua spõte clarissimus adolescens, atq; omnium prestantissimus gessit, & gerit, hęc auctoritate nostra comprobentur: veteranorumq; fortissimorum virorum, tum legionis Martię, Quartęq;, mirabilis consensus ad Remp. recuperandam laudetur, & testimonio nostro confirmet: eorũq; commoda, honores, prędia, cum Consules designati magistratum inierint, curæ nobis fore,

Tẽpus breue, lõgũ est imparatis. Dies multa affert. Dies certꝰ sacrificii, nõ consilii.

Effundere.

hodierno die spondeamus. Atq; ea qdem quę dixi de Cęsare, deq; eius exercitu, iandiu nota sunt nobis. virtute enim admirabili Cęsaris, constantiaq; militū veteranorū, legionūq; earū optimo iudicio, q̄ auctoritatem nostrā, libertatemq; populi Romani, virtutē C. Cęsaris secu tę sunt: a ceruicibus nostris est depulsus Antoni⁹. sed vt dixi, hęc superiora. Hoc vero recēs edictum D. Bruti, qđ pauloante propositū est, certe silentio nō potest prętiri. pollicetur em̄ se prouinciam Galliā retenturū in Senatus populiq; Ro. potestate. O ciuem natū Reip. mea morem sui nominis, imitatoremq; maiorū. neq; em̄ Tarquinio expulso, maioribus nostris tā fuit optata libertas, q̄ est repulso Antonio retinēda nobis. Illi regib⁹ parere iā a cōdita vrbe didicerāt. nos post reges exactos seruitutis obliuio ceperat. Atq; ille Tarquini⁹, quē maiores nostri nō tulerūt: nō crudelis, nō impius, sed superb⁹ habit⁹ est, & dict⁹. qđ nos vitiū in priua tis sępe tulim⁹, maiores nostri ne in rege qdē ferre potuerūt. L. Brut⁹ regē superbū non tulit: D. Brut⁹ sceleratū atq; ipiū regnare patiet Antoniū! qd Tarquius tale! qualia inumerabilia, & fecit, & facit, Antoni⁹! Senatū etiā Reges habebāt: nec tū, vt Antonio Senatū habēti, in cō silio regis versabant Barbari armati. seruabāt auspicia reges, q̄ hic Consul Augurq; negle xit: neq; solum legibus contra auspicia ferendis, sed etiā Collega vna referente, quē ipse emē titis auspiciis vitiosum fecerat. Quis autē rex vnq̄ fuit tā insigniter impudens, vt haberet oīa commoda, beneficia, iura regni venalia! quā hic immunitatem, quā ciuitatē, qđ p̄miū, non vel singulis hominibus, vel ciuitatib⁹, vel vniuersis prouinciis vendidit! Nihil humile de Tarquinio, nihil sordidū accepimms. at vero huius domi inter ciues illius appendebatur aurum, numerabat pecunia: vna in domo omnes, quorū intererat, totū Imperiū Reip. nundi nabant. Supplicia vero in ciues Ro. nulla Tarquinii accepimus. at hic & Suessę iugulauit eos, quos in custodiā dederat: & Brundusii trecentos fortissimos viros, ciuesq; optimos trucida uit. Postremo Tarquinius pro populo Ro. bellū gerebat, tū cū expulsus est. Antonius cōtra populū Romanū exercitū educebat, tū cū a legionibus relictus nomen Cęsaris exercitūq; p timuit: neglectisq; sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota, q̄ nunq̄ solueret, nuncupauit: & hoc tempore in prouinciā populi Ro. conatur inuadere. Maius igit̄ beneficiū a D. Bruto po pulus Ro. & habet, & expectat, q̄ maiores nostri acceperūt a L. Bruto principe huius maxime conseruandi generis, & nominis. Cū autem est oīs seruitus misera, tū vero intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato, nūq̄, ne in metu qdem, sobrio. hunc igit̄ q Gallia pro hibet, priuato p̄sertim consilio: iudicat, verissimeq; iudicat, nō esse Consulē. Faciendū est igi tur P. C. nobis, vt D. Bruti priuatū consiliū auctoritate publica comprobem⁹. Nec vero M. Antoniū Consulē post Lupercalia putare debuistis. quo em̄ ille die populo Ro. inspectāte, nu dus, vnctus, ebrius, concionatus est: & id egit, vt collegę diadema imponeret: eo die non mo do Consulatu, sed etiā libertate se abdicauit. esset em̄ ipsi certe statim seruiendū, si Cęsar ab eo regni insigne accipere voluisset. Hūc igit̄ ego Consulē, hūc ciuē Romanū, hunc liberum, hunc deniq; hominē putē! q̄ fœdo illo, & flagitioso die, & qd pati Cęsare viuo posset, & quid eo mortuo conseq; ipse cuperet, ostendit. Nec vero de virtute, constātia, grauitate prouincię Gallię taceri potest. est enim ille flos Italię, illud firmamentum imperii populi Romani, illud ornamentum dignitatis. tantus autem est consensus municipiorum, coloniarūq; prouinciæ Gallię, vt omnes ad auctoritatem huius ordinis, maiestatemq; Populi Ro. defendendā cōspi rasse videantur. Quāobrem Tribuni pl. q̄q̄ vos nihil aliud, nisi de pręsidio, vt senatū tuto cō sules Calen. Ian. habere possent, retulistis: tamen mihi videmini magno consilio, atq; optima mente potestatem nobis de tota Rep. fecisse dicendi. cū enim tuto Senatū haberi sine præsi dio nō posse iudicauistis, istud etiā statuistis, intra muros Antonii scelus audaciāq; versari. Quamobrem omnia mea sentētia complectar, vobis vt intelligo nō inuitis: & vt prestātissi mis ducibus a nobis detur auctoritas: & fortissimis militibus spes ostendat̄ pręmiorū: & iu dicetur non verbo, sed re, non modo nō Consul, sed etiā hostis Antonius. nā si ille Cōsul, fu stuarium meruerūt legiones, q̄ Consulē reliquerūt: sceleratus Cęsar: Brutus nefarius: q con tra Consulē priuato consilio exercitus cōparauerūt. sin autē militibus exquirēdi sunt hono res noui, ppter eorū diuinū, atq; immortale meritū: ducibus autē ne referri quidē potest gra tia: qs est, q eū non hostē existimet: quē, q armis persequunt̄, cōseruatores Reip. iudicant̄! At q̄ contumelios⁹ in edictis! q̄ barbarus! q̄ rudis! Primum in Cęsarē maledicta congessit deprō pta ex recordatione impudicitię, & stuprorū suorū. quis em̄ hoc adolescēte castior! qs mode stior! qđ in iuuentute habemus illustrius exemplum veteris sanctitatis! quis autē illo male-

Tarquinii Superbi & M. Ant. cōparatio.

Prouinciæ Gallię laus

Fustuariū.

dico impurior! ignobilitatem obiicit C. Cęsaris filio, cuius etiã naturalis pater, si vita suppe ditasset, Consul factus esset. Aricina mater. Trallianã, aut Ephesinã putes dicere! videte q̃ de spiciamur omnes, qui sumus e municipiis, idest oẽs plane: notus eñ quisq; nõ est. quod aũt municipiũ nõ cõtemnit is, q̃ Aricinũ tantopere despicit, vetustate antiquissimũ, iure fœdera tum, ppinquitate pene finitimũ, splendore municipũ honestissimũ! hinc Voconię, hinc Sca tinię leges, hinc multę Sellę curules, & patrũ memoria & nostra: hinc Equites Ro. lautissimi plurimi, & honestissimi. Sed si Aricinã vxorẽ non probas, cur pbas Tusculanã! q̃q̃ hui⁹ san ctissimę fœminę, atq; optimę pater M. Accius Balbus in primis honestus, Prętorius fuit. tuæ coniugis bonę fœminę, locupletis quidẽ certe, Bambalio quidã pater, homo nullo numero. nihil illo contemptius: q̃ ppter hęsitantiã linguę, stuporẽq; cordis, cognomẽ ex contur elia traxerit. At auus huius nobilis. Tuditanus nempe ille, q̃ cũ palla, & cothurnis nũmos popu lo de rostris spargere solebat. vellẽ hanc cõtemptionẽ pecunię suis reliquisset: haberetis nobi litatem generis gloriosam. Qui autẽ euenit vt Iulia natus, ignobilis videaf, cũ tu eodem ma terno genere soleas gloriari! quę porro amentię sunt! eũ dicere aliquid de vxorum ignobili tate, cuius pater Numitoriã Fregellanã proditoris filiã habuerit vxorẽ: ipse ex libertini filia susceperit liberos. Sed hoc clarissimi viri viderint: L. Philippus, qui habet Aricinã vxorẽ: C. Marcellus, qui Aricinę filiã: quos certe scio dignitatis optimarũ fœminarũ nõ pœnitere. Idẽ etiã Q. Ciceronẽ fratris mei filiũ compellat edicto, nec sentit amens commendationẽ esse cõ pellationem suã, quid eñ accidere huic adolescenti potuit optatius! q̃ cognosci ab homini bus Cęsaris cõsiliorũ esse †socium, Antonii furoris †inimicũ! At etiã gladiator ausus est scri bere, hunc de patris & patrui parricidio cogitasse. O admirabilẽ impudentiã, audaciã, teme ritatem. in eũ adolescẽtẽ hęc scribere audere! quẽ ego, & frater meus, ppter eius suauissimos atq; optimos mores pręstantissimũq; ingeniũ, certatim amamus: omnibus horis, oculis, auri bus, complexu tenemus. Nã in eisdem me edictis nescit lędat, an laudet. cũ idẽ suppliciũ mi natur optimis ciuibus, quod ego de sceleratissimis sumpserim, laudare videtur, quasi imita ri velit. cum autẽ illã pulcherrimi facti memoriã refricat, tũ a suis similibus inuidiã aliquã in me cõmoueri putat. Sed ipse quid fecit! cũ tot edicta proposuisset, edixit vt adesset Sena tus frequens ad. VIII. Cal. Decembris: eo die ipse non affuit. At quomodo edixit! hęc sunt, vt opinor, verba in extremo. Si quis nõ affuerit, hunc omnes existimare poterũt, & interit⁹ mei, & perditissimorũ consiliorũ auctorẽ fuisse. Quę sunt perdita consilia! an ea, q̃ pertinent ad libertatẽ populi Ro. recuperandã! quorũ consiliorũ Cęsaris, me auctorẽ & hortatorem, & esse, & fuisse fateor. q̃q̃ ille non eguit consilio cuiusq̃. sed tamẽ, vt dicit, currentem incitaui. Nam interitus quidẽ tui quis bonus nõ esset auctor! cũ in eo salus, & vita optimi cuiusq;, & libertas populi Ro. dignitasq; consisteret. Sed cũ tã atroci edicto nos concitauisset, cur ipse non affuit! nũ putatis aliqua re tristi & seuera! vino, & epulis retẽtus, & alea est: si epulę po tius, q̃ popinę nominãdę sunt. Diẽ edicti obire neglexit, & ante diẽ quartã Calẽdarũ Decem bris distulit. adesse in Capitolio iussit. qd in tẽplũ ipse nescio qua, per Gallorũ cuniculũ ascẽ dit. conuenerũt corrogati, & quidẽ ampli quidã homines, sed immemores dignitatis suę. is enim erat dies, ea fama, is impetus eius, q̃ senatũ vocarat, vt turpe senatori esset, nihil time re. Ad eos tamẽ ipsos, q̃ cõuenerãt, ne verbũ quidẽ ausus est facere de Cęsare, cũ de eo cõsti tuisset ad Senatũ referre. scriptã attulerat Consularis quidã sententiam. quid est aliud de eo referre non audere, q̃ cõtra se Consulẽ exercitũ duceret, nisi se ipsum hostẽ iudicare! necesse enim erat alterũ esse hostẽ: nec poterat aliter de aduersariis ducibus iudicari. Si igit C. Cæ sar hostis, cur Consul nihil refert ad Senatũ! si ille a Senatu notandus nõ fuit, qd potest dice re, quin cũ de illo tacuerit, se hostẽ esse cõfessus sit! quẽ in edictis Spartacũ appellat, hunc in Senatu ne improbũ quidẽ dicere audet. At in rebus tristissimis quãtos excitat risus! senten tiolas edicti cuiusdã memorię mandaui, quas videt ille peracutas putare. Ego autẽ q̃ intelli geret, qd dicere vellet, adhuc neminẽ inueni. An vlla cõtumelia est, quã facit dignus! primũ qd est dignus! nã etiã malo digni multi, sicut ipse. an quã facit is, q̃ cũ dignitate est! quę autẽ potest esse maior! quid est porro facere cõtumeliã! quis sic loquit! Deinde, nec timor quẽ de nunciat inimicus. quid est ergo! ab amico timor denunciari solet! horũ similia deinceps. non ne satius est mutum esse, q̃ quod nemo intelligat, dicere! Hem cur magister eius ex orato re, arator factus sit. vt possideat in agro publico populi Ro. cãpi Leontini duo millia iugerũ immunia: vt hoiem stultũ magis etiã ifatuet mercede publica. Sed hęc leuiora fortasse. illud

Aricię laus Municipiis accíti viri nobiles.

Bambalio.

†socius. †inimicus.

Currẽtẽ in citare.

Epulę. Popinæ.

Sẽtẽtiolę.

Dignus.

Facere con tumeliam.

Ex oratore arator.

quęro,cur tam ſubito manſuetus in Senatu fuerit,cum in edictis tam fuiſſet ferus? quid aũt attinuerit,L.Caſſio tribuno ple.fortiſſimo,& cõſtantiſſimo ciui mortẽ denunciare,ſi in Senatum veniſſet? D.Carſulenũ bene de Rep.ſentientẽ,a Senatu vi & minis mortis expellere? Tyberinũ Canutiũ,a quo erat honeſtiſſimis cõtẽtionibus & ſępe,& iure vexatus, nõ tẽplo ſolũ, verũ etiã aditu prohibere Capitolii? cui ſenatuſcõſulto ne intercederẽt verebaṫ? de ſupplicatione credo M.Lepidi clariſſimi viri,atq; id erat periculum,de cuius honore extraordinario quotidie aliqd cogitabamus,ne ei⁹ vſitatus honos impediret. Ac ne ſine cauſa videret edixiſſe,vt Senatus adeſſet,cũ de Rep.relaturus fuiſſet,allato nũcio de legione Quarta,mente concidit:effugere feſtinans,ſenatuſcõſultũ de ſupplicatione p diſceſſionẽ fecit,cũ id factũ eſſet antea nũq̃.Quę vero pfectio poſtea? qđ iter paludati? q̃ vitatio oculoꝝ,lucis,vrbis,fori? q̃ miſera fuga? q̃ fœda? q̃ turpis? Præclara tum fuit ſenatus in illo ipſo die veſpertina ꝓuinciarũ religioſa ſortitio:diuina vero opportunitas,vt q̃ cuiq; apta eſſet,ea cuiq; obueniret. Pręclare igit̃ facitis Tribuni ple.qui de pſidio Conſulũ,Senatuſq; referatis:meritoq; veſtro maximas gratias vobis oẽs & agere,& habere debem⁹.qui em̃ carere metu,& periculo poſſemus,in tãta hoim cupiditate,& audacia? ille aũt afflictus & perditus,q̃ de ſe expectat iudicia grauiora,q̃ amicorum ſuorũ? familiariſſimus ei⁹ mihi homo cõiũctus,L.Lẽtulus,& P.Naſo omni carẽs cupiditate,nullã ſe habere ꝓuinciã,nullã Antonii ſortitionẽ fuiſſe iudicauerũt.qđ idẽ fecit L.Philippus vir auo,patre,maioribuſq; ſuis digniſſimus. in eadẽ ſententia fuit homo ſumma integritate,atq; innocẽtia M.Anturanius.idẽ fecit P.Appius.ipſi etiã qui amicitiã M. Antonii veriti,plus ei tribuerunt,q̃ fortaſſe vellẽt,M.Piſo,& meus neceſſarius,& vir,& ciuis egregius,pariq; innocẽtia M.Vehilius,ſenatus auctoritati ſe obtẽperaturos eſſe dixerũt. Quid ego de L. Cinna loquar? cuius ſpectata multis magniſq; reb⁹ ſingularis integritas minus admirabilẽ fecit huius honeſtiſſimi facti gloriã,q̃ oĩno prouinciã neglexit.quã itẽ magno aĩo & cõſtãti C. Ceſſedius repudiauit.Qui ſunt igit̃ reliq,quos ſors diuina delectet? L. Antonius,& M.Antonius.O felicẽ vtrũq;:nihil em̃ maluerunt.C.Antonius Macedoniã.hunc quoq; felicẽ. hãc em̃ ſemp habebat in ore prouinciã.C.Caluiſius Aphricã.nihil felicius.modo em̃ ex Aphrica deceſſerat:& quaſi diuinãs ſe rediturũ,duos legatos Vticæ reliquerat. deinde M.Iccius Siciliã: Q.Caſſius Hiſpaniã.non habeo quid ſuſpicer. duarũ credo prouinciarũ ſortes min⁹ diuinas fuiſſe.O C.Cęſar(adoleſcẽtẽ appello)quã tu ſalutẽ Reip.attuliſti? q̃ improuiſam? q̃ repẽtinã? qui em̃ hęc fugiens fecerit,quid faceret inſequens? etem̃ in cõcione dixerat, ſe cuſtodẽ futurũ vrbis,vſq; ad Cal.Maias ad vrbẽ exercitũ habiturũ.O pclarũ cuſtodẽ ouiũ(vt aiunt) lupum. custos ne vrbis? an direptor, & vexator eſſet Antonius? Et quidẽ ſe introiturũ in vrbẽ dixit, exiturũq; cum vellet.quid iſtud? nonne audiente populo ſedens pro ęde Caſtoris dixit: niſi q vicisſet victurũ neminẽ? Hodierno die primũ P.C.longo interuallo in poſſeſſionem libertatis pedem ponimus:cuius quidẽ ego,quoad potui, nõ modo defenſor, ſed etiã conſeruator fui. cũ aũt id facere nõ poſſem,qui fui? nec abiecte,nec ſine aliqua dignitate, caſum illũ temporũ, & dolorẽ tuli.hanc vero teterrimã belluã,quis ferre poſſet? aut quomodo? quid eſt in Antonio,ꝓter libidinẽ,crudelitatẽ,petulantiã,audaciã? ex his tot conglutinat⁹ eſt.nihil apparet in eo ingenuũ,nihil moderatũ,nihil pudens,nihil pudicũ. Quapropter quoniã res in id diſcrimen adducta eſt,vtrũ ille pœnas Reip.luat,an nos ſeruiam⁹:aliquando per deos immortales P.C.†patriũ animũ,virtutẽq; capiamus.aut libertatẽ propriã Romani generis,& noſtris recuperemus,aut mortẽ ſeruituti anteponamus.Multa quę in libera ciuitate ferẽda non eſſent, tulimus,& perpeſſi ſumus,alii ſpe recuperandę libertatis,alii viuendi nimia cupiditate.ſed ſi illa tulimus,quæ neceſſitas ferre coegit,viſq; quędã pene fatalis:quę tñ ipſa non tulimus: etiã ne huius impuri latronis feremus teterrimũ,crudeliſſimũq; dominatũ? quid hic faciat,ſi potuerit,iratus? qui cũ ſuccenſere nemini poſſet,oĩbus bonis fuerit inimicus? quid hic victor nõ audebit? qui nullã adeptus victoriã tanta ſcelera poſt Cęſaris interitũ fecerit:refertam eius domum exhauſerit:hortos cõpilarit:ad ſe omnia ex his ornamẽta tranſtulerit: cędis & incẽdiorum cauſam quęſierit ex funere:duob⁹ aut tribus Senatuſcõſultis e Rep. bene factis,reliquas res ad lucrũ prędãq; reuocauerit,vendiderit:immunitate ciuitates liberauerit:prouĩcias vniuerſas ex ĩperii populi Ro.iure ſuſtulerit:exules reduxerit:falſas leges C. Cęſaris nomine,& falſa decreta in ęs incidenda,& in Capitolio figenda curauerit:earũq; rerũ omniũ domeſticũ mercatũ inſtituerit:populo Ro.leges impoſuerit:armis & pſidiis populũ Ro. & magiſtratus foro excluſerit:Senatũ ſtipauerit armatis:armatos in cella Concordię, cũ Senatũ haberet, in-

Lupus cuſtos ouium

Pro ęde Caſtoris.

† paternũ.

Mercatus.

cluſerit: ad legiones Brunduſiũ cucurrerit: ex his optime ſentiẽtes Cẽturiones iugulauerit? cũ exercitu Romã ſit ad interitũ noſtrũ, & ad diſperditionem vrbis venire conat⁹. Atq; is ab hoc impetu abſtractus conſilio & copiis Cęſaris, cõſenſu veteranorũ, virtute legionũ, ne fortuna quidẽ fractus minuit audaciã: nec ruere demẽs, nec furere deſinit: in Galliã mutilatũ ducit exercitũ: cũ vna legione, & ea vacillante L. fratrẽ expectat, quo neminẽ reperire poteſt ſui ſimiliorem. Ille autẽ ex Myrmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit ſtrages, vbicũq; poſuit veſtigia! cędit greges armentorũ, reliquiq; pecoris qđcũq; nactus eſt: epulant milites: ipſe autẽ ſe, vt fratrẽ imitetur, obruit vino: vaſtant agri, diripiunt ville: matreſfamilias, virgines, pueri ingenui arripiunt, militibus tradunt. Hęc eadẽ quacũq; exercitũ duxit, fecit M. Antonius. His vos teterrimis fratribus portas aperietis! hos inquã in vrbẽ recipietis! nõ tẽpore oblato, ducib⁹ paratis, animis militũ incitatis, populo Ro. cõſpirante, Italia tota ad libertatẽ recuperandã excitata, deorũ immortaliũ beneficio vtemini! nullũ erit tẽpus hoc amiſſo, a tergo, a fronte, a lateribꝰ tenet. ſi in Galliã venerit, nõ ille armis ſolũ, ſed etiã noſtris decretis vrgendus eſt. magna vis eſt, magnũ numen vnũ & idẽ ſentientis Senatus. Videtis ne refertũ forum! populũ Ro. ad ſpem recuperãdę libertatis erectũ! qui longo interuallo cũ frequentes hic videt nos, tum ſperat etiã liberos conueniſſe. Hunc ego diẽ expectãs, M. Antonii ſcelerata arma vitaui, tum cũ ille in me abſentẽ inuehens, non intellígebat ad qđ tempus me, & meas vires reſeruarẽ. ſi em̃ illi tum cędis initium a me quærenti reſpõdere voluiſſem, nunc Reip. conſulere nõ poſſem. hanc vero nactus facultatẽ, nullũ tẽpus P. C. dimittã, neq; diurnum, neq; nocturnum, quin de populi Ro. libertate, de dignitate veſtra qđ cogitandũ ſit, cogitẽ: qđ agendum, atq; faciendũ, id nõ modo nõ recuſem, ſed appetã etiã, atq; depoſcã. Hoc feci ſemp dum licuit, intermiſi quoad nõ licuit: iam nõ ſolũ licet, ſed neceſſe eſt etiã, niſi ſeruire malumus, q̃ ne ſeruiamus, animis armiſq; decernere. Dii immortales nobis hęc prędidia dederũt, vrbi Cæſarẽ, Brutũ Gallię. Si em̃ ille vrbẽ opprimere potuiſſet ſtatim, ſi Galliã tenere paulo poſt, optimo cuiq; pereundũ, reliquis eſſet ſeruiendũ. Hanc igit occaſionẽ oblatã tenete p deos immortales P. C. & ampliſſimi orbis terrę conſilii principes vos eſſe aliquãdo recordamini. ſignũ date populo Ro. conſiliũ veſtrũ non deeſſe Reip. quoniã ille virtutẽ ſuam nõ defuturã eſſe profitetur. nihil eſt qđ moneã. nemo eſt tam ſtultus, qui non intellígat, ſi dormierimus hoc tempore, non modo crudelẽ ſuperbãq; dominationẽ nobis, ſed ignominioſam etiã & flagitioſam eſſe ferendã, noſtis inſolentiã Antonii, noſtis amicos, noſtis totã domũ, libidinoſis, petulantibus, impuris, impudicis, aleatoribus, ebriis ſeruire: ea ſumma miſeria eſt ſummo dedecore cõiuncta. Q̃z ſi iam (qđ dii omen auertant) fatũ extremũ Reip. venit, qđ gladiatores nobiles faciunt, vt honeſte decumbant, faciamus nos principes orbis terrarũ gentiũq; omniũ, vt cũ dignitate potius cadamus, q̃ cũ ignominia ſeruiamus. Nihil eſt deteſtabilius dedecore, nihil foedius ſeruitute. ad decus, & libertatẽ nati ſumus. aut hęc teneamus, aut cum dignitate moriamur. Nimiũ diu teximus, quid ſentiremus. nunc iam apertũ eſt: oẽs iam patefecerunt, in vtrã q; partẽ quid ſentiãt, quid velint. Sunt impii ciues, p charitate Reip. nimiũ multi: pro multitudine bene ſentientiũ, admodũ pauci. quorũ opprimẽdorũ dii immortales incredibilẽ populo Ro. poteſtatẽ, & fortunã dederũt. ad ea em̃ p̃ſidia, q̃ habemus, iã accedũt Conſules ſumma prudentia, virtute, cõcordia, multos mẽſes de populi Ro. libertate cõmentati atq; meditati. His auctoribus, & ducib⁹, diis iuuãtibus, nobis vigilantib⁹, & multũ in poſterũ prouidẽtib⁹, populo Ro. cõſentiente, erimus profecto liberi breui tẽpore. iucundiorẽ autẽ faciet libertatẽ ſeruitutis recordatio. Quas ob res q; Tribuni ple. verba fecerũt, vt Senatus Calẽ. Ian. tuto haberi, ſentẽtięq; de ſumma Reip. libere dici poſſint, de ea re ita cẽſeo: vt C. Panſa, A. Hircius Cõſules deſignati, dent operã, vt Senatus Cal. Ianu. tuto haberi poſſit: q̃q; edictũ D. Bruti imperatoris Conſulis deſignati, optime de Rep. meriti, propoſitũ ſit, Senatũ exiſtimare D. Brutum imperatorẽ conſulẽ deſignatũ, optime de Rep. promereri, cũ Senatus auctoritatẽ, populiq; Ro. libertatẽ, imperiũq; defendat: q̃q; Galliã prouinciã citeriorẽ optimorũ & fortiſſimorum virorũ, amiciſſimorũ populo Ro. ciuiũ exercitũ in Senatus poteſtate retineat: id eũ, exercitumq; eius, municipia, colonias prouincię Gallię, recte, atq; ordine, exq; Rep. feciſſe, & facere: Senatũ ad ſummã Reip. pertinere arbitrari, a D. Bruto & ab L. Plãco imperatoribus Cõſſ. deſignatis, itẽq; a cęteris, qui prouincias obtinẽt, obtineri ex lege Iulia quoad ex ſenatuſcõſulto cuiq; eorũ ſucceſſum ſit: eoſq; dare operã, vt hę prouincię, Gallięq; exercitus, in Senatus populiq; Ro. poteſtate, p̃ſidioq; Reip. ſint: cũq; opera, virtute, cõſilio C. Cęſaris, ſummoq; cõſen-

Greges armentorũ.

Gladiatoꝝ mos.

Senat. cõſ.

ſu militum veteranorũ,qui eius auctoritatẽ ſecuti Reip.preſidio ſunt,& fuerunt, & a grauiſſimis periculis populus Ro.defenſus ſit,& hoc tẽpore defendat:cũq; legio Martia Albę cõſtiterit,in municipio fideliſſimo,& fortiſſimo:ſeq; ad Senatus auctoritatẽ,populiq; Ro.libertatem contulerit:q; pari conſilio eadẽq; virtute legio Quarta vſa L.Egnatuleio duce ciue egregio Senatus auctoritatẽ populiq; Ro.libertatẽ defendat, ac defenderit: Senatui magnę curæ eſſe,ac fore:& vt pro tãtis eorũ in Remp.meritis honores eis habeant, gratięq; referant, Senatui placere:vtq; C.Panſa,A.Hircius,Conſules deſignati,cũ magiſtratũ inierint,ſi eis videbit,primo quoq; tẽpore de his reb9 ad hũc ordinẽ referãt,ita vti de Rep.fideq; ſua cẽſuerit.

IN M.ANTONIVM AD QVIRITES,PHILIPPICA QVARTA.

ORATIO.XLVII.

REquentia veſtrũ incredibilis,concioq; Quirites tanta,quantã meminiſſe non videor,& alacritatẽ mihi ſummã affert Reip. defendendę,& ſpem recuperandę libertatis,q̃q̃ animus mihi nunq̃ defuit, tẽpora defuerunt.quę ſimulac primũ aliquid lucis oſtẽdere viſa ſunt, princeps veſtrę libertatis defendẽdę ſemp fui.quod ſi antẽ facere conatus eſſem,nunc facere non poſſem.hodierno em̃ die Quir. ne mediocrem rem actã arbitremini,fundamẽta ſunt iacta reliquarũ actionum.nam eſt hoſtis a ſenatu nondũ verbo appellatus, ſed re iam iudicatus Antonius.Nunc vero multo ſum erectior,q; vos quoq; hoſtem illum eſſe tanto cõſenſu,tantoq; clamore approbauiſtis.nec em̃ fieri poteſt,vt non aut ii ſint impii,qui contra Conſulẽ exercitũ comparauerunt: aut ille hoſtis,contra quem iure arma ſumpta ſunt.Hanc igit̃ dubitationẽ,q̃q̃ nulla erat,tñ nequa poſſet eſſe,Senatus hodierno die ſuſtulit.C.Cæſar,qui Rempu.libertatẽq; veſtram ſuo ſtudio,cõſilio,patrimonio deniq; tutat9 eſt,& tutat̃,maximis Senatus laudib9 ornat9 eſt.Laudo, laudo vos Quir.cũ gratiſſimis animis ꝓſequimini nomẽ clariſſimi adoleſcẽtis,vel pueri poti9,ſunt em̃ facta ei9 imortalitatis,nõ ętatis.multa memini,multa audiui,multa legi:nihil ex oim̃ ſeculorũ memoria tale cognoui:q cũ ſeruitute ꝓmeremur,& in dies malũ creſceret: ꝓſidii nihil haberemus:capitalẽ,& peſtiferũ Brũduſio M.Antonii reditũ timerem9: hoc inſperatũ oĩbus cõſiliũ,incognitũ certe cepit,vt exercitũ inuictũ ex Hiſpanis militibus cõduceret, Antoniiq; furorem crudeliſſimis conſiliis incitatum a pernicie Reip.auerteret. Quis eſt em̃,qui hoc nõ intelligat:niſi Cæſar exercitum parauiſſet,non ſine exitio noſtro futurũ Antonii reditum fuiſſe!Ita em̃ ſe recipiebat ardens odio veſtri,cruentus ſanguine ciuiũ Romanorũ, quos Sueſſæ, quos Brunduſii occiderat,vt nihil niſi de Reip.pernicie cogitaret. Quod autẽ erat præſidiũ ſalutis,libertatiſq; veſtrę,ſi C.Cæſaris fortiſſimorum ſuiq; patris militũ exercitus nõ fuiſſet! cuius de laudibus & honoribus,qui ei pro diuinis,& immortalibus meritis diuini, immortaleſq; debentur,mihi Senatus aſſenſus paulo ante decreuit,vt primo quoq; tẽpore referretur. Quo decreto quis nõ proſpicit Antoniũ hoſtem eſſe iudicatũ!quem em̃ appellare poſſumus eum,contra quẽ qui exercitus ducunt,iis Senatus arbitrat̃ ſingulares exquirendos honores! Quid legio Martia!quę mihi videt̃ diuinitus ab eo deo traxiſſe nomen,a quo populũ Ro. generatum accepimus:nonne ipſa ſuis decretis prius, q̃ Senatus,hoſtẽ iudicauit Antoniũ!nam ille ſi non hoſtis:qui Conſulem reliquerunt,hoſtes neceſſe eſt iudicemus.Præclara & luculenta reclamatione veſtra factum pulcherrimũ Martialium cõprobauiſtis:qui ſe ad Senatus auctoritatem,ad libertatem veſtrã,ad vniuerſam Rempu.contulerũt: hoſtem illum,& latronẽ, & parricidam patrię reliquerunt.nec ſolũ id animoſe,& fortiter,ſed conſiderate etiam ſapienterq; fecerunt.Albę conſtiterunt in vrbe opportuna,munita, propinqua, fortiſſimorum virorum,fideliſſimorũ ciuium,atq; optimorũ. Huius Martię legionis legio Quarta imitata virtutem, duce L.Egnatuleio,quẽ Senatus merito paulo ante laudauit,C.Cęſaris exercitũ proſecuta eſt.Quę expectas M.Antoni iudicia grauiora! Cęſar fertur in cælũ, qui cõtra te exercitum comparauit:laudant̃ exquiſitiſſimis verbis legiones,quę te reliquerunt,quę a te accerſitę ſunt,quę tuę eſſent,ſi te conſulẽ,q̃ hoſtem maluiſſes:quarũ legionum fortiſſimum,veriſſimumq; iudicium confirmat Senatus, comprobat vniuerſus populus Ro. niſi forte vos Quirites conſulem,non hoſtẽ iudicatis Antonium.Sic arbitrabar vos iudicare vt oſtenditis.municipia,colonias,prefecturas,num aliter iudicare cenſetis!omnes mortales vna mentẽ conſentiunt:omnia arma eorum,qui hęc ſalua velint,contra illã peſtem eſſe capienda.Quid D.Bru

Antonius hoſtis iudicatus.

Legio Martia.

ti iudiciũ Quir. qđ ex hodierno eius edicto perspicere potuistis: num cui tandẽ cõtemnendũ videẽ! Recte & vere negastis Quirites: est em̃ quasi deorũ immortaliũ beneficio & munere datum Reip. Brutorũ genus, & nomen ad libertatẽ populi Ro. vel constituendã, vel recuperandam. Quid igitur D. Brutus de M. Antonio iudicauit! exclusit ꝓuincia: exercitu obstitit: Galliam totã hortatur ad bellũ, ipsam sua sponte, suoq; iudicio excitatam. Si Consul Antonius, Brutus hostis. si conseruator Reip. Brutus, hostis Antonius. num igit vtrũ horum sit, dubitare possumus! Atqui vt vos vna mente vnaq; voce dubitare vos negatis, sic modo decreuit Senatus, D. Brutũ optime de Rep. mereri, cũ Senat⁹ auctoritatẽ populiq; Ro. libertatẽ, iperiũ q; defenderit, a quo defenderit! nempe ab hoste, quę est em̃ alia laudãda defensio! Deiceps laudatur prouincia Gallia, meritoq; ornat verbis amplissimis a Senatu, q; resistat Antonio. quẽ si Consulem illa prouincia putaret, neq; eũ reciperet, magno scelere se astringeret. omnes em̃ sub Consulis iure, & imperio debent esse prouincię, negat hoc D. Brutus imperator Consul designatus, natus Reipub. ciuis, negat Gallia, negat cuncta Italia, negat Senatus, negatis vos. Quis igitur illũ consulem nisi latrones putant! q̃q̃ ne ii quidẽ ipsi qđ loquuntur, id sentiũt: nec a iudicio omniũ mortaliũ, q̃uis impii, nefariiq; sint, sicut sunt, dissentire possunt. sed spes rapiendi, atq; prędandi cęcat animos eorũ: quos non bonorũ donatio, non agrorum assignatio, nõ illa infinita Pompęii hasta satiauit: qui sibi vrbẽ, qui bona, & fortunas ciuium ad prędam proposuerunt: qui dum sit qđ rapiant, qđ auferant, nihil sibi defuturũ arbitrant. quibus M. Antonius (o dii immortales auertite, & detestamini quęso hoc omen) vrbẽ se diuisurum esse promisit. Ita vero Quir. vt precamini veniat: quo huius amentię pœna, in ipsum, familiã q; eius recidat. qđ ita futurũ esse confido. iam em̃ nõ solũ hoies, sed etiã deos immortales ad Remp. cõseruandã arbitror cõsensisse. Si em̃ prodigiis, atq; portentis dii immortales nobis futura p̃dicunt: ita sunt aperte denũciata, vt & illi pœna, & libertas nobis appropinquet. si em̃ tantus cõsensus omniũ, sine impulsu deorũ esse nõ potuit, quid est, q; de voluntate cælestium dubitare possimus! Reliquũ est Quirites, vt vos in ista sentẽtia, quã prę vobis fertis, perseueretis. Faciã igit vt imperatores instructa acie solent: q̃q̃ paratissimos milites ad p̃liandum videant, vt eos tñ adhortent. sic ego vos ardentes, & erectos ad libertatẽ recuperandã adhortabor. Non est, nõ est vobis Quir. cũ eo hoste certamen, quocũ aliqua pacis cõditio esse possit. neq; em̃ ille seruitutẽ vestrã, vt antea, sed iam iratus sanguinẽ cõcupiscit. nullus ei ludus videtur esse iucũdior, q̃ cruor, q̃ cędes, q̃ ante oculos trucidatio ciuiũ. Non est vobis Quir. res cũ scelerato hoie, atq; nefario, sed cũ immani tetraq; bellua. quę quoniã in foueã incidit, obruat. si em̃ illinc emerserit, nullius supplicii crudelitas erit recusanda. sed tenet, p̃mitur, vrget, nũc iis copiis, quas iam habemus: mox iis, quas paucis diebus noui Cõsules cõparabũt. Incumbite in causam Quir. vt facitis: nunq̃ inter Senatũ & vos cõsensus maior in vlla causa fuit: nũq̃ tam vehementer cũ Senatu consociati fuistis. nec mirũ. agitur em̃ non qua cõditione victuri, sed victuri ne simus, an cũ supplicio ignominiaq; perituri. q̃q̃ mortẽ quidẽ oĩbus natura ꝓposuit. crudelitatem mortis, & dedecus, virtus propulsare solet. quę propria est Romani generis, & seminis. hanc retinete quęso Quir. quã vobis tãq̃ hęreditatẽ maiores vestri reliquerũt. q̃q̃ omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia. virtus est vna altissimis defixa radicibus, q̃ nunq̃ vlla vi labefactari potest, nunq̃ dimoueri loco. hac maiores nostri primũ vniuersam Italiam deuicerunt: deinde Carthaginẽ exciderunt: Numantiã euerterunt: potẽtissimos Reges, bellicosissimas gentes, in deditionẽ huius imperii redegerunt. Ac maioribus quidem vestris Quir. cũ eo hoste res erat, qui haberet Remp. curiã, ęrariũ, cõsensum, & concordiã ciuium, ratione aliquã, si res ita tulisset, pacis & fœderis. hic vester hostis vestram Remp. oppugnat, ipse habet nullam: Senatũ idest orbis terrę consiliũ delere gestit, ipse consiliũ publicum nullũ habet: ęrariũ vestrũ exhausit, suũ non habet. nam concordiã ciuiũ qui habere potest, nullã qui habeat ciuitatẽ! pacis vero quę potest cũ eo esse ratio, in quo est incredibilis crudelitas! fides nulla! Est igitur Quirites populo Ro. victori omniũ gentiũ, omne certamẽ cũ excursore, cum latrone, cũ Spartaco. Nã q; se simile Catilinę esse gloriari solet, scelere par est, belli iduſtria inferior. Ille cũ exercitũ nullũ haberet, repente cõflauit. hic eũ ipsum exercitũ, quẽ accepit, amisit. Vt igitur Catilinã diligẽtia mea, Senatus auctoritate, vestro studio, & virtute fregistis: sic Antonii nefariũ latrociniũ vestra cũ Senatu concordia tanta, quanta nunq̃ fuit, felicitate, & virtute exercituũ, ducũq; vestrorũ, breui tẽpore oppressum audietis. Equidẽ quãtũ cura, labore, vigiliis, auctoritate, cõsilio, eniti atq; efficere potero, nihil ꝓtermittã qđ ad libertatẽ vestrã

Consulare imperium.

Dii ꝓdigiis & portẽtis futura p̃dicunt.

Imperatores.

Virtus immobilis.

Senatus.

Excursor.

pertinere arbitrabor,neq; eñ id pro vestris in me amplissimis beneficiis sine scelere facere pos sum.hodierno autem die primum referente viro fortissimo,vobisq; amicissimo M.hoc Seruí lio,Collegisq; eius ornatissimis viris,optimis ciuibus,longo interuallo me auctore, & prin cipe ad spem libertatis exarsimus.

IN M.ANTONIVM PHILIPPICA QVINTA. ORATIO.XLVIII.

NIHIL vnq̃ longius Calẽ.Ian. mihi visum est Patres cõscripti:qđ idẽ intelligebã per hos dies vnicuiq; vestrũ videri,qui eñ bellum cum Rep.gerunt,hunc diẽ non expectant.nos autẽ tum,cũ maxime con silio vestro subuenire cõmuni saluti oporteret,in Senatũ cõuocaba mur.Sed querelã prẽteritorũ dierũ sustulit oratio Consulũ:qui ita locuti sunt,vt magis exoptatę Calẽ.Ian. q̃ serę esse videanť.Atq; vt oratio Consulũ animũ meum erexit,spemq; attulit non modo salu tis conseruandę,verũ etiã dignitatis pristinę recuperãdę:sic me per turbasset eius sententia,qui primus rogatus est, nisi vestræ virtuti, constantięq; confiderẽ. hic eñ vobis P.C. dies illuxit, hæc potestas data est,vt quantũ virtutis,quantũ constantiæ, quantũ grauitatis, in huius ordinis consilio esset,populo Ro.declarare possetis,Recordamini qui dies nudiustertius decimus fuerit, quã tus consensus vestrũ,quanta virtus,quanta cõstantia,quantã sitis a populo Ro.laudẽ, quan tam gloriã consecuti.Atq; illo die P.C.ea cõstituistis, vt vobis nihil iam sit integrũ, nisi aut honesta pax,aut bellũ necessariũ.Pacem vult M.Antonius.arma ponat,roget,deprecet, nemi nem equiorẽ me reperiet:cui dũ se ciuibus impiis cõmendat, inimicus esse, q̃ amicus maluit, nihil est profecto qđ dari possit bellũ gerenti:erit fortasse aliquid, qđ concedi possit roganti. Legatos vero ad eũ mittere,de quo grauissimũ iudiciũ nudiustertius decimus fecistis,nõ iam leuitatis est,sed vt qđ sentio dicam,dementię.primum eñ eos duces laudauistis,qui cõtra il lum priuato consilio bellum suscepissent.deinde milites veteranos: qui cũ ab Antonio in Co lonias essent deducti,illius beneficio libertatẽ populi Ro.anteposuerunt. Quid legio Martia? quid Quarta?cur laudantur?si eñ consulẽ suum reliquerunt,vituperandę sunt. si inimicũ po puli Ro.iure laudanť.Atqui cum Consules nondũ haberetis,decreuistis, vt & de p̃miis milí tum,& de honoribus imperatorũ,primo quoq; tempore referret.placet eodem tempore præ mia constituere iis,qui contra Antoniũ arma ceperunt, & legatos ad Antonium mittere?vt iam pudendũ sit,honestiora esse legionũ decreta,q̃ Senatus. siquidem legiones decreuerũt Se natum defendere contra M.Antoniũ. senatus decreuit Legatos ad Antonium.vtrum hoc est confirmare militũ animos?an debilitare virtutem?hoc dies duodecim profecerunt?vt quẽ ne mo p̃ter † Cotylam inuentus sit,qui defenderet,is habeat iam patronos,etiã Cõsulares.Qui vtinam oẽs ante me sententiã rogarenť.q̃q̃ suspicor quid dicturi sunt quidã eorum, qui post me rogabunť.facilius contradicerẽ,si quid videreť.est eñ opinio,decreturũ aliquẽ M. Anto nio illam vltimã Galliã,quã Plancus obtinet.Quid hoc aliud est,q̃ ad bellũ ciuile hosti arma largiri?primũ neruos belli pecuniã infinitã,qua nũc eget:deinde equitatũ,quantũ velit: equi tatum dico?dubitabit credo gentes Barbaras secũ adducere?hoc qui nõ videt,excors: qui eũ videt,decernit,impius.Tu ciuem sceleratũ,& perditum,Gallorũ, & Germanorũ exercitu,pe cunia,peditatu,equitatu,copiis,instrues?Nullæ istę excusationes sunt:meus amicus est,fit pa triæ prius.meus cognatus.an potest cognatio vlla propior esse,q̃ patrię?in qua etiam paren tes continentur?mihi pecuniã attribuit, cupio videre qui id audeat dicere. quid autem aga tur,cum aperuero:facile erit statuere,quam sententiam dicatis,aut sequamini. Agitur vtrũ M.Antonio facultas detur opprimendę Reip.cędis faciendę:bonorum diripiendorũ:†vrbes, agros,suis latronibus condonandi: populum Roma. seruitute opprimendi: an horum nihil facere ei liceat.dubitate quid agatis.an non cadunt hęc in Antonium? hoc ne Cotyla quidẽ dicere auderet.quid enim in eum non cadit?qui cum Cęsaris acta se defendere dicit, eius le ges peruertit,quas maxime laudare poteramus.Ille paludes siccare voluit. hic omnem Italiã moderato homini L.Antonio diuidendam dedit. quid?hãc legem populus Ro.accepit?quid? per auspicia ferre potuit?sed augur verecundus sine Collegis de auspiciis non interpretare tur.q̃q̃ illa auspicia non egent interpretatione augurum.Ioue eñ tonante cum populo Ro mano agi non esse fas qui ignorat?Tribuni Pleb.tulerunt de prouinciis contra acta Cæsaris,

Nudiustertius decimus.

† Cotylam meũ.alii mecũ.alii vnũ legunt.

Bellí neruí pecunia.

† vrbis, agrorum.

Ioue tonante,cũ populo Ioagi nefas

ille biennii, iste sexennii. num etiã hãc legẽ populus Ro. accepit? quid? promulgata fuit? quid? nonne ante lata, q̃ scripta? nonne ante factã vidimus, q̃ futurã quisq̃ est suspicatus? vbi lex Cęcilia? & Didia? vbi promulgatio trinũdinũ? vbi pœnę recenti lege Iunia, & Licinia? possunt ne hę leges ratę esse, sine interitu legũ reliquarũ? eccui potestas in forũ introeundi fuit? q̃ porro illa tonitrua? quę tẽpestas? aut si auspicia M. Antoniũ non mouerẽt, sustinere eũ, aut ferre nõ posse tantã vim tẽpestatis, imbris, ac turbinum, mirũ videret? quã legem igit se augur dicit tulisse, nõ modo tonante Ioue, sed prope cælesti clamore prohibẽre, hanc dubitabit. cõtra auspicia latã confiteri? quid? qđ cum eo collega tulit, quẽ ipse fecit sua nunciatione vitiosum, ni hil ne ad auspicia bonus Augur arbitrat9 est pertinere? Sed auspiciorũ nos fortasse erimus interpretes, qui sumus ei9 Collegę. num ergo etiã armorũ interpretes quęrimus? primũ oẽs fori aditus ita septi, vt etiã si nemo obstaret armatus, tñ nisi septis reuulsis introiri in forum nullo modo posset. sic vero erant dispositа p̃sidia, vt quomodo aditus hostiũ p̃hibet Castellis, & aggeribus, ita ab ingressione fori populũ tribunosq; ple. propulsari videres. Quibus de causis eas leges, quas M. Antonius tulisse dicit, oẽs censeo p̃ vim, & contra auspicia latas, hisq; legibus Populũ Ro. non teneri. Si quam legẽ de actis Cęsaris cõfirmandis, deve Dictatura in perpetuũ tollenda, deve Coloniis in agros deducendis tulisse M. Antonius dicit, easdẽ leges de integro, vt populũ teneant, saluis auspiciis ferre placet. Quis ergo bonas leges vitiose, per vimq; tulerit, tñ hę leges nõ sunt habendæ: omnisq; audacia gladiatoris amẽtis, auctoritate nostra repudiãda est. illa vero dissipatio pecunię publicę, ferenda nullo modo est, p̃ quã septies millies falsis perscriptionibus, donationibusq; vertit: vt portenti simile videat, tãtam pecuniam populi Ro. tam breui tẽpore perire potuisse! Quid illi immanes quęstus? ferẽdi ne? quos M. Antonii tota exhausit domus? decreta falsa vendebat: regna, ciuitates, immunitates, in æs accepta pecunia iubebat incidi. hęc se ex cõmentariis Cęsaris, quorum ipse auctor erat, agere dicebat. in interiore ędiũ parte totius Reip. nundinę: mulier sibi felicior, q̃ vir, auctionẽ prouinciarũ, regnorumq; faciebat: restituebant exules, quasi lege: sine lege, quę nisi auctoritate Senatus rescindant, quoniã ingressi in spem Reip. recuperandę sumus, imago nulla liberæ ciuitatis relinquet. Neq; solum cõmentariis commentitiis, chirographisq; venalibus innumerabilis pecunia congesta in illam domũ est: cum quę vendebat Antonius, ea se ex actis Cęsaris
Syngraphę agere diceret: sed Senatus etiã Consulta pecunia accepta falsa referebat: syngraphæ obsignabantur, senatusconsulta tanq̃ facta ad ęrariũ referebant. Huius turpitudinis testes erant etiam exterę nationes. Fœdera iterea facta, regna data, populi prouinciq; liberatę, earũ rerũ falsę tabulæ gemente populo Ro. toto Capitolio figebant. Quibus rebus tãta pecunia vna in domo coaceruata est: vt, si hoc genus in vnũ redigat, non sit pecunia populo Ro. defutura. Is etiam legem iudiciariã tulit, homo castus, atq; integer, iudiciorũ & iuris auctor. in quo vos fefellit.
Antesignani. antesignanos, & manipulares, & alaudas iudices se constituisse dicebat. at ille legit aleatores,
Alaudę. legit exules, legit Gręcos. O confessum iudicũ pręclarũ, O dignitatem consilii admirandã. pauet animus apud consiliũ illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portentũ insulę, hominem audacissimũ, & perditissimũ. sed fac ita nõ esse, nũ latine scit? num ex iudicũ genere & forma? num leges nostras moresve nouit? num denique hoies? est em̃ vobis Creta notior, q̃ Roma Cydæ. Delectus aũt & notatio iudicũ etiã in nostris ciuibus haberi solet: Cortyniũ vero iudicẽ quis nouit? aut qs nosse potuit? Nã Lysiadẽ Athenienſem plerique nouimus. est em̃ Phędri philosophi nobilis filius, homo pterea festiuus, vt ei cũ M. Curio consessore eodẽ, & colluſore facillime possit conuenire. quęro igit, si Lysiades citatus iudex nõ respõderit, excuſeturq; Areopagites esse, nec debere eodẽ tẽpore Romę, & Athenis res iudicare: accipiet ne excusationẽ is
Colluſor. qui quęstioni pręerit, gręculi iudicis, modo palliati, modo togati? an Athenienſiũ antiquissimas leges negliget? Qui porro ille cõsessus dii boni? Cretensis iudex, isq; nequissim9. quẽadmodũ ad hunc reus alleget? quomodo accedat? dura natio est. at Atheniẽses misericordes. puto ne Curiũ quidẽ esse crudelẽ, qui quotidie periculũ fortunę faciat. sunt item lecti Iudices, q̃ fortasse excusabuntur. habẽt em̃ legitimã excusationẽ, exilii causa solũ vertisse, nec esse posteа restitutos. hos ille demens iudices legisset? horũ noia ad ærariũ detulisset? his magnã partem Reipu. credidisset, si vllam speciem Reip. cogitauisset? Atq; ego de notis iudicibus dixi.
Iudicũ nomina ad ærariũ delata. quos minus nostis, nolui nominare. saltatores, citharistas, totũ denique comesationis Antoniа næ chorum in tertiã decuriam iudicum scitote esse collectum. hæc causa, cur lex tam egregia, tamq; pręclara, maximo imbri, tempestate, ventis, procellis, turbinibus, inter fulmina, & to-

nitrua ferret: vt eos iudices haberem⁹, quos socios ad epulas habere hospites nemo velit. scelerũ magnitudo, cõscientia maleficiorũ, direptio eius pecunię, cuius ratio in ęde Opis cõfecta est, hanc tertiã decuriã excogitauit: nec ante turpes iudices quęsiti, q̃ honestis iudicibus nocentiũ salus desperata est. Sed illud os, illã impuritatẽ ✳ fecissent, vt hos iudices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeret Reip. dedecus: vnũ, q̃ tam turpes iudices essent: alterum, q̃ patefactum cognitumq; esset, q̃ multos in ciuitate turpes haberemus. Hanc ego & reliquas eiusmodi leges, etiã si sine ui, saluis auspiciis essent rogatę, censerẽ tamen abrogandas. nunc vero abrogandas censeã, quas iudico nõ rogatas! An illa nõ grauissimis ignominiis, mo nimẽtisq; huius ordinis ad posteritatis memoriã sunt notanda! q̃ vnus M. Antonius in hac vrbe post conditã vrbẽ palã secũ habuit armatos! qd neq; reges fecerunt, neq; ii, qui regibus exactis regnũ occupare voluerũt. Cinnã memini, vidi Syllã, modo Cęsarẽ: hi cũ tres post ciuitatem a L. Bruto liberatã, plus potuerunt, q̃ vniuersa Respu. nõ possum affirmare nullis telis eos stipatos fuisse. hoc dico, nec multis, & occultis. at hanc pestẽ agmen armatorũ sequebatur: Classitius, Mustella, Tiro gladios ostẽtantes sui similes greges ducebãt per forũ: certum agminis locũ tenebãt Barbari sagittarii. cũ aũt erat ventũ ad ędẽ Concordię, gradus cõplebãtur, lecticę collocabant: nõ q̃ ille scuta vellet occulta esse, sed ne familiares, si scuta ipsi ferrẽt, laborarẽt. Illud vero teterrimũ auditu, nõ modo aspectu. in cella Cõcordię collocari armatos latrones, sicarios: e tẽplo carcerẽ fieri: apertis valuis Cõcordię, cũ inter subsellia Senatus versarent latrones, patres cõscriptos sentẽtias dicere. huc etiã nisi venirẽ Cal. Septembris, fabros se missurũ, & domũ meã disturbaturũ esse dixit. magna res credo agebat. de supplicatione referebat. veni postridie, ipse nõ venit. locutus sum de Rep. minus equidẽ libere, q̃ mea cõsuetudo, liberius tñ, q̃ pericula, minęq; postulabant. At ille homo vehemẽs, & violẽtus, qui hãc cõsuetudinẽ libere dicendi excluderet: fecerat em̃ hoc idẽ maxima cũ laude L. Piso. XXX. dieb⁹ ante me: inimicitias mihi denũciauit: adesse in Senatu iussit ad. XIII. Cal. Octobris. ipe interea decem & septem dies, vt digestio potius q̃ declamatio videret, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quęrens. hæc em̃ ei causa esse solet declamãdi. Cũ is dies, quo me adesse iusserat, venisset: tũ vero agmine quadrato in ędẽ Cõcordię venit, atq; in me absentem oratione ore impurissimo euomuit. quo die, si p amicos mihi cupiẽti in Senatũ venire licuisset, cędis initiũ fecisset a me: sic em̃ statuerat. cũ autẽ semel gladiũ scelere imbuisset, nulla res ei finem cędendi, nisi defatigatio, & satietas, attulisset. etem̃ aderat L. frater gladiator Asiaticus, q̃ Myrmillo Milasis depugnarat: sanguinẽ nostrũ sitiebat: suũ in illa gladiatoria pugna multũ profuderat. hic pecunias nostras ęstimabat: possessiones notabat, & vrbanas, & rusticas: huius mendicitas auiditati cõiuncta in fortunas nostras imminebat: diuidebat agros q̃bus, & quos volebat: nullus aditus erat priuato, nulla equitatis deprecatio: tãtũ quisq; habebat possessor, quantũ reliquerat diuisor Antonius. Quę q̃q̃, si leges irritas feceritis, rata esse nõ possunt, tñ separatim suo nomine notanda cẽseo: iudicandũq; nullos Septemuiros fuisse, nihil placere ratum esse, qd egissent, aut qd ab iis actum diceret. M. vero Antonium, quis est qui ciuem possit iudicare potius, q̃ terterrimum, & crudelissimum hostem! qui pro ædẽ Castoris sedens, audiente Populo Ro. dixerit, nisi victorem victurum neminem! num putatis P. C. dixisse eũ minacius, q̃ facturum fuisse! quid vero, qd in cõcione dicere ausus est! se cum magistratu abisset, ad vrbem venturũ cũ exercitu, introiturũ quotiescũq; vellet! quid erat aliud, nisi denunciare populo Ro. seruitutẽ! Quod aũt eius iter Brundusiũ! quę festinatio! quæ spes! nisi vt ad vrbẽ potius exercitũ maximũ adduceret! qui autẽ delectus Centurionũ! quę effrenatio impotentis animi! Cum eius promissis legiones fortissimę reclamassent, domũ ad se venire iussit Cẽturiones, quos bene de Rep. sentire cognouerat: eosq; ante pedes suos, vxorisq; suę, quam secũ grauis imperator ad exercitum duxerat, iugulari coegit. quo animo hunc cẽsetis futurũ in nos, quos oderat, cum in eos, quos nunq̃ viderat, tam crudelis fuisset! & q̃ auidũ in pecuniis locupletũ, qui pauperũ sanguinẽ cõcupisset! quorum ipsorum bona, quantacũq; erant, statim suis comitibus, cõpotoribusq; descripsit. Atq; ille furẽs infesta iã patrię signa Brũdusio inferebat. cum Cęsar deorũ immortaliũ beneficio diuini animi, ingenii, cõsilii magnitudine, cũ sua spõte eximiaq; virtute, tũ approbatione auctoritatis meę, Colonias patris adiit, veteranos milites cõuocauit, paucis diebus exercitũ fecit: incitatos latronis impetus retardauit. Postea vero q̃ legio Martia ducẽ prẽstantissimũ vidit, nihil egit aliud, nisi vt aliquãdo liberi essemus. quã est imitata Quarta legio. Quo ille nuncio audito, cũ Senatum vocasset, adhibuissetq; Cõsu-

Anto. Cicero ni denũciat inimicitias.

Digestio. Declamatio.

larem,qui ſua ſententia C.Cęſarē hoſtē iudicaret,repente concidit. Poſt autē neq; ſacrificiis ſolennibus factis,neq; votis nuncupatis,profectus eſt,& profugit paludatus. At quo!in prouinciā firmiſſimorū,& fortiſſimorū ciuiū:qui illū,ne ſi ita quidē veniſſet,vt nullū bellū inferret,ferre potuiſſent,impotentē,iracundū,cōtumelioſum,ſuperbū,ſemper poſcentem,ſemp rapientem,ſemper ebriū.At ille,cuius ne pacatā quidē nequitiā quiſq; ferre poſſet,bellū intulit prouincię Gallię:circūſedit Mutinam firmiſſimā & ſplendiſſimā populi Ro.coloniam:oppugnat D.Brutū imperatorē,conſulē deſignatū,ciuem nō ſibi ſed nobis & Reip.natū.Ergo Annibal hoſtis!ciuis Antonius!quid ille fecit hoſtiliter,qđ hic aut nō fecerit,aut nō faciat, aut non moliatur,& cogitet!totū iter Antonii quid habuit,niſi depopulationes,vaſtationes,cędes,rapinas!quæ nō faciebat Annibal,quia multa ad vſum reſeruabat:hęc ii,qui in horā viuunt,nō modo de fortunis,& de bonis ciuiū,ſed ne quidē de vtilitate ſua cogitauerunt. Ad hunc(dii boni)legatos mitti placet!norunt iſti hoīes formā Reipublicę,iura belli,exēpla maiorum!cogitant quid populi Ro.maieſtas,quid Senatus ſeueritas poſtulet! Legatos decernitis,ſi vt deprecentur,contēnet:ſi vt imperetis,nō audiet. deniq; q̄uis ſeuera legatis mandata dederimus,nomen ipſum Legatorū hunc,quē vidimus, reſtinguet ardorē municipiorū, atq; Italię frāget aīos,vt omittā hęc,quę magna ſunt:iſta legatio morā,& tarditatē afferet bello, q̄uis dicant,& quoſdā audiam dicturos:legati proficiſcant:bellū nihilominus pareāt:tñ legatorum nomē ipſum,& animos molliet,& belli celeritatē morabit.Minimis momētis P.C.maximę inclinationes temporū fiunt,cū in omni caſu reipublicę,tum in bello,& maxime ciuili, qđ opinione plerūq; & fama gubernat. nemo quęret quibuſcū mandatis legatos miſerimus: nomen ipſum legationis vltro miſſę timoris eſſe ſignū videbit.recedat a Mutina, deſinat oppugnare Brutū,decedat ex Gallia:nō eſt verbis rogādus,cogendus eſt armis.Non em̄ ad Annibalem mittimus,vt a Sagunto recedat:ad quē miſerat olim Senatus P.Valeriū Flaccum,& Q.Fabiū Pāphilū:qui,ſi Annibal non pareret,Carthaginē ire iuſſi ſunt.noſtros Legatos quo iubebimus ire,ſi nō paruerit Antonius!ad noſtrū ciuē mittimus,ne imperatorē, ne Coloniā populi Ro.oppugnet.Ita ne vero!hoc per legatos rogādus eſt!quid intereſt per deos immortales,vtrū hanc vrbē oppugnet!an huius vrbis propugnaculū,coloniāq; populi Ro. pręſidii cauſa collocatā!Belli Punici ſecundi,qđ contra maiores noſtros Annibal geſſit,cauſa fuit Saguntī oppugnatio.recte ad eū Legati miſſi.mittebant ad Pœnū,mittebant pro Annibale hoſtibus noſtris & ſociis.quid ſimile tandē!nos ad ciuē mittemus, ne Imperatorē populi Ro.ne exercitū,ne coloniā circūſedeat,ne oppugnet,ne agros depopulet,ne ſit hoſtis.Age,ſi paruerit,hoc ciue vti aut volum⁹ aut poſſum⁹!Ante diē.XIIII.Cal.Ian.decretis veſtris eū cōcidiſtis:cōſtituiſtis vt hęc ad vos Cal.Ian.referrent,q̄ referri videtis,de honoribus,& p̄miis bene de Repu.meritorū,& merentiū:quorum principē iudicauiſtis eum,qui fuit,C.Cęſarē,qui M. Antonii impetus nefarios ab vrbe in Galliam vertit.deinde milites veteranos, qui primi Cæſarem ſecuti ſunt.tum illas cæleſtes,diuinaſq; legiones,Martiā,& Quartā:quibus,cū Conſulem ſuum nō modo reliquiſſent,ſed bello etiā perſequerent,honores & prędmia ſpopondiſtis: eodemq; die D.Bruti præſtantiſſimi ciuis edicto allato,atq; propoſito,factū eius collaudauiſtis:quodq; ille bellum priuato conſilio ſuſceperat,id vos auctoritate publica cōprobauiſtis. Quid igitur illo die aliud egiſtis! niſi vt re hoſtē iudicaretis Antonium!his veſtris decretis aut ille vos ęquo animo aſpicere poterit! aut vos illū ſine dolore ſummo videbitis! Excluſit illum a Repu.diſtraxit,ſegregauit,nō ſolū ſcelus illius,ſed etiā,vt mihi videtur,fortuna quædam Reipublicę.qui ſi Legatis paruerit, Romamq; redierit, nunquando perditis ciuibus vexillum,quo concurrant,defuturū putatis!ſed hoc minus vereor.ſunt alia,ob quę magis nūq̄ parebit ille legatis.noui hoīs inſaniā, arrogantiā, noui perdita conſilia amicorū, quibus ille eſt deditus.Lucius quidē frater ei⁹,vtpote qui peregre depugnauit,familiā ducit.ſi per ſe ipe ſanus,qđ nunq̄ erit,per hos eſſe ei tamen nō licebit.teretur interea tēpns,belli apparatus refrigeſcent.vnde eſt adhuc bellū,niſi retardatione,& mora!vt primū poſt diſceſſum latronis, vel potius deſperatā fugam,libere Senatus haberi potuit,ſemper flagitaui,vt cōuocaremur: quo die primū conuocati ſumus,cū deſignati Cōſules nō adeſſent, ieci ſentētia mea maximo veſtro cōſenſu fundamēta Reip.ſerius omnino,q̄ decuit:nec em̄ ante potui. ſed tñ ſi ex eo tēpore dies nullus intermiſſus eſſet,bellū p̄fecto nullū haberemus.Omne malū naſcēs facile opprimit:inueteratū fit plerūq; robuſtius.Sed tum expectabant Calen.Ianu.fortaſſe nō recte.verum p̄terita omittamus,etiā ne hanc morā afferemus, dū p̄ficiſcant Legati!dum reuertant!

In horā viuere.

Belli Pu. ſecūdi cauſa.

Cæleſtes legiones.

Malum naſcēs facile opprimit, inueteratū fit robuſti⁹

quorum expectatio dubitationē belli afferet. bello autē dubio,qđ potest studiū esse delectus? Quāobrē P.C. Legatoꝝ mētionē nullā censeo faciendā:rem administrandā arbitror sine vlla mora:& confestim gerendā censeo:tumultū decerni,iustitiū indici,saga sumi dico oportere, delectū haberi sublatis vacationibus in vrbe,& in Italia,ꝓter Galliā totā. Quæ si erūt facta, opinio ipsa & fama vestræ seueritatis obruet scelerati gladiatoris amentiā. sentiet sibi bellū cū Rep. esse susceptū: experietur cōsentiētis Senatus neruos,atq; vires. nā nūc quidē partiū cōtentionē esse dictitat. quarū partiū? alteri victi sunt,alteri sunt e mediis C. Cęsaris ptibus. Nisi forte Cæsaris partes a Pansa, & Hircio cōsulibus,& a filio C. Cæsaris oppugnari putamus. Hoc vero bellū nō ex dissensione partiū, sed ex nefaria spe pærditissimoꝝ ciuiū excitatū, quibus bona,fortunęq; nostræ notæ sunt,& iā ad cuiusq; opinionē distributę. Legi epistolam Antonii,quā ad quēdā †Septemuirū capitalē hominē Collegā suū miserat. Quid cōcupiscas tu videris:qđ cōcupiueris certe habebis. Hem ad quē Legatos mittamus? cui bellū moremur inferre? qui ne sorti quidē fortunas nostras destituit:sed libidini cuiusq; nos ita addixit,vt ne sibi qđē quicq̄ integrū,qđ nō alicui promissum iā sit,reliquerit. cū hoc P.C. bello,bello inquā certādū est,idq; cōfestim. legatoꝝ tarditas repudiāda est. Quapropter ne multa nobis quotidie decernēda sint:Cōsulibus totā Rēp. cōmittendā censeo:hisq; pærmittendū,vt Rēp. defendant,prouideātq; ne qd Resp. detrimēti accipiat:censeoq; vt iis q̄ in exercitu Antonii sunt,ne sit ea res fraudi,si ante Cal. Feb. ab eo discesserint. Hæc si cēsueritis Patres cōscripti, breui tēpore libertatē Reip. auctoritatēq; vestrā recuperabitis. si aūt lenius agetis,tñ cadē,sed fortasse serius decernetis. de Rep. quoad retulistis,satis decreuisse videor. Altera res est de honoribus. de qbus deinceps intellīgo esse dicēdū. Sed q̄ ordo in sentētiis rogādis seruari solet,eūdē tenebo in viris fortibus honorādis. a Bruto igit̄ Consule designato more maioꝝ capiamus exordiū:cuius,vt superiora omittā,quæ sunt maxima illa qdē,sed adhuc hominū magis iudiciis,q̄ publice laudata: qbusnā verbis eius laudes huius ipsius tēporis consequi possumus? neq; eī vllā mercedē tāta virtus,ꝓter hāc laudis,glorięq; desiderat. qua etiā si careat,tñ sit se ipsa cōtēta. q̄q̄ in memoria gratoꝝ ciuiū,tā̄q̄ in luce posita lętet. laus igit̄ iudicii,testimonii q; vestri tribuēda Bruto est. quāobrē his verbis P.C. Senatus cōsultū faciēdū cēseo. Cum D. Brutus Imp. Cons. designatus,prouinciā Galliā in Senatus Populiq; Ro. potestate teneat: cū q; exercitū tantū,tā breui tēpore summo studio municipioꝝ, coloniarūq; prouinciæ Galliæ optime de Rep. meritę,merentisq; cōscripserit,cōparārit:id eū recte, & ordine,exq; Rep. fecisse:idq; D. Bruti ꝑstātissimū meritū in Rēp. Senatui,Populoq; Ro. gratū esse,& fore. Itaq; senatū Populūq; Ro. existimare D. Bruti imperatoris Cons. desig. opera,cōsilio,virtute,incredibiliq; studio,& cōsensu prouincię Galliæ,Reip. difficillimo tēpore esse subuentū. Huic tāto merito Bruti P.C. tātoq; in rēpublicā beneficio,quis est tātus honos,qui nō debeat? nā si M. Antonio patuisset Gallia:si oppressis municipiis,& coloniis imparatis,in illā vltimā Galliam pene trare potuisset:quātus Reip. terror impēderet? dubitaret credo homo amētissimus,atq; oīb⁹ cōsiliis ꝓceps,& deuius,nō solū cū exercitu suo, sed etiā cū omni immanitate Barbariæ bellū inferre nobis,vt eius furorē ne Alpiū qdē muro cohibere possemus. Hæc igit̄ habēda gratia est D. Bruto,qui illū nōdū interposita auctoritate vestra,suo cōsilio,atq; iudicio, nō vt cōsulem recepit,sed vt hostē arcuit:Galliā,seq; obsideri,q̄ hāc vrbē maluit. Habeat ergo huius tāti facti,tāq; ꝓclari decreto vestro testimoniū sempiternū:Galliaq;,quę semp ꝓsidet,atq; ꝓsedit huic Imperio,libertatiq; cōmuni,merito vereq; laudet,q; se,suasq; vires nō tradidit, sed opposuit. Atq; etiā M. Lepido pro eius egregiis in Rēp. meritis decernendos honores q̄amplissimos censeo. semp ille Populū Ro. liberū esse voluit,maximūq; signū illo die dedit volūtatis, & iudicii sui:cū Antonio diadema Cæsari imponēte,se auertit:gemituq;,& mœstitia declarauit quantū haberet odiū seruitutis:q̄ Populum Ro. liberū cupęret:q̄ illa quæ tulerat,tēporū magis necessitate,q̄ iudicio tulisset. Quāta vero is moderatione vsus sit, in illo tēpore ciuitatis,qđ post mortē Cæsaris consecutum est,quis nostrū obliuiscī potest? Magna hæc,sed ad maiora pærat oratio. quid em̄,o dii immortales,admirabilius oībus gētibus? quid optatius Populo Ro. accidere potuit? q̄ cū bellū ciuile maximū esset, cuius belli exitū oēs timeremus, sapientia etiā id potius extingui,q̄ armis & ferro rē in discrimen adducere? Q; si eadē ratio Cęsaris fuisset,in illo tetro miseroq; bello:vt omittā patrē,duos Cn. Pompęii summi & singularis viri filios incolumes haberemus. quibus certe pietas fraudi esse nō debet. vtinā oēs M. Lepidus,seruare potuisset:facturū fuisse declarauit in eo qđ potuit,cū Sex. Pompęiū restituit

Tumult⁹. Iustitium. Saga. Vacatiōes. †P. Septimium. Quid cōcupiscas tu videris &c. Virtus se ipsa cōtēta. Senat. cōs. honorifica cum de Bruto. Fraudi ēē.

ciuitati, maximũ ornamentũ reipublicę, clariſſimũ monimentũ clemẽtię ſuę. grauis illa fortũna Populi Ro. graue fatũ. Põpeio em̃ patre, qđ imperii Populi Ro. lumẽ fuit, extincto, interfectus eſt patris ſimillimus filius. ſed oĩa mihi facta videnẽ deorũ imortaliũ iudicio, & pietate, Sex. Põpeio Reip. cõſeruato. Quã ob cauſam iuſtã, atq; magnã: & q; periculoſiſſimũ ciuile bellũ, maximũq;, humanitate & ſapiẽtia ſua M. Lepidus ad pacẽ, cõcordiãq; cõuertit: Senatuſcõſultũ his verbis cẽſeo pſcribẽdũ. Cũ a M. Lepido Imp. Põtifice Max. ſępenumero Reſp. & bene, & feliciter geſta ſit: Populuſq; Ro. intellexerit ei dominatũ regiũ maxime diſplicere: cũq; eius opa, virtute, cõſilio, ſingulariq; clemẽtia, & manſuetudine bellũ acerbiſſimũ ciuile ſit reſtinctũ: Sex. q; Põpeius, Cn. F. Magnus huius ordinis auctoritate ab armis diſceſſerit, & a M. Lepido Imp. Pont. Max. ſumma Senatus Populiq; Ro. volũtate ciuitati reſtitutus ſit: Senatũ populũq; Ro. pro maximis plurimiſq; in Rẽp. M. Lepidi meritis, magnã ſpem in eius virtute, auctoritate, felicitate, reponere, otii, pacis, cõcordię, libertatis: eiuſq; in Remp. meritor̃ ſenatũ Populũq; Ro. memorẽ fore: eiq; ſtatuã equeſtrẽ inauratã in roſtris, aut quo alio loco in foro vellet, ex huius ordinis ſentẽtia ſtatui placere. Qui honos P. C. mihi maximus videtur. primũ, quia iuſtus eſt. nõ em̃ ſolũ datur ꝓpter ſpem tẽpor̃ reliquor̃, ſed pro ampliſſimis meritis reddit. nec vero cuiq̃ poſſumus cõmemorare hũc honorẽ a Senatu tributũ iudicio Senatus ſoluto, & libero. Venio ad C. Cæſarẽ P. C. qui niſi fuiſſet, quis noſtrũ eſſe potuiſſet! aduolabat ad vrbẽ a Brunduſio homo imporẽtiſſimus, ardens odio, animo hoſtili in oĩs bonos cũ exercitu Antonius. quid huius audaciæ, & ſceleri poterat opponi! nõdũ vllos duces habebamus, nõ copias: nullũ erat conſiliũ publicũ, nulla libertas: dandę ceruices erant crudelitati nefarię: fugã q̃rebamus oẽs: quæ ipſa exitũ nõ habebat. quis tũ nobis, quis Populo Ro. obtulit hũc diuinũ adoleſcentẽ deus! qui, cũ oĩa ad pernicię noſtrã peſtifero illi ciui paterent, ſubito ꝑter ſpem oĩm exortus, prius confecit exercitũ, quẽ furori M. Antonii opponeret, q̃ quiſq̃ hoc eũ cogitare ſuſpicaret. Magni honores habiti Cn. Põpeio, cũ eſſet adoleſcens, & gdẽ iure: ſubuenit em̃ reipublicę: ſed ætate multo robuſtior, & militũ ducẽ q̃rentiũ ſtudio paratior, & in alio genere belli. non em̃ oĩbus Syllę cauſa grata. declarat multitudo proſcriptor̃, tot municipior̃ maximę calamitates. Cæſar aũt annis multis minor veteranos cupiẽtes iã requieſcere armauit: eã cõplexus eſt cauſam, q̃ eſſet Senatui, q̃ populo, q̃ cũctę Italiæ, q̃ diis oĩbus gratiſſima. Et Põpeius ad L. Syllę maximũ imperiũ, victorẽq; exercitũ acceſſit. Cæſar ſe ad neminem adiũxit: ipſe princeps exercitus faciẽdi, & pſidii cõparãdi fuit. Ille in aduerſarior̃ ptibus agrũ Picenũ habuit munitũ. hic ex Antonii amicis, ſed amicioribus libertati, cõtra Antoniũ cõſecit exercitũ. Illius opibus Sylla regnauit. huius pſidio Antonii dominatus oppreſſus eſt. Demus igit̃ imperiũ Cæſari: ſine quo res militaris adminiſtrari, teneri exercitus, bellũ geri nõ poteſt: & ꝑ Populo Ro. eo iure, quo q optimo, q honos, q̃q̃ eſt magnus illi ætati, tñ ad neceſſitatẽ rerũ gerendarũ, nõ ſolũ ad dignitatẽ valet. itaq; illa q̃ramus, quę vix hodierno die cõſequemur. Sed ſæpe ſpero fore, huius adoleſcẽtis hortãdi honorãdiq; & nobis & Populo Ro. poteſtatẽ. hoc aũt tẽpore ita cẽſeo decernendum. Q. C. Cæſar C. F. Pontifex, Proprætor, ſummo Reip. tẽpore milites & veteranos ad libertatẽ Populi Ro. cohortatus ſit, eoſq; cõſcripſerit: q; q; legio Martia, Quartaq; ſummo ſtudio, optimoq; in Rẽp. cõſenſu, C. Cæſare duce & auctore rẽpublicã, libertatẽ Populi Ro. defendãt, defenderint: & q; C. Cęſar Proprætor, Galliæ prouinciæ cũ exercitu ſubſidio ꝑfectus ſit: equites, ſagittarios, elephantos in ſuã Populiq; Ro. poteſtatẽ redegerit: difficillimoq; Reip. tẽpore ſaluti, dignitatiq; Populi Ro. ſubuenerit: ob eas cauſas Senatui placere C. Cæſarẽ, C. F. Pontificẽ, Proprætorẽ, Senatorẽ eſſe, ſentẽtiãq; loco ꝑtorio dicere: eiuſq; rationẽ q̃cũq; appetet, ita haberi, prout haberi lege liceret, ſi anno ſupiore Quęſtor fuiſſet. Quid eſt em̃ P. C. cur eũ non q̃primũ ampliſſimos honores capere cupiamus! Legibus em̃ annalibus cũ grandiorẽ ætatẽ ad Conſulatũ cõſtituebãt, adoleſcentię temeritatẽ verebãtur. C. Cæſar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiaq; virtute, ꝓgreſſum ætatis expectari nõ oportere. Itaq; maiores noſtri veteres illi admodũ antiqui leges annales nõ habebãt: quas multis poſt annis attulit ambitio, vt gradus eſſent petitionis inter æquales. Ita ſępe magna indoles virtutis prius q̃ Reip. prodeſſe potuiſſet, extincta fuit. At vero apud antiquos Rulli, Decii, Coruini, multiq; alii, recẽtiore aũt memoria ſupior Aphrican⁹, T. Flamininus, admodũ adoleſcẽtes Cõſules facti tãtas res geſſerũt, vt Populi Ro. imperiũ auxerint, nomen ornarint. Quid Macedo Alexander! cũ ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nõne tertio & trigeſimo anno mortẽ obiit! quę eſt ætas noſtris legibus decẽ annis minor, q̃ Cõſularis.

S. C. de C. Octauio.

Sũmũ tempus reip.

Statua inaurata.

C. Octauii Cæſ. laus.

Põpeii & Octauii Cęſa. cõparatio.

S. C. de C. Octauio.

Leges annales.

Alexander Macedo.

Conſularis ætas.

ex quo iudicari potest, virtutis esse q̃ ætatis cursum celeriorẽ. Nã qđ ii qui Cæsari inuident, simulant se timere: ne verẽdũ quidẽ est, vt tenere se possit, vt moderari, ne honoribus nostris elatus intẽperantius suis opibus vtat. Ea natura rerũ est P.C. vt q sensum veręq; glorię ceperit, quiq; se ab Senatu, ab Equitibus Romanis, Populoq; Ro. vniuerso senserit ciuẽ clarũ haberi salutarẽq; reipublicę, nihil cũ hac gloria cõparandũ putet. Vtinã C. Cęsari, patri dico, cõtigisset adolescẽti, vt esset Senatui, atq; optimo cuiq; charissimus. qđ cũ cõsequi neglexisset, oẽm vim ingenii, q̃ summa fuit in illo, in populari leuitate cõsumpsit. Itaq; cũ respectũ ad Senatũ, & ad bonos nõ haberet, eã sibi viã ipse patefecit ad opes suas amplificãdas, quã virtus liberi populi ferre nõ posset. Eius aũt filii lõgissime diuersa ratio: q cũ oĩb9 est, tũ optimo cuiq; charissimus. in hoc spes libertatis posita est, ab hoc accepta iã salus, huic summi honores & exq̃rũtur, & parati sunt. cuius igit̃ singularẽ prudẽtiã admiramur, eius stultitiã timemus! quid em̃ stultius, q̃ inutilẽ potẽtiã, inuidiosas opes, cupiditatẽ dominãdi p̃cipitẽ, & lubricã antefer re verę, graui, solidę glorię! an hoc vidit puer! si ætate p̃cesserit, nõ videbit! At est qbusdã inimicus clarissimis atq; optimis ciuib9. nullus iste timor eẽ debet. ois Cæsar inimicitias Reip. cõdonauit. hãc sibi iudicẽ cõstituit, hãc moderatricẽ oĩm factoꝝ. ita em̃ ad Rẽp. accessit, vt eã cõfirmaret, nõ vt euerteret. ois habeo cognitos sensus adolescẽtis: nihil est illi Rep. charius, nihil vestra auctoritate grauius, nihil bonoꝝ virorꝝ iudicio optatius, nihil vera gloria dulcius. Quãobrẽ ab eo nõ modo nihil timere, sed maiora & meliora expectare debetis: neq; ĩ eo q ad D. Brutũ obsidione liberãdũ profectus sit, timere ne memoria maneat domestici doloris, q̃ plus apud eũ possit, q̃ salus ciuitatis. Audebo etiã obligare fidẽ meã P.C. vobis, Populoq; Romano: qđ pfecto, cũ me nulla vis cogeret, facere nõ auderẽ, ptimescerẽq; ĩ re maxima piculosam opinionẽ temeritatis. promitto, recipio, spõdeo Patres cõscripti, C. Cæsarẽ talẽ semp fore ciuẽ, qualis hodie sit, qualẽq; eũ maxime velle & optare debemus. Quę cũ ita sint, de Cæsare satis hoc tẽpore dictũ habeo. Nec vero de L. Egnatuleio fortissimo, & cõstãtissimo ciue, amicissimo Reip. silẽdũ arbitror: sed tribuẽdũ testimoniũ virtutis egregię, q̃ is legionẽ Quartã ad Cęsarẽ adduxerit, q̃ p̃sidio Cõsulib9 Senatui Populoq; Ro. reiq; pub. eẽt. ob eã causam placere, vti L. Egnatuleio triennĩũ ante legitimũ tẽpus magistratus p̃tere, capere, gerere liceat. In quo P.C. nõ tãtũ cõmodũ tribuit̃ L. Egnatuleio, quãtũ honos. in tali em̃ re latis est noiari. De exercitu aũt C. Cęsaris ita cẽseo decernẽdũ. Senatui placere, militib9 veteranis, q̃ Cæsaris Põtificis, auctoritatẽq; huius ordinis defenderint, atq; defendãt, his liberisq; eoꝝ militię vacationẽ esse: vtiq; C. Pãsa, A. Hircius Cõsules alter, ambove cognoscerẽt, q̃ ager colonus eẽt, quo milites veterani deducti essent, q̃ cõtra legẽ Iuliam possideret̃, vt is militibus veteranis diuideret̃. de agro Cãpano separatim cognoscerẽt, inirẽtq; rationẽ de cõmodis militũ veteranoꝝ augẽdis: legioniq; Martię, & legioni Quartę, & iis militibus q̃ de legione Secũda, trigesimaquinta, ad C. Pãsam, A. Hirciũ cõsules venissent, suaq; noĩa dedissent, q̃ his Senatus, Populiq; Ro. libertas charissima sit, & fuerit, vacationẽ militiæ ipsis, liberisq; eoꝝ, eẽ placere, extra tumultum Gallicum, Italicũq;: easq; legiones bello cõfecto missas fieri placere: quãtãq; pecuniã militibus earũ legionũ in singulos C. Cæsar Põtifex Propręt̃or pollicitus sit, tãtã dari placere: vtiq; C. Pansa, A. Hircius Cõsules alter, ambove rationẽ agri habeãt, q̃ sine iniuria priuatoꝝ diuidi possit: hisq; militibus legionis Martię, & legionis Quartæ ita darẽt, assignarẽt, vt qbus militibus amplissime dati, assignati essent. Dixi ad ea oĩa Cõsules, de qbus retulistis: quę sine mora, matureq; decreta, facilius apparabitis ea, q̃ tẽpus & necessitas flagitat. celeritate autem opus est: qua si essemus vsi, bellum, vt sæpe dixi, nullum haberemus.

Cicer. testimoniũ de Octauio.

Sponsio Ciceronis p Octauio.

L. Egnatuleii laus.

Ager colonus.

Extra tumultũ Gallicum.

IN M. ANTONIVM AD QVIRITES, PHILIPPICA SEXTA. ORATIO. XLIX.

AVDITA Vobis esse arbitror Quir. quæ sint acta in Senatu, quę fuerit cuiusq; sentẽtia. res enim ex Cal. Ian. agitata, paulo ante confecta est: minus quidẽ illa seuere q̃ decuit, nõ tamẽ omnino dissolute. mora est allata bello, nõ causa sublata. Quamobrẽ qđ quęsiuit me P. Apuleius homo, & multis officiis mihi, & summa familiaritate cõiũctus, & vobis amicissimus, ita respondebo: vt ea quibus non interfuistis, nosse possitis. Causa fortissimis optimisq; Cõsulibus Calẽdis Ian. de Rep. primũ referendi fuit, ex eo qđ. XIII. Cal. Ian. Senatus me auctore decreuit. Eo die primũ Quir. fundamenta iacta sunt reipu.

In M. Antonium

Fuit enim longo interuallo ita liber Senatus, vt vos aliquando liberi essetis. Quo quidē tempore, etiā si ille dies vitæ finē mihi allaturus esset, satis magnū ceperam fructū, cū vos vniuersi vna mēte atq; voce iterū a me conseruatā esse Rēp. conclamastis. Hoc vestro iudicio tā to tāq; pclaro excitatus, ita Calēdis Ian. veni in Senatū, vt meminissem quā psonā impositā a vobis sustinerē. Itaq; bellū nefariū illatū Reip. cū viderē, nullā morā interponendā insequendi M. Antoniū putaui: hominēq; audacissimū, qui multis nefariis rebus ante cōmissis, hoc tēpo re Imperatorē Populi Ro. oppugnaret: Coloniā vestrā fidissimā, fortissimāq; obsideret: bello censui persequēdū. tumultū esse decerni, iustitiū edici, saga sumi dixi placere: quo oēs acrius, grauiusq; incūberēt ad vlciscendas Reip. iniurias, si oīa grauissimi belli insignia suscepta a Senatu viderēt. Itaq; hęc sentētia sic p triduū valuit, vt q̄q̄ discessio facta nō esset, tamē præter paucos, oēs mihi assensuri viderētur. Hodierno autē die nescio qua obiecta re remissior Senatus fuit. nā plures eam sententiā secuti sunt, vt quātū Senatus auctoritas, vesterq; cōsensus apud Antoniū valiturus esset, per Legatos experiremur. Intellīgo Quir. a vobis hanc sententiam repudiari: neq; iniuria. ad quem enim legatos? ad eum ne? qui pecunia publica dissipata, atq; effusa, per vim, & contra auspicia impositis Reip. legibus, fugata concione, obsesso Senatu, ad opprimendā Remp. Brundusio legiones accersierit: ab his relictus, cum latronū manu in Galliam irruperit: Brutum oppugnet: Mutinā circūsedeat. quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis, esse cōmunitas? q̄q̄ Quir. non est illa legatio, sed denūciatio belli, nisi paruerit. Ita enim est decretū, vt si legati ad Annibalem mitterētur. mittūtur enim qui nūcient ne oppugnet Consulem designatū, ne Mutinam obsideat, ne prouinciā depopuletur, ne delectus habeat, sit in Senatus Populiq; Ro. potestate. Facile vero huic denūciationi parebit? vt in Patrum conscriptoꝝ, atq; in vestra potestate sit, qui in sua nūq̄ fuerit? Quid em̄ ille vnq̄ arbitrio suo fecit? semp eo tractus, quo libido rapuit, quo leuitas, quo furor, quo vinolētia, semp eū duo dissimillima genera lenonū, & latronū ita domesticis stupris, forēsib⁹ parricidiis delectarūt, vt mulieri citius auariss̄imę paruerit, q̄ Senatui, Populoq; Romano. Itaq; qđ paulo ante feci in Senatu, facīā apud vos: testificor, denuncio, ante p̄dico, nihil M. Antoniū eoꝝ q̄ sunt legatis mādata, facturū: vastaturū agros: Mutinā obsessurū: delectus, qua possit, habiturū, is est em̄ ille, q̄ semp senatus iudiciū, & auctoritatē, semp volūtatē vestrā, potestatēq; cōtēpserit. An ille id faciat, qđ paulo ante decretū est? vt exercitū citra flumen Rubiconē, q̄ finis est Gallię, educeret? dū ne propius vrbē Romā CC. mil. admoueret? huic denūciationi ille pareat? ille se fluuio Rubicone CC. mil. circūscriptū esse patiatur? nō is est Antonius, nā si esset, nō cōmisisset vt ei Senatus tāq̄ Annibali initio belli Punici denūciaret, ne oppugnaret Sagūtū. Q; vero ita auocat a Mutina, vt ab vrbe tāq̄ pestifera flāma arceatur, quā habet ignominiā? qđ iudiciū Senatus? quid? q; a Senatu dant mādata legatis? vt D. Brutū, militeśq; eius adeant, hisq; demōstrēt sua in Rēp. merita, beneficiaq; eoꝝ grata esse Senatui Populoq; Romano: hisq; eā rē magnę laudi, magnoq; honori fore? passurū ne censetis Antoniū introire Mutinā legatos? exire inde tuto? nūq̄ patiet, mihi credite. noui violētiā, noui impudētiā, noui audaciā. Nec vero de illo sicut de hoīe aliquo debemus, sed vt de importunissima bellua cogitare. Quę cū ita sint, nō oīno dissolutū est, qđ decreuit Senatus. habet atrocitatis aliqd legatio. vtinā nihil haberet morę. nā cū plerisq; in reb⁹ gerēdis tarditas, & procrastinatio odiosa est, tū hoc bellū indiget celeritatis. succurrēdū est D. Bruto, oēs vndiq; copię collīgēdę: horā † exhibere nullā in tali ciue liberādo sine scelere nō possumus. An ille nō potuit, si Antoniū Cōsulē, si Galliā Antonii prouinciā iudicasset: legiones Antonio & prouinciā tradere? domū redire? triūphare? primus in hoc ordine esse, quo ad magistratū iniret? quid negotii fuit? sed cū se Brutū esse meminisset, vestręq; libertati natū, quid egit aliud, nisi vt pene corpore suo Gallia phiberet Antoniū? Ad hūc vtrū legatos? an legiones ire oportebat? Sed p̄terita omittamus. properent, qđ video esse facturos. vos saga parate. est enim ita decretū, vt si ille auctoritati senatus nō paruisset, ad saga iret. ibitur, nō parebit. nos amissos tot dies rei gerēdę q̄remur. Nō metuo Quir. ne cū audierit Antonius, me hoc ī Senatu, & in cōcione cōfirmasse, nūq̄ illū futurū in Senatus potestate: refellendi mei causa, vt ego nihil vidisse videar, vertat se, Senatui pareat. nūq̄ faciet, nō inuidebit huic meæ glorię: malet me sapiētē a vobis, q̄ se modestū existimari. quid? ipse si velit, nū etiā L. fratrē passurū arbitramur? nuper qdē dicit ad Tybur, vt opinor, cū ei labare M. Antonius videret, mortē fratri esse minitatus. Etiā ne ab hoc Myrmillone Asiatico Senatus mādata, legatorū verba audientur? nec enim secerat

Belli grauis indícia.

Rubícō. Propius vrbem.

Procrastinatio odiosa.

Indíget celeritatis.

† eximere.

Labare.

a fratre poterit,tãta pſertim auctoritate. nã hic inter illos Aphricanus eſt:pluris habetur q̃ L.Trebellius,pluris q̃ T.Plancius adoleſcens nobilis : qui omnibus ſentẽtiis maximo veſtro plauſu cõdemnatus,neſcio quomodo ſe coniecit ĩ turbã,atq; ita mœſtus rediit,vt retractus, nõ reuerſus videret. ſic cõtemnit,tãq̃ ſi illi aqua & igni interdictũ ſit. aliquãdo negat ei locũ eſſe oportere in curia,qui incẽderit curiã.Nã Trebellíũ valde iã diligit:oderat tũ, cũ ille tabulis nouis aduerſabatur.iam fert in oculis,poſtq̃ ipſum Trebellium vidit ſine tabulis nouis ſaluũ eſſe non poſſe.audiſſe enim vos arbitror Quir.qđ etiã videre potuiſtis,quotidie ſponſores,& creditores L.Trebellii cõuenire.O fides(hinc enim puto Trebelliũ ſumpſiſſe cognomen) quæ poteſt eſſe maior fides,q̃ fraudare creditores!domo profugere! propter æs alienũ venire ad arma!vbi plauſus ille in triũpho eſt ſpe ludi!vbi ædilitas delata ſummo ſtudio bonorũ! quis eſt,qui hũc nõ caſu exiſtimet recte feciſſe!nequitia eſt,ſcelus eſt.Sed redeo ad amores,delitiaſq; noſtras L.Antoniũ,q vos oẽs in fidem ſuã recepit. negatis! num quiſnã eſt veſtrũ,qui tribũ non habeat! certe nemo . atqui illũ quinq; & triginta tribus patronũ adoptarũt. rurſus reclamatis. Aſpicite a ſiniſtra illã equeſtrẽ ſtatuã inauratã,in qua quid inſcriptũ eſt!Quinq; & triginta tribus patrono Populi Romani.igitur eſt patronus L.Antonius. malã quidẽ illi † peſtẽ.clamori eñ veſtro aſſentior. nõ modo hic latro,quẽ clientẽ habere nemo velit, ſed qs vnq̃ tantis opibus,tãtis rebus geſtis fuit, qui ſe Populi Ro.victoris,dominiq; oĩm gentiũ tutorẽ dicere auderet!In foro L.Antonii ſtatuã videmus:ſicut illã Q.Trebellii q Hernicos deuicit, ante Caſtoris.O impudẽtiã incredibilẽ. tãtũ ne ſibi ſumpſit, qa Milaſſis Myrmillonẽ Thracẽ iugulauit familiarẽ ſuũ! quonã modo iſtũ ferre poſſemus, ſi in hoc foro ſpectãtibus vobis depugnaſſet!Sed hæc vna ſtatua. altera ab Equitibus Ro.equo publico:q item aſcribũt,patrono. quẽ vnq̃ iſte ordo patronũ adoptauit! ſi quẽq̃,debuit me . ſed me omitto, quẽ cenſorẽ!quẽ imperatorẽ!agrũ his diuiſit.O ſordidos,q acceperũt:improbũ,q dederit. Staruerũt etiã Tribuni militares,q in exercitu Cæſaris duo bis fuerũt!Quis eſt iſte ordo! multi fuerũt multis in legionibus p tot annos:his quoq; diuiſit Semuriũ . Campus Martius reſtabat, niſi prius cũ fratre fugiſſet.Sed hæc agroꝝ aſſignatio paulo ante Quir.L.Cęſaris clariſſimi viri & pſtãtiſſimi Senatoris ſentẽtia diſſoluta eſt. huic eñ aſſenſi,Septemuirũ acta ſuſtulimus.Iacent beneficia Nuculæ,friget patronus Antonius.nã poſſeſſores animo æquiore diſcedent: nullã impẽnſam fecerant:nõdũ inſtruxerant: partim quia non confidebãt, partim qa nõ habebant.Sed illa ſtatua palmaris:de qua,ſi meliora tẽpora eſſent, nõ poſſem ſine riſu dicere.L.Antonio Iano medio patrono.ita ne!Ianus medius in L.Antonii clientela ſit! quis vn q̃ in illo Iano inuẽtus eſt,qui L.Antonio mille nũmũ ferret expẽſum!Sed nimis multa de nugis. ad cauſam bellũq; redeamus . q̃q̃ nõ alienũ fuit perſonas quaſdã a vobis recognoſci: vt quibuſcũ bellũ gereret,poſſitis taciti cogitare.Ego aũt vos hortor Quir.vt etiã ſi melius aliud fuit, tñ legatoꝝ reditũ expectetis animo æquo. celeritas detracta de cauſa eſt,boni tñ aliquid acceſſit ad cauſam. cũ eñ legati renũciarint,qđ certe renũciabũt:nõ in veſtra poteſtate, nõ in Senatus eſſe Antoniũ:quis erit tã improbus ciuis,qui illũ ciuẽ habẽdũ putet ! nũc eñ ſunt pauci illi qdẽ,ſed tñ plures q̃ Rep.dignũ eſt,q ita loquant:ne legatos qdẽ expectabimus! Iſtam certe vocem,ſimulationẽq; clementiæ,extorquebit his res ipſa publica.Quo etiã,vt cõfitear vobis Quir.minus hodierno die cõtendi,minus laborauí,vt mihi Senatus aſſentiẽs tu multũ decerneret,ſaga ſumi iuberet. malui viginti diebus poſt,ſentẽtiã meã laudari ab oĩb9, q̃ a paucis hodie vituperari.Quapropter Quir. expectate legatoꝝ reditũ, & paucoꝝ dierum moleſtiã deuorate. qui cũ redierint:ſi pacẽ afferent,cupidũ me,ſi bellũ, prouidũ iudicatote. An ego nõ prouideã meis ciuibus!nõ dies noctesq; de veſtra libertate,de Reip.ſalute cogitẽ! Quid.n.nõ debeo vobis Quirites!quẽ vos hoiem a ſe ortũ,hoĩb9 nobiliſſimis oĩb9 honorib9 prætuliſtis! an ingratus ſum!quis minus! qui partis honoribus, eoſdẽ geſſi in foro labores, quos in petẽdis. rudis in republica!qs exercitatior!q viginti iã annos bellũ gerã cũ improbis ciuibus!Quãobrẽ Quirites cõſilio quãtũ potero,labore plus pene,q̃ potero excubabo,vigilaboq; pro vobis. etenim qs eſt ciuis,præſertim hoc gradu,quo me vos eſſe voluiſtis,tã oblitus beneficii veſtri!tã immemor patriæ!tã inimicus dignitati ſuę!quẽ nõ excitet,nõ inflãmet tãtus veſter iſte cõſenſus!multas,magnaſq; habui cõſul cõciones,multis interfui. nullã vnq̃ vidi tãtã,quãta nũc veſtra eſt. vnũ ſentitis oẽs:vnũ ſtudetis:M.Antonii conatus auertere a republica,furorẽ extinguere,opprimere audaciã. idẽ volũt oẽs ordines: eodẽ icũbũt municipia, Colonię,cũcta Italia,Itaq; Senatũ ſua ſponte bene firmũ, firmiorẽ veſtra auctoritate feciſtis.

Retractus non reuerſus.

†ſup.opto, aut dii immittant.

Palmaris ſtatua. Ianus medius.

Deuorare moleſtiam paucorum dierum.

In M. Antonium

venit tẽpus Quiri. ſerius omnino, q̃ dignũ Populo Romano fuit: ſed tñ ita maturũ, vt differri iam hora nõ poſſit. fuit aligs fatalis caſus, vt ita dicã: quẽ tulimus: quoquo modo ferẽdus fuit. nũc ſi qs erit, erit volũtarius. Populũ Ro. ſeruire fas nõ eſt, quẽ dii immortales oĩbus gẽtibus ímperare voluerũt. res in extremũ eſt adducta diſcrimẽ: de libertate decernit: aut vincatis oportet Quirites, qđ ꝑfecto & pietate veſtra, & tãta cõcordia conſeq̃mini: aut quiduis potius q̃ ſeruiatis. alię nationes ſeruitutẽ pati poſſunt, Populi Romani eſt propria libertas.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA SEPTIMA.

ORATIO. I.

FARVIS DE Rebus, ſed fortaſſe neceſſariis, cõſulímur Patres cõſcripti: de Appia via & de Moneta Conſul, de Lupercis Tribuni Pl. referũt. quarũ rerũ etſi facilis explicatio videt, tamen animus aberrat a ſentẽtia, ſuſpenſus curis maioribus. adducta eſt em̃ P. C. res in maximũ pericũlũ, & extremũ pene diſcrimen. nõ ſine cauſa legatoꝝ iſtã miſſionẽ ſemp timui, nũq̃ probaui: quoꝝ reditus quid ſit allaturus, ignoro. expectatio qdẽ quãtũ afferat lãguoris animis, quis nõ videt? non em̃ ſe tenent ii, qui Senatũ dolent ad auctoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcere, coniũctũ huic ordini Populũ Romanũ, cõſpirãtẽ Italiã, paratos exercitus, expeditos duces. iam nõ fingũt Antonii reſponſa, eadẽq; defendunt. alii poſtulare illũ, vt oẽs exercitus dimittãtur. ſcilicet Legatos ad eũ miſimus, nõ vt pareret, & dicto audiẽs eſſet huic ordini, ſed vt cõditiones ferret, leges imponeret, reſerare nos exteris gẽtib⁹ Italiã iuberet! ſe ꝑſertim incolumi, a quo maius pericũlũ, q̃ ab vllis nationibus extimeſcẽdũ eſt. Alii remittere eũ nobis Galliã citeriorẽ, illã vltimã poſtulare. pręclare: ex qua nõ legiones ſolũ, ſed etiã nationes ad vrbẽ conetur adducere. Alii nihil eũ iã niſi modeſti poſtulare. Macedoniã ſuã vocat oĩno: qm̃ C. frater eſt inde reuocatus. Sed quę prouincia eſt, ex qua illa fax excitare nõ poſſet incẽdiũ! Itaq; iidẽ quaſi ꝓuidi ciues, & Senatores diligẽtes, bellicũ me cecíniſſe dicũt. Suſcipiũt partis patrocinĩũ, q̃ ſic diſputãt, irritari Antoniũ nõ oportuit. nequã eſt homo ille, atq; cõfidẽs. multi ꝓterea improbi. quos qdẽ a ſe primũ numerare poſſunt, qui hæc loquũtur, eos eſſe cauẽdos denũciãt. vtrũ igit̃ in nefariis ciuibus vlciſcẽdis, cũ poſſis, an ꝑtimeſcẽdis diligẽtior cauſa eſt! Atq; hæc illi loquũtur, q quõdam propter leuitatẽ populares habebantur. ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemp ab optimo ciuitatis ſtatu, nõ volũtate fuiſſe populares. qui em̃ cõuenit! vt qui in rebus improbis populares fuerint, iidẽ in re vna maxime populari, ꝙ eadẽ ſalutaris Populo Ro. ſit, improbos ſe, q̃ populares eſſe malint! me qdẽ ſemp (vt ſcitis) aduerſatũ multitudinis temeritati, hęc fecit ꝑclariſſima cauſa populare. Et qdẽ dicũtur, vel potius iidẽ ipſi ſe dicũt Cõſulares. quo nomine dignus eſt nemo, niſi qui tanti honoris nomen poteſt ſuſtinere. faueas tu hoſti! literas tibi ille mittat de ſua ſpe rerũ ſecũdarũ ſuarũ! eas tu lętus ꝑferas! recites! deſcribendas etiã des improbis ciuibus! eorũ augeas animos! bonoꝝ ſpem, virtutẽq; debilites! & te Conſularẽ, aut Senatorẽ, aut denĩq; ciuẽ putes! Accipiet in optimã partẽ C. Panſa fortiſſimus Conſul, atq; optimus: etenim dicam animo amiciſſimo: hunc ipſum mihi hominẽ familiariſſimũ, niſi talis Conſul eſſet, vt omnes vigilias, curas, cogitationes, in Reip. ſalute cõfigeret, Cõſulem non putarem. q̃q̃ nos ab ineunte ætate illius vſus, conſuetudo, ſtudiorum etiam honeſtiſſimorũ ſocietas, ſimilitudoq; cõiũxerit: eius denĩq; curam incredibilem in aſperrimis belli ciuilis pericũlis perſpexi nõ modo ſalutis, ſed etiam dignitatis meæ: tamen eũdem, vt dixi, niſi talis Conſul eſſet, negare eſſe Conſulem auderem. idem nõ modo Cõſulem eſſe dico, ſed etiã memoria mea ꝑſtantiſſimũ, atq; optimũ Conſulẽ. non quia nõ pari virtute, & voluntate alii fuerint: ſed tãtã cauſam nõ habuerũt, in qua & virtutẽ, & volũtatẽ ſuã declararẽt. Huius magnitudini animi, grauitati, ſapiẽtię, tẽpeſtas eſt oblata formidoloſiſſimi tẽporis. tũ aũt illuſtratur Cõſulatus, cũ gubernat Rẽp. ſi nõ optabili, at neceſſario tẽpore. magis aũt neceſſariũ P. C. nullũ tẽpus vnq̃ fuit. Itaq; ego ille qui ſemp auctor pacis fui: cuiq; pax, pręſertim ciuilis, q̃q̃ omnibus bonis, mihi tñ in primis fuit optabilis: omne em̃ curriculũ induſtrię noſtræ in foro, in curia, in amicoꝝ periculis propulſandis elaboratũ eſt: hinc honores ampliſſimos, hinc mediocres opes, hinc dignitatẽ ſi quã habemus, conſecuti ſumus: ego itaq; pacis, vt ita dicam, alumnus, q quãtuſcũq; ſum (nihil. n. mihi arrogo) ſine pace ciuili certe nõ fuiſſem: periculoſe dico: quẽadmodũ accepturi P. C. ſitis horreo: ſed pro mea perpetua cupiditate veſtræ digni-

Audiens dicto.

Bellicum canere.

Alumnus pacis Cicero.

tatis retinendę,& augendę,quęso oroq; vos,P.C.vt primo si erit vel acerbū auditu,vel incredibile a M.Cicerone esse dictū,accipiatis sine offensione, qđ dixero: neve id prius q̄ quale sit explicauero,repudietis.Ego ille (dicā sępius)pacis semp laudator,semp auctor,pacē cum M. Antonio esse nolo. magna spe ingredior in reliquā orationē P.C.quoniā periculosissimū locū silentio sum preteruectus. cur igitur pacē nolo?quia turpis est,quia periculosa,quia esse non potest. quę tria dū explico,peto a vobis P.C.vt eadem benignitate,qua soletis, verba mea audiatis. Quid est incōstātia,mobilitate,leuitate,cū singulis hominibus,tū vero vniuerso Senatui,turpius? quid porro incōstātius? q̄ quē modo hostē non verbo, sed re multis decretis iudicauistis,cū hoc pace velle subito coniūgi?quasi vero,cū C.Cæsari,meritos qdē illi honores, & debitos, sed tñ immortales,& singulares decreuistis,vnā ob causam,q̄ contra M.Antoniū exercitū cōparauisset,non hostē Antoniū iudicaueritis? nec tum hostis est a vobis iudicatus Antonius,cū laudati auctoritate vestra veterani milites,qui Cæsarem secuti essent? nec tum hostē Antoniū iudicauistis,cū fortissimis legionibus,q̄ illum qui Consul appellabatur,cū esset hostis,reliquissent,vacationes,pecunias,agros spopondistis? quid? cū Brutū hominē quōdam illius generis,& nominis,natū ad Rēp.liberandā,exercitūq; eius pro libertate Populi Ro.bellū gerentē cū Antonio,prouinciāq; fidelissimā, atq; optimā Galliam laudibus amplissimis affeciſtis:tum nō hostē iudicastis Antoniū?quid? cū decreuistis vt Consul alter, amboue ad bellū proficiscerētur:qđ erat bellū,si hostis Antonius nō erat? quo igitur profectus est vir fortissimus meus Collega,& familiaris A.Hirtius? at qua imbecillitate? qua macie? sed animi vires corporis infirmitas nō retardauit. æquū credo putauit,vitā,quā Populi Ro.votis retinuisset,pro libertate Populi Ro.in discrimē adducere. quid? cū delectus haberi tota Italia iussistis,cū vacationes oēs sustulistis,tū ille hostis nō est iudicatus? armoq; officinas in vrbe videtis,milites cū gladiis sequūtur,Cōsuli p̄sidio sunt,specie Cōsuli, re & veritate nobis:oēs sine vlla recusatione,summo etiā cū studio nomina dāt:parēt auctoritati vestrę: nō est iudicatus Antonius hostis?At Legatos misimus. heu me miserum.cur Senatū cogor, quē laudaui semp,reprehēdere? quid?vos censetis P.C.Legatoq; missionē Populū Ro.pbauisse? non intelligitis,nō auditis,meā sentētiā flagitari? cui cū pridie frequētes essetis assensi,postridie ad spem estis inanē pacis deuoluti.Q̄ turpe porro est legiones ad Senatū Legatos mittere,Senatum ad Antonium?q̄q̄ illa Legatio non est: denunciatio est,paratum illi exitium,nisi paruerit huic ordini, quid refert?tamē opinio est grauior. missos em̄ Legatos oēs vident,decreti vestri nō oēs verba nouerūt. Retinēda est igit vobis cōstātia,grauitas,perseuerātia.repetēda est vetus illa seueritas : siqdē auctoritas Senatus,decus,honestatē,laudē, dignitatē desiderat :quibus hic ordo nimiū caruit diu, sed erat tūc excusatio oppressis,misera illa quidē, sed tñ iusta, nūc nulla est. liberati tū regio dominatu videbamur,armis domesticis ea ipsa depulimus. nūc qdē vi extorquēda sunt. qđ si nō possumus facere,(dicā qđ dignū est senatore & Romano hoīe) moriamur. quāta illa erit Reip.turpitudo?quātū dedecus?quāta labes? dicere in hoc ordine sentētiā M.Antoniū Cōsulari loco? cuius vt omittā innumerabilia scelera vrbani Cōsulatus,in quo pecuniā publicā maximā dissipauit,exules sine lege restituit,vectigalia vēdidit,puincias de Populi Romani impio sustulit,regna addixit pecunia,leges ciuitati p vim iposuit,armis obsedit,aut exclusit Senatū: vt hęc iquā omittā,ne hoc qdē cogitatis:eū, qui Mutinā Coloniā Popli Romani,& Cōsulē designatū obsederit, depopulat⁹ agros sit,hūc in eū ordinē recipi,a quo toties ob has ipsas causas hostis iudicatus sit . q̄ fœdū,flagitiosum q; sit,videtis.Satis multa de turpitudine. Dicā deinceps,qđ ppositui,de periculo:qđ si min⁹ est fugiēdū,q̄ turpitudo:tñ offendit aīos maioris partis hoīm magis.Poteritis igit exploratā habere pacē,cū ī ciuitate Antoniū videatis?vel potius Antonios?nisi forte cōtēnitis Luciū. ego ne Caiū qdē. sed vt video dominabit Lucius. est em̄ patronus.XXXV.tribuū,quarū sua lege,qua cū C.Cęsare magistratū sortitus est,suffragiū sustulit.patronus Cēturiarū eqtū,quas idē sine suffragio esse voluit,patronus fori,q; Tribuni militares fuerūt. patronus Iani medii. O dii qs huius potētiā poterit sustinere?presertim cū eosdē, in agros etiā deduxerit. quis vn q̄ oēs tribus?qs Eqtes Romanos?qs tribunos militares?Gracchoq; potētiā maiorē fuisse arbitramini,q̄ hui⁹ gladiatoris futura fit?quē gladiatorē nō ita appellaui,vt iterdū etiā M.Antonius gladiator appellari solet,sed vt appellāt ii q plane,& latine loquūtur . Myrmillo in Asia depugnauit:cū ornasset † Threcidicis comitē & familiarē suū,illū miserū fugiētē iugulauit. Luculentā tñ ipse plagā accepit,vt declarat cicatrix,q familiarē iugularat:quid hic occasione

Cicero nō vult pacē cū Anto.

Senatus auctoritas.

Gladiator.

†Threcidicis.vide Beroald.alii Thęcidítis

Plaga luculenta.

data faciet inimico! & qui illud animi causa fecerit, hũc prędę causa quid facturũ putatis! nõ rursus improbos decuriabit! nõ sollicitabit rursus agrarios! nõ q̃ret expulsos! M. vero Antonius nõ is erit! ad quẽ omni motu cõcursus fiat ciuiũ pditorũ! vt nemo sit alius, nisi ii q̃ vna sunt, & ii q̃ hic ei nũc apte fauẽt, parũ ne erũt multi! pręsertim cũ bonorũ p̃sidia cesserint, illi parati sint ad nutũ futuri. Ego vero metuo, si hoc tẽpore cõsilio lapsi erimus, ne illi breui tẽpore nimis multi nobis esse videãtur. Nec ego pacẽ nolo, sed pacis nomine bellũ inuolutũ reformido. quare si pace frui volumus, bellũ gerendũ est. si bellũ omittemus, pace nunq̃ fruemur. est autẽ nostri cõsilii P. C. in posterũ q̃ lõgissime p̃uidere. idcirco in hac custodia tãq̃ in specula collocati sumus, vt vacuũ metu Populũ Ro. nostra vigilia, & p̃uidentia redderemus. Turpe est summo cõsilio orbis terrę, præsertim in re tã perspicua, cõsilii intelligẽdi defuisse. Eos Cõsules habemus, eã Populi Ro. alacritatẽ, eũ cõsensum Italiæ, eos duces, eos exercitus, vt nullã calamitatẽ Resp. accipere possit, sine culpa Senatus. Egdẽ nõ deero, monebo, p̃dicabo, denũciabo, & testabor semp deos, hominesq̃, quid sentiã: nec solũ fidem meã, qđ fortasse videtur satis esse, sed in principe ciue nõ satis est: curã, consiliũ, vigilantiãq̃ p̃stabo. Dixi de pericu lo. docebo ne coagmentari quidẽ posse pacẽ. de tribus enim quæ proposui, hoc extremũ est.

Pacẽ negat

Quæ potest esse pax M. Antonio primũ cũ Senatu! quo ore ille vos poterit! quibus illũ vicissim vos oculis intueri! qui vestrũ illum! quẽ ille vestrũ nõ oderit! age, vos ille solus, & vos illum. quid ii qui Mutinã circũsedent! qui in Gallia delectus habent! qui in nostras fortunas imminẽt! amici nobis vnq̃ erũt! aut nos illis! an Equites Ro. amplectetur! occulta em̃ fuit eorũ volũtas, iudiciũq̃ de M. Antonio! qui frequẽtissimi in gradibus Concordię steterũt: q̃ vos ad libertatẽ recuperandã incitauerũt: arma, saga, bellũ flagitauerũt: me vna cũ Populo Ro. in concionẽ vocauerũt. hi Antoniũ diligent! cũ his pacẽ seruabit Antonius! Nam quid ego de vniuerso Populo Ro. dicã! qui pleno, ac referto foro, bis me vna mente atq̃ voce in cõcionẽ vocauit, declarauitq̃ maximã libertatis recuperandę cupiditatẽ. Itaq̃ qđ erat optabile antea, vt Populũ Ro. comitẽ haberemus: nũc habemus ducẽ. quæ est igitur spes, qui Mutinã circũsedent imperatorem Populi Ro. exercitũq̃ oppugnãtes, pacẽ cũ Populo Ro. habere posse! An cũ Municipiis pax erit! quorũ tãta studia cognoscũtur in decretis faciẽdis, militibus dãdis, pecuniis pollicẽdis, vt ĩ singulis oppidis curiã Populi Ro. nõ desideretis. Laudãdi sunt ex huiꝰ ordinis sentẽtia Firmani, q̃ Principes pecunię pollicẽdę fuerũt: respõdẽdũ honorifice est Marrucinis, q̃ ignominia notãdos censuerũt eos, qui militiã subterfugissent. hæc iam tota Italia fẽcit. magna pax Antonio cũ eisdẽ! his cũ illo! quę potest maior esse discordia! in discordia nũt pax ciuilis esse vllo pacto potest! vt omittã multitudinẽ: L. Nasidio Equiti Ro. homini in primis ornato, atq̃ honesto, ciuiq̃ semp egregio, cuius ego excubias, & custodias mei capitis cognoui in cõsulatu meo: q̃ vicinos suos nõ cohortatus est solũ, vt milites fierẽt, sed etiã facultatibus suis subleuauit: huic inquã tali viro, quẽ nos Senatus cõsulto collaudarim⁹, potuerit ne eẽ pacatus Antoni⁹! quid Cęsari! q̃ illũ vrbe: qđ D. Bruto! q̃ Gallia p̃hibuit! Iã vero ipse se placabit, & leniet p̃uincię Gallię, a qua exclusus & repudiatus est! oĩa videbitis P. C. nisi p̃spicitis, plena odiorũ, plena discordiarũ, ex q̃bus oriũtur bella ciuilia. Nolite igit̃ velle, qđ fieri nõ p̃t: & cauere p̃ deos ĩmortales P. C. ne spe p̃sentis pacis, perpetuã pacẽ amittatis. Quorsum hęc oĩs spectat oratio! quid em̃ Legati egerint nõdũ scimus. at vero erecti. citati, parati, armati animis iã eẽ debemus: ne blãda, aut supplici oratione, aut æquitatis simulatione fallamur. oĩa fecerit oportet, q̃ interdicta, & denũciata sunt, prius q̃ aliqd postulet: Brutũ exercitũq̃ eius oppugnare, vrbes & agros p̃uinciæ Gallię populari destiterit: ad Brutum adeundi

Propius vrbem.

Legatis potestatẽ fecerit: exercitũ citra flumen Rubiconẽ eduxerit: nec p̃pius vrbẽ millia passuũ ducẽta admouerit: fuerit in Senatus Populiq̃ Ro. potestate. hęc si fecerit, erit integra potestas nobis deliberãdi. si Senatui nõ paruerit, nõ illi Senatus, sed ille Populo Ro. bellũ indixerit. Sed vos moneo P. C. libertas agit̃ Populi Ro. quę est cõmẽdata vobis: vita & fortuna optimi cuiusq̃, quo cupiditatẽ infinitã cũ immani crudelitate iãpridẽ intẽdit Antonius: auctoritas vestra, quã nullã habebitis, nisi nũc retinueritis. tetrã & pestiferã belluã, ne incluſam, & constrictã dimittatis cauete. Te ipsum moneo Pansa (q̃q̃ nõ eges cõsilio, quo vales plurimũ: tamen & summi gubernatores in magnis tẽpestatibus a vectoribus admoneri solẽt) hũc tuũ tãtũ apparatũ, tãq̃ præclarũ, ne ad nihilum recidere patiare. tempus habes tale, quale nemo habuit vnq̃: hac grauitate Senatus, hoc studio equestris ordinis, hoc ardore Populi Ro. potes in perpetuum metu & periculo Remp. liberare.

Guberna-tores summi in magnis tempestatib⁹ a vectorib⁹ admonẽtur.

IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA OCTAVA.

ORATIO.LI.

CONFVSIVS hesterno die est acta res C. Pãsa, q̃ postulabat institu tũ Cõsulatus tui. Parũ mihi visus es eos, qbus cedere nõ soles, susti nere. Nam cum Senatus ea virtus fuisset, quę solet, & cũ re videret oẽs esse bellũ, quidãq; id verbũ remouendũ arbitrarent: tua volun tas in discessione fuit ad lenitatẽ ppensior. Victa igit est ppter aspe ritatẽ te auctore nostra sentẽtia. vicit L. Cæsaris amplissimi viri, qui L. Cęsar. verbi atrocitate dẽpta, oratione fuit, q̃ sentẽtia lenior. q̃q̃ is qdẽ, an teq̃ sententiã diceret, propinquitatẽ excusauit. Idẽ fecerat me Cõsu le in sororis viro, qđ hoc tẽpore in sororis filio, vt & luctu sororis moueret, & saluti reip. puideret. Atq; ipse tamẽ Cęsar p̃cepit vobis quodãmodo P. C. ne sibi assentiremini, cũ ita dixit, aliã sentẽtiã se dicturũ fuisse, eãq; se, ac rep. dignam, nisi propinquitate impediretur. Ergo ille auunculus. num etiã vos auunculi, qui il li assensi estis? At in quo fuit controuersia? belli nomẽ ponendũ in sentẽtia qdã nõ putabãt, tu Bellum. multũ appellare malebãt, ignari nõ modo rerũ, sed etiã verborum. Potest em̃ esse bellũ sine tu Tumultus multu. Tumultus esse sine bello non potest. Quid est em̃ tumultus? nisi pturbatio tanta, vt maior timor oriat? vnde etiã nomen ductũ est tumultus. Itaq; maiores nostri, tumultũ Itali cũ, q; erat domesticus: tumultũ Gallicũ, q; erat Italię finitimus: prętera nullũ tumultũ noia bant. Grauius aũt esse tumultũ, q̃ bellũ, hinc intelligi licet, q; bello Gallico vacationes valẽt, tumultu non valẽt. Ita fit, quẽadmodũ dixi, vt bellũ sine tumultu possit, tumultus sine bello esse non possit. Etem̃ cũ inter bellũ & pacẽ mediũ nihil sit, necesse est tumultũ si belli non sit, pacis esse. quo quid absurdius dici aut existimari potest? Sed nimis multa de verbo. rem poti⁹ videamus Patres cõscripti, quã qdem intelligo verbo fieri interdũ deteriorẽ solere. nolumus Res verbo hoc bellũ videri. quã igitur municipiis, & coloniis ad excludendũ Antoniũ auctoritatẽ da interdũ de mus? quã vt milites fiãt sine vi? sine tumultu? studio & volũtate? quã, vt pecunias in Rẽp. pol terior fit. liceant? Si em̃ belli nomẽ tollit, municipiorũ studia tollunt: cõsensus populi Romani, q iã de Descẽdere scendit in causam, si nos lãguescimus, debilitet necesse est. Sed qd plura? D. Brutus oppugnat, in causam. non est bellũ? Mutina obsidetur, ne hoc qdem bellum est? Gallia vastatur, quæ potest pax esse certior? Illud vero qs potest bellũ nõ esse dicere? quo fortissimũ virũ cũ exercitu missimus: qui cum esset infirmus ex graui diuturnoq; morbo, nullã putauit sibi excusationẽ esse oportere, cũ ad Reip. pręsidiũ vocaretur. C. quidem Cęsar non expectauit nostra decreta, præsertim cũ esset illius ætatis: bellũ contra Antoniũ sua sponte suscepit. decernendi em̃ tẽpus nondũ no uerat: belli aũt gerẽdi tẽpus si ptermississet, videbat Rep. oppressa nihil decerni posse. Ergo illi nunc, & eorũ exercitus in pace versantur: nõ est hostis is, cuius pręsidiũ Claterna deiecit Hir cius: non est hostis, qui armatus Consulẽ designatũ oppugnat: nec illa hostilia verba, nec bel lica, quæ paulo ante ex Collegę literis Pansa recitauit, deieci præsidiũ, Claterna potitus sum, fugati equites, pręliũ cõmissum, occisi aliquot. quę pax potest esse maior? delectus tota Italia Tumultus decreti sublatis vacationibus: saga cras sument: consul se cũ pręsidio descensurũ dixit. Vtrũ indicia. hoc bellũ non est? an etiã tantũ bellũ, quãtũ nunq̃ fuit? Cęteris em̃ bellis, maximeq; ciuilibus, contẽtionẽ Reip. causa faciebat. Sylla cũ Sulpitio de iure legũ, quas p vim latas Sylla dicebat: Cinna cũ Octauio, de nouorũ ciuiũ suffragiis: rursus cũ Mario & Carbone Sylla, ne domina rent indigni, & clarissimorũ hominũ crudelissimã vlcisceret necẽ. Horum omnium bellorum causę ex Reip. contentione natę sunt. de proximo bello ciuili non libet dicere. ignoro causam: detestor exitũ. hoc bellum quintum ciuile geritur, atq; omnia in nostram ætatẽ inciderunt: primũ nõ modo in dissensione, & discordia ciuium, sed in maxima consensione, incredibiliq; concordia. oẽs idẽ volunt, idem defendunt, idẽ sentiunt. Cũ oẽs dico, eos excipio, quos nemo ciuitate dignos putat. Quę est igit in medio belli causa posita? nos deorũ imortaliũ tẽpla, nos muros, nos domicilia, sedesq; populi Ro. penates, aras, focos, sepulcra maiorũ, nos leges, iur[illegible], libertatẽ, coniuges, liberos, patriã defendimus. cõtra M. Antonius id molitur, id pugnat, vt hęc oĩa perturbet, euertat, prędã reip. causam belli putet, fortunas nostras partim dissipet, partim dispartiat parricidis. In hac tã dispari ratiõe belli miserrimũ illud est, q; ille latronib⁹ suis polliceat primũ domos: vrbẽ em̃ se diuisurum cõfirmat: deinde oĩb⁹ portis, quo velint, de ducturũ. oẽs Caphones, oẽs Saxę, cętereq; pestes, quę sequuntur Antoniũ, ædes sibi optimas,

hortos, Tuſculana, Albana definiunt. atq; etiã hoĩes agreſtes, ſi hoĩes ſunt illi potius, q̃ pecudes, inani ſpe ad aquas vſq; Puteolanas ꝓpellunt. Ergo habet Antonius qd ſuis pollicear. Quid nos? nũ qd tale habemus? Dii meliora. id em̃ ipſum agim⁹, ne qs poſthac eiuſmodi qcq̃ poſſit pollicerí. inuitus dico, ſed dicendũ eſt. haſta Cęſaris P. C. multis improbis, & ſpẽ affert, & audaciã. viderunt em̃ ex mendicis fieri repẽte diuites. Itaq; haſtã ſemp videre cupiunt ii, q̃ noſtris bonis imminẽt, quibus oĩa pollicet Antonius. Quid nos noſtris exercitibus? qd pollicemur? multo meliora, atq; maiora. ſcelerũ em̃ ꝓmiſſio, & iis q̃ expectant, pnicioſa eſt, & iis q̃ ꝓmittunt. Nos libertatẽ noſtris militibus, iura, leges, iudicia, imperiũ orbis terræ, dignitatẽ, pacẽ, otiũ pollicemur. Antonii igit promiſſa cruenta, tetra, ſcelerata, diis hoĩbuſq; inuiſa, nec diuturna, neq; ſalutaria. noſtra contra, honeſta, integra, glorioſa, plena lętitię, plena pietatis. Hic mihi etiã Q. Fufius vir fortis, ac ſtrenuus, amicus meus, pacis cõmoda cõmemorat. qua ſi vero, ſi laudanda pax eſſet, ego idẽ facere cõmode nõ poſſem. ſemel em̃ pacẽ defendi? nõ ſemper otio ſtudui? qd cũ oĩbus bonis vtile eſt: tũ pręcipue mihi. Quem em̃ curſum induſtria mea tenere potuiſſet, ſine forenſibus cauſis, ſine legibus, ſine iudiciis? quę eſſe non poſſunt ciuili pace ſublata. Sed quęſo Calene, quid? tu ſeruitutẽ pacẽ vocas? Maiores qdẽ noſtri nõ modo vt liberi eſſent, ſed etiã vt imperarẽt, arma capiebãt. at tu arma abiicienda cenſes, vt ſeruiamus. Quę cauſa iuſtior eſt belli gerẽdi, q̃ ſeruitutis depulſio? in qua etiã ſi nõ ſit moleſtus dominus: tamen eſt miſerrimũ poſſe, ſi velit. immo alia cauſa iuſta, ac neceſſaria eſt. niſi forte ad te hoc non putas ꝓtinere, ꝙ te ſocíũ fore ſperas dominationis antonii. In quo bis falleris: primũ, ꝙ tuas rationes cõmunibus anteponis: deinde, ꝙ qcq̃ ſtabile in regno, aut iucundum putas. non, ſi tibi antea ꝓfuit, ſemper ꝓderit. Quin etiã de illo hoĩe q̃rí ſolebas. qd te facturũ de bellua putas? Atq es, q̃ ſemp pacẽ optaris, ſemper oẽs ciues ſaluos volueris. honeſta ratio: ſed ita, ſi bonos, & vtiles reip. ciues: ſin eos, q̃ natura ciues ſunt, volũtate hoſtes, ſaluos velis: quid tandẽ intereſt inter te, & illos? Pater tuus, quo vtebar ſene auctore adoleſcẽs, homo ſeuerus, & prudẽs, primas oĩm ciuiũ P. Naſicę, q̃ Tiberiũ Gracchũ interfecit, dare ſolebat. eius virtute, cõſilio, magnitudine animi, liberatã Rẽpu. arbitrabat. Quid? nos a patribus nũ aliter accepimus? Ergo is tibi ciuis, ſi tẽporibus illis fuiſſes, nõ ꝓbaret, qa nõ oẽs ſaluos eſſe voluiſſet? Q. L. Opimius Cõſul verba fecit de Rep. de ea re ita cẽſuerunt: vti Opimius Cõſul Rẽp. defenderet. Senatus hęc verbis, Opimius armis. Nũ igit eũ, ſi tũ eſſes, temerariũ ciuẽ, aut crudelẽ putares? aut Q. Metellũ, cuius quattuor filii Cõſulares? P. Lentulũ principẽ Senatorẽ? qd complures alios ſummos viros, qui cũ L. Opimio Conſule armati Gracchũ in Auentinũ ꝑſecuti ſunt? quo in prælio Lentulus graue vulnus accepit: interfectus eſt Gracchus, & M. Fulvius Cõſulares, eiuſq; duo adoleſcentuli filii. illi igit viri vituperandi? non em̃ ciues oẽs ſaluos eſſe voluerũt. Ad propiora veniamus. C. Mario, L. Valerio Cõſulibus Senatus Remp. defendẽdã dedit: L. Saturninus Tribunus plebis, Glaucia Prętor eſt interfect⁹. oẽs illo die Scauri, Metelli, Claudii, Catuli, Scęuolæ, Craſſi arma ſumpſerũt. nũ aut Conſules illos, aut clariſſimos viros vituperãdos putas? Ego Catilinã pire volui. nũ tu, q̃ oẽs ſaluos vis, Catilinã ſaluũ eẽ voluiſti? Hoc ĩtereſt Calene ĩter meã ſentẽtiã & tuã. ego nolo quẽq̃ ciuẽ cõmittere, vt morte mulctãdus ſit. tu, etiã ſi cõmiſerit, cõſeruãdũ putas. In corpe ſi qd eiuſmodi eſt, qd̃ reliquo corpi noceat, vri ac ſecari qd̃ noceat patimur, vt mẽbrorũ aliqd̃ potius, q̃ totũ corpus intereat. ſic in Reip. corpe, vt totũ ſaluũ ſit, qcqd eſt pęſtiferũ amputet. Dura vox. multo illa durior. ſalui ſint ĩprobi, ſcelerati, ĩpii: deleant innocẽtes, honeſti, boni, tota reſpublica. Vno in homine Q. Fuſi fateor te vidiſſe plus q̃ me. ego P. Clodiũ arbitrabar pniciоſum ciuẽ, ſceleratum, libidinoſum, impiũ, audacẽ, facinoroſum. tu contra ſanctũ, tẽperatũ, innocentẽ, modeſtũ, retinẽdum ciuẽ, & optandũ. in hoc vno te plurimũ vidiſſe, multũ me erraſſe concedo. Nam me tecum iracunde agere dixiſti ſolere. nõ eſt ita. vehemẽter me agere fateor, iracũde nego. oĩno iraſcí amicis nõ temere ſoleo, ne ſi merent qdem. Itaq; ſine verborũ cõtumelia a te diſſentire poſſum, ſine animi ſummo dolore non poſſum. parua eſt em̃ mihi tecũ, aut parua de re diſſenſio. ego huic videlicet faueo, tu illi. immo vero ego D. Bruto faueo, tu M. Antonio. ego cõſeruare coloniam populi Ro. cupio, tu expugnare ſtudes. an hoc negare potes? qui oẽs moras interponis, q̃bus infirmet Brutus, melior fiat Antonius? quouſq; em̃ pacẽ dicis velle te? res gerit, cõductę vineæ ſunt, pugnat acerrime: q̃ intercurrerẽt, miſimus tres principes ciuitatis: hos cõtempſit, reiecit, repudiauit Antonius: tu tamẽ ꝑmanes cõſtãtiſſimus defenſor Antonii. Et qdẽ quo melior Senator videat, negat ſe illi amicũ eſſe debere, cũ ſuo magno benefi-

Haſta.

Primas dare.

Iracũde nõ agit.

Ironia.

cio veníſſe eum cõtra ſe,vide quanta charitas ſit patrię,cũ homini ſit iratus,tamen Reipub. cauſa defendit Antoniũ.Ergo te,cũ in Maſſilienſes tã fis acerbus Fuſi,nõ animo æquo audio, quouſq; eñ Maſſiliã expugnabis:ne triũphus qdem finem fecit belli:per quẽ ſublata eſt vrbs ea,ſine qua nunq; ex Tranſalpinis gentibus maiores noſtri triumpharunt.quo qdẽ tẽpore populus Ro.ingemuit.q̃q; ꝓprios dolores ſuarũ rerũ oẽs habebant,tamen huius ciuitatis fideliſſimę miſerias nemo erat ciuis,q a ſe alienas arbitraretˉ.Cęſar ipſe,q illis fuerat iratiſſimus, tamen ꝓpter ſingularem eius ciuitatis grauitatem,& fidẽ,quotidie aliquid iracũdiæ remittebat.te nulla ſua calamitate ciuitas ſatiare tã fidelis poteſt!Rurſus me iam iraſci fortaſſe dices. ego aũt ſine iracundia dico,vt oĩa:nec tamẽ ſine dolore. neminẽ illi ciuitati inimicũ eſſe arbitror,q amicus ſit huic ciuitati.Excogitare quę tua ratio ſit Calene nõ poſſum.antea deterrere te,ne popularis eſſes,nõ poteram9:vt nunc ſis popularis,exorare nõ poſſumus.Satis multa cum Fuſio,ac ſine odio oĩa,nihil ſine dolore.Credo aũt q generi querelã moderate ferat,æquo aĩo laturũ amici.Venio nũc ad reliquos Conſulares,quorũ eſt nemo,iure meo hoc dico,q non mecũ habeat aliquã coniunctionẽ gratię,alii maximã,alii mediocrẽ,nemo nullã. q̃ heſternus dies nobis,Cõſularibus dico,turpis illuxit.iterũ Legatos!quid!ille faceret inducias!ante Cõſules,oculoſq; Legatorũ tormẽtis Mutinã verberauit:opus oſtendebat,munitio nẽq; Legatis:ne punctũ quidem temporis,cũ Legati adeſſent,oppugnatio reſpirauit.Adhuc Legatos!cur!an vt in eorũ reditu vehementius ptimeſcatis! Equidem cum antea Legatos decerni nõ cẽſuiſſem:hoc me tñ cõſolabar:q; cũ illi ab Antonio contẽpti,& reiecti reuertiſſent: dixiſſentq; Senatui nõ mõ illũ e Gallia nõ diſceſſiſſe,vt cenſuimus:ſed ne a Mutina qdẽ receſſiſſe: poteſtatẽ ſibi D.Bruti cõueniẽdi nõ fuiſſe:putabã fore vt oẽs iflãmati odio,excitati dolore,armis,eqs,viribus D. Bruto ſubueniremus. nos etiã lãguidiores facti ſumus,poſtq; Antonii nõ ſolũ audaciã,& ſcelus,ſed etiã inſolẽtiã,ſupbiãq; pſpeximus. Vtinã L.Cęſar valeret, Seruius Sulpitius viueret:multo melius hęc tũc agerent a tribus,q̃ nũc agunt ab oĩb9.dolẽter hoc dicã potius,q̃ cõtumelioſe.deſerti,deſerti iquã ſumus P.C.a Prĩcipib9.ſed,vt iã ſæpe dixi, oẽs in tãto periculo,q recte & fortiter ſentiẽt,erũt Cõſulares. animũ nobis afferre Legati debuerũt, timorẽ attulerũt.q̃q; mihi qdẽ nullũ vnq̃ timorẽ:q̃uis illi de illo ad quem miſſi ſunt,bene exiſtimẽt : a quo etiã mãdata acceperũt.Pro` dii immortales, vbi eſt ille mos,virtuſq; maiorũ!C.Põpilius apud maiores noſtros, cũ ad Antiochũ Regẽ legatus miſſus eẽt,& verbis Senat9 nũciaſſet, vt ab Alexãdria diſcederet,quã obſidebat: cũ tẽpus ille differret,virgula ſtantẽ circũſcripſit:dixitq;,ſe non antea renunciaturũ Senatui,niſi prius ſibi reſpondiſſet,quid facturus eſſet,q̃ ex illa circũſcriptione excederet.pręclare. Senatus eñ faciem ſecum attulerat,auctoritatem reipublicę.cui qui non paret,non ab eo mandata accipienda ſunt:ſed ipſe eſt potius repudiandus.An ego ab eo mandata accipiẽ, qui Senatus mandata cõtemneret!aut ei cũ Senatu qcq̃ cõmune iudicarẽ,q imperatorẽ populi Ro. Senatu ꝓhibente obſideret!At quę mandata!qua arrogantia!quo ſtupore!quo ſpiritu!Cur aũt ea legatis noſtris dabat!cũ ad nos Corylã mitteret ornamẽtũ,atq; arcẽ amicorũ ſuorũ,hominẽ ædilitium:ſi vere tũ fuit Aedilis,cũ eũ iuſſu Antonii in conuiuio ſerui publici loris ceciderunt. At q̃ modeſta mandata fert!ii ſumus P.C.qui quicq̃ huic negemus!Vtrãq; prouinciã inqt remitto,exercitũ depono,priuatus eſſe non recuſo.Hęc ſunt eñ verba.redire ad ſe videt.oĩa obliuiſcor, in gratiã redeo.Sed qd adiũgit!Si legionibus meis,& ſi eqtibus, & ſi cohorti Prętorię prædam agrũq; dederitis.His etiam præmia poſtulet:quibus vt ignoſcatur ſi poſtulet, impudentiſſimus iudiceˉ!Addit pręterea quos ipſe cũ Dolabella dederit agros, teneãt ii,qbus dati ſunt. Hic eſt Campanus ager & Leontinus,quę duo maiores noſtri annonę perfugia ducebant.Cauet mimis,aleatoribus,lenonibus:Caponi etiã,& Saxæ cauet:quos Centuriones pugnaces, & lacertoſos inter mimorũ,& mimarũ greges collocauit.Poſtulat ꝓterea vt Chirographorũ & cõmẽtariorũ,ſua,Collegęq; ſui decreta maneãt.Quid laborat! vt habeat qd qſq; mercatus eſt.ſi qd accepit,habeat q vẽdidit.& ne tangant rationes ad Opis: ideſt,ne ſeſtertium ſepties millies recuperetˉ:ne fraudi ſit Septẽuiris qd egiſſent . Nucula hoc credo admonuit. verebat fortaſſe,ne amitteret tantas clientelas.Caueri etiã vult iis qui ſecum ſunt, quicquid cõtra legem cõmiſerũt. Muſtellę & Tironi proſpicit.de ſe nihil laborat.Quid eñ cõmiſit vnq̃! num aut pecuniam publicã attigit!aut hominẽ occidit!aut ſecum habuit armatos!Sed quid eſt,q̃ de iis laboret!Poſtulat eñ ne ſua iudiciaria lex abrogetur.quo impetrato,quid eſt quod metuat!an,ne ſuorũ aliqs a Cyda,Lyſiade,Curio condemnetur! Neq; tamẽ nos vrget mandatis

Maſſilienſ.

C. Põpili9.

Cãpanus ager & Leont.pfugia annonę.

pluribus, remittit aliquãtum, & relaxat. Galliã inquit remitto, comatã postulo, otiosus videlicet esse malo, cum sex legionibus ingt, hisq; suppletis ex D. Bruti exercitu, nõ modo ex deProve consules. ctu suo: tãdiuq; vt obtineat, q̃diu D. Brutus, C. Cassius Consules prove consules puincias obtinebũt: huiꝰ comitiis C. frater est eñ iã annus, vt repulsam tulit. ipse autẽ vt quinquẽniũ ingt obtineã. At istud vetat lex Cęsaris, & tua. Hęc tu mãdata L. Piso, & tu, L. Philippe princi pes ciuitatis nõ dico animo ferre, verũ auribꝰ accipere potuistis? Sed vt suspicor, terror erat qdam: nec vos vt Legati apud illũ fuistis, nec vt Consulares: nec vos vestram nec Reip. dignitatem tenere potuistis. & tamẽ nescio quo pacto, sapiẽtia quadã credo, qđ ego nõ possum, nõ nimis irati reuertistis. vobisq; M. Antonius nihil tribuit, clarissimis viris, legatis populi Romani: nos qd non Legato Antonii Cotylę concessimus? cui portas huius vrbis patere iussũ fuit, huic hoc tẽplũ patuit, huic aditus in Senatũ fuit: hic hesterno die sententias nostras in codicillos, & oĩa verba referebat: huic se etiã summis honoribus hi, cõtra dignitatẽ suã venPrincipis p sonam tueri, magnũ. ditabant. O dii ĩmortales, q̃ magnũ est psonã in Rep. tueri principis. quę non animis solũ debet, sed oculis seruire ciuiũ. domũ recipere Legatũ hostiũ, in cubiculũ admittere, & reducere, hoĩs est nihil de dignitate, nimiũ de piculo cogitãtis. Qđ aũt est periculũ? nã si maximũ ĩ discrimẽ veniet, aut libertas parta est victori, aut mors expositaTurpis fuga mortis. victo. quorũ alterũ optabile est, alterũ effugere nemo põt. turpis aũt fuga mortis oñi est morte pior. Nã illud qdẽ nõ addu cor vt credã: esse quosdã, q inuideãt alicuius cõstãtię, q laboribus, q eius ppetuã in Rep. adiuuãda voluntatẽ, & a Senatu, & a populo Ro. pbari molestę ferãt. Oẽs id qdẽ facere debebamus: eaq; erat nõ modo apud maiores nostros, sed etiã nup summa laus Cõsulariũ: vigilare,Q. Scæuola Augur. cogitare, adesse aĩo, semp aliqd p Rep. aut facere, aut dicere. Ego Q. Sceuolã Augurẽ memoria teneo bello Marsico, cũ esset summa senectute, & pdita valetudine: quotidie, simulatq; luceret, facere oĩbus cõueniendi sui potestatẽ. neq; eũ q̃q̃ illo bello vidit in lecto. senexq; & debilis primus veniebat in Curiã. Huiꝰ industriã maxime eqdẽ vellẽ vt imitarent ii, quos oportebat. secũdo aũt loco, ne alteriꝰ laborĩ inuiderẽt. Etem P. C. cũ in spẽ libertatis sexẽnio simus ingressi: diutiusq; seruitutẽ ppessi, q̃ captiui frugi, & diligẽtes solẽt: quas vigilias, quas sollicitudines, quos labores liberãdi ppli Ro. causa recusare debemꝰ? Eqdẽ P. C. q̃q̃ hoc honore vsi,Cõsulares togati, cũ in sagis ciuitas. togati esse solẽt, cũ est in sagis ciuitas: statui tamẽ a vobis, cęteriscq; ciuibus in tãta atrocitate tẽporis, tãtaq; pturbatione populi Ro. nõ differre vestitu. Nõ eñ ita gerimus nos hoc bello Cõsulares, vt equo aĩo populus Ro. visurus sit nostri honoris insignia, cũ partim e nobis ita timidi sint, vt oẽm ii populi Ro. beneficiorũ memoriã abiecerint: partim ita a Rep. auersi, vt huic se hosti fauere pre se ferãt: Legatos nostros ab Antonio despectos eẽ, & irrisos facile patiant: Legatũ Antonii subleuatũ velint. huic. n. reditũ ad Antoniũ phiberi negabant oportere, & in eodẽ excipiendo sententiã meã corrigebãt. qbus gerã morẽ. redeat ad Imperatorẽ suũ Varius: sed ea lege, ne vnq̃ Romã reuertat. Cęteris aũt, si errorẽ suũ deposuerint, & in Reip. gratiã redierint: veniã, & impunitatẽ dandã puto. Quas ob res ita censeo: eorũ, q cũ M. Antonio sunt, q ab armis discesserint, & aut ad Pansam, aut ad Hirciũ cõsules, aut ad Decimũ Brutũ Imperatorẽ CONS. designatũ, aut ad C. Cæsarẽ proprætorẽ, ante Idus Martias adierint, eis fraudi ne sit, q̃ cũ M. Antonio fuerint. Si qs eorũ, q cũ M. Antonio sunt, fecerit, quo honore, prẽmiove qs dignus esse videat: vti C. Pansa, A. Hircius CONSS. alter, ambove, si eis videatur, de eius honore, prẽmiove, primo quoq; die ad Senatũ referãt. Si quis post hęc ad Antonium profectus fuerit, prẽter L. Variũ, Senatum existimaturum eum contra Remp. fecisse.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA NONA. ORATIO. LII.

Seruii Sulpitii mors, & laus.

VELLEM dii ĩmortales fecissent P. C. vt viuo potius Ser. Sulpitio gratias ageremus, q̃ mortuo honores quęreremꝰ. Nec vero dubito, qn si ille vir renunciare legationẽ potuisset, reditus eius & nobis gratꝰ fuerit, & Reip. salutaris futurus. non q̃ L. Philippo, & L. Pisoni aut studium, aut cura defuerit in tanto officio, tãtoq; munere: sed cum Seruius Sulpitiꝰ ætate illis anteiret, sapiẽtia oñibus, subito ereptus totã legationẽ orbã, & debilitatã relict. Q̃ si cuiq̃ iustus honos habitus est in morte Legato, in nullo iustior q̃ in Ser. Sulpitio reperietur. Cęteri, q in legatione mortẽ obierunt, ad incertũ vitæ periculũ, sine vllo mortis metu profecti sunt. Ser. Sulpitius cũ aliqua peruenię

dí ad M.Antonium ſpe profectus eſt,nulla reuertendí.quí cum íta affectus eſſet,vt ſi ad grauẽ valetudinẽ labor acceſſiſſet,ſibí ípſi díffideret: nõ recuſauit,quo mínus vel in extremo ſpíritu,ſi quã opem Reip.afferre poſſet,experíretur.Itaq; non illũ vís hyemis, nõ níues,nõ lõgítudo ítineris,nõ aſperitas víarũ,nõ morb⁹ ígraueſcẽs retardauit:cũq; íã ad cõgreſſum,colloquíũq; eíus pueníſſet,ad quẽ erat míſſus,in ípſa cura,& meditatíone obeundí ſuí muneris excéſſit e vita.Vt ígít alía,ſic hoc Pãſa pclare, q nos ad ornãdũ Ser.Sulpítíũ cohortatus es,& ípſe multa copioſe de íllíus laude díxíſtí.quíbus a te dictís níhil prẽter ſentẽtíã dícerẽ:níſi P. Seruílío eſpõdendũ putarẽ,q hunc honorẽ ſtatuę nemíní tríbuẽdũ cenſuít, níſi q ferro eſſet ín legatíone ínterfectus.Ego aũt P.C.ſic ínterpretor ſenſiſſe maiores noſtros,vt cauſam mortís cenſuerint,non genus eſſe quęrendũ.Etẽm cuí legatío ípſa mortís cauſa fuíſſet,eíus monímentũ extare voluerunt,vt ín bellís periculoſis obírẽt hoíes legatíonís munus audacíus.Nõ ígít exẽpla maiorũ quęrenda,ſed conſilíũ eſt eorũ,a quo ípſa exẽpla nata ſunt,explicandũ.Lartes Tolumníus Rex Veíẽtũ quattuor Legatos populí Ro.Fídenís ínteremít,quoꝝ ſtatuę in roſtrís ſteterunt vſq; ad noſtrã memoríã.íuſtus honos.his em̃ maiores noſtrí, qui ob Rẽpub. mortem obierant,pro breuí vita díuturnã memoríã reddíderunt.Cn.Octauíí clarí & magní vírí,q primus in eã famílíã,quę poſtea vírís fortíſſimís floruít,attulít Conſulatũ,ſtatuã vídemus in roſtrís.nemo em̃ tũ nouitatí inuídebat,nemo vírtutẽ nõ honorabat. At ea fuit legatío Octauíí,in qua periculí ſuſpítío nõ ſubeſſet.Nam cũ eſſet míſſus a Senatu ad animos Regũ perſpíciendos,líberorũq; populorũ:maximeq;,vt nepotẽ Antíochí Regís,q cũ maioribus noſtrís bellũ geſſerat,claſſes habere,elephãtos alere prohíberet:Laodiceæ in gymnaſio a quo dã Leptíne eſt ínterfectus.Reddíta eſt eí tũ a maioribus ſtatua p víta,quę multos p annos pgeníem eíus honeſtaret:nũc ad tãtę famílię memoríã ſola reſtaret.Atq; & huíc,& Tullo Clíuío,& L.Roſcío,& Sp.Antío,& C.Fulcínío,qui a Veientiũ Rege cęſi ſunt:non ſanguís,q pfuſus eſt ín morte:ſed ípſa mors ob Remp.habíta,honorí fuit.Itaq; P.C.ſi Ser.Sulpítío caſus mortẽ attuliſſet,dolerẽ equídẽ tanto Reipu.vulnere:mortẽ vero eíus non monimẽtís, ſed luctu publico eſſe honorandã putarẽ.Nunc aũt qs dubítat,quín eí vítã abſtulerít ípſa legatío? ſecũ em̃ ílle mortem extulít:quã ſí nobíſcũ remanſiſſet,ſua cura,optímí fílíí,fídeliſſímeq; cõíugís dílígẽtía vítare potuiſſet.At ílle,cũ víderet ſí veſtrę auctorítatí non paruiſſet,diſſímilẽ ſe futurũ ſuí:ſí paruiſſet,munus ſibí íllud p Rep.ſuſceptũ vítę fínẽ allaturũ:maluít ín maxímo populí Ro.díſcrímíne morí:q̃ mínus,q̃ potuiſſet,víderí Reip.profuiſſe.Multís ílli in vrbíbus,qua íter faciebat,refícíendí ſe,& curandí poteſtas fuít:aderat & hoſpítũ ínuítatío líberalís,p dígnitate ſummí vírí,& eorũ hortatío,q vna erant míſſí,ad requieſcendũ,& vítę ſuę conſulendũ.At ílle pręrãs,feſtínãſq;,mandata noſtra conficere cupiens,ín hac cõſtãtía morbo aduerſante pſeuerauit.Cuíus cũ aduẽtu maxíme pturbatus eſſet Antoní⁹: q ea, quæ ſibí íuſſu noſtro denunciarent̃,auctorítate erant & ſentẽtía Ser.Sulpítíí conſtítuta: declarauit q̃ odíſſet Senatũ,cũ auctorẽ Senatus extínctũ,lęte,atq; inſolẽter tulit. Nõ ígít magís Octauíũ Leptínes,nec Veientiũ Rex eos,quos modo noíaui,q̃ Ser.Sulpítiũ occídít Antonius.Is enim pfecto mortẽ attulít,q cauſa mortís fuít.Quocírca ad poſteritatís etiã memoríã ptínere arbítror,extare qđ fuerit de hoc bello íudícíũ Senatus. erít em̃ ſtatua ípſa teſtís,bellũ tam graue fuiſſe,vt legatí ínterítus honorís memoríã cõſecutus ſit. Q; ſi excuſatíonẽ Ser. Sulpítíí P.C. legatíonís obeundę recordarí voluerítís, nulla dubítatío relínquet̃,qn honorẽ mortuo, cuí íníuríã víuo fecímus,faciam⁹. Vos em̃ P.C.(graue dictu eſt,ſed dicẽdũ tamẽ) vos ínquã Ser. Sulpítíũ vita príuaſtís.Quẽ cũ videretís ſe magís morbo,q̃ oratíone excuſantẽ,nõ vos qdem crudeles fuíſtís : quíd.n.mínus ín hũc ordínẽ cõuenít:ſed cũ ſperaretís nihil eſſe, qđ nõ ílli⁹ auctorítate,& ſapiẽtía effící poſſet,vehemẽtíus excuſatíoní obſtítíſtís:atq; eũ, q ſemp veſtrũ conſenſum grauíſſímũ íudícauíſſet,de ſentẽtía deíeciſtís.vt vero Panſę cõſulís acceſſit cohortatío grauíor,q̃ aures Ser.Sulpítíí ferre dídícíſſent,tũ fílíũ meq; ſeduxít: atq; íta locutus eſt, vt auctorítatẽ veſtrã vítę ſe díceret anteferre.Cuíus nos vírtutẽ admíratí, nõ auſí ſumus aduerſarí eíus volũtatí.mouebat̃ ſíngulari píetate fílíus, nõ multũ pturbatíoní eíus me⁹ dolor cõcedebat.ſed vterq; noſtrũ cedere cogebat̃ magnítudíní anímí,oratíoníſq; grauítatí:cũ qdẽ ílle maxíma laude,& gratulatíone oĩm veſtrũ pollícítus eſt,ſe qđ velletís eſſe facturũ:neq; ei⁹ ſententię pericului vitaturũ,cuíus ípſe auctor fuíſſet.quẽ exeq mandata veſtra properantẽ mane poſtridíe pſecutí ſumus.qui quidẽ díſcedens mecũ íta locutus eſt, vt eíus oratío omen fatí videret̃.Reddíte ígít P.C.eí vitã,cuí ademiſtís.Vita em̃ mortuorum in memoria víuorum

Lartes Tolumníus. Legatorũ cęſorũ honos.

Vita mortuorum,in memoria víuorum.

est posita.perficite vt is,quem vos ad mortē insciī misistis,immortalitatē habeat a vobis. cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis:nulla eius legationis posteritatē inobscurabit obliuio.Nam reliqua Ser.Sulpitii vita multis erit præclarisq; monimentis ad oēm memoriam cōmendata. semp illius grauitatē,cōstantiā,fidem,prestantiā,in Rep.tuenda curam, atq; prudentiā,omnium mortaliū fama celebrabit.Nec vero silebitur admirabilis quędā,& incredibilis,& pene diuina eius in legibus interpretandis,equitate explicandis,sciētia.omnes qui ex omni ætate hac in ciuitate intelligentiā iuris habuerunt,si vnū in locum conferantur,cū Ser.Sulpitio non sunt comparādi.Neq; em̄ ille magis iuris cōsultus q̄ iustitię fuit.Itaq; quæ proficiscebantur a legibus,& a iure ciuili,semper ad facilitatē,equitatēq; referebat.neq; constituere litiū actiones malebat,q̄ controuersias tollere.Ergo hoc statuę monimento nō eget, habet alia maiora.hæc em̄ statua mortis honestę testis erit:illa memoria vitę glorioſę.vt hoc magis monimētū gratię Senatus,q̄ clari viri futurū sit. Multum etiam valuisse ad patris honorem pietas filii videbitur:qui q̄q̄ afflictus luctu non adest,tamē sic animati esse debetis, vt ille si adesset. est enim ita affectus,vt nemo vnq̄ vnici filii mortem magis doluerit,q̄ ille mœret patris. Equidem etiam ad famā Ser.Sulpitii filii arbitror attinere,vt videatur honorē debitum patri prestitisse.q̄q̄ nullū monimētū clarius Ser.Sulpitius relinquere potuerit, q̄ effigiem morū suorū,virtutis,constantię,pietatis,ingenii filiū. cuius luctus aut hoc honore vestro,aut nullo solatio leuari potest.Mihi autem recordanti Ser.Sulpitii multos in familiaritate nostra sermones,gratior illi videtur,si quis est sensus in morte,ænea statua futura,& ea pedestris magis,q̄ inaurata equestris,qualis L.Syllæ prima statua est. magnifice em̄ Seruius Sulpitius maiorum continentiā diligebat: huius seculi insolentiā vituperabat. Vt igitur si ipsum consulam quid velit,sic pedestrē ex ære statuā,tanq̄ ex eius auctoritate,& volūtate decerno.quæ quidem magnum ciuium dolorem, & desiderium honore monimenti minuet, & leniet.atq; hanc meam sententiam P.C.P.Seruilii sentētia probari necesse est,qui sepulcrum publice decernendum Seruio Sulpitio censuit:statuam non censuit. Nam si mors legati sine cæde,atq; ferro nullum honorem desiderat,cur decernit honorē sepulturę,qui maximus haberi pōt mortuo?Sin id tribuit Ser.Sulpitio,qđ nō est datū Cn.Octauio,cur qđ illi datū est, huic dandum esse non censet? Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt: sepulcra paucis,sed statuę intereunt tempestate,vi,vetustate:sepulcrorum autem sanctitas in ipso solo est,qđ nulla vi moueri,neq; deleri potest.Atq; vt cętera extinguunt̄, sic sepulcra fiunt sanctiora vetustate.Augeatur igitur isto etiam honore is vir,cui nullus honor tribui non debitus potest:gratissimus in eius morte decoranda,cui nullam aliam gratiam referre iam possumus.notet̄ etiā Antonii nefariū bellū gerētis scelerata audacia.his em̄ honorib⁹ habitis Ser. Sulpitio repudiatæ,reiectæq; legationis ab Antonio,manebit testificatio sempiterna. Quas ob res ita censeo.cum Ser.Sulpitius Quinti filius,Lemonia Rufus difficillimo Reipub.tempore,graui, periculosoq; morbo affectus, auctoritatem Senatus, salutemq; populi Ro. vitæ suæ præposuerit:contraq; vim,grauitatemq; morbi, contenderit, vt ad castra Antonii, quo Senatus eum miserat,peruenire: isq; cum iam propę castra venisset, vi morbi oppressus vitam amiserit in maximo Reipu.munere:eiusq; mors consentanea vitæ fuerit,sanctissime, honestissimeq; actæ:in qua sæpe magno vsui Reipub.Ser.Sulpitius,& priuatus,& in magistratibus fuerit:cum talis vir,ob Remp.in legatione mortem obierit:senatui placere,Ser.Sulpitio statuam pedestrem æneā in rostris,ex huius ordinis sententia statui:circumq; eam statuā locum gladiatoribus,ludisq;,liberos, posteriosq; eius, quaq; versus pedes quinq; habere, q; hic ob Rempub.mortem obierit:eamq; causam in basi inscribi:vtiq; C.Pansa, A.Hircius Consules alter,ambove,si eis videbitur,quęstoribus vrbis imperent,vt eam basim, statuamq; faciēdam,& in rostris statuendam locent:quantiq; locarint, tantam pecuniam redemptori soluendam,attribuendamq; curent:cumq; antea Senatus auctoritatem in virorum fortium funeribus ornamentisq; ostenderit, placere eum q̄plissime supremo die suo efferri: & cum Ser. Sulpitius Q.F.Lemonia Rufus ita de Repub.meritus sit,vt his ornamentis decorari debeat: Senatum censere,atq; e Repub.existimare,Aediles curules edictum,qđ de funeribus habeāt, Ser.Sulpitii Q.F.Lemoniæ Rufi funeri mittere:vtiq; locum sepulcro in Campo Esquilino C. Pansa Consul,seu quo in loco videtur,pedes triginta quaq; versus designet,quo Seruius Sulpitius inferatur.Quod sepulcrum ipsius,liberorum,posterorumq; eius sit vti: qđ optimo iure sepulcrum publice datum est.

Inobscurare.

Nō magis iuris cōsultus q̄ iustitiæ.

Statuæ ad sepulcra.

Quaq; versus.

Statua Ser. Sulpit. in Rostris.

Sepulcri spatium.

IN M. ANTONIVM, PHILIPPICA DECIMA. ORATIO.LIII.

MAXIMAS tibi Pansa gratias oẽs & habere,& agere debemus: qui cũ hodierno die Senatũ te non habiturũ arbitraremur: vt M.Bruti prẽstantissimi ciuis literas accepisti, ne minimã qdem moram interposuisti,quin q̃primũ maximo gaudio & gratulatiõe frueremur. cũ factum gratũ oẽibus debet esse:tum vero oratio,qua recitatis literis vsus es,declarasti eẽ verum esse id,qđ ego semper sensi,neminem alterius,q̃ suę confideret,virtuti inuidere.Itaq; mihi,q̃ plurimis officiis sum cũ Bruto,& maxima familiaritate coniunctus,minus multa de illo dicenda sunt,quas eẽ partes ipse mihi sumpserã,eas præoccupauit oratio tua.Sed mihi P.C. necessitatẽ attulit paulo plura dicẽdi,sentẽtia ei⁹,q̃ rogat⁹ est ante me:a quo ita sępe dissentio,vt iã verear,nẽ id qđ minime fieri debet,minuere amicitiã nostrã videat̃ ꝓtua dissensio.Quę est.n.ista tua oratio Calene! quæ mẽs!q̃ nunq̃ post Cal.Ian.idẽ senseris,qđ is,q̃ te sentẽtiã prius rogat!cur nũq̃ tã frequẽs Senatus fuit,q; vnus aliqs tuã sententiã secutus sit!cur semp tui dissimiles defendis!cur cũ te & vita,& fortuna tua ad otiũ,& ad dignitatẽ inuitet:ea ꝓbas,ea decernis,ea sentis, quę sunt inimica & otio cõmuni,& dignitati tuę!Nã vt supẽriora omittã:hoc certe qđ mihi maximã admiratiõnẽ mouet,nõ tacebo.Qđ eẽ tibi cũ Brutis bellũ!cur eos, quos oẽs venerari debemus,solus oppugnas!alterũ circũsederi non molestę fers: alterum tua sentẽtia spolias his copiis,quas ipse suo labore,& pẽriculo ad Reip.non ad suũ prẽsidium, pẽr se nullo adiuuãte cõfecit.Quis est iste tuus sensus!quæ cogitatio! Brutos vt nõ ꝓbes! Antonios ꝓbes! quos oẽs chariss̃imos habẽt,tu oderis!quos acerbissime oẽs oderũt,tu cõstãtissime diligas!Amplissimę tibi fortunę sunt,summus honoris gradus:filius,vt & audio,& spẽro,natus ad laudẽ: cui cũ Reip.causa faueo,tum etiã tua.Quęro igit̃ eũ Bruti similem malis,an Antonii!ac pmitto vt de tribus Antoniis eligas,quẽ velis.D.Brut⁹ melior est inquies.Cur igitur nõ his faues! eos laudas,quorũ similẽ filiũ tuũ esse vis!simul eẽ Reip.cõsulis,& ꝓponis illi exempla ad imitandũ.Hoc vero Q.Fusi copiosius sine offensione nostræ amicitiæ,sic tecũ,vt a te dissentiens,Senator quęro:ita eẽ dixisti,& qdẽ de scripto:nã te inopia verbi lapsum putarẽ,nisi tuã in dicendo facultatẽ nossem:literas Bruti recte & ordine scriptas videri.qđ qd est aliud,q̃ librariũ Bruti laudare,non Brutũ!vsum in Rep.Calene magnũ iã habere & debes & potes.quãdo ita decerni vidisti!aut quo S.C.hui⁹ generis,sunt eẽ innumerabilia,bene scriptas literas decretum a Senatu!qđ verbũ tibi non excidit,vt sępe fit,fortuitu,scriptũ,meditatũ,cogitatũ,attulisti.hanc tibi consuetudinẽ plerisq; in rebus bonos obtrectãdi si qs detraxerit,q̃ tibi velit obtrectare,nõ relinquet̃.Quãobrẽ collige te,placaq; animũ aliquãdo,& mitiga: audi viros bonos,qbus vteris multũ:loquere cũ sapiẽtissimo hoie genero tuo sępius,q̃ tu ipse tecũ. tũ deniq; amplissimi honoris nomẽ obtinebis.An vero hoc ꝓ nihilo putas!in quo equidẽ ꝓ amicitia tua iure dolere soleo:efferri hęc foras!& ad populi Ro.aures puenire!ei qui primus sententiã dixerit,neminẽ assensum.qđ etiã hodie futurum arbitror. Legiones abducis a Bruto: quas!nẽpe illas,quas ille ab Antonii scelere auertit,& ad Rẽp.sua auctoritate traduxit.Rursus igit̃ vis nudarũ illũ,atq; solũ ab Rep.relegatũ videri. Vos aũt P.C.si M.Brutũ deseruerit̃is,& ꝓdideritis,quẽ tandẽ ciuẽ habebitis,quẽ ornetis!cui fauebitis!nisi forte eos q̃ Diadema posuerunt,cõseruandos:eos,q̃ nomẽ Regis sustulerũt,deserendos putatis.Ac de hac qdẽ diuina atq; immortali laude Bruti filebo:quę gratissima memoria oĩm ciuium inclusa, nondũ auctoritate publica testata est.tantam ne patientiam dii boni,tantã moderationẽ,tantam in iniuria tranquillitatem,& modestiam!qui cum Prætor vrbanus esset, vrbe caruit:ius non dixit,cum omne ius populi Ro.recuperasset:cumq; concursu quotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eũ fieri solebat,prædioq; Italię cunctæ septus posset esse, absens iudicio bonorum defensus esse maluit,q̃ præsens manu: qui ne Apollinares qdẽ ludos, ꝓ sua populi q; Ro.dignitate apparatos ꝑsens fecit,ne quã viã patefaceret sceleratorũ hoĩm audaciæ.q̃q̃q̃ vnq̃ aut ludi,aut dies lętiores fuerunt,q̃ cũ in singulis versibus populus Ro.maximo clamore & plausu Bruti memoriã prosequebat̃!corpus aberat liberatoris:libertatis memoria aderat,in qua Bruti imago cerni videbat̃.At hunc his ipsis ludorũ diebus videbam in insula clarissimi adolescẽtis Luculli ꝓpinq; sui nihil nisi de pacę & cõcordia ciuiũ cogitantem.eundem

Q; pro vt.

De scripto dicere.

Obtrectandi bonos.

Prętor vrbanus.

Apollinares ludi.

vidí postea Velię cedentẽ Italía, nequa oriretur belli ciuílis causa ꝓpter se. O spectaculum íl lud non modo hominíbus, sed vndís ipsis, & littoribus luctuosum: cedere e patría seruatorẽ
Lapsis pau cis diebus. eius, manere ín patría ꝓditores. Cassius lapsis paucis post diebus consequebaꝫ: vt me puderet P. C. in eam vrbẽ redíre, ex qua illí abírent. Sed quo cõsílio redíerím, ínitio audístís, post estís experti. Expectatũ ígitur tempus a Bruto est. nam quoad vos oía patí vídit, vsus est ípse ín credíbilí patientía: posteaq̃ vos ad líbertatẽ sensit erectos, preſidia vestrę líbertatí parauit. At cuí pestí, quantęq; restítit! Sí em̃ C. Antonius qđ aío ínstituerat, ꝑficere potuísset (potuísset aũt, nísi eius sceleri vírtus M. Brutí obstitísset) Macedoniã, Illyrícũ, Greciam ꝑdídíssemus. esset vel receptaculũ pulso Antonío, vel agger oppugnandę Italię Græcia: quæ quidẽ nunc M. Brutí ímperío, auctorítate, copíís non ínstructa solũ, sed etiam ornata tendit, dextram Ita lię, suumq; eí preſidium pollícetur. Qđ quí ab íllo abducít, exercitũ pulcherrímũ, & præsidíũ fírmíssímũ adímit reíp. Equídem cupío hęc q̃primũ Antoníũ audíre, vt íntelligat nõ D. Bru tum, quem vallo circũsedet, sed se ipsum obsideri. Tría tenet oppída toto ín orbe terrarum: habet ínimicíssímã Galliã: eos etiã, q̃bus confidebat, alienissímos Transpadanos: Italía oĩs ín festa est: exteræ natíones a prima ora Grecię vsq; ad Aegyptũ optímorũ, & fortíssímorũ cíuí um ímperíís, & ꝑsidíís tenenť. Erat eí spes vna ín C. Antonío: quí duorum fratrum ætatíbus medíus ínteriectus, vítíís cũ vtroq; certabat, quí tanq̃ extruderet a Senatu ín Macedoniã, & non contra prohíberetur proficíscí, ita cucurrit. Quę tẽpestas díí ímmortales, quæ flamma, quę vastítas, quę pestis Grecię fuisset! nísi íncredíbilís vís, ac díuína vírtus Cęsarís, furẽtís ho mínís conatũ atq; audaciam compressísset. Quę celeritas ílla Brutí! quę cura! quę vírtus! etsí
Caducę hę reditates. ne ílla qdem Antoníí celeritas contemnẽda est, quem nísí ín vía caducę hęreditates retardas sent: volasse eũ, nõ íter fecisse díceres, alíos ad negotíũ publícũ íre cũ cupímus, ví solemus ex trudere. hũc retinẽtes excluſimus. At qđ eí cũ Apollonía! qđ cũ Dyrrhachío! qđ cũ Illyrico! qđ cum P. Vatínií Imperatorís exercitu! succedebat, vt ípse dicebat, Hortẽsio, certí fines Ma cedonię, certa conditío, certíssímo modo erat etiam íllíus exercitus: cum Illyrico vero, & cũ Vatínií legionib9 qđ erat Antonío! at ne Bruto qdẽ. íd em̃ fortasse qspiã improbus dixerit. omnes legiones, oẽs copię, quę vbiq; sunt, populí Ro. sunt. neq; em̃ legiones quę Antoníũ re líquerunt, Antoníí potius q̃ Reíp. fuisse dicunť. Om̃e. n. exercit9, & ímperíí ius amittít is, q eo ímperío & exercitu Rẽp. oppugnat. q; sí ípsa Resp. íudícaret, aut sí omne ius decretís eíus sta tuereť, Antonío ne an Bruto legiões ppli Ro. adíudícaret! alter aduolaret subito ad direptio nẽ pestẽq; socíorũ: & quacũq; íret, omnía vastaret, dirípéret, auferret: exercitu populí Ro. con tra ípsum populũ Ro. vteretur. alter vero eã fibí legẽ statueret, vt quocũq; venisset, lux venís se quędã & spes salutís vídereť. deníq; alter ad euertendã Rẽp. ꝑsidía quęrebat: alter ad conser uandã. Nec vero nos hoc magís vídebamus, q̃ ípsí mílites, a q̃bus tanta ín íudícando prudẽ tia nõ erat postulanda. cũ. VII. cohortíbus isse Apollonía scríbit Antoníũ, q ía aut captus est qđ díí dent: aut certe homo verecũdus ín Macedoniã nõ accedit, ne contra Senatũ fecisse ví deatur. Delectus habítus ín Macedonía est summo Hortensíí studío & índustría, cuius aní mũ egregiũ, dignũq; & ipso, & maioríbus suís ex Brutí líteris ꝑspicere potuístís. Legio, quã
Cícero fílí9 L. Píso ducebat, legatus Antoníí, Ciceroní se fílío meo tradídit. Eqtatus q ín Syriã ducebatur bípartíto, alter eũ a quo ducebať relíqt in Thessalía, seseq; ad Brutũ contulit: alterũ ín Mace donía Cn. Domítius adolescẽs summa vírtute, & constantía ab legato Syríaco abduxít: P. au tẽ Vatínius, q decímo anno iure laudatus a nobís, & hoc tẽpore merito laudandus est, ape ruit Dyrrhachíí portas Bruto, & exercitũ tradídit. Tenet ígiť populus Ro. Macedoníam, te net Illyrícũ, tuetur Greciã: nostrę sunt legiones, nostra leuis armatura, nostrí eqtatus, maxí meq; noster est Brutus, sempq; noster, cum sua excellentíssíma vírtute Reíp. natus, tum fato quodã paterní materníq; generís, & nomínís. Ab hoc ígitur quísq̃ bellũ tímet! q anteq̃ nos íd
Iacere. coacti suscepímus, ín pace íacere, q̃ ín bello vígere maluit. q̃q̃ ílle qdẽ nunq̃ íacuit, nec hoc ca dere verbũ ín tantã vírtutís ꝓstantiã potest. Erat em̃ in desiderio ciuitatís, in ore, in sermone oĩm. Tãtũ aũt aberat a bello, vt cũ cupíditate líbertatís Italía arderet, defuerit ciuíũ studíís potíus, q̃ eos in armorũ díscrímen adduceret. Itaq; illí ípsí, sí q sunt, q tarditatem Brutí rep hendant, tñ eiusdẽ moderationẽ, patientíamq; mirẽtur. Sed íam vídeo quíd loquanť. neq;. n. íd occulte faciunt. tímere se dícunt quomodo ferant Veteraní, exercitũ Brutum habere. qua sí vero qcq̃ interfit inter A. Hircíí, C. Pansæ, D. Brutí, C. Cæsaris, & hũc exercitum M. Brutí. Nam sí quattuor exercitus íí, de quíbus díxí, propterea laudantur, q; pro populí Ro. líberta-

re arma ceperũt, qd est cur M. Bruti exercitus non in eadẽ causa reponat? At em̃ Veteranis suspectũ est nomẽ M. Bruti, magis q̃ Decimi. Equidẽ nõ arbitror, etsi est em̃ Brutorũ cõmune factũ, & laudis societas: equius D. tamẽ Bruto irati sunt oẽs ii, q id factũ dolebãt, quo minus ab illo rẽ illã dicebant fieri decuisse. Quid ergo nũc agũt tot exercitus, nisi vt obsidione Brutus libereť? q aũt hos exercit⁹ ducũt? hi credo, q Cęsaris res actas euerti, q causam veteranorũ prodi volũt? si ipse viueret Cæsar, acrius credo acta sua defenderet, q̃ vir fortissimus defendit Hircius? aut amicior causæ potest inueniri, q̃ filius? At eorũ alter nõdũ ex longinquitate grauissimi morbi recreatus qcqd habuit viriũ, id in eorũ libertatẽ cõtulit, quorũ votis iudicauit se a morte reuocatũ. alter virtutis robore firmior, q̃ ætatis, cum istis ipsis veteranis ad D. Brutũ liberandũ profectus est. Igit illi certissimi, iidẽq; acerrimi Cęsaris actorũ patroni, p D. Bruti salute bellũ gerũt. quos veterani sequunť. de libertate em̃ populi Ro. nõ de suis cõmodis armis decernẽdũ vidẽt. Quid est igit cur iis, q D. Brutũ oĩb⁹ copiis cõseruatũ velint, M. Bruti sit suspectus exercitus? An vero si qd esset, qđ a M. Bruto timẽdũ videreť, Pansa id nõ videret? aut si videret, nõ laboraret? qs aut sapiẽtior ad cõiecturã rerũ futurarum? aut ad propulsandũ metũ diligẽtior? Atq hui⁹ animũ erga M. Brutũ studiũq; vidistis. pręcepit oratione sua qd decernere nos de Bruto, qd sentire oporteret: tãtũq; abfuit vt periculosum Rei pu. M. Bruti putaret exercitũ, vt in eo firmissimũ Reip. prędiũ & grauissimũ poneret. Scilicet hęc Pansa aut nõ videt (hebeti em̃ ingenio est) aut negligit? quę em̃ Cęsar egit, ea rata eẽ nõ curat. de qbus cõfirmãdis & sanciendis legẽ comitiis Cẽturiatis ex auctoritate nostra laturus est. Definãt igit aut ii, q nõ timẽt, simulare se timere, sed prospicere Reip. aut ii q oĩa verenť, nimiũ esse timidi. ne illorũ simulatio, horũ sit ignauia. Quę (malũ) est ista ratio? semp optimis causis veteranorũ nomẽ opponere? quorũ etiã si amplecterer virtutes, vt facio: tamẽ si essent arrogantes, nõ possem ferre fastidiũ. An nos conãtes seruitutis vincula rũpere, impędiet siqs veteranos id nolle dixerit? nõ sunt em̃ credo innumerabiles, q pro cõmuni libertate arma capiant. nemo est pter veteranos milites vir, q ad seruitutẽ ppulsandã ingenuo dolore excitet? potest igit stare Resp. freta veteranis sine magno subsidio iuuentutis? quos qdẽ libertatis adiutores cõplecti debetis: seruitutis auctores sequi nõ debetis. Postremo: erumpat em̃ aliquãdo vera & me digna vox. Si veteranorum nutu mẽtes huius ordinis gubernanť, oĩaq; ad eorũ volũtatẽ dicta factaq; nostra referunť, optanda mors est, quæ ciuibus Ro. semp fuit seruitute potior. oĩs est misera seruitus: sed fuerit quędã necessaria, ecqđnam principiũ putatis libertatis capessendę? an cũ illũ necessariũ, & fatalẽ pene casum nõ tulerimus, hũc feremus volũtariũ? tota Italia desiderio libertatis exarsit: seruire diutius nõ potest ciuitas: serius populo Ro. hũc vestitũ atq; arma dedimus, q̃ ab eo flagitati sumus. magna nos qdẽ spe, & prope explorata, libertatis causam suscepimus. sed vt concedã incertos exitus esse belli, martẽq; cõmunẽ, tamẽ pro libertate, vitæ periculo decernendũ est. nõ em̃ in spiritu vita est: sed ea nulla est omnino seruiẽti. oẽs em̃ nationes seruitutem ferre possunt, nostra ciuitas nõ potest. nec vllã aliã ob causam, nisi q̃ illę laborẽ dolorẽq; fugiũt: qbus vt careãt, oĩa perpeti possunt. nos ita a maioribus instituti, atq; imbuti sumus, vt oĩa cõsilia atq; facta ad virtutẽ atq; dignitatẽ referamus. ita prędara est recuperatio libertatis, vt ne mors qdẽ sit in repetẽda libertate fugienda. Q̃z si immortalitas cõsequereť præsentis periculi fuga, tamẽ eo magis ea fugiẽda esse videreť, quo diuturnior †esse seruitus. Cũ vero dies, & noctes oĩa nos vndiq; fata circũstent, nõ est vestri, noĩsq; Romani dubitare, eũ spiritũ, quẽ naturę qs debeat, patrię reddere. cõcurritur vndiq; ad cõmune incendiũ restinguendũ: veteraniq; primi Cęsaris auctoritatẽ secuti conatũ Antonii repulerũt: post eiusdẽ furorem Martia legio fregit, Quarta afflixit. Sic a suis legionib⁹ cõdẽnatus irrupit in Galliã, quã sibi armis animisq; infestã inimicãq; cognouit. hũc A. Hircii, C. Cęsaris exercitus insecuti sunt: post Pansę delectus vrbẽ totãq; Italiã erexit: vn⁹ est oĩm hostis, q̃q̃ habet secũ L. fratrẽ charissimũ Reip. ciuẽ, cuius desideriũ ciuitas ferre diutius nõ põt. qd illa tetrius bellua? qd immanius? q ob eã causam natus videť, ne oĩm mortaliũ turpissim⁹ esset Antonius. est vna Trebellius, q iã cũ tabulis nouis redit in gratiã: T. Plãcus, cæteri pares: q id pugnãt, id agũt, vt cõtra Rẽp. restituti esse videanť: sollicitãt hoĩes imperitos Saxas, & Caphones: ipsi rustici, atq; agrestes: q hãc Rẽp. nec viderũt vnq̃, nec videre constitutã volũt: q nõ Cęsaris, sed Antonii acta defendũt: quos auertit agri Cãpani infinita possessio: cuius eos nõ pudere miror, cũ videãt mimos, & mimas habere vicinos. Ad has pestes opprimẽdas qd est cur moleste feramus q̃ M. Bruti accessit exercitus? immoderati credo ho-

Seruit⁹ oĩs misera.

Seruire Roma nescit.

†esset.

Id pugnãt.

minis,& turbulenti.vide ne nimiũ pene patientis: etsi in illius viri consiliis,atq; factis,nec nimiũ,nec parũ vnq; fuit.omnis volũtas M.Bruti P.C.oĩs cogitatio,tota mens, auctoritatem Senatus,libertatẽ populi Ro.intueť:hæc habet proposita:hęc tueri vult:tentauit qd patiẽtia proficere posset:nihil cũ proficeret,cõtra vim experiendũ putauit.Cui qdem P.C.vos idẽ tribuere hoc tẽpore debetis,qd ad XIII.Cal.D.Bruto,& C.Cęsari me auctore tribuistis.quorum priuatũ de Repu.cõsiliũ & factũ auctoritate vestra est cõprobatũ,atq; laudatũ.qd idẽ in M.Bruto facere debetis,a quo insperatũ,& repentinũ Reip.presidiũ legionum,equitat9,auxiliorũ magnę & firmę copię cõparatę sunt:adiungendusq; est Q.Hortẽsius:qui cum Macedonią obtineat,adiutorẽ se Bruto ad cõparandũ exercitũ fidelissimũ & cõstantissimũ præbuit. nam de Apuleio separatim censeo referendũ:cui testis est per literas Brutus,eum principem fuisse ad conatũ exercitus cõparãdi.Quę cũ ita sint, ꝙ Pansa cõsul verba fecit de literis,quæ a Q.Cepione Bruto Procons.allatæ,& huic ordini recitatę sunt, de ea re ita censeo. Cũ Q. Cepionis Bruti Procõsulis opera,cõsilio,industria,& virtute,difficillimo Reipu.tẽpore prouinciã Macedoniã,Illyricũ,cũctã Gręciã,legiones,exercit9,eqtatus in cõsulũ,Senatus,populiq; Ro.potestate sint:id Q.Cepionẽ Brutũ Procõs.bene,& e rep.& sua maiorũq; suoq; dignitate,cõsuetudineq; Reip.bene gerendæ fecisse:eamq; rẽ Senatui populoq; Ro.gratã esse,& fore:vtiq; Q.Cepio Brutus Procõs.prouinciã Macedoniã,Illyricũ,totãq; Gręciã, tueať,defendat,custodiat,incolumẽq; seruet:eiq; exercitui,quẽ ipse cõstituit,cõparauit,pręsit:pecuniaq; ad rẽ militarẽ,siqua opus sit,q̃ publica sit,& exigi possit, vtať,exigat,pecuniasq; a qbus videtur ad rẽ militarẽ mutuas sumat:frumentũ imperet:operãq; det, vt cũ suis copiis q̃proxime Italią sit.Cũq; literis Q.Cepionis Bruti Procõs.intellectũ sit,Q.Hortẽsii Procõsulis opera & virtute vehemẽter Rẽp.adiutã,oĩaq; eius cõsilia cũ cõsiliis Q.Cepionis Bruti Procõsulis cõiuncta fuisse,eãq; rẽ magno vsui Reip.fuisse, Q.Hortensiũ Procõs. recte & ordine exq; Rep. fecisse:Senatuiq; placere Q. Hortensium Procons.cum Q. Cepione Procons. & legatis suis Macedoniam prouinciam obtinere quoad ex S.C.successum sit.

Q̃proxime Italią.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA VNDECIMA.

ORATIO.LIIII.

AGNO IN DOLORE SVM P. C. VEL MOERORE POtius,quem ex crudeli,& miserabili morte C.Trebonii optimi ciuis, moderatissimiq; hominis accepimus.inest tamẽ aliquid,qd Reip.p futurũ putẽ.perspeximus em̃ quanta in his,q cõtra patriã scelerata arma ceperũt, inesset immanitas. nã duo hæc capita nata sunt post hoĩes natos teterrima,& spurcissima,Dolabella,& Antonius: quorũ alter effecit,qd optabat:de altero patefactum est,qd cogitaret.L. Cinna crudelis: C.Marius in iracũdia pseuerãs:L.Sylla vehemẽs:neq; vll9 horũ in vlciscẽdo acerbitas pgressa vltra mortẽ est. q̃ tñ pœna ĩ ciues nimis crudelis putabať. Ecce†tibi geminũ ĩ scelere par,inusitatũ,inauditũ,ferũ,barbarũ.Itaq; quorũ summũ quondã inter ipsos odiũ,bellũq; meministis,eosdẽ postea singulari inter se cõsensu,& amore deuinxit impurissimę naturę,& turpissimę vitę similitudo.Ergo id,qd fecit Dolabella,in quo potuit,multis idem minať Antonius. sed ille cũ pcul abesset a cõsulib9,exercitibusq; nostris,nec dũ Senatũ cũ populo Ro.cõspirasse sensisset,fretus Antonii copiis ea scelera suscepit,quę iã Romę suscepta arbitrabať a socio furoris. Quid ergo hũc aliud molirí:qd optare cẽsetis:aut quã oĩno causã eẽ belli:oẽs q libere de Rep.sensim9,q dignas nobis sentẽtias dixim9,q populũ Ro.liberũ esse voluimus,statuit ille qdẽ nõ inimicos,sed hostes.maiora in nos q̃ in hostẽ supplicia meditať.mortẽ naturę pœnã putat esse: iracũdiæ,tormẽtũ atq; cruciatũ.qualis igiť hostis habẽdus est is,a quo victore si cruciatus absit, mors ĩ beneficii partẽ numeretˊ:Quãobrẽ P.C.q̃q̃ hortatore nõ egetis,ipsi em̃ vestra spõte exarsistis ad libertatis recuperãdę cupiditatẽ,tamẽ eo maiore studio libertatẽ defendite, quo maiora pposita victis supplicia seruitutis videtis. In Galliã inuasit Antonius,in Asiã Dolabella.in alienã vterq; puinciã.alteri se Brutus obiecit: ĩpętũq; furẽtis, atq; oĩa diuexare,& diripere cupiẽtis,vitę suę piculo colligauit,a pgressu arcuit,a reditu refrenauit:obsideri se passus ex vtraq; pte cõstrinxit Antoniũ.alter in Asiã irrupit cursim,vt ĩ Syriã patebat via certa,neq; lõga. qd opus fuit cũ legiõe,p̃misso Marso nescio quo Octauio scele-

†tergeminum.

rato latrone atq; egente? q popularet agros, vexaret vrbes, nõ ad ſpem cõſtituẽdæ rei familia
ris, quã tenere eũ poſſe negant q norunt (mihi em̃ hic Senator ignotus eſt) ſed ad præſentẽ
paſtũ mendicitatis ſuę. Cõſecutus eſt Dolabella in nulla ſuſpitione belli, qs em̃ id putaret? ſe Paſtus.
cutæ collocutiones familiariſſimæ cũ Trebonio: cõplexuſq; ſummę beneuolẽtiæ falſi indices
extiterũt in amore ſimulato: dextræ q̃ fidei teſtes eſſe ſolebãt, perfidia ſunt & ſcelere violatæ.
Qui nocturnus introitus ĩ Smyrnã, quaſi ĩ hoſtiũ vrbẽ? q̃ eſt fideliſſimorũ antiquiſſimorũq;
ſociorũ. oppreſſus Trebonius, ſi vt ab eo, q aperte hoſtis eſſet, incaut⁹: ſi vt ab eo, q ciuis etiã
tũ ſpeciẽ haberet, miſer. Ex quo nimirũ documentũ nos capere fortuna voluit, qd eſſet victis
extimeſcendũ. cõſularẽ hoiem cõſulari imperio prouinciã Aſiã obtinentẽ Samario exuli tra- Trebonii
didit: interficere ſtatim captũ noluit, ne nimis credo in victoriis liberalis videret: cũ verbo- trucidatio
rũ cõtumeliis optimũ virũ inceſto ore laceraſſet, tũ verberibus ac tormẽtis quęſtionẽ habuit pe
cuniæ publicæ, idq; per biduũ: poſt aũt ceruicib⁹ caput abſcidit, idq; fixũ geſtari iuſſit in pilo:
reliquũ corpus tractũ, atq; laceratũ abiecit in mare. cũ hoſte hoc bellãdũ eſt, cuius teterrima
crudelitate ois barbaria ſuperata eſt. Quid loquar de cæde ciuium Romanorũ? de direptione
fanorũ? qs eſt q pro rerũ atrocitate deplorare tantas calamitates queat? & nũc tota Aſia va-
gat, volitat vt rex, nos alio bello detineri putat. quaſi vero nõ vnũ idemq; bellũ ſit cõtra hoc
iugũ impiorũ nefariũ. Imaginẽ Antonii crudelitatis in Dolabella cernitis. ex hoc illa effecta
eſt, ab hoc illa Dolabellę ſcelerũ pręcepta ſunt tradita. nũc leniorẽ q̃ in Aſia Dolabella fuit: in
Italia, ſi liceat, fore putatis Antoniũ? mihi qdẽ & ille pueniſſe videt, quoad ꝓgredi potuerit
feri hoĩs amentia. neq; Antonius vllius ſupplicii adhibendi, ſi poteſtatẽ habeat, vllã partem
eſt relicturus. Ponite igit ante oculos P.C. miſerã quidẽ illã, & flebilẽ ſpeciẽ, ſed ad incitandos
animos veſtros neceſſariã: nocturnũ impetũ in vrbẽ Aſiæ clariſſimã: irruptionẽ armatorũ in
Trebonii domũ: cũ ille miſer prius latronũ gladios videret, q̃ quę res eſſet audiſſet: furentis
introitũ Dolabellæ, vocẽ impurã, atq; os illud infame, vincula, verbera, eculeũ, carnificẽ, tor-
torẽq; Samariũ. quæ tuliſſe illũ fortiter & patienter ferũt. magna laus, meoq; iudicio omniũ Trebonii
maxima. eſt em̃ ſapientis, quicqd homini accidere poſſit, id præmeditari ferẽdũ modice ſi ad patientia.
uenerit eſſe. maioris eſt omnino cõſilii, prouidere, ne qd tale accidat: ſed animi non minoris, Sapiẽtis p̃
fortiter ferre ſi euenerit. At Dolabella qdẽ tam fuit immemor humanitatis, q̃q̃ eius nũq̃ par meditatio.
ticeps fuerit, vt ſuã inſatiabilẽ crudelitatẽ exercuerit nõ ſolũ in viuo, ſed etiã in mortuo. at
in eius corpore lacerando atq; vexando, cũ animũ ſatiare nõ poſſet, oculos pauit ſuos. O mul
to miſerior Dolabella, q̃ ille, quẽ tu miſerrimũ eſſe voluiſti. Dolores Trebonius pertulit ma- Trebonii
gnos. multi, ex morbi grauitate maiores: quos tamẽ nõ miſeros, ſed laborioſos ſolemus dice cruciatus.
re. longus fuit dolor bidui. at cõpluribus hominib⁹ annorũ ſæpe multorũ. nec grauiora vere Laborioſi.
ſunt carnificũ tormenta, q̃ interdũ cruciamẽta morborũ. Alia ſunt, alia inquã, ó perditiſſimi
hoĩes, & amẽtiſſimi, multo miſeriora. Nã quo maior vis eſt animi, q̃ corporis, hoc ſunt gra-
uiora ea, quæ concipiunt animo, q̃ illa, quæ corpore. miſerior igit, q ſuſcipit in ſe ſcelus: q̃ is,
qui alterius facin⁹ ſubire cogit. Cruciatus eſt a Dolabella Trebonius. & qdem a Carthaginẽ
ſibus Regulus. in qua re cũ crudeliſſimi Pœni iudicati ſint in hoſte, quid in ciue de Dolabel-
la iudicandũ eſt? An vero hoc cõferendũ eſt? an dubitandũ vter miſerior? is ne, cuius mortẽ
Senatus populuſq; Ro. vlciſcet: an is, q cuncti Senatus ſententia hoſtis eſt iudicatus? nã cæte-
ris quidẽ vitæ partibus, quis eſt, qui poſſit ſine Trebonii maxima cõtumelia cõferre vitã Tre
bonii cũ Dolabella? alterius conſiliũ, ingeniũ, humanitatẽ, innocentiã, magnitudinẽ animi in
patria liberanda, qs ignorat? alteri a puero pro delitiis crudelitas fuit. deinde ea libidinũ tur A puero.
pitudo, vt in hoc ſit ſemper lætatus, q; ea faceret quæ ſibi obiici ne ab inimico quidẽ poſſent
verecundo. Et hic (dii immortales) aliquando fuit meus amicus. occulta enim erant vitia
non inquirenti. neq; nunc fortaſſe alienus ab eo eſſem, niſi ille vobis, niſi mœnibus patrię, ni
ſi huic vrbi, niſi diis pœnatibus, niſi aris, & focis omniũ noſtrũ, niſi deniq; naturæ, & humani
tati inuentus eſſet inimicus. a quo admoniti diligentius & vigilãtius caueamus Antonium.
Etenim Dolabella nõ ita multos ſecũ habuit notos, ac inſignes latrones. at videtis quot, &
q̃ multos habeat Antonius. Primũ L. fratrẽ, quã facem dii immortales? qd facinus? qd ſcelus?
quem gurgitẽ? quã voraginẽ? quid eũ nõ ſorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius
ſanguinẽ nõ bibere cenſetis? in cuius poſſeſſiones atq; fortunas non impudentiſſimos oculos
ſpe & mẽte defigere? Quid Cenſorinũ? qui ſe verbo prętorẽ eſſe vrbanũ cupere dicebat, re cer
te noluit. quid Beſtiã? qui ſe cõſulatũ in Bruti locũ petere profitet, atq; hoc quidẽ deteſtabi-

Detestabile omen. le omen auertat Iupiter, q̃ absurdũ aũt, qui prætor fieri nõ potuerit, petere eum cõsulatum? nisi forte damnationẽ pro Prætura putat. Alter Cęsar Vopiscus, ille homo summo ingenio,
Vopiscus. summa potentia, q ex ędilitate Cõsulatũ petit, soluat legibus: q̃q̃ leges eũ nõ tenent. credo dignitate. at hic me defendẽte qnquies absolutus est. sexta palma vrbana etiã in gladiatore difficilis. sed hęc iudicũ culpa, nõ mea est. ego defendi fide optima. illi debuerũt clarissimũ, & prestãtissimũ Senatorem in ciuitate retinere. q tamẽ nũc nihil aliud agere videt nisi vt intelligamus illos iudices, quorũ res iudicatas irritas fecimus, bene, & e Rep. iudicauisse. Neq; hoc in hoc vno est. sunt alii in eisdẽ castris honeste cõdemnati, turpiter restituti. qd horũ cõsilium,
Ironia.
Saxa. qui oĩbus bonis hostes sunt, nisi crudelissimũ putatis fore? Accedit Saxa nescio qs, quẽ nobis
Capho. Cęsar ex vltima Celtiberia tribunũ ple. dedit, castrorũ antea metator, nũc, vt sperat, vrbis: a
* qua, cũ sit alienissimus, captis aliis nobis domineť. Cũ hoc veteranus Capho, quo neminem
Peius oderunt. veterani peius oderũt. His, quasi pręter dotẽ, quã in ciuilibus malis acceperant, agrũ Cãpanũ est largitus Antonius, vt haberent aliquorũ nutriculas prędiorũ: quib9 vtinã cõtenti essent.
Nutriculę ferremus, etsi tolerabile nõ erat. sed quiduis patiendũ fuit, vt hoc teterrimũ bellũ nõ haberemus. Quid illa castrorũ M. Antonii lumina, nõne ante oculos proponitis? primũ duos collegas Antoniorũ, & Dolabellæ, Nuculã, & Lentonẽ, Italiæ diuisores lege ea, quam Senatus per vim latã iudicauit. quorũ alter cõmentatus est Mimos, alter egit Tragœdiã. Quid dicam de Apulo Domitio? cuius bona modo proscripta vidim9. tãta ꝓcuratorũ est negligẽtia. At hic
Infudit nõ dedit. nuper fororis filio infudit venenũ, nõ dedit. Sed nõ possunt nõ prodige viuere, q nostra bona sperant cũ effundũt sua. Videte etiã P. Decii auctionẽ clarissimi viri, qui maiorũ suorum exempla persequẽs, pro alieno se ære deuouit. emptor tamẽ in ea auctione inuentus est nemo. O hominẽ ridiculũ, qui se exire ære alieno putaret posse, cũ venderet aliena. Nam qd ego de Trebellio dicã? q̃ multę videnť furię debitorũ? vindices eĩ tabularũ nouarũ nouã tabulam vidimus. quid de Planco? qui prestantissimos ciues Aquila, Pollentia expulit, & quidẽ crure fracto. qd vtinã ante illi accidisset, ne huc redire potuisset. Lumẽ & decus illi9 exercit9 pene pręterii, Caniniũ Cimbrũ Lysidici filiũ, Lysidicũ ipsum ĩ greco verbo: qui oĩa iura dissoluit: nisi
Lysidicus. Germanũ Cimber occidit. forte iure germanũ Cimber occidit. Cũ hãc, & huius generis copiã tantã habeat Antonius, qd scelus omittet? cũ Dolabella tãtis se obstrinxerit parricidiis, nequaq̃ pari latronum manu & copia? Quapropter vt inuitus sæpe dissensi a Q. Fusio, ita sum ei9 sentẽtię libẽter assensus. ex quo iudicare debetis, me nõ cũ homine solere, sed cũ causa dissidere. Itaq; nõ assentior solum, sed etiã gratias ago Q. Fusio, dixit eĩ seuerã, grauẽ, Rep. dignã sententiã: iudicauit hostem Dolabellã, bona eius censuit publice possidenda. quo cũ addi nihil posset: qd eĩ atroci9 potuit, qd seuerius decernere? dixit tamẽ, si qs eorũ, qui post se rogati essent, grauiorẽ sententiã dixisset, in eã se iturũ. quã seueritatẽ qs potest nõ laudare? Nunc quoniã iudicatus est hostis Dolabella, bello est persequẽdus. neq; eĩ quiescet. habet legionem, habet fugitiuos, habet sceleratã impiorũ manũ: est ipse cõfidens, impotẽs, gladiatorio generi mortis addictus. Quã obrẽ quoniã cũ Dolabella hesterno die hoste decreto bellũ gerendũ est, Imperator est deligẽdus. Duæ dictæ sunt sententię: quarũ neutrã probo. Alterã, quia semper, nisi cum est necesse, periculosam arbitror. alterã: quia alienã his tẽporibus existimo. Nã extraordinariũ semp Im-
Ventosus. periũ populare atq; ventosum est, minime vestrę grauitatis, minime huius ordinis. Bello An
L. Scipio Asiaticus. tiochi magno, & graui, cũ L. Scipioni Publii fratri obuenisset Asia, parũq; in eo putaret esse animi, parũ roboris: senatusq; ad Collegã eius C. Lęliũ huius sapientis patrẽ negotium deferret: surrexit P. Aphricanus frater maior L. Scipionis, & illã ignominiã familię deprecatus est: dixitq;, & in fratre suo summã virtutẽ esse, summũq; consiliũ: neq; se ei legatũ id ętatis, hisq; rebus gestis defuturũ. qd cũ ab eo esset dictũ, nihil est de Scipionis prouincia cõmutatũ: nec plus extraordinariũ Imperiũ ad id bellũ quęsitũ, q̃ duobus antea maximis Punicis bellis, quę a consulibus, aut a dictatoribus gesta & consummata sunt: aut q̃ Pyrrhi, q̃ Philippi, q̃ post Achaico bello, q̃ Punico tertio: ad qd populus Ro. ita ipse sibi delegit idoneũ ducẽ P. Scipionem, vt eũ tamẽ bellũ gerere Consulẽ vellet. Cũ Aristonico bellũ gerendũ fuit L. Valerio, P. Licinio consulibus. rogatus populus quẽ id bellũ gerere placeret: Crassus consul, Põtifex maximus Flacco collegæ Flamini Martiali mulctã dixit, si a sacris discessisset. quã mulctã Populus Ro. remisit, pontifici tamen flaminẽ parere iussit. sed ne tũ quidẽ populus Ro. ad priuatũ detulit bellũ. q̃q̃ erat Aphricanus, q anno antea de Numãtinis triũphauerat. qui cũ lõge oẽs belli gloria & virtute supĕraret, duas tãtũ tribus tulit. Itaq; populus Ro. cõsuli poti9 Crasso,

q̄ priuato Aphricano bellū gerendū dedit.De Cn.Põpeii imperiis summi viri, atq; oim prin cipis,tribuni ple.turbuléti tulerūt.nā Sertorianū bellū a Senatu priuato datū est,quia Con sules recusabant:cū L.Philippus pro Cōsulibus se eū mittere dixit, nō†Procōsulē.Quæ igit̄ hæc comitia!aut quā ambitionē cōstantissimus & grauissimus ciuis L.Cęsar in Senatū intro duxit!clarissimo viro atq; innocētissimo decreuit Imperiū,priuato tamē,in quo maximū no bis onus imposuit,assensero,ambitionē induxero in Curiam, negauero,suffragio meo,tanq̄ comitiis,homini honorē amicissimo denegauero.Q; si comitia placet in Senatu habere,pe tamus,ambiamus,tabula modo noua det̄ nobis,sicut populo data est,cur comitiis Cęsar!ita vt aut prestantissimus vir,si tibi nō sit assensum,repulsam tulisse videat̄: aut vnusquisq; no strū præteritus,si cū pari dignitate simus,eodē honore digni nō putemur.At em̄ (nā id ex audio)Cæsari adolescentulo imperiū extraordinariū mea sententia dedi.Ille em̄ mihi præsi diū extraordinariū dederat,cū dico mihi,Senatui dico,populoq; Ro.a quo Resp.presidiū ne cogitatū qdē tantū haberet,vt sine eo salua esse nō posset, huic extraordinariū Imperiū non darem!aut exercitus adimēdus,aut imperiū dandū fuit,quę est em̄ ratio!aut q potest fieri!vt sine Imperio teneat̄ exercitus!Nō igit̄ qđ ereptū nō est,est id existimandū esse datū,eripuisse tis C.Cæsari P.C.imperiū,nisi dedissetis,milites veterani,q illius auctoritatē, imperiū, nomē secuti pro Repub.arma ceperant,volebant sibi ab illo imperari:Legio Martia,& Quarta, ita se cōtulerat ad auctoritatē Senatus,populiq; Ro.dignitatē,vt eū deposcerēt Imperatorem,& ducē.Imperiū Cęsari belli necessitas,fasces Senatus dedit.otioso vero,nihil agenti, priuato, obsecro te L.Cæsar(cū peritissimo homine mihi res est)quando imperiū Senatus dedit! Sed de hoc qdē hactenus,ne refragari homini amicissimo,ac de me optime merito videar.etsi qs potest refragari nō modo nō petenti,verū etiā recusanti! Illa vero P.C.aliena cōsulū digni tate,aliena tēporū grauitate sententia est,vt cōsules Dolabellæ persequendi causa Asiam & Sy riā sortiant.Dicā cur inutile Reip.sed prius q̄ turpe Cōsulibus sit,videte.Cū cōsul designat⁹ obsideat̄,in eoq; liberando salus sit posita Reip.cūq; a Rep.pestiferi ciues,parricidæq; desciue rint:cūq; id bellū geramus,quo bello de dignitate,de libertate,de vita decernam⁹:& si in po testatē qs Antonii venerit,proposita sint tormēta atq; cruciatus:cūq; harū rerū oim decerta tio cōsulibus optimis & fortissimis cōmissa & cōmendata sit:Asię & Syrię mētio fiet!vt,aut suspitioni crimen,aut inuidiæ materiā dedisse videamur.At vero ita decernunt,vt liberato Bruto,id em̄ restabat,vt relicto,deserto,prodito.Ego vero mentionē prouinciarū factā dico alienissimo tempore.q̄is em̄ intentus animus tuus sit C.Pansa,sicut est,ad fortissimum vi rū,& oim clarissimum liberandū,tamē rerū natura cogit te necessario referre animū aliquan do ad Dolabellā persequendū,& partē aliquā in Asiā,& Syriā deriuare curæ, & cogitationis tuæ.Si aūt fieri posset,vel plures te animos habere vellē,quos oēs ad Mutinā intenderes.qđ quoniā fieri nō potest,istoc animo,quē habes prestantissimū,atq; optimū,nihil volumus ni si de Bruto cogitare. facis tu id qdē, & eo maxime incumbis:duas tamē res,magnas præser tim,nō modo agere vno tēpore,sed ne cogitando qdē explicare quisq̄ potest.incitare & inflā mare istud tuū prestantissimū studiū,nō ad aliā vlla ex parte curā transferre debemus.Adde istuc sermones hominū,adde suspitiones,adde inuidiā. imitare me, quē tu semper laudasti:q instructā,ornatāq; a Senatu prouinciā deposui,vt incendiū patriæ omissa omni cogitatione restinguerē.nemo erit,præter vnū me,quicum profecto,si qd interesse putasses tua,pro sum ma familiaritate nostra cōmunicauisses,qui credat te inuito prouinciā tibi esse decretā.Hāc quæso pro tua singulari sapientia reprime famā:atq; effice,ne id,qđ nō curas, cupere videa re.qđ quidē vehementius eo tibi laborandū est,quia in eandē cadere suspitionē Collega vir clarissimus nō potest.nihil horum scit,nihil suspicat̄: bellū gerit,in acie stat: de sanguine,& de spiritu decertat:ante prouinciā sibi decretā audiet,q̄ potuerit tēpus ei rei datū suspicari. Vereor ne exercitus quoq; nostri,qui nō delectus necessitate,sed volūtariis studiis se ad Rē pu.cōtulerūt,tardent̄ animis, si quicq̄ aliud nobis, nisi de instanti bello cogitatū putabunt. Q; si prouinciæ cōsulibus expetendæ videnť,sicut sæpe multis clarissimis viris expetitę sunt: reddite prius nobis Brutū,lumē,& decus ciuitatis:q ita cōseruandus est,vt id signū,qđ cęlo delapsum Vestæ custodiis cōtinet̄:quo saluo,salui sumus futuri.hūc vel in cælū,si fieri pote rit,nostris humeris tollemus:prouincias certe dignissimas vobis deligemus.nūc quod agit̄, agamus.agit̄ aūt liberi ne viuamus,an mortē obeamus.quæ certe seruituti anteponenda est. Quid si etiā affert tarditatē ista sententia ad Dolabellā persequendū!quādo em̄ veniet Cōsul!

†pro Con sule.

Cicero Pā sæ plures aīos optat. Nō modo, p non mo do non.

Ancile po tius q̄ Pal ladium.

an id expectamus, quo ne vestigiũ qdẽ Asiæ ciuitatũ, atq; vrbiũ relinquat? At mittẽt aliquẽ de suo numero. valde mihi probari potest, qui paulo ante clarissimo viro priuato Imperiũ extra ordinẽ nõ dedi. At hominẽ dignũ mittent. nũ P. Seruilio digniorẽ? at eũ qdem ciuitas nõ habet. Qđ ergo ipse nemini putat dãdũ, ne a Senatu qdẽ, id ego vni⁹ iudicio delatũ comprobem? Expedito nobis hoie, & parato P. C. opus est: & eo, q imperiũ legitimũ habeat: q præterea auctoritatẽ, nomẽ, exercitũ, perspectũ animũ i Rep. liberãda. Quis igit is est? aut M. Brutus, aut C. Cassius, aut vterq;. Decernerẽ plane, †ficut multa, cõsulẽ alterũ, ambosve, ni Brutũ collígassemus in Greciã: & eius auxiliũ ad Italiã vergere, q̃ ad Asiã maluissemus: nõ vt ex ea acie auxiliũ haberem⁹, sed vt ipsa acies subsidiũ haberet etiã trãsmarinũ. Præterea P. C. M. Brutũ retinet etiã nũc C. Antonius, q tenet Apolloniã magnã vrbẽ, & grauẽ: tenet opp. Hellidẽ, tenet Amantiã, instat Epiro, vrget Oricũ, habet aliquot cohortes, habet equitatum. hinc si Brutus erit traductus ad aliud bellũ, Greciã certe amiserimus. Est aũt etiã de Brundusio, atq; illa ora Italię prouidẽdũ. q̃q̃ miror tandiu morari Antoniũ. solet eñ accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metũ sustinere. qđ si cõfecerit Brutus, & intellexerit plus se Reip. profuturũ, si Dolabellã psequat, q̃ si in Grecia maneat: aget ipse pr sese, vt adhuc quoq; fecit: neq; in tot incẽdiis, cũ cõfestim succurrẽdũ est, expectabit Senatũ. Nam & Brutus & Cassius multis iã in rebus ipse sibi Senatus fuit. necesse est eñ in tãta cõcursatiõe pturbationũ, rerũ tẽporibus potius parere, q̃ moribus. nec eñ nũc primũ aut Brutus, aut Cassius salutem libertatẽq; patrię, legẽ sanctissimã, & morẽ optimũ iudicauit. Itaq; si ad nos nihil referretur de Dolabella persequẽdo, tamẽ ego pro decreto putarẽ, cũ essent tales virtute, auctoritate, nobilitate summi viri: quorũ alterius iã notus nobis est exercit⁹, alterius audit⁹. Nõ igit Brutus expectauit decreta nostra, cũ studia nosset. neq; eñ est in prouinciã suã Cretã profectus, in Macedoniã alienã aduolauit: oĩa sua putauit, quæ vos vestra esse velletis: legiones cõscripsit nouas, excepit veteres, equitatũ ad se abduxit Dolabellæ, atq; eũ nõdum tãto parricidio †oblitũ, hostẽ sua sentẽtia iudicauit. nã ni ita esset, quo iure equitatũ a cõsule abduceret? Quid C. Cassius pari magnitudine animi & cõsilii prẽditus, nõne eo ex Italia consilio profectus est, vt phiberet Syria Dolabellã? qua lege? quo iure? eo, qđ Iupiter ipse sanxit, vt oĩa quę Reip. salutaria essent, legitima & iusta haberent. Est eñ lex nihil aliud, nisi recta, & a numine deorũ tracta ratio, imperans honesta, prohibẽs cõtraria. Huic igit legi paruit Cassius, cũ est in Syriã profectus, alienã prouinciã, si hoies legibus scriptis vterent: his vero oppressis, suã lege naturæ. Sed vt ex vestra quoq; auctoritate firmet, censeo: Cũ P. Dolabella, qq; eius crudelissimi, & teterrimi facinoris ministri, socii, adiutores fuerũt, hostes populi Ro. a Senatu iudicati sint: cũq; Senatus P. Dolabellã bello persequendũ cẽsuerit: vt is, q oĩa deorũ hoĩmq; iura nouo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit, nefarioq; patrię se parricidio obstrinxerit, pœnas diis, hoĩbusq; meritas, debitasq; psoluat: Senatui placere C. Cassiũ Procõsulẽ puinciã Syriã obtinere, vti q eã optimo iure puinciã obtinuerit: eũq; a Q. Martio Crispo Procõsule, L. Scauro Procõsule, A. Prolectio Legato exercit⁹ accipere, eosq; ei tradere: cũq; his copiis, & si quas pterea parauerit, bello P. Dolabellã terra mariq; persequi. eius belli gerẽdi causa, qbus ei videat, naues, nautas, pecunias, cæteraq;, quę ad bellũ gerendũ pertineãt, vt imperãdi in Syria, Asia, Bithynia, Ponto, ius potestatemq; habeat: vtq;, quancunq; in prouinciam eius belli gerendi causa aduenerit, ibi maius imperiũ C. Cassii Procons. sit, q̃ eius erit, q eã prouinciã obtinebit. Cũ C. Cassius Procons. ih eam prouinciã venerit, Regẽ Deiotarum patrem, & Regem Deiotarũ filiũ, si vt multis bellis sępenumero imperiũ populi Ro. iuuerint, itẽ C. Cassiũ Procõsulẽ copiis suis opibusq; iuuissent, Senatui populoq; Ro. gratũ esse facturos. Itẽ si cæteri Reges, Tetrarchę, Dynastęq; fecissent: S. P. Q. Ro. eorũ officii non immemorẽ futurũ. vtq; C. Pansa, A. Hircius Cõsules, alter ambove, si eis videret, Rep. recuperata, de puinciis cõsularib⁹, Prętoriis, ad hũc ordinẽ prio quoq; tẽpore referãt. interea puincię ab his, qb⁹ obtinent, obtineant, quoad cuiq; ex S. C. successum sit. Hoc S. cõsulto ardẽtẽ inflãmabitis, & armatũ armabitis Cassiũ. nec. n. aĩm ei⁹ potestis ignorare, nec copias. anim⁹ ipe quẽ videtis: copiæ, quas audistis. fortes & cõstãtes viri, q ne viuo qdẽ Trebonio Dolabellę latrociniũ ĩ Syriã penetrare siuisset. Halien⁹ familiaris & necessari⁹ me⁹ post ĩteritũ Trebonii pfect⁹, ne dici qdẽ se Legatũ Dolabellę volet. Est Q. Cęcilii Bassi priuati illi⁹ qdẽ, sed fortis, & pclari viri robustus & victor exercit⁹. Deiotari Regis & patris & filii & magn⁹ & nostro more ĩstruct⁹ exercit⁹. summa in filio spes, summa ingenii indoles, summaq; virtus. quid dicã de patre? cuius bñuolẽtia

†ficut multi.

Manicas accipere.

†obstrictũ.

Ius qđ Iupiter sãxit. Lex.

in populũ Ro.est ipsius æqualis ætati:q nõ solũ socius imperatorũ nostrorũ fuit in bellis,sed etiã dux copiarũ suarũ,quę de illo viro Sylla:quę Murena:quę Seruilius:quę Lucullus:q̃ honorate:q̃ honorifice:q̃ grauiter sępe in Senatu p̃dicauerũt:Quid de Cn.Põpeio loquar:q vnũ Deiotarũ in toto orbe terrarũ ex aĩo amicũ vereq; beneuolũ,vnũ fidelẽ populo Ro.iudicauit.Fuimus nup ego & M.Bibulus in ꝓpinquis finitimisq; ꝓuinciis.ab eodẽ Rege adiuti sumus & equitatu,& pedestrib9 copiis.secutũ est hoc acerbissimũ & calamitosissimũ ciuile bellũ.in quo qd faciẽdũ Deiotaro:qd oĩno rectius fuerit,dicere nõ est necesse:presertim,cũ contra ac Deiotarus sensit,victoria belli iudicauerit.quo in bello si fuit error,cõis ei fuit cũ Senatu.sin recta sentẽtia,nẽ victa qdẽ causa vituperãda est.Ad has copias accedẽt alii reges.etiã delectus accedẽt.neq; vero classes deerũt.tãti Tyrii Cassiũ faciũt,tãti ei9 in Syria nomẽ, atq; Phœnicia est.Paratũ habet Imperatorẽ C.Cassiũ P.C.Resp.cõtra Dolabellã: nec paratũ solũ, sed pritũ atq; fortẽ.magnas ille res gessit ante Bibuli summi viri aduẽtũ,cũ Parthorũ nobilissimos duces,magnas copias fudit,Syriãq; immani Parthorũ impetu liberauit.maximã ei9 & singularẽ laudẽ pretermitto.cuius em̃ predicatio nõdũ oĩbus grata est,hãc memoriæ potius,q̃ vocis testimonio cõseruem9.Aĩaduerti P.C.exornari ẽt nimiũ a me Brutũ,nimiũ Cassiũ ornari.Cassio vero sentẽtia mea dñatũ & principatũ dari.Quos ego orno:nẽpe eos,q ipsi sunt ornamẽta Reip.Quid D.Brutũ:nõne oĩbus sentẽtiis semp ornaui:nũ igit reprẽditis:an Antonios potius ornarẽ,nõ mõ suarũ familiarũ,sed populi Ro.noĩs ꝓbra,atq; dedecora:an Cẽsorinũ ornẽ in bello hostẽ:in pace sectorẽ:an cętera ex eodẽ latrocinio naufragia colligã:Ego vero istos otii,cõcordię,legũ,iudiciorũ,libertatis inimicos tãtũ abest vt ornẽ,vt effici nõ possit,qn eos tã oderim,q̃ Rẽp.diligo.Vide inqt ne veteranos offendas.hoc em̃ vel maxime exaudio.Ego aũt veteranos tueri debeo:sed hos, qb9 sanitas est,certe timere nõ debeo. eos vero veteranos,q ꝓ Rep.arma ceperũt,secutiq; sunt C.Cęsarẽ auctoritate beneficiorũ paternorũ,hodieq; Rẽp.defendũt cũ magno periculo:nõ tueri solũ,sed etiã augere cõmodis debeo.qui aũt qescũt,vt.VII.&.VIII.legio,in magna gloria & laude ponẽdos puto.comites vero Antonii,q postq̃ bñficia Cęsaris comederũt,Cõsulẽ designatũ obsederũt,huic vrbi ferro, igniq; minitant,Saxę se & Caphoni tradiderũt ad facin9 p̃dãq; natis, nũ qs est q tuẽdos putet:Ergo aut boni sunt,quos ẽt ornare,aut qeti,quos cõseruare debem9,aut impii,quorũ cõtra furorẽ & bellũ & iusta arma cepim9.Quorũ igit veteranorũ aĩos ne offendam9,veremur: eorũ ne q Brutũ obsidiõe cupiũt liberare:qb9 cũ Bruti salus chara sit,q possunt Cassii nomẽ odisse:an eorũ,q vtrisq; armis vacãt:nõ vereor ne acerb9 ciuis qsq̃ istorũ sit,q otio delectant. Tertio vero gñi nõ militũ veteranorũ,sed iportunissimorũ hostiũ cupio q̃acerbissimũ dolorẽ inurere.q̃q̃ P.C.quousq; dicem9 sentẽtias veteranorũ arbitratu: qd eorũ tãtũ fastidiũ est: quę tãta arrogãtia:vt ad arbitriũ eorũ Impatorẽ etiã deligam9:Ego aũt(dicẽdũ est em̃ P.C. qd sentio)nõ tã veteranos intuendos nobis arbitror,q̃ qd tyrones milites,flos Italię,qd nouæ legiones ad liberãdũ patriã paratissimę,qd cuncta Italia de vestra grauitate sentiat.nihil em̃ semp floret,ętas succedit ętati:diu legiões Cęsaris viguerũt,nũc vigẽt Pansę, vigẽt Hirtii,vigẽt Cęsaris filii,vigẽt Plãci.vincũt numero,vincũt ętatib9,nimirũ etiã auctoritate vincũt.id em̃ bellũ gerunt,quod ab oĩbus gentibus probat. Itaq; his præmia promissa sunt.illis persoluta.fruant illis,vel persoluant his,quę spopõdimus.id em̃ deos immortales spero equissimũ iudicare.Quæ cum ita sint,eam,quã dixi sententiã,vobis P.C. censeo comprobandam.

Comederũt beneficia.

Nihil semper floret.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DVODECIMA.

ORATIO. LV.

ETSI MINIME DECERE VIDETVR P.C. FALLI, DECIPI, errare eum, cui vos maximis sæpe de rebus assentiamini: consolor me tamen,quoniam vobiscum pariter & vna cum sapientissimo cõsule errauí.Nam cum duo Consulares spem honestę pacis nobis attulissent,q̃ erant familiares M.Antonii,q̃ domestici:nosse aliquod ei9 vulnus,quod nobis ignotum esset, videbant.apud alterũ vxor, liberi:alter quotidie literas mittere,accipere, apte fauere Antonio. hi subito hortari ad pacẽ, qd iandiu nõ fecissent, nõ sine causa videbant.accessit Cõsul hortator.at quis cõsul:si prudẽtia quærim9, qui minime falli posset:si virtutẽ,qui nullã pacẽ probaret, nisi An-

tonio cedẽte, atq; victo: si magnitudine animi, q preferret mortẽ seruituti. Vos aũt P. C. non tam immemores vestrorũ grauissimorũ decretorũ videbamini, q̃ spe allata deditionis, quam amici pacẽ appellarent, C. Halieni de imponẽdis, nõ de accipiendis legibus cogitare. Auxerat aũt meã quidẽ spem, credo ite vestrã, q; domũ Antonii afflictã mœstitia audiebam, lamẽtari vxorẽ. hic etiã fautores Antonii, quorũ in vultu habitant oculi mei, tristiores videbã. Qđ si nõ ita est, cur a Pisone, & a Caleno potissimũ? cur hoc tẽpore? cur tã improuiso? cur tã repente pacis est facta mentio? Negat Piso se scire, negat audisse qcq̃: negat Calenus rẽ vllã nouam allatã esse, atq; id nunc negãt, posteaq̃ nos pacificatoria legatione implicatos putãt. qd ergo opus est nouo cõsilio, si in re nihil omnino noui est? decepti, decepti inquã sumus Patres conscripti: Antonii est acta causa ab amicis eius, nõ publica. quod videbã equidẽ, sed quasi pẽ ca liginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus. q; si in bello dari vicarii solerẽt, libẽter me, vt D. Brutus emitteret, pro illo includi paterer. Atq; hac voce Q. Fusii capti sum⁹. ne si a Muti na qdẽ recesserit, audiem⁹ Antoniũ? ne si in Senatus potestate futurũ se dixerit? durũ videbatur. itaq; fracti sumus. cessim⁹. recedit igit a Mutina? nescio. paret Senatui? credo inquit Calenus, sed ita, teneat vt dignitatẽ. valde vobis hercule laborandũ est P. C. vt vestrã dignitatem amittatis, quæ maxima est: Antonii quę neq; est vlla, neq; esse potest, retineatis: vt eã per vos recuperet, quã p se perdidit. Si iacẽs id nobiscũ ageret, audirẽ fortasse, q̃q̃ (sed hoc malo dicere) audirem. instanti resistendũ est, aut cõcedẽda vna cum dignitate libertas. At non est integrum, constituta legatio est. Quid autem integrum non est sapienti, quod restitui potest? cui iusuis est hominis errare: nullius, nisi insipientis, perseuerare in errore. posteriores enim cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse. discussa est illa caligo, quã paulo ante dixi, dilu xit, patet, videmus omnia, neq; per nos solum, sed admonemur a nostris. attendistis paulo ante, prestantissimi viri quę esset oratio. mœstam inquit domum offendi, coniugem, liberos. ad mirabantur boni viri, accusabant amici, q; spe pacis legationem suscepissem. nec mirũ P. Seruili. tuis enim verissimis, grauissimisq; sententiis omni est non dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius. ad eũ ire te legatũ qs nõ miraret? de me experior: cuius idẽ cõsiliũ quod tuũ, sentio q̃ reprehendatur. nos reprehendimur soli? quid? vir fortissimus Pansa sine causa tam accurate paulo ante locutus est tandiu? quid egit, nisi vti falsam a se suspitionem depelleret? vnde autem est ista suspitio? ex pacis patrocinio repentino, quod subito suscepit eodẽ captus errore, quo nos. Q; si est erratũ P. C. spe falsa, atq; fallaci, redeamus in viam: optimus est portus pœnitẽti mutatio cõsilii. quid em̃ p deos immortales potest Reip. pdesse nostra legatio? prodesse dico? qd si etiã obfutura est? obfutura? qd si etiã nocuit? an vos acerrimam illã, & fortissimã populi Ro. libertatis recuperãdę cupiditatẽ, nõ imminutã ac debilitatam putatis legatione pacis audita? qd municipia cẽsetis? qd colonias? qd cunctã Italiã? futuram eodẽ studio quo cõtra cõmune incendiũ exarserat? an nõ putamus fore, vt eos pœniteat pfessos esse & pre se tulisse odiũ in Antoniũ, q pecunias polliciti sunt, q arma, q se totos, & ais, & corporib⁹ i salutẽ Reip. cõtulerũt? quẽadmodũ vestrũ cõsiliũ hoc Capua pbabit, q̃ tẽporib⁹ his Roma altera est? Illa ipios ciues iudicauit, eiecit, exclusit. illi, illi iquã vrbi fortissimę conãti, e manib⁹ ẽ erept⁹ Antoni⁹. Quid? legionũ nostrarũ neruos nõne his cõsiliis incidim⁹? qs est em̃, q ad bellũ iflãmato aio sit futur⁹ spe pacis oblata? ipsa illa Martia, cęlestis, & diuina legio, hoc nũcio lãguescet, & mollieť, atq; illud pulcherrimũ nomẽ Martiũ amittet, excidẽt gladii, fluẽt arma de manib⁹. Senatũ em̃ secuta nõ arbitrabit se grauiore odio debere esse in Antoniũ, q̃ Senatũ. Pudet hui⁹ legionis, pudet Quartę, q̃ pari virtute nostrã auctoritatẽ pbãs, nõ vt cõsulẽ, & iperatorẽ suũ, sed vt hostẽ, & oppugnatorẽ patrię reliquit Antoniũ: pudet optimi exercitus, q cõiunctus est ex duob⁹, q iã lustrat⁹, q pfectus ad Mutinã est: q si pacis, idest timoris nostri nomẽ audiuerit, vt nõ referat pedẽ, insistet certe. qs em̃ reuocãte, & receptui canẽte Senatu properet dimicare? Quid aũt hoc iniustius, q̃ nos inscientib⁹ his, q bellũ gerũt, de pace decernere? nec solũ inscientibus, sed etiã inuitis? An vos A. Hirciũ pręclarissimũ cõsulem, C. Cæsarem deorũ beneficio natum ad hęc tempora, quorũ epistolas spem victoriæ declarantes in manu teneo, pacem velle cẽsetis? vincere illi expetũt: pacisq; dulcissimũ & pulcherrimum nomẽ, nõ pactione, sed victoria cõcupierunt. Quid? Galliã quo tãdem animo hanc rem auditurã putatis? illa em̃ huius belli propulsandi, administrãdi, sustinẽdi, principatũ tenet. Gallia D. Bruti nutũ ipsum, ne dicã iperiũ secuta, armis, viris, pecunia belli principia firmauit: eadẽ crudelitati M. Antonii suũ totũ corpus obiecit: exhauritur, vastat, vritur

* Oculi habitãt i vultu eorum.

Pacificatoria legatio

Ironia.

Integrum.

Errare, cuiusuis: perseuerare in errore, insipientis.

Cogitationes posteriores, sapientiores solẽt esse.

Pœnitenti optimus port⁹, mutatio consilii.

Fluẽt arma de manibus.

Ad Mutinã pfectus

Receptui canere.

omnis:ęquo aĩo belli patiẽ iniuriã, dũmodo repellat periculũ seruitutis. Et vt omittã relíqs ptes Gallię:nã sunt oẽs pares:Patauini alios excluserũt,alios eiecerũt missos ab Antonio:pecunia,militib⁹,& qđ maxime deerat,armis nostros duces adiuuerũt.fecerũt idẽ reliq,q quõdã in eadẽ causa erãt,& ꝓpter multoꝝ annorũ iniurias alienati a Senatu putabanẽ.quos minime mirũ est cõmunicata cũ his Rep.fideles esse,q etiã expertes ei⁹,fidẽ suã semp pstiterũt. His igiẽ oĩbus victoriã sperãtibus pacis nomen afferemus?ideſt desperationẽ victorię?Quid? si ne põt quidẽ vlla esse pax?quæ eñ est cõditio pacis,in qua ei,cũ quo pacẽ facias, nihil cõcedi põt?Multis reb⁹ a nobis est inuitat⁹ ad pacẽ Antonius. bellũ tñ maluit.missi legati repugnãte me:sed tñ missi:delata mãdata.non paruit.denũciatũ est ne Brutũ obsideret,a Murina discederet.oppugnauit etiã vehemẽti⁹,& ad eũ legatos de pace mittemus, qui pacis nũcios repudiauit?verecũdioré ne corã putamus in postulãdo fore,q̃ fuerit tũ cũ misit mandata ad Senatũ?Atqui cũ ea petebat,q̃ videbanẽ improba oĩno,sed tñ aliquo mõ posse cõcedi, nondũ erat vestris tã grauissimis,tãq multis iudiciis,ignominiisq cõcisus.nũc ea petit,q̃ dare nullo modo possum⁹,nisi prius volum⁹ nos bello victos cõfiteri. Senatusc̃õsulta falsa delata ab eo iudicauimus.num ea vera possumus iudicare?Leges statuimus ꝑ vim,& cõtra auspicia latas:hisq nec populũ,nec plebẽ teneri.num eas restitui posse cẽsetis? Sestertiũ septies millies auertisse Antoniũ pecunię publicę iudicauistis.num fraude poterit carere peculatus? Immunitates ab eo,ciuitates,sacerdotia,regna venierũt.num figenẽ rursus hę tabulæ,quas vos decretis vestris refixistis?Q̃ si ea,quę decreuimus,obruere volum⁹,nũ etiã memoriã rerũ dele re possum⁹?qñ eius obliuiscẽ vlla posteritas,cuius scelere in hac vestit⁹ fœditate fuerim⁹? vt Cẽturionũ legionis Martiæ Brũdusii profusus sanguis eluaẽ,nũ elui pdicatio crudelitatis poterit?vt media ꝑtereã,q̃ vetustas tollet operũ circa Murinã tetra monimenta? sceleris indicia?latrocinijq vestigia? Huic igiẽ importuno atq impuro parricidę,qđ habem⁹ ꝑ deos imortales qđ remittam⁹?An Galliã vitimã,& exercitũ?qd é aliud q̃ nõ pacẽ facere,sed differre bellũ?nec solũ ꝓgare bellũ,sed cõcedere etiã victoriã?An ille nõ vicerit,quacũq cõditione in hãc vrbẽ cũ suis armis venerit?Nũc oĩa tenem⁹:auctoritate valem⁹ plurimũ:absũt tot pditi ciues nefariũ secuti ducẽ:tñ eoꝝ ora,sermones,q ex eo numero in vrbe relicti sunt,ferre nõ possum⁹.quid cẽsetis,cũ tot vno tẽpore irruperint?nos arma posuerim⁹,illi non depo suerint?nonne vos vestris cõsiliis victos in ꝑpetuũ fore?Ponite ante oculos M.Antoniũ Cõsularẽ:sperãtẽ Cõsulatũ Luciũ adiũgite:supplete cęteros,neq nostri ordinis solũ,honores & imperia meditãtes: nolite ne Tirones qdẽ Nũmisios, & Mustellas,Saxasve cõtemnere. cum his facta pax,nõ erit pax,sed pactio seruitutis.L.Pisonis amplissimi viri ꝑclara vox a te non solũ in hoc ordine Pãsa,sed etiã in cõcione iure laudata ẽ.excessurũ se ex Italia dixit,deos penates & sedes patrias relicturũ,si(qđ dii omẽ auerterẽt)Rẽp.oppressisset Antoni⁹.Quęro igiẽ a te Piso,nõne oppressam Rẽp.putes:si tot,tã impii ciues,tã audaces,tã facinorosi recepti sint? quos nõdũ tãtis parricidiis cõtaminatos vix ferebam⁹,hos nũc oñi scelere cooptos tolerabiles cẽses Ciuitati fore?Aut isto tuo mihi crede cõsilio erit vtẽdũ,vt cedam⁹,abeam⁹,vitã iopẽ & vagã ꝑsequamur:aut ceruices latronib⁹ dãdę,atq ĩ patria cadẽdũ est. Vbi sunt C.Pãsa illę cohortatiões pulcherrimę tuę?qbus a te excitat⁹ Senat⁹, inflãmat⁹ populus Ro.nõ solũ audiuit,sed etiã didicit,nihil esse homini Romano fœdi⁹ seruitute.Idcirco ne saga sumpsimus?arma cepimus?iuuẽtutẽ oẽm ex tota Italia exciuim⁹?vt de exercitu florẽtissimo, & maximo legati ad pacẽ mitterenẽ:si postulãdã,qđ timem⁹?si accipiẽdã,cur nõ rogamur? in hac ego legatione sim?aut ad id cõsiliũ admiscear?in quo,ne si dissensero quidẽ a cæteris,scitur⁹ populus Ro.fit.Ita fiet,vt si qđ remissum,aut cõcessum sit,meo semp periculo peccet Antonius,cũ ei peccãdi potestas a me cõcessa videaẽ. Q̃ si habẽda cũ Antonii latrocinio,pacis ratio fuit,mea tñ psona ad istã pacẽ cõciliãdã minime fuit deligẽda.ego nunq̃ legatos mittendos cẽsui:ego ante legatoꝝ reditũ ausus sum dicere,pacẽ ipsam si afferrẽt,qm̃ sub noĩe pacis bellũ lateret,repudiãdã:ego princeps sagoꝝ:ego semp illũ hostẽ appellaui,cũ alii aduersariũ: semp hoc bellũ,cũ alii tumultũ.nec hæc in Senatu solũ.eadẽ ad populũ semp egi.nec solũ in ipsum,sed ĩ ei⁹ socios,facinoꝝ ministros,& ꝑsentes,& eos,qui vna sunt:in totã deniq M.Antonii domũ sum semp inuect⁹.Itaq vt alacres,& lęti spe pacis oblata inter se impii ciues,qua si vicissent,gratulabanẽ:sic me iniquũ eiurabant,de me q̃rebanẽ.diffidebant etiã Seruilio:me minerãt eius sentẽtiis cõfixũ Antoniũ.L.Cæsarẽ fortẽ qdẽ illũ,& cõstãtẽ Senatorẽ, auũculũ tñ,Calenũ ꝓcuratorẽ,Pisonẽ familiarẽ,te ipsum Pansa vehemẽtissimũ, & fortissimũ Cõsulẽ,

Refigere.

Bellum.
Tumultus

Eiurare.

factũ iã putant leniorẽ: non quo ita sit, aut esse possit, sed mentio facta a te pacis, suspitionẽ multis attulit immutatę volũtatis. Inter has psonas me interiectũ amici Antonii moleste ferunt, quibus gerẽdus mos est, quoniã semel liberales esse cœpimus, pficiscañ legati optimis omnibus, sed hi pficiscañ, in quib⁹ nõ offendañ Antonius. Q2 si de Antonio nõ laboratis, mihi certe P. C. cõsulere debetis, parcite oculis saltẽ meis, & aliquã veniã iusto dolori date. quo eñ aspectũ videre potero, mitto hostẽ patrię, ex quo mihi odiũ in illũ cõmune vobiscũ est, quomodo aspiciã mihi vni crudelissimũ hostẽ? vt declarant de me eius acerbissimę cõciones. Adeo ne me ferreũ putatis, vt cũ eo cõgredi, aut illũ aspicere possim? qui nuper cũ in cõcione donaret eos, q ei de parricidis audacissimi videbañ, mea bona donare se dixit. Petissio Vrbinati, qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hęc Antoniana saxa proiectus est. An. L. Antonium aspicere potero? cuius ego crudelitatem effugere non potuissem, nisi me mœnibus, & portis, & studio municipii mei defendissem. Atq; idem hic Myrmillo Asiaticus, latro Italię, collega Lẽtonis, & Nuculę, cũ Aquilę primipili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit. si eñ de suis dixisset, nec Aquilã qdẽ ipsam creditură putauit. Nõ ferent inquã oculi Saxam, Caphonẽ, nõ duos Prętores, nõ Tribunũ pl. nõ duos designatos Tribunos, non Bestiam, nõ Trebelliũ, nõ Plãcũ. nõ possum animo æquo videre tot, tã importunos, tã sceleratos, hostes. nec id fit fastidio meo, sed charitate Reipublicę. Sed vincã animum, mihiq; imperabo: dolorẽ iustissimũ, si nõ potuero frangere, occultabo. quid? vitę censetis ne P. C. habendam mihi aliquã rationẽ esse? quę mihi quidẽ minime chara est, pręsertim cũ Dolabella fecerit, vt optanda mors esset, modo sine cruciatu atq; tormẽtis. vobis tamẽ, & populo vilis es se spiritus meus nõ debet, is eñ sum, nisi forte me fallo, q vigiliis, curis, sententiis, periculis etiã, q̃ plurima adii ppter acerbissimũ omniũ in me odiũ impiorũ, pfecerim, vt nõ obstarẽt Reip. ne qd arrogãtius videar dicere. Qđ cũ ita sit, nihil ne mihi de periculo meo cogitãdũ putatis? hic cũ in vrbe essem, ac domi, tamẽ multa sępe tẽtata sunt, vbi me nõ solũ amicorum fidelitas, sed etiã vniuersę ciuitatis oculi custodiũt. quid cẽsetis, cũ iter ingressus ero, longũ p sertim, nullas ne insidias ptimescẽdas? Tres viæ sunt ad Mutinam, quo festinat animus, vt q̃ primũ illud pignus libertatis populi Ro. D. Brutũ aspicere possim, cuius in cõplexu libenter extremũ vitę spiritũ ediderim: cũ oẽs actiones horũ mensiũ, oẽs sententię meę puenerint ad eũ exitũ, q mihi fuit ppositus. tres ergo vt dixi vię: a supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia. Nũc queso attẽdite, nũ aberret a cõiectura suspitio periculi mei. Hetruriam discriminat Cassia. scimus ne igiť Pansa, qbus nũc in locis sit Lentonis Cesenii septẽuiralis auctoritas? nobiscũ nec animo certe est, nec corpore. si autẽ aut domi est, aut nõ lõge a domo, certe in Hetruria est, idest in via. Quis igiť mihi prętat, Lentonẽ vno capite esse contẽtum? Dic mihi pterea Pãsa, Vẽtidius vbi sit? cui fui semp amicus, anteq̃ ille Reip. bonisq; oĩbus tã apẽrte est factus inimicus. Possum Cassiã vitare, tenere Flaminiã. quid si Anconam, vt dicit, Vẽtidius venerit? potero ne Ariminũ tuto accedere? Restat Aurelia. hic quidẽ etiã pśidia habeo. possessiones eñ sunt P. Clodii, tota familia occurret, hospitio inuitabit ppter familiaritatem notissimã. Hisce ego me viis cõmittã? q Terminalibus nuper in suburbiũ, vt eodem die reuerterer, ire nõ ausus sim. domesticis me parietibus vix tueor, sine amicorũ custodiis. Itaq; in vrbe, si sic licebit, manebo. hęc mea sedes est, hęc vigilia, hęc custodia, hoc præsidium statiuũ. teneãt alii castra, regna, res bellicas: oderint hostẽ: nos vt dicimus, semperq; facim⁹, vrbẽ & res vrbanas vobiscũ pariter tuebimur. Neq; vero recuso munus hoc. q̃q̃ populum Ro. video p me recusare. nemo minus timidus, nemo cautior. res declarat. vigesim⁹ annus est, cum omnes sceleratí me vnũ petunt. itaq; ipsi, ne dicã mihi, Populo Ro. pœnas dederunt: me saluũ adhuc Resp. cõseruauit sibi. Timide hoc dicã. scio eñ quiduis homini accidere posse. verũtamẽ semel circunsessus lectis valentissimorũ hominũ viribus cecidi sciens, vt honestissime surgere possem. possum ne igiť satis videri cautus, satis puidus, si me huic itineri tã infesto, tãq; periculoso cõmisero? gloriã in morte debẽt hi, q in Rep. versañ, non cupę reprehẽsionẽ, & stultitię vituperationẽ relinquere. quis bonus nõ luget mortẽ Treboniĩ? quis nõ dolet interitũ talis & ciuis & viri? At sunt q dicãt (dure illi quidẽ, sed tamẽ dicunt) minus dolendũ, q̃ ab hoe impuro, nefarioq; nõ cauerit, eteñ q multorũ custodẽ se pfiteañ, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere. Cum septus fis legibus, & iudiciorum metu, non sunt omnia timenda, neq; ad oẽs insidias prędia quærenda. quis eñ audeat luci? quis in militari via? quis bene comitatum? quis illustrem aggredi? Hęc neq; hoc

Myrmillo.

D. Brutus pignus libertatis Po. Ro.

Discrimínare.

Prętare.

Ironia.

Terminalia.

Prędidiũ statiuum.

Dolet interitum.

Custos mi' toꝝ, sui primũ custos esse debet.

Luci,

tẽpore,neq; in me valẽt.nõ mõ eñ pœnã nõ extimeſcet,q mihi vim attulerit,ſed etiã gloriã ſperabit a latronũ gregib9 & prẽmia. Hæc ego in vrbe prẽuideo:facilis eſt circũſpectus,vnde exeã,quo ꝓgrediar,qd ad dextrã,qd ad ſiniſtrã ſit. nũ idẽ in Apennini tramitibus potero facere:in qbus,etiã ſi nõ erũt inſidiẽ, quẽ facillime eſſe poterũt,animus tñ erit ſollicitus,vt nihil poſſit de officiis legationis attẽdere.Sed effugi inſidias,ꝓrrupi Apenninũ.nempe in Antonii cõgreſſum,colloquiũq; veniẽdũ eſt. qnã locus capiet:ſi extra caſtra,cẽteri viderint:ego mortẽ actutũ futurã puto.noui hominis furorẽ,noui effrenatã violẽtiã. cuius acerbitas morũ,immanitaſq; naturẽ,ne vino qdẽ permixta tẽperari ſolet:hic ira,demẽtiaq; inflãmatus, adhibito fratre Lucio teterrima bellua,nũq; ꝓfecto a me ſacrilegas man9 atq; impias abſtinebit. Memini colloquia,& cũ acerrimis hoſtib9,& cũ grauiſſime diſſentientib9 ciuib9.Cn.Põpeius Sexti filiꝰ cõſul me pſente,cũ eſſem tyro in eiꝰ exercitu, cũ P.Vectio Scatone duce Marſorũ inter bina caſtra collocutus eſt. Quo quidẽ memini Sex.Põpeiũ fratrẽ Cõſulis ad colloquiũ ipſum Roma venire,doctũ virũ atq; ſapientẽ.quẽ Scato cũ ſalutaſſet, quẽ te appellẽ inquit: at ille,volũtate hoſpitẽ,neceſſitate hoſtẽ.Erat in illo colloquio æquitas:nullus timor, nulla ſuberat ſuſpitio,mediocre etiã odiũ.nõ eñ vt eriperẽt nobis ſocii ciuitatẽ,ſed vt in eã reciperẽtur,petebãt.Sylla cũ Scipione inter Cales,& Theanũ,cũ alter nobilitatis florẽ,alter belli ſocios adhibuiſſet,de auctoritate Senatus,de ſuffragiis populi,& de iure ciuitatis, legis ĩter ſe cõditiones cõtulerũt.nõ tenuit omnino colloquiũ illud fidẽ.a vi tñ periculoq; abfuit.Poſſumus ne igit in Antonii latrocinio æque eſſe,vt hi:nõ poſſumus.aut ſi cæteri poſſunt , me poſſe diffido.Q; ſi non extra caſtra congrediemur,quẽ ad colloquiũ caſtra ſumenẽt:in noſtra ille nunq; veniet.multo minus nos in illius.reliquũ eſt,vt & accipiãt,& remittãtur poſtulata per literas.ergo erimus in caſtris.mea ad oĩa poſtulata vna ſentẽtia.quã cũ hic vobis audientibus dixero,iſſe & rediſſe me putatote.Legationẽ†confero.omnia ad Senatum mea ſentẽtia reiiciã,quæcũq; poſtulabit Antonius.neq; eñ licet aliter,neq; ꝓmiſſum eſt nobis ab hoc ordine,vt bellis cõfectis decẽ legatis permitti ſolet more maiorũ. neq; vlla omnino a Senatu mã data accepimus.quæ cũ agã in cõſilio nõnullis,vt arbitror,repugnãtibus:nõne metuendum eſt,ne imperita militũ multitudo ꝓ me pacẽ diſtineri putet:Facite hoc meũ conſiliũ legiones nouas nõ improbare:nã Martiã,& Quartã nihil præter dignitatẽ,& decus probaturas eſſe, certe ſcio:quid:Veteranos nõ veremur:nã timeri ſe ne ipſi quidẽ volũt.ſed quonã modo accipiẽt ſeueritatẽ meã:Multa eñ falſa de me audierũt,multa ad eos improbi detulerũt.quoq; cõmoda,vt vos optimi teſtes eſtis,ſemp ſentẽtia,auctoritate,oratione firmaui:ſed credũt improbis,credũt turbulentis,credũt ſuis.Sũt autẽ fortes illi quidẽ: ſed propter memoriã rerũ quas geſſerũt pro Populi Ro.libertate,& dignitate Reip.nimis feroces,& ad ſuã vim omnia noſtra cõſilia reuocãtes.Horũ ego cogitatiões nõ vereor,imꝑtũ ptimeſco.Hęc quoq; pericula tãta ſi effugero,ſatis ne tutũ reditũ putatis fore:Cum eñ & veſtra auctoritate,& meo memore defendero,& meã fidẽ Reip.cõſtãtiãq; pſtitero,tũ erũt mihi nõ hi ſolũ,qui me oderũt, ſed illi etiã q inuidẽt,extimeſcẽdi.Cuſtodiat igit mea vita Reip.eaq; quoad vel dignitas, vel natura patiet,patrię reſeruet.mors autẽ neceſſitatẽ habeat fati:aut ſi ante oppẽtẽda eſt,oppetatur cum gloria. Hæc cũ ita ſint, etſi hãc legationẽ Reſp.vt leuiſſime dicã,nõ deſiderat,tamen ſi tuto licebit ire,proficiſcar omnino P.cõſcripti:totũ huiuſce rei cõſilium nõ periculo meo,ſed vtilitate Reip.metiar.de qua mihi quoniã liberũ eſt ſpatiũ,multũ etiã,atq; etiã cõſiderandum puto,idq; potiſſimum faciendũ,quod maxime intereſſe Reipu.iudicauero.

Actutum.

Hoſtiũ colloquia.

Volũtate hoſpes,neceſſitate hoſtis.

Certe ſcio.

†confecero

Legatorũ poteſtas.

IN M. ANTONIVM PHILIPPICA DECIMATERTIA.

ORATIO LVI.

IN PRINCIPIO Huius belli P.C.qđ cũ impiis ciuib9,ſceleratiſq; ſuſcepim9,timui,ne cõditio iſidioſa pacis,libertatis recuperãdę ſtudia reſtingueret.dulce eñ nomẽ eſt pacis:res vero ipſa,cũ iucunda, tũ ſalutaris.nã nec priuatos focos,nec publicas leges,nec libertatis iura chara habere poteſt,quẽ diſcordię,quẽ cędes ciuiũ, quẽ bellũ ciuile delectat:eũq; ex numero hominũ eiiciendũ,ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.Itaq; ſiue Sylla,ſiue Marius,ſiue vterq;,ſiue Octauius,ſiue Cinna,ſiue iterũ Sylla,ſiue alter Marius, & Carbo,ſiue qs alius ciuile bellũ optauit,eũ deteſtabilẽ ciuẽ Reip. natũ iudico.Nã qd ego de proximo dicã:cuius acta defendim9, cũ

Pacis nomen dulce.

auctorem ipſum iure cæſum fateamur? Nihil igit hoc ciue, nihil hoc hoſte tetrius: ſi aut ciuis, aut homo habẽdus eſt, q ciuile bellũ cõcupiſcit. Sed hoc primũ videndũ eſt P.C. cũ oĩb⁹ ne pax eſſe poſſit, an ſit aliqđ bellũ expiabile, in quo pactio pacis, lex ſit ſeruitutis. Pacẽ cũ Scipione Sylla faciebat. nõ erat deſpẽrãdũ, ſi cõueniſſent, fore aliquẽ tolerabilẽ ſtatum ciuitatis. Cinna ſi cõcordiã cũ Octauio cõfirmare voluiſſet, hoĩm in Rep. ſanitas remanere potuiſſet. Proximo bello ſi aliquid de ſumma grauitate Põpeius, multũ de cupiditate Cæſar dimiſiſſet, & pacẽ ſtabilẽ, & aliquã Rẽp. nobis habere licuiſſet. Hoc vero qd eſt? cũ Antoniis pax poteſt eſſe? cũ Cenſorino, Ventidio, Trebellio, Beſtia, Nucula, Numatio, Lentone, Saxa? exẽpli cauſa paucos nominaui: genus infinitũ, immanitatẽq; ipſi cernitis reliquorũ. addite illa naufragia Cęſaris amicorꝝ., Barbas, Caſſios, Barbatios, Polliones: addite Antonii colluſores, & ſodales, Eutrapelũ, Melã, Cæliũ, Pontiũ, Craſiciũ, Tyronẽ, Muſtellã, Petiſſium: comitatũ relinquo, duces nomino. huc accedũt Alaudę, cæteriq; veterani, ſeminariũ iudicũ tertiæ decurię: q ſuis rebus exhauſtis, bñficiis Cęſaris deuoratis, fortunas noſtras cõcupierũt. O fidã dexterã Antonii, qua ille plurimos ciues trucidauit. O ratũ religioſumq; fœdus, qđ cũ his fecerimus. hoc ſi Antonius violare conabit, Lucii eum ſanctitas a ſcelere reuocabit. Illis locus ſi hac vrbe fuerit, vrbi ipſi locus nõ erit. Ora vobis eorũ ponite P.C. ante oculos, & maxime Antoniorũ, in ceſſum, aſpectũ, vultũ, ſpiritũ, latera tegẽtes alios, ſequentes alios, alios pręgrediẽtes amicos. quã vim anhelitus? quas cõtumelias fore cenſetis, minaſq; verborũ? niſi forte eos pax ipſa leniet: maximeq;, cũ in hũc ordinẽ venerint, ſalutabũt benigne, comiter appellabũt vnũquenq; veſtrũ. Nõ recordamini per deos ĩmortales quas in eos ſentẽtias dixeritis? acta Antonii reſcidiſtis, leges refixiſtis: per vim, & cõtra auſpicia latas decreuiſtis: totius Italię delectum excitaſtis: collegã, & ſociũ ſcelerũ omniũ, hoſtẽ iudicauiſtis. cum hoc quę pax eſſe poteſt? Si eſſet eternus hoſtis, tamen id ipſum vix talibus factis poſſet aliquo modo. ſed ſi maria, montes, regionũ magnitudines intereſſent, odiſſes eum, quem nõ videres. hi in oculis hærebunt, & cũ licebit in faucibus. qbus em̃ ſeptis tam immanes belluas cõtinebimus? At incertus exitus belli eſt. Eſt omnino fortiũ virorũ, quales vos eſſe debetis, virtute præſtare tantũ, vt poſſint fortunæ culpam non extimeſcere. ſed quoniã ab hoc ordine nõ fortitudo ſolũ, verũ etiã ſapientia poſtulat, q̃q̃ videnẽ hæc nõ poſſe ſeiungi, ſeiungamus tamẽ. fortitudo dimicare iubet, iuſtum odium incendit, ad conſligendũ impellit, vocat ad periculũ. quid ſapientia? cautioribus vtit conſiliis, in poſterũ prouidet, eſt omni ratione protectior. quid igit cenſet? parendum eſt enim: atq; id optimũ iudicandũ, qđ ſit ſapientiſſime conſtitutũ. ſi hoc pręcipit, ne qd vita exiſtimẽ antiquius, ne decernã capitis periculo, fugiã omne diſcrimen: quæram ex ea, etiã ne fuerit, cum id fecero, ſeruiendũ. ſi annuerit, nę ego iſtã ſapientiã, q̃uis ſit erudita, nõ audiam. ſin reſpõderit, tu vero ita vitã, corpuſq; ſeruato, ita fortunas, ita rem familiarẽ, vt hęc poſteriora libertate ducas, atq; his vti velis, ſi liberare Remp. poſſis, nec pro his libertatem, ſed pro libertate hęc proiicias, tanq̃ pignora iniurię: tũ ſapientiæ vocem audire videar, eiq; vt deo paream. Itaq; ſi receptis illis, poſſumus eſſe liberi, vincamus odiũ, pacẽq; potiamur. ſin liber viuis his, incolumibuſq; eſſe nullus poteſt, lætemur decertandi oblatã eſſe fortunã. aut em̃ illis interfectis fruemur victrice Rep. aut oppreſſa, qđ omen auertat Iupiter, ſi nõ ſpiritu, at virtutis laude viuemus. At em̃ nos M. Lepidus Imperator, Pontifex Maximus, optime proximo ciuili bello de Rep. meritus ad pacem adhortat. Nullius apud me P.C. auctoritas maior eſt, q̃ M. Lepidi, vel propter ipſius virtutẽ, vel propter familiæ dignitatem. accedunt eodem multa priuata, magna eius in me merita, ac mea quædã officia in illũ. maximũ vero eius beneficiũ numero, q̃ hoc animo in Remp. eſt, quę mihi vita mea ſemper fuit charior. Nam, cũ Magnũ Pompeiũ clariſſimũ adoleſcentẽ præſtantiſſimi viri filium auctoritate adduxit ad pacem, rẽq; publicã ſine armis maximo ciuilis belli periculo liberauit, tum me ei⁹ beneficio plusq̃ pro virili parte obligatum puto. Itaq; ei & honores decreui, quos potui ampliſſimos: in quib⁹ vos mihi eſtis aſſenſi: nec vnq̃ de illo & ſperare optime, & loqui deſtiti. magnis & multis pignoribus M. Lepidum Reſp. obligatum tenet. ſumma nobilitas eſt hominis, honores, ampliſſimum ſacerdotiũ, plurima vrbis ornamenta, ipſius, fratris, maiorũq; monimẽta, probatiſſima vxor, optatiſſimi liberi, res familiaris cum ampla, tum caſta a cruore ciuili. nemo ab eo ciuis violatus, multi beneficio & miſericordia liberati. talis igit vir & ciuis opinione labi poteſt, voluntate a Repu. diſſidere nullo pacto poteſt. pacẽ vult M. Lepidus. pręclare, ſi talẽ poteſt efficere, qualem nuper effecit. qua pace, Cn. Pompeii filium Reſpub. aſpiciet, ſuoq; ſinu cõplexuq; re-

Bellum expiabile.

Pontius. Alaudę.

Refigere.

Septa.

Fortitudo Sapientia.

Vt deo, ſapientię paream.

Potiri pacem.

Pompeius Cn. filius. Pro virili parte.

M. Lepidi laus.

cipiet:neq; solũ illũ,sed cũ illo se ipsam sibi restitutã putabit.Hæc causa fuit,cur decernere-
tis statuã in Rostris cũ inscriptione præclara: cur absenti triumphũ.q̃q̃ em̃ magnas res belli
cas gesserat,& triũpho dignas,nõ erat tamen ei tribuẽdũ,qđ nec L.Aemilio,nec Aemiliano
Scipioni,nec superiori Aphricano,nec Mario,nec Põpeio,qui maiora bella gesserunt . sed ꝙ
filẽtio ciuile bellũ confecerat,primũ vt licuit honores in eũ maximos cõtulistis.Existimas ne
igitur M.Lepide qualẽ Pompeiũ Respu.habitura sit Ciuẽ,rales futuros Antonios!in altero
pudor,grauitas,moderatio,integritas:in illis(& cũ hos cõpello,prætereo illius ex grege la-
trocinii neminem)libidines,scelera,ad omne facinus immanis audacia. Deinde obsecro vos
P.C.quis hoc vestrũ non videt,qđ fortuna ipsa quæ dicitur cęca,vidit!saluis em̃ actis Cæsa Fortuna cę
ris,quæ concordiæ causa defendimus,Pompeio sua domus patebit:eãq; nõ minoris , q̃ emit ca.
Antonius,redimet.redimet inquã Cn.Põpeii domũ filius.O rem acerbam.Sed hæc satis diu
multũq; defleta sunt.decreuistis tantã pecuniã Põpeio,quãtã ex bonis patriis in prędę dissi-
patiõe inimicus victor redegisset.sed hãc mihi dissipationẽ ꝑ paterna necessitudine & cõiũ
ctione deposco.redimet hortos,ædes,vrbana quędã,q̃ possidet Antonius.nã argẽtũ,vestem,
supellectilem vniuersam amittet æquo animo,quæ ille helluo dissipauit.Albanũ, Firmanũ,a
Dolabella recuperabit.etiam ab Antonio Tusculanum.hiq;,qui nũc Mutinam oppugnãt,D.
Brutum obsidẽt:de Falerno Anseres depellant.sunt alii plures fortasse.sed mea memoria di- Anser poe
labunt.ego etiam eos dico,qui hostium numero non sunt,Pompeianas possessiones,quanti ta Anto.
emerint,filio reddituros.satis incõsiderati fuit,ne dicã audacis,rem vllam ex illis attingere.
retinere vero quis poterit,clarissimo domino restituto!An is non reddet,qui domini patri- Demetrius
moniũ circũplexus,quasi thesaurũ draco,Pompęii seruus,libert9 Cęsaris,agri Lucani posses scilicet.
siões occupauit!Atq; illud septies millies qđ adolescenti P.C.spopõdistis,ita describite,vt vi Draco the
deatur a vobis Cn.Pompeii filius in patrimonio suo collocatus. Hæc Senatus. reliqua Po- saurum cir
pulus Ro.in ea familia,quã vidit amplissimã,prosequetur.in primis paternũ Auguratus lo cũplexus.
cũ:in quo ego eum,vt qđ a patre accepi filio reddam,mea nominatione cooptabo. vtrũ igi- Cooptare.
tur augurẽ Iouis optimi maximi,cuius interpretes internũciiq; cõstituti sumus:vtrũ Popu
lus Ro.libẽtius sanciet!Põpeiũ,an Antoniũ!mihi qdẽ numine deorũ immortaliũ videt hoc
fortuna voluisse,vt actis Cęsaris firmis,ac ratis,Cn.Põpęii fili9 posset & dignitatẽ & fortu-
nas patrias recuperare.Ac ne illud quidẽ filẽtio P.C.ꝑtermittẽdũ puto,qđ clarissimi viri lega
ti L.Paulus,Q.Thermus,C.Fannius,quoꝝ habetis cognitam voluntatem in rempub.eamq;
perpetuã,atq; cõstãtẽ,nũciãt,se Põpęii cõueniẽdi causa diuertisse Massiliã,eũq; cognouisse pa
ratissimo animo,vt cum suis copiis iret ad Mutinã,ni vererẽt veteranoꝝ aĩos offendere.Est
vero eius patris filius,qui sapienter faciebat nõ minus multa, q̃ fortiter . itaq; intelligitis &
animũ ei prẽsto fuisse,nec cõsiliũ defuisse.Atq; etiã hoc M.Lepido prouidẽdũ est,ne qd arro-
gantius,q̃ mores eius ferũt,facere videat.Si em̃ nos exercitu terret,nõ meminit illũ exerci-
tũ Senatus populiq; Romani,atq; vniuersę Reip.esse,non suũ.At vti põt pro suo.quid tum!
omnia ne viris bonis,quæ facere possunt,faciẽda sunt!etiã si turpia,si pernicioſa erũt,si face-
re oĩno nõ licebit!Quid aũt turpius,aut fœdius,aut qđ minus deceat!q̃ cõtra Senatũ,cõtra
Ciues,cõtra patriã exercitũ ducere!quid vero magis vitupẽrãdũ!q̃ id facere,qđ nõ liceat!li-
cet aũt nemini cõtra patriã ducere exercitũ.siquidẽ licere id dicimus,qđ legib9,qđ more ma Licere.
iorũ,institutisq; cõcedit.Neq; em̃ qđ qsq; põt,id ei licet:nec,si nõ obstat,ꝑterea etiam pmit
tit.tibi em̃ exercitũ Lepide,tãq̃ maiorib9 tuis patria ꝑ se dedit.hoc tu arcebis hostẽ,fines Im
perii ꝑpagabis,Senatui populoq; Ro.parebis,si quã ad aliã rẽ te forte traduxerit.Hæc si†co- †cogitasses
gitas M.Lepide,M.Lepidi Põtificis Maximi fueris ꝑnepos.sin hoĩb9 tãtũ licere iudicas,quãtũ
possunt:vide ne alienis exemplis,hisq; recẽtibus vti,q̃ antiqs & domesticis malle videare.Qz
si auctoritatem interponis,sine armis:magis qdẽ laudo.sed vide ne hoc ipsum nõ sit necesse.
Qz̃q̃ enim est tanta in te auctoritas,quanta debet in hoĩe nobilissimo, tamen Senatus se ipse
nõ contemnit.nec vero fuit vnq̃ grauior,cõstantior,fortior.incensi omnes rapimur ad liber
tatẽ recuperandã:nõ põt vllius auctoritate tantus Senatus populiq; Ro.ardor extingui: odi
mus:irati pugnamus:extorqueri de manib9 arma nõ possunt:receptui signũ,aut reuocatio-
nẽ a bello audire nõ possumus:speramus optima:pati vel difficillima malumus,q̃ seruire.Cę
sar cõfecit inuictũ exercitũ:duo fortissimi Cõsules adsunt cũ copiis:L.Planci Cons.designati
varia,& magna auxilia nõ desunt:de D.Bruti salute certat.vnus furiosus gladiator cũ teter
rimoꝝ latronũ manu,cõtra patriã,cõtra deos penates,cõtra aras,& focos,cõtra quattuor cõ

sules gerit bellũ, huic cedamus? huius cõditiones audiamus? cũ hoc pacẽ fieri posse credam⁹? At periculum est ne opprimamur, non metuo, ne is qui suis amplissimis fortunis, nisi nobis

Boni ciues

saluis, frui nõ põt, prodat salutẽ suã, bonos ciues primũ natura efficit, adiuuat deinde fortuna, omnibus em̃ bonis expedit saluã esse Rempublicã, sed in his, qui fortunati sunt, magis id apparet. Quis fortunatior Lepido, vt ante dixi? quis eodẽ sanior? vidit ei⁹ mœstitiam, atq; lachrymas populus Ro. Lupercalib⁹: vidit q̃ abiectus esset, q̃ cõfectus, cũ Cæsari diadema imponens Antonius, seruũ se illius, q̃ Collegã esse malebat. q si reliquis flagitiis, & sceleribus abstinere potuisset, tamen vnum ob hoc factũ dignũ illũ omni pœna putarem, nam si ipse seruire poterat, nobis dominũ cur imponebat? & si eius pueritia pertulerat libidines eoq;, qui erãt in eũ Tyranni, etiã ne in nostros liberos dominũ, & Tyrãnũ cõparabat? Itaq; illo interfecto, qualem eum in nos esse voluit, talis ipse in ceteros extitit, qua em̃ in barbaria q̃q̃ tam teter, tam crudelis Tyrannus, q̃ in hac vrbe armis barbarorũ stipatus Antoni⁹? Cesare dominante veniebamus in Senatũ, si nõ libere, attamen tuto. hoc archipirata, quid em̃ dicã Tyranno? hæc subsellia ab Ithyreis occupabant. Prorupit subito Brũdusiũ, vt inde agmine quadrato ad vrbẽ accederet: lautissimũ oppidũ, nũc municipiũ, honestissimorũ quondã colonorũ Suessam, fortissimorũ militũ sanguine impleuit: Brũdusii in sinu nõ modo auarissimę, sed etiã crudelissimę vxoris delectos Martię legionis Centuriones trucidauit. Inde se quo furore, quo ardore, ad vrbem, idest ad cedem optimi cuiusq; rapiebat? Quo tempore dii ipsi immortales pręsidiũ improuisum, nec opinãtibus nobis obtulerunt. Cæsaris em̃ incredibilis ac diuina virtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit, quẽ tamen ille demens lędere se putabat edictis: ignorans queq; cũq; falso diceret in sanctissimũ adolescẽtẽ, ea vere recidere in memoriã pueritię sue. Ingressus vrbẽ est, quo comitatu, vel potius agmine? cũ dextra, sinistra, gemente populo Ro. minaret dominis, notaret domos, diuisurum se vrbẽ palã suis pollicerẽt. Rediit ad milites. ibi pestifera illa Tyburi concio. inde ad vrbem cursus, Senatus in Capitolium, parata de circũscribendo adolescente sentẽtia Cõsularis: cũ repente (nã Martiã legionem Albæ cõsedisse sciebat) afferẽt ei de Quarta nũci⁹. quo pculsus, abiecit cõsiliũ referẽdi ad Senatũ de Cæsare: egressus est non viis, sed tramitibus paludatus, eodemq; die ipso innumerabilia S.C. fecit. quæ quidẽ omnia citius lecta, q̃ scripta sunt. Ex eo nõ iter, sed cursus, & fuga in Galliã. Cæsarem sequi arbitrabat cũ legione Martia, cũ Quarta, cũ veteranis, quorũ ille nomen præmetu ferre non poterat. eiq; in Galliã penetranti, D. se Brutus obiecit. qui se totius belli fluctibus circũiri, q̃ illũ aut egredi, aut progredi maluit: Mutinãq; illi exultanti, tanq̃ frenos furoris iniecit. quam cũ operibus munitionibusq; sepsisset, nec eũ florentissimę Colonię dignitas, neq; Cons. designati maiestas a parricidio deterreret: tũ me, testor & vos, & populũ Romanũ, & omnes deos, qui huic vrbi præsident: inuito, & repugnante, Legati missi tres Consulares ad latronem M. Antoniũ gladiatorq; ducem. Quis tam barbarus vnq̃? tam immanis? tã ferus? non audiuit: non respondit: neq; eos solum præsentes, sed multo magis nos, a quib⁹ illi erãt missi, spreuit, & pro nihilo putauit. Postea qđ scelus, qđ facinus parricida nõ edidit? circũsedit colonos vestros, exercitũ populi Romani, Imperatorẽ, Cons. designatũ: agros diuexat Ciuiũ optimorũ: hostis teterrimus omnib⁹ bonis cruces ac tormenta minitat. Cũ hoc M. Lepide pax esse quę põt? cuius ne supplicio qdẽ vllo satiari videt posse populus Romanus. Qz si quis adhuc dubitare potuit, quin nulla societas huic ordini populoq; Ro. cũ illa importunissima bellua possit eẽ, desinat pfecto dubitare, his cognitis literis, quas mihi missas ab Hircio Cons. modo accepi. Eas dum recito, dũq; de singulis sentẽtiis breuiter disputo P. C. vt ad

Testor vos

Putare pro nihilo.

Literę Antonii.

huc feciſtis, me attente audiatis. ANTONIVS HIRCIO ET CAESARI. neq; se Imperatorem, neq; Hirciũ Consulẽ, nec Propr. Cæsarem. satis quidẽ hæc scite. deponere alienũ nomen ipse maluit, q̃ illis suũ reddere. COGNITA MORTE C. TREBONII, NON PLVS GAVISVS SVM, QVAM DOLVI. Videte quid se gauisum, quid se doluisse dicat: facili⁹ de pace deliberabitis. DEDISSE POENAS SCELERATVM CINERI ATQVE OSSIBVS CLARISSIMI VIRI, ET APPARVISSE NVMEN DEORVM INTRA FINEM ANNI VERTENTIS, AVT IAM SOLVTO SVPPLICIO PARRICIDAE, AVT IMPENDENTE, LAETANDVM EST. O Spartace, quẽ. n. te poti⁹ appellẽ? cui⁹ ppter nefanda scelera tolerabilis fuisse videt Catilina: lętãdũ eẽ ausus es scribere Treboniũ de disse pœnas? sceleratũ Treboniũ? quo scelere? nisi q te Idib. Mar. a debita tibi pœste seduxit? Age hoc lętar, videam⁹ qd moleste feras. HOSTEM IVDICATVM HOC TEMPORE DOLA

Annus vertens.

BELLAM,EO QVOD SICARIVM OCCIDERIT:ET VIDERI CHARIOREM PO PVLO RO.FILIVM SCVRRAE,QVAM C.CAESAREM PATRIAE PARENTEM: INGEMISCENDVM EST.Quid ingemíscis hostẽ Dolabellã iudicatũ!quid!te nõ intelligis delectu tota Italia habito,Cõsulib⁹ míssis,Cęsare ornato,sagis deníq; sumptís,hostẽ iudicatũ!quid est aũt scelerate q̃ gemas hostẽ Dolabellã iudicatũ a Senatu!quẽ tu ordinẽ oĩno esse nullũ putas.sed eã tibí causam belli gerẽdí ꝓponis,vt Senatũ funditus deleas,reliq̃ boní & locupętes oẽs summũ ordinẽ subsequanť.At scurrę filiũ appęllat,quasi vero ignot⁹ nobis fuerit splẽdidus Eques Ro.Trebonii pater.Is aũt humilitatẽ despicere audet cuiusq̃,q ex ea dẽ sustulerit liberos! ACERBISSIMVM VERO EST,TE A.HIRCI ORNATVM ESSE BENEFICIIS CAESARIS,ET TALEM AB EO RELICTVM,QVALEM IPSE MIRARIS.Equidẽ negare nõ possum a Cęsare Hirciũ ornatũ.sed illa ornamẽta in virtute, & industria posita lucẽt.tu vero qui te ab eodẽ Cęsare ornatũ negare non potes,quid esses,si tibí ille nõ tã multa tribuisset!ecquo te tua virt⁹ ꝓuexisset!ecquo genus! in lustris,popinis, alea,vino,tẽpus ætatis omne cõsumpsisses:vt faciebas,cũ in gremiis mimarũ,mẽtẽ mẽtũq; deponeres.ET TE O PVER.puerũ appęllat,quẽ nõ modo virũ,sed etiã fortissimũ virũ sentit,& sentiet.est istud quidẽ nomen ætatis,sed ab eo miníme vsurpãdũ,q̃ suã amẽtiã huic ꝓbet ad gloriã.QVI OMNIA EIVS NOMINI DEBES.debet vero, soluitq; ꝑclare.si eñ ille patrię pater est,vt tu appęllas,ego qd sentiã,videro,cur nõ hic parẽs verior, a quo certe vitã habem⁹ e tuis facinorosissimis manib⁹ ereptã!ID AGERE,VT IVRE DAMNATVS SIT DOLABELLA!Turpem vero actionẽ,qua defendit amplissimi auctoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amẽtiã. ET VT VENEFICVS HAC LIBERETVR OBSIDIONE,Veneficũ audes appęllare eũ virũ,qui tuis veneficiis remedia inuenit! quẽ ita ob fides noue Annibal,aut si qs acutior ímperator fuit,vt te ipse obsideas,neq; istinc, si cupías, possis explicare.recesseris:vndiq; oẽs insequenť.manseris:hærebis.nimirũ recte veneficũ appęllas,a quo tibí præsentẽ pestem vides cõparatã. VT QVAMPOTENTISSIMVS SIT CASSIVS,ATQVE BRVTVS.putes Cęsorinũ dicere,aut Vętidiũ,aut etiã ipsos Antonios.cur aũt nolim potętes esse nõ mõ optímos,& nobilissimos viros,sed secũ etiã in reipu. defensione cõiũctos!NIMIRVM EODEM MODO HAEC ASPICITIS,VT PRIORA. QVAE TANDEM CASTRA POMPEII SENATVM†APPELLATIS!An vero tua castra potius Senatum appęllaremus!in quib⁹ tu es videlicet Cõsularis,cuius tot⁹ Cõsulat⁹ est ex oñi monimẽtoꝝ memoria reuulsus:duo prętores sine causa diffisi se aliq̃d habituros:nos eñ Cęsaris bñficia defendim⁹:Prętorii Philadelphus Anni⁹,& innocẽs Caius,Aedilitii Coricus laterũ,& vocis meę Bestia,& fidei patronus,fraudator creditorũ Trebellius,& homo diruptus dirutusq; Q.Celius:columenq; amicorum Antonii,Cotula Varius:quos Anton⁹ delitiarũ causa loris in cõuiuio cędi iubebat a suis publice:Septemuirales Lento,Nucula:tũ delitię atq; amores populi Romani L.Antonius:tribunitii primũ duo designati,T.Hostili⁹, qui suo iure in porta nomen inscripsit,qui cũ ꝓdere Imperatorẽ suũ nõ potuisset,reliquit.alter est designatus, Visceius nescio quis,fortis vt aiũt latro,quẽ tñ temperãtẽ fuisse ferũt Isauri balneatorẽ.Sequunť alii tribunitii,C.Plancus in primis:q̃ si senatũ dilexisset, nũq̃ Curiam incẽdisset.quo scelere damnat⁹,in eã vrbẽ rediit armis,a qua excesserat legibus.sed hoc ei cõmune cũ plurimis dissimillimis.illud tamen verum,qđ in hoc Plãco ꝓuerbii loco dici solet, pęrire eũ nõ posse,nisi ei crura fracta essent.fracta sunt,& viuit.hoc tamẽ,vt alia multa,Aglę ferť acceptũ.Est etiam ibi Decius ab illis vt opinor maiorib⁹ Deciis.itaq; Cęsaris munere Deciorũ quidẽ multo interuallo ꝓ hũc pręclarũ virũ memoria renouata est.Saxã vero Decidiũ ꝓterire q̃ possum,hominẽ deductũ ex vltimis gẽtibus!vt eũ tribunũ pl.videremus , quẽ ciuẽ nunq̃ videramus.Est quidẽ alter Soseranus.omnes tñ tãtã habẽt simílitudinẽ inter se,vt in eorũ ꝓnominibus errem.Nec vero Exitius Philadelphi frater Quæstor ꝓtermittẽdus est,ne si de clarissimo adolescente siluero,inuidisse videar Antonio.Est etiã Asinius quidã Senator voluntarius,lectus ipse a se.apertã curiã vidit post Cæsaris mortem.mutauit calceos: pater cõscriptus repente factus est.Nõ noui Sex.Albediũ,sed tñ neminẽ tã maledicũ offendi,q̃ illũ negaret dignũ Antonii Senatu.Arbitror me aliquos prætereiisse.de his tñ q occurrebant,tacere non potui.Hoc igitur fretus Senatu,Põpeianũ Senatũ despicit,in quo decẽ fuimus Cõsulares:qui si oẽs viuerẽt,bellũ oĩno hoc nõ fuisset,auctoritati cessisset audacia.sed quãtũ ꝑfidii fuerit in cęteris,hinc intelligi põt,ꝙ ego vnus relictus e multis,cõtudi,& fregi adiuuan-

Mẽtẽ mentũq; deponeres.

Puer.

Ironia.

†appellabatis.

*

Diruptus dirutusq;.

Perire non posse,nisi crura fracta essent.

*

Volũtari⁹ Senator.

Pater conscriptus.

ribus vobis, exultãtis pdonis audaciã. Q2 si fortuna nobis modo nõ eripuisset Ser. Sulpitiũ, eiusq; Collegã A. Marcellũ, quos ciues? quos viros? si duos Cõsules amicissimos patriæ, simul ex Italia eiectos, si L. Afraniũ summũ ducẽ, si P. Lentulũ ciuẽ cũ in cæteris reb9, tum in salute mea singularẽ, si Bibulũ, cuius est in Rẽp. merito semp laudata constãtia, si L. Domitiũ prẽstãtissimũ ciuẽ, si Appiũ Claudiũ pari nobilitate, & voluntate prædituũ, si P. Scipionẽ clarissimũ virũ, maiorumq; suorũ simillimũ Resp. tenere potuisset: certe his cõsularib9 nõ esset Põpeianus despiciẽdus Senat9. vtrũ igit̃ equius, vtrũ melius Reip. fuit? Cn. Pompeiũ, an sectorẽ Cn. Põpeii viuere Antoniũ? Qui vero ptorii? quorũ prĩceps M. Cato: idẽq; oĩm gẽtiũ virtute prĩceps. quid reliquos pclarissimos viros cõmemorẽ? nostis oẽs. magis vereor ne lõgũ me in enumerãdo, q̃ ne ingratũ in ptereundo putetis. q Aedilitii? q Tribunitii? q Quẽstorii? qd multa? talis senatorũ & dignitas & multitudo fuit: vt magna excusatiõe opus his sit, q illa in castra non venerũt. Nũc relíqua attẽdite. VICTVM CICERONEM DVCEM HABVISTIS.

Fatum Ciceronis.

Eo libẽtius ducem audio, q̃ certe ille dicit inuitus. nã de victo nihil laboro. fatũ em̃ meũ est, sine Rep. nec vinci posse, nec vincere. MACEDONIAM MVNITIS EXERCITIBVS. & quidẽ fratri tuo, q a vobis nihil degenerat, extorsim9. APHRICAM COMMISISTIS VARO BIS CAPTO. hic cũ C. fratre putat se litigare. IN SYRIAM CASSIVM MISISTIS. Non igitur sentis huic causę orbẽ terrę parere? te extra munitiones tuas, vestigium vbi imprimas, nõ habere? CASCAM TRIBVNATVM GERERE PASSI ESTIS. quid ergo? vt M. Arullum, vt Cęsarẽ etiã, a Rep. remoueremus eũ, pær quẽ vt neq; idẽ hoc posthac, neq; multa huiusmodi accidere possent, cõsecuti sumus? VECTIGALIA IVLIANA LVPERCIS ADEMISTIS.

Lupęrci.

Lupercorum mentionem facere audet? neq; illius diei memoriam phoresćit, quo ausus est obrutus vino, vnguẽtis oblitus, nudus, gementẽ populum Ro. ad seruitutem cohortari? VETERANORVM COLONIAS DEDVCTAS LEGE, SENATVS CONSVLTO SVSTVLISTIS. Nos sustulim9? an cõtra legẽ comitiis Centuriatis latã sanxim9? Vide ne tu Veteranos, tamen eos qui erant pærditi, pærdideris, in eumq; locũ deduxeris, ex quo iam ipsi sentiunt se nũq̃ exituros. MASSILIENSIBVS IVRE BELLI ADEMPTA REDDITVROS VOS POLLICEMINI. Nihil disputo de iure belli. magis facilis disputatio est, q̃ necessaria. illud tamen aduertite P.C. q̃ sit huic Reip. natus hostis Antoni9, qui tantopære eam ciuitatem oderit, quã scit huic Reip. sempær fuisse amicissimam. NEMINEM POMPEIANVM, QVI VIVAT, TENERE LEGE HIRCIA DIGNITATES.

†Qui quasi

†Quisq̃ iam legis Hircię mentionem facit? cuius non minus arbitror latorẽ ipsum, q̃ eos, de quibus lata est, pœnitere. omnino qdem mea sentẽtia legẽ illam appellare fas non est: & vt sit lex, non debemus illam Hircii legẽ putare. APVLEIANA PECVNIA BRVTVM SVB ORNASTIS. Quid si omnib9 suis copiis excellentẽ virũ Resp. armasset? quẽ tandem bonum pœniteret? nec em̃ sine pecunia exercitũ alere, nec sine exercitu fratrem tuũ capere potuisset. SECVRI PERCVSSOS PETVM ET MENEDEMVM CIVITATE DONATOS ET HOSPITES CAESARIS LAVDASTIS. Non laudamus, qd̃ ne audiuimus quidẽ. valde. n. nobis in tãta pærturbatione Reip. de duobus nequissimis Greculis cogitandũ fuit! THEOPOMPVM NVDVM EXPVLSVM A TREBONIO CONFVGERE ALEXANDRIAM NEGLEXISTIS. Magnũ crimen Senatus. de Theopompo summo hoĩe neglexistis: qui vbi terrarũ sit, quid agat, viuat deniq;, an mortu9 sit, quis aut scit? aut curat? SER. GALBAM EODEM PVGIONE SVCCINCTVM IN CASTRIS VIDETIS. Nihil tibi de Galba respõdebo fortissimo & constantissimo Ciue: coram aderit: pśens tibi ipse, & ille quem insimulas, Pugio respondebit. MILITES AVT MEOS, AVT VETERANOS CONTRAXISTIS, TANQVAM AD EXITIVM EORVM, QVI CAESAREM OCCIDERANT: ET EOSDEM NEC OPINANTES AD QVAESTORIS SVI, AVT IMPERATORIS, AVT COMMILITONVM SVORVM PERICVLA IMPVLISTIS.

Verba dare.

scilicet verba dedimus: decepim9: ignorabat legio Martia, Quarta: nesciebant veterani quid ageretur. non illi Senat9 auctoritatem, an libertatem populi Ro. sequantur? Cæsaris vlcisci mortem volebant, quam oẽs fatalem fuisse arbitrabantur. te videlicet saluum, beatum, florentem esse cupiebant? O miser cum re, tum hoc ipso q̃ nõ sentis q̃ miser sis. Sed maximum crimen audite. DENIQVE QVID NON AVT PROBAVISTIS? AVT FECISTIS? QVID FACIAT, SI REVIVISCAT? quis? credo em̃ afferet aliquod scelerati hoĩs exemplum. CN. POMPEIVS IPSE. homo turpis, siqdẽ imitaturi sum9. AVT FILIVS EIVS,

SI DOMI POSSIT.poterit,mihi crede.nã paucis diebus & in domum,& in hortos pater nos immigrabit.POSTREMO NEGATIS PACEM POSSE FIERI, NISI AVT EMISERO BRVTVM,AVT FRVMENTO IVVERO.Alii iſtuc negant.ego vero,ne ſi iſta quidem feceris,vnq̃ tecum pacem huic ciuitati futuram puto.QVID?HOC PLACET NE VETERANIS ISTIS?QVIBVS ADHVC OMNIA INTEGRA SVNT. nihil vidi tã integrũ,q̃ vt oppugnare Imperatorem incipiant,quẽ tanto ſtudio cõſenſuq; defenderint. QVONIAM VOS ASSENTATIONIBVS,ET VENENATIS MVNERIBVS VENISTIS.deprauati aut corrupti ſunt,qbus perſuaſum ſit fœdiſſimum hoſtẽ iuſtiſſimo bello perſequi.AT MILITIBVS INCLVSIS OPEM FERTIS.NIHIL MOROR EOS SALVOS ESSE,ET IRE QVO LVBET: SI TAMEN PATIVNTVR PERIRE EVM, QVI MERVIT.q̃ benigne deniq; vſi liberalitate Antonii milites Imperatorẽ reliquerũt, & ſe ad hoſtẽ metu perterriti cõtulerũt:p quos ſi nõ ſtetiſſet,nõ Dolabella pri⁹ Imperatori ſuo, q̃ Antonius etiam Collegæ parentaſſet. CONCORDIAE FACTAM ESSE MENTIONEM SCRIBITIS IN SENATV: ET LEGATOS ESSE CONSVLARES QVINQVE.DIFFICILE EST CREDERE:EOS,QVI ME PRAECIPITEM EGERINT,AEQVISSIMAS CONDITIONES FERENTEM,ET TAMEN EX HIS ALIQVID REMITTERE COGITANTEM: PVTARE ALIQVID MODERATE AVT HVMANE ESSE FACTVROS. VIX ETIAM VERISIMILE EST: QVI IVDICAVERINT DOLABELLAM HOSTEM OB RECTISSIMVM FACINVS:EOSDEM NOBIS PARCERE POSSE IDEM SENTIENTIBVS.Parum ne videt omniũ facinorũ ſibi cũ Dolabella ſocietatẽ initã cõfiteri?nõne cernitis ex vno fonte oĩa ſcelera manare?Ipſe deniq; fateť,hoc quidẽ ſatis acute,nõ poſſe eos,qui hoſtẽ Dolabellam iudicauerint ob rectiſſimũ facinus,ita eñ videť Antonio,ſibi parcere idẽ ſentienti.quid huic facias? qui hæc literis memorieq; mandarit:ita ſibi cõueniſſe cũ Dolabella,vt ille Treboniũ,& ſi poſſet etiam Brutum,Caſſiũ,diſcruciatos necaret,eademq; inhiberet ſupplicia nobis:conſeruãdus ciuis cum tam pio,iuſtoq; fœdere.Is etiã q̃riť conditiones ſuas repudiatas,æquas quidem & verecundas:vt haberet Galliã vltimã aptiſſimã ad bellũ renouandũ,inſtruẽdumq; puinciã:vt Alaudę in tertia Decuria iudicarẽt,ideſt vt perfugiũ ſcelerũ eſſent cũ turpiſſimis Reip.ſordibus: vt acta ſua rata eſſent,cuius nullum remanet Cõſulatus veſtigium.cauebat etiã L.Antonio, qui fuerat æqſſim⁹ agri priuati & publici decẽpedator, Nucula,& Lẽtone Collega.QVAM OBREM VOS POTIVS ANIMADVERTITE,VTRVM SIT ELEGANTIVS,ET PARTIBVS VTILIVS:TREBONII MORTEM PERSEQVI,AN CAESARIS: ET VTRVM SIT AEQVIVS, CONCVRRERE NOS, QVO FACILIVS REVIVISCAT POMPEIANORVM CAVSA, TOTIES IVGVLATA:AN CONSENTIRE, †NE LVDIBRIO SIMVS INIMICIS. Si eſſet iugulata,nunq̃ exurgeret:qđ tibi,tuiſq; cõtingat. Vtrum inqt elegãtius,atq; hoc bello de elegãtia quærit.Et partib⁹ vtilius.partes furioſe dicunť in foro,in curia,bellum cõtra patriã nefariũ ſuſcepiſti,oppugnas Mutinam,circũſedes Conſ.deſignatũ,bellũ cõtra te duo Conſſ.gerũt,cũq; his Propr.Cæſar,cuncta cõtra te Italia armata eſt.iſtas tu partes potius q̃ populi Ro.defenſionẽ vocas?Potius ne Trebonii mortem,q̃ Cæſaris pſequamur?Trebonii ſatis pſecuti ſumus,hoſte iudicato Dolabella.Cęſaris mors facillime defendiť obliuione & ſilentio.Sed videte quid moliatur.cũ mortem Cæſaris vlciſcẽdã putat,mortem proponit nõ his ſolũ,qui illã rem geſſerunt,ſed his etiam,ſi qui nõ moleſte tulerunt.QVIBVS VTRI NOSTRVM CECIDERINT, LVCRO FVTVRVM EST.QVOD SPECTACVLVM ADHVC IPSA FORTVNA VITAVIT, NE VIDERET VNIVS CORPORIS DVAS ACIES LANISTA CICERONE DIMICANTES:QVI VSQVE EO FELIX EST, VT EISDEM ORNAMENTIS DECEPERIT VOS,QVIBVS DECEPTVM CAESAREM GLORIATVS EST.Pergit in mea maledicta.quaſi vero ei pulcherrime priora proceſſerint,quẽ ego inuſtum veriſſimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ ſempiternæ.Ego Laniſta:equidem non inſipiens.deteriores enim iugulare cupio,meliores vincere. Vtri ceciderint,ſcribit lucro nobis futurũ.o præclarũ lucrũ:quo te victore,qđ dii omen auertant,beata mors eorũ futura ſit,q̃ e vita exceſſerint ſine tormentis.A me deceptos ait,eiſdẽ ornamentis Hirciũ,& Cęſarem.qđ quæſo adhuc a me eſt tributum Hircio ornamẽtũ?nã Cęſari plurima,& maiora debenť.Deceptũ aũt patrẽ a me Cęſarẽ dicere audes?tu,tu inquã illũ occidiſti Lupercalib⁹:cuius homo

Inhibere.

Decempedator.

†ludibriofiſſimis inimicis.

Partes.

Flaminia. ingratiſſime flaminia cur reliquiſti? Sed iã videte magni & clari viri admirabilem grauitatẽ atq; conſtantiam. MIHI QVIDEM CONSTAT, NEC MEAM QVIDEM CONTVMELIAM, NEC MEORVM FERRE: NEC DESERERE PARTES QVAS POMPEIVS ODIVIT, NEC VETERANOS SEDIBVS SVIS MOVERI PATI, NEC SINGVLOS AD CRVCIATVM TRAHI, NEC FALLERE FIDEM, QVAM DEDI DOLABELLAE. omitto alia: fidẽ Dolabellæ ſanctiſſimi viri deſerere homo pius nõ poteſt. quã fidem? an optimi cuiuſq; cędes, vrbis, & Italię partitiones, ſentẽtias dandarũ diripiẽdarumq; prouinciarũ? nã qd erat aliud, qđ inter Antoniũ & Dolabellã impuriſſimos parricidas fœdere, ac fide ſanciret? NEC LEPIDI SOCIETATEM VIOLARE PIISSIMI HOMINIS. Tibi cum Lepido ſocietas? aut cum vllo, non dicã bono Ciue, ſicut ille eſt, ſed homine ſano? Id agis, vt Lepidũ aut impiũ, aut inſanũ exiſtimari velis. Nihil agis. q̃q̃ affirmare de aliquo difficile eſt, de Lepido pſertim, quẽ ego metuam nunq̃, bene ſperabo dũ licebit. reuocare te a furore Lepidus voluit, nõ adiutor eſſe demẽtiæ. tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos queris: & qđ verbum omnino nullum in lingua latina eſt, id ppter tuam diuinam pietatem nouum inducis. NEC PLANCVM PRODERE PARTICIPEM CONSILIORVM. Plãcũ participem? cuius memorabilis ac diuina virtus lucẽ affert Reipublicę, niſi forte ſubſidio tibi venire arbitraris cũ fortiſſimis legionibus, magno equitatu, pędítatuq; Gallorum. quiq;, niſi ante aduentũ eius Reip. pœnas dederis, ille huius belli feret principatum. q̃q̃ em̃ prima pręſidia vtiliora Reip. ſint, tamen extrema ſunt gratiora. Sed iam ſe colligit, & ad extremũ incipit philoſophari. SI ME RECTIS SENSIBVS EVNTEM DII IMMORTALES, VT SPERO, ADIVVERINT, VIVAM LIBENTER. SIN AVTEM ALIVD ME FATVM MANET, PRAECIPIO GAVDIA SVPPLICIORVM VESTRORVM. NAM SI VICTI POMPEIANI TAM INSOLENTES, VICTORES QVALES FVTVRI SINT, VOS POTIVS EXPERIEMINI. Pręcipias licet gaudia: non enim tibi cũ Pompeianis ſed cum vniuerſa Rep. bellũ eſt. omnes te dii, homines, ſummi, medii, infimi, ciues, peregrini, viri, mulieres, liberi, ſeruí oderũt. ſenſimus hoc nuper falſo nũcio: vero propediẽ ſentiem⁹. quę ſi tecum ipſe recolis, equiore animo & maiore cõſolatione moriere. DENIQVE SVMMA IVDICII MEI SPECTAT HVC, VT MEORVM INIVRIAS FERRE POSSIM: SI AVT OBLIVISCI VELINT IPSI FECISSE: AVT VLCISCI PARATI SVNT VNA NOBISCVM CAESARIS MORTEM. Hac Antonii ſentẽtia cognita, dubitaturos ne A. Hircium, C. Panſam cõſules putatis, quin ad Antonium tranſeant? Brutum obſideant? Mutinam expugnare cupiant? Quid de Panſa & Hircio loquar? Cęſar ſingulari pietate adoleſcens poterit ne ſe tenere, quin D. Bruti ſanguine pœnas patrias perſequatur? Itaq; fecerũt vti his literis lectis ad munitiones propius accederent. Quo maior adoleſcens Cæſar maiore deorũ immortalium beneficio Reip. natus eſt, qui nulla ſpęcie paterni nominis, nec pietate, vnq̃ abductus eſt. intelligit maximam pietatem conſeruatione patriæ cõtineri. Q; ſi partium certamen eſſet, quarũ omnino nomen extinctum eſt: Antonius ne potius, & Ventidius partes Cæſaris defenderẽt, q̃ Cæſar adoleſcens ſumma pietate, & memoria parentis ſui? deinde Pãſa, & Hircius? qui quaſi cornua duo tenuerũt Cæſaris, tũ cũ illæ vere partes vocabantur. hæ vero quæ ſunt partes? cum alteris Senatus auctoritas, populi Ro. libertas, Reip. ſalus ppoſita ſit: alteris cædes bonorum, Vrbis, Italiæq; partitio. Veniamus aliquãdo ad clauſulã. LEGATOS VENIRE NON CREDO. bene me nouit. BELLVM QVO VENIAT. propoſito pręſertim exemplo Dolabellæ, ſanctiores erunt credo iure Legati, q̃ duo cõſules, contra quos arma fert: q̃ Cæſar, cuius patris Flamen eſt: q̃ Conſ. deſignatus, quem oppugnat: q̃ Mutina, quã obſidet: q̃ patria, cui igni ferroq; minitatur. CVM VENERINT, QVAE POSTVLANT, COGNOSCAM. Quin tu abis in malam peſtem, malumq; crucíatũ. ad te quiſq̃ veniat niſi Ventidii ſimilis? oriens incendium qui reſtinguerent, ſummos viros miſim⁹. repudíaſti. nũc in tantam flammam tamq; inueteratam mittamus? cum locum tibi relictum non modo ad pacem, ſed ne ad deditionem quidem feceris. Hanc ego epiſtolam P. C. non quo illum dignum putarem recitaui, ſed vt confeſſionibus ipſius omnia patefacta eius parricidia videretis. Cum hoc pacem M. Lepidus vir ornatiſſimus omnibus & fortunæ, & virtutis bonis, ſi hæc videret, deniq; aut vellet, aut fieri poſſe arbitraretur? prius vndas flammamq;, vt ait Poeta neſcio quis, prius deniq; omnia, q̃ aut cum Antoniis Reſpu. aut cũ Rep. Antonii redeant in gratiam. Monſtra quædam ſunt iſta, & porrenta, & prodigia reipub. moueri ſedí-

Fidẽ fallere

Piiſſimus.

Pręſidia prima vtiliora: extrema gratiora.

Partes.

Clauſula.

Abis in malam pęſtem

Prius vndas flãmãq;

bus huic vrbi melius est,atq; in alias,si fieri possit,terras demigrare,vnde Antoniorũ nec facta,nec nomẽ audiat,q̃ illos Cęsaris virtute eiectos,Bruti retẽtos,intra hęc mœnia videre. Optatissimũ est vincere.secundũ est nullũ casum ꝓ dignitate,& libertate patrię nõ ferendũ putare.qđ reliquũ est,nõ est tertiũ,sed postremũ omniũ,maximã turpitudinẽ suscipere vitæ cupiditate.Quę cũ ita sint,de mãdatis literisq; M.Lepidi viri clarissimi,Seruilio assentior:& hoc amplius cẽseo,Magnũ Põpeiũ Cn.F.ꝓ patris,maiorũq; suorũ aĩo,studioq; in Rẽp. suaq; pristina virtute,industria,volũtate,fecisse,ꝙ suã eorũq;,quos secũ haberet,operã Senatui populoq; Ro.pollicitus esset,eãq; rẽ S.P.q; R.gratã acceptãq; esse,eiq; honori dignitatiq; eã rẽ fore.Hoc vel coniungi cũ hoc senatusconsulto licet,vel seiungi potest,separatimq; pscribi, vt proprio Senatusconsulto Pompeius collaudatus esse videatur.

Vincere optatissimum.

IN M.ANTONIVM PHILIPPICA DECIMAQVARTA. ORATIO.LVII.

AI,vt ex literis,q̃ recitatę sunt P.C.sceleratoq; hostiũ exercitũ cęsum fusumq; cognoui,sic id,qđ & oẽs maxime optamus,& ex ea victoria,q̃ parta est,cõsecutũ arbitramur,D.Brutũ egressum iam Mutina esse cognouissem:propter cuius periculũ ad saga issemus, ꝓpter eiusdẽ salutẽ redeundũ ad pristinũ vestitũ sine vlla dubitatione cẽ serẽ.ante vero q̃ ea res quã auidissime ciuitas expectat,allata fit,lætitię risus satis est maximę pclarissimęq; pugnę,reditũ ad vestitum cõfectę victorię reseruate.cõfectio autẽ huius belli est D.Bruti salus.Quę autẽ est ista sentẽtia,vt in hodiernũ diẽ vestitus mutetur, deinde cras sagati ꝓdeamus?Nos vero cũ semel ad eũ,quẽ cupim⁹, optamusq;,vestitũ redierimus, id agamus,vt eũ in ꝑpetuũ retineamus.nã hoc quidẽ cũ turpe est,tũ ne diis quidẽ immortalibus gratũ,ab eorundẽ aris,ad quas togati adierimus,ad saga sumẽda discedere.Atq; animaduerto P.C.quosdã huic fauere sentẽtię:quorũ ea mens,id q; cõsiliũ est,vt cũ videãt illũ glorioſissimũ D. Bruto futurũ.diẽ,quo die ꝓpter ei⁹ salutẽ redierimus ad vestitũ,hũc tãtũ ei fructũ eripere cupiãt,ne memorię posteritatiq; ꝓdat, ꝓpter vnius ciuis periculũ populũ Rom.ad saga iuisse,ꝓpter eiusdẽ salutẽ redisse ad togas.tollite hanc,nullã tã prauę sentẽtię causam reperietis.Vos vero P.C.cõseruate auctoritatẽ vestrã, manete in sentẽtia,tenete vestra mẽoria qđ sępe ostẽdistis,hui⁹ toti⁹ belli in vni⁹ viri fortissimi & maximi vita positũ esse discrimẽ.ad D.Brutũ liberandũ Legati missi principes ciuitatis,q illi hosti ac parricidę denũciarẽt,vt a Mutina discederet:eiusdem D.Bruti conseruãdi gratia cõsules sortiti:ad bellũ ꝓfectus A.Hircius:cuius imbecillitatẽ valetudinis, animi virtus & spes victorię cõfirmauit:Cęsar,cũ exercitu cõparato a primis pœstibus Rẽp. liberasset, ne quid postea sceleris oriret,ꝓfectus est ad eundẽ Brutũ liberãdũ,vicitq; dolorẽ aliquẽ domestícũ patrię charitate.Quid C.Pãsa egit aliud delectibus habẽdis,pecuniis cõparãdis,senatuscõsultis faciẽdis grauissimis in Antoniũ,nobis cohortãdis,populo Ro.ad causam libertatis vocando, nisi vt D.Brutũ liberaret:a quo populus Ro.frequẽs ita salutẽ D.Bruti vna voce depoposcit,vt eã nõ solũ cõmodis suis,sed etiã necessitati victus anteferret.qđ spærare nos qdẽ debemus P.C.aut inibi esse,aut iã esse cõfectũ:& spei fructũ rei cõuenit,& euẽrui re seruari,ne aut deorũ immortaliũ beneficiũ festinatione ꝓripuisse,aut vim fortunæ stultitia cõtẽpsisse videamur.Sed qm̃ significatio vestra satis declarat,qd de hac re sentiatis,ad literas veniã,q̃ sunt a Cõsule & a ꝓpretore missę:si pauca ante,q̃ ad ipsas literas ptineãt,dixero. Imbuti sanguine gladii P.C.legionũ,exercituũq; nostrorũ,vel madefacti potius duorũ cõsulum,tertio Cęsaris ꝑsidio.si hostiũ fuit ille sanguis,summa militũ pietas.nefariũ scelus, si ciuium.Quousq; igit is,q oẽs hostes scelere superauit,noĩe hostis carebit?nisi mucrones etiã nostrorũ militũ tremere vultis,& dubitare vtrũ in ciue,an in hoste figant.Supplicationẽ decernitis, hostẽ nõ appellatis.gratę vero nr̃ę diis immortalib⁹ gratulationes erũt,gratę victimę,cũ iterfecta sit ciuiũ multitudo?de iprobis inqt & audacib⁹.nã sic eos appellat clarissim⁹ vir.q̃ sũt vrbanarũ maledicta litiũ nõ iiusta.euelli,internecti nota.testamẽta credo subiiciũt, aut eiiciũt vicinos,aut adolescẽtulos circũscribũt.his.n.vitiis affectos,& talib⁹,malos & audaces appellare cõsuetudo solet.bellũ iexpiabile ifert q̃ttuor cõss.vn⁹ oĩm latronũ teterrim⁹: gerit idẽ bellũ cũ Senatu populoq; Ro.oĩb⁹,q̃q̃ ruit ipe suis cladib⁹,pestẽ,vastitatẽ,cruciatũ, tormẽta denũciat:Dolabellę ferũ & imane facin⁹,qđ nulla barbaries posset ignoscere,id deo

Aliis principiũ est, Multis ex literis &c.

Sagati.

Imbutus.

Madefact⁹.

Inibi.

Sortiti.

Circũscribere.

Malí & audaces.

rum cõsilio factũ esse testaꝝ: quęq; esset facturus in hac vrbe, nisi eũ hinc ipse Iupiter ab his mœnibus repulisset, declarauit in Parmensiũ calamitate: quos optimos viros, honestissimosq; homines, maxime cũ auctoritate huius ordinis populiq; Ro. dignitate cõiũctos, crudelissime interfecit, prędudiũ illud, & portentũ L. Antonius, insigne odiũ omniũ hominum, vel, si etiã dii oderint, quos oportet, omniũ deorũ. Refugit animus P. C. eaq; formidat dicere, q̃ L. Antonius in Parmẽsiũ liberis, & cõiugibus effecerit. quas eñ turpitudines Antonii libẽter cũ dedecore subierunt, easdẽ per vim lętãtur aliis se intulisse. Sed vis calamitosa est, quã illis intulerũt: libido flagitiosa, qua Antoniorũ oblita est vita. Est igit qsq; q hostes appellare nõ audeat, quorũ scelere crudelitatẽ cõstat Carthaginẽsiũ victã esse! qua eñ in vrbe tã immanis Annibal capta, q̃ in Parma surrepta Antonius! nisi forte huius Colonię, & cęterarum, in quas eodẽ est aĩo, nõ est hostis putãdus. Si vero coloniarũ & municipiorũ sine vlla dubitatione hostis est, qd tandẽ huius cęnsetis vrbis! quã ille ad expiandas egestates latrocinii sui concupiuit: quã iã pęritus metator & callid⁹ decẽpeda sua Saxa diuiserat. Recordamini p deos immortales P. C. qd hoc biduo timuerimus, a domesticis hostibus, idest qui intra mœnia hostes sunt, rumoribus improbissimis dissipatis, quis liberos, qs cõiugẽ aspicere poterat sine fletu! qs domũ! qs tecta! qs larẽ familiarẽ! Iã aut fœdissimã mortẽ oẽs, aut miserabilẽ fugã cogitabant, hęc a qbus timebant, eos hostes appellare dubitam⁹! grauius si qs attulerit nomẽ, libẽter assentiar, hoc vulgari cõtẽtus vix sum, leuiore nõ vtar. Itaq; cũ supplicationes iustissimas ex his literis, q̃ recitatę sunt, decernere debeamus, Seruiliusq; decreuerit, augebo oĩno numerũ dierũ, prędertim cũ nõ vni, sed tribus ducibus sint decernẽdę. Sed hoc primũ faciã, vt imperatores appellẽ eos, quorũ virtute, & cõsilii felicitate maximis periculis seruitutis, atq; interitus liberati sumus. Etenim cui viginti his annis supplicatio decreta est, vt nõ Imperator appellaret, aut minimis reb⁹ gestis, aut plerũq; nullis! Quãobrẽ aut supplicatio ab eo, qui ante dixit, decernẽda nõ fuit: aut vsitatus honos, pęruulgatusq; tribuẽdus his, qbus etiam noui & singulares debent. At si qs Hispanorũ, aut Gallorũ, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset, nõ eũ hac cõsuetudine, q̃ increbuit, imperatorẽ appellaret Senatus! tot legionibus cędis, tanta multitudine hostiũ interfecta (dico inquã hostium, q̃uis hoc isti hostes domestici nolint) clarissimis ducibus supplicationis honorẽ tribuemus! Imperatorũ nomen adimemus! Quãto eñ honore, lętitia, gratulatione in hoc tẽplũ ingredi debẽt illi ipsi huius vrbis liberatores, cũ hesterno die ꝓpter eorũ res gestas me ouantẽ & ꝓpe triũphantẽ populus Ro. in Capitoliũ domo tulerit! domũ inde reduxerit! Is demũ est mea quidem sentẽtia iustus triũphus, ac verus, cũ bene de Rep. meritis testimoniũ a cõsensu ciuitatis daꝝ. nã siue in cõmuni gaudio populi Ro. vni gratulabant, magnũ iudiciũ: siue gratias agebant, eo maius: siue vtrũq;, nihil magnificẽtius excogitari põt. Tu igit de te, dixerit qspiã. & quidẽ inuitus. sed iniurię dolore aio me ꝓter cõsuetudinẽ glorioſum. nõne satis est ab hominibus virtutis ignaris gratiã bene merẽtibus nõ referri! etiã ne eos, q oẽs suas curas in Reip. salute defigũt! Scitis. n. ꝓ hos dies creberrimũ fuisse sermonẽ, me p Idus Quĩtiles, q dies hodie est, cũ fascib⁹ descensurũ. aliquẽ ne Imperatorẽ habituri erimus! crimẽ inuidia quæret! Credo hoc in gladiatorem, aut latronẽ, aut Catilinã esse cõsultũ: nõ in eũ, q ne qd tale in Rep. fieri possit, effecerit. an vt ego q Catilinã hęc molientẽ sustulerim, euerterim, afflixerim, ipse extiterim repente Catilina! qb⁹ auspiciis istos fasces augur accipẽrẽ! quaten⁹ haberẽ! cui traderẽ! q̃q̃ opinor nec fuisse tã sceleratũ, q hoc fingeret: nec tã furiosum, q crederet. Vnde igit ista suspitio! vel potius iste sermo! cũ, vt scitis, hoc triduo vel quatriduo tristis a Mutina fama manaret, inflati lętitia atq; insolẽtia ipii ciues vnũ se ĩ locũ, ad illã Curiã virib⁹ poti⁹ suis, q̃ Reip. ifelicẽ cõgregabãt. ibi cũ cõsiliũ inirẽt de cęde nr̃a: partirẽturq; inter se, q Capitoliũ, q ostia, q Vrbis portas occuparẽt: ad me cõcursum futurũ Ciuitatis putabãt. qd, vt iuidia mea fieret, & cũ vitę etiã piculo, famã istã fasciũ dissipauerũt, fasces ipsi ad me delaturi fuerũt. qd cũ esset q̃si mea volũtate factũ, tũ impet⁹ cõductorũ hoĩm, quasi in Tyrãnũ parabaꝝ. ex quo cędes eẽt vestrũ oĩm cõsecuta. Quę res patefecit P. cõscripti. † sed suo tpe totius huius sceleris fõs aperiet. Itaq; P. Apulei⁹ Tr. pl. meorũ oĩm cõsiliorũ piculorumq; iã inde a consulatu meo testis, conscius, & adiutor, dolorem ferre non potuit. doloris mei concionem habuit maximam, populo Romano vnum atq; idem sentiente. In qua concione cum me pro summa nostra coniunctione & familiaritate liberare suspitione fascium vellet, vna voce cuncta concio declarauit, nihil esse a me vnq̃ de Rep. nisi optime cogitatum. Post hanc habitã concionem duabus

Prędudiũ.

Expiandę egestates. Decẽpeda.

Impatores q mereanẽ appellari.

Ouans. Triũphãs. Triũphus iustus.

† ꝓ

Conscius cõsiliorum

tribusve horis optatissimi nũcii & literę venerũt:vt idẽ dies nõ mõ me iniquissima inuidia liberarit,sed etiã celeberrima populi Ro.gratulatione auxerit.Hęc interposui P.C.nõ tã vt pro me dixerim(male em̃ mecũ ageret,si parum vobis essem sine defensione purgatus)q̃ vt quosdã nimis ieiuno animo,& angusto monerẽ,id qđ ego semp feci ssem,vti excellentiũ Ciuium virtutẽ imitatione dignã,nõ inuidia putarẽt.Magnus est in Rep.campus,vt sapiẽter dicere solebat Crassus,multis apertus cursus ad laudẽ.vtinã quidẽ illi principes viuerẽt,qui me post meũ cõsulatũ,cũ his ipse cederẽ,principẽ nõ inuiti videbãt.hoc vero tẽpore in tanta inopia cõstantiũ,& fortiũ cõsulariũ,quo me dolore affici creditis!cum alios male sentire, alios nihil oĩno curare videã,alios parũ cõstãter in suscepta causa ꝓmanere,sentẽtiãq; suam nõ semp vtilitate Reip.sed cũ spe,tũ timore moderari.Q; si qs de cõtẽtione principatus laborat,q̃ nulla esse debet,stultissime facit,si vitiis cũ virtute cõtẽdit.vt .n.cursu cursus,sic in viris fortibus virtus virtute superat.Tu si ego de Rep.optime sentiã,vt me vincas,ipse pssi me senties!aut si ad me bonorũ cõcursum fieri videbis,ad te improbos inuitabis!nollẽ,primum Reip.causa,deinde etiã dignitatis tuę.sed si principatus ageret,quẽ nunq̃ expetiui,qđ tandẽ mihi esset optatius!ego em̃ malis sentẽtiis vinci nõ possum,bonis forsitã possum,& libenter.Hęc populũ Ro.videre,animaduertere,iudicare,quidã molestę ferũt.poterat ne fieri, vt nõ pẽrinde hoĩes quoq;,vt qsq; mereret,iudicarẽt!vt.n.de vniuerso Senatu populus Ro. verissime iudicat,nullis Reip.tẽporibus hũc ordinẽ firmiorẽ,atq; fortiorẽ fuisse:sic de vnoquoq; nostrũ,& maxie q hoc loco sentẽtias dicim9,sciscitant oẽs,auent audire qd qsq; senserit:ita de vnoquoq;,vt quẽq; meritũ arbitrant,existimãt.memoria tenẽt,me ante diẽ XIIII. Cal.Ian.principẽ reuocãdę libertatis fuisse:me ex Cal.Ian.ad hanc horã vigilasse Reipublicę: meã domũ,measq; aures dies & noctes oĩm ꝑceptis monitisq; patuisse:meis literis,meis nũciis,meisq; cohortationibus oẽs,q vbiq; essent,ad patrię presidiũ excitatos:meis sententiis a Cal.Ian.nũq̃ legatos ad Antoniũ:semper illũ hostẽ,semp hoc bellũ:vt ego,q omni tẽpore verę pacis auctor fuissem,huic essem nomini pestiferę pacis inimicus.Idẽ Ventidiũ,cũ alii tribunum Pl.voluissent,nũ ego semp hostẽ!In has sentẽtias meas si cõsules designati discessionem facere voluissent,omnibus istis latronibus auctoritate ipsa Senatus iãpridẽ de manib9 arma cecidissent.Sed qđ tũ nõ licuit P.conscripti,id hoc tẽpore nõ solũ licet,verũ etiã necesse est:eos,q re sunt hostes,verbis notari:sententiis nostris hostes iudicari.Antea cũ hostem aut bellũ nominassem,semel,& sępius sententiã meã de numero sentẽtiarũ sustulerũt.qđ in hac causa iã fieri nõ potest.ex literis em̃ C.Pansę,A.Hircii consulũ,C.Cęsaris ꝓpretoris, de honore diis immortalibus habẽdo sentẽtias diximus.supplicationẽ modo q decreuit,idem imprudẽs hostes iudicauit.nũq̃ em̃ in Ciuili bello supplicatio decreta est.decretam dico!ne victoris quidẽ literis postulata est.Ciuile bellũ Consul Sylla gessit,legionibus in vrbẽ adductis quos voluit expulit:quos potuit,occidit:supplicationis mẽtio nulla.graue bellũ Octauii insecutũ est,supplicatio Cinnę nulla victoris.Cinnę victoriã Imperator vltus est Sylla, nulla supplicatio decreta a Senatu.ad te ipsum P.Seruiliũ misit vllas Collega literas de illa calami tosa pugna Pharsalię!nũ te de supplicatione voluit referre!ꝓfecto noluit.At misit postea de Alexandria,de Pharnace:Pharsalicę vero pugnę ne triũphũ quidẽ egit.eos em̃ ciues pugna illa sustulerat,qbus nõ modo victorib9,sed etiã viuis,& incolumis,& florens ciuitas esse posset.Qđ idẽ cõtigerat superiorib9 bellis Ciuilibus.nã mihi Cõsuli supplicatio nullis armis sumptis, nõ ob cędẽ hostiũ,sed ob cõseruationẽ ciuiũ,nouo,& inaudito genere decreta est.Quã obrẽ aut supplicatio ob rẽp.pulcherrime gestã postulãtib9 vestris Impatoribus publice denegãda ẽ:qđ ꝑter Gabiniũ cõtigit nemini:aut supplicatiõe decreta,hostes eos, de qb9 decernitis,iudicetis necesse ẽ.qđ ergo illi re,ego ẽt verbo,cũ ĩpatores eos appello. hoc ipso noĩe q ẽt deuicti sũt, & eos q supsunt,hostes iudico,cũ victores appello Impatores.Quõ.n.poti9 Pãsã appellẽ! etsi habet honoris nomẽ amplissimi.quo Hirciũ!ẽ ille qdẽ cõsul:sed alterũ nomẽ bñficii ẽ populi Ro.alterũ virtutis atq; victorię. qd Cęsarẽ deorũ bñficio Reip.ꝓcreatũ,dubitẽ ne appellare Impatorẽ!q prim9 Antonii imanẽ & fœdã crudelitatẽ nõ solũ a iugulis nris,sed ẽt a mẽbris, & viscerib9 auertit.Vni9 aũt diei quot & quãtę virtutes dii imortales fuerũt! Princeps.n.oĩm Pãsa plii faciẽdi,& cũ Antonio cõfligẽdi fuit,dign9 Impator legiõe Martia, digna legio Impatore.cui9 si acerrimũ ĩpetũ cohibere Pãsa potuisset,vno plio cõfecta res eẽt. Sed cũ libertatis auida legio effrenati9 i aciẽ hostiũ irrupisset,ipeq; i primis Pãsa pugnaret, duob9 piculosis vulnerib9 acceptis sublat9 e plio Reip.vitã reseruauit.Ego vero hũc nõ solũ

Ieiunus animus. Magnus in rep.cãpus ad laudem.

Supplicatio.

Pansa vulneratus.

Imperatorẽ,sed etiam clarissimũ Imperatorẽ iudico:q cũ aut morte,aut victoria se satisfactu
rum Reip.spopõdisset,alterũ fecit,alterius dii immortales omẽ auertãt.Quid dicã de Hir-
cio?q re audita e castris duas legiones eduxit ĩcredibili studio atq; virtute:Quartã illã,q̃ re
licto Antonio se olim cũ Martia legione cõiũxit:& Septimã,q̃ cõstituta ex veteranis docuit
hoc plio,militib9 his q Cęsaris beneficia seruassent,Senat9 Populiq; Ro.charum nomẽ esse.
His viginti cohortib9 nullo equitatu Hirci9 ipe aquilã Quartę legionis cũ inferret,quã vlli
us pulchriorẽ spẽciẽ Imperatoris accepim9?cũ tribus Antonii legionib9 eqtatuq; cõflixit:ho
stesq; nefarios,huic Ioui Maximo,cæterisq; deorũ ĩmortaliũ tẽplis,vrbis tectis,libertati po
puli Ro.nostrę vitę,sanguiniq; imminẽtes ꝓstrauit, fudit,occidit:vt cũ admodũ paucis co-
cte tectus metu ꝑterritus princeps latronũ,duxq; fugerit. O solẽ ipsum beatissimum,qui an-
teq̃ se abderet,stratis cadauerib9 parricidarũ,cũ paucis fugientẽ vidit Antoniũ.An vero qs
q̃ dubitabit appellare Cęsarẽ Impatorẽ?ætas ei9 certe ab hac sentẽtia neminẽ deterrebit:quã
doquidẽ virtute suꝑrauit ætatẽ. Ac mihi semp eo maiora beneficia Cęsaris visa sunt , quo
minus erãt ab ætate illa postulãda:cui cũ Imperiũ dabamus,eodẽ tẽpore & spẽ eius nominis
deferebamus,qđ cũ est secut9 auctoritatẽ nostri decreti,rebus gestis suis cõprobauit. Hic er
go adolescens maximi animi,vt verissime scribit Hircius,castra multarũ legionũ paucis co
hortibus tutatus est,secundũq; pręliũ fecit.Ita triũ Imperatorũ populi Ro.virtute, cõsilio,
Supplicationes.l.dierum. felicitate,vno die locis plurib9 Resp.est cõseruata.Decerno igit eorũ triũ noie L.dierũ sup-
plicationes.quas vt honorificẽtissimis verbis ipse cõsequi potero,cõplectar ipsa sentẽtia. Est
autem fidei pietatisq; nostrę,declarare fortissimis militibus,q̃ memores simus,q̃q; grati.quã
obrem ꝓmissa nostra,atq; ea,q̃ legionibus bello cõfecto tributuros nos spopõdimus,hodier
no Senatuscõsulto renouãda censeo.æquũ est eñ militũ,taliũ psertim,honorẽ coniũgi.Atq;
vtinam P.C.ciuibus oĩbus soluere nobis ꝑmia liceret.q̃q̃ ea,q̃ nos promisimus,studiose , q̃q̃
multa,reddemus.sed id qdẽ restat,vt spero,victorib9,qbus Senatus fides ꝑstat:quã cũ diffi-
cillimo Reip.tẽpore secuti sunt,eos nũq̃ oportebit cõsilii sui pœnitere.Sed facile est bene age
re cũ his,a qbus etiã tacẽtibus flagitari videamur.illud admirabilius,& maius, maximeq; ꝓ
prium Senatus sapiẽtis est, grata eorũ virtutẽ memoria ꝓsequi,q ꝓ patria vitã ꝓfuderunt.
Cęsorum honor. Quorũ de honore vtinã mihi plura in mẽtẽ venirẽt.duo certe nõ ꝑteribo, q̃ maxime occur
runt.quorũ alterũ pertinet ad virorũ fortissimorũ gloriã sempiternã.alterũ ad leniẽdũ mœ
rorem,& luctũ ꝓximorũ.Placet igit mihi P.C.legionis Martię militibus,& eis,q vna pugnã
tes occiderũt,monimẽtũ fieri q̃amplissimũ.magna atq; incredibilia sunt in Rẽp. hui9 merita
legionis.hęc se prima latrocinio abrupit Antonii,hęc tenuit Albã,hęc se ad Cęsarẽ cõtulit,
hãc imitata Quarta legio parẽ virtutis gloriã cõsecuta ẽ.Quarta victrix desiderat neminẽ:
O mors. &c. ex Martia nonnulli in ipsa victoria cõciderunt.O fortunata mors,q̃ naturæ debita,ꝓ patria
est potissimũ reddita.Vos vero patrię natos iudico,quorũ etiã nomẽ a Marte est:vt idẽ de9
Mars fortissimũ quẽq; ĩ acie pigne rari solet. Vrbẽ hãc gẽtibus,vos huic vrbi genuisse videat.In fuga fœda mors,in victoria glorioſa.et
enim Mars ipse ex acie fortissimũ quẽq; pignerari solet.Illi igit impii,quos cecidistis,etiã ad
Ad inferos inferos pœnas parricidii luent.vos vero,q extremũ spiritũ in victoria effudistis, piorũ estis
sedẽ,& locũ cõsecuti.Breuis autẽ vobis vita data est,at memoria bene reddite vitę sempiter
na.quæ si nõ esset longior,q̃ hęc vita,qs esset tã amẽs q maximis laboribus & piculis ad sum
mam laudẽ gloriãq; cõtenderet?Actũ igit ꝑclare vobiscũ fortissimi dũ vixistis,nũc vero etiã
Reticẽtia. sanctissimi milites,ꝙ vestra virtus nec obliuione eorũ q sunt,nec reticẽtia posterorũ insepul
ta esse poterit,cũ vobis immortale monimẽtũ suis pene manibus Senat9 populusq; Rom. ex
truxerit.Multi sępe exercit9 Punicis,Gallicis,Italicis bellis clari,& magni fuerũt,nec tñ vllis
tale genus honoris tributũ est.atq; vtinã maiora possem9,quandoqdẽ a vobis maxima acce-
pimus. Vos ab Vrbe furẽtẽ Antoniũ auertistis,vos redire molientẽ repulistis.Erit igit extru
cta moles opere magnifico,incisęq; literæ diuinæ virtutis testes sempiternæ: nũq̃q; de vobis,
eorũ,q aut videbũt vestrũ monimẽtũ,aut audiẽt,gratissimus sermo cõticescet.ita ꝓ mortali
cõditione vitæ,immortalitatẽ estis cõsecuti. Sed quoniã P.C.gloriæ munus optimis & for
Cõsolatio ꝓximorũ. tissimis Ciuib9 monimẽti honore ꝓsoluit,cõsolemur eorũ ꝓximos:qbus optima est hęc qdẽ
cõsolatio parẽtibus,ꝙ tãta Reip.ꝑsidia genuerũt:liberis,ꝙ habebũt domestica exẽpla virtu-
tis:cõiugibus,ꝙ his viris carebũt,quos laudare,q̃ lugere ꝑstabit:fratrib9,ꝙ in se,vt corpoꝝ,
sic virtutũ simílitudinẽ esse cõfidẽt.Atq; vtinã his oĩbus abstergere fletũ sentẽtiis nostris,cõ
sultisq; possem9,vel aliqua talis his adhiberi publice posset oratio, qua deponerẽt mœrorẽ,

luctū:gauderētq; potius,cūm multa & varia impenderēt hoībus genera mortis,id genus qđ est pulcherrimū,suis obtigisse,eosq; nec inhumatos esse,nec desertos:qđ tamē ipsum p patria nō miserādū putat:nec dispersis bustis humili sepultura crematos:sed cōrectos publicis operibus,atq; muneribus,eaq; extructione,q̄ sit ad memoriā æternitatis ara virtutis.Quāob rem quidē maximū solatiū erit ꝓpinquorū,eodē monimēto declarari & virtutē suorū,& ęta tem,& Senatus fidē,& crudelissimi memoriā belli.in quo nisi tāta militū virt⁹ extitisset,parricidio M.Antonii nomē populi Ro.occidisset.Atq; etiā cēseo P.C.q̄ pmia militibus promisi mus nos Rep.recuperata tributuros,ea viuis victoribusq; cumulate,cū tēpus venerit, psoluenda.qui autē ex his,qbus illa ꝓmissa sunt,p patria occiderūt,eorū parētibus,liberis,cōiugibus,fratribus,tribuēda censeo.Sed vt aliquādo sententia cōplectar,ita censeo . Cū C.Pansa Cons.Imp.initiū cū hostibus cōfligēdi fecerit:quo prelio legio Martia admirabili, incredibili q̄ virtute libertatē populi Ro.defenderit:qđ idē legiones tyronū fecerint: ipseq; C.Pansa Cons.Imp.cū inter media hostiū tela versaret,vulnera acceperit:cūq; A.Hircius Cons. Imp. plio audito,& cognito,fortissimo,pstātissimoq; aio exercitū castris eduxerit,ipsūq; ī M.Antoniū,exercitūq; hostiū fecerit,eiusq; copias occisiōe occiderit,suo exercitu ita incolumi,vt ne vnū qdē militē desiderauerit:cūq; C.Cęsar Imp.cōsilio diligētiaq; sua castra feliciter defē derit:copiasq; hostiū q̄ ad castra accesserāt,pfligarit,occiderit:ob eas res Senatū existimare, & iudicare,eorū triū Impatorꝫ virtute,ipserio,cōsilio,grauitate,cōstātia,magnitudie aī,felicitate, ppl'um Ro.fœdissima crudelissimaq; seruitute liberatū:cūq; rēp.vrbē,tępla deorū īmortaliū,bona,fortunasq; oīm;liberosq; cōseruarint dimicatiōe,& piculo vitę suę:vt ob eas res bene,fortiter,feliciterq; gestas;C.Pansa,A.Hircius Consl. imperatores, alter ambove,aut si aberint,M.Cornutus Pr.vrbanus supplicationes p dies L.ad oīa puluinaria constituāt:cūq; virtus legionū digna clarissimis imperatoribꝰ extiterit:Senatū,q̄ sit antea pollicit⁹ legionibus,exercitibusq; nostris,ea summo studio Rep.recupata resoluturū:cūq; legio Martia princeps cū hostibus cōflixerit:atq; ita cū maiore numero hostiū cōtēderit,cōplurimos cęderēt, caperēt nōnullos:cūq; sine vlla necessitate p patria vitā ꝓfuderint:cumq; simili virtute reliquarum legionū milites p salute & libertate populi Ro.mortē oppetiuerint:Senatui placere,vt C.Pāsa,A.Hircius cōsules,imperatores,alter ambove,si his videat̄,his q̄ sanguinē p vita,libertate,fortunisq; populi Ro.p vrbe,tēplisq; deorū immortaliū ꝓfudissent , monimētū ꝗamplissimū locandū,faciēdūq;,vrbē ad eā rē pecuniā dare,cōtribuere,soluere iubeāt,vt exstet ad memoriā posteritatis sempiternā;ad scelus crudelissimorū hostiū,militūq; diuinā virtutē:vtq;,q̄ prēmia Senatus militibus ante cōstituit,ea soluant̄ eorū, qui hoc bello p patria occiderunt,parētibus,liberis,coniugibus,fratribus:eaq; fratribus tribuant̄,q̄ militibus ipsis tribui oporteret,si illi vicissent,qui morte vicerunt. Desideratur finis.

Ara virtutis.

Occidere occisione.

Resoluturus.

C.CRISPI SALLVSTII IN M.TVL.CICERONEM.

RAuiter,& iniquo aio maledicta tua paterer M.Tulli,si te scirē iudicio magis;q̄ morbo animi petulātia ista uti.sed cū in te neq; modum,neq; modestiā vllā animaduerto,respōdebo tibi,vt si quā voluptatem maledicēdo cepisti,eā male audiēdo amittas.Vbi querar? quos implorē P.C.diripi Rēp.atq; audacissimo cuiq; esse pfidię?apđ populū Romanū?q̄ ita largitionibus corruptus est,vt sese,ac fortunas suas venales habeat.an apud vos Patres cōscripti?quorū auctoritas turpissimo cuiq; & sceleratissimo ludibrio est:vbi M.Tullī⁹ leges,iudicia,Populi Ro.defēdit:atq; ī hoc ordīe ita moderat̄,q̄si vn⁹ reliqu⁹ex familia viri clarissimi Scipiōis Aphricani,ac nō†repetiti⁹, accit⁹,& paulo añ īsit⁹ huic vrbi ciuis.An vero M.Tulli facta ac dicta tua obscura sūt?an nō ita a pueritia vixisti,vt nihil flagitiosū corpori tuo putares,qđ alteri collibuisset? An scilicet istā īmoderatā eloq̄ntiā apđ M.Pisonē ñ pudicitię iactura pdidicisti?Itaq; minime mirādū ē, si eā flagitiose vēditas,quā turpissime pasti.Verū vt opinor splēdor domesticus tibi aios tollit.vxor sacrilega,ac piuriis delibuta:filia matris pellex,tibi iucūdior atq; obsequētior, q̄ parēti par ē.domū ipam tuā vi,& rapinis funestā tibi ac tuis cōparasti.videlicet vt nos cōmonefacias,q̄ cōuersa sit Resp.cū in ea domo habitares hō flagitiosissime,q̄ P.Crassi viri cōsularis fuit.Atq; cū hęc ita sint,tñ se Cicero dicit in cōcilio deoꝝ īmortaliū fuisse:īde missum huic

Morb⁹ aī.

†reptitius.

vrbi,ciuibusq; custodẽ,absq; carnificis noïe.qui ciuitatis incõmodũ in gloriã suã ponit.qua si vero nõ illius cõiurationis causa fuerit cõsulatus tuus,& idcirco Resp.disiecta eo tẽpore, quo te custodẽ habebat.Sed vt opinor illa te magis extollũt,q̃ post cõsulatũ cũ Terẽtia vxore de Rep.cõsuluisti:cũ legis Plancię iudicia domi faciebatis,ex coniuratis alios pecunia cõdemnabas:cũ tibi alius Tusculanũ,alius Põpeianã villã ędificabat,alius domũ emebat. q vero nihil poterat,is erat calumnię pximus:is aut domũ tuã oppugnatũ venerat,aut insidias senatui fecerat,deniq; de eo tibi cõpertũ erat. Quę si tibi falsa obiicio,redde rõnẽ quãtũ patrimonii acceperis,qd tibi litibus accreuerit,qua ex pecunia domũ paraueris,Tusculanũ , & Põpeianũ infinito sumptu ædificaueris.aut si retices,cui potest esse dubiũ,quin opulentiam istã ex sanguine & miseriis ciuiũ paraueris? Verũ vt opinor hõ nouus Arpinas,ex M.Crassi familia,eius virtutẽ imitat,cõtemnit simultatẽ hominũ nobiliũ,Rẽp.charã habet, neq; terrore,neq; gratia cõmouet.Illud vero amicitię tãtum,ac virtutis est animi:immo vero hõ leuissimus,supplex inimicis,amicis cõtumeliosus,modo harũ,mõ illarũ partiũ,nemini fidus, leuissimus Senator,mercenarius patronus,cui⁹ nulla pars corporis a turpitudine vacat, lingua vana,manus rapacissimę,gula immẽsa,pedes fugaces: q̃ honeste nominari nõ possunt, inhonestissima. Atq; is cũ eiusmodi sit,tamẽ audet dicere:O fortunatã natã me Cõsule Romam.te Cõsule fortunatã Cicero:immo vero infelicẽ,& miserã,q̃ crudelissimã ꝓscriptionẽ perpessa est,cũ tu turbata Rep.metu pculsos oẽs bonos parere crudelitati tuę cogebas: cum oĩa iudicia,oẽs leges in tua libidine erãt:cũ tu sublata lege Portia,erepta libertate, nostrorũ omniũ vitę necisq; potestatẽ ad te vnũ reuocaueras. Atq; parũ est q̃ impune fecisti,verũ etiam cõmemorãdo exprobras,neq; licet obliuisci seruitutis suę.Egeris oro te Cicero, pfeceris qd̃ libet,satis est ppessos esse:etiã ne aures nostras onerabis tuo odio:etiam ne molestissimis verbis insectabere:Cedãt arma Togę,cõcedat laurea linguę.quasi vero togatus,& nõ armatus ea,q̃ gloriaris,cõfeceris:atq; inter te Syllãq; Dictatorẽ ꝓter nomẽ Imperii qcq̃ interfuerit.Sed qd ego plura de tua insolẽtia cõmemorẽ:quẽ Minerua oĩs artes edocuit:Iupiter optimus Max.in cõcilio deorũ adimisit:Italia exulẽ humeris suis reportauit.Oro te Romule Arpinas,q egregia tua virtute oẽs Paulos,Scipiões,Fabios supergasti,quẽ tãdẽ locũ in hac ciuitate obtines:q̃ tibi partes Resp.placẽt:quẽ amicũ,quẽ inimicũ habes:cui insidias in ciuitate feceristi ancillares,quo iure cũ de exilio tuo Dyrrhachio rediisti,eũ sequeris:quos Tyrãnos appellabas,eorũ nũc potẽtię faues,q tibi ante optimates videbant, eosdẽ nũc demẽtes ac furiosos vocas.Varinii causam agis.de Sestio male existimas.Bibulũ petulantissimis verbis lædis. laudas Cęsarẽ.quẽ maxime odisti,ei maxime obsequeris.aliud stãs,aliud sedens,de Repu.sentis,his maledicis,illos odisti,leuissime trãsfuga,neq; in hac neq; in illa parte fidem habens.

O fortuna tam &c.

Romule Arpinas. Ancillares insidię.

Aliud stãs, aliud sedẽs

M.TVL.CICERONIS IN CRISPVM SALLVSTIVM RESPONSIO.

Illotus sermo.

Procacitas

Aures calent.

Rudimẽtũ ponere.

Lutulẽtus sus.

HAdemũ magna voluptas est Crispe Sallusti,æqualẽ,ac parẽ verbis, vitã agere:neq; qcq̃ tã obscœnũ dicere,cui nõ ab initio pueritię oĩ genere facinoris ætas tua respõdeat:vt omnis oratio moribus consonet.neq; eñ q ita viuit,vt tu,aliter ac tu loqui potest:neq; q tam illoto sermone vtit̃,vita honestior est.Quo me vertã Patres cõscripti:vnde initiũ sumã:maius eñ mihi dicẽdi onus imponit̃,quo notior est vterq; nostrũ.q, aut si de mea vita atq; actibus huic cõiuratiatori respõdero,inuidiã gloria cõsequat̃.aut si hui⁹ facta,mores, omnẽ ætatẽ nudauero,in idẽ vitiũ incidã ꝓcacitatis,qd̃ huic obiicio.Id vos si forte offendimini,iustius huic,q̃ mihi succẽsere debetis,q initiũ introduxit.ego dabo operã,vt & ꝓ me minimo cũ fastidio respõdeã,& in hũc minime mentitus esse videar. Scio me P.C.in respõdẽdo nõ habere magnã expectationẽ,q; nullum vos sciatis nouum crimẽ in Sallustiũ audituros,sed oĩa vetera recognituros,qs & meę, & vestrę iam,& ipsius aures calẽt.verũ eo magis odisse debetis hominẽ, q ne incipiẽs quidẽ peccare minimis rebus posuit rudimentũ:sed ita ingressus est,vt neq; ab alio vinci possit,neq; ipse se omnino reliqua ætate prętterire.itaq; nihil aliud studet,nisi vt lutulẽtus sus cũ quouis volutari.longe vero fallit̃ opinione.Non eñ ꝓcacitate linguę vitę sordes eluunt̃.sed est quędã calumnia,quã vnusquisq; nostrũ testante animo suo fert,de eo,q falsum crimẽ bonis obiectat.q; si vita istius memoriã vicerit,aliã P.C.nõ ex oratione,sed suis ex moribus spectare debetis.Iã dabo operã q̃maxime potero,vt breue id faciã.Neq; hęc altercatio nostra vo-

bis inutilis erit P.conscripti.Plerūq; em̄ Resp.priuatis crescit inimicitiis:vbi nemo ciuis qualis sit vir potest latere.Primū igit̄ quoniā olim maiores Crispus Sallustius ad vnū exēplū & regulā quęrit,velim mihi respōdeat,nunqd hi,quos ptulit Scipiones,& Metellos, ante fuerint aut opinionis,aut glorię,q̄ eos res gestę suę,& vita innocētissime acta commēdauit! q; si hoc fuit illis initiū nominis,& dignitatis,cur nō ęque de nobis existimet, cuius & res gestæ illustres,& vita integerrime acta!quasi vero tu sis ab illis viris Sallusti ortus.q; si esses, nōnullos iā tuę turpitudinis pigeret.Ego meis maiorib9 virtute mea pluxi:vt,si pri9 noti nō fuerint,a me accipiāt initiū memorię suę. Tu tuis vitę,quā turpiter egisti,magnas offudisti tenebras: vt etiā si fuerit egregii ciues,certe venerit in obliuionē. Quare noli mihi antiquos viros obiectare.Satius est em̄ me meis reb9 gestis florere,q̄ maiorū opinione niti:& ita viuere,vt ego sim posteris meis nobilitatis initiū,& virtutis exēplū.Neq; me cū iis cōferri decet P.C.qui iā decesserunt,omniq; odio carent,& inuidia:sed cū eis,q mecū vna in Rep.versati sunt. Sed si fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus:non hanc dico populare ambitionē,cuius me principē cōfiteor:sed illā pniciosam contra leges,cuius primos ordines Sallustius duxit:aut in gerēdis magistratibus,aut in vindicandis maleficiis tā seuerus, aut in tuenda rep. tam vigilans,quā tu proscriptionē vocas:credo q; non oēs tui similes incolumes in hac vrbe vixissent.At quāto meliore loco resp.staret,si tu par ac similis scelestoq; ciuiū, vna cū illis adnumeratus esses.An ego tūc falso scripsi!Cedant arma togę. qui togatus armatos, & pace bellum oppressi.An illud mētitus sum!fortunatā natā me Cōsule Romā,qui tantū intestinū bellū,ac domesticū vrbis incēdiū extinxi.Neq; te tui piget homo leuissime!cū ea culpas, quę in historiis glorię mihi ducis.An turpius est P.C.scribētē mentiri,q̄ illū palā hoc ordine dicentē! Nā q; ętatē increpuisti,tantū me abesse puto ab impudicitia,quātū tu a pudicitia.Sed qd ego de te plura querar!Quid em̄ mentiri turpe duces, q mihi ausus sis eloquentiam vt vitiū obiicere!cuius semper nocens eguisti patrocinio.An vllum existimas posse fieri ciuē egregium,qui non his artibus,& disciplinis sit eruditus!an vlla alia putas esse rudimenta, & incunabula virtutis!quibus animi ad glorię cupiditatē alūtur.Sed minime mirū est P.C.si homo,q̄ desidię,ac luxurię plenus sit,hęc vt noua,atq; inusitata miratur. Nam q; ista inusitata rabie pętulanter in vxorem,& in filiam meam inuasisti, quæ facilius mulieres se a viris abstinuerunt,q̄ tu vir a viris,satis docte ac perite fecisti.Nō em̄ me spērasti mutuam tibi gratiam relaturum,vt vicissim tuos compellarem.Vnus enim satis es materię habens:neq; quicq̄ domi tuę turpius est,q̄ tu.Multum vero te opinio fallit,qui mihi parare putasti inuidiā ex mea re familiari,quę mihi multo minor est,q̄ habere dignus sim.atq; vtinam ne tanta quidē esset quanta est:vt potius amici mei viuerent,q̄ ego testamentis eorum locupletior essem. Ego fugax Crispe Sallusti!furori tribuni pl.cessi, vtili9 duxi quāuis fortunā vn9 experiri,q̄ vniuerso populo Ro.ciuilis essem dissensionis causa.qui posteaq̄ ille suū annū in Repu.pbacchatus est: omniaq; quę cōmouerat,pace & otio resederunt:hoc ordine reuocāte,atq; ipsa Repu. manu trahente me,reuerti. Qui mihi dies,si cū oīni reliqua vita conferat̄,animo meo qdē superet: cū vniuersi vos,Populusq; Ro.frequēs aduentu meo gratulatus est.tāti me fugacē, mercenariū patronū hi ęstimauerūt.Neq; Hercule mirū est,si ego semp iustas olim amicitias existimaui.Non em̄ vni priuatim ancillatus sum:neq; me addixi: sed quantū quisq; Reip.studuit, mihi tantū fuit aut amicus,aut inimicus.Ego nihil plus volui valere,q̄ pacem. Multi priuatorum audacias nutrierunt,ego nihil timui nisi leges. Multi arma sua timeri voluerunt, ego nunq̄ volui quicq̄ posse nisi pro vobis.Multi ex vobis potentia freti,in vos suis viribus abusi sunt.Itaq; non est mirū,si nullius amicitia vsus sum,qui nō pęrpetuo Reip.amicus fuit.Neq; me pœnitet,si aut pętenti Vatinio reo patrociniū pollicitus sum, aut Sestii insolentiā repressi,aut Bibuli patientiā culpaui,aut virtutib9 Cęsaris faui.hę laudes egregii ciuis,& vnicę sunt.Quę si tu mihi vt vitia obiicis,temeritas tua reprehendet̄,non mea vitia culpabuntur.Plura dicerem,si apud alios mihi esset dicendū P.C.non apud vos, quos ego habui olim mearū actionū monitores.Sed vbi rerū testimonia adsunt,quid opus est verbis! Nunc vt ad te reuertar Sallusti,patrēq; tuū p̄tereā:q si nunq̄ in vita sua pęccauit,tamen maiorē iniuriam Reip. facere nō potuit, q̄ q; te talē filiū genuit. neq; tu siqua in pueritia pęccasti, exequar:ne parentē tuum accusare videar,qui eo tempore summā tui potestatē habuit: sed qualē adolescentiam egeris.hac em̄ demonstrata,facile intelligetur,q̄ petulanti pueritia tam impudicus & procax adoleueris. Posteaq̄ immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non

Fuerit opinionis.

Nobis,cuius.

Prælucere.

Par ac filis sceleſtorū.

Eloquētia.

Referre mutuā gratiam.

Ancillatus

potuit,& ętas tua iã ad ea patiẽda,quę alteri facere collibuiſſet,exoleuerat,cupiditatibus infinitis efferebaris:vt, quæ ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes, in aliis exprereris.Ita nõ eſt facile reputare P.C.vtrũ inhoneſtioríb⁹ corporis partib⁹ rẽ q̃ſierit,an amiſerit. Domũ pater nã viuo patre turpiſſime venalẽ habuit,vẽdidit.& cuiq̃ dubiũ põt eſſe,qn mori coegerit eũ, quo hic nõdũ mortuo ꝑ hęrede geſſerit oĩa ! Neq; pudet eũ a me q̃rere,qs in P.Craſſi domo habitet,cũ ipſe reſpõdere nõ queat,qs in ipſius habitet paterna domo.At Hercule lapſus ęta tis tyrocinio,poſtea ſe correxit.nõ ita eſt,ſed abiit ĩ ſodalitiũ ſacrilegii Nigidiani: his ad iudicis ſubſellia attract⁹,extrema fortuna ſtetit:& ita diſceſſit,vt non hic innocens eſſe,ſed iudices pęieraſſe exiſtimarent.Primũ honorẽ in quęſtura adept⁹,†hũc locũ & ordinẽ deſpectus, cuius adit⁹ ſibi quoq; ſordidiſſimo homini patuiſſet. Itaq; timẽs ne facinora ei⁹ clam vos eſſent,cũ oĩbus matribus familiarũ opprobrio eſſet,confeſſus eſt vobis audiẽtib⁹ adulteriũ,ne q; erubuit ora veſtra.Vixeris vt libet Salluſti,egeris q̃ voluerís: ſatis ſit vnũ te tuorũ ſcelerũ cõſciũ eſſe.noli nobis lãguorẽ & ſoporẽ nimiũ exprobrare. Sumus diligẽtes in tuẽda pudicitia noſtrarũ vxorũ,ſed ita exęrrecti non ſumus,vt a te cauere poſſimus.Audacia tua vincit ſtudia noſtra.Et qđ hũc mouere poſſit P.C.factũ ac dictũ turpe,quẽ nõ puduit palã vobis audientibus adulteriũ cõfiteri!Q; ſi tibi nihil p me reſpõdere voluiſſem,ſed illud cẽſoriũ elogiũ Appii Claudii,& L.Piſonis integerrimorũ virorũ,quo vſus eſt q̃ſq; eorũ, ꝑ lege palã vniuerſis recitarẽ:nõne tibi viderer ęternas inurere maculas!quas reliqua vita tua eluere nõ poſſit! Neq; poſt illũ delectũ Senatus vnq̃ te vidimus:niſi forte in ea te caſtra coniecíſti,quo oĩs ſentina Reip.cõfluxerat.At idẽ Salluſtius,q in pace ne Senator qdẽ mãſerat,poſteaq̃ Reſp.armis oppreſſa eſt:& idẽ victores,q exules,reduxit:in Senatũ poſt quęſturã eſt reductus.quẽ honorẽ ita geſſit,vt nihil in eo nõ venale habuerit,cuius aliqs emptor fuerit,ita igit egit,vt nihil nõ ęquũ,ac verũ duxerit,qđ ipſi facere collibuiſſet:neq; aliter vexauit,ac debuit, ſi qs prædæ loco magiſtratũ accepiſſet.Peracta q̃ſtura,poſteaq̃ magna pignora eis dederat,cũ qb⁹ ſimilitudine vitę ſe cõiunxerat,vnus iã ex illo grege videbat.Eius em̃ partis erat exẽplar Salluſtius: quo tanq̃ in vnã voraginẽ cœtus oĩm vitiorũ exceſſerat. quicqd impudicorũ, Cylonũ,parricidarũ,ſacrilegorũ,debitorũ fuit,in vrbe,municipiis,coloniis,Italia tota, ſicut in fretis ſubſederãt,noĩs pditi,ac notiſſimi,nulla in parte caſtris apti,niſi licẽtia vitiorũ, & cupiditate rerũ nouarũ.At poſteaq̃ Prętor eſt factus,modeſte ſe geſſit,& abſtinẽter.Nõne ita ꝑuinciã vaſtauit,vt nihil neq; paſſi ſint,neq; expectarint grauius in bello ſocii noſtri, q̃ experti in pace, hoc Aphricã interiorẽ obtinẽte! vnde tãtũ hic exhauſit,quantũ potuit aut fide nominũ tra iici,aut in naues cõtrudi.tãtũ inquã P.C.exhauſit,quãtũ voluit.Ne cauſam diceret,ſeſtertio duodecies cũ Cęſare paciſcit. q; ſi qppiã eorũ falſum eſt,his palam refelle.vnde tu,q modo ne paternã qdẽ domũ relinire potueris,repẽte tãq̃ ſomnio beat⁹, hortos ꝓcioſiſſimos, Villã Tyburti,C.Cęſaris reliquas poſſeſſiones praueris.Neq; piguit q̃rere,cur ego P. Craſſi domum emiſſem,cũ tu veteris villæ dñs ſis, cuius paulo ante fuerat Cæſar: modo inquã patrimonio nõ comeſo,ſed deuorato,qbus rationib⁹ repẽte factus es tã affluẽs,& tã beatus!nã qs te faceret hęredẽ,quẽ ne amicũ qdẽ ſuũ ſatis honeſtũ q̃ſq̃ ſibi ducit, niſi filĩs ac par tui!At Hercule egregia facta maiorũ tuorũ te extollũt.quorũ ſiue tu ſimilis es, ſiue illi tui,nihil ad oĩm ſcelus,ac nequitiã addi poteſt. Verũ vt opinor honores tui te faciũt inſolẽtẽ. Tu C.Salluſti tãti dẽ putas eſſe bis Senatorẽ,& bis q̃ſtorẽ fieri,quãti bis Cõſularẽ,& bis triũphalẽ.Carere debet omni vitio q in alterũ paratus eſt dicere.Is demũ maledicit, q nõ poteſt verũ ab altero audire.Sed tu oĩm menſarum aſſecla, oĩm cubiculorũ in ętate pellex,& idẽ poſtea adulter,omnis ordinis turpitudo es,& ciuilis belli memoria.Quid.n.grauius pati potuimus,q̃ ꝑ te incolumẽ in hoc ordine videamus!Deſine bonos pętulãtiſſima cõſectari lingua: deſine morbo ꝑcacitatis iſto vti:deſine vnũquẽq; moribus tuis exiſtimare.his moribus amicũ tibi facere nõ potes.videris velle inimicũ habere.Finem dicẽdi P.C.faciã.ſæpe em̃ grauius vidi offendere aĩos auditorũ eos,q aliena flagitia aperte dixerũt:q̃ eos,q cõmiſerũt.Mihi qdẽ ratio habẽda eſt,nõ quid Salluſtius merito debeat audire,ſed vt ea dicã,ſiqua ego honeſte effari poſſum.

Stetit extrema fortuna.

† ſecut⁹ eſt hunc locũ, & hũc ordinẽ deſpectum.

Clam vos.

Elogiũ cẽſorium.

Cylones.

His palam.

Beatus ſomnio.

Tantidem.

Maledicus

ORATIONVM M. T. CICERONIS FINIS. LVTETIAE
Pariſiorum apud Iodocum Badium Aſcen.ad Eidus
Ianuar.Anno.MDXXII.Calculo Roma.


Grauskala #13
B.I.G.
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
Inches
Centimetres
Farbkarte #13
B.I.G.
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

seu alia fragilitate humana, ñ posse. alius
cognoscere
operatur in mare. copulari. ei aũ dicit
apls. contr. rando tu alligatus es uxori:
quẽdiu uir eius uiuit: consulit. t. r. q.
quãdocunq; uiro annos in remanendo
uiuentib; uirs sint ñ possunt ad alu
onẽ ꝓfectus cauonice uolare. nec tu
cas cẽhere eccl'ie auc. p mrcas. donec cer
tum tuum hauẽ de morte uiri. Alex
ãdr. coñ. ꝯpo.

Omnibus. xc. ai. legatur uob. r. k. qd
quidã ludagus. a no bilis uir. ẽ ad eã ꝓ
cua hẽditat. ꝑtinere uidebat. eandem mulier fide dign.
ꝓsentib; de cẽhendo mũ. no. ẽ ea infra
biennũ quidam mulus ꝓsentib; de cẽ
hendo mrimonio. p uerba de ꝓsenti ce
tum ꝓstro sacramẽto supstruxerũt
eũgelia confirmauit. sume ã ꝓua
ta lege ductus ad frugem melioris u
te suspirare uolauit. tua q; sup hoc cõ
siliis prudencia. an aũ mrimonium
ctum. ad monastice religionis hẽdã
uiter possit cãdire suspicatur. cuia si
q; sic ea. inita duos inuicem
uxta uerum canonũ statuta mea ista
tutione uinculo. ad arctioris uite
religionem possit cãdire. cuia q; sup
hoc nos consuluit: consulit. r. q. quod
uirus ẽ ea ꝑ religionẽ uiramẽto sua
ta cẽhere. r postea si clegr. ad districtio
nem religionis migre uoluerit. si uir ꝑ
primam desponsationem carnalis co pu
la diuinitus nostre fidei inuenit. Clemens aũ.
sicut opa caritatis. q; imitanda nob. auc.
facere pagine ꝓponunt. sicut eũgelica
celebratur auctoritas. ñ mutuũ eis ꝯ
rem ab errouis sui semita reuocare ac
ꝑsertim mulis. uolupe sit uniuersis
r ad uniuersi ñ differatur quoslibet ad
cõmercia carnis ut caste uiuant: ad le
gitimũ thori consortiũ inuitare. hoc
q; attendentes. ap. auc. statuim. ut si
qui pupplicas mulis. de lupanari exire
erunt. ad uitam uiri. quod agitur
ui remissionem ꝓficiat peccatorum. De
Obis qe tuae uniuersitatis consuluit hu
iusmodi. Si quidã miles ꝓpriehiani ni
olim quãdam nobilem puellam filio su
o tradere in uxorem circa annos nu
biles cupierunt. quib; idem filius suus
nunc traduxerat. postmodũ ẽ quatuor
annis r amplius eiusdem nostrum in do
mo ꝓpria nutritur. processu ũo temporis
uxor ꝓfati militis diem clausit extre
mum. ipse traducta filia diabolico in
stinctu dominum. ẽ ad post nuptias ei
exercuisse. eam sibi matrimonialiter

copulauit. cum ipsum uetustis uir ẽ ea ui
tiis ñ dormisset si ualum uellet ꝓpter po
tẽdum quid sup hoc fieri debeat. se. dux
istis ap. consulendã. clos tua diligenci
am apostolat. p. a. s. m. q. multis ꝑ no
minatos sub excõicõis ꝑhibeat ne ad
eam carnalis de cetero ꝓsumat accedere.
si ea se audeat ulterius admiscẽ. Idem.

Uid quod p uras tuas nobis innota
uit. de quadã parte chananea quã filia
uectricis eiusdam theutonici copulã
uit. mrimonio alias rite. q. q. minus. xii.
annos ad huc hinc inde habuisse ea tra
dita: ab utroq; requiritur. tu q. postmod'
p aquã ductum ei cohabitasse. et sensisse
inde. ad ipsã exequenda ẽ uidẽ. nec de
cetero recipiendi sunt testes. si quos memo
rate mulis ad ꝓbandum q; ñ consenserit
in eam: nominauerit producendos. cũ mo
ra earum tempus hui ꝓlixum excludat. ut
lium. g. r mãdamus. ut ꝓ hoc ñ omittas
quo minus. ap. te. p. ceu. ee. arcium q; com
pellas. ad alium matrimoniũ affectione tracta
dum. cui forte uellent ad religionẽ ꝓ
riẽ. uolare. p una eis inflicta. p eo. q; ad u
tentos. celebrius uiros. ruisse. Clemens
ꝑpetuus. pars ea. martini bertam.

Tercio loco ꝙonit hui modum fieri ua
peret exequend. an minores sponsam ꝑ
qua p uba de ꝓsenti. r sensibus uere. de
beat hre. ad quod mrimoniũ impedien
dũ. nepos ipius sponse ꝓsilens se ei iu
uene progenitrix ꝓponebat. ẽ de hoc rel
rel. p duc. dicunt illi se p ceo credẽ. qd
illa p dictum minores. r culpa occidẽt. rei car
nalis cõmixtione. nuncta. adiecerint. qd
eos insimul uidaut p plana. r memora
tuas. minus ꝓbes. quas grauet. restituo
nium uicinie. se sup hoc recepisse. di
cebant ad maiorem aũ certitudinẽ qa
minus sufficiens credidisti p bani. qd
eadem mulis asserebat. tam p ipsam qũ
minorem minorius. astrictis. quem isti
r seorsum quem. ab illi sunt q; se mu
tuo carnalis cognouisse. haec minores
nolle ab ea qũ despunsauerat separari
sed ãtequ hinc q; dea sunt. intellectis. ac
credentes uicinie famam. r dicta mulis
ne ac minores. r alios rat. consibulan
dum. r p solicitudines uagos inde cessis.
p retes eẽ ꝓbatos. r de carnali copulo
ne eos p unanimem separatim fuisse. r
testes. ꝓsertim ẽ hoc ñ dicat occultum
sed manifestum. q; a plib; ꝓdicat. pre
cedentiũ ñorum uicinorum. r ꝑsertim felicis memorie alexandri. ita
tuta sectantes. consilium. r sententiam eẽ